BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
21 G
12

M
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

40 40
f d
35 40
3-26.6.97

SACROSANCTAE DECISIONES CANONICAE AB EXCELLENTISSIMIS VIRIS, I. C. CLARISSIMIS, iiſdémque ſacri Palatij auditoribus collectæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AEGIDIO BELLAMERA,
GVLIELMO CASSIODORO,
CAPELLA TOLOSANA,
PETRO DE BENINTENDIS,

Nunc demum hac poſtrema editione diligentius recognitæ, ac ſummarijs auctæ, ab innumeriſq; quibus ſcatebant, erroribus emendatæ, addito inſuper rerum Indice locupletiſſimo.



SOC. IESU BIBL. SEC. COLL. ROM.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS HÆREDVM LVCÆ ANTONII IVNCTÆ.
M. D. LXVII.
Cum priuilegio Regio.

DECISIONES ROTAE, COLLECTAE EX CONSILIIS DOMINORVM SACRI PALATII CAVSARVM AVDITORVM,

Per Dominum Ægidium Bellemeræ, Iuris vtriuſque Doctorem.

CONCLVSIO I.

De conſuetudine optandi. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo optandi quanto tempore præſcribatur. & num. 2.*

CONSVETVDO † optionis, de qua loquitur c. cum in tua. de 1 conſuet. libr. vj. præſcribitur [a] in x. annis: vt videtur notaſſe gl. in d. c. 1 cum in tua. Dicebant enim quidã, ibi non mutari titulum, ſed portionem, iuxta no. Inn. de proba. c. ex litens. de præben. c. maioribus. de re. permuta. c quæſitum. Facit, quia videtur iuri communi couſona, per c. ſtatuimus. de maio. & obe. Facit, quia dominium dictatum portionũ quo ad proprietatem eſt capituli. de reſta. c. relatum. §. nomine. Conſilia etiam de hoc fuerunt reiterata & renouata in c. concluſione. Sed & quinimo fuerunt adhuc nouiſsimè aliter renouata, vt dicã ſuper dicta con- 1 cluſione. Sed † ſuper materia huius quæſtionis credo ſic diſtinguendum: quia aut per talem cõſuetudinem agitur de mutatione portionum canonica- b lium [b] eccleſiæ, in qua non eſt diſtinctio corporum præbẽdarum: ſed bene portionum ad tempus: vt eſt videre in eccleſia Ambianen. & in eccleſia ſancti Martini Turonen. & aliis multis eccleſiis: de quibus de triennio in triennium, vel de alio tempore ad aliud tempus omnes portiones canonicales rediguntur in commune: & iterum diuiduntur aliter quàm prius. Aut agitur per talem conſuetudinem de mutatione præbendarum & titulorum præbendalium: ſicut eſt in eccleſia Baioten. & in eccleſia Carnoten. in quibus quælibet præbenda habet ſuos redditus perpetuos à redditibus capituli ſeparatos. Et iſtam diſtinctionem videtur ponere ſaltem ſecũdum vnum intellectum. dictum c. relatum. §. nomine. alleg. Primo caſu dico procedere glo. videlicet, quòd in præſcriptione talis conſuetudinis ſufficiũt x. anni. Et ita procedunt conſilia iſta, in quibus fui cum aliis dominis concors. Secundo caſu dico contrarium, videlicet, quòd tunc requiruntur xl. anni: & ita dixi in aliis conſiliis, licet in eodem facto propter hoc, quod ibi mutabatur in facto addendo de diſtinctione præbendarum: vt patet in dicta concluſione. Sed ad iſtud ſecũdum membrum acceſſerunt finaliter Domini quaſi omnes, licet maior pars in dictis ſecũdis cõſiliis mihi contradixiſſet: adeo ꝙ pro iſta parte tulit diffinitiuã ſententiã do. Robertus reuerendiſsimo patre domino Cardinale ſancti Euſtachij, cuius etiam tunc fui & ſum familiaris auditor indignus, in cauſa ſuper præbenda eccleſiæ fratris Lauien. quæ ſententia domini Roberti poſtea fuit per reuerendiſsimũ patrem dominum cardinalem Albanen. cum magno & maturo cõſilio cõfirmata: & in rem tranſiuit iudicatã. Ratio primi mẽbri eſt: quia in illo caſu conſuetudo non eſt contra ius, ſed præter: imò nedum præter, ſed imò videtur ꝙ ſit ſecundum ius: vt c. ſtatuimus. alle. Non enim hic agitur de mutatione tituli præbendalis: nec etiam de mutatione perpetuorũ redditũ ipſius præbendæ. quod eſſet cõtra ius, ſed agitur ſolùm de maiori parte bonorum communium ipſius capituli, & eccleſiæ antiquiori canonico aſsignãda: & ita in nullo eccleſiæ aduerſatur. Nec omnino differo à dicto intellectu gl. quòd illa gl. ſe refert ad diſpoſitionem iuris communis, quæ habet, quòd omnia de iure cõmuni veniunt in communi, omni tali perpetua diſtinctione ſubmota in præbendis: vt c. ſtatuimus. alle. & cap. quoniam. de vita & hone. cleric. Modo iſta eſt regula, quòd cõſuetudo, quæ non eſt contra ius, vel præter, præſcribitur x. annis: vt not. Io. Andr. de cõſuet. c. quanto. in commento: licet ius ciuile non ponat determinatè & expreſsè certum tempus conſuetudinis præbendæ: nec canonicum, niſi quadragenariũ: quod intelligitur quando eſt contra ius, vel quę eccleſiæ aduerſatur: vt deducit Io. An. loco alle. Ratio ſecundi mẽbri eſt, quia nullo caſu cõſuetudo huiuſmodi eſt cõtra ius in hoc, ꝙ in ea beneficiatus propria auctoritate dimittit beneficiũ quod obtinet, & ꝙ aliud beneficiũ pro eo propria auctoritate recipit ſine aliqua canonica inſtitutione: qa ſupponitꝗ hoc caſu fit mutatio titulorũ prębendaliũ, cõtra c. admonet. & c. quod in dubiis, de renun. & c. ij. de inſti. & c. j. de reg. iu. lib. vj. Item in hoc, quia permittit fieri propria auctoritate permutationẽ prębẽdarũ, cõtra concil. Turon. de præb. c. maioribus, de rer. permut. c. quæſitum. Item eſt contra iura in hoc, quia dat antiquiori canonico ius ad pinguiorem præbendam, cum vacabat contra concil. Lateran. c. nulla. de conceſ. præb. dic reſiduũ, vt notaui ſuper d. cõcluſione.

a ¶ Præſcribitur. *Sex differentias inter conſuetudinem & præſcriptionem, vide in dictionario Alb. de Roſa, ſub verbo, conſuetudo, & quanto tempore præſcribatur conſuetudo: dic diuerſimode ſecundum ius cano. & ciuile extra de elect. ca. Cumana. de cenſi. c. olim.*

b ¶ Portionum canonicalium. *Nota quòd conſuetudo ſeruanda eſt in dandis portionibus eccleſiarum. x. q. ij. ne numerus.*

CONCLVSIO II.

De verb. ſignific. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo loci vbi res de qua agitur eſt ſita, ſemper eſt inſpicienda. & nu. 2.*

3 *Sermones intelligendi ſunt ſecundum communem*

vſum loquendi in loco, in quo proferuntur.

CLauſula librarű, vel marcharű in literis Apo-
ſtolicis poſita, intelligitur de vſualibus loci,
vbi eſt beneficium impetratum. Allegatur de preb.
c.cum de beneficio.in clem.Conſilia.Facit.quia vſus
iſte tendit non ad litis ordinationé,ſed ad litis deci-
ſioné:ergo.arg.ff.de euict.l.ſi fundus.& ff.de vſu.l.j.
ſiue ex delicto. vt ff.de extraord.crimi.l.ſaecularij.
§.ſunt quædam.& ff.de nox.l.ij.C.de ædi.priua.l.an
in totum.ff.de admin.tut.l.ſiue hæredem.§.Lucius.
arg.C.de prædi.va.l.ij.& iij.lib.xj. Et has allegatio-
1 nes ponit Cy.C.quę ſit longa cőſue.Item † per hoc,
quia videtur ſemper inſpicienda conſuetudo loci,
vbi res ſita eſt, de qua agitur.arg.ff.de tut.& cur.ab
his.l.pupillo.& ff.de admin.tut.l.Titium.§.tutor.Et
hanc rationem ponit Cyn.de ſumma trini.l.j.in ij.q.
Sed breuiter totű contrarium puto:nam ex pręmiſ-
ſis habetur hæc cőcluſio, ꝙ quo ad litis deciſionem
a attenditur conſuetudo loci[a],vbi traxit originé ius,
ex quo iudicandű eſt,ſiue cőtractus,ſiue delictum,
ſiue res,vt pręd ictum eſt. Et ita clare innuit Cyn.in
2 d.l.j. C.quæ ſit lon.conſue. Sed † impetratio eſt res
illa à qua trahit originé ius, de cuius deciſione mo-
do agitur:attendi omnino debet vſus loquendi loci,
3 vbi impetratio facta eſt, Sermones † enim prolati in
loco ſunt intelligendi, ſecundum communé vſum
loquentium in loco illo:vt ff.de fide inſtr.l.cum de
lanionis.§.aſinā.& ff.de ſupell.leg.l.Labeo.extrà de
verb.ſign.c.j.& c.in his.alias enim Papa de facili de-
ciperetur:quia ipſe præſumitur locorű conſuetudi-
nem ignorare,de cőſtit.c.j.lib.vj.Debet enim taliter
quis loqui, ꝙ vox vel litera cőceptum eius promat
in notitiam legentiű & audientiű,& clare:alioquin
in eius damnum fiet interpretatio,vt regula,contra
eum.lib.vj.& l.veteribus.ff.de pact. Diuinare enim
non poteſt Papa, quod ſermo loquentis ad ignota
ipſi Papę habeat ſe referre.Et redeundo ad primam
rationem,eſt ponderandum quod hic non agitur de
beneficio,vt de re: ſed vt de titulo in beneficio,vel
ad beneficiű per impetrationé impetranti quęſito,
quod ab ipſa impetratione dependet: & ita non eſt
ponderādus locus beneficij,ſed potius impetratio-
nis.Contraria ſoluűtur faciliter ex præmiſsis. Facit
optime pro iſta opi.ibi quod not. Cyn.in d.l.j. C.de
ſumma trin.vbi not.in additione, quod attenditur
locus conditi teſtamenti, licet alia conſuetudo ſit
in locis vbi res ſunt: ibi vide. Ægidius.

a ¶ Conſuetudo loci. *Adde quod conſuetudini alicuius loci, vel eccleſia non derogatur per nouam conſtitutionem Papa, niſi exprimatur. extrà de conſtitut. c.j.lib.vj.*

CONCLVSIO III.

De confeſſio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio in vno iudicio facta, nocet in alio.*

1 COnfeſsio † in vno iudicio facta nocet in alio,
per no.Inn.de ele.c.per inquiſitioné.Conſilia.
Caue ne decipiaris,& diſtingue ſic:quia aut quæri-
tur verű acta vnius iudicij confeſsioné huiuſmodi
tangentis probent in alio iudicio:tunc indubitáter
dic,ꝙ non: vt probatur de ord.cog.c.ij.de fid.inſtr.
c.inter dilectos.Aut quęritur verum ſi allegetur &
probetur in ſecundo iudicio cőtra P. quod cùm ſic
fuerit confeſſus in primo:tunc oportebit,quod ſtet
in ſecűdo iudicio dictæ confeſsioni,niſi huiuſmodi
confeſsionem ad alium intellectű probabiliter in-
terpretetur,vel doceat de errore:[a] & dic quod ſic:vt a
C.de non nu.pec.l.generaliter.in fi.de prob.c.per
tuas.& de accuſ.c.cum dilecti. Nec obſt.quod res
inter alios acta,&c.nec quod acta vnius iudicij non
probant in alio: quia verum,vt tanquam acta iudi-
cialia:ſed tanquam confeſsio extraiudicialis ſolen-
niter facta,ſecus. Et ita procedunt dicta Inno.vide
de hoc Archid.de iureiur. in cap.fin.

a ¶De errore. *Nota quod errantis nulla eſt voluntas. ff. de aqua plu.arc.l.ſed hoc ita. Et errare,eſt aliud pro alio putare. xxviij.diſt.quamuis.*

CONCLVSIO. IIII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Falſi expreſsio non doloſa, an vitiet gratiam.*
2 *Venia dignus qui nec nocuit, nec deliquit.*

FAlſi † expreſsio nő doloſa quę veriſimiliter nő 1
mouit principem ad concedendum, non vitiat
gratiam,per no Inn.de conceſ.pręb.c.cùm noſtris.
in gl.literis.in prin. Licet enim regula habeat,quod
& ſi reſcriptum[a] ſit legi conſentaneű: falſus tamen a
imperator carere debet impetratis. C.ſi cőtra ius,
vel vti.publ.l.pe.& C.de diuer.reſ.l.vlt.& C.ſi nup.
ex reſcr.pe. l.j.adeo quod in reſcriptis ſemper intel
ligitur clauſula, ſi eſt ita:ſeu ſi preces veritaté nitā-
tur.de reſcr.c.fi.& d.l.ſi C.de diuer.reſcr.Cuius oc-
caſione conſueui dicere clauſulam,ſi eſt ita,poſitam
in reſcripto, non inducere nouam formam:nec per
conſequés partis vacationé in executore:iuxta no.
Inn.de pręſum.c.dudű.Quod intelligo in gratioſis.
Nec obſt.mihi quod de literis iuſtitiæ legitur, C.ſi
contra ius.l.ij.& c.ſuper literis.de reſcr.Tamen pa-
titur dicta regula fallentiam cőcluſionis noſtrę,vbi
p ſimplicitaté exprimitur illud falſum,qđ nullo mo
do mouit principé,nec mouere debuit veriſimiliter
ad cőcedendű. Nam duplex poteſt eſſe ratio,quare
talis falſa expreſsio redderet gratiam ſubreptitiam:
vna,quia induxiſſet ad cőcedendum: alia, quia per
fraudé:vt d.l.fi.C.de diuer.reſcr. Modo vtraq; ratio
bic ceſſat,vt ſupponitur. Venia † enim dignus eſt,q 2
nec nocuit,nec deliquit:vt de conſt.c.ij.cű ſim.licet
Inn.videatur notaſſe extrà de crim.fal.c.fi.quod in
gratioſis falſa expreſsio præſumitur facta per dolű:
tamé intelligo illud, vbi huiuſmodi expreſsio eſſet
talis,quę veriſimiliter deberet inducere principem,
ſaltem ad facilius concedendű.Si enim eſſet ſuper-
flua.non eſſet pręſumendű aliquid de dolo:quia do
lus ſonat in machinationem exquiſitam. ff.de dolo.
l.j.quę in inutilibus & ſuperfluis nő eſt veriſimilis.
Hinc eſt ꝙ Inn.in d.c.fi. nő dicit ſimpliciter talé ex-
preſsioné in gratiis eſſe præſumendā fraudu'oſam:
ſed dicit hoc in gratia magna:tales enim cauſę, ſeu
demonſtrationes nihil facientes ad factum,pro ſu-
perabundantibus habentur. C.de teſta.l.teſtamen-
tum nec donationes viciant. ff.de dona. l.ij.in fine.
ff.de cond. & demonſtrat. l.demonſtratio falſa &
l.cum tale.§.legato.cum ſequen. Et de hoc videtur
tex.de reſcrip.c.ſuper literis §.j.vbi inter alios.quia
ratio ibi poſita etiam viget in prophanis. Ægidius.

a ¶Reſcriptum. *Quid ſit reſcriptum, & in quo differat à beneficio, vide Bar.in l.beneficium ff.de conſtit prin. Et an cőtrarium,*

& maxime dominum, teneat, vide eundem Bar. in l.j. de conſt. prin. vbi Alex. & Iaſ. Et an teneat contra vim tituli, in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Et dic quòd valet dummodo ſit clauſula derogatoria iuris.

CONCLVSIO V.

De procuratorijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Generale procuratoriū ad cauſas includit beneficia.*
2 *Generali in ſermone non veniunt ſpecialia.*
3 *Procuratoriū ad cauſas, omnes cauſas cōprehendit.*

1 GEneralc † procuratoriū ad cauſas includit be-
neficia, per no. Inno. de reſcr. cap. ſedes. & glo.
de procur. cap. non poteſt. in elem. Conſilia. Ratio
eſt, quia ſecundum Inno. verba debent intelligi ge-
neraliter, ſicut ſonant, niſi ex cauſa eorum à gene-
ralitate recedant: & ita ſeruandum eſt in contracti-
bus, & in alijs ſecundū eum. Sed caue, & ſanè intel-
lige generalitatē huius dicti ꝙ habet, generale pro-
a curatorium[a] ad cauſas, omnes cauſas cōprehēdere,
intelligi debere prætetquam de cauſis quæ de iure
reperiuntur requirere ſpeciale mandatū: vt ff. de min.
2 l. ſi ſuid. §. ſi talis. In † generalitate enim non veniunt
talia, in quibus ſpecialitate opus eſt. ff. de proc. l. nō
ſolum. §. vlt. & l. Pomponius. in princip. & extrà de
procu. c. qui ad agendum. lib. vj. vbi Io. And. enume-
rat caſus requirentes ſpeciale mandatum. in gl. quæ
eſt ſuper verbo, paciſci. qui tex. prox. alleg. in illa ra-
tione fundantur. Et quo ad cauſas tales requirentes
ſpeciale mandatum, ſi plures reperiantur, quarum
aliquæ maiores, aliquæ mediæ, aliquę minores: dice-
re ... locum habere. clem. non poteſt. de procur. ſed
quo ad alia, ſecus: vt ibi not. quia cum ſola generali-
tas per ſe ſufficeret, nihil faceret præcedens ſpe-
cialitas: ſed tamen generalitas per ſe non ſufficit, ſed
à ſpecialitate præcedente recipit ſuum poſſe: vt d. c.
qui ad agendum. oportet quòd recipiat ſecundum
naturam ſuæ cauſæ. Et hoc vltimum placet eidam
domino magno, licet contrarium faciat ff. de tritic.
& oleo leg. l. fi. §. cui dulcia. Item caue, quòd gene-
3 ralitas Inn. † quòd procuratorium ad cauſas, omnes
cauſas comprehēdat, intelligitur de cauſis quarum
exercitium competit ipſi conſtituenti, eodem iure
quo ipſe conſtituit. Secus verò, ſi alio iure conſtituat,
videlicet vt Petrus: & alio iure ſibi competat, vt E-
piſcopo videlicet, vel rectori: quia tunc ſi conſtitue-
rit procuratorem vt Petrum, non venirent cauſæ
quarum exercitium non competeret ſibi vt Petro,
ſed vt Epiſcopo vel rectori. ff. de his quib. vt indig.
l. tutorem. & de reſtit. ſpol. c. frequens. in fine. cum
ibi not. per Ioan. And. in ſua vltima gl. lib. vj. & facit
bene ff. quod cuiuſq; vniuer. no. l. ij. quòd intelligo,
niſi eſſet talis qui agere non poſſet nomine ſuo, vt
monachus, Abbas, Prior: quia tunc talis in dubio
cenſetur velle conſtituere nomine eccleſiæ: quia eo
modo poteſt, & aliter non: maximè ſi faciat de ſua
adminiſtratione mentionem, quod videtur velle fa-
cere in dubio omni meliori modo quo poteſt: vt ff.
de teſt. mil. l. ſi miles. facit no. Inno. de præſcr. cum
ex officij: & vt res potius valeat. de verb. ſign. Abba-
te. Sed nihilominus procedit noſtra cōcluſio. Ratio
eſt, quia talis tituli beneficialis proſecutio non com
petit alicui nomine eccleſiæ, ſed nomine ſuo pro-
prio: vt not. Inno. de cau. poſſ. c. cum ſuper de reſtit.
ſpoli. in literis. Vel diſtingue de cauſis beneficiali-
bus: quia aut dicuntur propriè beneficiales, vt quia
agitur in eis de titulis beneficialibus: & tunc pro-
cedit glo: aut dicuntur beneficiales, quia in eis de
rebus beneficiorum, & nomine ipſorum beneficio-
rum agitur, & tunc ſecus, vt ſ. proximè eſt deductū.

a ¶ Generale procuratorium. *Procuratores facto per capitulum, an ſingulares poſſint contradicere, vide per Inn. extra de poſtul. prælat. cap. bona.*

CONCLVSIO VI.

De procuratoribus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Agi an poſsit cum procuratore ſubſtituto mortuo ſubſtituente.*

MORTVO procuratore † qui ſubſtituerat, 1
non ex vi mandati, ſed quia factus dominus
litis, agi non poteſt cum huiuſmodi ſubſtituto ſine
nouo mandato, per not. Pau. in clem. fin. de procur.
in glo. iij. in fi. Conſilia. Secus autem, ſi tanquam à
domino habens ſubſtituendi poteſtatem ſubſtituiſ-
ſet, vt ibi etiam not. per Pau. Ratio diuerſitatis eſt
iſta: quia quando ex vi mandati ſubſtituit, non ab
ipſo, ſed à domino videtur eſſe ſubſtitutus: vt ff.
quod cuiuſque vniuerſ. no. l. item eorum. §. ſi decu-
riones. vide Cynum C. de procur. l. ꝙ quis. q. penul.
& vlt. Aegid. Sed in primo caſu cùm non poſſit
ex vi mandati immediatè, ſeu nomine domini ſub-
ſtituere, eius perſona ſolùm attenditur: & ipſe ſolus
per conſequens dicitur eſſe mādans: & ſic eſt locus
regulæ. §. rectè. Inſt. mandati. & C. eo. l. mandatum
quæ habet, ꝙ morte mandatoris re integra manda-
tum expirat. Sed caue, & concluſionem intellige,
caſu quo mors talis interueniret re integra. arg. di-
ctorum iurium à contrario. Item quia licet ante litis
conteſt. res dicatur integra, quia quis tantum non
dicitur agere, ſed agere velle, vt no. in d. l. mandatū.
tamen poſt litis conteſt. non poteſt dici, ꝙ litis con-
teſta. debeat eſſe inchoatio negotij, cùm bis fienda
non ſit in eadem lite. Dico ergo ꝙ primus actus ſub
ſtantiuus & intrinſecus faciat rem incipi, & deſi-
nere rem eſſe integram: per not. Cyn. in d. l. manda-
tum. in j. quæſt. Aegid. Sed quid ſi habuit ſubſti-
tuens mandatum ſubſtituendi à domino etiam in
qualibet parte litis? tunc dico, ſaluo ſemper melio-
ri iudicio, quòd ex vtraque parte ſubſtitutus fuiſſe
videtur, tractus ſubſtitutionis ſit validior. arg. de
cor. vitiat. c. ſignificauit. de praeb. cap. niſi eſſent. de
præſcr. c. cū ex officij. & ibi not. ſimile per Inn. vide
Cyn. in l. quòd quis. C. de proc. in pen. & vlt. quæſt.

CONCLVSIO VII.

De emptione & venditione, & de vſuris. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta minus iuſto pretio, quando præſumatur in fraudem vſurarum.*

VENDITIO † facta minus iuſto pretio[a] per 1
diffamatum de vſuris, cum gratia retrahendi, a
præſumitur in fraudem vſuræ. per c. ad noſtram. de
emp. & vend. Conſilia. & ita videtur ibi notari per
Ioan. Andr. poſt Hoſtien. Sed quid dicitur eſſe mi-
nus iuſtum pretium? videtur dicere dicta decre. ad
noſtram. quòd pretium quod vix aſcendit ad me-
dium iuſti pretij: & de hoc eſt indubitatum, cum
decre. illa hoc exprimat. Sed quid ſi pretium eſt mi-

nus iuſtum, ſed non de tanto, vt ſuprà proximè dicitur: nunquid erit tunc locus huic concluſioni? Et videtur quòd non, quia iure naturali licet contrahentibus ſemuicem decipere intra dimidiam iuſti pretij. ff. de mino. l. in cauſæ. §. pen. C. de reſcin. vend. l. ij. & ibi no. & extrà de empt. & vend. c. cum cauſa. & cap. cum dilecti. & ibi not. Præterea probatur à contrario ſenſu per d. cap. ad noſtram. quia ſi minus iuſtum pretium quàm ibi expreſſum ad præſumptionem vſurarum inducendam ſufficeret, bene dixiſſet tex. præterea, quia aliter omnes contractus, vel quaſi in regno Franciæ eſſent vſurarij: & quòd animæ ſic contrahentium eſſent cõdemnatæ, quod eſſet durum. Fortè videtur, ſaluo meliori iudicio, probabiliter poſſe dici, quòd aut illud minus iuſto pretio, habito reſpectu ad rem, & ad pretium rei, eſt modicum: & tunc non præſumam fraudem. arg. ff. de dolo. l. ſi pleuum. § fin. cum l. ſequen. & l. ſcio. ff. de reſtit. in integ. aut generaliter eſt magnum & notabile, quod remitto ad arbitrium iudicis. ar. extrà de offic. deleg. c. de cauſis. & tunc præſumam fraudem non ex ſola quantitate pretij: & ideò non obſtat ad noſtram. vbi non ſupponitur conſuetudo fœnerandi in emptione: ſed ex tribus coniunctim: & quia pretium multũ iniuſtum: & quia conditio retrahendi adiecta: & quia talis erat cõſuetudo creditorũ, videlicet ſic fœnerandi: quę multũ attendenda eſt. l. vel vniuerſorum. ff. de pign. act. & facit bene ad hoc no. Inn. in d. c. ad noſtrã. Sed verè dubito Aegi.

a ¶ Minus iuſto pretio. *Nota quod vendere nolle, & non iuſto pretio velle vendere, paria ſunt. l. non dubium. §. fin. & ibi Bart. de leg. j.*

CONCLVSIO VIII.

De procuratoribus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitionis verba in fine procuratorij, an dent poteſtatem ſubſtituendi.*

1 VERBA † ratihabitionis poſita in fine procuratorij facientia mentionem de ſubſtituto, non dant poteſtatem ſubſtituendi, per clem. j. in fi. de proc. maximè quia alium effectum operari poſſunt. Conſilia. Poſſunt enim operari releuationem ſubſtitutorum in caſu quo procurator iure ſuo ſubſtituere potuerit, & ſi ſubſtitueret: vt videlicet poſt litis conteſt. vt C. de procur. l. neque. & fuit hoc dictum meum, quod ab initio non placuit domino Petro de Saccenato: ſed poſtea placuit. Sed caue nihilominus, & dic, quòd aut ſunt ibi ſola verba ratihabitionis & releuationis, & tunc procedunt dicta ſuperius, videlicet, quòd talia verba poſita ad executionem in principali, diſpoſitionem non inducant, per d. clem. j. in fi. Aut ibi eſt clauſula conſueta poni, per quam dat dominus ſubſtituendis per ipſum procuratorem eandem poteſtatem: & tunc ipſemet conſtituens videtur conſtituere ſuos ſubſtituendos à procuratore: nihil aliud eſt conſtituere quàm poteſtatem dare, & econtrà. Et ita procedit quod proximè dixi per l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq; vni. no cum ſi. Sed diceres, iam promittendo ratum habere quicquid facient ſubſtituti, tacitè eis videtur dare poteſtatem. Sed dico ꝙ verum eſt mediatè: puta in caſu ſuprà expoſito, ſed non immediatè: cùm verba hæc non ſonent: & tamen poſſent aliàs in proprio ſenſu effectum habere. Sed verè hoc dubium eſt.

CONCLVSIO IX.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio gratioſa pro remiſſione, quando ſubreptitia. & num. 2.*

COmmiſſio † gratioſa pro remiſſione a habenda ad probandum in partibus taxam benefi- 1
cij pro ea obtenti, quod in curia probari non poteſt, non faciens mentionem de probatione, quæ haberi poteſt in curia per librum theſaurarij, vbi talis probatio ſufficeret: eſt ſubreptitia. Conſilia. Facit, quia pro his quorũ probatio habetur, vel poteſt faciliter fieri per ſcripturas, remiſſio non ſequitur de more palatij, & Ro. curiæ. Ratio eſt, vt euitentur maximi labores, & ſumptus qui ſunt in remiſſionibus proſequendis: qui non ſunt in productionibus ſcripturarum: ex quo videtur expreſsè, quòd de dicta taxa poſſet conſtare per librum theſaurarij, quòd Papa dictum morẽ Ro. curiæ voluiſſet infringere: maximè quia hoc eſſet dare occaſionem malignandi, quę præcludi debet. arg. ff. de rei vẽd. l. in fundo. Ecce enim veriſimile eſt quòd ille qui probationem ſcripturarum ſibi faciliorem non vult aggredi, & per hoc parcere tot laboribus & expenſis, quòd ipſe cogitat ſcripturas huiuſmodi facere contra ſe. & rẽdit ad teſtes corrũpendos: vel ſaltem in aduerſarij præiudicium nititur litem prorogare, & facere immortalem: quorum vtrunque eſt malum. Sed contra hoc vides taxas omnium beneficiorum eſſe ſcriptas in libris theſaurij, (eſt publicum & notorium) ergo veriſimile eſt, quòd Papa hoc ſciat. ff. de ver. ſign. l. latæ culpæ. de poſtul. præla. c. j. qui ma. ac pol. c. ſi. xvj. diſt. Faciunt no. Inn. de reſcr. c. j. & Io. And. de conſtit. c. j. in glo. magna. & Fre. in glo. magna, de re. perm. vbi dicit, ꝙ de reſeruatione generali publica & notoria, nõ oportet in impetratione facere mentionem. arg. ff. de act. emp. l. j. in fi. Sed † reſpon. & dico, quòd 2
licet ſit publicum & notorium in curia, quòd taxæ beneficiorum ſunt cõmuniter, vel fuerunt ſcriptę in libris theſaurarij: tamẽ poteſt eſſe, quòd taxa huius beneficij vel illius non reperitur ibi ſcripta, propter perditionem librorum, vel quaternorum, vel foliorum, ſeu aliquam deletionem, vel alias. Et hoc Papa poteſt veriſimiliter ignorare: & hoc caſu debuit præſumere quòd ibi non reperiretur, poſtquã deueniebatur ad teſtes. Simile ſolemus dicere, quòd licèt ſit notorium iure Archidiaconum eccleſię cathedralis dignitatem habere. de off. archi. c. j. & c. ad hæc. cum ſimil. tamen quandoque per conſuetudinem Papæ ignotam ab huiuſmodi iure receditur. Ideo dignitas eſt exprimenda. de præb. c. cum in illis. lib vj. & cle. j. eo. tit. etiam ſi motu proprio gratia fiat per ordinationem domini noſtri Papæ. Ægid. Vide in quæſtionibus domini Neapolit. quæſt. vij. fol. j.

a ¶ Pro remiſſione. *Remiſſio quid ſit, quæ ſint conſideranda in remiſſione facienda, & quibus caſibus fit, & qualiter, et quando fieri debeat, vide per Spec. tit. de remiſſ. § 1 y. iij. & iiij.*

CONCLVSIO X.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procurator a capitulo conſtitutus, an præiudicet ſingularibus de capitulo. & num. 2.*

CAnonici † ſi capitulariter procuratorem con- 1
ſtituant, etiam in cauſa quæ principaliter non concernit, niſi certos particulares de eis in procuratorio

ratorio nominatos, etiam citatos ad cauſam, non videtur procurator conſtitutus ab illis particularibus: quia ibi non fuerunt vt particulares, ſed vt capitulum repræſentantes. ff. quòd cuiuſque vni. no. l. ij. Conſilia. Idem econtra, vt infrà q. cviij. Caue tamen, quòd licèt dicta concluſio ſit vera: tamen ſi talis cauſa quæ ex eodem iure concernat vtroſque, videlicet & ciues particulares, vel capitulum & canonicos ſingulares, agente capitulo ſeu eius procuratore, præiudicatur perſonis ſingularibus facientibus cauſam agitari, etiam ſi ad capitulum ſecũdo loco, & minus principaliter pertineat cauſæ defenſio vel econtra: probatur, de re iud. cum ſuper. & c. quamuis. & ff. eod. titu. l. ſæpe. licet ſecus ſit; ſi diuerſo & diuerſo iure, & in iuribus allegatis clarè probatur. In cauſa verò beneficiali per appellationem deuoluendam eſſet indubitatum: per cap. j. de elect. lib. vj. Sed 1 pone † canonici ſimul congregari, an capitulariter, an non, non apparet, procuratorem vnum conſtituunt ad cauſam, non apparet an nomine capituli, an verò ſingularibus ipſorum ſingulorum, quæritur quid videtur egiſſe. Circa hoc diſtingue: quia aut eſt cauſa, quæ concernit eos ſolummodo vt capitulum facientes: aut eſt cauſa quæ concernit eos ſolum vt perſonas ſingulares: aut eſt cauſa quæ concernit eos vtroque modo. Si primo caſu, cenſetur ſolum nomine capituli talis procurator conſtitutus. Sed ſecundo caſu cenſetur conſtitutus nomine ſingularium perſonarum. Nam ſermones ſunt inquirendi penes materiam de qua agitur. ff. loca. l. ſi vno anno. de reſcr. c. cum ab aliquibus. lib. vj. ff. de offic. conſul. l. ij. & de conceſ. præb. c. ſi capitulo. li. vj. cum no. Inn. de ſen. excom. c. Romana. li. vj. Tertio verò caſu, aut principalius concernit capitulum quàm ſingulares perſonas, vel econtrà. In his duobus caſibus dic vt in aliis duobus proximè præced. quia à principaliori ſit denominatio. ff. de ſta. ho. l. quæritur hermaphroditum. & ff. de au. & arg. leg. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. Aut non apparet de hoc: & tunc aut præceſſerunt aliqua ſigna capitulandi, vt ſonus campanæ, & locus capitulorum, & ordo in capitulo conſuetus: & tunc præſumam capitulariter factum: aliàs præſumam totum ſingulariter proceſſiſſe: quia ex exterioribus ſignis præcedentibus, vel ſequentibus ſit interpretatio voluntatis. ff. de teſta. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. de lega. j. l. ſi ſeruus plurium. in fin. de empt. & vendi. c. ad noſtram. de præſumpt. ex ſtudiis. ſaluo ſemper iudicio meliori.

CONCLVSIO XI.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an afficiat non legitimè citatos.*

1 SI † committitur cauſa cõtra certos, & alios quorum intereſt, ſi illi quorum intereſt non fuerunt 2 legitimè citati, ª ſed benè ſciunt cauſam agi, licet eis præiudicet ſententia huiuſmodi: tamen non poteſt ferri ſẽtẽtia contra eos: tenet palatium ſecundum dominum Petrum de Sarcenato, & ita fuit obtentũ in conſiliis. Conſilia. Certè hæc concluſio non videtur habere dubium: quia contra non citatum legitimè non poteſt ſententia, maximè diffinitiua, ferri. vt ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. l. j. §. item cùm ex dicto. Nec præiudicat huiuſmodi ſententia ſcientibus ex viribus ipſius ſententiæ, ſiue ex verbis, ſiue ex mente: ſed ex iuris poſitiui conſtitutione. quia talem ſcientem & non venientem pro ſuo intereſſe ad cauſam, vt finis litibus citius imponatur, punit in hoc: quia vult quòd ſententia illa præiudicat, vel facit, quòd videatur ſententiæ velle acquieſcere, etiam in ſui præiudicium, & ſuo iuri per cõſenſum tacitum renunciare, vt in iuribus allegatis, maximè c. quamuis. de re iudi. & l. ſæpe. eod. titu. Sed quid ſi fuiſſent legitimè citati? Certè hoc eſt magis dubiũ: & tamen adhuc dico idem: niſi huiuſmodi citati ad cauſam venerint pro ſui intereſſe. Diſtingue tamen ſic: quia aut agitur de generali ſẽtẽtia generaliter contra illos quorum intereſt proferenda; & tunc & generaliter & legitimè ſunt tales citati, & contra eos etiam in genere ſeruati termini, cõtra eos in genere forſan poſſet ferri ſententia, dummodo feratur ſpecialiter & principaliter cõtra certum, & aliàs non, ſecundum quoſdam: quod non capio: quia ſententia incerta in totum vel in parte, quo ad certitudinem nulla eſt ipſo iure. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. l. j. ij. & iij. Aut agitur de ſpeciali ſententia ſpecialiter ferenda cõtra B. tanquàm contra illum cuius intereſt: & ſi ille venit ad cauſam pro ſuo intereſſe, contra eum ſpecialiter ſeruati ſunt termini: & tunc fertur contra eum ſentẽtia, ac ſi ab initio cauſa fuiſſet commiſſa contra eum ſpecialiter. arg. de reſcriptis. c. paſtoralis. in fi. Aut ipſe non venit, & tunc ſecus: quia cùm non ſit citatus vt principalis contradictor, videtur ſolùm citatus ſub conditione, ſi ſua putauerit intereſſe: quo non veniẽte ad cauſam, videtur deficta cõditio. Nec mirum, quia licet quis compellatur ad deſiſtendum à contradictione ſeu impedimento, nemo tamen compellitur ad ſuum intereſſe allegandum, ſeu proſequendum: quia quilibet poteſt renuntiare &c. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo.

2 ¶ Legitimè citati. *Nota quòd citatio legitima eſt, quæ ex amore procedit, ſpacijs temporum ad hoc inſtitutis ſeruatis. Vt q. ij. c. præſens. Adde etiam Lud. Rom. conſil. cccex. incip. Vt cla. per. Verſ. ita enim legas. Vbi dicit quòd citatio illegitima vna cum monitione ſubſecuta non arctat citatum, ſicut citatio legitimè emanans. Et an citatio ſit de iure diuino, & an poſſit tolli per Papam vel Imperatorem, vide eundem Lud. ſingul. dclxxij. incipien. tu ſcis quòd medium.*

CONCLVSIO XII.

De pactis. De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Pactum contra ius non valet.*

2 *Incontinenti quæ fiant ineſſe videntur.*

SI in eccleſia † in qua non eſt numerus, ſit vno 1 mortuo alter per capitulum, ad quod pertinet de conſuetudine, receptus: & poſt receptionem interuenerit compoſitio inter receptum, & inter poteſtatem habentem canonicis prouidere, quòd ſi in locum primi mortui Papa alium ſurroget, receptio prædicta nulla ſit: & non valet pactũ ª propter ma- 2 lum animum &c. Iuxta not. Innoc. de reſcrip. in noſtra. in gloſſ. in cle. gratiæ. eo. tit. ſed ad receptionem non vitiat. l. per ſeruũ. §. j. ff. de vſu & habitatio. etiã ſi ſententia talis fuerit in recipiendo. per c. fin. de ſeruis. & fortius ſi ſoli recipientes habuerint hanc mentem. vt l. repetendi. C. de condict. ob cauſ. dator.

Secus ſi tractatus de hoc expreſsè præceſsiſſet. per l. Modeſtinus. ff. de ſolu. iuncta j. q. ſeq. & c. vlt. de pact. Nec tamen poteſt annullare receptionem, ſi valida fuerit, etiã ſi ipſa cõpoſitio fuit valida: quia ſicut inſtitutio non dependet ab illorum voluntate. vt c. ex frequentibus. & de inſtitut. & cap. beneficiū de reg. iur. lib. vj. ita nec deſtitutio. vt c. admonet. de renun. & not. Innoc. c. tit. c. quòd in dubiis. Conſilia. Sed certè puto ego, ſaluo tamen meliori conſilio, diſtinguendum fore, an ex interuallo, an verò incontinenti interuenerit talis compoſitio poſt receptionem. vt primo caſu obtineret quod prædictū eſt: videlicet, quòd cenſerentur duo facta. Primum vtile, ſecundum inutile: quorum ſecundum primum nunc vitiaret in diuiſibilibus. C. de donat. l. ſancim. & facit de præben. c. relatum. cum ſi. Secundo caſu ſecus: quia † quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur: & ſimul ficri vno contextu: vt optimè probari videtur. ff. ſi cer. pet. l. lecta. §. dicebam. ff. de cõtrah. emp. l. pacta cõuenta. C. de pact. l. in bonæ fidei. & l. petens. & facit de conſti. c. cum M. Sed contra opponitur de c. dilectus. de præben. & c. cum ſuper. de conceſ. præben. vbi receptio in canonicum, & promiſsio vacaturę incontinenti facta, ſe ipſa non vitiãt. Secundò opponitur, quòd mutata perſona alterius contrahentium contractus alteratur, nec cenſetur amplius vnus contractus, nec vnum factum. ff. de excep. rei iud. l. ſi quis cū totum. §. & gratiam. & l. & an. eadem. in prin. eo. tit. Modo in caſu noſtræ concluſionis iſte idem canonicatum ab vno recipiebat, & cum alio componebat: igitur compoſitio non videtur poſſe ineſſe receptioni, nec ecõtra, igitur &c. Ad primum dico; quòd nõ ob. quia loquitur in caſu, in quo à collatione beneficij vtraq; diſpoſitio actiuè procedit: & de hoc eſt de reſ. ſi eod. tempore. li. vj. Sed loquimur vbi receptio, ſeu collatio canonicatus à recipiente, ſeu conferente producente actiuè, pacto illicita à recepto vel prouiſo paſsiuè procedit, quia illa damnatur. de pac. c. cū prid. & c. fi. Non enim dicit lex diuina vel humana, quòd donans ſpiritualia non poſsit cū hoc etiam temporalia dare: ſed dicitur, quòd quia talia ſpiritualia gratis debet dare, nihil pro eis vel eorum occaſione recipere habet. j. q. iij. ſi quis obiecerit. Ad ſecundum dico, quòd nedum committit ſimoniam contrahēdo cū collatore, imò etiam cum gratia collationis facilius obtinendæ contrahitur cū aliis, qui huiuſmodi collationem, vel prouiſionem promouere, vel impedire valerēt. de elec. per inquiſitionem. de ſim. c. j. & c. Matth. & propter facti vicinitatē præſumitur animus talis: & maximè propter naturam promiſsionis: & facit etiam inductiuè. ff. de probation. l. cum de indebito. in fi.

a ¶ Non valet pactum. *Nota quòd non valet pactum contra leges, vel contra publicam vtilitatem, nec contra bonos mores. Spe. tit. de proba. §. iij. ver. ſed pone. & ſeq.*

CONCLVSIO XIII.

De reſcript. de præbend. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio canonicatus, quando ſurreptitia.*

2 *Coniecturis in incertis non eſt locus.*

1 REſeruatio † canonicatus & præbendæ certi canonici in huiuſmodi eccleſia in quã non eſt certus numerus canonicorum & præbendarum, de hoc mentione nõ facta, ſurreptitia eſt, & per conſequens nulla. de conceſ. præb. c. ex parte. Ratio, quia non præſumitur in hoc Papam vti plenitudine potestatis: ar. no. Inno. de elec. c. innotuit. in fi. Tamen dominus Pe. de Farcenato tenebat contrariū in caſu, in quo Papa reſeruaſſet locū: quia hoc verbo vti ſolebat Papa, vbi non eſt certus numerus. alleg. de conceſ. præb. c. fi. in gl. in verb. diſt. incipe. nunquid impetrans. lib. vj. quòd dubium puto. Cõſil. Quod autem primū eſſet de plenitudine poteſtatis, patet: quia talis canonicatus & præbenda moritur cū canonico moriēte. vt c. dilecto. de præbē. & c. ex parte Aſten. alleg. Aut igitur faceret reſeruatio canonicū mortuum reuiuiſcere contra naturã. ff. de verb. obl. l. inter ſtipulantem. §. ſacra. de ſolu. l. qui res. §. neq;. Aut item neceſſario peritura in perſiſtētia ſua permaneret, quod etiã cõtra naturam eſt: alioquin eſſet oppoſitum in obiecto. Item ex alio capite, quia ſub alia forma in huiuſmodi eccleſiis ſolet ſcribi, & ſi ſub iſta ſcriberetur: literæ cõtra ſtylum Romanæ curiæ emanarent, & ſic nõ valerēt: vt c. quàm graui. de crim. fal. Si vero ſecundū ſtylū Romanæ curiæ Papa ſcriberet, etiã credo quòd valeret, per no. gl. poſt Hoſtien. in d. c. vlt. de conceſ. præb. in d. gl. in verb. diſtinct. incip. nunquid impetrans. lib. vj. Et hoc modo ſaluo dictū prælibati domini Pet. de Sarcenato. Ratio in vtroq; caſu cõmunis: quia † in incertis & non in certis locus eſt cõiecturæ. ff. de verb. obl. l. cõtinuus. §. cū ita. Ita quod reſeruato hoc caſu dū valet vltra effectum ſolitū manus ordinarij collatoris habet alium effectū natura præcedente abſque quo ligamine huiuſmodi poni non poſſet, de quo dixi. Nec mirum: quia neceſſario priuatio præſupponit habitū. ff. de verb. oblig. l. decem. de iniuſ. teſta. l. vna. §. j. & de ædil. edic. l. cito. Sed nunquid cõtra iſtum reſeruatiuum poſsit opponi de inopia facultatum? vide not. in d. gl. nunquid impetrans, quæ tamen in alio caſu loquuntur. Sed nihilominus hoc caſu puto, quia illa ratio quæ viget in caſu. glo. videlicet, quia non præſumitur Papam velle eccleſiã grauari plus quàm ſuppetãt facultates, per receptionem & creationem noui canonici: viget etiam in caſu noſtro: quia nec præſumitur hoc velle facere per hunc modū extraordinarium reſeruationis. de inſt. c. j. cū ſimi. Plus enim obuiat iuri iſte modus reſeruationis: quia eſt contra naturã, vt dixi in l. vna. C. de rei vxo. ac. quàm cõmunis modus qui de iure eſt: ergo facilius tollitur. argu. ff. de teſta. mili. l. eius miliis. §. j. Nos enim loquimur in reſeruatione quæ ſecundum Fre. in tractatu de rerū permut. eſt eiuſdem naturæ, cuiuſmodi eſt impetratio ipſa: quia quãdo vnū propter alterum &c. ff. pro dona. l. fi. j. q. iij. ſi quis obiecerit. imò plus odioſa, vt dixi. Ægidius.

CONCLVSIO XIIII.

De renun. & expen. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Renuntiãs liti à quo tēpore in expēſis condēnandus.*

1 REnuncians † liti & cauſæ a in partibus ab eo tempore non eſt condemnandus in expenſis, a quia amplius in partibus non eſt litigator. Conſilia. Non dicas à tempore renuntiationis, vt concluſio ſonat: ſed dicas à tempore quo renunciatio

tio facta aduerſario notificata.ar.ff.man.l.ſi mandaſſem. Ratio ibi ponitur, ne damno afficiatur aduerſarius ignorans renunciationem. facit de procu. c.mandato. & eo.tit.c.vno. in clemen. cum ibi not. Nam quia aduerſarius ab initio temerè incipiendo litigare damno totius litis occaſionem dediſſe videtur, toto damno tenetur: vt ff.ad leg. Aquil.l.qui occidit.§.penult.cum concord.ibi alleg. Sed pone, dicit aduerſarius notificatione ſibi facta, de renunciatione prædicta non contento, imo volo ſententiam, vt ſim ſecurus de iure meo, quod per factum & culpam dicti renunciãtis poſitum fuerit in obſcuro, & volo expenſas litis vlteriores: quæritur vtrum bene dicat. Hoc dubium ſæpe occurrit: & certè meliori iudicio videtur, quòd licèt ratio proxima videatur vrgere, quòd per viam actionis dictæ expenſæ peti poſſunt: tamen aliquis dicere poſſet, quòd non ſed per officium iudicis deſeruiens actioni. de quo officio habetur C.de fruc.& lit.expen.l.terminato.& C.depo.l.iiij. Ratio eſt, quia tales expenſę ex iſto officio.non veniunt niſi vel propter calumniam vel temeritatem: vt de pœnis.c.calumniam. & ff. de iudi.l.eum quem temerè. modò talis renuntians poſt renunciationem per eum factam, & parti intimatam, nec poteſt notari de calumnia, nec de temeritate: & hoc eſt quod dicit lex, omnia iudicia eſſe abſolutoria.inſtit.de pœn. teme. litig.& quod dicunt Doct.habentes iuſtam cauſam litigandi releuari à condemnatione expenſarum: & iſto motiuo ſaluatur quæſtio prælibata.

a ¶Renuntians liti & cauſæ. *An per renuntiationẽ liti & cauſa factã transferatur dominium, Bart.in l.ſi profundo. C.de transact? Et no quod renuntiãs liti, non videtur fateri aduerſarium habere ius. C.de inge. manumiſ. quem notat Bald. ſed videtur renuntiare omne iure ſibi competenti in illa cauſa. Fallit in beneficio, vt no. dominus de Rota, dec.ccc.vj. alias decıſ.xj.de renuntiat.in nouis. Item nota quòd renuntiare liti, & non cauſa, non inducit renuntiationem tituli, de quo non agitur: quia renuntiationes ſunt ſtricti iuris: & ſic in eis non veniunt niſi expreſſa. L.cum fratres.ff.de pact.& de prændeq.c.quia circa.*

CONCLVSIO XV.

De fide inſtrumen. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exempto an credendum.*

LIcet plures contra † quòd ſi idem notarius fecit inſtrumentum appellationis & intimationis: per inſtrumentum intimationis recitans inſtrumentum appellationis, ſit fides de appellatione & deuolutione cauſæ, licèt contra allegaretur auth.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.& glo.Inno. de proba.quoniam.in gloſ.& per hoc patet.in prin. Conſilia. Et id quod not.Inno.in d.glo.not.Cy.in d. auth.in q.v. Simile huic concluſioni ſeruat æquitas palatij in inſtrumentis vigore compulſorij in partibus abſente parte non vocata exẽplatis, quia aliàs ſecundum nos requireretur partis aduocatio. per not.Cy.in d.auth.in q.j.& ij.non obſtante citatione facta in curia ad videndum decerni compulſoriam: quia decernere literas compulſorias, ac dictarum literarum vigore inſtrumenta in partibus exemplari, ſunt diuerſi actus, & diuerſas partis vocationes requirunt, licèt ſecus ſit in extractione excipiendo de prothocoll. ſed non proſequor, quia non tangit propriè materiam quæſt.aliàs cõcluſionis. Sed verè licet fateor cõcluſionem veram æquam in caſu ſuo non ita prędiudiciabili, tamẽ vbi de magno periculo ageretur, ſeruarẽ rigorem, per no.Cy.in auth.prælibata. Nec dictam obſeruantiã palatij extenderẽ ad exemplationẽ factam ſimpliciter per vnum notarium ſolũ: quia in dicta obſeruãtia vltra hæc concurrunt tria: videlicet præcedens vocatio partis ad videndũ decerni compulſoriã. Secundò authoritas executoris compellẽtis vigore literarũ compulſoriarum notarium ad exemplandũ, & eius præſentia examinans exemplationẽ. Tertiò concurrit neceſſitas officij, quæ præſumptionem malæfidei excludit: quæ non habent locum in aliis caſibus.

CONCLVSIO XVI.

De condit. appoſi. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis expreſſio alias ſubintellecta, an faciat conditionem.*

SEcundum † Petrum de Sarcenaro, illud quod dicitur per l. conditiones. & l. aliquando. ff.de conditio. & demonſtrat. expreſſionem conditionis aliàs ſubintellectæ, non facere cõditionem, nec vitiare, ſaluatur in actibus, in quibus non vitiatur per legem adiectio conditionis. In aliis autem, vt in collatione beneficiorum, ſecus: & ſic intelligit glo.c.ij. de elect. lib.vj. Pro primo allegabat lecta & not.de elect.c.ſignificaſti.& de preben.ſignificatum.Conſilia. Hic ſunt duæ difficultates. Prima eſt, qualiter expreſſio faciat conditionem. Secunda qualiter vitiet. De prima dico, quòd ſi non exprimitur aliter, quàm ſubintelligitur, non faciat conditionem.ff. de conditio. & demonſtrat.l.ſi expreſſum.& l.conditiones extrinſecus.& ita no.gl.eo.tit.l.aliquando. & Petr.de bella pertica determinatè, in l.nonnunquàm.eod.titu. ſed ſi aliter fiat expreſſio, ſecus, vt ſi cõditio hæc, ſi deo & eccleſiæ placuerit.quæ metat effectui ſpõſaliorum, exprimetur ſimpliciter, meriſ conſenſui, & aliter quàm ſubintelligeretur: & ita conditionẽ faceret, & non operaretur iuſtitiã pubblicæ honeſtatis, quæ aliàs includeret: & ita procedunt no.gl.de ſpon.c.vno.lib.vj. Et rectè ſimile.ff. de reg.iur.l.actus.verſi.nõnunquàm.per quę diſſoluuntur iura omnia, quæ videntur ſimpliciter eſſe cõtraria, ſi quis bene aduertat. In ſecunda difficultate dico, quòd ſi eo modo quo ſubintelligebatur, exprimatur, non vitiat vnquàm. Ratio eſt, quia tunc non facit conditionẽ per proximè dicta. Et ita procedit l.muto.§.tutoris datio.ff.de tutelis. Nec obſt. no.per gl.Io. And. Archi.& Ioã.mo.de elec.c.ij.li.vj. vbi notant, ꝙ ſi iſta conditio, ſi eccleſia vacat, quæ tacite ineſſe videtur, in voto eligẽdi exprimatur, vitiat: quia dico ꝙ hoc non faciat natura cõditionis, ſed incertitudo, quæ per hoc notat apud electores, licet nõ apud naturã, quæ reprobat.vt ibi no.nõ enĩ dicit ſolũ vota cõditionalia reprobari, ſed etiam alternatiua & incerta: & ita ibi ſatis innuũt doc.prædicti. Si verò non ſubintelligebatur, ſaltẽ eo modo quo exprimitur: tũc aut ſunt de illis actibus qui nõ recipiunt diẽ, neq; conditionẽ, & tunc vitiat: aliàs non. cuius materiã, & proſecutionẽ, & qui ſunt illi actus, remitto ad no.extrà de reg.iur.c.actus legitimi.& ibi pleniſsimè dixi in lectura mea regularum.

CONCL

CONCLVSIO XVII.

De reſtitutione ſpoli. quo ad colorem tituli. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Agens unde vi non tenetur titulum ſuæ poſſeſsionis colorare. Secus in interdicto integrandæ. Simile in aquæ ductu. & nume. 2.*

1 SEcundum eundem † dominum Pet. quòd licet agens vnde vi, non teneatur regulariter, ſaltem in prophanis, titulum ſuæ poſſeſsionis colorare. arg. de vi & vi ar. l. iij. §. qui vi à me. & de vſuris. l. ſequitur. §. ſi dominus. ſecus tamē dicit in eo qui ageret ex remedio c. reintegranda. Sed Guil. Cai. contrà in q. j. Conſilia. Ratio, cùm ibi reus habeat in poſſeſſione ita forte ius, ſicut vnquam habuit agens: oportet igitur volentē vincere aliquid plus habere: cum
a ius agendi [a] fortius eſſe oporteat quàm ius excipiendi, ſeu excipiendæ. licet in aliis conſiliis viderim teneri contrarium, ſatis cito poſt. facit, quia hoc remedium ſolum fundatur ſuper quadam æquitate: quæ æquitas non videtur exuberare, niſi coloretur, vt prædictum eſt: plus vrget, vt habeat locum dictum remedium, oportet quòd per aliquam iniuſtam cauſam eccleſia poſſeſsionē perdiderit. probat c. integranda. in fin. iij. q. j. & ita not. Inno. in c. ſæpe. de reſti. ſpol. Sed vt præſumatur bona fides, docere oportet, quòd ex aliqua probabili cauſa peruenerit poſſeſsio: primo notaſſe videtur Innoc. in c. ij. de reſtitu. in integ. in gloſ. per monachos. in fin. licet iſta ratio ſit nimis ſophiſtica. Breuiter de vigore iuris puto quòd ſic diſtingui debeat: quia aut iſto remedio agitur ad poſſeſsionem, beneficij eccleſiæ, vel vxoris, & tunc habeat locum concluſio, per not. Inn. de fil. presbyt. c. conſtitutus. Ratio, quia abſque titulo non poteſt ibi haberi poſſeſsio colorata, nec poſſeſsio quæ debeat aliquos iuris effectus habere: quia talia quæ iuris publici ſunt, adminiſtrationis publicæ ex propriis, actibus noſtris nobis acquiri non poſſunt, nec haberi valent, niſi ex conceſsione alicuius ſuperioris ſpeciali, & alia publica & maiori adminiſtratione ius hoc concedendi habente, vt de iuſtit. c. ex frequentibus. & ca. j. de regul. iuris.
2 lib. vj. Simile † eſt in interdicto quod competit pro ductu aquæ ex caſtello publico, vel pro rebus ſacris: quia talium ius, ſeu talis adminiſtratio non competit niſi ex conceſsione principis. & ideo talia dicit Iuriſconſultus cauſam proprietatis habere: vt ff. de interdict. l. ij. §. quædam. Aut agitur de aliis rebus: & tunc credo contrariū. Licèt enim in dubium reuocetur, an & in quibus poſſeſſoriis exceptio doli cōpetat &c. propoſita per eum locum habeat: & ſit cōmunis opinio q̃ admittatur in poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſsionis, licèt ob. l. j. §. j. ff. quorū leg. & non in poſſeſſorio recuperandæ. Secundò ſecundū aliquos ſi incontinenti conſtare poſſet, tamen q̃ in aliquo poſſeſſorio actor teneatur aliquid docere de titulo proprietatis, niſi in caſibus proximè tactis, & in caſu in quo ius cōmune faceret contra actorem & pro poſſeſſore, vt de reſti. ſpol. ad decimas. non reperio: imò horum caſuum ſpecialitas in contrarium probatur, arg. ff. ad municip. l. j. in fin. Nec mirum, attenta ſeparatione earum. ff. de acqui. poſſ. l. naturaliter. §. nihil commune. & cauſa agendi, quia ex ſola iniuſta poſſeſsionis amiſsione agitur. vt patet in c. reintegranda. alleg. Fateor tamen, quòd ſi diu non tenuiſſet poſſeſsionem, nec fuiſſet pro domino publicè reputatus, quod nō dico ad colorandum poſſeſsionem ex titulo, ſed potius ad colorandam bonam fidem, deberet aliqualiter informare de aliquibus probabilibus præſumptionibus ſuæ bonæ fidei, per not. Innoc. in dicta gloſſ. per Mona. in fin. Ægid. vide omnino quid dicam infrà ſuper concluſione xxxvj.

a ¶ Ius agendi. *Nota quod ius agendi merè perſonale ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſsione non tranſit. ff. de pec. l. quæ ergo caſus. in fine. nec contra ſingularem ſucceſſorem ff. de eden. l. quædam. §. ſi autem.*

CONCLVSIO XVIII.

De appellatione interponenda ab eo cuius conſcientia oneratur. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Oneratio conſcientiæ iudicis non impedit appellationem.*

2 *Appellatio à definitiua licet nulla, deuoluit conditionem ad ſuperiorem.*

ONeratio † conſcientiæ iudicis non impedit appellationem: licet iudex [a] deferre minimè teneatur. no. in cle. j. de iure patro. ſuper verbo, oneramus. Conſilia. Item Paul. & alium effectum ſecundum hoc habebit hæc oneratio conſcientiæ: quia licèt ſuperior iniuſtè attentata poſt appellationem habeat reuocare per modum ſimplicis querelæ, non tamen per modum attentati: vt not. Ioan. And. in dicta decret. paſtoralis. ſuper verbo, emendari. quod puto verum: quia ſi iudex ſecundum ſuam conſcientiam credit bene egiſſe, & in hoc quòd repellit appellationem iure permittente, bene agit, vt proximè dictum eſt: in hoc quòd appellatione non obſtante nihilominus procedit, nihil temerè agit, nec per conſequens attentare videtur, quia iure permittēte hoc facit. xxiij. q. iij. qui peccat. Verbum enim attentare propriè ſonat in malum. Sed diceres, ergo appellatio non valuit: cuius contrarium habet concluſio. Nego conſequentiam: quia licèt non valeat quo ad ſuſpendendum iuriſdictionem iudicis à quo, valet tamen quo ad deuoluendum cognitionem ad ſuperiorem. Sic dicimus in appellatione à diffinitiua ipſo iure nulla, quia ſententiam non ſuſpendit, ſed cognitionem deuoluit de appel. c. cum dilecto. Ægi. perſuaſit. De oneratione conſcientiæ habes de reſcrip. c. ſtatutum. §. acceſſorem. & ibi per Archi. concord. de voto. c. fin. & ibi cum concord. per gloſſ. & Ioan. Andr. in nouel.

a ¶ Iudex. *Nota quòd iudex dictus eſt quaſi ius dicens. ff. de iuriſ. om. iudic. l. j. extra. de verbo ſignific. c. forus. xxiij. q. ij. c. j. Non eſt ergo iudex, niſi ſit iuſtus. xxiij. q. ij. c. iuſtum bellum. & ideo dicit philoſophus v. Ethic. quod iudex eſt iuſtitia animata.*

CONCLVSIO XIX.

De appel. pro ſe, & adhærentibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellans de facto pro ſe, & adhærentibus ſufficit verbo adhærere.*

SI quis † appellauit de facto pro ſe & adhærentibus, ſufficit verbo eidem appellationi adhærentium quia non eſt caſus requirēs ſcripturam, tum quia non eſt niſi quædam ratihabitio, quæ ſcriptu- 1.

ram

tam etiam non requirit. Conſilia. Card. & Io. Andr.
idem in effectu tenent de elect. c. vt circa. li. vj. ſuper
verbo, ad hærentes: & vide quod ibi no. per præfatos
quatuor doctores, & præſertim per Io. And. cuius
dicta hanc concluſionem bene determinant, & ex-
planant. & gl. Io. An. optime eam probat. finis tamen
gl. nimis mihi dubius eſt. charta mihi non ſufficit ad
ſcribendum. Cogitabis. Aegid.

CONCLVSIO XX.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in profanis ſimpliciter conſtitutus, poteſt litem conteſtari abſque ſpeciali mandato.*

a PRocurator [a] † in prophanis ſimpliciter cõſtitu-
1 tus poteſt litem cõteſtari ſine ſpeciali mandato.
per l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. & de ac-
quiren. hære. l. illud. de offic. deleg. prætetea. cum ſi.
Conſilia. Nec mirum: licet enim reperiam, quòd in
iuramento calumniæ requiratur ſpeciale mãdatum,
vt c. fin. de iura. calum. lib. vj. tamen hoc non reperio
in litis conteſtatione. vt ff. rem ra. ha. l. hoc amplius. ff.
ſo. ma. l. ſi cum dotem. §. eo tempore. in auth. de ex-
hib. re. §. illud. & in auth. de litigioſis. §. ſi vero initiũ.
imò ante litis conteſtationem qui non videtur age-
re, ſed velle agere, vt probant iura alleg. ergo man-
dare procuratori quòd agat, non eſt niſi mandare
quòd litem conteſtetur, proſequatur, & finiat: quia
qui mandat totum, mãdare videtur omnes partes,
ſine quibus iſtud totum aliquo modo ſtare non po-
teſt, & præſertim litis conteſtationem per quam
quæritur dominium litis. C. de procur. l. neque. & ita
eſt totale fundamentum ipſius litis. igitur, &c.

a ¶ Procurator. *Nota quòd procurator dicitur aliquando negotiorum geſtor nullum habens mandatum. ff. de procu. l. Plautius. & de neg. geſt. l. ſi ego. Procurator etiam dicitur cuius factum dominus ratificauit, licet ab initio non habuerit mandatum. ff. iudicatum ſolui. l. iudicatum ſolui.*

CONCLVSIO XXI.

De fide inſtrumentorum notariorum per inferiores à principe conſtitutorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Comes tabellionem non creat, niſi hoc habeat de conſuetudine.*

a COmes [a] in † comitatu ſuo non poteſt tabellionem
1 creare, niſi hoc habeat de conſuetudine, per
nota. Inno. extra. de fide inſtrumen. c. cum P. tabellio.
Conſilia. Nec tamen hic dicetur verè tabellio, niſi
quia in tabulis ſcribit: nec notarius, niſi quia in no-
tam redigit, nec erit talis publico officio vbiq; con-
ſtitutus, ſicut notarius Apoſtolicus & Imperialis:
ſed id ſolum habebit quod ſibi conſuetudo dabit,
vt optimè inducit Inn. in d. c. cum P. Sed nũquid po-
teſt facere conſuetudo quòd credatur notario, præſer-
tim ſine præſentia & ſubſcriptione teſtiũ? Et videtur
quòd ſic, quia hoc inducit conſuetudo in actis iudi-
ciorum: vt de proba. cap. quoniam contra. De mate-
ria ſtatutorum vide pleniſsimè per dominum Bart.
in l. cunctos populos. & aliquid per Cyn. de contra-
henda empt. l. dudum. & C. de teſta. l. fin. Aegid.

a ¶ Comes. *Quis ſit comes, vide in vſib. feud. quis dicatur comes, dux, vel mar. hic. Et not. quòd comes inter clariſsimos numeratur in auth. vt ab illuſtribus, & qui ſupra eos ſunt. circa medium. Et dicitur comes à comitando, vel ſequendo domino. ff. de iniur. l. item apud. §. comitem.*

CONCLVSIO XXII.

De officio delega. in cauſa appellationis interpoſita per non procuratorem. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Auditor datus ſuper appellatione interpoſita per procuratorem, quomodo pronunciet.*

SEcundum magnam partem dominorum, quòd
† auditor datus ſuper appellatione interpoſita 1
per procuratorem, ſi de procuratorio non conſtet,
& conſtet bene proceſſum, poteſt pronunciare be-
ne proceſſum, & malè ſeu nulliter appellatum. Sed
dominus Pet. de Sarcenato contrà: quia iuriſdictio
ſuper appellatione nulla fundari poteſt. Conſilia.
Diſtingue, quia aut vult pronunciare nulliter ap-
pellatum in modum cauſæ: vel principaliter pronun-
tiet ſuper iſto, videlicet ſe non eſſe iudicem, & tunc
poſsit: vt l. ſi quis in aliena. ff. de iudi. & de reſcri. ca.
ſuper literis. in vlt. reſpon. cum ſi. Aut vult pronun-
tiare nulliter appellatum ad hunc finem, vt pronun
tiet bene proceſſum, & confirmet proceſſum iſtum:
& tunc non poteſt, quia iuriſdictionem non habet.
Nam commiſsio non poteſt dare iuriſdictionem ſu-
per eo quod non eſt. Præterea quia ſi fuiſſet expreſ-
ſum de nullitate appellationis, appellans in nulla
forma literas obtinuiſſet: & per cõſequens commiſ-
ſio nedum eſt ſurreptitia, imò nulla. in c. ſuper lite-
ris. de reſcri. Caue, quia hoc non eſt verum quòd
commiſsio papæ hoc modo ſit nulla ipſo iure. per
no. Inno. in c. cæterum. de reſcrip. & c. ſuper literis.
ad fi. ſuper verbo forſan. imò hoc expreſſè tenet ibi
Inno. in ver. item ſi quis impetrauerit literas. & eſt in
prin. glo. iſtius. Nec obſt. quòd dicit commiſsionem
fundari ſuper appellatione quæ nulla eſt: quia dico
quòd imò fundatur ſuper cognitione negotij, quod
dicitur per appellationem deuolui, quæ cognitio
poteſt eſſe aliqua: ſaluo tamen caſu cle. ſi appellatio-
nem. de app. Vide tamen de hoc in quæſtionibus do-
mini Neſpolitan. quæſt. lxij. fol. x.

CONCLVSIO XXIII.

De officio deleg. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictione expirata quo ad principale, officium quod cõpetit ratione principalis expiraſſe videtur.*

SEcundum maiorem partem dominorum quòd
auditor grauamine appellationis non dato ſu-
per negotio principali, niſi in euentum pronun-
ciãs bene proceſſum & male appellatum: à quo ap-
pellatur, non poteſt reponere in ſtatum, &c. tum
quia functus officio. ff. de re iud. l. iudex. de off. del. c.
in literis. tum quia illa pronũciatio habet vim dif-
finitiuæ, tum quia ſic pronunciando abdicat à ſe iu-
riſdictionem. vt c. ſignificantibus. de offic. deleg. Sed
domi. Pe. de Sarcenato & Guli. Gal. contra. ratio do-
mini Pet. eſt iſta: quia talis delegatus vltra iuriſdi-
ctionem habet officium notabile, ex quo reducit &
aſſumit iuriſdictionem, vel tollit ſuſpicionem quam
appellatio fecit: quòd non placuit aliis. Conſilia. Te-
ne cõcluſionem: ratio eſt: quia † expirata iuriſdictio- 1
ne quo

ne quoad principale iam finitum quo ad ſa officium quod cōperit tamen principalis negotij commiſsi etiam expiraſſe videtur. C. de poſſ. l. iiij. C. de fi uc.& li. expen. l. terminato. Nec mirum, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus: & ceſſante principali etiam omnia acceſſoria ceſſant: vt regula, cum principalis. cum concor. ff. de pecul. le. l. j. ij. & iij. ca. cum ceſſante. de appel. Modo expedito articulo grauaminis per modum qui dicitur, certum quod articulus grauaminis eſt expeditus ſiue bene ſiue male, quod æquiparatur, vt l. iudex, alle. Itē & negotiū principale, quia non erat commiſſum niſi in euentum. puta, ſub cōditione ſi pronunciaret male proceſſum, & bene appellatum. modo auenit contraria conditio, & deficit conditio huiuſmodi euētus. ergo. arg. l. ſi quis ita. ff. de cond. inſt. Nec ob. c. cū ceſſante. quia loquitur in illo q remanet adhuc in principali iudex. & ita intelligitur l. qđ iuſsit iudex. ff. de re iu.

CONCLVSIO XXIIII.

De offic. ordin. De offic. deleg. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Camerarius papæ cauſam appellationis à ſuo delegato ad eum interpoſita, non poteſt eidem delegato committere.*

2 *Aſsiſtentes in auditorio principis, quod ſuo iure cognoſcunt, non delegant.*

1 CAmararius † papæ cauſam appellationis à ſuo delegato ad eum interpoſitæ, non poterat eidem delegato committere: licet enim totum contrarium prius concordia tenuiſſet. Conſil. Pro eo quòd non ex prima, ſed ex ſecunda commiſsione cognoſcet iſte delegatus de cauſa appellationis huiuſmodi, ſecundum eos, per argumenta de tanquam: ſequentes quoad hoc Guli. de Cu. qui hoc tenuit in l. eos. C. de appel. tamen Pet. de Sarcenato mutans poſtea opinionem, maiorem partem ad ſe traxit. per l. eos. j. reſponſo. alle per l. præcipimus. §. j. eod. tit. Sed tunc fui contra eum primis conſiliis, & cum Guli. de Cugn. quia non reperitur prohibitum. Nec obſtat l. eos. j. reſponſo alleg. quia ibi non loquitur de delegatione, ſed de remiſsione. Nec obſt. l. præcipimus. § j. Dicebam enim quòd ibi ſpeciale in his qui præſunt in auditorio principis, loco eius ſuper conſultationibus dandis, & cauſis appellationum à iudici-
2 bus interpoſitarum audiendis. Quia † enim quod illi ſuo ordinario iure cognoſcunt, nec delegare poſſunt; ſicut nec præſidentes parlamentorum regis Franciæ, fortè vt lites abbreuientur, & propter auctoritatem auditorij & dignitatem illorum à quibus ad huiuſmodi auditorium appellatur. ſic eod. tit. l. ſi quando. imo lex magis facit contrà: quia ſi ſpeciale eſt in illo caſu, ergo in contrarium eſt ius commune. ff. ad municip. l. j. in fi. de hoc per canoniſtas de offic. deleg. c. ſuper quæſtionum. Et eſt caſus de offi. dele. c. j. & c. vt litigan. lib. vj. & ibi no. & C. de iudic. auth. ad hæc. licet docto. noſtri in l. eos. videantur dictam auth. aliter intelligere, cōtra Accurſ. Sed intellectus Accurſij eſt æquior: & facit pro canoniſtis. Conſilia. Quia opinio domini Viuarien. eſt veriſsima, licet motiuum quoddam tactum non valeat. Et diſtingue: quia aut quæritur an iudex ad quē appellatur, poſsit cauſam appellationis alteri cōmittere: & dicendum eſt quòd ſic: & ſic procedūt omnia alle. per me ſuprà proximè. Aut quęritur, an eam poſsit committere illi eidem à quo extitit appellatum: & dicendum eſt q non. Et ita procedit opi. do. Viuarien. & l. eos. §. j. alle. vbi de hoc ad veritatem eſt caſus ſecundum omnes doct. & etiam ibi not. per Cy. Et eſt ratio, quia in cauſa appellationis debet cognoſci de iniquitate iudicis [a] à quo extitit appellatum: vt l. præ- a
fecti. ff. de mino. modo de illa non debet ille cognoſcere, quia eam dicitur commiſiſſe: quia veriſimile eſt quòd ſicut errauit, vel iniquè egit ſemel, idē faceret alia vice, & factum ſuum defenderet, & tueretur: vt regula, ſemel malus. cum concord. & l. ex diuerſo. ff. de rei vend. Et de ratione iſta videtur tex. de reſcri. c. dilectus. ij. in fi. Nec facio hoc caſu differentiam inter diffinitiuam & interlocutoriam, quia ratio eſt eadem vtrobique: imò tenet Iacob. de Aret. quòd ſi papa hoc faceret, non valeret: vt not. Cyn. in d. l. eos. quod intelligo, niſi ex certa ſcientia hoc faceret, argu. de conceſ. præb. c. propoſuit. cum ſimil. Nec faciunt ad propoſitum motiua per me in contrarium tacta, nec per alios: quia argumenta de tanquam non habent locum in materia iſta, cùm ratio dictæ cōcluſionis ſumatur ab extrinſeco, vt prędixi. Duo enim iura ſib[illegible]a ſibi nō debent cōcurrere: modo hic eſſet repugnātia, nō dico naturæ, ſed rationis & iuris: p ea quę dixi: igitur, &c.

a ¶ De iniquitate iudicis. *Nota quòd iniquitas omnia præcipitat. Spec ij parte tit. de appel §. vj. verſic. nom iuſta. §. vj. ver. ſed numquid. Et iniquè dicitur fieri, quod fit per gratiam vel ſordes, vel quoties fit contra ius litigatoris ff de inoffic. teſtam. l. ſi pars. & quando dolosè & ex certa ſcientia fit. ff. de minor. l. j in princ. ſecus eſt quando inuiſtè. Nota etiam quod iniquitas ad mentis atrocitatem refertur. vide Archi. de iureiu. c. j. lib. vj.*

CONCLVSIO XXV.

De foro competenti. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus vel ratihabitio partis non inducit deuolutionem, nec iuriſdictionem dat.*

LIcet † conſenſus vel ratihabitio partis poſsit validare proceſſum, vel iuriſdictionem prorogare illius, qui aliàs eſt iudex: non tamen poteſt inducere deuolutionem, nec iuriſdictionem dare auditori aliàs non habenti, per l. priuatorum. C. de iuriſdict. omn. iudic. Conſilia. De datione iuriſdictionis eſt clarum: de deuolutione habet dubium. Dic ergo aut loquimur de nudo conſenſu, aut de conſenſu facti cooperationē habente. Si de primo, tunc ſi loquimur in prouocante ad cauſam, vel appellante, certè tunc ſolus conſenſus ſufficit, quia requiritur factum, de quo de elect. c. ſtatuimus. & c. cauſam quæ. Si vero loquimur in appellato, dummodo ſit appellatum, etiam in cauſa prophana, ſecus: quia poteſt dicere appellatus, Cæſarem appellaſti, illum habebis: & ita loquitur cap. cordi. dummodo hoc intimet appellanti in cauſa prophana, vt ibi probat. Nec obſt. de cauſa beneficiali. d. cap. cauſam quæ, in fi. vt ibi not. glo. & idem in remiſsione dic, quam ad inſtantiam vnius facit iudex, quia dependet deuolutio à conſenſu alterius partis. Si loquimur de conſenſu facti cooperationem habente: & tunc dic vt cap. ſtatuimus. & cap. cauſam. alleg. 1

CONCLVSIO XXVI.

De teſta. & de condi. ap. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio filij facta ſub conditione miſta eſt nulla.*

2 *Intel*

IN [illegible] facta ſub conditione mixta, eſt nulla, & vitiat teſtamentum.per l.fin.ff.de condi. in [illegible] Bar.contrà, per l.ſancimus.§.cum autem. [illegible]ſt.pro eo quòd omnia onera hodie ſi[illegible] ſunt ipſo iure. per l. quoniam in prioribus.c.[illegible] Sed reſpondetur, quòd hoc intelligitur [illegible] oneribus dantibus cauſam querelæ, non de inducentibus præteritionẽ ſecundum dominum Petr.de Sarcenato.Conſilia. Facit pro opinione do. Petr.de Sarce. quia remedia l.omnimodo.& l.quoniam in prioribus, non fuerunt introducta ad prouidendum contra nullitatem teſtamenti paterni, ſed inuenta fuerunt ad occurrẽdum querelis, quæ fieri poſſunt aduerſus inofficioſa teſtamenta. Ideo de cõditionibus, & de modis hanc inofficioſitatem inducentibus, & non de inducentibus nullitatem eſt intelligenda.d.l.quoniam in prioribus.arg.ff.de inoffic.teſta.l.ij.in fi. Nec obſt.† l.quoniam in prioribus, in eo quòd loquitur de conditione remiſſa: quia per præmiſſa intelligo de conditione merè poteſtatiua, quæ teſtamentum non annullabat, ſed filium bene grauabat: & illa bene remittitur: de alia non vt iustum correctio etiam euitetur.argu.C.de inoffi.teſta.l.j.& de elect.c.cum expediat.lib.vj.Sed certè opin. domini Barto.eſt æquior:quia tendit ad conſeruationem voluntatis teſtatoris: & quia d.l. quoniam in prioribus.loquitur generaliter & indiſtinctè de conditione, nec apparet vrgens ratio diſtinctionis antedictæ. nam totalis intentio Imperatoris fuit, vt teſtamentum maneret firmum: vt l. omnimodo.allega.in princ. Sed quicquid ſit de iſta æquitate, opin. domini Petr. eſt multum colorata: quia cõditio inducens præteritionẽ, nõ eſt ad onus filij, ſed ad commodum.not.gloſ.ff.de condit.inſtit. l.j.& tamen dicta l.quoniam. videtur loqui de oneribus. [illegible] quam vis. Ægidius.

2

CONCLVSIO XXVII.

De iudic.& de dilat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Terminis ſubſtantialibus omiſſis ſententia eſt nulla.*

1 TErmini † palatij etiam in cauſa beneficiali ſunt ſic ſubſtantiales, quòd illis omiſsis ſententia lata eſt nulla ipſo iure.Conſilia.Caue,quia iſta concluſio intelligitur de terminis tribus, videlicet, ad ponendum & articulandum, ad producendum omnia, & ad ſententiam audiendum. De alijs verò ſemper audiui à dominis & maioribus meis, illos non eſſe ſubſtanciales,videlicet de omnibus terminis ad dicendum contrà.Item de terminis ad libellandum,ad iurandum de calumnia,ad declarandũ, & ad concludendum,de iure eſt clarum:licèt tamen bene ſit neceſſaria petitio, quæ poſt concluſionem poteſt dari, iuxta lectu.& not.de verb.ſign.in clem. ſæpe. Sed caue: quia termini ad dicendum contra producta ſunt ſubſtantiales, quo ad effectum productionis validandum de iure.ar.de teſti.c.ij.& quo ad effectum tollendæ exceptionis &c.vt c.paſtoralis. de except. Item intellige de omnibus terminis proximè dictis ſaluis tribus primò nominatis, eos non eſſe ſubſtantiales quo ad hoc: quia ex eorum omiſsione proceſſus non eſt ipſo iure nullus. Sed dico quòd bene ſunt ſubſtãtiales quo ad hoc, quia ſi ex eorum omiſsione fuerit appellatũ, appellatio eſt legitima:& in ſtylis palatij ſaltẽ,quo ad terminũ ad declarandum operatur, poſtquã ſtylus habet, quod ſeruẽtur,ſi iudex eos omittat,grauat.de reg.iur.in. dultum.cum concor.& ita ſeruamus.Ægidius.

CONCLVSIO XXVIII.

De offic. delegat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudex datus ſuper appellatione à diffinitiua de qua non conſtat nihil pronuntiat in cauſa.*

IVdex † datus ſuper appellatione à diffinitiua. de qua appellatione non cõſtat, nihil poteſt pronuntiare in cauſa.Conſilia. Hoc intelligo verum quo ad articulum principalẽ per appellatione deuolutum: ſed ſecus quo ad hoc, an ſua ſit iuriſdictio vel non. poteſt enim pronũtiare appellationem eſſe nullam: & propter hoc ſuam commiſsionem eſſe ſurreptitiam& nullam,& per eam ſibi nullam iuriſdictionẽ attributã:pet ea quæ dixi ſuprà.in concluſione xxij. Sed contrà per no. Innoc de reſcripto.ſuper literis. in glo.quæ eſt ſuper ver.forſan poteſt probari. Sed ſolue diſtinguẽdo,vt dixit ipſe Inn.in prin. dictę gl. Aut quia literæ ſunt falſæ,& tales non dant aliquã iuriſdictionẽ:& ideo vigore talium non poteſt prætenſus in eis delegatus cognoſcere,nec pronũtiare, etiam ſuper illo articulo,an ſua ſit iuriſdictio:quia certum eſt, quòd ille priuatus eſt omnino, & caret omni iuriſdictione ordinaria & delegata:& ita procedit princ.gl.Inn.modò in contrarium alle. Aut literæ ſunt veræ,& tamen ſunt per falſi expreſsionẽ, aut veritatis taciturnitatem obtentæ:& tunc dant iuriſdictionem.vt not. idem Inno.in c. cæterũ.de reſcrip.& valet ſententia ſuper huiuſmodi articulo lata,& tranſit in rem iudicatã:vt in d.[illegible].ſuper literis. vide.Sed contrà,quòd non dant iuriſdictionem ſaltem in principali, per dictũ c. ſuper literis, in fine. cum dicit,non eſt aliquatenus procedendũ niſi &c. quia hoc dico verum exceptione ſurreptionis oppoſita:quia illa eſt præiudicialis & dilatoria:ſed illa omiſſa,ſecus,per no.in d.c.cæterum alleg.

CONCLVSIO XXIX.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in perſonam falſi procuratoris rata non poteſt haberi.*

SEntentia † lata in perſonam falſi procuratoris, rata non poteſt haberi. Nec obſt. ff.de iudi.l.licet. quia loquitur de proceſſu ante ſententiam.nec l.iij.§.falſus.ff.rem ra.habe. quia loquitur in præiudicium ratum habentis. Conſilia. Vnde Palatium modo tenet opinionem contrariam, & benè:quia quando actus alterius nomine geſtus ab initio habuit omnia ſua eſſentialia,ſaluo quòd ibi deficiebat cõſenſus illius cuius nomine fiebat:& vt valeat ſolùm dependet à voluntate & conſenſu illius aduenientè, actus huiuſmodi & huiuſmodi ſuperueniẽte conſenſu validatur.per l.ſi fundus.§.j.ff.de pig.C.ad Mace.l.ſi.& ibi not.iſta, maximè per Cy.not.etiam per Inno.in c.prudentiam.de offi.del.g.& per allegata in regula.rati.& regula,ratum.li.vj.Et per hoc deciduntur no.per Ioã.And.in quæſt omibus dictis clauſulis diſputatis:& no.gl.& Cy.C.qui pro ſua iuriſdic.iud.da.po.l.vna.Et probatur reuera clariſsimè

1
2

unde dic. / deprec. in / cancy.

per d.§.fal[illegible] alleg. Nam vt dicit Inno.in
c.d[illegible] ſentētia lata contra falſum
procuratorem [illegible] ratihabitione ſuperueniente, con-
firm[illegible]ut: vt §.falſus. alleg. quia reſpectu iudicij do-
mini [illegible] an[illegible] conſenſum ſuperuenientem non valeret:
vt [illegible] licet. C.de procur. tamen reſpectu procuratoris
non erat nulla: & ita no.glo. Accur.ff.de appel[illegible].l.ſi
expreſſi[illegible]. modo iſta ratio locum habet in caſu no-
ſtro: nec ſubeſt ratio diuerſitatis inter ſententiam in-
terlocutoriam & diffinitiuam nec inter proc[illegible]ſſum
& ſententiam. igitur &c. Ægid. Dubito quòd ſen-
tentia lata pro domino in perſonam falſi procura-
toris ſit ipſo iure nulla: quia actio in factum quæ
tranſiuit in rem iudicatam, non quæritur domino
vtilis, quia mandatum non dedit: nec procuratori
directa ſaltem in effectu, quia ſibi ſolui non debet.
Tu cogitabis pro dicta glo. Concluſionem gl. habes
ff.de exc. rei iud.l.j.licet gl. contrariam. C.de iure fiſ.
l.ij.lib.x. Si tamen domini non intereſt ad eius com-
modū factū falſi procuratoris non poſſet ratum ha-
bere: no.gl.ff.rem ra.hab.l.ſi indebitū.& xxij.q.ij.c.j.

a ¶ Falſi procuratoris. *Quot modis dicitur quis falſus procura-
tor: vide Spec.in tit.de his qui alieno nomine interuenerunt.*

CONCLVSIO XXX.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in cauſa communi tribus non poteſt
rata haberi pro vno.*

1 SEntentia † lata in cauſa communi tribus ſociis
non poteſt ſolum rata haberi pro vno, etiam ſi
opinio ſuprà proxima non procederet. Conſilia. Sed
contra C.de diuer.reſcri.l.j.cum pluribus ll.ibidem
alle.& C.ſi vnus ex pluribus appel.l.j.ij.& iij.& totū
illud brocardum, quòd vtile trahit ad ſe inutile.ff.
quemadmodum ſerui.amitt.l.ſi communem. cum
concor. Secundò opponitur, quia videtur quòd va-
let ſentētia per huiuſmodi ratihabitionem: ſaltem
quantū tangit ratum habētem.per l.j.& ij.C.ſi plu-
res vna ſent.[illegible]ondem.& per l.ij.ſecundo reſponſo.ſi
vnus ex pluribus appellet.alle. Hic eſt duplex quæ-
ſtio. Prima, an ratum haberi poſſit. Secunda ſi ſic, an
a ratihabitio [a] alteri proſit. Quoad primā: aut cauſa
non erat ſic connexa, quin diuiſionem reciperet,
etiam in modo agendi: ſicut in pluribus hæredibus
diuerſo iure agentibus, licèt ex cauſa communi.l.
ſæpe.ff.de re iudica.& hoc caſu ratihabitio prodeſt
ratum habenti.ff.de appell.ſi ſeparatim.in prin.ff.de
verb.obl.l.ſcire debemus.arg.ff.de cond.& demon.
l.pater.in fin.ſecus ſi communis: vt l.per fundum.ff.
de ſeruit.ruſt.præ.cum ſi. Similem diſtinctionē po-
nit Cy.in ratione.C.ſi aduer.pub.iud.l.j. Et per hoc
ſoluta eſt quæſtio ſecūda: quia neutro caſu prodeſt
ratihabitio alteri: non quidem primo, vt d.l.ſi ſepa-
ratim.§.j.vt ibi not.& C.ſi vnus ex pluribus appell.
l.ij.ſecundo reſponſo.& quod not.C.ſi in communi
eadémq; cauſa in inte.reſti.po.l.j.per Cyn. Nec ſe-
cundo: quia eo caſu non valet: vt dixi ad l.j.C.de di-
uer.reſcrip. Soluе vt ibi no.per Cy. Præterea hoc fa-
ciebat ad ea quæ ibi in præfationibus dicta fuerunt,
aut cauſæ concexitas, & modicum, circa id quod eſt
iuſtitiæ executiuū, & procedit hoc à principe, qui
communis eſt vtriq; ſupplicanti. hic in omnibus ſe-
cus. Nec obſt. brocardum: quia vtile in diuiſibilibus
per inutile no vitiatur. aliàs ſecus.no. Dyn.in regu-
la, vtile.& Cy.C.de dona.l.ſancimus.quod facit pro
nobis.& l.ſi cōmunem.fallit fauore pupilli. Secunda
opinio facit pro iam dictis.& facit pro præmiſſis no.
Cy.C.ſi aduer.rē iudi.in l.& §.alleg. Ægid. Belleme.

a ¶ Ratihabitio. *Quæ ſit ratihabitio neceſſaria: & quot modis
ſit de negotio geſto nomine meo, & multa alia de hac mate ia
vide in l. Pomponius de neg geſt. & per Dyn.in regula, ratiha-
bitionem. Item de hac materia vide quadam notata per Bal.
in ſing ſuis in hac dictione, ratihabitio.*

CONCLVSIO XXXI.

De donationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis donatio non transfert actionem perſo-
nalem in donatarium.*

VNiuerſalis † donatio non transfert aliquam 1
perſonalem actionem in donatarium. C. de
dona.l.æris alieni.ff.de iure do.l.mulier.& de iudi.l.
non poſſunt. licèt det remedium retractandi dona-
tionem propter fraudem creditoris.ff.de his quæ in
frau.cre.l.non omnes.§.Lucius. Conſilia. Puto bene
primam concluſionem eſſe veram per l.alleg.& per
alias.ll.quas alleg.& glo.in d.l.etiam. Sed caue: quia
ſecundam non puto eſſe veram, nec eam [illegible] et do.
Ioā. Nichoaunalen. Epiſcopus.in d.l.æris. Ratio eſt,
quia in dicta donatione, do tibi omnia bona mea:
bona non intelliguntur, niſi ære alieno deducto: vt
l.mulier. & l.non poſſunt. alleg. modo per hoc non
committitur contra creditores aliqua fraus nec fa-
cto nec conſilio: igitur non habet locum edictum
de his. quæ in frau.cre.alleg.&c. licet gl. contrà te-
nuerit in l.etiam.alleg. Nec obſt.§.Lucius.alleg. quia
ibi ſub bonorū nomine donatio non fiebat: ſed fie-
bat ſub priuato nomine ſpecialium ſeu particulariū
rerum facientium tantam quantitatem &c. Quod
ergo remedium datur creditori? Certè quòd agat
contra debitorem, qui adhuc remanet obligatus: &
quòd executio fuit in bonis ſuis per [illegible]ium poſſeſſis:
quod cōſilium etiā dat glo.in l.etiā & dictū intelle-
ctum ſonat verbū, tradidit, poſitū in §.Lucius.alleg.

CONCLVSIO XXXII.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Mandatū generale petendi reſtitutionem in inte-
grum ſufficit ad petendum eam principaliter.*
a *Expreſſio generalis & ſpecialis qualiter differāt.*

MAndatum † generale petendi reſtitutionē in 1
integrum [a] ſufficit ad petendum eam etiam a
principaliter: non ob.l.illud.§.ſi talis.ff.de mino. Si-
mile not.de elect.c.ſtatuimus. lib vj.in gloſſ.fin.per
Innoc. Conſilia. Vbi not. Inno. quòd procurator qui
non admittitur ſine ſpeciali mandato ad dandum
obiectus, ſiue crimina, contra electum admittitur,
ſi procuratorium det ſibi ſuper hoc in genere pote-
ſtatem: licèt crimina ſeu obiectus non ſpecificentur
in procuratorio. Sed Pe.de Bella pertica tenet con-
trarium. C.per quos cauſa in integr.reſtitu.agi po.l.
vna. vt ibi recitat Cyn. in j.quæſt. & hoc per l.ff.de
acqui.hæred.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.j reſpon-
ſo.& per hoc optimè facit extra de procur.c.qui ad
agendum, lib.vj. Probatur ratione: quia nominata
expreſſio id requirit: vt l. illud.§.talis ergo. Nam
nominati fit expreſſio, cum fit non ſub nomine ap-
pellatiuo,

pellatiuo. ſed proprio, vel eo quod habet vim pro-
prij nominis.de teſt.licet ex quadã.de libe.& poſth.
l.nominati.ff.ſi cer.pe.l.certum. Et iſtam rationem
poſuit Ioan.And.pro iuſtificatione caſus dicti c.qui
ad agendum.in d.c.& ſi ſic,poſſum etiam arguere ex
identitate rationis ad iſtum caſum.Nec ob.c.j.in fin.
cum ibi de con.lib.vj.vbi licèt text.dicat, non tollit
conſuetudinem, per l.niſi fiat expreſsè mentio de
conſuetudine.tamen ſufficit generalis:vt C.de vſur.
2 l.eos.& auth.nauigia.C.de fur.quia † dicò quòd in-
ter expreſsionem & ſpecialem expreſsionẽ eſt dif-
ferentia,ſicut inter genus & ſpeciem.Modo dictum
c.j.non requirit niſi expreſsionẽ:ergo ſufficit quæ-
cunque generalis. Sed caſus noſter requirit ſpecia-
lem: & ita procedit c.qui ad agendum.cum ibi not.
per Ioan.Andr.in nouel.ſuper verbo generale.& ſi-
mile.de elect.vt circa c.Is qui.& c.procurator.lib.vj.
& c.conſtitutionem.eo.tit.in d.cle. Hoc intelligitur
cum petitur in integrùm reſtitutió principaliter:&
in hoc ſequor Petr.ſecus verò eſt ſecundum Petr.ſi
incidenter pateretur, per l.ad rem.& l.ad legatum.
ff.de procu.& ita no.Cy.in d.l.vlt.in vlti.q.Ad no.
Inno.dic quòd non loquitur determinatiuè, ſed ſe-
cundum opi.aliquorum: vel fortè loquitur in caſu,
qui licet requirat expreſsionem, non tamen requi-
rit ſpecialem vel nominatã.Ægi.vel dic quòd Inno.
non viderat c.qui ad agendum.& dictum ſuum tol-
litur per c.illud. Si vellem ſuſtinere concluſionem,
dicerem cõcluſionem loqui in caſibus reſtitutionũ
iam cõpetẽtibus.& qui prouideri poſſunt.Sed certe
nõ placet,quia eodẽ modo deberet dici in c.qui ad
agendum.Contra mentẽ iſtius c.facit:quia nec ſunt
magis eiuſdem rationis cauſæ reſtitutionum,quàm
alij caſus requirentes ſpeciale mandatum. Ægidius.

2 ¶Reſtitutionẽ in integrum. *Quid ſit reſtitutio in integrum, vide per Bart.in l.qui proprio.§.item quæritur ff.de procur. & quotuplex ſit, vide eundem in l.cum quis.§ ſi quis pro reo ff.de ſolu. Et nota quòd reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.l. videamus.§.in Fauiana ff.de vſuris.*

CONCLVSIO XXXIII.

De in integrum reſtit. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articulum minoris vel eccleſiæ petentium ſe reſti-
tui aduerſus ſentẽtiã in qua dicũtur ſe læſos,valet.*

1 VAlet † articulus minoris,vel eccleſiæ petentis
ſe reſtitui aduerſus ſententiam, in qua dicit
ſe læſum. licet non addat verbum enormiter:dum-
modo hoc cõſter aliàs ex allegatis in actis.Conſilia.
Hoc intelligo verum, ſi allegata in actis data ſunt
2 etiam in articulis.ſi verò data non ſunt pro articu-
lis,tunc articulum non declarat.nam articulus non
datur,niſi pro teſtis facili examinatione: teſtes autẽ
non oſtendũtur. niſi data pro articulis fuerit ſuper
quibus habẽt deponere:& ita in aliis actis ſibi non
extenſis:non obſtat quòd teſtis adhuc remanet ſu-
per articulo incertus & obſcurus:non ſic in ſenten-
tia,quia ſententia refert ad omnia acta,& ex omni-
bus iuſtificatur: & ſic procedit.C.de ſent.quæ ſine
cer.quan.l.iij. Sed plus dico,quòd adhuc articulus
talis, qui nõ haberet niſi quòd minor eſſet enormi-
ter læſus.non eſſet ſatis clarus:quia plures & plures
poſſunt eſſe læſiones, etiam diuerſarum rationum:
facit de rei ven.l.ſi rem.ff.de iniu.l.prætor edixit. &
generalitas parit obſcuritatem.l.ita fidei.ff.de iure
fiſ.ff.de leg.j.l.cum incertus.& l.legato generaliter.
& hoc verum, niſi factum vnde ſurgeret læſio,de-
claretur in aliis articulis. Nam vnus articulus ab
alio ad eundem finem tendens bene recipit decla-
rationem cum omnes tales articuli ſimul coniuncti
propter vnum finem,ad quem tendunt,cenſeantur
facere vnum fructum. Simile.ff.de legi. l.inciuile.
Ægidius Bellemeræ.

CONCLVSIO XXXIIII.

De præſcriptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones & articuli debent eſſe facti & non iuris.*

VAlet articulus præſcriptionem deducens ſuper
longa præceptione fructus de verbo præſcri-
ptionis non faciens mentionem.Conſilia.Hæc con-
cluſio eſt indubitata ratio:quia poſitiones † & arti- 1
culi non debent eſſe iuris, ſed facti.no in c.ſtatui-
mus.de confeſ.& c.ij.eo.tit.lib.vj.Nec mirum potiſ-
ſime,quia articulos illos longæuus vſus pro clariori
teſtium depoſitione & examinatione admiſit.pro-
batur de verb.ſignifi.ſæpe contingit.in clem.no.de
teſti.per tuas.& eo.tit.præſentiũ.lib.vj.Modo ſuper
facto debet deponere teſtis, & non ſuper iure.not.
Ion.de teſti.cum cauſam.& Io.And.de conſuet.cum
tanto.quia officium iudicis, & non teſtis, eſt diffi-
nire de iure, quod ſemper eſt certũ, & probatione
non eget.not.C.de vſu.l.j.in glo.Ægidius.

CONCLVSIO XXXV.

De officio delegat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex tertius ſuper appellatione interlocutoria
cognoſcens ad quem debeat remittere cauſam.*

SEcundum Pe.de Sarcenato,quòd ſi tertius † iu- 1
dex ſuper appellatione ab interlocutoria pronũ-
tiet bene fuiſſe appellatum à ſecũdo iudice, qui in-
terlocutoriam primi iudicis reuocauit: & hoc non
pro eo quia primus male,& ſecũdus bene pronun-
tiaſſet:ſed ex nouis productis corã eo & ſpeciali cõ-
miſsione domini noſtri Papæ:nihilominus ad ſecun-
dum iudicem tertius debet remittere cauſam:quan-
quàm aliqui eſſent in opinione quòd imo debebat
remittere ad primum. Alij vero dixerũt.quòd cau-
ſam debebat retinere. Ratio domini Petr.quia ſen-
tentia ſecundi non reuocatur quaſi iniqua iure com-
muni:ſed propter ſpecialem commiſsionem domini
Papæ, quæ hoc caſu obeſſe non debet.argu.de mili.
teſta.l.ſi miles.Conſilia.Opinionẽ domini Pet.puto
veram. Ratio:nam tũc debet retinere cauſam iudex
de appellatione tali cognoſcens, cum reperit ratio-
nabiliter fuiſſe appellatum: ſi minus rationabiliter
appellatum reperiat,remittere debet cauſam,vt le-
gitur ad literam de app.c.vt debitus.pen.reſponſo. 2
Modo rationabilitas,vel irrationabilitas huiuſmodi
attẽditur ſaltem in appellationibus à grauaminibus
ex proceſſu habito ante tempus appellationis,& co-
ram iudice à quo.vt cle.appellanti.ergo ſi tunc fuit
proceſſus iuſtus & appellatio irrationabilis, licèt ex
nouis actis & noua principis cõmiſsione proceſſus
de nouo reddatur iniuſtus, vt ſupponit concluſio:
nihilominus debet fieri remiſsio. Præterea quia ceſ-
ſante cauſa &c. vt l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pa.
Modo cauſa, quare non remittitur ad eum qui gra-
uauit,eſt:quia pro eo quòd grauauit, redditur parti

ſuſpectus. & timetur qi ꝙd adhuc grauet.vt not in d.c.vt debitus. modo in caſu noſtro apparet, quòd nullam partem grauauit, vt ſupponitur, ergo &c. Sed quid ſi appellatum ſit ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ quo ad clc.appellanti.de app. & ex nouiter productis reuocabitur per iudicem ad quem: ſi etne remiſsio hoc caſu? certe de iure puto quòd ſic,per proximè dicta:& ita volebat etiã dicere dominus Vinarten.ſed dubito quòd non ſeruaretur.Ægidius Bellemera.

CONCLVSIO XXXVI.

De reſtit.ſpol. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio doli quando habeat locum in poſſeſſorio.*

2 *Regula,dolo facis,in quibus habeat locum.*

a Contra agentem ex remedio c. reintegrandæ, non admittantur articuli vel exceptiones tangentes ius proprietatis.Conſilia.Certe hoc dubium 1 eſt: quia exceptio † doli ſatis bene habet locum in iudicio poſſeſsionis recuperandæ,dummodo occupata fuerit per violentiã.vt no.Cyn.C.vnde vi.l.fin. in q. v. Et hinc eſt quòd tenet ibi Cyn.quòd ſi rem meam primo poſſediſti:& poſtea ſine culpa tua deſiiſti poſsidere, & ad me peruenit, non potes poſtea agere contra me: dummodo ſtatim docere poſsim de dominio meo. Sed eſt verum quòd dictum Cyn. ſe refert ad remedium.l.conquerebatur.C.vnde vi. quod quidem remedium in apprehenſione requirit dolum.vt ibi not. Cy. & gl.& ſecus in hoc remedio c.reintegrãda.Circa hoc autem videtur diſtinguere ſic:quia aut poſſeſſor excipit de non iure agẽtis:aut de ſuo proprio iure.Primo caſu nullo modo admittitur:quia in hoc affert priuilegium hoc remedium: quia abſq; hoc quòd probetur proprietas, poſſeſsio reintegratur,vt probat dictum c.reintegrãda.& not. Inn.in c.ſæpe alle.fallit primo, ſi exceptio iam probata eſſet ex actis per no.Inn.de diuor.c.ſignificaſti. Secundo ſi incontinenti vellet probare hanc exceptionem per regulam, dolo facis.& l.iij.§.cauſæ.ff. ad Carbo.habet enim locum exceptio hæc etiam in iudiciis poſſeſſoriis.vt not.de reg.iur.l.inuitus.§.cui damnus.imo not.gl.ff.de iudi.l.ſi de vi.quod in omnibus iudiciis poſſeſſoriis habet locum.Sed certe duo. vnum excipiunt: videlicet de iudic.recuperandæ poſſeſsionis,competere contra actorem violentum in odium violentiæ.de reſtit.ſpol.c.in literis.ff.de vi & vi arm.l.iij.§.qui vi à me.per l.ſi quis em ptionis.§. ſed hoc ſuper illis.ij.reſponſo.C.de præſcript.xxx. vel.xl.an.vbi apparet, quòd ſecundus poſſeſſor, qui per violentiam occupauit priorem poſſeſſorẽ,nulla exceptione repellit propter odium violentiæ ſuæ.& ita no.Cy.C.loca.ſi quis conductionis.in quarta op-
2 poſitione.Cum enim † regula dolo facis.nõ reperiatur fallere; in hoc caſu ſtandum eſt ei:maxime cum æquitas huiuſmodi remedij nõ ſit tanta,ſicut æquitas illius regulæ. Præterea ſi violentiæ odium facit iſtam regulã fallere,vt in iuribus allegatis: ceſſante violẽtia ceſſat fallacia. Secundo caſu principali fortius idẽ puto.Primo quia ſic appellatur de non iure agentis.arg.ff.l.Pompo.§.& ſi.Secundo quia ſic fortius ius allegat poſſeſſor,videlicet dominiũ cum poſſeſsione præſenti, quàm agentis, qui ſolum ſe fundat in poſſeſsione antiqua.vt ff.depoſi.l.bona fides. ergo præferri debet eius intẽtio.arg.C.de edic.diui Adri.tol.l.iij.& d.l.bona fides. maxime, quia iſtud remedium eſt contrarius,& ideo videtur tenendum in caſu ſuo, videlicet in clericis & eccleſiis, & eorũ bonis, & adhuc in eis reſtringendum, vt in regula, quæ à iure.Ex his videtur teneri in conſiliis,quòd ſi poſſeſſor de titulo & bona fide exciperet,præſumẽdum eſſet,quòd maius ius haberet:quia ſi iſte à poſſeſsione etiam cecidiſſet, haberet vltra vnum aliud remedium in rem: videlicet Publicianam.ff.de Pub. per totum. Sed an in his própia probatio ſit neceſſaria, ſicut in alio caſu proxime præcedenti? Certe puto quòd non: quia reus debet eſſe ita fauorabilis in ſua exceptione legitima,ſicut actor in ſua actione vt reg. fauorabiliores.& reg.non debet. Modo iſta exceptio eſt legitima vt dixi.Præterea hoc caſu maior æquitas aſsiſtit excipiẽti, quàm in caſu proxime præcedenti vitiatur circuitus hic.arg.l.dominus.te. ſte.ff.de cõdi.indebi.& no.ibi.Præterea iſta exceptio procedit ex fauore, illa ex odio iungitur &c.vt in reg. odio. Sed caue, quia procuratores audientiæ bene cauent ſibi, & ab initio verba talia deducunt in libello & articulis, quòd omnia iudicia poſſeſsionis recuperandæ comprehendunt, & iudicium petitorium partis vtriuſque ſuſpendunt, ſic quòd iſta exceptio propter admiſsionem interdicti non recipitur:& ita ceſſat diſceptatio præſens: al às tamen ſuſpenſio non obeſſet, eum dicam etiam hanc poſſeſſoris exceptionem obſtare. Simile de reſtit.ſpol.ſollicitè.& c.excepta.Ægidius Bellemera.

a ¶Contra agentem. *Nota quòd agere dicitur, qui excipit, ff de except.l.j.licet contrarium videatur quòd appellationis non continuatur exceptio. nota etiam quòd agere propriè dicitur in iudicio: facere verò extra iudicium ff.quod cuiuſque vniuerſitatis.l.j.§.quibus.*

CONCLVSIO XXXVII.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Auditor quãdo admittat articulum appellationis.*

Vbi † appellatur ab interlocutoria præiudiciali, 1
a auditor datus in curia non debet admittere a articulum appellationis. niſi de conſenſu vtriuſque partis:præſertim ſi intereſt vtriuſque:& ita procedit quod dicitur in plurali de app.c.cordi.lib.vj.dot,niſi de partiũ &c.quicquid ibi notauerit Inno.Conſilia. Vnde bene procederet.ſi vtriuſq; intereſſet pronunciari,& eſſet tale quid quod non poſſet cõmode poſtea in proceſſu principalis negotij reparari:vt puta quia ſuper aliquibus attentatis non directè tangentibus negotium principale interlocutoria lata eſt, partim contra actorem, & partim contra reum, & vterque appellauit: & ſimile de teſta.c. Raynal.& c. Raynutius,in fin.Ratio:nam iudex qui eſt politus, non niſi ad iuſtitiam miniſtrandã, ius alicuius partium auferre non debet.C.de iudi.vj.col.l.iij.in fin.& vnde vi.l.meminerint. & ſic procedit concluſio, ſi poſsit in proceſſu principalis negotij grauamine illatis faciliter recuperare, poteſt iudex procedere in negotio principali ſaluo iure expenſarum.& ita ſeruamus.& ita procedit opinio Innoc.Ratio:quia hoc non nocet grauato qualiter fiat, dummodo fiat: & prodeſt vtriq; quia lis abbreuiatur.arg.ff.de dã.infe.l. Proculus.cum ſi.& præſertim non haberet dubiũ,ſi pars grauata hoc vellet: quia licet ſibi reſpuere ea quæ

quæ faciunt pro ſe.ff de mino.l ſi index.cum ſi. Sed præmiſſa intelligo, vbi appellatio venit extra palatium, a alio tamen quàm à cardinali: & cõmittitur in palatio Apoſtolico. Nam in tali caſu ſiue pronunciat auditor bene proceſſum per iudicem à quo, ſiue male nunquàm remittit, ſed ſemper de conſuetudine palatij remanet tota cauſa in palatio terminanda. Ratio conſuetudinis eſt iſta: quia non eſt locus in mũdo eccleſiaſticus, vbi cauſæ ita bene & celeriter terminentur, ſicut ibi, vt experientia docet: & hoc facit copia peritorum, quæ ibi eſt, & diſertiſsimus modus cauſas audiendi, conſulendi, & decidendi, qui ibi habetur. Sed ſi appelletur & cauſa infra palatium committitur alteri auditori, quia tunc ceſſat conſuetudo prædicta, & locus eſt iuri communi: de qua c. vt debitus. de appel. com conſuetudo non eſt, appellationem à cardinali auditori palatij committere, nec fieri debet, niſi de mandato Papæ expreſſo propter honorem ipſorum.

a ¶ Interlocutoria præiudiciali. *De multiplici interlocutoria vide Bart. in l. quod iuſſit. de re iudi. vbi plenius de hac materia quam alibi. Et nota quòd eſt vna de quatuor ſpeciebus ſententiæ. Et ad ſciendum quomodo diffiniatur & quomodo cognoſcatur interlocutoria, & de habente vim diffinitiuæ, & quando dicatur interlocutoria, vide latè per Feli. in rubri. de re iudic. col. y. cum ſequen.*

CONCLVSIO XXXVIII.

De in integr. reſtit. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia & minor reſtituuntur poſt concluſionem & publicationem atteſtationum ad producendum nouos teſtes.*

1 ECcleſia † & minor [a] reſtituuntur poſt conclu-
a ſionem & publicationem atteſtationum ad producendum nouos teſtes: ſaluo quòd requiritur ibi aliqualis cauſæ cognitio propter timorẽ ſuborna-
b tionis: & hoc ſi petant reſtitui [b], aliàs exactio aliqua præſumptione non iuuatur, quanquam alias regulariter huiuſmodi reſtitutionis petitio ſiue aduerſus ſententiam, ſiue incidenter, requirit cauſæ cognitionem per diſſolutiones. Io. An. d. c. cum veniſſent. & c. auditis. de reſtit. in integ. c. ſciſcitata. eo. tit. Conſilia. Hæc concluſio habet quatuor dicta. Primum & ſecundũ clare deciduntur per Inno. de reſti. in inte. c. auditis, in glo. vlti. poſt prin. ſaluo quòd ſecundum loquitur inepte. Nam non ſufficit ſic aliqualis cognitio cauſæ in primo dicto: imo requiritur magna diligentia & exacta, maxime propter timorem ſubornationis, & quia præſumitur produxiſſe teſtes meliores quos habebat. vt not. Innoc. in d. c. auditis. Similem præſumptioné ſecundæ præſumptioni ponit Inno. in c. dudum. de deci. Tertium dictum bene procedit: quia aliud non quærit dicta ſummaria cognitio, niſi huiuſmodi præſumptionem. Nec mirum: quia materia in qua proceditur per præſumptiones, faciliter vna præſumptio aliam tollit, vt not. Innoc. de eo qui fur. or. ſuſcepit. c. innotuit. in fin. vtputa ſi aliqua iudicia approbata in actis, ſiue reſultantia ex eis, vel ex eis aliqua producta, aut confeſsiones ipſarum partium reddantur bene veriſimilia, & aliqualiter probata illa clauſula ſuper quibus petitur alia productio teſtium. Quo ad quartum, dico quòd opus non fuit dictam præſumptionem allegare: ſufficit enim dicere hoc quo ad obtinendum reſtitutionem. oportet etiam minorem & eccleſiam probare læſionem enormem. vt ff. de mino. l. non poſtea. §. ſed ſi minor. & de in integ. reſtit. c. ij. & c. cum ex literis. cum ſi. & vltra in minori probari oportet vltra læſioné aliquã aliam cauſam. ff. ex qui. cauſ. ma. l. j. §. fi. Præterea regulare eſt, quia vbi probationes requiruntur, clarum eſt quòd illæ debent eſſe pleoæ & claræ. de proba. c. in præſentia. C. de rei vendic. l. fin. de proba. l. actor. argu. pro. C. ſi tibi petitio. l. in bonæ fidei. fallit vbi tale factum in probatione læſionis deducẽdum eſt & probandum, quod poſtmodum in alio magis principali & directo iudicio principalius diſcutiendum eſt: ſicut cum petitur reſtitutio ad appellãdum à diffinitiua vel econtra lapſum fatalium ad appellationem proſequendam: tunc enim dicendum eſt in aliquo de iuſtitia volentis ſe reſtitui, etiam quo ad negotium principale: quia aliter læſio non eſſet vera: quia non habentis ius in principali negotio non intereſt appellare: ſed quia de hoc intereſſe plenius eſt poſtea diſcutiendum, ſufficit magis leuis & ſummaria probatio. argu. de teſti. c. veniens. ij. Innoc. de foro competen. c. Romana. §. contrahentes. lib vj. de illa materia plene per Innocen. in c. literis. alleg. Sed quod dixi, locum habet in informatione quæ recipitur ad effectum reſtitutionis obtinendæ. Sed caue quòd vltra iſtam requiritur alia informatio quãdocunq; ad effectum agere volentem ad agendum, admittendum & recipiendum: vt pote quando veriſimiliter petit reſtitutionem aduerſus res bis iudicatas. vt ff. de mino. l. minor autem magiſtratus. primo reſponſo. in fin. & C. ſi ſæpe. in integr. reſtitu. pet. & quando præſumptio vel timor ſubornationis vel fraudis committendæ facit contra petentem reſtitutionem: vt in primo dicto huius concluſionis inductum eſt.

a ¶ Eccleſia & minor. *Adde quòd eccleſia & capitulum idem ſunt: & ſic minori æquiparatur, vt ne poſſit contra ſuum prælatum agere, niſi dato actore per iudicem. Ita & capitulum, niſi in authoritatem ſuperiorum. Gloſſ. eſt ſingul. extrà de appellat. c. ſignificauit.*

b ¶ Si petant reſtitui. *Qui poſſit petere reſtitutionem in integr. & quibus rebus, & caſibus, & quibus non, & de multis dubitabilibus circa hoc, vide Specul. in titu. de in integrum reſtitu. iij. parte §. ij.*

CONCLVSIO XXXIX.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus in locum alterius, eius iure vtitur.*

2 *Nomen proprium præponderat nomini dignitatis.*

SVbrogatus [a] in † locum auditoris, cui manda- a
tum fuerat, quòd ſi ſibi conſtaret neutri parti in 1
beneficio ius competere, prouideret iſti, & ei poterit prouidere. facit, quia ſubſtitutus loco eius, ergo &c. argu. ff. de iudic. l. mortuo. & l. cum proponebatur, el ij. Et quia ſibi ſcribebatur ſub nomine auditoris, ergo vt auditor. de offic. deleg. c. quoniam abbas. Sed contra per nominis proprij expreſſionem: facit no. Cyn. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. j. in viij. q. Item quia hæc poteſtas prouidendi non competebat primo vigore, & ratione ſuæ iuriſdictionis, & primi mandati, ſed ſolum vigore & ratione noui mandati non iuriſdictionalis: modo in primo non in nouo

ſurrogatus eſt iſte: igitur. facit l. cum apud Sempronium. ff. iudic. ſol. Ad hanc partem ſe inclinabat do. Neapolitan. licèt omnes tunc faterentur locum eſſe prouiſioni, cle. auditor. Hoc caſu tamẽ quæſtionem formabat do. Neapolitan. in iudice appellationis, & formabat argumenta de hoc, quòd alia cauſa eſt appellationis &c. & in cõtrarium, quia in ea non propoſita &c. & ſoluebat per not. Innocen. de teſtib. c. fraternitatis. vide in quæſtionibus do. Neapolitan. quæſtio. cxlv. fol. xxxiij. facit cap. per exceptionem. §. fin. de priuileg. libr. vj. vbi exemptio clericorum eccleſiam non concernit: ſed non facit multum ad rem. Item facit quod not. Spec. in prima parte Spec. titul. de offic. deleg. §. vlti. ad fin. verſicu. ſed quid ſi plures. & do. Bar. in d. l. cum apud. verſ. quarto pone. Vbi videtur ſentire l. cum apud. locum habere etiam in iudice eiuſdem auditorij in eadem inſtantia ſurrogato. Item facit no. in c. quoniam Abbas. præalle. Item not. quòd idem eſt, ſi nomine proprio cum dignitatis adiectione ſcribatur, ſicut ſub ſolo proprio nomine ſcriberetur. Idem not. Ioan. Andreæ. de reſcript. c. ſtatutum. lib. vj. in nouel. facit quia in dignitate auditorij huiuſmodi multa cõcurrunt: ergo de illa non eſt conſideranda, ſicut de canonico: not.
1 in d. c. ſtatutum, & quòd ponderandum † ſit plus nomen proprium, licèt eum nomine dignitatis adiunctum nomen dignitatis videatur. text. expreſſus. ff. de ſtipul. ſer. l. ſi ſeruus communis ita ſtipularetur. in fin. Quid dicendum? puto præmiſsis non obſtan. cõcluſionem veram: quia licèt hoc ſit verum in dubio, quòd vbi ſub nomine proprio ad aliquem dirigitur locutio etiam cum adiectione ſuæ dignitatis: tamen vbi ex aliquibus circunſtantiis & veriſimilibus coniecturis apparet, quòd intuitu dignitatis, & non intuitu perſonę diſpoſitio proferetur, tunc non ad perſonam, ſed ad dignitatem refereturi de teſta. c. requiſiſti. de epiſc. & cle. c. licentiam. facit ff. de an. leg. l. annona. §. à Titia. facit de foro competen. c. dilecti. cum ibi not. per Ber. Innoc. & Hoſt. in princi. & quod no. de quæſtione ambaſiatorum per gloſſ. ff. de procu. l. qui proprio. §. item quæritur. per Cyn. C. de ſacroſan. eccl. l. j. in vij. q. facit. ff. de reb. dub. l. ij. cum ibi no. per Bart. & ff. de condi. & demonſt. l. ciuibus. Modo iſtud mandatum dirigitur Ægidio auditori, pro eo quòd erat auditor: & ſignentur verba, ſi per euentum &c. nam ſolus iudex eſt ille, qui habet iudicare de iſto euentu: & aliter alio ſurrogato remaneret impetrans totaliter impeditus. Conſideratur Igitur Ægidius hoc caſu, non vt Ægidius, nec auditor ſimpliciter, ſed vt auditor huius cauſæ: vt ſic cauſa impetrantis ſit facta pinguior, & datus modus pronuntiandi in cauſa, per quæ diſſoluuntur omnia contraria argumenta. Ægidius. Et per hoc diſſoluuntur duæ gl. contrariæ: vna eſt ff. de lega. ij. l. Lucius. §. ciuibus. quæ eſt contra: & alia gloſſ. quæ eſt C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſi plures. ſuper quo omnino vide Bart. in d. l. ij. ff. de reb. dub. in fin. Ægid. ad improbandum diſtinctionem, quam quidam faciunt in ca. quoniam Abbas, an commiſſa ſit iuriſdictio ſub nomine proprio & appellatiuo, expirat mandatarij morte, videlicet vbi præcedat nomen proprium vel ſequatur. per l. ſi ſeruus communis. alleg. & per l. is qui in poteſtate. §. fin. ff. de leg. præſtand. & quòd ſemper videatur haberi reſpectus ad perſonam, probat dominus Henricus Bohic, in d. c. quoniam. Primo quia genus reſtringitur ad ſpeciẽ exponentem, de deci. ſtatuto. de cõtrahen. emp. Rutili. Secundo, quia vnum propter alterum. de præben. ſuper eo. lib. vj. Tertio, quia magis notum ad ſe trahit minus. ff. de hæred. inſti. l. aſſe toto. Quarto, vt nomen proprium de aliquo operetur: vt l. ſi quãdo. Quinto quia text. videtur in c. quoniam. ibi, locorũ & non perſonarum iuncta plus negatio quam affirmatio ponat. not. de conſue. c. cum dilectus. & Io. Mo de reſcrip. c. j. li. vj. Nec ob. l. ſi ſeruus communis. & §. fin. alleg. quia in illis nomen appellationis eſt ita incertum, ſicut nomen proprium: & ibi plenius per eum vide. Sed non cures de prædictis quantum ad præſentem cõcluſionem: quia prædicta loquuntur in dubio ceſſantibus coniecturis & veriſimilibus præſumptionibus contrariis: vt patet ex forma argumentorum prædictorum.

a ¶ Subrogatus. *Id eſt, ſubſtitutum. per Arch. & lat. ponden. lib. vj. & de elect. c. j §. eo tamen proviſo.*

CONCLVSIO XL.

De prabendis. Rubr.

QVia in caſu concluſionis ſuprà proximæ dicto ſurrogatus nõ habet aliquid probare de iure ſuo, niſi aliquid aſſeruiſſet ad mouendum Papam: puta ſe acceptaſſe &c. quòd illud probare deberet. Conſilia. De hoc plenè dixi infrà.

CONCLVSIO XLI.

De reſcript. De iudic. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus cauſæ appellationis non debet magis eſſe rigoroſus, quàm cauſæ principales.*

SI Papa dedit iudicẽ in cauſa cum poteſtate procedendi ſummariè &c. omnes iudices illi ſurrogati ſucceſsiue, licèt ſine adiectione dictæ clauſulæ, ſummariè &c. procedere poterunt ſummariè &c. ita abſq; litis cõteſt. &c. in prophanis. Conſilia. Vide de materia huius cõcluſionis infrà, cõcluſione cccxcv. & ibi duæ rationes ponuntur. Et patet ratio huius concluſionis per concluſionẽ proximè præcedentẽ, & ibi alleg. quæ fortius vrgent in hoc caſu, maximè quo ad inſtantiã primã. Si verò loqueris vel dubitas de ſecunda inſtantia: vide ſuper hoc duas rationes, quas ſuccincte poſui circa dictã concluſionẽ. Prima eſt, quia per talem ſignationẽ conceditur priuilegiũ cauſæ, de quo etiã cle. diſpendioſam. Modo licet diuerſæ ſint inſtantiæ: eadem tamen cauſa eſt ſecunda cum prima. Secunda ratio, quia † proceſſus cauſæ 1
appellationis non debet eſſe magis rigoroſus, imo minus quàm proceſſus cauſæ principalis: de appel. c. per tuas. cũ ibi no. Tertia, iudex appellationis ſuccedit loco primi iudicis, & perſonam ipſius repræſentat: vt ſi ille malefecit vel benefacere omiſerit, iſte emendet & ſuppleat. Ægidius.

CONCLVSIO XLII.

De litis conteſta. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio, vt ſit, tria requirit.*

SI in cauſa prophana dedit actor articulos cõcludentes, & partes iurãdo de calumnia dixerunt, quòd iurabant animo litem conteſtandi [a], & notarius refert, quòd litem conteſtando iurarunt: cenſetur litis cõteſtatio facta. Sed de hoc dubito. Conſilia.

ſilia. Iſta concluſio prout iacet non procedit: quia vt ſit lis conteſtata tria requiruntur. Primò †petitio præcedens: ſecundò reſponſio ſequens: & tertiò quòd petitio & reſponſio fiant per verba apta ad litis conteſt. vt probant iura in c. dudum. ij. de elect. de litis conteſt. c. vno. C. eo. l. vna. & C. de iur. calum. l. ij. modo iuramentum præſtare non habet quantum eſt de ſe verba apta pro reſponſione importanda: igitur, &c. Item vbi eſt opus facto vel verbo, ſolus animus non ſufficit. de eo qui mit. in poſſ. cap. j. ff. de verbor. oblig. l. j. vide tamen quæ ſuper hoc notat Henricus Boich de litis conteſt. c. vno, alleg. Et puto quòd in dicta concluſione aliquid ex inaduertentia eſt omiſſum, vel forte domini in exitu conſiliorum factum non intelligentes indeliberate reſpõderunt, ſicut vidi quandoque accidere. Ægidius.

a ¶Litem conteſtandi. *Not. quòd litis conteſtatio eſt initium & exordium litis. Et quid ſit litis conteſt. & quomodo fiat, vide plenè & pulchre per Spe. tit. de litis conteſta. per totum. plene etiam per Bart. in l. j. C. de litis conteſta. Adde quòd litis conteſtatio inducitur etiam per dubitationem.*

CONCLVSIO XLIII.

De officio deleg. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Articulus iuriſdictionalis quibus committatur.*

1 ARticulus † iuriſdictionalis, vt receptio teſtium iuxta clem. iudices. de offic. deleg à delegato Papæ non committitur niſi perſonis, de quibus in cap. ſtatutum. licet contrarium videretur per c. mulieres. de iudi. lib. vj. de hoc aliquid per glo. de reſcr. lib. vj. c. ſtatutum. eod. lib. ſuper verbo, cauſæ. vbi per Archi. Conſilia. Iſta concluſio ſecundum veritatem non habet dubium, per ea quæ leguntur & not. in dicta clem. iudices. de offic. deleg. iuncto cap. ſtatutum. allegato. & c. fi. de offic. deleg. in antiquis. Nec obſtat c. mulieres. alleg. quia loquitur nudo miniſterio, vt in receptione iuramenti, & depoſitione ſiue coactione, &c. iuxta not. in d. clement. in j. glo. Nec obſtat no. per Archid. in d. cap. ſtatutum. ſuper verbo, cauſæ: quia intelligitur eius dictum de tali articulo adeo nudo, quòd ille cui committitur, iudex non dicitur, ſed auditor merus, vt ipſemet ibi dicit, & tamen clem. tales appellat iudices. Curia vero de
a conſuetudine habet, quòd obſeruationes terminorum committunt domini Cardinales auditoribus ſuis etiã ſine ſpeciali mandato domini noſtri Papæ: dummodo abſque hoc quòd auditores huiuſmodi aliquam compulſionem habeant, vel ſententias diffinitiuas, vel interlocutorias ferãt: quæ conſuetudo forte ex dicto Arch. inſurrexit, vt ex lectis. & no. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. porro. & §. verum.

CONCLVSIO XLIIII.

De dolo & contu. De reſtit. in integr. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Pauper ad expenſas ſibi impoſſibiles non tenetur.*

ALlegatio paupertatis non eſt ſufficiens excu-
a ſatio [a] ad cauſam ad curiam deuolutam non comparentis. Conſilia. Concluſio vt iacet, eſt peri-
1 culoſa, quia † pauper ad expenſas ſibi impoſſibiles teneri non poteſt, vt regula, impoſſibilium. ff. & regula, nemo poteſt. lib. vj. Et probatur clare ff. de off. præſi. l. illicitas. §. vlt. & ff. man. l. procuratorem. §. ſi ignorantes, cum alleg. & not. per Pet. C. de epiſc. & cler. ſi quis ad declinandum. vbi poſt eum ſatis per Cy. & per Arch. plene in roſario. xj. q. iij. pauper. & pro hoc etiam extra de teſtib. c. ſi qui teſtium. & de reſcr. c. ſtatutum. §. inſuper. in fi. lib. vj Sed iſto modo forſan poteſt procedere. Certum enim eſt, quòd probatio aliàs legitima ſeu probabilis propter contrariam præſumptionem nimis violentiã, plerunq; licet rarde, bene repellitur: vt C. de fal. l. ij. & extrà de hæret. c. filij vel hæredes. lib. vj. cum his quæ pulcherrime per Ioan. mona. ibi. nor. & not. Inno. ſimile de conceſſ. præben. c. poſt electionem. Modo ſicut venit ad petendum reſtitutionem, ita veriſimile eſt ipſum potuiſſe venire ad cauſam ab initio. arg. extrà de elect. c. bonæ. & c. conſtitutus. de appell. de dolo. cum dilect. ver. ſed contra hoc faciebat. Et hoc eſt verum, niſi daretur aliqua materia huius violentiæ præſumptionis excluſiue. vtpote quomodo tempore citationis & proceſſus fuit pauper. & qualiter ex ſequenti tempore diuitias ex cauſis legitimis acquiſiuit, iuxta l. ſi defunctus. C. arbi. tute. Vel forte aliter ſaluari poteſt cõcluſio, quia licet paupertas ſuo caſu dare poteſt reſtitutionẽ ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, ſi per hũc modum ageretur: vt l. j. in fi. ff. ex quib. cauſis maio. fortè tamen non teneretur ipſo iure. arg. ff. ſi quis cau. l. ij. §. j. & quaſi vſque ad fin. & hoc caſu procedit cõncluſio & ſaluatur. Imagineris, & dic vt tibi videtur. Ægidius Bellemeræ.

a ¶Sufficiens excuſatio. *Excuſatio quid ſit & quotuplex, vide C. de excuſ. mune. ſuper rub. lib. x. Et nota quòd excuſatio inferiorum non valet, vbi de rebus eccleſiæ, quas illicitè poſſident, per principes vel parentes ſe excuſ. ne. xvj. q. j. in canonibus. ante fi. Nota etiam quis dicatur pauper: vide ff. de mune. & hono. l. cura. §. inopes. & per Bart. in l. quia accuſare. in prin. ff. de accu. & adde quòd arbitrio iudicis committitur quis pauper vel inops dicatur. C. vnde vir & vxor. auth. ibi poſita.*

CONCLVSIO XLV.

De reſcriptis. De exceptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de non perhorreſcentia an valeat.*

EXceptio† de non perhorreſcentia cõtra reſcriptum in dicta perhorreſcentia fundata, eſt bona. Conſilia. Hęc cõcluſio non habet dubium: quia Imperator talem perhorreſcentiam probare tenetur: vt dicit text. de reſcrip. c. ſtatutum. §. cum verò. in fi. lib. vj. igitur, & aduerſario licet probare contrarium vt in regula non debet actori. quia alias legitima defenſio auferretur, quod fieri non debet. cap. paſtoralis. de re iudic. in clement. & C. de iure fiſci. l. prohibitum. maxime quia probatio iuramenti eſt leuis & extraordinaria nimis: quia contra totum illum titulum, C. ne quis in ſua cauſa. Sed magis dubium eſt, quomodo poterit probare contrarium, quòd puram & abſolutam negationem includit, & dependet ex animo, cuius ſolus ſcrutator eſt Deus. Reſpondeo & dico quòd per indicia & & facta exteriora, argum. extrà de præſump. cap. ex ſtudiis. & C. de dolo. l. dolum. vt ecce ſi probat reus actorem eſſe per omnia in partibus vel ciuitate propria potentiorem: tunc enim timor actori eſſet vanus & reiiciendus: vt ff. quod met. cau. l. quia non eſt veriſimile. 1

CONCLVSIO XLVI.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis pendentiæ quando valeat.*

1 EXceptio † de litis pendentia in partibus coram
domino temporali ſuper ſpoliatione feudi etiam
in vidua, vel perſona alia miſerabili oppoſita contra
cõmiſsionem factam auditori in curia de dicta lite
non facientis mentionem eſt bona. Conſilia. Tum
quia in dubio non eſt veriſimile quòd princeps cau
ſam pendentem coram vno iudice ab eo velit aduo
care, niſi ex certa ſcientia id faciat: quod facere non
videtur, niſi de proceſſu expreſſam faciat mentio-
nem. de officio deleg. c. coram. de re iudic. cap. inter
monaſterium. Simile de præbendis. ſi motu. in fine
in vj. Tum quia tales cauſę debent apud huiuſmodi
dominos temporales tractari: dummodo ipſi in ex-
hibendo iuſtitiam non probentur negligentes. de
iudiciis. cęterum. de foro competenti. ex tranſmiſſa.
c. verum. & cap. ex tenore. & cap. licet. cum multis
ſimilibus. imo forte ipſa commiſsio ipſo iure non
valet, niſi fuerit ſignata de certa ſcientia Papæ: quia
contra ius eſſet & procederet de plenitudine pote-
ſtatis, quod non eſt veriſimile Papam voluiſſe con-
cedere vicecancelario ſuo. arg. not. Innoc. de elect.
cap. innotuit. in fine.

CONCLVSIO XLVII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Depoſitio de facto quando valeat.*
2 *Vtile per inutile in quibus non vitietur.*
3 *Teſti titubanti non creditur.*
4 *Teſtis iudicium non recipitur ſuper iure.*

a SI teſtis [a] deponit de iure & de facto, licet depo-
1 ſitio de iure non valeat, tamen depoſitio † de fa-
cto bene procedit, ſi alias ſit ſufficiens. Conſilia.
2 Ratio, quia iſta ſunt ſeparabilia, in quibus † vtile
per inutile non vitiatur: vt ff. de aqua quotid. & æſti.
l. j. §. Trebatius. & C. de donationib. l. ſancimus. &
extrà de reſcript. cap. ſi eo tempore, lib. vj. Sed con-
tra, quia eoipſo quòd in dicto teſtis reperitur ali-
3 quod falſum † eoipſo titubat in totum eius fides.
no. & probatur ix. diſtin. cap. ſi ad ſacros. cum qua-
tuor concordan. ibi alleg. & facit l. ij. in fi. ff. de fide
inſt. de reſcript. c. ſignificaſti. Nam non debet dice-
re niſi quod ipſe vidit, &c. iij. quæſt. ix. c. teſtis. cap.
hortamur. cap. pura. & quod no. Ioan. And. de offic.
dele. cum in iure. in fi. Sed ad hoc reſpondeo prout
reſpondet Inno. extra de hæret. c. fraternitatis. in j.
glo. & illa ſolutio ſufficit. Vel aliter dic, quòd in fa-
cto ſenſus facile non decipitur. Ideo ſi teſtis male
deponat ſuper facto, non mirum ſi titubat eius fi-
des. ſecus in iure: quia pauci periti ſunt in iure, nec
4 † iudicium teſtis recipitur ſuper iure.

a ¶ Si teſtis. *Qui poſſit eſſe teſtis & quæ conditiones principa-
liter requiruntur in teſte, vide in ſum. con. lib. ij. tit. de rap.
rubr. de teſtib. q. clxx. & q. quare ergo.*

CONCLVSIO XLVIII.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus in principali factus virtute commiſsionis
ſuper appellatione & negotio principali quando
valeat.*
2 *Prorogatio proceſſus quãdo nõ admittatur, & nu. 3.*

PRoceſſus [a] in principali † factus partibus præ-
ſentibus & non contradicentibus virtute com-
miſsionis ſuper appellatione & negotio principali
de ſpeciali mandato conceſſæ valeat: licet appel-
latio non ſit producta. Conſilia. Sed contra, quia
aut hoc fieret in vim prorogationis, & hoc non:
quia † conſuetudo in auditoribus palatij huiuſmodi 2
prorogationem non admittit: aut in vim principalis
commiſsionis, quia illud de conſuetudine palatij
ſolum tenetur facta in euentum, &c. & illud eſt ſa-
tis de iure. per cap. vt debitus. de appell. Præterea in
contrarium videtur caſus de foro compe. c. Roma-
na. lib. vj. in princ. Solutio. Dici poteſt † quòd imo 3
fieri poteſt prorogatio [b] &c. per l. de qua re. §. j. ff. de b
iud. quia conſuetudo caſum iſtum non impugnat,
ſed potius recipit & admittit. Vel dic & melius, quod
principale negotium commiſſum cenſetur ſimpli-
citer, & non ſub conditione tacita, & tali, videlicet
ſi conſenſerit pars vtraque: vt c. cordi. §. j. de appell.
lib. vj. vel ſi diſſenſerint & nihilominus pronuntia-
tum fuerit male proceſſum, & bene appellatũ: quia
nil aliud quęrit Papa, niſi vt lites finiãtur. ff. de oper.
no. nun. l. j. §. poteſt. & ff. ſi cer. pet. l. quidam exiſti-
mauerunt. & de don. c. finem. Nec obſt. de foro com-
pet. cap. j. in princ. quia hoc facit ibi ratio, cap. ſigni-
ficaſti, eodem tit. in antiquis. quæ hic ceſſat.

a ¶ Proceſſus. *A qua parte incipiat proceſſus, vide Bar. & alios
in rubr. C. de in ius vocan.*

b ¶ Fieri poteſt prorogatio. *Quot modis fiat prorogatio, vide
Bart. & Pau. de Caſt in l. ij. §. fi. ff. de iud.*

CONCLVSIO XLIX.

De reſtitut. ſpoliat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Titulum nec poſſeſsionem poteſt quis habere in be-
neficialibus à ſeipſo.*
2 *Interdicta quando dicantur cauſam proprietatis
habere.*
3 *Superioris contemptus magis ponderatur quàm ius
agentis.*

AGens poſſeſſorio recuperandæ in beneficiali-
bus tenetur colorare ſuam poſſeſsionem ex ti-
tulo: quia nec † titulum nec poſſeſsionẽ poteſt quis 1
habere in talibus à ſeipſo. Conſilia. Sic ff. de inter-
dict. l. ij. §. quędam. & ff. de aqua quotid. l. j. §. permit-
titur. Ex quibus apparet quòd † interdicta in qui- 2
bus poſſeſsio haberi non poteſt niſi à ſuperiori, pu-
ta à principe ſibi conceſſa fuerit, dicuntur cauſam
proprietatis habere, id eſt, quòd in eis quis obtine-
re non poteſt docẽdo de ſola poſſeſsione, niſi etiam
in aliquo doceat de proprietate. Simile de reſtitut.
ſpol. cap. ad decimas. modo ſic eſt in propoſito: vt
de reg. iur. c. j. lib. vj. & hoc indubitatum, ſi directe,
& principali iudicio poſſeſſorio, alias non priuile-
giato ageretur, per no. etiam Inn. de in integ. reſtit.
cap. conſtitutus. Sed ſecus dicunt domini in caſu in
quo ageretur ad reſtitutionem beneficij ex benefi-
cio litis pendentiæ vel alias per modum attentati:
iuxta no. c. ij. vt lit. pen. in cle. c. cum M. de cõſti. cum
ibi no. per Io. And. Ratio eſt ſecundum eos, quia ibi
† magis põderatur contẽptus ſuperioris & integritas 3
ſtatus cauſę, quàm ius agentis: vt lit. pen. per totũ &
in l. nihil nouan. ap. pen. per totũ. ita tenet palatium,
licet aliàs ſuper hoc viderim dñ. Viuarieñ. dubitare.

CONCL

CONCLVSIO L.

De ſtip. ſpoliatorum. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium collatum per vicarium epiſcopi, modo vicarius habuerit ab epiſcopo poteſtatem conferendi an valebit collatio.*

2 *Plene probare,& colorate probare inter ſe differũt.*

a 1 SI petens [a] ſe reſtitui † ad poſſeſſionem beneficij de qua ſpoliatum ſe dicat · & dicat ſibi illud collatum per vicarium epiſcopi agentis in remotis, & vicarium à domino epiſcopo ſuper hoc habuiſſe poteſtatem, producat literam collationis vicarij, & probet per ſeipſum & vicarium à domino epiſcopo ſuper hoc habuiſſe mandatum & poteſtatem productum in teſtem. omnia ſupradicta ſufficiunt ad collo rationem, de qua dictum eſt in concluſione ſuprà proxima. Conſilia. Sed contra. quia iſte allegat & producit infectum titulum: multo melius fuiſſet ab initio tacuiſſe, quam malum titulum producere. Primum patet per c.fi.de offi.vica.lib.vj. Secundum patet per nota.Inn.de in integ. reſtit.c.auditis.& de deci.cap.dudum. Solutio. Dico quòd aliud eſt producere titulum, qui à ſeipſo totaliter ſit infectus:& ita procedit glo.Inno.in c.dudum.aliud eſt allegare titulum bonum, & illum probare minus plene: quia tunc licet non ſufficeret in caſu plenam probationem requirente, cum de petitorio non agatur hic propter ſe.iuxta not.Inno.de notorio.de verb.ſign. c.veniens. facit de teſti.c.veniens.ij. Probatio enim quæ hic quæritur, ſolum requiritur ad reddendum intentionem agentis coloratam:& † aliud eſt plene
2 probare, aliud verò colorare: vt de ſe patet.

a ¶*Si petens. Not. quòd petere ad realem actionem pertinet. Lalius in perſonam. ff.de act.& obl.*

CONCLVSIO LI.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Articulorum admiſſio quando tranſeat in rem iudicatam.*

2 *Iudex ſine iuſta cauſa non poteſt reuocare ſuam interlocutoriam.*

1 ADmiſſio † articulorum facta præſertim partibus conſentientibus, quo ad partes tranſit in rem iudicatam, licet non quo ad iudicem, iuxta no. Ber.in c.eum ceſſante.& Io.And.ibidem in no.ſuper glo.de appel.Conſilia. Ibi pleniſsime & per Inn.de ſent.e x c.c.ſacro.ſaluo quòd licet non tranſeat quo ad iudicem interlocutoria in ré iudicatã, quoniam
2 etiam reuocare † poſsit,intelligitur cum cauſa iuſta & rationabili: quia ſi ſine cauſa hoc faceret, ipſe partem grauaret, & poſſet pars appellare:vt not.Io. And.in loco præalleg.Hinc eſt ꝙ primo auditor volens iam viam appellationi præcludere, non debet ſubito ſimpliciter & abſolute mutare factum ſuum de extremo ad extremum: vtpute admiſi articulos: appellatur: poſſum factum meum reuocare mutando de extremo ad extremum, articulos per me admiſſos repellendo: & tunc periculoſe ago:ſed poſſum conſultius reuocare ſolum admiſsionem non animo per hoc eos repellendi, ſed potius plenius deliberandi. Et ita conſueuimus facere:& poſtmodum non eſt de mora temporis periculum in dandis apoſtolis: & ſubeſt tempus iudicij ad deliberandum: & ita ſeruamus.

CONCLVSIO LII.

De renuntia. De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Errans non videtur tacite conſentire.*

2 *Concluſio in cauſa excludit productionem teſtium.*

SEcundum dominum Petr. de Sarcenato quòd appellationi fruſtratoriæ inhærens, & per hoc oblatæ remiſsioni ſuper admiſsis articulis conſentire recuſans [a], illi remiſsioni per hoc renuntiare a
non videtur, licèt ſuper hoc fuerint conſilia contraria. Conſilia. Circa quod puto ſic dicendum, aut nos ſolum ponderamus animum & voluntatem ipſius volentis recipere remiſsionem:& tunc optime procedit cõcluſio domini Viuatici. Ratio, quia talis appellans putat ſuam appellationé legitimam, & illum à quo appellauit per huiuſmodi appellationem ſuam iuriſdictioné vel ſaltem eius exercitium perdidiſſe, ſeque non teneri coram eo comparere: vt c.eum qui.de dolo.lib.vj.aut ergo bene credit & quæſtio eſt indubitata, & tunc errat. modo † errans 1
non videtur tacite conſentire. l.ſi per errorem.ff.de iuriſ.omn.iud.& hoc ſiue in iure ſiue in facto errat. vt no.Inn.de offi.deleg.c.prudentiã. Præterea ponderanda eſt cauſa quare recuſat, quæ eſt illa quam dixi, non quia renuntiare intendat, quod in dubio præſumendum non eſt.C.de proc.l.inuitos.cum ibi not.per Cy. & gl. aut cõſideramus iuris diſpoſitionem:& tunc ſi eſt concluſum pro iſta inſtantia, perdit ſuam appellationem, ſi friuole appellauit: dummodo cõcluſum fuerit ante inhibitionem. extra de appel.cap.cum friuolis appellationibus.lib.vj.quia concluſio † excludit à productione teſtium, vt de ſe 2
patet. Idem ſi terminus peremptorius fuit ſibi præfixus, infra quem vetetur remiſsione. de in integ. reſtit. c.coram.& de excep. c.paſtoralis. alias ſecus: quia non reperitur ius priuãs hoc caſu:& maxime quia qui hodie non vult, poteſt cras velle, & poſſe poteſt:vt c.licet.de proc.lib.vj.& c.ſi tibi abſenti. in fine. de præben. eod.lib. Ægid.

a ¶*Conſentire recuſans. Recuſatio quid ſit, à quo, coram quo, pro quibus, qualiter & quando fieri debeat: quis ſit eius effectus: & multa notanda & dubitabilia, vide per Spec. tit.de recuſat. in §j. per totum titulum.*

CONCLVSIO LIII.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tertius quando non poſsit primam ſententiam confirmare.*

2 *Commiſsio gratioſa contra ius,& in alterius præiudicium impetrata, ſtricte debet interpretari.*

SI appellatio † à vero grauamine ante ſententiam 1
fuerit interiecta, & pòſt fuerit lata ſententia, & demum poſtea confirmata,& poſt hoc per commiſsionem, per quã mandabatur coram tertio auditore procedi in principali omiſſo articulo appellationis cõcluſum in cauſa:non poteſt tertius iudex primam ſententiam confirmare, nec valuit ſententia ſecunda cõfirmatoria primæ:ſed in hoc fuerunt diuiſa conſilia. Conſilia. Puto concluſioné eſſe veriſsimam. Ratio eſt, quia iſta ſunt duo:videlicet ꝙ committebatur articulus appellationis,& quòd ſententia nulla validetur vel cõfirmetur:quorum vtrunq; eſt contra ius. Igitur vno ſolo conceſſo aliud non

videtur

videtur conceſſum, imo potius negatum. ff.de iudi.
l.cum prætor. extrà de fil. presby.c.ij. de aut.& vſu
pal. c.ex tuarum. de priuil. c.paſtoralis. ff.de ſer.vr.
præ.l.domum.bene facit de præb.c.non poteſt.in fi.
2 lib.vj.Secundo quia†commiſsio gratioſa cōtra ius,
& in alterius præiudicium impetrata ſtrictè debet
interpretari,& non laxari,vt regula,quę cōtra ius.
lib.vj.& c.ij.de deci.lib.vj.& l.ſi quando.C.de inof.
teſta.& l.ex facto.ff.de vul.& pupil.ſubſt. ſed cōſtat,
quòd dicta commiſsio eſt contra ius & in præiudi-
cium aduerſarij.vt de ſe patet. & tamē poteſt & de-
bet vnam bonam & certam impetrationem recipe-
re, licèt magis ſtrictam:videlicet quòd omittebatur
articulus appellationis ex toto: hoc eſt,quòd ſuper
illo art.non procedatur, nec pronuntietur, licet ef-
fectus inde reſultans nihilominus non omittatur.
& rectè.ſimile eſt quaſi in terminis extrà de ſen.ex-
comm. c.licet.lib.vj.facit C.de iudi. l.quoties.& C.
de or.cogn. l.aditæ. Aliam verò interpretationem
latiorem ſibi dare poſſet : & per hoc etiam omitte-
retur effectus iam in eſſe ob ipſam appellationem
emiſſus rectè contra rationem c.licet. Igitur recipe
primum intellectum. Ægidius Bellemeræ.

CONCLVSIO LIIII.

De ſequeſtratione. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones nouæ & à communi iure exorbitan-
tes ſtrictè interpretantur.*
2 *Diffinitiua cum maiori maturitate pronuntian-
tur quàm interlocutoria.*

IN ſententia lata ſuper reuocatione ſpolij facta
lite pen.ex priuilegio litis pendentiæ, non habet
locum clem.ad compeſcendum. pro quo facit opti-
mè not.ibi in glo. in interlocutoria. Conſilia. Idem
Pau.& alij etiam ibi notant.& quòd talis ſit interlo-
cutoria.patet clarè per ea quæ not.gl.in clem.fi. de
appel.de ſententiis ſuper peremptoria lata,&c. Sed
contra,quia nos tenemus clem.appellanti, non ha-
bere locum in ſententia tali : pro eo quòd nor eam
reputamus vim diffinitiuæ habere. Item contra,ſi
vis diffinitiuę eſt illa de qua in clem.ad compeſcen-
dum : & iſta habet vim diffinitiuæ ſecundū omnes:
igitur,&c. Ecce, vt clarius videatur,concluſionem
1 probo:quia in conſtitutionibus†nouis & à iure com
muni exorbitātibus,fit adeo magna reſtrictio,quòd
non arguitur ad caſum alium , etiam ex identitate
rationis. ff.de act.& obl. l.in honorarus. §.ſed cum
reſcia. & regula,ius ſingulare.& regula,quę contra
ius,lib.vj. melius de regula. c.conſtitutionem. & c.
non ſolum.eod.lib. Sed conſtat quòd clem.ad com
peſcendū.& huiuſmodi,vt ibi not.gl.j.& alij omnes
poſt eam,loquitur in diffinitiua:& iſta ſentētia non
eſt huiuſmodi : vt probat glo.dictæ clem.fi. Secun-
2 do,quia nec eſt eadem ratio:quia cum maiori†ma-
turitate diffinitiuę proferuntur,& per hoc contra-
ria ſunt ſoluta:quia ſequeſtrari eſt contra ius:& fa-
cilius quis accedit ad naturam ſuam iuris commu-
nis,quam ab ea diſcedatur. De ſecunda probat ra-
tio proxima:de prima ff.de pact.l.ſi vnus.§.in ſpecie.

CONCLVSIO LV.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio cauſæ facta cum poteſtate,quando & quo-
modo reuocari poſsit.*
2 *Lis quandoque per reuocationem alterius partis
multum prolongatur.*
3 *Cauſa dicitur eſſe bona,ſi probationes ſint in promptu*

COncluſio [a] † etiam facta cum poteſtate reuo- 1
candi non debet reuocari ad petitionē partis,
maximè quę eam fieri poſtulauit:niſi allegetur ali-
qua cauſa , & ſit aliqua præſumptio pro allegante;
vt quia teſtes , & inſtrumenta habeat in promptu,
quæ producere vult. Conſilia. Opponitur de con-
cluſione lvij.in eod. Solutio:aut quęrimus an poſsit
fieri:& ſic loquitur concluſio lvij.aut quęris an de-
beat fieri, & ſic loquitur illa concluſio , per l.nun-
quid.de iud.licet enim in lvij.concluſione cauetur
quòd videatur eſſe de arbitrijs,vt ibi dicitur:tamen
iudex ad illud arbitrium non debet progredi , niſi
iuſte motus , quia per reuocationem alterius † lis 2
plurimum quandoque prorogatur : & negotium
plerunq; huius occaſione multipliciter intricatur;
quæ debet iudex totis viribus euitare. Si verò non
non ſit concluſum cum poteſtate reuocandi : tunc
aut eſt cauſa,in qua proceditur ſummariè,&c.tunc
habet locū propriè concluſio:quia in illis concluſio
non eſt de neceſsitate.vt in clem.ſæpe cōtigit,tamen
ſi facta fuerit, non debet reuocari ſine cauſa:cauſa
†videtur bona,ſi probationes ſint in promptu. Si- 3
mile no.gl.in clem.ſæpe cōtigit.de ver.ſign. de pro-
bationibus recipiendis poſt terminū ad probandū.
Si verò eſt cauſa, in qua non proceditur ſummariè,
nec eſt retenta poteſtas reuocandi,tunc dico,quòd
nullo modo debet reuocari:quia in iſtis cauſis con-
cluſio videtur neceſſaria,prout notat Accur.C.quo-
modo & quando.l.probatā.& ſic quòd per conclu-
ſionem quęritur ius partis cuiuſdam tacitæ renun-
tiationis de fiēdis probationibus,vt probatur & no.
per Inn.de cau.poſſ. c.paſtoralis. de proc. c.auditis.
de teſti.c.ſignificauerunt. & de fide inſtr. cap.cum
dilectus.quod auferri non debet,nec poteſt. vt c.ab
eo. lib.vj. de elect. & l.indultum.de reg.iuris.

a ¶Concluſio. *Qualiter dicatur concluſum in cauſa,vide text. & ibi late per ſcribentes, maximè per Fel.in cap.cum dilectus. extrà de fide inſtr. Cui adde , quòd tribus modis dicitur fieri cōcluſio in cauſa:vt pulchre per Are.in c.quoniā contra falſam. in verſ. col.de prob. Et verū poſt concluſionem quæ fit in iudicio, poſsunt inſtrumēta produci,vide extra de fid.inſt.c. cū dilectus.*

CONCLVSIO LVI.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio cauſæ facilius reuocatur ad petitionem
partis in cuius contumacia eſt facta,quam alterius.*
2 *Probationibus vlterius fiendis renunciat , tacite
concludens.*
3 *Concludens ſemel in cauſa , concluſionem dicitur
approbare.*
4 *Contumaciæ pœna eſt,vt talis dāno litis afficiatur.*

FAcilius reuocatur cōcluſio †ad petitionem par- 1
tis , in cuius contumacia ſuit facta , quàm alte-
rius:imo tunc ſecundū Per.de Sarcenato ſine cauſa
reuocatur:quod intelligitur,dummodo non ſit ma
nifeſtè cōtumax.Eſt tamen hoc totū in arbitrio iudi
cis:maximè in cauſis in quib⁹ proceditur ſummariè.
Conſilia. Ratio diuerſitatis eſt in primo dicto : quia
†concludēs tacite,renuntiat probationibus vlterius 2
fiēdis:vt proximè dixi.Secus verò de alio potiſsimè
infrà tēpus appellādi.Pręterea quia concludens†ſe- 3
mel concluſionē approbauit,ideo nō poteſt eā faci-

liter

[illegible] verò contra quem abſentem [illegible] notum [illegible] tum de manifeſto [illegible] ſt, quia iſte non appellat, [illegible] & poſt ædictú. in fi. C. quæ
4 [illegible] p. [illegible] enim manifeſtæ con[illegible] quod [illegible] manifeſtè contumax damno [illegible] atur: vt ff. de re iud. l. contumaciam. j. reſp. [illegible] tertium, dico maximè hoc recipi reſtrictiue [illegible] in cauſas ſummariæ ad caſum in [illegible] cum poteſtate reuocandi, per ea quæ dixi in concluſione ſ. proxima. Si quis autem vellet attentare, & dicere, quòd iudex, qui concluſit in cauſa ſummaria vel non ſummaria cum poteſtate reuocandi, dummodo in reſeruationem huius poteſtatis pars non conſenſerit, ſiue aliqua cauſa [illegible] ſibi reuocare non poſſet, ſorte non eſſet hę[illegible] iure: ſed iſta eſt materia quæſtionis ſeq.

CONCLVSIO LVII.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex concludens in cauſa cum poteſtate reuocandi, an [illegible] reuocare etiam cauſa nulla ſubſiſtente.*
2 *Terminus concluſionis ſecundum ſtilum palatij non debet omitti.*
[illegible] poſt concluſionem, nec articuli ad probandum [illegible] tuntur.
4 *Sententia q̄n habeat vim rei iudicatæ in prouiſore.*

SEcundum dominũ Petrum de Sarcenaro, quòd [illegible] um iudex †concludit cum poteſtate reuocãdi,
1 [illegible] in procuratore habére à domino poteſtatem [illegible] & reuocante, poteſt etiam reuocare ſine [illegible] em in procuratore eodem modo à domi[illegible] curatoriã ſi procurator vel ſubſtitutus per [illegible] teſtationẽ fuiſſet factus dominus litis. Con[illegible]. Verè puto, quòd dominus qui concluſit cum [illegible] ate reuocandi, reuocando altera parte in vita [illegible] i reuocat ſine cauſa aliqua probabili: ita ꝙ [illegible] b eo appellari de iure: licet non recipiamus [illegible] lationes: quia licet fateor quòd in cauſa [illegible] modi non eſt neceſſaria concluſio de iure: ratione [illegible] ſecundũ ſtilum palatij nõ †debet
2 o[illegible] terminus ad concludendum. Item quia reuocata concluſione iterum terminus eſt aſsignandus ad concludendũ, & concluſio fienda. Item poſt con[illegible] non †recipiuntur teſtes, nec admittũtur
3 articuli ad probandum, ſed ſolũ proceditur ad ſententiam proferendum: ſed poſt concluſionem reuocatam ſecus: & ita longe differtur finis litis, & intri[illegible] ur negotia in magnũ præiudicium partis: ergo [illegible] citum appellare. Item quia licèt concluſio nõ fieri debeat de neceſsitate, tamen ſi facta fuerit, ſuum effectu operari debet: ſicut dicimus quòd †prouiſor
4 [illegible] tenetur excipientem audire vel vocare, & iudi[illegible] ter prouidere. tamẽ ſi hoc fecerit, ſententia vim rei iudicatę habebit. No. Inn. de app. cõſtitutus. Æg.

CONCLVSIO LVIII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis interpoſitæ per procuratorem quando non valeat. & num. 3. 4.*
2 *Intimationis diffinitio.*
[illegible] otarij a [illegible] de, dependet fides pellis mortuæ.

a
1 INtimatio[a] † appellationis interpoſitę per procuratorem, non valet, niſi fiat fides appellato mandato ipſius procuratoris: quod videtur notare gl. in clem. cauſam. de elect. in glo. approbar. in fi. & Pau. ibid. ſuper verſ. legitimè. Conſilia. Ratio mea fuit, quia intimare † non eſt in hac parte, niſi edere, hoc eſt ad notitiam ducere: editio autem in totum fiẽda eſt. ff. de eden. l. j. §. edere. & §. editiones. modo pars appellationis per procuratoré interpoſitæ eſt mandatum ipſius procuratoris: quia abſque illo valere † non poteſt: vt de ſe patet: igitur, &c. Et iſta ratio fecit multos dominos in contrarium opinantes dubitare. Sed circa hoc nihilominus ſic diſtingue: quia aut intimat principalis, cuius nomine dicitur appellatum: aut alius quam principalis. Si intimet principalis, aut intimat† infra tempus, in quo ſibi licet appellare de iure: & tunc ipſo facto dicam appellationem ratam haberi: vt ff. rem rat. hab. l. iij. §. falſas. iuncta l. bonorum. eod. tit. imo id eſt in odium ratificantis: aut poſt tempus, & tunc ſecus. arg. d. l. bonorum. Secundo caſu principali diſtingue: quia aut tenor procuratorij eſt inſertus in inſtrumento appellationis: & per eundem notarium qui procurationis & appellationis inſtrumenta recepit: & tunc credo quod ſatis illud ſufficiat, ſicut dicimus in inſtrumentis extractis vigore compulſoriæ per notarium, qui eadẽ inſtrumenta receperat prius in notã, & ingroſſauerat & ſignauerat. Ratio eſt, quia à fide notarij † dependet fides pellis mortuæ ſemper: ſed ſi nullo modo fidem facit, habet locum concluſio per rationem quam dixi. Si verò fiat fides ſolum per modum tranſſumpti alterius notarij, &c. & certe ſi petat appellatus originale inſtrumentum procuratorij ſibi oſtendi, & non oſtendatur: & tunc puto concluſioni locum fore, per auth. ſi quis in aliquo documento. Sed ſi tacet pars, & non petit originale ſibi oſtendi: forte videtur tranſſumpto acquieſcere. Sed hoc dubium eſt. cogitabis. an verò procurator valeat intimare: dic, vt infrà. Ægidius.

a ¶Intimatio. *Vide quando arctet, in cap. cum contingat. v. col. verſi. vij. quod de reſcrip. & intimare. id eſt, notificare, qualiter ſit, vide in clem. de elect. cap. cauſam, cum ibi not.*

CONCLVSIO LIX.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis facta per procuratorem quando valeat.*
2 *Appellationis notitia infra quod ſpacium temporis debeat deuenire ad notitiam appellati.*
3 *Intimationis definitio.*

INtimatio †appellationis facta per procuratorem valet, licet non fiat fides appellato de mandato procuratoris intimantis, dummodo appellatio ipſa fuerit per principalem interpoſita: vel ſi fuerit interpoſita per procuratorem de cuius procuratorio illius qui eam interpoſuit cum ipſa intimatione appellatio fiat fides. Conſilię. Glo. videtur, velle, quòd imo talis appellans debet habere ſpeciale mandatũ: ſed puto quòd intelligat de intimante & appellãte, vt in concluſione, ſuprà proximè præcedente. De intimante ſolum puto iſtam concluſionem fore veram. Ratio quia poſtquam fuit infra tẽpus, & aliàs legitime appellatũ, ſufficit ꝙ appellationis notitia †infra menſem qualitercunq; deueniat in notitiam appellati, vt probatur in dicta clemen. cauſam quæ.

de

de elect. in fine. ergo non refert per quem intimatio fiat. arg. ff. de petit. hær. l. item veniunt §. à quo. ff. de act. empt. l. j. in fine. ergo non refert: quia licet requiratur mens literę quod appellatio in eius interpoſitione quo ad materiam, formam, & tempus, ſit legitima: item quòd fiat in præſentia appellati, vel ſui ſpecialis procuratoris, aut quòd ipſi appellato aut eius procuratori ſpeciali infra menſem fuerit legitime intimata: vt clemen. cauſam. alleg. non tamen exprimit text. per quem huiuſmodi intimationem fieri oportebat: ergo † cum intimatio non
3 ſit aliud, niſi ad notitiam eius, cui fienda eſt, deductio, non refert per quem fiat, dummodo fiat: poſtquam text. non requirit, nec determinat per quem fiat. Cum enim clement. cauſam quæ. ponat ius nouum, & quodammodo pœnale, non eſt extendenda, nec verba à ſuo proprio ſignificato diſtrahenda, cum non eſt abſque dubio: quia niſi de voluntate appellantis conſtet fieri intimationem, neſcire poteſt appellatus an appellans proſequi velit: ſed dico quòd præſumere debet voluntatem primam durare, argum. C. de vſufruct. l. ambiguitatem. & extrà de bapt. cap. maiores.

CONCLVSIO LX.

De officio legati. *Rubr.*
De officio vicarij. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per officialem Archiepiſcopi, tanquam legati, quando non valeat. & num. 2.*

1 PRoceſſus † factus per officialem [a] Archiepiſco-
a pi tanquam legati, qui valere non poteſt iure ordinario, ſed bene iure legationis, non valet: niſi probaretur officialem eſſe de illis, de quibus in cap. ſtatutum. de reſcr. in vj. in princ. & habere quo ad hoc iuriſdictionem legati ſibi ſpecialiter delegatam. Conſilia. Patet primum de reſcr. cap. ſtatutum. lib. vj. §. j. Patet ſecundum, quia licet faciens actum videatur facere ex vtraque poteſtate, ſi duas habet, & hoc expediat vt de præſcriptionibus. c. cum ex officij. tamen committens vni alteri poteſtatem, non propter hoc aliam committit: quia primum eſt extenſiuum, vt actus valeat. ff. de teſta. mili. l. iij. ſecundum verò eſt reſtrictiuum: vt de offi. vica. c. ij. & iij. lib. vj. imo debet habere locum argumentum de tanquam: per ea quæ dixi in vna concluſione. hoc
2 verum † ſi per ſe vel alium quam ſuum officialem talem generalem iuriſdictionem huiuſmodi legitimam, ſicut aliam exercere conſueuit: cum vtraque ratione eiuſdem: ſuæ eccleſiæ competat ei. Nam in talibus conſuetudo multum exuberat, tam reſpectu committentis, vt l. vel vniuerſorum. ff. de pign. act. & l. ſi ſeruus pluriũ. in fi. ff. de leg. j. quàm reſpectu auditorij. & C. de manci. lib. l. j. in fi. quam reſpectu erroris publici: vt ff. de offic. præto. l. Barbarius. Sed quid in dubio præſumemus? Primo dico quòd circa talia quæ publice fiunt ſaltem in partibus in quibus fiunt, dubium eſſe non poteſt. Sed dico ſecundo ſi dubium eſſe poſſet, verba commiſſionis eſſent ponderanda. arg. de priuileg. c. porro. & vbi ex verbis nihil certi colligi poſſet: Dico tertio, quòd putare in dubio iuriſdictionem legitimam totam propter exempta eſſe commiſſam. Primo quia regula eſt pro commiſſione officialis, quòd præter exempta iuriſdictio committentis & eccleſiæ ſuæ tranſit ad officialem, de offic. vica. c. ij. probat bene cap. ſolitæ, in fi. de ma. & obe. Secundò videtur eſſe caſus in ratione. de offic. vica. c. j. lib. vj. vbi apparet quòd officialis Remeñ. nedũ habet iuriſdictionem ciuitatis & diœce. Remen. imo etiam ſuffraganeorum & prouinciæ: nec ibi appatet de ſpeciali mandato: & tamẽ alio & alio iure ille iuriſdictiones cõpetunt archiepiſcopo, licet ratione eiuſdẽ eccleſiæ.

a ¶ Per officialem. *Officialis licet deriuetur ab officio, officiũ, quod idem eſt quòd noceo, noces. de elect. c. nihil eſt. in prin. tamen per contrariũ, quia non nocet, imo prodeſt iuſtitiam exercendo: Vt cap. non eſt crudelis. xxiij q. v. potius deberet dici deriuari ab officio, quod eſt nomen Ioan. Bapt. caſtel. Et nota quod officialis dicitur iudex vel apparitor. extra de ſentent. excomm. cap. ſi vero.*

CONCLVSIO LXI.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtium atteſtationes non valent, ſi notarius tantummodo expreſſerit diem in quo examinati fuerint, & non nomina teſtium.*
2 *Iudicialium actuum forma.*
3 *Parti datur defenſio ſua legitima contra falſitatẽ.*
4 *Incertitudo vitiat totum proceſſum.*
5 *Notario quando non credatur.*

NOn valent † atteſtationes teſtium, ſi dixit in 1
genere notarius in actis dies, in quibus producti & iurati fuerunt: videlicet ſic dicendo: hac die ſex teſtes fuerunt recepti & iurauerunt: ſi non exprimuntur nomina, etiam ſi poſt in examine dicatur talis teſtis receptus & iuratus deponit ſic. &c. Cõſilia. Ratio † primi eſt: quia actus omnes iudicia- 2
les debent habere talem deſcriptionem temporum & locorum ſpecificam: vt clare nota. & legitur per glo. de probat. cap. quoniam. Ratio quæſtionis eſt, quia tales actus iuriſdictionales debent fieri per notarium vel duos probos viros, vt in dicto cap. quoniam contra. in fine. & ita rediguntur ad inſtar publicorum inſtrumentorum, ſaluo quod teſtes in eis ſpeciales non requiruntur pro eo quod publicè fiunt: & ideo ſicut tunc in publicis inſtrumentis dictis locorum & temporum deſcriptiones requiruntur: ita & in actis iudicialibus maxime: quia eadem ratio viget vtrobique: videlicet vt detur † parti de- 3
fenſio ſua legitima contra falſitatem, ſi fieret per l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. Item al a tatione: quia alias incertitudo † vitiaret totum. arg. 4
ff. de reb. du. l. in ambiguo. & l. ſi fuerit. & C. de ſent. quæ ſine cer. quan. l. iij. Ratio ſecundi dicti eſt: quia licet † notario diſpoſitiuè & de pręſenti loquenti in 5
forma iuris fides adhibeatur: tamen ſi loquitur narratiuè de facto præterito forte non aguato coram ſe, ſibi non creditur. notat Innoc. in d. cap. quoniam contra. & eſt iſtud de iure clarum. Ægid. Bellemeræ.

CONCLVSIO LXII.

De verb. verborum ſignific. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Inculti definitio.*
2 *Incultum accipitur pro nouali.*

APpellatione cultorum & † incultorũ venit no 1
uale, [a] vt de dec. ex partę tertia. Conſilia. Puto a
eſſe

eſſe caſum de hoc de verb. ſign. c. quid per noualẽ. vbi eſt caſus, quòd appellatione noualiũ, videlicet in caſu conuerſo concluſionis culta non venient.
1 Ratio concluſionis: quia verbum, incultum † dicitur ab in, quod eſt non, & cultum, quaſi non cultũ: modo dictio, cultum, eſt vnum participium præteriti temporis: ergo negatio ipſum præcedit, quæ de natura ſua habet deſtruere, quicquid poſt eam ſequitur, & facere æquipollere ſuo contradictorio, facit, quòd non cultum ſeu incultum dicatur quaſi
2 nunquam cultum: ergo pro † nouali eſt accipiendũ. ar. ff. de re. du. l. qui ducẽta. §. verum. ſaluis reſtitutionibus, de quibus habet in dicto c. quicqd per nouale. & de deci. c. a. ij. li. vj. & co. ti. in antiquis ſuggeſtũ.

a ¶ Venit nouale. *Qualiter probatur aliquid eſſe nouale, vide Specu. ij. parte. titu de proba. §. vlt.*

CONCLVSIO LXIII.

De conſuetudine optan. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Optionis conſuetudo in eccleſia vbi ſunt præbendæ diſtinctæ quot annorum ſpacio præſcribitur.*
2 *Titulus præbendalis de per ſe eſt beneficium eccleſiaſticum.*
3 *Longum & diuturnum quomodo inter ſe differant.*
4 *Optandi conſuetudo duplex.*
5 *Titulus præbendalis vel canonicalis non mutatur propter duo, vt ibi.*
6 *Beneficij titulus, de cuius mutatione agitur, non poſſidetur nomine eccleſiæ ſed nomine beneficiati.*

FVit obtentũ per maiorem partem dominorum,
1 videlicet quòd conſuetudo † optionis in eccleſia vbi ſunt præbendæ diſtinctæ præſcribitur decẽ
a annis, per gloſ. ordinariam. Ioan. And. in c. fi. de cõſue. li. vj. Sed ego contrà, quia talis eſt contra ius commune, tum quia aperit viam ad vacaturam: tum quia concedit recipere beneficium propria authoritate ſine titulo. Et quòd ſit contra ius cõmune, tenet Archid. in c. fi. alleg. in glo. habente. in fine. Nec obſtat ſi dicas quòd hic nõ mutatur titulus canonicalis, ſed ſolum præbẽda, manente eodem titulo canonicali. dico enim hæc nõ valere: tum quia in præbendis diſtinctis mutata præbenda mutatur canonicatus, propter inſeparabilẽ connexitatem, per no. Goſl. de monte Laudu. vt c. ſi iuxta. de præbend. in clem. Faciunt nota. Compo. & Ioan. Andr. de conſti.
2 cum M. & ar. de præb. ſi clericus. lib vj. tum quia † titulus præbendalis de per ſe eſt beneficium eccleſiaſticum, imò in caſu noſtro talis naturæ ſicut Archidiaconatus vel abbatia: vt not Ioan. And. de proba. c. ex literis. quia loquor in præbenda diſtincta habẽte certum corpus perpetuorum redditaum, ſecundum ea quæ diſtinxi ſuper concluſione prima: facit optime notabilis diſtinctio de hac materia quã ponit Inno. de præben. c. maioribus. & de hoc videtur tex. in c. in noſtra. de reſcript. tum quia ſi intelligeretur de mutatione perpetuorum redditiuũ ipſius præbendæ, adhuc eſſet iſtud magis contra ius, videlicet quòd vni præbendæ auferrentur in totum iura ſua, & darentur alteri: & qualitercunq; ſit, negari non poſſit, quin ſaltem talis conſuetudo hoc caſu præiudicaret ſecundum hoc huiuſmodi pinguiori canonicatui ſeu præbendæ: & ita quòd in eius præſcriptione eſſent neceſſarij xl. anni. argu. de elect. c. Cumana. de cau. poſſ. c. cum eccleſia. cum ſiũ. quòd requiruntur xl. anni, hoc principaliter probatur ſic. dicta conſuetudo tendit de directo, quo ad præbendam pinguiorem ad præiudiciũ epiſcopi collatoris, ſicut proxime alleg. Et breuiter inter hanc opinionem tenui finaliter poſt longa conſilia & diſputationes diſcuſſas. do. Pet. de Sarcen. dicebat tamen c. fin. allegatum de conſue. intelligi de conſuetudine virtute optionis arctante epiſcopũ ad cõferendum, aliter conſuetudinem non valere. Dicebat autem, Gal. eam intelligi & fundari in tacito cõſenſu epiſcopi, non contradicentis. Præterea dicit do. Pe. de Sarc. impugnando G. quia aut loquitur de iure ciuili, & tunc male, quia doct. iuris ciuilis non ponunt niſi decennalem: aut de canonico, & hoc non: quia non reperitur tex. qui ponat niſi quadragenariam: quare ſecundum leges dicebat tẽpus præſcriptionis eſſe cõcluſionis arbitrium, contra doct. & glo. quia non eſt
3 lex quæ contrarium dicat. quia longum † & diuturnum aliter & aliter accipitur, ſecũdum diuerſitatem materiæ: & in materia non determinata à iure, reputatur ad arbitrium: & finaliter ad hanc partẽ quaſi omnes declinauerunt, vt dixi ſuprà, concluſione j. Ibi poſui vnam claram diſtinctionem bimembrem, quæ declaratur clarè per Compo. in c. fi. de conſue. vbi dicit, quòd vna erat conſuetudo in Mediolano, optandi domos, de qua fuit pronũtiatum quòd præſcribi potuit xxv. annis. Et finaliter diſtinguit ibi
4 Compo. in prima gl. aut dicta conſuetudo † optandi eſt talis, per quam non quæritur aliquod ius ſpirituale, vt conſuetudo optandi domum: & tunc in illa ſufficiant x. anni. aut eſt talis, per quam debent trãſmutare aliquod ſpirituale ius, & tunc requiruntur xl. anni. Modo primo membro huius diſtinctionis de directo conuenit primum membrum diſtinctionis meæ poſitæ ſupra circa concluſionem primam: Et ſecũdo membro huius diſtinctionis rectè etiam conuenit membrum ſecundum dictæ meæ diſtin-
5 ctionis: quia in primo caſu non † mutatur ius ſpirituale, videlicet titulus præbendalis & canonicalis; propter inſeparationem quam dixi: & à primo membro huius diſtinctionis Compo. ſumpſit originem dicta glo. Ioan. And. Id autem videtur allegare Archid. in dicto c. cum in tua. hanc cõſuetudinem eſſe
6 contra ius, videlicet in glo. ſua quæ incipit, habenti. intellige membrum ſecundum, ſecũdum dictũ diſtinctionis meæ: & id quod dicit idem Archid. in gl. quæ incipit, quomodo &c. in fi. intellige ſecundum membrum dictæ diſtinctionis, & diſſolue contrarium, de c. cum de beneficio: ſecundum quod facit Archidia. per diſtinctionem ſuprà proximam. Vel dic ſecundum dominum meum ſancti Euſtachij, q per hoc quod dimittit dictum contrarium inſolutum, videtur ſtare cum contrario. Mihi autem non placet ſolutio Ioan. Andr. ad illud c. quia plus reſiſtit diſpoſitioni iuris communis, quòd quis propria auctoritate dimittat ſuum beneficium, & eadem auctoritate aliud aſſequatur, ſeu aliud vacaturum expectet in præiudicium etiam eccleſiæ alterius collationis: quàm reſiſtit iuris communis diſpoſitioni: quia nouo ſtatus beneficio attribuatur. Nec obſtat vnum facile mouuum contra ſecundum

membrum diſtinctionis meæ, dicentium non fieri
mutationem, quando in eodem corpore vel colle-
gio ſit pro eo, quòd totum nomine eccleſiæ poſside
6 tur. Nam titulus beneficij, de cuius mutatione hoc
agitur, nõ poſsidetur nomine eccleſiæ, ſed nomine
beneficiati: notat Innoc. de cau. poſ. c. cum ſuper. de
reſt. ſpolia. c. in literis. & c. ex parte. Non obſt. quòd
conſuetudo iſta eſt rationabilis ex lectis. & not. de
maio. & obe. c. ſtatuimus. quia vltra præſcriptio re-
quiritur, videlicet xl. annorum per prædicta.

a ¶ Præſcribitur x. annis. *Quemadmodum ſit quarta præſcriptio, vide Bar. in l. j. & in l. naturaliter. ff. de vſuc. Et an vna eccleſia poſſit iura alterius tollere per præſcriptionem, vide in vj. q. iij. per totum. Et extra de præſcriptio. c. j. lib. vj.*

CONCLVSIO LXIIII.

De teſtibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis nuda depoſitio quando valeat.*
2 *Articulus iuris nõ cadit de directo in mentẽ teſtis.*
3 *Totum qui ponit, ponit & partem.*
4 *Totum quid ſit.*
5 *Fama aliquando probat.*

1 DEpoſitio † nuda, ſcilicet ſine redditione cauſæ
in teſte, valet, niſi ſit articulus iuris: & quòd te-
ſtis probans conſuetudinem, debet probare actus,
actuum finem, & temporis diuturnitatem: & quòd
debent eſſe plures concordes eorundem actuum: &
quòd debent deponere de diuturnitate temporis
incipiente ab aliquo actuum habilium ad conſuetu-
dinem inducendam[a]. Conſilia. Ratio primi & ſecun
a di dicti eſt, quia articulus † iuris nõ cadit de directo
2 in mentem teſtis: alius ſic: & procedit ex not. Innoc.
de teſt. c. cum cauſam. Intellige tamen primum di-
ctum in caſu in quo teſtis de cauſa non fuit interro-
gatus. per not. glo. & Cyn. C. de teſt. l. ſolam. Ratio
vero tertij, quarti, & quinti dictorum eſt: quia iſta
ſunt de principijs eſſentialibus conſuetudinem con
ſtituentibus: inſtitut. de re. diui. §. ex non ſcripto. C.
quæ ſit long. conſuetu. l. ſecunda. & extrà eodẽ cap.
fin. facit nota. Ioan. And. de teſtibus. cap. fraternita-
3 tis in commento. in quarta quæſt. qui enim † habet
ponere totum, habet ponere quamlibet eius par-
tem. ff. de origin. iuris. l. prima, & ſecunda. & C. ad
Sille. l. prima. in fine. cum ſecundum philoſophum
4 totũ † nihil ſit aliud, quam omnes ſuæ partes ſimul
ſumptæ. primo Phyſicorum. Ratio ſexti dicti eſt,
quòd teſtis ſingularis nihil probat. vt extrà de teſt.
cap. licet vniuerſis. & de electio. c. bonæ. & C. de te-
ſtib. l. iuriſdictio. Ratio ſeptimi dicti videtur, quia
aliter ratio non videtur tempus certum concurriſ-
ſe, niſi probetur principium ſui curſus: modo non
videtur poſſe inchoari, niſi ab aliquo actu habili ad
hoc: & hoc verum in præſcriptione conſuetudinis
decem, vel xx. annorum: aut forſitan xl. ſecus in præ
ſcriptione conſuetudinis temporis de quo non eſt
memoria: allegare principium tale eſſet allegare cõ
trariam memoriam, contra id quod probandum fo
ret. Ideo ſufficit probare de certis actibus reſtanti-
bus, & quòd non ſit de contrario memoria, imò
5 quòd eſt fama † ita factum & obſeruatum fuiſſe
ſemper. Ita not. Ioan. Andr. in ſuis addition. ſuper
Spec. titul. de teſt. Aegid.

a ¶ Conſuetudinẽ inducen. *Nota quòd conſuetudo eſt vſus rationabilis competentis tempore formatus, nullo actu cõtrario interruptus, frequenti ſeu contrario iudicio vel tempore cuius non eſt memoria, vſuique communi ſtentium comprobatus. Et dicitur conſuetudo multis modis, vt ff. de legibus. l. diuturna. Nota etiam quòd conſuetudinem aliquando inducit bonus actus. xxv. q. vltim. ita not.*

CONCLVSIO LXV.

De conſuetu. probanda, *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Concluſio omnino habet locum, vbi conſuetudo inducitur in modum obiectus.*

ARticulus formatus ſuper conſuetudine, debet
concernere actus & eorum frequentiam: &
quòd actus illi fuerunt facti ſcientibus & conſen-
tientibus omnibus, tacitè vel expreſsè, vel ſaltem
maiori parte illorum qui poſſunt conſuetudinem
inducere. Tenuit tamen do. Pet. de Sarce. quòd vbi
de iuribus conſuetudinis principaliter contẽditur,
habent locum prædicta: ſed vbi non principaliter,
ſed incidenter, ſecus. per c. veniens. de verb. ſignific.
per Innoc. de notorio. Conſilia. Per prædictum præ-
cedens reſtringe verba domini Viuarien. ea quæ ſcri
pſi ſuprà, concluſione proxima præcedente: & quæ
in dicta concluſione leguntur & notantur. Item in-
telligo etiam † concluſionem omnino locum habe- 1
re, vbi conſuetudo induceretur in modum obiectus:
quia tunc clariſsimæ probationes requiruntur, per
not. Innoc. extra de accuſ. c. ſuper his. & in Specul.
tit. de fama. §. j. ver. quid ſi agenti. Idem putarem vbi
agentis vel excipientis intentio ſuper tali conſue-
tudine fundata haberet ius commune reſiſtẽs: tunc
enim ad intentionis de iure communi fundatę enu-
merationem requireretur arctior & clarior proba-
tio. ar. de reſt. ſpol. c. de decimis. lib. vj. Idem dico ſi ad
pœnæ maioris inflictionem conſuetudo huiuſmodi
allegetur: ar. de præben. c. fi. & ff. de accuſa. l. libello-
rum. alioquin poſſit ſatis teneri reſtrictio do. Pet. de
Sarce. Vellem tamen de dicta concluſione modis
prædictis reſtricta habere pulchrum tex. vel glo. aut
doct. notabilem: quia veriſsimum idem putarem. Su
pra præcedentia ſemel in vno conſilio coram vno
domino Cardinali allegaui: & fuit nouum quodam-
modo reputatum: & allegabatur Inn. per vnum no-
tabilem virum in loco in quo ipſe hoc non ponit: &
tamen ſi concluſio eſt vera, ſaltem in quatuor caſi-
bus ſuprà tactis notabiliſsima eſt: & de facto no-
bis hoc continue occurrit.

CONCLVSIO LXVI.

De præbendis. *Rub.*

1 *Poſſeſſionis traditio non impeditur per decretum reſeruationis.*
2 *Iuris effectus quis nam ſit.*
3 *Excommunicatus occulte conſtitutus in publico officio, ſi aliquid faciat ratione ſui officij, illud quod facit, valet non obſtante excommunicatione.*

DEcretum † reſeruationis non impedit poſſeſ- 1
ſionis traditionem, ſed bene effectum eius: ſed
non tantũ quin valeant geſta per poſſeſſorem nomi-
ne eccleſiæ: quia illa procedunt non à poſſeſsione,
ſed à iure communi dante illi, qui pro tali habetur,

hanc

hanc poteſtatem adminiſtrandi. viij. quæſt. iiij. nonne. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. Ita quòd colla-
a tiones beneficiorum [a] nomine eccleſię reſeruatę per ordinarium poſſeſſorem bonæ fidei bene valét, ſaluis eccleſiis cathedralibus, monaſteriis, abbatiis, in quibus contrarium eſt ſtatutum per dominum Vrbanum quintum in quadam regula data in cácellaria. Conſilia. hæc concluſio eſt valde notabilis: & quod hic dicitur de poſſeſſionis traditione, intelligo quod ius illud impedire non poteſt. ff. de cap. l. in libello. §. factæ. ſed bene impedit eius effectum. & hinc eſt quòd petenti reſtitutionem beneficij etiam ſuſpenſo petitorio obſtat & opponitur reſeruatio benefi-
2 cij, vt tenet pallarum: quia † effectus iuris eſt producere interdictum & verba, & quicquid fuerit in contrarium attentatum magis concernunt factum iure aliquo adminicularum, quàm ipſum ius per ſe: & ſunt generaliſsima, vt de ſe patet. Dico ſecundò quòd ſi iure ſpeciali competeret aliquid canonico præbendato ratione canonicatus, vt puta eligere, quod eius electio ex publico errore non iuuaretur. ſed potius per reſeruationem vitiaretur. Et hinc eſt, quod
3 licet ſi occulte excommunicatus † vel ſuſpenſus in publico officio conſtitutus aliquid faciat ratione ſui publici officij, illud bene valet: ſuſpéſione vel excommunicatione non obſtan. de re iud. c. ad probandum. & dicta l. Barbarius. Secus de his quæ non fierent iure publici officij, vt ſunt vota quæ in electione præſtantur, prout iſtud ad literam notat Innoc. de conſuet. c. cum dilectus. in glo. ſuſpenſus enim. in fi. Et ſimile notat Innocen. de reſcrip. c. ſuper literis. ſuper ver. forſan. poſt prin. illius gl. Intelligo autem concluſionem de poſſeſsione facta, quidum gerebat tales actus, ignorabat reſeruationem: quia ſi ſciret, eſſet malæ fidei, & non faceret fructus ſuos. not. in ſimi. l. Inno. de iure pa. c. cura. Ratio cóclusionis eſt iſta: quia reſeruatio non concernit, niſi approbationem collationis factam ſoli papæ, & inhibitionem conferendi factam ordinario collatori: & decretum ſolum præmiſſa concernit. probat clem. viij. j. reſpõ. de conceſſ. præben. igitur decretum non irritat niſi collationem ordinarij cótra reſeruationem, & inhibitionem antedictas per inferiorem attentatas: modo conſtat quòd geſta per non canonice inſtitutum ex publico errore iuuantur: igitur & hoc caſu, cum reſeruatio, inhibitio, & decretum ea non directe cõcernunt. Non enim ratione poſſeſsionis vel tituli hæc tolerantur: ſed ratione publici erroris & publicæ vtilitatis, vt probat l. Barbarius, allegata. Aegidius.

a ¶ Collationes beneficiorum. *Collationes beneficiorum ad quem ſpectent: Dic vt notatur extrà de præben. c. ſi tibi abſenti. j. reſponſo. & nota quòd collatio dicitur in alium iuris tranſlatio, vt extra de app. c. à collatione. de inſti. cum ad noſtram. & de conceſ. præben. c. poſt electionem. ver. quòd ſi archiepiſcopus. & totum hoc notatur per Archid. in cap. cum in illis. lib. vj.*

CONCLVSIO LXVII.

De verborum ſignificationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. licet. ff. de verb. ſignifi.*
2 *Ars eſt habitus rerum factibilium, prudentia vero rerum agibilium.*
3 *Acta an poſsint fieri ſine ſcripturis et probari per teſtes.*

LEx, † licet. ff. de verbo. ſigni. de differentia inter acta & geſta ſecundum ſanctum Thomam, intelligitur quòd acta ad extra, geſta ad intra. Vnde 1
ſecundum philoſophum: Ars † eſt habitus rerum factibilium, Prudentia rerum agibilium, ſecundum dominum Viuarien. Conſilia. Aliam differentiam ponit gl. in d. l. licet. ſed non inſiſto. quia iſta diſputatio non eſt multum vtilis: nec fuit poſita hic iſta concluſio, niſi propter dictum domini Viuarien. Sed etiam quòd geſta ad extra ſe extendant, probat l. quæcunque gerimus. ff. de act. & obli. De actis habes ff. de re iud. l. acta. ſed ibi ſtricte ſumitur pro geſtis iudicialibus, de quibus ſatis probatur. c. quoniam contra. de proba. & ibi per Inno. Et licet tex. illius c. dicat ſatis bene, quòd acta debent redigi in ſcriptis per notarium vel duos probos viros: tamen credo, quòd poſsint † fieri ſine ſcriptis, & probari per te- 2
ſtes, præterquam in diffinitiua ſententia, vt legitur à contrario, & etiam nota. de re iudicata. c. fi. lib vj. 3

CONCLVSIO LXVIII.

De verborum ſignificationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtare & reperire quomodo inter ſe differant.*

HÆc eſt differentia inter conſtare † & reperire: quia conſtare requirit veritatem: ideo partis vocationem. de cenſi. c. præſenti, in clemen. cum ibi not. in gloſſ. & ibi appareat iam quæ non requirit vocationem partis. de offic. delega. c. j. in clemen. cum ibi no. & in clem. cum ei quem. de conceſ. præbend. cum ibi nota. per Paul. & cum not. per Innoc. & Hoſtien. de præſumptio. c. dudum. Conſilia. Pro primo alleg. dominus noſter Greg. xj. C. fam. herciſc. l. ſi tibi conſtiterit. ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ. Differentiam verò prædictam inter conſtare & reperire ponit Innocen. in c. dudum. & gloſſ. in dicta cle. vna. 1

CONCLVSIO LXIX.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Præbendarum eccleſiæ collatio ad quem ſpectat.*
2 *Ars naturam imitatur.*
3 *Inſtituendi auctoritas eſt penes epiſcopum, licet capitulum habeat electionem.*
4 *Inſtitutio corporalis pertinet ad Archidiaconum.*
5 *Bona vbi inter capitulum & epiſcopum ſunt communia, etiam collationes ſunt communes.*
6 *Collatio quando ſpectet ad ſolum epiſcopum.*
7 *Bonorum appellatione quæ contineantur.*

PAlarium complectitur hanc opinionem, quòd † collatio præbendarum [a] eccleſiæ cathedralis 1
ſpectat ad epiſcopum cum conſenſu ſui capituli. a
Conſilia. Hanc concluſionem ad literam tenebat Compo. Sed gl. communiter tenuerunt, quòd imò inter capitulum & epiſcopum huiuſmodi collatio eſſet communis. no. de electio. c. cum eccleſia Vulte. in glo. ſecunda. de ſuppl. neg. præla. cap. fi. in prima gl. de offic. ord. c. irrefragabili. in iiij. gl. Ioan. xxj. di. §. j. & cap. j. ver. pontifex. Vinceo. Philip. & Goffr. in c. cum eccleſia. alle. Et reperio quòd Pau. dicit hanc opinio. communiter approbari. all. pro ea c. cum eccleſia

eleſi. alleg in fin.& cap.poſtulaſti. & cap.propoſui.
de conceſſ.præben.& ne ſede vacan.cap.vno. lib.vj.
2 Ratio,vt ars naturam † imitetur. C.de adopt.l.fœ-
minæ.inſti.eodem.§. minorem. Modo epiſcopus &
capitulũ faciunt vnũ corpus. de his quę fiunt à pręl.
c.nouit.igitur non ſeparentur membra à capite hoc
in alia materia not.Hoſt.de dona.c.ad apoſtolicæ vt
recitat nouella de elect.ex eodem libr.vj.faciunt ſex
prima capitula.de his quæ fi.à prælat.de fi. inſtru. c.
quod in quibuſdam.de maio.& obe. c. quia nõnulli.
§.verum.Innoc.dicit ſtando conſuetudini & Io. An.
nihil eligit:nec Archi.primos vide in cap.cum eccle-
ſia.alleg. Archi.in cap.à collatione.de appellatio.lib.
vj.Hoſtien.& Compo.tenent quòd imò ad ſolũ pręlatum, licet addant de conſenſu vel conſilio, quod
poſtea dicam. Hoſt. inducit quandam rationem æ-
qualitatis ſeruandæ quam in nouella impugnat, in
c.cum eccleſia.vide Arch.de electio.cap.ſi.ſuper ver
bo, confirmationes. vbi idem videtur dicere lib. vj.
Hæc opinio placet mihi, quòd licet habemus tit.de
his quæ fiunt à prælat.non tamen quæ fiunt à præla.
& cap. Secundo quia ſecundum prædictos præſer-
tim Ber.Lan.Vincen.& Goffr. de inſtru.ex frequen-
tibus † auctoritas inſtituendi ſemper eſt penes epi-
3 ſcopum:licet capitulum & alij quandoque eligant,
notat etiam hoc Archi. in cap.à collatione.allega.&
probatur in dicto c.ex frequentibus.& de offic.ord.
c.conquerente.Sed de inſtitutione corporali non in
4 telligitur hoc:quia iſta † de iure pertinet ad Archi
diaconum. vt c.ad hæc.§.pen. & vt noſtrum.de app.
ergo intelligitur de inſtitutione titulum conferẽte.
Sed non reperitur præbẽdas & canonicatus cathe-
drales eſſe electiuos ſeu præſentatiuos,ergo &c. Ter
tio quia ab initio plena poteſtas omnium huiuſmodi
iurium epiſcopis in ſuis diœceſibus fuit data:notat
Innocen. de iure patro. c.poſtulaſti. in gloſſ. prima.
verſic.fatemur.& gloſ.Ioan. And.de electio.c.quanquam.libro vj.& ibi probatur per rationem diuerſi-
tatis ſecundi & vltimi:vnde ſi illius cap. modo licet
reperiam per iura quæ ſuperueniunt epiſcopum ar-
ctatum ad requirendum conſilium vel conſenſum,
vt c.nouit. & c.quanto. & c.ea noſcitur. de his quæ
fiunt à prælat.ne ſede vacan.c.vltimo.libr. vj.tamen
quia ſolus epiſcopus conferat,non reperio mutatũ.
ar.C.de teſta.l. ſancimus.de appell. præcipimus. in
authen.detur.§.conſideramus.& vide Dyn. verſicu.
nam & regula,quę à iure.lib.vj.pro dicta regula ſa-
cit xxj.§.primu.& c.in nouo.diſtinct.in fin.xvj.quæ-
ſtione ſeptima.nullus.in authen.de men.ordi.cle. §.
primo.prima q.iij.quis epiſcopus. Dico ſecundò, ꝙ
ſemper conſilium capituli petere debet epiſcopus in
huiuſmodi collatione fienda,per c.nouit.c.quanto.c.
ea noſcitur.& alia ad hoc ſuperius alleg.Dico tertiò
conſenſum requiri,vbi nedum bona alia,imo etiam
iuriſdictio & iuriſdictionis totalis exercitium inter
capitulum & epiſcopum eſſent communia: & ſic
etiam intelligo concluſionem noſtram, & ſic etiam
5 intelligo opi.Hoſti.quæ habet quòd vbi bona † ſunt
inter capitulum & epiſcopum communia,etiam hu-
iuſmodi collationes debent eſſe communes. Ratio
quia poteſtas conferendi eſt de lege iuriſdictionis,
& fructus eius eſt conferre.notat Innocen. de cauſ.
poſ.c.cum eccleſia.de præbend.c.de multa.de iure
patro. c. conſultationibus.igitur &c. patet conſe-
quentia in cap ad hoc.§.fina.de offic.Archidiaco.&
c.ea noſcitur.de his qui fi.à præla.& l.fin. C.de au-
thor.præſtan.Dic & quarto,quòd etſi alia bona eo-
rum eſſent communia, non tamen ideo iuriſdictio-
nis exercitium & iſtarum collationum eſſet commu
ne: & patet quia ſuſpenſus à bonis ab his non ideo
eſt ſuſpenſus.probatur de electio.c.cum Vinconien.
iuncto cap.cum in cunctis.§.clerici.eodem titulo.&
quod nota.de electio.c.cupientis.§.cæterum.in glo.
non ergo.libro ſexto.Quamobrem opinio Hoſtien.
quæ habet,quòd vbi bona † cathedralis eccleſię in- 6
ter epiſcopum & capitulum non ſunt communia,
ad ſolum epiſcopum cum conſilio capituli ſui abſq;
neceſſitate conſenſus ſpectant collationes præben-
darum, puto eſſe veriſsimam, &c. Ad iſtum caſum
ſuprà proximè dictum oſtendi facere cap.primum.
cap.irrefragabili.& cap.conquerente. de offi.ordin.
& cap.cùm epiſcopus.eod.tit. lib.vj.iuncto cap.j. de
exceſ. prælat. & cap.nouit. alleg. Nec mirum, quia
licet pecuniæ, & omnia alia bona † appellatione bo 7
norum contineantur,vt l. fin. C. de conſtit. pecu.&
l.pecuniæ. ff. de verbor. ſignifica. & l.rei appellatio
eum in bonis iura non cenſeantur. ff. de vſufru.leg.
l. prima. ff. de verborum ſignificationibus. l. bono-
rum. facit ratio tertia alterius concluſionis princi-
palis: quia licet quo ad conſilium reperiam à iure
primatiue mutationem, non tamen id reperio quo
ad conſenſum. Solutio allegatorum in contrarium
facilis eſt: & eam poſui in commento c.licet epiſco-
pus.de præbend.libro vj. vbi hanc materiam multo
melius & plenius diſcuſsi.

a ¶ Collatio præbendarum. *Quid ſit præbenda: Dic quòd præbenda eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia. Et quia iſta materia præbendarum habet lac & lanam, pellem & carnes. i. abundantiam temporalium ideo varia iura circa illam ſunt prodita, & multæ quæſtiones oriuntur quotidie: ex quibus quia practici lucrantur in curia Romana. & alibi iſtam materiam ſtuduerunt & ſtudent & multum eſt dilatata, pluſquam materia de pœnitentia & ſimiles: & Papa & cardinales. & religioſi etiam paupertatem profeſſi & clerici ſeculares in hac materia ſtudioſe peccant continue: ideo de hac recurratur ad Goff. Hoſt. & Spe. hoc eodem titulo de præben. & dignita. & titu. de conceſ. præben. vel eccle. non vacan. & ad text. & gl. Ber. Inno. & Hoſt. eod. tit. & plene notata per Comp. extra de reſcript. c. capitulum ſanctæ crucis. & ad text. & gl doctorum tit. libr. vj. & in clemen.*

CONCLVSIO LXX.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Factum, antiquum quomodo probatur.*
2 *Fama ſola quomodo releuet aliquem ab onere probandi.*
3 *Scripturis, columnis, ac libris antiquis quomodo adhibeatur fides.*

ADminicula iſta, videlicet † communis opinio, 1
& fama ſcripturæ, columnæ antiquæ, liber
antiquus,hiſtorialis liber,& depoſitio auditus cum
ſpeciali poſſeſsione probant factum antiquum: &
de materia iſta vide quæ adducuntur in c.cum cau-
ſam.de prob.per gl.& In.Conſi. Pro iſta cõcluſione
concilia quæ habuit.d.Pe.de Sarc.tũc contradictarũ
auditor,

postquam Viuarien. epiſcopus, & nunc ...s in cauſa Arel...ñ. Iudæorum, in qua ipſe ...ntiuam pro Chriſtianis contra Iudæos ...tate Valiſtampis, quam ego primo, & Nico. de Cremona ſecundo confirmamus. ... alia fortius vrgentia. ideo non inſiſto. Ægid. ...mitum, quia licet vnum iſtorum per ſe, nec ... ſimul in facto recenti ſufficiant, tamen in antiquo in quo illæ probationes haberi non poſſunt, faciunt probationem ſufficientem, ſicut alibi legitur &c. ff. de prob. l. ſi arbiter. cum ibi not. & per Inn. de verb. ſignifi. c. veniens. & c. quid per nouale. dicit Henri. Bohic duas concluſiones. Primo quòd
a in ... facto quod impoſsibile eſt non euenire [a], ſo-
a la [a] fama releuat ab onere probandi, & transfert illud in aduerſarium. Hanc opinionem ponit ipſe in c. cum cauſam. quam concluſionem ponit Spec. tit. de fama. circa medium, verſi. ſed adhuc. & Arch. xxv. q. vj. ſi dno. licet fallat in caſtitate coniugum: not. per eundem Hoſt. de ſpon. c. in præſentia. Secundam concluſionem ponit in cap. in præſentis. quod in factis antiquis probat fama, per l. ſi arbit. a le... de aqua pluuia. arcen. l. j. §. apud. in authent. vt l... c...a. & aui. & §. quod autem. coll. viij. Sed forte per hanc concluſionem limitatur præcedens ſecun-
5 d... veritatem. De ſcriptura † columnæ ac libris a... & hiſtorialibus dicit Hoſtien. in cap. cum ca... ...lle. quòd ſi talia ſub cuſtodia publica ſemper ... nſerunt, eis fides adhibetur. arg. de in inte. re... um ex literis. §. igitur nos proſpeximus. de præ... cap. ad audientiam. de cleri. non reſiden. c. x... ſtis. xvj. diſt. habeo librum. xxx. q. j. peruenit. ff. ... at. l. cenſus. C. de fide inſtrum. authent. ad h... a iis non præſtant ſecundum eum, niſi admin... vt C. de probat. l. inſtrumenta. ſed fateor ... recentibus & nouis quæ aliter probari poſ... in antiquis quæ aliter probari non valent c... talia cum fama & opinione communi ... ut in ſimili not. Ioan. And. de regul. iur. ... ſſeſsione. lib. vi. iij. q. iiij. ibi per eum diſpu... per not. domini Hoſtien. de ſpon. in præſen... a le... vide Hoſtien. in dicto cap. cum cauſam. ... t. j. Ægidius.

a ¶ Sola fama *Quid ſit fama, & vnde procedat, per ſe, vel cum aliis adminiculis, & vnde quibus probet, & qualiter probetur, de eius effectu, & plura alia de fama, vide per Specul. in tit. de notoriis criminibus. § sũ. per totum. & § ſequen. Et adde quod fama facit plenam probationem, vbi agitur de modico præiudicio. vt cap. ſuper eodem. de conſan. & affi. & ibi Abbas in cap. venient. de teſtibus. alias autem ſola fama ſine aliis adminiculis non probat: vt glo. notat. vbi Innoc. & Abb. in cap. cum cauſam. de probat. Item fama plene probat in his in quibus lex expreſſe diſponit. vt in caſu l. Barbarius ff de offic. præt.*

CONCLVSIO LXXI.

De offic. legat. & poteſta. vica. ſeu officialis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quod magis & dignius eſt in genere ſuo, ſub generali diſpoſitione non venit.*
2 *In generali diſpoſitione ſemper venit id quod minus eſt.*
3 *Cauſæ ſingulorum non ſunt vniuerſitatis nec econtra*
4 *In caſu ſuppoſito & oneroſo fit lata interpretatio.*

ARchiepiſcopus Cantuarien. ſedis apoſtolicæ legatus, ſic archiepiſcopum legatum nominando, conſtituit officialem, dans ei poteſtatem cauſas appellationis & querelas audiendi, videtur dare poteſtatem quam habet vt legatus: ſaluis magis arduis, in quibus non delegat. faciunt not. Innoc. in cap. fin. de offic. deleg. Item quòd talis officialis in cauſis quæ iure legationis ad eum deducuntur non ſubdelegat, niſi perſonis de quib. in cap. ſtatutum. lib. vj. de reſcr. Conſilia. Vide ſuper hoc quod dixi ſuprà concluſione lx. & circa eam. Ægidius. Sed contra. ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. ij. vbi municipes ſeipſos duplici iure repræſentantes procuratorem conſtituere non videntur: aliàs verò cenſentur conſtituere non duplici iure, ſed ſolum digniori iure, videlicet nomine vniuerſitatis. Item facit contra ff. de his qui vt indig. l. tutorem. vbi videtur in dubio ſolum facere, vt alius, non vt ipſe. C. de adminiſt. tut. l. cum quædam. Tertio, quia illud † quod 1
maius & dignius eſt in genere ſuo, ſub generali diſpoſitione non venit. de elect. c. ſtatutum. lib. vj. cum ibi not. per Ioan. monach. Quarto quia in dubio in generali † diſpoſitione venit ſemper id quod 2
minus eſt. de leg. iij. l. minimus. & l. ſemper. ff. de regul. iur. Ad primum dico, quòd ibi ſupponitur, & non quæritur id de quo arguitur, videlicet id quod nomine vniuerſitatis conſtituerent ſolum, &c. Prætereà quia † cauſæ ſingulorum non ſunt vniuerſita- 3
tis, nec econtra: vt l. ſicut. §. j. eod. tit. Sed vtræque cauſæ legationis & ciuitatis & diœc. propriè ſunt eiuſdem, videlicet eccleſiæ, & eiuſdem videlicet conſtituen. Igitur. Ad ſecundum dico, quòd ibi etiam loquitur in certo caſu † ſuppoſito & in one- 4
roſo, in quibus fit lata interpretatio. Ad cap. ſtatutum. & not. Ioan. monach. iſta procedunt, vbi generalitas de nobiliori mentionem non facit: hic ſecus. Item ibi loquitur in conſtitutionis pœnalis euitatione: hic ſecus. Item per hoc prouidetur ei quod nobilius eſt: hic non. Ad quartum dico id loqui. vbi non poteſt venire niſi vnum. hic vero omnia veniunt. not. Ioan. And. in c. ſedes. de reſcr. in nouella.

CONCLVSIO LXXII.

De re iudic. & de cauſa poſſ. & proprie. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Omiſsio in petitorio quando reparari non poſsit.*
2 *Sententiam ſuam quando poſsit iudex reuocare.*

LAta ſententia in poſſeſſorio † omiſſa condemna- 1
tione expenſarum, non poteſt illa omiſsio in petitorio reparari. l. iij. C. de poſi. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Conſilia. Iſta enim iudicia in ſe totaliter ſunt diuiſa: vt l. naturaliter. ff. de acquir. poſſ. ergo & officia eis accidentia etiam ſunt diuiſa, vt l. cum principalis. de regu. iur. ergo ceſſante vno illorum iudiciorum, ceſſabit officium ſibi cohærens. vt l. j. ij. & iij. ff. de pec. leg. c. ix. ergo & expenſarũ condemnatione ex dicto officio venit: vt l. terminato. & l. iij. alleg. & hoc verum in directo iudicio poſſeſſorij principaliter intentato. ſed indirecte & incidenter per modum attentati ex priuilegio litis pendentiæ, vel appellationis legitime præcedentis. Ratio eſt: quia officium quo expeditur articulus attentatorũ, quo ad principale & quo ad ex-

penſas cohæret cauſæ & negotio principali. qđ ad-
huc durat. Et hinc eſt ꝙ dicimus, ꝙ talẽ ſententiam
2 † poteſt iudex reuocare, ſi reperit ſe grauaſſe, & ab
eo appelletur, per c. eum ceſſante. & l. quod iuſsit.

CONCLVSIO LXXIII.

De re iudicata. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Probationes vbi non ſunt legitimæ, ſententia lata contra reum pro actore eſt nulla.*

1 SEntentia † lata pro actore contra reum abſque
probationibus legitimis, non eſt nulla, ſed ini-
qua: ſecus ſi actor agit certo iure de quo non con-
ſtet, nec alio iure agere poſſet. facit. l. cum putarem.
ff. famil. herci. Conſilia. Fateor bene primũ dictum.
Ratio: quia eo caſu non eſt ſententia contra ius cõ-
ſtitutionis, licet ſit contra ius partis: & eſt caſus ff.
quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. j. § item cum contra. Sed
ſecundum dictum, quod fuit domini Viuarien. ſal-
ua reuerentia tanti patris non puto procedere: quia
eadem ratio eſt in ſecũdo dicto quæ in primo. Nec
ob. huic dicta l. cum putarem: quia ſi ſententia eſſet
ibi, nulla repetitio ibi competeret, vt l. ſi poſt diui
ſionem. C. de iuris & fac. ign. & ita no. glo. in d. l. cũ
putarem. & in l. ſi poſt diuiſionem alle. & probatur
per Iacob. de Butri. & per doct. & tamen repetitio
ibi non competit obſtante ſententia. Nec ob. quòd
ibi dicitur iudicium eſſe nullum: quia debet exponi
ibi iudicium. id eſt. actio. & ita glo. ibi exponit, quã
oẽs approbãt: ideo miror de dicto tãti patris. Aegid.

CONCLVSIO LXXIIII.

De iudiciis, & de dilatoriis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Termini inſtantiæ vſque ad certum actum in partibus ſeruati, an ſint reiterandi.*

a TErmini inſtantiæ [a] vſq; ad † certum actum
1 in partibus ſeruati, & quo actu exiuit ad ſe-
dem apoſtolicam appellatum, non ſint reiterandi
in curia coram auditore: licet contrarium ſeruatũ
fuerit hactenus: & ante omnia auditor debet reuo-
care grauamen. Conſilia. Primum æquiſsimum pu-
to in terminis ſubſtantialibus & peremptoriis: vt
eſt terminus ad ponendum & articulandum. Et
terminus ad omnia iura producendum, ad proban-
dum, vel ad reprobandum, aut exceptiones dila-
torias, vel peremptorias allegandum. Ratio eſt,
quia ius parti quæſitum, eidem per ſtylum palatij
auferendum non eſt: vt c. ab eo. de elect. lib. vj. cum
concordan. Modo quæſitum fuit ius ex lapſu per
emptorij parti. Caſus eſt extrà de in integr. reſti. &
de excep. c. paſtoralis. Pone enim quòd in termino
ad ponendum non dedit obiectus: poſteà dare non
poteſt: no. Compo. de elect. c. quòd ſicut. & ita ſer-
uamus. Item ſaltem alium terminum ſecundum o-
mnes de iure habere non debet. no. glo. in cle. ſæpe.
de ver. ſign. ergo grauaretur pars in litis proroga-
tione. Tamen nos communiter recepimus ab initio
cauſæ: quia communiter proceſſus qui portantur
de partibus, modicum valent. De ſecundo dic vt
dixi ſuprà concluſione xxxvij.

a ¶ Termini inſtantiæ. *Inſtantia triennio terminatur. l. properandum. C. de iudi. Fallit in caſibus ibi notatis per glo. Sed de iure canonico non finitur triennio, vt in c. Venerabilis. extra de iud. cum ſi. Fallit tamen in litibus ex voluntate emergentibus, quæ triennio concluduntur. vt in auth. de hære. & fal. § illud. & ibi Iac. de Bel. de inſtantia plenius quam alibi vide per Bartol. in d. l. properandum. & quædam pulchra per Bald. in margari. ſua ſub hac dictione, inſtantia.*

CONCLVSIO LXXV.

De iudiciis, *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Actore moriente pendente lite beneficiali, contra quos debeant ſeruari termini.*
2 *Idem eſt iudicium de parte quod de toto vbi ratio diuerſitatis non apparet.*
3 *Sententia diffinitiua ſemper requirit terminum peremptorium.*
4 *Repellere aliquem ab articulo grauaminis, eſt eum repellere à negotio principali.*

SI lite beneficiali pendente moritur † in curia a- 1
ctor, poſſunt ſeruari termini contra illos quo-
rum intereſt per contradictarum audientiam in
principali. ar. c. ſtatuimus. non tamen ſuper articu-
lo appellationis a grauamine, ſecundum dom. Pet. de
Sarce. Conſilia. Primum puto verum, ſi poſſeſſor pe
tebat canonizationẽ tituli ſui: & ita procedit quod
habetur in clemen. ibi, vt lite pen. & quod not. Io.
And. in c. vt hi contra quos. in nouella, eo. tit. lib. vj.
Secus vero ſi ſolum petebat ſe abſolui ab impetitio
ne actoris, & pronuntiari illum ius non habuiſſe,
ſibiq; ſilentium imponi, quia eoipſo quòd mortuus
eſt, verum eſt ipſum ius non habere: morſque ſibi
imponit ſilentium & ſuæ petitioni viam præcludit:
vt §. deinceps. in authen. de nup. col. iiij. niſi propter
fructus & expenſas: vt l. vtiq; ff. de rei ven. Sed quia
quæſtio fructuum & expenſarum concernunt hære
des vel executores mortui ſolum & duntaxat, non
eſt agendum contra perſonas incertas. ar. de elect.
c. vlti. lib. vj. hoc tamen dictum præcedens omnino
reſtringe, per ea quæ notaui infra circa concluſio-
nem. xcv. Aegi. Caſu vero quo propter mortem ceſ-
ſat iudicium contra certam perſonam dirigi: ſi am-
plius ſit agendum ad tituli canonizationem, puto
nedum fore expediens, imo puto omnino fore ne-
ceſſarium abſolutè, quòd ſi citentur per edictum
illi quorum intereſt, & quòd aliter iudicium nullũ
eſt ipſo iure, per c. ſi. de elec. lib. vj. Primò: quia dare
oppoſitum non erit iudicium ex defectu rei. de ver.
ſignifica. c. forus. §. in omnibus. quia ab initio hoc
fuiſſet neceſſarium abſolutè, ſi agi deberet contra
perſonam incertam: vt d. c. ſi. ff. de adop. l. non ita di-
uus. de mino. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. in authen.
ſi omnes. C. ſi ab hære. ſe abſti. ergo ex poſtfacto erit
idem: quia idem eſt iudicium † de parte quod de to- 2
to. vbi ratio diuerſitatis non apparet. ff. de rei vendi.
l. quæ de tota. & maximè patet illud in diffinitiua,
† quæ requirit de neceſsitate peremptorium. vt l. j. 3
§. item ex edicto. quæ ſen. ſine appella. reſc. in. aliàs
eſſet dicere quòd iudicium contentioſæ iuriſdictio-
nis factum eſſet voluntariè, & mutaſſet naturam
ſuam: quod eſſet abſonum: ſalua ſemper reuerentia
reuerendiſsimi patris domini Cardinalis Viuarien.
contrarium opinantis. Et adhuc ſalua reuerentia
eiuſdem reuerendiſsimi patris, non puto ſecun-
dum

dum dictum huius concluſionis fore ſimpliciter verum. Pono enim, quòd grauatus eſt ſuperſtes in eo ſine cuius ſeparatione non poteſt canonizationem tituli ſui obtinere: puta quia repulſi ſunt articuli ſui, ſine quorum probatione non oportet conſtare de iure ſuo, à qua repulſione ipſe appellauerat: repellere † eum ab articulo grauaminis, eſſet eũ
4 repellere à negotio principali: quod eſſet iniquum: modo non poteſt procedi iudicialiter ſine parte, vt dixi ſuprà &c. Secundo quia idem debet eſſe iudicium de termino & de via neceſſaria ad terminum: vt l. omnino. ff. de ſpon. Tertio quia illi quorum intereſt, debent venire ad cauſam in ſtatu in quo eſt modo ſtatus eius: quia pendet articulus appellationis coram iudice ſecundo: & forte etiam articulus principalis negotij in euentum: igitur ſaltem vt ſciatur apud quem illorum iudicium cauſa debeat remanere: de hoc in primis cognoſcendum eſt.

CONCLVSIO LXXVI.

De regularibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Prioratum monachalem non expreſſe profeſſus non impetrat abſque diſpenſatione.*
2 *Intentio vt fundetur, probatio eſt neceſſaria, ſiue ſit affirmatiua ſiue negatiua.*
3 *Probandi onus quando transferatur in actorem.*
4 *Reus non cogitur proponere ſuam exceptionem, niſi actor propoſuerit & probauerit ſuã intẽtionem.*
5 *Exceptiones ſunt arma reorum: replicationes vero arma actorum.*
6 *Exceptio niſi probetur, fruſtra probabitur eliſio.*
7 *Gratia qualiter habet tacitam conditionem, ſi expreſſa veritate nitantur.*

a NON expreſſe: profeſſus [a] non impetrat † prio-
1 ratum monachalem ſine diſpenſatione: [b] vt
b clemen. ne in agro. §. ſane. ij. & profeſsionem expreſſam, ſi negetur, probare tenetur: nec ſufficit confeſſio qua confitetur aduerſarius ipſum tempore impetrationis fuiſſe priorem alterius prioratus. Conſilia. Sed dominus reuerendiſsimus dominus Cardinalis ſancti Euſtachij contrarium ſentit: per no. in c. exceptiones. per Ioan. An. in nouella. Primum eſt indubitatum. Secundum eſt dubium. Nam facio differentiam inter ea quæ conſtituunt neceſſario intentionem agentis vel excipientis, & ea quæ non conſtituunt: licet ſint talia, quorum oppoſita huiuſmodi intentionem probatam elidunt. Nam in primis di-
2 cendum eſt pro regula: quòd ad † intentionem fundandam illorum probatio eſt neceſſaria, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua exiſtat. Vt ecce promiſiſti mihi dare centum ſi Titius ante tale tempus Romam non venerit: nunquid ſi volo cõtra te agere, ex hac promiſsione oportet me deducere, & probare iſtam negatiuam, videlicet quòd Titius ante iſtud tempus Romam non venerit, nec venire poſsit? certe ſic: quia ex hoc competit mihi ius agendi. Iſte eſt caſus l. hoc iure. ff. de vet. obli. & ibi Bar. per hanc regulam ponit regulam ſupradictam. De exceptione pone exemplum per Inno. de accu. ſuper his recitata & modificata optime per Bar. in l. hoc iure. In alijs vero ponitur regula in totum contraria: quia agenti vel excipienti cuius intẽtio de iure iam fundata eſt, non oportet illam deducere, nec probare, quorum oppoſita ſuam intentionem iam probatam poſſunt euertire: vt ecce creditor ad fundandum ſuam intentionem ſolùm habet probare, quod credidit. Sed ſi probaretur ſolutio, euertuaretur eius intentio: nunquid ergo habet ipſe neceſſe deducere & probare non ſolutionem, vel ſi fecit pactum de non petẽdo primo, & ſibi eſt factum de petendo ſecundo, certè non habet neceſſe ad fundandum ſuam intentionem probare, niſi creditum, quouſque elidatur ſua intentio per probationem pacti primi, &c. Ago vt procurator, excipitur quòd ſum minor affirmatiuè vel negatiuè: non curo: antequam probetur me eſſe minorem, repellar ego, niſi probem me maiorem? certè non, quia cùm edictum de procuratore ſit prohibitorium, in quo quilibet admittitur non prohibitus: eo ipſo quòd ſum conſtitutus, fundata eſt intentio mea de iure: licet per oppoſitionem & probationem exceptionis contrariæ poſsit elidi. & ita not. Inn. in d. c. ſuper his quo ad creditorem. & Ioan. Pet. & Cy. & hoc verum, niſi fama † faciens pro negante, tranſ- 3
ferat onus probandi in actorem. Ita not. Ioan. vj. q. vlt. actio in fi. primæ gl. Ber. de elec. cap bonæ. Spec. eodem §. j. vec. reſtat. Archid. de elec. cap. ſi fortè. lib. vj. Innoc. de dolo. cap. cùm olim. ipſe Spec. in cap. vt circa. lib. vj. Hoſtien. de presby. non bapt. c. veniens. Faciunt not. Spec. de ſpon. in fi. Tenetur enim reus probare negatiuam ſeu affirmatiuã talem: quia neceſſaria eſt ad fundandum ſuam intentionẽ. Faciunt not. Hoſtienſ. in ſumma de probat. §. fin. ver. vetum. & probat regula prima per me data. Probo ratione: quia reus † non habet neceſſe proponere ſuam ex- 4
ceptionem quouſque actor propoſuerit & probauerit ſuam intentionem. vt C. de excep. l. ſi quidem. ergo nec actor, cuius intentio eſt fundata, niſi per exceptionem elidatur, habet neceſſe proponere & probare ad effectum tollendi exceptionem elidentem ſuam intentionem ſiue replicationem eliſiuam dictæ exceptionis, quouſque exceptio ſit propoſita, probata: quia ſicut † exceptiones ſunt arma reorũ: 5
ita replicationes ſunt arma actorum: vt c. à nobis. de excep. & de repli. in princ. & ibi ſatis probatur, quod proximè dictum eſt. Modo ita eſt, quòd cùm quilibet monachus de iure communi ſit habilis ad prioratum regularẽ ſui ordinis, ſibi alias canonicè conferendum: niſi ſit de ſpeciali iure prohibitus: eo ipſo quod probat ſuam collationẽ alias canonicam, fundat ſuam intẽtionem de iure communi: hoc verò quòd ſit de iure ſpeciali prohibitus, quia nõ expreſsè profeſſus, habet neceſſariò fundare ſuam intentionem rei ad hoc excipiẽtis etiam negatiuè: quia hoc quòd ſit profeſſus, non concernit directè modum fundandi intentionẽ monachi agentis: quia ex illo capite directè non cauſatur ſibi ius, ſed concernit replicationem, quam habere poteſt monachus cõtra dictã exceptionẽ rei, ſi opponatur, & eiuſdẽ replicationis eliſionẽ. Igitur niſi † probetur exceptio, fruſtra pro- 6
baretur eliſio: per l. ſi quidẽ all. Et ſi teneremus hoc caſu diſtinctionẽ, quam dicit Io. Andr. in d. c. exceptionis. nõ eſſet abſurdum: quæ habet quòd expreſſa probentur, tacita non. Ratio tacitorum eſt dicta ratio expreſſorum ſic: quia expreſſa ſunt pars gratiæ, & mouetunt principaliter concedentem.

7 & faciunt gratiam conditionalem: quia † quælibet gratia habet tacitam conditionem, ſi expreſſa veritate nitantur. de reſcrip. cap. ex parte. ideo neceſſaria ſunt ad probandum intentionem agentis. Sed oppono de not. Ioan. And. in regula, infamibus. li. vj. in quæſtione ibi per eum diſputata. vbi dicit in ſimili, confirmatorem debere inquirere ex officio. alleg. c. ſi fortè, alleg. de elect. c. cum inter ca. in fi. & c. cum nobis olim. & c. nihil. de appella. c. conſtitutus. Sed forte dici poſſet iſta loqui in confirmatione, per quã côfertur ius in beneficio & titulus totus. Sed in declaratione collationis loquitur, & difficilius eiiciũtur iam promoti quàm promouendi &c. vt l. patre furioſo. Item quia iudex tendẽs ad ſolam declarationem, nihil facit ex officio: ſed ſolum cognoſcit inter partes & iudicat ſecundum allegata. ff. de offi. prætto. l. illicitas. §. veritas. & huiuſmodi naturæ ſunt communiter omnia iudicia: quia regulare eſt, quòd iudex cognoſcens inter partes nihil ſuppleat de facto: vt C. quæ deſunt aduo. per totũ. ſed iudex confirmans vltra id quod inter partes declarat electionem eſſe canonicam, habet eam confirmare ex officio, & per talem confirmationem titulum dare: qui non debet dari, niſi bene merito, idoneo, habili, & ſufficienti. Ideo nõ mirum ſi exercet eius officiũ, debet ex officio parte etiam non inſtante inquirere de prædictis, quòd rectè vendicat ſibi locum in auditore declarante acceptationem eſſe canonicam prouidente per decre. audit. ex identitate rationis. Vos cogitabis. De alio dicto putarem idem quod præfatus reuerendiſsimus pater & dominus meus domi. Cardinalis ſancti Euſtachij: quia poſſeſsio vel communis reputatio hic ſatis ſufficit: & videtur not. Io. And. in d. c. exceptionis. & dicta regula, infamibus. Sed ſi tenuit beneficium aliud, eandem habilitatem requirens: videtur fuiſſe in poſſeſsione, vel quaſi habilitatus huiuſmodi & pro tali fuiſſe reputatus. facit c. ſi iudex. de ſentent. excommu. lib. vj. Et quia poſſeſsio onus probandi in alium transfert. C. de proba. l. ſiue poſsidens. cum ibi not. & ita iſta tota concluſio ſaluo primo dicto nimis mihi eſt dubia. Tu cogitabis, & videbis diſputationem Ioan. Andr. in regula, infamibus.

a ¶ Expreſſe profeſſus. *Nota quòd nemo debet recipi ad profeſſionem ante annum probationis. xvij. quæſt. ij. conſaldus.*

b ¶ Sine diſpenſatione. *Adde ſecundum Raÿ. in ſum ſua, de lapſis & diſpen. quod diſpenſatio eſt iuris relaxatio: & vocatur vulnus: quia vulnerat ius cõmune. xxv. quæſt. iij. ipſa pietas.*

CONCLVSIO LXXVII.

De conceſſ. prebende. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia due ſimul concurrentes, nempe ſpecialis & communis, que nam earum preferatur.*

1 SI concurrunt † gratiæ ſpecialis & communis, præfertur ſpecialis tanquam impar, maxime ſi habet maiorẽ taxam, vel primo præſentauit. Conſilia. Hodie tenet palatium totum contrarium de primo & ſecundo, & de tertio nullus dubitet. Vide in libro diſputationum mearum, vbi de hoc mentionem feci: quàm prolixè ſuper hoc diſputaui ideo non inſiſto hic.

CONCLVSIO LXXVIII.

De iudicijs, & de dila. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Litis in deciſione ſemper ſequenda eſt conſuetudo loci, vbi res ſite ſunt de quibus agitur: quo verò ad litis ordinationem attenditur conſuetudo loci in quo iudicium peragitur.*

SVper appellatione à diffinitiua lata ab auditore cameræ procedit auditor palatij ſuper hoc deputatus, ſicut in ſecunda inſtantia, quo ad obſeruationem terminorum. Conſilia. Idem ſeruamus, ſi à quocunque alio de extra curiam vel de curia, & de extra palatium fuiſſet appellatũ. Ratio eſt: quia licet quo ad litis † deciſionem nos ſequi debemus 1
ſemper loci conſuetudinem, vbi eſt negotium vel res ſitæ de quibus agitur: & idem in delictis, vt ff. de euict. l. ſi fundus. & de vſuris. l. j. & de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. & auth. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet. in principio, tamen quo ad ea quæ concernunt litis ordinationem, nos attendimus locorum conſuetudinem. in quibus iudicia agitantur: vt ff. de teſtib. l. iij. §. fiu. & C. de epiſcop. & cler. l. cum clericis. in fin. & ita not. Cy. C. de ſumma trin. l. j. in ij. quæſt. in fin. & C. quæ ſit long. conſuet. d. l. cum clericis. & l. j. in ij. quæſt. & ibi plenius. Sufficit ergo quòd in prima inſtantia fuerunt ſeruati termini ſecundum forum ſuum, vt dici poſsit vere fuiſſe inſtantia prima, & nunc in iſta ſecunda ſeruentur termini coram auditore palatij ſecundum conſuetudinem palatij.

CONCLVSIO LXXIX.

De accuſationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reus abſoluitur ab inſtantia iudicij & impetitione, ſi lite conteſtata accuſator ſe abſentauerit.*
2 *Pœna talionis quando ceſſet.*
3 *Accuſator ſuccumbens qua pœna plectendus.*
4 *Executionis difficultas ſeparata à ſententia, non debet impedire ſententiam.*

LIte conteſtata † in cauſa criminali, poteſt accuſatore ſe abſentante procedi in curia per audientiam, & abſolui accuſatus, nedum ab inſtantia iudicij, ſed etiam ab impetitione: ſed non pœna talionis ſibi imponi. Conſilia. Notabilis eſt iſta concluſio. Ratio primæ partis eſt: quia tunc ceſſat ratio legis prohibentis abſentem damnari: quæ eſt propter pœnæ imponendę grauitatem: & quia non poteſt imponi abſenti: vt l. abſentem. ff. de pœnis. ita procedunt C. de accuſ. l. ſi accuſare. & l. abſentem. & ꝑ. tiu. Si enim eſſet crimen in quo imponeretur pœna non ita grauis, vt eſt relegatio vel minor, quæ poteſt abſenti imponi: procedi poſſet contra abſentem cõtumacem: vt in dicta l. abſentem. quod intellige de abſente lite conteſtata: quia ad inſtar priuatorum iudiciorum. l. abſentem. de pœnis. allc. Modo in tali † abſolutione quæ vltra non progreditur, ceſſat impoſitio pœnæ talionis [a] quantum ad officium iudicis: quia illud expirat. l. iiij. C. de po. & l. fin. C. de fruc. & lit. expen. & eſt caſus C. de calum. l. j. & ibi no. Item aliàs non imponeret, niſi directa accuſatione inſtituta, vt ff. de accuſ. l. j. §. j. & not. 2 a

in

in dicta l.j.C.de calum.& tunc non ferretur ſenten-tia,niſi parte accuſata præſente, vt l.ſi accuſationi-bus. a ſente. & l.fi.C.de accuſat. & l. abſentem. ff. de pœnis.allegatis.De pœnis verò alias extraordina niſi illius qui deſtitit ab accuſatione,vel eam nõ ter-minat infra tempus vel contumaciter eam proſequi recuſat, vide Cyn. C. qui accuſ.non poſſunt. l.iij. in iiij.quæſt.Et ſecurus opi.Pe.non recito:quia non fa-cit ad propoſitum. Quo ad ſecundam partem con-cluſionis dico hanc partem non procedere, niſi in crimine pro quo imponitur pœna relegationis ma-ior:vt not.in dicta l.abſentem. de pœn.not.Cyn.de accuſ.l. abſentem. & in illo crimine eſt ratio: quia
3 eadem † pœnæ imponitur accuſatori ſuccumbenti per ſententiam,ſicut imponeretur accuſato,ſi con-uinceretur.vt l.j.de calum. & ita not. in d. l. abſen-tem.C.de accu.l.j.& de adult. l.quamuis. Secundo dico,quòd habet locum iſta pars abſque dubio, vbi antequam cauſa eſſet inſtructa,& concluſum in ea, ſe abſentaret accuſator, ſi cauſa non totaliter in-ſtructa,& concluſo in cauſa ſe abſentauerit accuſa-tor. Iſte caſus dubius eſt : quia communiter omnes doct. tenent ſententiam ferri non poſſe propter iu-ra loquentia indiſtinctè. Sed tamen hoc non obſt. Iacob.de Are.& domi.Ioan.Nicho. Auralen.epiſco-pus contrarium tenent.facit l.quamuis. alleg. C.ad legem Iuli.de adult.licet loquatur in caſu,in quo ve nit ſententia ferenda pro abſente & contra præſen-tem. probat Iacob. quia ceſſante ratione l.&c. ff. de iu. ja.l.adigere.§.quamuis.Modo ratio,quare non damnatur abſens,eſt, ne cauſa inaudita damnaretur ff.de requiren.reis.l.j.modo iſta cauſa ceſſat hoc ca-ſu.Item videtur ſe abſentare cauſa impediendæ, vel differendæ ſententiæ:igitur ſuæ malitiæ eſt obuian dum. Item quia illud obſeruatur in priuatis:igitur. arg. abſentem.Item non valet iſta ratio:quòd quia non poteſt imponi abſenti etiam per l. abſentem. ff.
4 de pœn.alleg.quia † difficultas executionis ſeparata à ſententia non debet ſententiam impedire:vt ff. de pœnis.l.in ſeruorum.& l.qui vltime.& de verb.obl. l.continuus.§.illud.imo caſtigatio ictus fuſtium,quę eſt pœna minor relegatione,non poteſt abſenti im-poni.Præterea quia imo poteſt fieri executio, vt in ciuilibus:iuxta ea quæ leguntur ff.de re iud. l. à di-uo Pio.circa prin. de bo. aucto. iudi. poſſi. l. ſi cum vnus.§.fin.C.de iud.l.properandum.§.ſinautem. ar. in auth.vt nulli iudi. §. ſi quis vere comprehenſo-rum. Aegid.

a ¶ Pœna talionis. *De hac pœna vide Leuitici xxiiij. & xiij. q.maſſ.j.quod debetur. Adde iuxta Pelu.in c. ſuper his.ij. col. de accuſ.quòd pœna talionis poteſt aboleri conſuetudine. & ſecun-dum Alber. C.de accuſ.l.ſi.talis pœna de conſuetudine non ſer-uatur.*

CONCLVSIO LXXX.

De probationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Exacta forma remiſſa,an omnis forma remiſſa.*

ARticulus iſte eſt minor,vel eum peperit mater poſt talem annum:valet etiam materia obiecti ua , dummodo exacta forma per Papam ſit remiſſa. Conſilia.Pene procederet concluſio dempto verbo, exacta:ſed ſicut ſtat,periculoſa eſt: quia non ſequi-tur,exacta forma † remiſſa eſt:ergo omnis forma re 1 miſſa eſt. Modo iſte articulus quòd P.eſt minor xxv. annis,nullam formam habet:& tamen poteſt habe-re formam, licet non adeo exactam , ſicut requiris materia obiectiua , in qua puto adeo exactam iuxta mentem huius concluſionis adaptari,videlicet for-mam deſcribentem aliquod tempus neceſsitatis certum vel incertum,per quod poſſet appropinqua ri veritas articuli ad mentem teſtium omiſſo anno, menſe,& loco.

CONCLVSIO. LXXXI.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Partium conſenſus, non facientes quòd poſſit arti-culus iuriſdictionalis cõmitti an habeãt æqualitatẽ.*

COnſenſus partium † non facientes quòd poſ- 1 ſit articulus iuriſdictionalis committi, non ha bent æqualitatem:de quibus in c.ſtatutum. de reſcri. lib.vj. Conſilia. Hæc concluſio eſt indubitata hodie per capit. ſi. quæ ipſo iure reddit irritum quicquid fit contra tenorem iſtius c. & ita tenet glo. in dicto c.ſtatutum.§.j.ſuper ver.committantur. & ita tenet Archidiacon.ſed de loco ſecus:vt in c.nullo quoque. eod.tit.quod intelligo,niſi Papa vel cancellaria eius proprio motu [a] iudicem talem dediſſet ſub bulla: a quia tunc non eſſet quod imputaretur parti:vt notat. Innoc.in extrauagan.præſenti. Innoc.iuj.de qua fuit extracta conſtitutio Bonif.c. ſtatutum.alleg. ſicut ſi Papa nominaret illum , cui committeret ſimplicem clericum.& hoc ſecundum Bet.& hoc dummodo id exprimat in litera, quòd motu proprio datur talis iudex,alias non:prout hoc recitat glo.in d.c. ſtatu-tum.§.j.ſuper ver. literarum.& ibi ſunt allega.in di-cta gloſſ.De cancellaria non procederet dictum In-nocen.in extrauag.præſenti. niſi literæ expedien-tur nomine Papæ: quia cancellaria contra c. ſtatu-tum.venire non poſſet. vt clementi. ne Romani. de elect.in clemen.cum concordantiis.

a ¶ Proprio motu. *Motum proprium virum æquipolleat clauſula non obſtante:vide Bar.in l.j. de peti.hon. Et an firmet vel am-pliet gratiam vltra præſumptam mentionem concedentis in c. ad aures.de reſcr. Et an motum proprium poſſit probari per teſtes. c.cum inter. de excep.vltra medium.*

CONCLVSIO LXXXII.

De iudi. De dilatio. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Defenſiones ſua nemini ſunt auferendæ,nec in cau-ſa non ſeruatis ſeruandis concludendum.*

SI Papa committit epiſcopo Pariſienſi, quòd ſu-per debito,quod eſt inter C. & B. ſummarie &c. partibus vocatis ſe informet : informationem mi-hi mittet poſtea Papæ : Informatione remiſſa, auditor ſuper hoc negotio deputatus à Papa, terminis non ſeruatis,ſtatim vocata parte ad dicendum contra commiſsionem,item ad ſententiam audiendam po-teſt pronuntiare in cauſa.Conſilia. Hoc intellige ſi ſeruatis ſeruandis ſecundum naturam cauſarum ſummariarũ proceſsit cõmiſſarius inter partes vſq; ad ſentẽtiã incluſiuè:alioquin cõcluſio eſſet inſuſtẽ tabilis:q † nemini ſunt ſuę defenſiones auferẽdę.de 1 re

re iudica.c. paſtoralis.in clem. fat eor tamen, quòd
non ſuit arctatus aduerſarius ad ſtilum palatij ob-
ſeruandum. Et hoc eſt quòd voluit concluſio: vt cre
do: videlicet, quòd licet ille terminos palatij non ſer
uauerit, dummodo alias rite proceſſerit, ſecundum
naturá cauſæ debeat auditor ex dicto proceſſu ſine
aliis terminis pronuntiare: quod ſatis puto.

CONCLVSIO LXXXIIII.

De probationibus, & de ætate & qualitate. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Articulus, de lite mota contra rectorem eccleſiæ, da tus ad probandum legitimum impedimentum, cur non ſit nominatus ad ſacros ordines, an ſit admittendus.*

2 *Caſus qui ſequitur moram moroſam non excuſat.*

1 SVper hoc, an articulus † de lite mota cōtra recto
rem parochialis eccleſiæ datus ad probandum
impedimentum legitimum non promoto ad ſacros
ordines, non faciens mentionem qualiter in adeptio
ne poſſeſsionis pacificæ eccleſiæ fuerit mota lis: ſeu
vſque ad quod tempus durauerit lis, ſit admitten-
dus: fuerunt conſilia diuiſa: quia Petrus de Sarcen.
diſtinguebat, an modicum tempus poſt motum litis
ſucceſsiſſet &c. Gul. Gal. quòd præſumitur duraſſe
etiam per quinquenniū ſequens, de quo agitur. Ego
Aegi. per l. properandum. C. de iudi. Item cum per
rectorem ſteterit quominus &c. c. cōmiſſa. de elect.
& c. licet, ij. de præben. lib. vj. Et quia articulus da
tus ad eludendum conſtitutionem, licet canon. de-
bet eſſe certus & neceſſario concludens, & de tem-
pore adoptionis &c. Igitur c. commiſſa. alleg. cum
ſibi nota. Conſilij. Supponendum eſt, quòd contra
iſtum dictæ eccleſiæ poſſeſſorem pro parte illius
qui eccleſiam impetrauerat tanquam vacantem per
eius non promotionem, iuxta decre. licet canon, &
qui eum ad cauſas prouocauerat, conſtabat in actis
illum poſſeſſorem fuiſſe per quinquennium dictæ
eccleſiæ pacificum poſſeſſorem: idcirco ipſe poſſeſ-
ſor ad ſui defenſionē volens deducere impedimen-
ta ſuæ non promotionis occaſione cuiuſdam litis ſi-
bi motæ ſuper dicta eccleſia deducebat litem: ſed in
articulis non deducebat qualiter dicta lis per dictū
quinquennium duraſſet: dubium fuit an dicti arti-
culi eſſent admittendi vel repellendi. dom. Viuarié.
diſtinguebat. Et dom. Guil. & ego fuimus contrarij.
Quid dicendum: iſta concluſio duplex habet dubiū.
Primum eſt, vtrum materia dictorum articulorum
ſit bona, ſuppoſito quòd tempora eſſent bene de-
ſcripta. Secundum dubium eſt, ſi ſit bona materia,
vtrum ex defectu formæ dictæ malæ deſcriptionis
veniant nihilominus dicti articuli repellendi. Pri-
mum dubium expeditur per lecta & not. de elect. c.
commiſſa. § j. non obſtan. no. Inno. de appel. c. conſti
tutus. ij. quæ dubium faciunt: ſed non ſeruatur, imò
ſtatur hodie glo. c. commiſſa, ſuprà alleg. quàm ſe-
quitur Archid. Ad declarationem ſecundi quæro
de duobus. Primum eſt, quid ſi in fine anni dati ad
promouendum ſuperueniat lis, vtrum cauſabit ſibi
impedimentum legitimum quòd impediat vacatio-
nem? Secundo quæro, quid ſi poſt ſex menſes illius
primi anni veniat impedimentū litis, & ante ſex mé-
ſes ante finem quinquennij ceſſauit impedimentū.
an debeant iſta duo ſemeſtria ſimul coniungi, & fa-
cere vnum annum, vt ſic ſit locus decr. licet canon?
Circa primū dubium ſic diſtinguo: quia aut adhuc
dum ſuperuenit impedimentum, reſtabat tempus
ſufficiens ad ordines omnes vel quos habebat reci
pere tunc ſuſcipiēdos, & tunc impedimentū ipſum
excuſet, per no. Archi. de electio. c. cum ex eo. ſuper
ver. tunc. lib. vj. & Ioan. And. in regula imputari. de
reg. iur. lib. vj. in quæſtione ibidem per eū diſputata,
& iura & rationes dictorum Ioan. And. & Archid. in
locis prætactis per eos alleg. Aut tātum ſe arctabat,
quòd non reſtabat ſibi ſufficiens tempus ſuſcipiēdi
ordines, quos habebat ſuſcipere: & tunc dic, quòd
impedimentum eum non excuſat. ar. no. In. de appel.
c. ex ratione, poſt medium gloſ. magnæ: & probant
motiua contraria alterius partis, & iura alle. per do-
ctores præfatos in locis ſupra alleg. Caſus enim qui
ſequitur † moram moroſam, non excuſat. ar. no. per 2
Innoc. ſed ſibi imputatur. ff. ſi certum pet. l. quid te,
de ver. obligatio. l. ſi ex legati. à contrario. Item quia
ſubſunt hic duo impedimenta: vnum ex culpa ſua,
aliud ſine culpa. ſublato vno remanet aliud: ergo. ar.
extra. de vſu pallij. c. ex tuarum. Nec obſt. c. commiſ-
ſa: quia fateor, quòd non vacat ante finem comple-
ti anni: ſed non negat quin tunc vacaret hoc caſu.
Circa ſecundum dubium videtur dicendum, quòd
dicta tempora non coniungātur, ſed quòd ceſſante
impedimēto detur annus integer, ſicut dicitur poſt
finitam diſpenſationem. c. cum ex eo. lib vj. & ibi no.
Ioan. And. in nouella. & etiam Archi. in glo. additio-
nali ſuper verb. annum. per c. ſi electio. de elect. li. vj.
dic reperio in ſimili quòd cum lex impedito reſti-
tuit, tantum reſtituit ſicut prius, in auth. de his qui
ingredi. ad app. C. de appella. in prin. § j. & ſecundo,
& tertio. dicto c. ſi electio. Sed vbi homo reſtituit
tempus, tunc non reſtituit, niſi tantum quantum
perditum fuit per impedimentum. vt ff. ex quibus
can. maio. l. ab hoſtibus. in fi. no. Innocen. de appell.
c. ex ratione, poſt medium mag. gloſſ. Modo hic lex
reſtituit tempus, prout in c. commiſſa. ergo reſtituit
tantum ſicut ab initio dedit. probant hoc: quia alias
neſciretur, quòd aliud tempus eſſet impedito reſti-
tutum: cum ius nō determinet ad tempus. Itē quòd
conſtitutio c. licet canon, imponit pœnam ipſo iu-
re. Igitur non extendit ſe ad caſum huius coniun-
ctionis non expreſſum. per c. ſtatutum. de elect. lib.
vj. not. Ioan. Andr. in regula, odio. in iij. quæſt. in vj.
Nunc ad quæſtionem principalem videlicet ad ſe-
cundum principale dubium accedo: & dico quòd
non oportet, quòd deducat articulos, quòd in limi-
ne adeptæ poſſeſsionis fuit impeditus, per reſpon-
ſionem primi dubij: nec oportet quòd deducat for-
maliter, quòd impedimentum durauerit vſque ad
finem quinquennij per reſponſionem ſecundi du-
bij: ſed neceſſe eſt, quòd deducat ad tantum & tale
tempus: & ſic deſcribat extrema & medium illius
temporis, quòd infra tempus adeptæ poſſeſsionis
pacificæ & finem quinquennij non reparatur an-
nus continuus præcedens impedimentum, nec
annus continuus ſequens impedimentum, nec
etiam annus continuus intermedius illius impe-
dimenti,

dimenti,quo anno continue ſine interpellatione iu
ris vel facti ille turbatur in poſſeſsione per prædi-
cta: & credo quòd illa ſenſerit dominus Viuatien.
ratio huius quia aliàs articulus de neceſsitate non
concluderet,per prædicta.

CONCLVSIO LXXXIIII.

De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Literæ gratioſæ ſurreptitiæ ſunt nullæ ipſo iure.*
2 *Literæ falſæ non ſunt literæ, nec falſus procurator eſt procurator.*

a EXecutoria impetrata ſuper executione [a] trium
ſententiarum & taxatione expenſarum tertiæ
ſententiæ:pendente tamen appellatione à dicta ta-
xatione interpoſita:& proceſſus inde ſecuti quo ad
articulum dictæ cauſæ nulli ſunt ipſo iure,per fun-
damentum.c.ſuper literis. Conſilia.Neſcio qualiter
iſta concluſio emanauerit, niſi ex autoritate domini
Viuarien.à quo etiam duæ aliæ concluſiones, vide-
licet concluſio xxij. & concluſio xxviij. in fin. quæ
ſunt ſuprà. Puto tamen concluſionem de iure non
procedere. Nam iſta eſt differentia inter literas gra-
b tioſas, [b] & literas de iuſtitia: quòd gratioſæ literæ
1 ſurreptitiæ † ſunt nullæ ipſo iure:licet per exceptio-
nem ſurreptionis oppoſitam valeant elidi.Sed nihi
lominus dant iuriſdictionem ipſo iure: & ita not.de
reſcriptis.c.ad audientiam ij. in fine vltimæ gl. ap-
probatur per Innoc.& Compo. & Io. An.quia idem
tenet Inn.de literis iuſtitiæ in d.c.ſuper literis.in gl.
in fine forſan, in princ. & poſt prin. in ver. item ſi
quis impetrauerit &c. in princi.dictæ glo. Inno.Po-
tes colligere ad hoc probandum vnam rationem de-
monſtratiuam ſecundum me.idem not. Inn.eodem
tit.cap.cæterum.in gl.tertia.& ibi potes aliam ratio
nem colligere ad hoc probandum, etiam demon-
ſtratiuam,ſecundum me. prædictam diſtinctionem
expreſſe videtur approbare idem Innoc.eodem titu.
c.cum dilecta. & c.conſtitutus.in dicto c.ad audien-
tiam.vbi videtur ſatis firmare pedem:& hoc fit ſpe-
ciale in literis gratioſis,quæ obtentæ per ſurreptio-
nem nullæ ſunt ipſo iure: de quo videtur caſus de
præben.c.fin.Eandem diſtinctionem ponit Compo.
& approbat in dicto c ſuper literis.in fi.& eam reci-
tat Ioan.And.in cap.ad audientiam.alleg.ſuper fin.
vltimæ gl. ſaluo quòd in literis beneficialibus quo-
dammodo diſtinguit. ibi vide. Caue quia ſecus de
2 literis † falſis:quia illæ non ſunt literæ reuera,ſicut
falſus procurator non eſt procurator: nec dant ali-
quam iuriſdictionē:imò nullæ ſunt ipſo iure,vt no.
ipſe Innoc.in dicto c. ſuper literis. in dicta glo. imò
fine forſan.ver.ſed quid ſi literæ falſæ &c.cum ver-
ſibus ſequentibus, vſque ad finem illius gloſ. Item
ſecus eſt in literis obreptitiis,id eſt contra conſcien
tiam Papæ & ſuorum officialium impetratis: quia
illæ etiam ſunt ipſo iure nullæ:nec valere poteſt pro
ceſſus aliquis habitus per eaſdē, prout hæc pulchrè
no.Innocen.eodem tit.c.cum dilecta.in gloſſ.& fut-
ure. vbi hoc probatur. ibi vide. Sed opponas, quia
per hoc ſequeretur,quòd lata eſſet ſententia diffini
tiua à qua nunquam fuiſſet appellatum, & quæ ita
in rem iudicatam iuiſſet:& ille contra quem lata eſ-
ſet,fingens ſe ab ea debite appellaſſe,obtinens iudi-
cem appellationis, qui aliàs ſeruatis ſeruandis di-
ctam ſententiam reuocaret, quòd valeret ipſo iure
ſecunda ſententia reuocatoria primæ: quod videtur
prima facie contra cle.ſi appellationem. de appellat.
in cle.Reſpondeo & dico, quòd imò eſſet nulla:niſi
in caſu in quo de viribus ipſius ſententiæ vel appel-
lationis ab eà interiectæ fuiſſet coram ſecundo iudi-
ce diſputatum, & per eum tacite vel expreſſe præ-
tenſo appellante diſcuſſum:vt not.Iacob.de Are. &
Cyn.C.quando prouo.non eſt neceſ. l.j.& C. ſi con-
traiua. l. præſcriptione. & in fine ſecundæ coll. &
Ber. & Io.An.de re iudi.c.inter monaſterium.& pro-
batur ff.de compen.l.quid ſi in die.§.pruno.quę ſen.
ſine appella.re.l.j.in prin.ff.de cond.vide eleganter.
§.j.de fide inſtr.l.fi.per quod apparet,quòd ceſſan-
te iſto caſu & poſito caſu dictæ cle. nullitas ſenten-
tiæ non venit ex defectu iuriſdictionis: quia ſi ſic
non poſſet habere caſus,quem proximè dixi,ſed ve-
nit à conſtitutione poſitiua, quo ad talē ſecundam
ſententiam latam contra primam inficit ipſo iure.
C.quando prouo.non eſt neceſ. l. j. cum ſimi. & lo-
quitur cle.in caſu certo: videlicet in quo conſtabat
de deſertione:ſed ſecus in dubio in quo prædixi: li-
cet glo.cle. videatur dicere ſecundam ſententiam
non valere tanquam à non ſuo iudice latam: quod
non capio:niſi dicamus,quòd iſte ſit vnus caſus ſpe-
cialis in quo literæ ſurreptitiæ non dant iuris dicta-
men in principali,niſi in euentum in quem pronun-
tiaretur ſuper præambulo, videlicet appellatū fuiſ-
ſe &c.quod de iure forte non eſſet abſonum.Prædi-
ctam opinionem & diſtinctionem inter reſcriptum,
falſum, & ſurreptitium ponit Cy.C.ſi contra ius vel
vtili.publi.l.præſcriptione. circa prin. iiij. collat. &
loquitur ibi de reſcripto obreptitio aliter quàm
ſuprà.

a ¶ Super executione. *De executione ſententiarum vide plene per Bar. in l.ſi miles. §. qui iudicat. vbi multa bona dicit: & per totum titulum ff de re iudi.*
b ¶ Literas gratioſas. *Nota differentiam inter literas gratioſas & literas de iuſtitia.*

CONCLVSIO LXXXV.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio nunquam debet fieri, niſi aliquali ſummaria cognitione præcedente.*

SI executor [a] habet mandatum prouidendi de di a
gnitate,quæ dicitur vacaſſe per extrauagantem,
execrabilis,ſi præmiſſa reperit eſſe vera,ſi prouide-
rit non vocata parte.prouiſio eſt ipſo iure nulla, ſe-
cundum Gulielmum Gal Et ego contra:propter cō
ditionem quam not.ver.ſi repereris.& ver.ſi tibi cō-
ſtiterit.not.gloſſ.in clementin. j. de offic.delegat. &
Pau.in c ap.vno.de cenſi.c.præſenti.in clemen.Con-
ſilia. Opinio dom.Gulielm. fundabatur in vna opi-
nione,quam recitat Innocen. in c. dudum. de præ-
ſumptio.in glo.ij.circa medium illius gl.ver.alij me-
lius diſtinguunt. vbi dicit, quòd quidam melius
diſtinguunt, & dicunt, quòd vbi verba ſonant
in conditionem & per literas, tollitur ius alterius.
vel fit præiudicium alteri:non valet prouiſio,niſi vo
catis

catis partibus præcedat cognitio ſub conditione,
alleg.xxv.q ij.& ſi non.de reſcrip.c.cum dilecta.Sed
finaliter poſt hoc Inno.in eadem glo. in ver. tu dic
quòd ſiue verba ſonant,&c. à dicta opinione rece-
dit.Et Io. Andr.in loco præalleg.& Pau. in d. c. vno.
ſtant cum receſſu prædicto in hoc, quòd recitat &
1 non repugnat,& ſto ſicut prius.Ratio eſt:quia † pro-
uiſio nunquam debet fieri, niſi aliquali ſummaria
cognitione præcedente.viij.quæſt.ij.c.j.& ij. Innoc.
de elect. c. dilecta. & tamen de natura ſua propter
vacationem non requirit:quia dicta informatio eſt
extraiudicialis:vt c.licet.de præb.lib vj.& no.per me
infra in vna concluſione. nec poteſt quis conqueri:
quia per dictam prouiſionem nemini præiudicatur:
licet per abſolutionem poſſeſsionis præiudicaretur.
Et ideo in eo vocanda eſſet pars.vt d.c.licet.& ita no.
Ioan. Andr.c.de mulcta.de præben.in glo.no. quòd
is ad quem.ver.nos quantum.

a ¶ Si executor. *Id eſt delegatus.extrà de foro compe.c ſi quis cõtra clericum.per Bar & alios.& C.de iudi.l.apertiſſimi.alias dicetur executor qui ſententiam exequitur.C de execu.rei iud.l.ſi vt proponis.*

CONCLVSIO LXXXVI.

De probationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Literis iudicum ſuper actis iudicialibus non creditur,niſi notarij & teſtium habeant deſcriptionem.*
2 *Viua vox eſt potior quam mortua.*
3 *Epiſcopo denuntianti aliquem ſuum ſubditum eſſe excommunicatum an credatur ſine teſtibus.*

SI referat auditor cameræ auditori contradicta-
rum ſe excommunicaſſe cum clauſula &c. illúq;
non paruiſſe,ſicq; illum excommunicatum eſſe,ſeu
ſe ita declaraſſe:non per hoc probatur excommuni-
1 caſſe.Conſilia.Ratio,quia literis iudicum † ſuper a-
ctis iudicialibus non creditur, niſi notarij & te-
ſtium habeant deſcriptionem,etiam ſi diſpoſitiue lo
quantur,& ſub data expeditionis ipſius actus.vt de
proba.c.quoniam contra falſam.ergo fortiori ratio-
ne,ſi non diſpoſitiue nec in facto fiant literæ,ſed ſi-
cut literæ teſtimoniales de facto præterito adhuc
minus credi debet.Et ita procedit quod habetur de
teſtib.c.à nobis.ff.de cuſto.reo.l.diuus. Nec mirum:
quia ſi viua voce ita teſtificarentur,eis non crederetur
xj.q.ij.ſi tantum. & c.placuit.C.de teſt. l.iuriſiu-
randi.in fin.& extrà.eod.titul.c.licet. Et tamen viua
a vox [a] eſt † potior quàm mortua. in authen. de fi.in-
2 ſtru.§.ſi vero.Sed contra:quia epiſcopo denuntian-
3 ti † aliquem ſubditum ſuum per eum fuiſſe excõ
municatum, creditur etiam ſine teſtibus. & notat.
etiam xj.q.iij c.caue.& de probat. c.poſt ceſsionem.
quod c.loquitur in ordinario iudice, cuiuſmodi vi-
detur auditor cameræ. Tu ergo ſic diſtingue: quia
aut loquimur in caſu in quo excommunicatio op-
ponitur in modum exceptionis peremptoriæ: &
tunc habet locum concluſio,& quæ primo allegata
ſunt:aut in modum dilatoriæ:& tunc ſecus: pro ſe-
cundo allegatur ſimilis diſtinctio. de excep. c. pia.
lib. vj. in gloſſ. intelligas. & ibi ratio diuerſitatis ad
prædicta.

a ¶ Viua vox. *Quod viua vox præferatur mortuæ, vide Spec. ij. parte titulo de probat. § iy. ver. ſed pone.*

CONCLVSIO. LXXXVII.

De præbendis & de iure patronatus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio facta ex cauſa permutationis an valeat.*
2 *Superioris auctoritas an requiratur in renuntiatione.*
3 *Renuntiatio facta ex cauſa permutationis,facta videtur ſub conditione tacita.*

RENuntiatio † & collatio factæ ex cauſa permu 1
tationis contempto patrono [a] non ſunt nullæ: a
licet ſit collatio irritanda:quod videtur tenere Pau.
in cl.vna.de re.permuta. Et ad c.decernimus. xxvij.
q. vij. per me in contrarium allegatum fuit per do.
Pet. de Sarce. reſponſum, quod loquitur in caſu in
quo patrono licet præſentare quem vellet: licet tũc
de eius præiudicio ageretur: ſecus hic agitur &c.
Conſilia. Vide de concluſione infrà,in quadam con-
cluſione, vbi plene de hoc dixi.Ideo circa hoc de
præſenti non inſiſtam:ſed ibidem dicam.De renun-
tiatione nullus dubitare debet:quia omnes præter
Io. mona. cuius opinio reprobatur in c. vno. de re-
rum permuta.lib.vj.tenent renuntiationem factam
ex cauſa permutationis valere: etiam ſi permutatio
ſuum non poſsit ſortiri effectum:licet habeatur re-
curſus,ſecundum c.ſi beneficia. Sed oppones con-
tra.Primo quia patrono fiet præiudicium,ſi perde-
ret rectorem, quem retinere ſibi & eccleſiæ forte
expedit: ergo ſicut propter intereſſe patroni vitia-
tur collatio: ideo propter huiuſmodi intereſſe vitie-
tur renuntiatio.per c.decernimus.alleg.faciunt no.
Innocen.de renun,c.quòd in dubiis.vbi expreſsè vi
detur tenere quòd eo modo quo requiritur † ſu- 2
perioris auctoritas in renuntiatione huiuſmodi,eo
dem modo requiritur conſenſus illorum quorum
intereſt.alle.xix. q. iij. ſtatuimus. & viij. diſtinct. ſi
quis.Sed conſtat quòd defectus auctoritatis redde
ret totum nullum:vt de renuntia.c.admonet.& di-
cto c.quod in dubiis.igitur &c. Secundo: quia re-
nuntiatio † facta ex cauſa permutationis:facta vide 3
tur ſub conditione tacita, ſi permutationem ſuus
effectus ſequi poſsit. Igitur ſi conditio huiuſmodi
futuri euentus non eueniat: renuntiatio nullum
effectum habere debet.Et quòd tacite ſubintelliga
tur à iure dicta conditio,videtur tenere Io. And. in
c.vno.de re.permuta.li.vj.in nouella,ſuper verb. ſui
epiſcopi.verſi.in prædictis tamen caſibus.& ver.vel
ſaltem. Et contrarium puto:quia hoc faceret præiu-
dicium &c: Aut conditio &c.vt ſupponunt iſtæ duę
rationes in contrarium factæ. Sed dico quòd neu-
trum horum hoc facere poteſt. Dico enim primo;
quòd non primum: quia tale præiudicium producit
quæſtionem in iure talem renuntiationem recipien
di:ſed hoc inducit quòd debet interuenire conſen-
ſus ſecundum omnes. Modo talis conſenſus poteſt
interuenire ex poſtfacto: & eius defectus ipſo iure
actum non vitiat.de elect.c.quòd ſicut. Ita no.in ſi-
mili Ioan. And. de elect.c.nemo.li. vj. prout plenius
deduxi ſuprà in vna concluſione:ibi videlicet fateor
quòd patronus poteſt agere de contemptu,& petere
quòd caſſetur renuntiatio. per c.quòd ſicut alle:
Item dico ꝙ tacita conditio hoc facere non poteſt:
quia ſicut renuntiatio facta penderet à conditione
futuri

futuri conſenſus ipſius patroni, ſequeretur quòd interim péderet vacatio ipſius beneficij:& per conſequens quòd collatio interim facta etiam eſſet in pendenti: quod eſt abſurdum, per lecta & not.de elect.c.ij.lib.vj.& per not.Inno.de reſcr.c.in noſtra. imo ſequeretur quòd nunquàm poſſent fieri ſeparatim permutationis cauſa renuntiationes & collationes, quod eſſet abſurdum, vt videtur.

a ¶Contempto patrono. *Patronus dicitur qui conſtruxit eccleſiam ſeu dotauit vel fundauit eam ad eſſe deducens. Et dicitur patronus ad inſtar patris qui filium ſuum producit in eſſe. Notat Abba. in rubr de iure patro.*

CONCLVSIO LXXXVIII.

De regularibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Monachus proſequens cauſam ſuam, ſiue petitorio agat, ſiue poſſeſſorio, an habeat expenſas.*

2 *Iniuſtum eſt vt aduerſarius aduerſario ſumptus litis miniſtret.*

3 *Matrimonium inter abbatem & monaſterium quale ſit.*

a ABbas [a] qui ſolet per electionem aſſumi, ſi priuetur abbatia, & poſt iudicio reſtitutorio agat: debent ſibi alimenta & non ſumptus litis reſtitui. Materia in cap.ex parte.de accuſa.& facit quod ibi not. de monacho, per Innoc.& in cap.olim. eod.tit. Conſilia. Facit l.ſi inſtituta. C.de inoffi.teſtam. cum ibi not. & alleg. ibidem. & ff.de petit.hæred. l.hæres furioſi. & in authent.de inceſt.nupt. §.ſi vero. & de tutel. & ra.diſtr. l.impares. facit ff.de libe.agno. l.ſi neget. de iure dot.l.ſi filius.de vent.in poſſ.mit. l.j. §.ſed incertum. de Carbo.edict. l.ſed ſi is. §.an autem. C.de ordi.cogn. l.fi.cum ibi not. in glo.ibi not. ſicut not. in cap.ex parte. & cum ibi not. C.de libe. cau.l.ſi tibi.ij.facit ff.vt in poſ.lega.l.qui legatorum. & dicto tit.de lib.agno. l.ſi quis à liberis. §.ſolent.& quæ nota. Specul. tit. de inquiſitione. §.vlti. & per totum illum §. Sed valde facit in oppoſitū id quod not.Ioan. And.in d.cap.ex parte.in fi.vbi dicit, quòd
1 ſi † monachus proſequatur cauſam ſuam, ſiue petitorio ſiue poſſeſſorio agat, non habebit expen. nec obſtat, vt videtur C.de inoffic.teſta.l.hæres furioſi. l.ſi neget. l.filius. §.ſed ſi inceſtum. §.an autem. & l.qui legatorum. §.ſolent. quia loquuntur in filio. ſaluo quòd l. qui legatorum.loquitur etiam in vxore & nepte, miſsis tamen in poſſeſsionem legatorum:& ſunt illi caſus ſpeciales.l.fin.C.de ord.cogn. in caſu in quo ſuper reſtitutione ablatarum non fiebat de legatum, niſi propter quæſtionem ſtatus: & erat ille in poſſeſsione libertatis.hic totum ſecus. cap.ex parte.cap.olim.§.penult.allega. non obſtant quia loquuntur in caſu in quo monachus proſequitur cauſam monaſterij, accuſando abbatem, vel inquiſitis, &c. proſequendo. l.impares.allega. probat contrarium: quia iniuſtum eſt vt aduerſarius
2 † aduerſario ſumptus litis miniſtret.vt ibi.arg.l.minus graue.§.de teſtibus. Quid dicendum: Certe his non obſtantibus puto concluſionem eſſe veram.
3 Primo quia inter † abbatem & monaſterium eſt vnum ſpeciale matrimonium, tale qualo ſi maritus haberet ſuſtinere onera matrimonij, & alere vxorem, ſeu alius eius nomine accuſet matrimonium: interim ali debet vxor per maritum. not. Specul. in d.§.fin. ver.quid ſi matrimonium. Secundo quia in materia iſta æquiparat lex vxorem filio.l.qui legatorum.alleg. Sed ſemper in dubio filius eſt alendus, vt probant iura allega. Tertio quia ibi conſtat quem fuiſſe verum dominum, & poſſeſſorem, ſeu legitimum adminiſtratorem bonorum & eius ſpoliatum: nec ſic ſibi quæſtio ſuper bonis, ſed ſuper ſtatu.& non habet vnde alias viuat, niſi de illis bonis: interim reſtituenda ſunt ſibi alimenta: & propter præſumptionem iuris pro eo facientem: & propter ſpoliationem quæ ante cauſæ diſcuſsionem præſumitur iniuſta: quia in dubio negare alimenta, eſſet tollere legitimam defenſionem, & dare defenſionem ſpoliatoribus, & occaſionem malignandi & ſpoliandi: quia à monaſterio vnde eſt, non habet expenſas, ſecundum Innocen. in cap.ex parte.in fi.& Ioan. Andr.ibidem. & ita probat l.fin. C.de ord cogn.alleg. Probat in ratione iura de filio alleg. & probat regula quam dat Spec.in d.§.fin. ver.item ſecnlari. Et multum pondero, quòd priuatio præſupponit ipſum fuiſſe verum prælatum ſiue ſponſum.argum.ff.de iniuſto teſtamen. l.v. §.j. Nec obſtat §. de inoffic.conſul. vbi dicitur requiri vt debeantur alimenta: quando pro filio iam ſit vna ſententia lata. Sed dic quòd ita ponit text.quia ita erat in facto: vel dic quòd ibi ſemel de exhæredatione & non iure: hic totum contrà: ideo ſecus.

a ¶Abbas. *Nota quòd abbas non ab epiſcopo ponitur: ſed à monachorum congregatione eligitur.xviij.q.ij.abbas.& c.ſeq. Verum tamen eſt quòd de iure ciuili olim ponebatur per epiſcopum, in auth.de monachis. §.ordinandum nunc autem reductum eſt ad ius canonicum. in auth.de ſanctiſ.epiſ. §.iubemus.*

CONCLVSIO LXXXIX.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua eſt appellatum an præſumatur ſemper eſſe bene lata.*

SEntentia † à qua eſt appellatum, [a] non ſtatim præſumitur bene lata: nec iuſtificatur ex ſe: niſi 1 a
proceſſus productus aut noua producta eam iuſtificent. Conſilia. vt cap.quoniam contra falſam. de probat.& not.per Innocen.ibidem. & de renu.cap. in præſentia.& de offic.delega.cum in iure. Secus ſi non fuiſſet appellatum: maxime ſi fuiſſet lata contra præſentem. Vide etiam ſuper hoc ſecundum Innoc.in cap.quoniam contra.& cap.in iure.& cap. in præſentia. vbi probatur alleg. & de elect. c. bonæ. j. nec ſequaris omnino glo. Ber. quia opin. Innocen. approbatur.

a ¶ Sententia à qua eſt appellatum. *Nota quod ſententia appellationis intelligitur de diffinitiua, niſi ſequatur abſurditas. ye. in cap.cauſam matrimonij. de offic.deleg. & Fel. in cap. cum ſuper, de re iudica. dicit quòd appellans pro ſuo intereſſe non tantum debet exprimere cauſam, ſed eam iuſtificare.*

CONCLVSIO XC.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actiones ſingulares requirunt deſignationem rerum.*

2 *Generalitas vniuerſalis non reddit reum certum.*

IVxta clement. dudum.de ſepult.quòd pro rectore contra prædicatores non poteſt ferri ſenten-

tia generalis de omnibus à quinquaginta annis ratione quartæ perceptis. Materia in c. certificati. de ſepul. per Innocen. Conſilia. Ratio eſt, quia quicquid ſit de actionibus vniuerſalibus & generalibus: in † ſingularibus tamen requiritur deſignatio rerum. vt ff. de rei vend. l. ſi in rem. Super quibus & qualiter hoc intelligatur, vide C. y. C. de eden. l. edita. ad fin. tertiæ quæſtionis. quod intelligo verum, etiam ſi multæ res eadem oratione vniuerſali comprehendi habeant: vt ſi peto omnia bona vel alicuius. vt not. Innoc. de reſtitut. ſpoliat. eum ad ſedem. in glo. ij. verſic. item ſi aliquis. Et hoc verum, niſi illa vniuerſalitas propoſitionis per coarctationem aliquam bonam reduceretur ad certitudinem ſufficientem. Et ſic procedit quod not. Innocen. in dicto cap. certificati. in gloſſ. magna. in verſic. ſed quid ſi dicat. Item ſi ius commune talem generalitatem redderet certam & in petitione iurium epiſcopalium. de offic. ordi. cap. conquerente. & de religio. domi. cap. conſtitutus. & not. Innocen. in d. cap. certificati. circa princip. magnæ glo. Et attende ad oppoſitionem & ſolutionem quam ibi facit: fallit vbi talis actio dirigeretur ad redditionem rationis, ſicut actio tutelæ & negotiorum: quia ille contra quem agitur, debet petitionem certificare per redditionem rationis. vt C. de iudic. l. licet. no. glo. ff. de eden. l. j. §. j. & eſt text. de rei vendi. l. j. §. fin. Ratio autem, quare cum peto omnia, requiratur ſpecificatio, eſt tum quia talis † generalitas vniuerſalis non reddit reum certum: igitur editio non eſt ſufficiens. arg. ff. de eden. l. j. §. j. tum quia quot ſunt res in tali generalitate deductæ, tot cenſentur petitiones. vt ff. de verb. oblig. l. ſcire debemus. Sed caue, quia hoc non procederet, niſi per modum ſequelæ conſequentiæ vel acceſſorij ad rem vel ad actionem aut ad cauſam talia peterentur: vt quia peteret rector reſtitui contra prædicatores ad ius quartæ huiuſmodi pete piendæ etiam à tempore tali præterito, &c. vna cum perceptione à tempore illo: quia hoc caſu procederet ſententia, & petitio generalis: vt colligitur ex no. Innocen. de reſtitut. ſpoliat. cap. cum ad ſedem. & d. cap. certificati. Et plenius per eundem Innocen. de exceſſi. præla. cap. tanta. in glo. not. generalem. vbi vide fundamenta huius reſtrictionis, &c.

1

2

CONCLVSIO XCI.

De ſententia excommunic. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus quomodo poſſit abſolui ad cautelam, & quomodo talis abſolutio fiat.*

2 *Vnus teſtis clare deponens non probat.*

1 S I excommunicatus coram auditore habente † poteſtatem eum abſoluendi ad cautelam[a] dicat ſe excommunicatum, quia non patuit monitioni poſt appellationem interpoſitam, pro eo quòd recuſabat ſibi dari copiam monitionis, & producat appellationem, ſed non doceat excommunicationem ſecutam, niſi præſumptiue & per vnum teſtem, etiam non plene probantem, abſoluendus eſt ad cautelam. Materia in capit. ſolet. & cap. venerabilibus: de ſentent. excommunicat. lib. vj. Conſilia. Ego ſalua veneratione puto contrarium. Nam vbi textus requirit probationem, ego intelligo de plena. de reſcript. olim. de probatio. in præſentia. com ſimil. Modo text. hoc caſu requirit, quòd probetur appellationem præceſſiſſe, igitur, &c. de ſentent. excommunicat. cap. venerabilibus. in fi. Item quòd dubia probatio non ſufficiat quo ad hoc: videtur probari per ea quæ not. per Ioan. Andr. in d. cap. venerabilibus. in fi. vbi not. quòd non ſufficit probare, quia eadem die excommunicatio & appellatio interuenerint. Item licet ſufficiat probare, quòd appellatio & excommunicatio quo ad effectum obtinendi hanc abſolutionem ad cautelam facere rem dubiam: videlicet an excommunicatio fuerit nulla vel non iuxta theoricam datam per Innocen. de ſentent. excommunicat. lib. vj. capit. licet. & ibi per glo. tamen vbi lex inducit certum modum faciendi rem dubiam: ab illa recedere non debemus. ff. ſoluto matrim. l. ſi vero. §. de vno. Item illum modum non debemus in dubio ponere, ſed in certo: poſtquàm lex illum modum recipit in certo. Modo vbi petitur abſolutio ratione appellationis, lex vult quòd conſter de duobus: videlicet quòd appellatum fuerit ex cauſa probabili: & quòd appellatio præceſſerit excommunicationem: vt cap. ſolet. & cap. venerabilibus. alleg. & vult quòd de his primo conſtet, vt in iuribus allega. Vnus enim teſtis † clarè deponens non probat: vt C. de teſtibus l. iuriſiurandi. & extrà eodem titulo. capit. licet igitur, &c. 2

a ¶ *Abſoluendi ad cautelam. Nota quòd talis abſolutio ad cautelam fit ſine aliqua ſolemnitate. Et vide per Hoſtien. de teſti. Summa. §. vlt. Adde per eundem in ſumma tt. de ferijs §. quid in eis quod poteſt fieri diebus feriatis.*

CONCLVSIO XCII.

De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria lata per iudicem parte non vocata an valeat.*

I Nterlocutoria lata † parte non vocata, valet ipſo iure. not. Innoc. de procur. c. auditis. ſecundum dom. Pet. de Sarce. Conſilia. Idem not. ipſe Innoc. de offic. audit. cap. ij. vt mihi apparet. tamen ibi vide. Ratio huius eſt, quia talis interlocutoria quo ad ordinem magis fertur contra ius partis, quàm conſtitutionis. Nec eſt in ea iure cautum quòd nulla ſit: ergo, &c. argum. §. vbi autem. in cap. venerabilibus de ſentent. excommunic. lib. vj. Caue, quia hoc fallit in interlocutoria quæ ferri non poteſt propter ſui ponderoſitatem ſine cauſæ cognitione, quin ſit nulla: vt in ii. notis. Gide pr. adi. min. Cognitio cauſæ ſine partis vocatione haberi non poteſt. C. ſi per vim vel alio modo. l. fin. ſed negari non poteſt, quin ſemper ſit muſta: vt ff. de reiud. l. de vnoquoque. 1

CONCLVSIO XCIII.

De officio vicarij. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis non habens collationem beneficiorum, vtrum habeat inſtitutionem præſentati.*

L Icet vicarius[a] generalis † non habet collationem beneficiorum, vt cap. vlt. de offic. vicarij. lib. vj. habet tamen inſtitutionem præſentati. de inſtitut. cap. ex frequentibus arg. eod. tit. cap. j. lib. vj. a 1

Conſilia. De vicario hoc ſatis credo, quia talis habet generalem ſpiritualium adminiſtrationem: maxime quo ad ea quæ non ſunt liberæ ſed præciſæ neceſſitatis, & quæ expediuntur per modum iuſtitiæ. Nam veriſsimile eſt quòd talia epiſcopus committere voluerit. Quod hoc ſit neceſsitatis, probat cap. decernimus. xvj. quæſt. vltima. ſecus forte de voluntariis. vt cap. eccleſiæ. de ſupplen. negli. prælat. lib. vj. cum ibi not. per Ioan. mona. & vide infra in vna concluſione. Præterea quia hoc ſub ſuo vicariatu comprehenditur, & non reperitur exceptum, vt videtur in ratione cap. j. de inſtit. libro vj. alleg. de officiali generali deputato ad cauſas non habente poteſtatem vicarij. Contrarium puto, quia ex ſua commiſsione generali ipſe non habet ſe intromittere, niſi de cognitione cauſarum: vt de officio vicarij. cap. ij. lib. vj. & cum talis conſtitutio non eſt de ſpectantibus ad cognitionem cauſarum. argum. not. infrà in conclu. tunc putarem ſecus: quia tunc ad cauſarum cognitionem pertineret. & facit nota. Ioan. Andr. in cap. ij. de officio vicarij. lib. vj. alleg. in not. non obſtat prædictum cap. ex frequentibus. quia non loquitur ſolum de officialibus ad cauſas niſi ſub conditione. loquitur enim ſolum de officiali qui ex generali vel ſpeciali commiſsione à iure vel conſuetudine aut ab homine ſibi data hæc facere poſſunt. loquitur enim narratiue, dicendo, quia de iure inſtituere poſſunt, &c. & ibi not. Innoc.

a ¶Vicarius. *Nota quòd vicarius ſeu vicem alterius gerens, ſic debet honorari in loco & in ſeßione & in aliis ſicut is cuius vices gerit. Vide Hoſt. in proœmio ſummæ ſuæ. & not. quòd vicarius non debet eſſe laicus, quia indecorum eſt laicum eccleſiaſticos iudicare. xvj. q. vij. in nona actione.*

CONCLVSIO XCIIII.

De officio vicarij. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Epiſcopi habens poteſtatem recipiendi reſignationes beneficiorum, an poſsit permutationes expedire.*

2 *Inſtituti quando habeat vim collationis.*

1 Vicarius epiſcopi generalis † etiam habens poteſtatē reſignationes beneficiorum recipiendi, & etiam habens poteſtatem Inſtituendi, non ideo
2 poteſt permutationes [a] expedire. argum. de rer. permutat. cap. quæſitum. iuncta l. j. primo reſpon. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. & de offic. delegat. cap. vlt. Conſilia. Hoc ſatis puto verum: non quia epiſcopus non poſsit alteri committere ſpecialiter. quia puto quòd imo poſsit, cum hoc ſibi competat iure ſuo, vt ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. more. cum l. ſequen. facit de elect. cap. quia propter. verſic. ſaltem. & c. cauſam. eod. tit. & quod not. in nouella, de offic. deleg. cap. fin. ſuper verſic. prouideri. Non enim hoc caſu hæc reperio de except. ſed quia in generali commiſsione non veniunt ea quæ propter ſui ponderoſitatem certæ dignitati & non alteri à iure ſpecialiter ſunt commiſſa. vt d. l. j. in princ. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio. facit cap. ij. de offic. vica. lib. vj. argum. de elect. cap. ſtatutum. lib. vj. cum ibi not. per Ioan. Modo ita eſt permuta. quia eſt quædam dependentia contra conſilium & rationem maiorum: & non permittitur niſi cum magna cauſæ cognitione, neceſsitate vel vtilitate eccleſiarum penſata: vt d. cap. quæſitum. Sed pone quòd dat epiſcopus vicario poteſtatem quaſcunque reſignationes recipiendi libere: ſed ex cauſa permutationis fienda inter perſonas eccleſiaſticas beneficium cum cura vel ſine cura in ſua diœceſi obtinen. de eiſdem beneficiis: an renuntiationibus receptis per vicarium ex cauſa permutationis poterit ipſe permutationem complere & conferre hincinde beneficia reſignata? Videtur quòd non, per proxime dicta. Item per cap. fin. de officio vicarij, libro vj. puto tamen contrarium poſſe per concluſionem ſuprà proximam, & rationem ſuam & ibidem alleg. Nam licet cauſæ cognitio in reſignationibus ex iſta cauſa cognitio recipiendi & ante eos ab initio requiritur, tamen factis renuntiationibus in conferendo non requiritur cauſæ cognitio: imo tunc ſunt collationes neceſsitatis, & non voluntatis: vt cap. vno. de rerum permutatione, libro vj. eodem tit. in clement. in cap. vno. Ex quo concludo quòd caſu noſtræ concluſionis non poterit renuntiationes recipere ex cauſa permutationis talis vicarius: quia ſic poſſet conferre quod negatum eſt. Sed nunquid in caſu noſtræ concluſionis poterit beneficia ſimpliciter in manibus reſignata libere conferre? Videtur quòd ſic propter
verbum, inſtituendum. Inſtitutio † enim habet vim 2
collationis, quando fit in titulum. Sed breuiter puto contrarium. per cap. fin. de officio vicarij, lib. vj. & quia ſemper in genere venit minus, vt in l. ſemper. ff. de regulis iuris. & regula, ſemper in obſcuris. eodem tit. lib. vj. Et puto quòd vulgaris intellectus verbi inſtituere refertur ad inſtitutionem neceſſariam, qui ſequendus eſt, de ſponſalibus. cap. ex literis.

a ¶Permutationes. *Not. quòd permutatio initium eſt emptionis: imo eſt emptionis ſpecies. Specul. tit. de loca. & condu. §. vj. Sed an & quomodo differat ab emptione, vide Bar. in l. j. & ij. C. de rerum permut. Et de permutatione beneficiorum & aliarum rerum eccleſiaſticarum: vide extra de rerum permutatione. per totum.*

CONCLVSIO XCV.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa pendente inter duos, & tertius vtroque viuente pro ſuo intereſſe ad cauſam huiuſmodi admittatur, proceſſuque facto ad aliquos actus, alter duorum primorum moriatur, an inſtantia quo ad illum tertium pereat.*

SI cauſa penden. inter duos, tertius † vtroque vi- 1
uente & veniente ad cauſam pro ſuo intereſſe ad cauſam huiuſmodi admittatur: & eo admiſſo & proceſſu facto cum eo ad aliquos actus, alter duorum primorum moriatur: licet inſtantia quo ad mortuum pereat: non tamen perit quo ad illum tertium exemplum patrono. Conſilia. Hic indubitate procedit in cauſa beneficiali, ſi ambo inuicem agebant: vel vno ſolo agente moriente poſſeſſore vel moriente petitore: ſed poſſeſſor nihilominus inſiſtebat pro adiudicatione ſibi facienda, per cap. ſi. hi contra quos. vt lite pendente, libro vj. & clement. vna. eodem titulo. quia ſi de nouo admitterentur prius non admiſsi, vt ibi, fortius deberet proceſſus inter eos continuari iam inceptus. argumento de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. patre. Sed vbi

teus & poſſeſſor non peterent adiudicationem, ſed ſolum peterent ſe abſolui. & cap. dubitarem magis. per not. ſuprà circa vnam concluſionem. Sed vt dictum intellectum prædictis not. & huic concluſioni accommodemus: dico quòd in caſu iſto vltimo, qui dubius remanet, quòd aut ab homine vel à iure citari fuerant tales qui poterant intereſſe, vt cap. ſtatuimus. de electio. libro vj. & cauſa ſpecialiter commiſſa contra eos, & tunc procedat omnino iſta concluſio: & non procedant dicta not. inquantum huic obſtant concluſioni. ratio eſt quia intereſſe prætendens non venit ad cauſam, tanquam acceſſorium, ſed tanquam principale, poſtquam ſpecialiter eſt vocatus. Si vero non eſt ita, tunc cuius veniat acceſſorie, & ceſſante principali acceſſorium ceſſare debeat, vt regula, cum principalis, habeant locum dicta not. pro quo argum. optimum eſt C. ſi reus vel accuſa. mor. fuerit. l. fin.

CONCLVSIO XCVI.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Abſolui ab impetitione quidnam ſit.*
2 *Ius ex parte actoris metimur.*

Licet actore mortuo in cauſa beneficiali reus ſi conſter, &c. poſſet abſolui ab impetitione: non tamen ab inſtantia propter ſurrogandum, & illos quorum intereſt. Conſilia. Non intelligo hanc con-
1 cluſionem: quia † abſoluere ab impetitione eſt abſoluere ab inſtantia: patet primo, quia talis ſententia ſecundum omnes eſt diffinitiua: ergo imponit finem nedum inſtantiæ, imo toti cauſæ. ff. de re iudica. l. prima. Item abſque petitione & parte non poteſt eſſe vera vel ficta non poteſt eſſe nec fundari
2 iudicium: quia ex parte † actoris ius metimur. ff. ſi pars hæreditatis peta. l. optima. probatur. ff. de verborum ſignificatione. forus. §. in omni. Item quia non debet accedi ad aliquam abſolutionem, niſi vocatis illis quorum intereſt, vt patet per ea quæ dixi circa concluſionem vnam ſuprà. Igitur in eorum præſentia vel veram vel fictam contumaciam procedi poterit ad vtrumque reſpectum, nec de ſurrogando eſt cogitandum: quia illud contra ius eſt & incertum, vt cap. j. vt lite penden. libro vj. Talia autem non ſunt cogitanda nec diuinanda nec præſumenda. Igitur, &c. Fateor tamen quòd auditor ex hoc ſolo, quia mortuus eſt actor, non debet abſoluere ab inſtantia: ſed debet magis tendere ad finem cauſæ, ſi commode poteſt: ne poſtea illi, quorum intereſt, iudicium reſtaurarent. vt extrà de procurat. cap. j & de iudic. cap. cauſam. Et hoc eſt quod voluit dicta concluſio.

CONCLVSIO XCVII.

De appellationib. De foro competenti. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis an poſſit pronunciare ſuper nullitate ſine alia commiſſione.*

1 Iudex † appellationis poteſt pronuntiare ſuper
2 nullitate ª ſine alia commiſſione. Materia in cap. dilecto. de appellationib. per Innoc. Conſilia. Hoc tenet Innocen. in appellatione interpoſita à diffinitiua. Secus enim dicit in appellatione interpoſita ante diffinitiuam & ab interlocutoria. Et placet hoc dictum dom. Ioan. Andr. in Speculat. eodem tit. in quadam additione magna: & probatur per clement. appellanti. quia non licet tunc appellare niſi certa vel in certis cauſis expreſsis nominatim & ſpecifice. Nec licet alias proſequi quàm expreſſas, vt ibi: & tunc appellatur ſolum ex cauſa nullitatis expreſſa, & dubio caret. Aut appellatur ex cauſa iniquitatis à nullitate ſpecie differentis ſolum: & tunc non venit alia ſpecies. Aut in genere ratione iniquitatis: & tunc cauſa eſt nominatim exprimenda. Item non ſufficit in genere allegare nullitatem: niſi cauſa inſeratur quare ſit nulla, per dictam clemen. appellanti. Sed hoc non obſtante, hanc concluſionem ſeruamus: pro eo quod ſumus in præſentia Papæ ad quem poteſt faciliter haberi acceſſus. Nec ob hoc permittimus noſtram iuriſdictionem prorogari.

a ¶Super nullitate. *Nota quòd nullitas ſententiæ in modum replicationis opponatur. Vide per Innocen. extrà de procurato. c. ex inſinuatione. Et not. quòd qui appellat à ſententia nulla, poteſt coram iudice appellationis dicere nullam. tit. de except. & replic. §. iiij. verſic. item nota.*

CONCLVSIO XCVIII.

De re iudicata. De cauſa poſſeſſionis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in petitorio ſuſpenſa licet nulla ſit ipſo iure, ſecus tamen eſt de poſſeſſorio.*

Sententia lata in poſſeſſorio requirenti tituli probationem, ſuſpenſo tamen petitorio, nulla eſt ipſo iure. Conſilia. Scriptor male ſcripſit iſtam concluſionem, quia prout iacet, de iure non videtur poſſe procedere. Licet enim † ſententia lata 1
in petitorio ſuſpenſa nulla ſit ipſo iure: ſecus tamen de poſſeſſorio: etiam ſi ſit tale quòd habeat cauſam proprietatis: & requirit tituli probationem. Ratio eſt, quia illa probatio non eſt propter ſe: ſed eſt ad tollendum intentionem agentis, vt de reſtitut. ſpoliat. cap. ad decimas. libro vj. Ideò non eſt conſiderandum diſpoſitiue. C. de teſtamen. mili. l. ex his. & ff. familiæ herciſcun. §. qui familiæ. Item quia non requiritur ibi probatio plene quæ poſſet ipſi petitorio afferre præiudicium: & ſic propter ſolum poſſeſſorium: igitur, &c. argum. l. fin. de dolo & contuma. l. ſi cum. ff. de nouatio. & quòd requiratur minor probatio, vide infra in quadam concluſione, vbi hoc probatur, & infra concluſione proxima. Et quòd non afferat præiudicium in petitorio patet: quia hic ad alium finem agitur ergo. de ordi. cognit. cap. cum dilectus. de reſtib. cap. veniens.

CONCLVSIO XCIX.

De reſtitutione ſpoliat. De probationib. Rub.

SVMMARIVM.

1 *In reſtitutorio quod requirit probationem tituli, ſufficit titulum probare ſummarie.*

In reſtitutorio quod † requirit probationem tituli, vt in caſu cap. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. 1
libro vj. & in cauſa matrimoniali ſufficit titulum probare ſummarie: quia de titulo non agitur ad finem

hinc in pronuntiandum ſuper illo: ſed per modum cuiuſdam præparamenti, vel pronuncietur ſuper poſſeſſione. ſimile.ff.ad exhibendum.l.iij. §.ibidem. ff.de lib.agnoſcen. l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens. & quod not. Innocen. de notorio. de verb.ſignific. cap.veniens. Conſilia. Procedit concluſio. Si vis alia motiua concluſionis huius, vide infrà in vna concluſione. Ex his concluditur quòd non obſtante quòd tale poſſeſſorium requirat probationem tituli quòd nihilominus poteſt ſibi petitorium separari à poſſeſſorio ſeparatim: ac etiam poteſt ſuſpen-
a di petitorium, vt in ipſo poſſeſſorio [a] ſolum procedatur. Sic enim videmus in cauſa beneficiali omni die ſuſpendi petitorium: quanquam tamen non admittimus petentem reſtitutionem beneficij, niſi doceat de titulo aliqualiter, per Innocen. extrà de fil.presb.c.conſtitutus. Nec mirum: quia alio & alio modo agitur de petitorio vtrobique. quia in poſſeſſorio agitur de petitorio non propter ſe, ſed propter poſſeſſorium ad dandum ſibi fomentum & colorem: & ideo ſuper petitorio tunc pronuntiari non poteſt. Sed cum agitur petitorio, deducitur petitorium propter ſe, id eſt, principaliter, & ad finem quòd ſuper eo pronuntietur. Ideo probationes tunc in eo plene requiruntur, ſic de teſti. cap.venientes. de ordi.cogn.cap.cum dilectus. Sic procedunt not. Innoc.de foro compet. c.Romana. §.contrahentes. libro vj.

a ¶Poſſeſſorio. *Not quòd conſultius eſt agere poſſeſſorio quam petitorio. Lu qui deſtinauit. & ibi Bart. ff.de rei vendic.*

CONCLVSIO C.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Commiſsio facta ſuper appellatione nondum interpoſita eſt ipſo iure nulla.*
2 *Commiſsio impetrata ante dationem apoſtolorum eſt ipſo iure nulla.*

1 COmmiſsio facta † ſuper appellatione nondum interpoſita, nulla eſt ipſo iure. Conſilia. Procedit concluſio conſtito pro claro quòd appellatio nondum eſt interpoſita. Nam aliàs ratione rei dubiæ valeret, licet ſurreptitia eſſet: not.Inno. de reſcript.ſuper literis. & de appellat. ſi duobus à contrario. Vide ſuper hoc ſuprà concluſione xxij. & concluſione xxvij. & concluſione lxxxiij. Plus vult hodie noua conſtitutio domini noſtri moderni, quòd etiam poſtquam eſt appellatum, ante tamen
2 † dationem apoſtolorum, [a] commiſsio impetrata
a nulla eſt ipſo iure: quod tamen intelligitur in appellationibus ante diffinitiuam interpoſitis: ſed ſecus in appellationibus interpoſitis à diffinitiua, Fateor tamen quòd vbi conſtaret appellationem non fuiſſe interpoſitam tempore commiſsionis impetratæ, commiſsio effectualiter nulla eſſet: quia ad futuram appellationem extendi non poteſt. extrà de reſcript.cap.nonnulli. Si verò dubium eſt: perinde eſt ac ſi nulla appellatio præceſsiſſet. vt l.in lege. & l. Rutilia. ff.de contrahen. emptio. & ſi eadem die fuiſſent ſimul impetratæ, quod præſumeretur præceſsiſſe, videretur quòd excipiens contra commiſsionem probare haberet commiſsionem præceſsiſſe. argum.not.glo.in clement.literas. de reſcript.

Caue de not.per Ioan.Mona.de elect.c.ſi confirmationem. libro vj. & per Ioan. Andr. in nouella. quæ non ob. ſi bene ponderetur ſolutio. quam dat ibi Ioan. Andr. in nouella, ad cap.fin.de reſcriptis.

a ¶Dationem apoſtolorum. *Apoſtoli ſecundum Hoſtien. dicuntur literæ teſtimoniales, quia teſtificantur de appellatione facta: & licet ſemel ſint petiti etiam inſtanter, tamen ſunt iterum petendi.c.ab eo. & ibi glo.in ver. inſtanter. de appell.in vj.*

CONCLVSIO CI.

Vt lite pendente. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio attentatorum non oportet ex titulo poſſeſsionem colorare.*

SI conſtat de non iure petentis ſe reſtitui ad poſſeſsionem beneficij per modum attentati ex priuilegio pendentiæ litis repellitur talis. Conſilia. Glo. poſita in cap. ſignificaſti. de diuor. loquens in agente ad huiuſmodi reſtitutionem directo iudicio habet communem rationem etiam ad caſum iſtum: videlicet ne iudex petentem authorizet in delicto. in hoc enim non priuilegiatur agens ex priuilegio litis pendentiæ, &c. ſed in aliis duobus. Primum eſt, quia in hoc caſu agitur ſummariè non dato libello. not. vt lit. penden. cap.j. in clement. in prima glo. Secundum quia ſufficit hoc caſu ſola detentio. ſecus in alio poſſeſſorio. hinc eſt quòd in † iſto iudicio attentatorum non oportet ex titulo poſſeſsionem colorare: ſuper quo vide quę ſcripſi ſuper concluſione lxxvij. Ratio huius priuilegij eſt, quòd priuilegium litis vel appellationis, vult ſtatum in aliquo interim non mutari, non habito reſpectu ad hoc an ſtatus ille ſit legitimus vel illegitimus vt lite pendente: extrà per totum. & de appellat. per totum. Secundo contemptus iudicis & ſuperioris. plus autem eſt ſimul offendere partem & iudicem ac duas leges, videlicet iſtam quæ punit violentias, & illam quæ prohibet aliquid attentari in præiudicium litis & appellationis, quàm ſolam partem & vnam ſolam de dictis legibus offendere vt de ſe patet igitur, &c. 1

CONCLVSIO XCII.

Vt lite pendente. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil innouari an poſsit.*
2 *Alter lite pendente poteſt ſibi acquirere nouum ius agendi ex toto non ſolum in poſſeſſorio verum etiam in petitorio.*
3 *Impetratio quando dicitur ſurreptitia.*

SI poſſeſsio beneficij tempore motæ litis fuit vacua, & pendente lite per alium litigantium occupata, cenſetur innouatum contra litem. Ego ſolus hoc dixi annuentibus aliis vt videbatur. Ratio mea fuit iſta: quia † pendente lite [a] nihil debet fieri ſuper re litigioſa, per quod conditio aduerſarij efficiatur deterior. Et hinc eſt quòd lite pendente inter duos, ſi alter à principe aliquid ſuper re de qua litigatur impetret, per quod conditio partis alterius efficiatur deterior: illud videtur attentatum, & non valet. not. Innocentius, extrà vt lite pendente. in capit. vltimo. in glo. additionali. vbi etiam videtur eſſe textus. Modo ſic eſt hic, quòd 1 a

grauius eſt agere contra poſſeſſorem, quàm contra
non poſſeſſorem, vt de ſe patet, &c. Sed breuiter
2 contrarium puto. Nam actor † lite pendente poteſt
ſibi acquirere nedum in poſſeſſorio, verum etiam
in petitorio nouum ius agendi ex toto: vt proba-
tur ad literam. de re iudi. cap. abbate. libro vj. Non
obſtat cap. fin. vt lite penden. cum ibi not. per Inno-
cent. quia textus non dicit, nec etiam Innocen.
quòd impetratio renuntietur per modum attenta-
ti: ſed dicunt quòd ea non obſtante procedi pote-
3 rit in lite. Nam ſi impetratio † non concernit niſi
præiudicium partis, tunc ſurreptitia eſt, ſi de lite
mentionem non facit: & ita procedit dictum In-
nocen. Et eſt ratio, quia non eſt veriſimile, vt di-
cit Innocen. quòd in præiudicium partis litis vel-
let princeps aliquid concedere. cap. vlt. vt lite pen-
dente per totum. de emanc. liberis. nec auus. de of-
ficio delega. ſuper eodem. Si vero concernit etiam
aliam, tunc capitulum etiam tangens litis penden-
tiam non includit: & ita procedit dictum cap. fin.
vel ſi facit de illo mentionem, & non de lite, quo ad
illud capitulum eſt ſurreptitia. Et hoc probat etiam
capit. j. eodem tit. cum multis. & ita in effectu not.
Innocen. in dicto cap. fin. facit l. ſi poſt acceptum.
ff. de rei vendicatione. cum in multis. ibi omnino
vide Innocen. Hoſtien. & Ioan. Andr. Caue, quia
imo Ioan. Andr. & Paolus in clement. ij. vt lite pen-
dente. ſuper glo. ij. dicunt, quòd cenſetur fieri con-
tra litis pendentiam, ſiue quis ſua poſſeſsione ſpo-
lietur, ſiue res litigioſa alienetur, ſiue priuilegium
impetretur non facta mentione de lite: quod cre-
do in iudiciis tenere: licet prius dictum mihi de
iure videatur probabilius: quia quod impetretur
non eſt attentare: vt dicto cap. abbate. vbi acqui-
reretur ſibi ius, non eſt attentare, vt l. ſi poſt acce-
ptum. alleg. Sed quòd per ſurreptionem impetre-
tur, non eſt contra litem, ſed contra impetrationem
& principem attentare ſaltem ex dicta gloſſa &
Paul. Concludas quòd medium huius edicti, ne
lite pendente, concurrit cum remedus tribus illo-
rum cum edicto, vt lite pendente. de aliena. indic.
mutan. cauſa fact. & de litig. de quorum differentia
vide per Cyn. ne lite pend. l. j. Et caue & reſtringe
hanc materiam per not. Inno. de conſtit. c. cum M.
in fine penult. gloſſ.

a ¶Pendente lite. *Nota quòd lite pendente res litigioſa in nul-
lam partem transferri debet ante cauſa cognitionem. xj. q. j.
cap. Ult. xcij diſtinct. ſi quis ordinatus. & cap. ſeq.*

CONCLVSIO CIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *De non iure non dicitur conſtare, quandiu poteſt
de iure doceri.*
2 *Defenſio nemini eſt deneganda.*

1 NOn dicitur † conſtare de non iure, quandiu
poteſt de iure doceri: licet ex productis ſi
aliàs non doceretur, probaretur non ius, niſi ex ali-
quibus coniecturis præſumeretur calumnia in pe-
tente reſtitutionem, &c. Conſilia. Caue, reſtringe,
modifica & determina iſtam concluſionem per
concluſionem vnam in ſequentem, quæ contra
coram domino de Aragonia fuit obtenta. Saluo
quòd concluſio obtinet indubitanter caſum, in
quo illa fuiſſent producta poſt ſuſpenſionem vel
ante ſuſpenſionem: ſed non fuit terminus ſeruatus
ad dicendum contra, præſumitur contra volentem
impugnare de non iure. vltra ibi allegata induci
poteſt cap. ad decimas. de reſtitut. ſpoliat. libro vj.
Fateor tamen, quòd ſi ex hoc capite impugnare-
tur, ipſe poſſet dicta iura impugnare ſuſpenſione
non obſtante: quia iſta eſt defenſio † nemini dene- 2
ganda. de re iudic. cap. paſtoralis. in clement. Sed
ſi ſic faceret, eidem aduerſario liceret, argum. re-
gulæ, non debet actori, &c. Caueátque ſibi reus
de mali tituli allegatione propter not. Innocen.
decre. dudum.

CONCLVSIO CIIII.

De reſtit. ſpolia. De cauſa poſſeſsionis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Dominus quando per factum ſui procuratoris co-
loni vel ſerui poſſeſsionem non amittat.*
2 *In exorbitantibus non arguitur de caſu ad caſum.*

LIcet procurator [a] poſsidens nomine domini a
tradendo alteri poſſeſsionem priuet domi-
num, non tamen aliàs deſinendo poſsid[illegible] niſi
pòſt alius poſſeſsionem occuparet. per not. l. fin.
C. de acquir. poſſeſſ. & l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de acquir.
poſſeſſ. Conſilia. Licet iſta fuerit ſententia Ioan.
quam ſequitur Accur. & quæ communiter ſeruatur
in iudicibus: videlicet quòd duo ſunt caſus, in qui-
bus dominus † per factum ſui procuratoris, coloni, 1
vel ſerui poſſeſsionem non amittit. Primus cum
etiam derelinquit ab ea recedendo dolo vel deſi-
dia. Secundus cum eam alteri prodit. vt alter ean-
dem poſſeſsionem apprehendat, per dictam l. fin.
C. de acquir. poſſeſſ. quod tamen oportet intellige-
re, etiam ſi dominus negligeret eam adipiſci per
tempus: non tamen omnino deſinendo poſsidere:
vel etiam ſi alius eandem poſſeſsionem ignorante
domino interim ingrederetur, vt per hoc d. l. fin.
aliquid ſpeciale inducat, & corrigat quo ad hoc
l. ſi de eo. §. j. & l. peregre. §. quibus. ff. de acquiren.
poſſeſsio. inquantum ſcilicet dicti duo §. limita-
bant. §. quod ſi ſeruus. alleg. & in hoc corrigunt
Ioan. ſeu declarant Petr. & alij doctores, nihilomi-
nus in dicta l. finali. & bene vt credo: & quo ad hoc
recedo à fine concluſionis noſtræ, niſi eam intelli-
gas in occupatione facta ſciente domino & ſuſpi-
cante ſe poſſe repelli: quia tunc de facto ipſemet
dominus deiici videretur: vt ff. de vi & vi armata.
l. prima. §. ſi autem corpore. Ratio huius dicti, quia
ſaluo iſto caſu ſpeciali ſatis erat prouiſum per an-
tiqua iura, & tamen lex iſta intendit adddere pro-
uiſionem nouam: & loquitur indiſtincte. Ideo o-
portet quòd ſaltem operetur in iſto caſu aliàs non
prouiſo valde rationabili, vt videlicet dolus vel
negligentia deferentis vel recuperare nolentis ſeu
alium occupare permittentis domino abſente &
ignorante præiudicet, etiam ſi alius intret poſſeſ-
ſionem, vel etiam alio non intrante, ſi domi-
nus non concurrit ita diligenter ad eam occupan-
dam. Item quia ratio l. ad hunc caſum valde bene
ſe extendit: igitur. Item ſunt alij duo caſus in

e quibus

quibus dixit Ioan. & gloſſ.poſt eum poſſeſsionem domino per . Primus eſt, ſi procurator, colonus vel ſeruus fuiſſet deiectus: intelligo etiam domino ignorante. Secundus eſt, ſi ipſe procurator ſeruus vel colonus dictam poſſeſsionem ſponte alij tradidiſſet de primo eſt text.ff.vnde vi.l.j.§.quòd ſeruus. de ſecundo. l. ſi idem. §. primo. l. prima.§. quòd ſi ſeruus ff.de acquiren.poſſeſsio.allega.in primo caſu omnes concordant. Ratio: quia l. fin. loquitur in caſu in quo per dolum vel deſidiam concludit. Igitur ſtatur hoc caſu antiquis iuribus non correctis: ſed in ſecundo caſu Petrus poſt doctores alios tunc modernos, & Cynus in dicta lege finali à Ioan.recedunt: & dicunt quòd procurator, ſeruus vel colonus, tradendo poſſeſsionem rei quam nomine domini poſsident dominum huiuſmodi poſſeſsione non priuant, licet enim verba dictæ l.fina.hunc caſum expreſſe non tangant: tamen ratio eſt vniformis & comprehendit caſum iſtum. allega.in ſimili. l. rémque nobis.ff.de acquiren. poſ. licet fateantur opin.Ioan.Andr.in iudiciis præualere:& bene puto eam de iuris rigore prçualere:quia certum eſt,quòd l.fin.allegat. exorbitat etiam ſecundum eos à iure communi, & non loquitur in iſtis terminis, etiam
1 vt ipſi fatentur. Modo ita eſt,quòd † in exorbitantibus non arguitur de caſu ad caſum,etiam ex identitate rationis: vt probatur extra de regulis iuris cap.non ſolum. & cap.conſtitutionem.allega.modo dicta l.fin.non loquitur in caſu traditionis,vt ipſi fatentur: igitur propter eius rationem ad iſtum caſum extendi debet.

a ¶ Procurator. *De materia procurationis vide plenè per Feli. in c.accedentes. & in c.ex officij. de praeſcript. aliquid. in cap. cum olim.de re iudic.col.ij.*

CONCLVSIO CV.

De reſtitu.ſpoliat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium reſtitutorium quando per auctoritatem ſuperioris non tollatur.*

AVtoritas ſuperioris ordine iudicis non præcedentis † non tollit iudicium reſtitutorium.l. 1
meminerint.C.vnde vi. Conſilia.quia factum iudicis [a] ita demum tenetur, ſi legitimum fuerit: vt in a
regula iuris factum &c. facit ff. de decret. ab ordin. fac. l. ij. & de re. eo. l. magis puto.§.ſi tamen. & de tranſac.l.cum hi.§.ſi prætor.optime facit ex qui cau. in poſ.ea.eo.titu. l. Fulcinius.§.ij.& C.de iure fiſc.l. prohibitum. & C.de meta.l.deuotum.cum ſimil. Nec obſt. l. iuſte poſsidet qui authoritate prætoris poſsidet: quia verum eſt vbi authoritas huiuſmodi legitimè eſt interpoſita,vt ibi not.facit l.fin.C.ſi per vim vel alio modo. vide ex hoc per Cyn.in d.l.meminerint. in quæſt.j.& ij.vbi reperies hanc concluſionem fallere ſecundum Petr.vbi princeps hanc autoritatem ſcienter interpoſuiſſet.argu.ff.de re iudic. l.quidam conſulebant.in fi.ff.de leg.l.princeps.

a ¶ Factum iudicis. *Vnum hic nota: quòd iudex debet abſque diffi. ultate reuocare quod perperam ſeu de facto fecit: nec requiretur alia cauſa cognitio. Tex.eſt no in l.j.ff.ſi ven. mot.*

CONCLVSIO CVI.

De officio delegati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia deuoluta ad Papam an poſsit conferre legatus de latere.*

LEgatus † de latere [a] confert beneficia deuoluta 1
ad Papam.vt de præben.c.venerabili. & ibi per a
Innocen.& de hoc plene not.de offic.leg.c.j lib.vj. Conſilia. Hanc opinionem tenet Innoc. & Goffred. in dict.c.venerabili. Sed Vincen.ibi contra & male: & idem tenet Specul.titu.de leg.§.nunc tractemus. circa princip. Idem Ægidius & Bonag.de ſupplen. negligen.prælа §.penul.Idem Franc.& Archidia.& Ioan.And.in cap.j.de offic.lega.lib.vj.alleg.& puto quòd ſit caſus in c.venerabilis.quia Papa prouiſum à legato ibi mandat ſine alia collatione vel confirmatione ad poſſeſsionem admitti.Item videtur mihi caſus in ratione ele.ſi de beneficio.quia vt ibi probatur beneficium,latiorem recipit interpretationé in his in quibus ſolum agitur de præiudicio concedentis:quàm in his in quibus ageretur de præiudicio concedentis & alterius.facit de donatio.cum dilecti.cum ibi not.per Innoc.& de deci.c.& ex parte tij.& ff.de conſtitu.princip.l.beneficium.& extrà de conſuetud.c.cum dilectus. Item quia ſi hoc locum habet in literis beneficialibus natura ſua ambitioſis & reſtringibilibus:vt de præbend.c.quamuis.lib.vj. quanto magis in beneficio ſiue priuilegio principis perpetuo & per modum generalis conſtitutionis proprio motu Papæ in corpore iuris clauſo:.deo dubium non videtur.

a ¶ De latere. *Legatus de latere poteſt confirmare electiones exemptorum: alij verò legati non ſine ſpeciali mandato papæ.extra de elect.cap.abbatem.lib.vj. Et poteſt etiam cognoſcere de cauſis exemptorum.*

CONCLVSIO CVII.

De iure patronatus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſpectantia ad collationem laici, quando Epiſcopo non acquirantur.*

PEr collationem executoris apoſtolici ad epiſcopi collationem ſpectantem, factam de † be- 1
neficio ſpectante ad præſentationem laici, non acquiritur epiſcopo, nec deperditur patrono aliqua poſſeſsio. Conſilia. Nec mirum, quia ex parte epiſcopi hic non interuenit corpus nec animus. argu. l.quemadmodum.ff.de acquiren. poſſeſ. & l.iij.§.in admittenda. eod.titu. Dico vere nec repræſentatiue: quia licet text. velit hoc eſſe ſpeciale in poſſeſsione quærenda,quod per liberam perſonam etiam meo iuri non ſubiectam nobis acquiratur. C.per quas perſonas nobis acquir.l.j.quod tamen in procuratore habet intelligi. vt l.j.§.per procuratorem. ff.de acquiren.poſſeſ.quòd hoc ſibi locum non vendicat: cum hoc intelligatur vbi talis perſona haberet animum quærendi alteri poſſeſsionem, & hoc faceret ad illum finem:aliàs ſecus.vt probat text.ad literam. de acquiren. poſſeſ.l.j.§.cum autem.modò hic ſecus: igitur &c.

CONCLVSIO CXIII.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In incertis & non certis locus eſt coniecturis.*

SI canonici etiam omnes ſimul in loco capitulari congregati ad cauſam capituli pendentis in curia

nomine ſuarum præbendarum vel dignitatum conſtituant procuratorem, etiam bona capituli obligando: non cenſetur procurator nomine capituli conſtitutus. Conſilia. Sicut nec econtrà.ff quod cuiuſque vniuerſi. nomi.l.ij.de quo dixi ſuprà concluſione x. Cùm quis enim diuerſis nominibus aliquid facere poteſt, vel plura iura in ſua perſona repræſentat: & expreſſo vno nomine, vel vno iure vtendo diſponit: aliud tangere non videtur.ff.de his quibus vt indign.l.tutorem.& l.Polla.& extrà de offic. deleg.c.cum ſuper.ff.de adop.l.ſi pater.§.qui duos, ſecus ſi non ita exprimeret: quia intelligeretur feciſſe eo iure vel nomine quo in dubio melius potuiſſet.ff.de teſtamen.milit.l.miles.& extrà de præſcrip. cap.ex officij.cum ibi nota.per Innocen. Ratio eſt:
1 quia † in incertis & non certis locus eſt coniecturis.
2 [a] ff.de verbo.oblig.l.continuus.§.cum ita. Nec obſt. obligatio bonorum capituli: quia aut fecerunt eam nominibus proprijs, & tunc non valuit ipſo iure, nec per conſequens debuit aliquem effectum inducere.de reg.iur.non præſtant.lib.vj.cum concordan. Aut nomine capituli: & adhuc non: quia alius pro alio ſe & ſua obligare poteſt: vt ff.de pignot.l.hypothecis.§.fin.

a ¶ Locus eſt coniecturis. *Quid ſit coniectura, vide C.de furt. l.apud antiquos.ſuper verbo, per coniecturam & ff.de legat.ij. cum proponebatur.in fin.*

CONCLVSIO CIX.

De dolo & contumatia. Et de ſententia excommunicationis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris culpa dominus litis non incidit in contumaciam.*

DOminus citatus procuratorem mittens pro-
1 pter † culpam procuratoris nolentis reſpon-
a dere libello, non eſt excommunicandus, [a] vt lite non conteſt. cap.j. Conſilia. Hoc verum, niſi culpa ſeu contumacia non comparendi domino fuiſſet principaliter aſcribenda: vt quia citatus & perſonaliter appræhenſus, cum procuratorem nondum conſtituiſſet ad certum actum. Nam ſiue procuratorem miſerit, ſiue non, non purgatur eius contumacia: nec iudicis mandato paretur: niſi ipſe vel procurator compareat in termino. Et ideo tunc propter propriam contumaciam poteſt puniri: vt probatur ff. manda.l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.facit l.ſi non diſtinguemus.§.penult.cum ibi not.ff.de arbitr.& plenius dixi poſt Bartol.qui hoc not.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. l.iſta.§.ſi procurator. Item falleret hoc ſtatim, quòd dominus contumaciam procuratoris ſciret, & etiam non purgaret: quia tunc ſua propria culpa eſſet: vt cap.j.vt lite non conteſt. in fin. Habet ergo locum hæc regula, cum procuratore conſtituto ad cauſam, & non domino fuit mandatum per iudicem, quòd compareret: & ſi ille fuit contumax, excommunicari debuit procurator, & non dominus: niſi poſtea ſciens neglexiſſet purgare contumaciam procuratoris, vt dixi.

a ¶ Non eſt excommunicandus. *Nota quòd ſubditus tantum poteſt excommunicari.extrà de offic.ordi.cap.dilectus. & ſciens non ignorans,extra de conſtitut.vt animarum.lib.vj.*

CONCLVSIO CX.

De præſumptio. Rubr.
De conceſſio.præb. Rubr.
De offic.delegati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta impetranti poſt præſentationem, & receptionem literarum an valeat.*
2 *Collatio alicui facta, confectis literis ante earum præſentationem an valeat.*
3 *Officialis an poſsit purificare gratias nondum factas tempore commiſsionis ſibi factæ ab epiſcopo. Item vtrum poſsit purificare gratias prius factas, ſuper quibus nondum erant literæ apoſtolicæ confectæ.nume.4.*
Item vtrum poſsit facere proceſſus ſuper gratijs iam factis & in quibus literæ ſunt confectæ,ſed nondum per ipſam receptæ.nume.5.
6 *Supplicatio pauperis cum eſt ſignata, an ſtatim poſſit ſibi eligere executorem.*
7 *Executorum poteſtas dependet à Papa, vel eius Cancellario.*
8 *Inferior non poteſt ſuperiori legem imponere.*
9 *Literæ in beneficialibus habentur loco tituli.*
10 *Acceſſorium non præcedit ſuum principale.*
11 *Iudicum ſpecificatio non pertinet ad partes: & quid teneantur partes ſpecificare.*
12 *Iuriſdictio delegata non acquiritur niſi ſcienti, & conſentienti.*
13 *Iudex nullus poteſt procedere in cauſa, niſi primo receptis literis ſuæ poteſtatis.*
14 *Impetrans primum reſcriptum quod nondum eſt præſentatum, non poteſt excipere de ipſo contra ſecundum quod eſt impetratum.*
15 *Delegatus an poſsit probare poteſtatem ſuæ delegationis per teſtes.*

PRæſumitur [a] prouiſio facta † impetranti poſt a
acceptationem factam fuiſſe poſt præſentationẽ 1
literarum executori factam & receptionem earundem. Conſilia. Iſtud dubium ſupponit aliud quod eſt maius: videlicet quòd prouiſio facta per talem executorem non valeret, niſi eſſet poſt præſentationem & receptionem antedictas, in caſu in quo literæ non eſſent confectæ tempore prouiſionis.magnum dubium non haberet. Sed vbi iam eſſent confectæ literæ, ſed nondum præſentatæ, dubium magnum haberet. Super quo pleniſsimè ſcripſit Reuerẽdiſsimus pater & dominus meus dominus Cardinalis.Sancti Euſtachij: cuius ſcripta infra reperies immediate poſt præſentem concluſionem. Suppo-
ſito igitur quòd non † valeret collatio etiam con- 2
fectis literis ante præſentationem earum, currit dubium huius concluſionis. Hanc concluſionem clariſsimè potes deducere per ea quæ ſcripſi ſuprà circa concluſionem lxvj.& quæ not.glo.in clemen. literas.de reſcript. quia conſtat intentionem impetrantis eſſe probatam: niſi per exceptionem oppoſitam & probatam eneruetur.ibi vide. Ad elucidationem clariorem præmiſſæ concluſionis hic interſere diſputationem quandam ſubtiliſsimam Reuerendiſsimi patris domini Flandrini decretorũ ſubtiliſsimi profeſſoris, ſancti Euſtachij diaconi Cardinalis, quæ hic ſequitur. Iſtud factum circa quod multæ difficultates palatij verſantur, diuidi poteſt

in tribus dubiis. Primum, ſi epiſcopus qui commu-
niter deputatur in formis pauperum executor com-
mittat in genere officiali ſuo poteſtaté purificandi
omnes gratias, in quibus eſt vel erit executor depu-
3 tatus, † verum virtute huius commiſsionis officialis
poſsit purificare gratias nondum factas tempore
commiſsionis factæ ſibi per epiſcopum ipſum, licet
poſtea fiant, & epiſcopi ex deputerint executor in eis:
& iſtud dubiũ procedit ſolum in gratiis formæ pau-
peris. Secundum dubium, ſi non poteſt purificare
iſte officialis gratias nondum factas tẽpore commiſ
ſionis ſuæ, vel alios proceſſus neceſſarios pro ipſarũ
4 gratiarum executione facere † verum ſaltem poſsit
purificare gratias prius factas, ſuper quibus nondũ
erant literæ apoſtolicæ confectę, nec executores ſu-
per eis in cãcellaria nominati. vel per ipſum domi-
num vicecancellarium deputati. Et illud dubium
procedit tam in principali executore. quã eius com-
miſſario generali, quo ad omnes gratias, vel ſpeciali
quo ad certas tã in executione gratiæ quàm formæ.
Tertium dubiũ, ſi non poteſt executor vel eius com-
miſſarius facere proceſſus ſuper gratiis etiã iam fa-
ctis, ſuper quibus nondum ſunt confectæ literæ nec
5 executores per vicecancellariũ deputati: verũ † ſal-
tem poſſet ſuper eis in quibus literæ confectæ ſunt,
ſed nondũ ſunt per ipſum executoré receptæ. Circa
primum dubium licet aliqui hactenus voluerũt ſu-
ſtinere, ꝙ officialis epiſcopi cõmiſſarius per ipſum
generaliter deputatus ad purificandã gratiam pau-
perum poteſt in virtute iſtius cõmiſsionis purificare
gratias etiã poſtea factas: ex eo quòd cum epiſcopi
ſoli de conſuetudine curiæ deputentur in talibus
gratiis executores, hæc poteſtas ſit virtute conſue-
tudinis iuncta ordinarię, videtur ſapere naturã eius
cui iungitur de plano. Contrarium eſt tenendum &
declarandũ. Nam tales executores vt executores de-
legati ſunt: & delegata iuriſdictione in faciẽdis pro-
ceſsibus vtuntur non ordinaria: de offi. de leg. c. cum
plures. & c. ſi ſuper. & c. is cui. lib. vj. eo. tit. c. iudices.
in cle. Antequam ergo ſunt dati, nullam penitus ha-
bent poteſtatem, & per cõſequens nullam poſſunt
alteri cõmittere. j. q. vij. c. Dalbertum. de iure patro.
c. quod autem. & ita tenet expreſſe. Io. mona. de offi.
ordi. c. Romana. lib. vj. Et idem Guiliel. in quocunq;
delegato generaliter loquens: in Specu. tit. de leg. §.
excipi poteſt. ver. quid ſi cõmittentes, & idem Pau.
de hære. c. j. gl. j. in quiſitionibus. in cle. Ratio in op-
poſitum alle. nullo modo vera eſt. Nam nec ſemper
epiſcopi dantur executores in forma pauperum: & ſi
darẽtur, non reciperent poteſtaté ſuam ab illa con-
ſuetudine: cum ſit nullum ius nullam poteſtaté pe-
nitus tribuens: ſed ex ſola ſuperioris voluntate de-
pendens: ſed eam recipiũt ex principis cõmiſsione.
Circa ſecundũ dubium multi ſunt opinantes, quòd
6 poſt quam pauperis † ſupplicatio eſt ſignata, ſtatim
poteſt ſibi executoré eligere: & eo ipſo executor ſit
electus, etiam electus literis non confectis: imo non-
dum in cãcellaria nominatus vel datus poteſt libere
procedere ad gratiæ executionem. Et iſti ſe fundant
in hoc, quòd Papa ſignando ſupplicationem partis,
ſimul facit gratiã, & ſuper ea dat parti executores,
licet nõ nominatos & certos. Ergo cum executor ex
ſignatione principis ſumat fundamẽtaliter poteſta-
tem ſuam: habet etiam cum eius exercitio ex tẽpore
datæ ſupplicationis: de reſcript. c. eam te. & eo. tit. c.
tibi qui. & c. ſi eo tempore. lib. vj. de præben. c. ſi cui.
& c. ſæpe. eod. lib. cum ſimilibus. Et hoc, vt videtur
iſtis, inconuincibiliter probant literæ quæ poſtea ſu-
per gratia conficiuntur, quæ eis indiſpoſitiue con-
tenta eſt: ſicut eſt datio executoris: ſic probant ef-
ficaciter, quòd iſta probatio per aliquam aliam con-
trariam perimi poteſt. de proba. c. ex literis noſtris.
in clemen. cum ibi not. per gloſſ. Paul. Et iſti pro ſe
allegant text. pro determinatione. de reſcript. c. pa-
ſtoralis. §. fina. æquiparantes dationem executorum
incertorum commiſsioni ſuper rebus incertis &
contra incertas perſonas, & declarationem ſeu ſpe-
cificationem partis rerum & perſonarum incerta-
rum declarationem ſeu ſpecificationem partis in-
certorum executorum. Iſti etiam pro ſe allegant gl.
doctn. dicentium, quòd gratiarum quarum pars eſt
executoris datio. de offi. dele. c. ſi ſuper gratia. lib. vj.
poteſt fieri ſine literis: & ſuper literas præuenit, vt
videtur text. de ſepul. c. dudum. in fin. in cle. vbi hoc
not. per Inno. de reſcrip. c. conſtitutus. per Archid. in
procemio. vj. libr. Sed contraria opinio videtur eſſe
clara de mente Inn. & pro ea declaranda. Nam papa
ad cuius vel ſui † cancellarij officium pertinet dare 7
executores certos & nominatos & nullo modo par-
tis: eſt ille à cuius poteſtate ipſorum executorũ po-
teſtas & officium omnino dependent: & ex hoc ſe-
quitur, quòd partis nominatio vel electio nihil ope-
ratur omnino quo ad dandum executorum poteſta-
tem, vel vſum & exercitiũ poteſtatis. hoc ſatis clare
probat tex. de reſcri. tibi qui. lib. vj. ibi, à nobis certo
executore conceſſo &c. Non ergo certus & nomi-
natus executor recipit poteſtatem vel exercitium vel
vſum poteſtatis à nominatione vel electione partis,
ſed à cõceſsione principis, quam facit per ſe vel per
ſuum miniſtrũ ad hoc officium deputatũ. de crimi.
fal. ca. quàm graui. cum ibi not. lib. vj. ibi, ſimiliter. &
per eam quæ totaliter illi ab ipſo ſolo Romano pon-
tifice conceditur &c. de præben. c. j. in cle. ibi, quan-
quam confectis ſuper ea literis ſit incertũ &c. aliàs
incertum pro hac parte, quòd iudex delegatus cu-
iuſmodi eſt executor. de offic. deleg. c. iudices. in cle.
ſi incertus ſit datus, non habeat poteſtaté vel vſum
poteſtatis, etiam ſi ex electione partis reducatur ad
certitudinem, niſi primo ad ſpeciem ſit deſcenſum
ex principis ſpecificatione. videtur caſus ſecundum
verum intellectũ doc. de reſcri. ad hoc ſummus. per
quem ſolum ſi non eſſent alij hæc pars eſt tenenda:
aliàs ſequeretur quòd executoré electum per par-
tem dominus vicecãcellarius inuitus dare teneretur:
quod eſt abſurdũ: cum inferior † non poſsit impo- 8
nere legé ſuperiori ſuo. xxj. diſt. inferior. de maio. &
obe. cũ inferior. de elect. ne Romani. in cle. & ſi in-
ſpiciantur text. ſuper geſtis executorum loquentes,
clare ſemper innuunt literas poteſtatis eorum per
prius eſſe factas, & apparere poteſt cuilibet inſpi-
cienti, & magis declarabitur in ſequenti dubio,
dummodo allegata in oppoſitum non obſt. Primo
non obſt. quod allegatur, ſcilicet executores qui
cum gratia ſimul dantur, recipiũt poteſtatem ſuam
fundamentaliter ex ſignatione fateor ſupplicatio-
nis. Sed quia gratia facta per principem ante con-
fectas literas eſt quædam res vniformis, quæ po-
ſtea in confectione literarum formatur, politur,
& ad

& ad ſuum eſſe perfectum per additionem clauſula-
rum neceſſariarum & dationem certorum executo-
rum reducitur: ideo executores in ea deputati antè
non videntur poſſe exequi, quàm ipſa eſt ad ſuum
eſſe perfectum reducta, & ipſi executores per illum
qui potuit ſpecificari & nominari. Inde dicunt do-
9 ctor. quòd in † beneficialibus literæ habentur loco
b tituli [b], vt no. Compo. de reſcript. c. ſuper literis. ad
finem. Archidiaco. & Ioan. Andr. de hoc not. de litis
conteſt. c. vno. libr. vj. Igitur antequam fuerint con-
fectæ literæ non videtur habere pars titulum ſaltē
in ſuo eſſe perfecto, per illud quod præmiſi, & per
conſequens: nec executio vſum ſuæ poteſtatis, cum
10 † acceſſorium non præcedit ſuum principale, ſed
ipſum ſequatur. de reg. iur. c. cum acceſſor. lib. vj. Ad
c. literis noſtris. de probat. in cle. reſpondetur, quòd
iſta probatio, ſcilicet quòd executores, qui proceſ-
ſum fecerunt ſolum & duntaxat nominatim & in
ſpecie & in cancellaria, dati & cōceſsi fuerunt poſt
factos proceſſus eſt probatio partem releuans & in
nullo perimens diſpoſitionem prolatam per literas.
Iſta enim ſunt compatibilia. Iſti iudices fuerunt ex
tempore datæ literarum conceſsi, quia ex genera-
litate ſupplicationis comprehenſi, ſicut probant li-
teræ vna cum ipſa ſupplicatione, ex qua extrahun-
tur, & de longo tempore poſt fuerunt nominatim
ſpecificati in confectione literarum, ſicut habet
partis probatio, quæ per conſequens infert, quòd
pro tempore quod effluxit medium inter datam
ſupplicationis, in quo non ſpecificantur, & ſpeci-
ficationem ſeu conceſsionem de nominatis in can-
cellaria factam nihil facere penitus potuerunt, per
ſuperius allegata per cap. paſtoralis. §. fin. Non ob-
11 ſtat quia ſpecificatio † iudicum non pertinet ad par-
tem, ſed bene pertinet ad partem ſpecificare res ſu-
per quibus, & perſonas contra quas agere vult.
Non obſtat quia licet datio executorum in genere
præcedat literas: deſcenſus tamen de genere ad ſpe-
ciem, & nominatio iudicum quæ debet præcedere
quemcunq; actum per ipſum gerendum: cum actus
ſint indiuiduorum, primo metaphyſicæ, non ge-
nerum, ſic in confectione literarum. Circa tertium
dubium, vbi iacet lepus, magis inſtandum eſt: in
quo multi tenent indubiè, quòd executor quicun-
que ante receptionem literarum habet poteſtatem
plenariam exequēdi ac ipſius poteſtatis exercitium,
mouentur ex hoc, quia princeps dans executorem,
ſtatim cum dat certum & nominatum, transfert in
eum & iuriſdictionem ſeu poteſtatem exequendi
ac ipſarum poteſtatis & iuriſdictionis exercitium:
cum in iſtis tempus datæ ſit conſiderandum, vt in
iuribus ſuprà in aliis dubiis allegatis: & maxime
procedit hoc in executione principis, qui poteſt in-
uitum & ignorantem dare. vt ix. quæſt. iij. c. per prin-
cipalē. cum ibi not. ſicut poteſt & ab inuito & igno-
rante iuriſdictionem reuocare. C. de iud. l. iudicium.
de conceſſ. præbend. c. quia in cunctis. in §. ex parte.
lib. vj. Et ſi dicatur per aliquos, quòd habet poteſta-
ſtatem, non habet exercitium: non videtur iſtud va-
lere: quia cum conſtet quòd habet poteſtatem re
ipſa, & non conſtet aliquo iure determinatum exer-
citium huius poteſtatis eſſe legatum: dicendum eſt
ipſum exercitium ineſſe poteſtati, & cōcurrere cum
ipſa, vt ſatis clare probauit allega. decret. quia cun-
ctis. & eod. tit. & lib. c. ſi ſoli. & c. cum ei quem. in cle.
Alij, & maior pars tenent oppoſitum: dicētes quòd
nullus executor habet poteſtatē quoquomodo pro-
cedendi ad executionem gratiæ, in qua eſt executor
deputatus, antequam recipit literas ſuæ poteſtatis,
ſaltem quo ad deducendum poteſtatem ipſam in
actum, & ſi faciat, totum quicquid facit eſt nullum.
Mouentur ex hoc, quia princeps gratiarum execu-
toribus gratiarum ſemper mandat poteſtatem eo-
rum per ſuas literas certam formam continentes,
ad cuius formæ obſeruationē executor ipſe aſtrin-
gitur mero iure. de reſcript. cum dilecta. de reſtitu.
ſpol. c. Piſanis. de præben. c. cui. de non. lib. vj. ergo ſi-
mul cum literis, per quas mādatur ipſa poteſtas po-
teſtatem ipſam & eius exercitiū recipiunt ipſi exe-
cutores. per l. qui abſenti. ff. de acquiren. poſſ. & facit
ad hoc quod not. iiij. q. v. c. quiſquis. ibi, poſtquam
ipſum literas recepiſſe conſtiterit. ſic in ſimili not. gl.
de cle. ex. mi. c. ad apoſtolicæ. in glo. magna. & ij. q. v.
c. quanto. & maxime quia poſtquam princeps arctat
executorem ad formæ obſeruationem in literis ipſis
contentæ, de qua executor non poteſt habere plenā
notitiam aliàs quàm per ipſarum literarum inſpe-
ctionem, vt probatur de reſcript. c. ſi qui. & c. cum
adeo. de fi. inſtru. c. contingat. & clarius de priuileg.
c. porro. de mente ipſius principis coniecturari vi-
detur, quia ea tunc demum vtatur, cum receperit
literas, per quas de intentione ipſius habeat plenius
informari, cui menti ſtandum eſt, etiam ſi verba hoc
non haberent. de reſcrip. c. cauſam. de verb. ſignific.
c. intelligentiā j. § j. marchion. xxxvij. diſt. c. relatum.
in cle. de iureiur. c. Romani principes. pro hac parte
facit. Nam quicquid ſit de iure ciuili. Canoniſtæ vt
plurimum tenent, quòd iuriſdictio [c] ſeu † poteſtas c
delegata non acquiritur, niſi ſcienti & cōſentienti: 12
vt videtur tex. xxiij. q. vlti. ſæpe. & ibi not. idem not.
Archid. de offic. deleg. c. iudex. lib. vj. Et facit ad hoc.
quia ſub clauſula impotentiæ includitur voluntas,
vt eſt expreſſum de offic. deleg. c. prudentiam. c. ad-
dicimus. quaſi ſi non vult, non transferatur in eum
iuriſdictio, & per conſequēs non poſsit, cum iudex
non ſit. de reſcri. ſciſcitatus. Nec ſecundū iſtam opi-
nionem obſt. quod opponitur huic rationi, ſcilicet
quod officiū iudicandi eſt minus neceſsitatis, quod
mero iure inuito vel ignorāti quæratur: ſed quia ad
hoc munus ſubeundū poteſt quis inuitus compelli.
de offic. delega. c. paſtoralis. §. reſponſo. Et iſtius opi-
nionis videtur eſſe clare Inno. de conceſſ. præbend.
c. quia cunctis. §. ex parte. & Io. And. & alij moderni
poſt ipſum, ſicut de beneficio eſt expreſſum. de præ-
ben. c. ſi tibi abſenti. lib. vj. & eo. lib. de reſcrip. c. gra-
tia. Conſentire autem non poteſt, vt poteſtatem exe-
cutiuam acquirat & eius exercitium qui ipſam po-
teſtatem ignorat, & eius formā. de præbend. c. ſi be-
neficia. quæ decre. cum not. ibidē: bene facit ad hanc
partem, & videtur expreſſum in l. ſi per errorem. ff.
de iuriſdictio. omnium iudicum. in his quæ not. de
officio delegat. c. p. & g. Quid dicendum? Maiori
parti conſilij viſum fuit, quòd executor quicunque
non poteſt exequi illud quod ſibi ad exequendum
mandatur, niſi primo receperit literas ſuæ poteſta-
tis vniuerſaliter allegat. Et licet aliqui magni vo-
luerunt facere diſtinctionem inter executorem,
qui ſine aliqua cognitione, poteſt procedere ad
executio

executionem eorum, quę ſibi iniunguntur,& illum
qui habet præmittere cauſæ cognitioné parte vo-
cata vel ex ſuo officio:ſatis videtur de mẽte iurium
& doctor.authenticorum iuris canonici eſſe, quòd
13 nullus † executor poſsit procedere,niſi primo rece-
ptis literis ſuæ poteſtatis,quicquid hactenus obſer-
uatú fuerit.ita videtur mihi debere declarari.& non
procedens per donum rationum,ſed inductionum
tantú:breuitatis cauſa videtur mihi,quòd hanc par-
tem ſatis probát clare iura infra ſcripta. Primò pro-
bant hoc decre.mandatú.de reſcr.& decre.ſequens.
etiam decre.per literas.de præbend.in cle.quòd eo-
dem modo faciunt ibi mãdatum apoſtolicum ad te
directú. Nam ille terminus pro te ſupponit pro ter-
mino ad quem,cum ſit de preterito,denotat actum
perfectum hoc eſt,attigiſſet terminum reſcriptú ad
quem dirigebatur,ſcilicet executoris:alias nó eſſet
directú ſed in dirigendo eſſet efficacius. facit c. Ab-
batem.eo.tit.ibi, qui mãdatum apoſtolicum iam ſu-
ſcepit communi,ex tunc poſsit procedere ad proui-
ſionem,nó antea. Ad idem efficaciter facit de appel-
lationi.c.ſuper eum.vbi tenent hanc parté,reputant
tex.nec procedit ſolutio aliter opinátium & dicen-
tium quòd illa decreta.bene probat quòd vbi iudici
præfigitur tempus infra quod cauſam debet finire,
tempus incipit currere à receptione literarum,quaſi
ante non ſit negligés ſi non procedat : ſed bene pro-
bat,ſi antè velit procedere,quod non poſſet:dato quod
hæc ſolutio nó procedat. Ratio:quia pone quòd iu-
dex delegatus datus cum certi temporis adiectione,
ante receptioné literarum proceſsit multú in cauſa,
aut valeat proceſſus aut non. Si non,habetur propo-
ſitum. Si valet : ergo in poteſtate iudicis taliter dati
erit principis intentioné fruſtrari procedẽdo mul-
tum in cauſa antequam literas receperat,vt illud ad
tempus pręcedens receptioné habeat de lucris:quod
non eſt dicendum. Sit ergo mens illius literæ,quod
tempus ideo incipit currere,quia ante datus iudex
non poteſt procedere,per c.quia diuerſitaté.de con-
ceſsio.præben.cum ſuis ſimilib. Item alia opinio eſſet
vera:ergo non video quare ille tex.non determinaſ-
ſet tempus debere currere illo caſu poſtquam ince-
piſſet procedere,ſi hoc poſſet ante receptionem li-
terarum.ſimiliter facit eo.tit.c.vt debitus, cum ſuo
14 vero intellectu. Ibi enim patet quod † impetrás pri-
mum reſcriptum, quod nondum eſt præſentatum,
non poteſt excipere de ipſo contra ſecúdum,quod
iam eſt præſentatum,donec ipſum primum præſen-
tet : quare hoc eſſet ſi virtute primi nondú præſen-
tati poſſet procedi,nó video:ſed quia ante receptio-
nem primi iudex per ipſum datus non poteſt proce-
dere vt pars contra quam eſt impetratú non maneat
impedita, ſed ſemper habeat iudicé coram quo poſ-
ſet proſequi ſuam iuſtitiam. ideo ante receptionem
primi de ipſo & de eius prioratu excipi non poteſt
contra ſecundum,quaſi nó videatur effectualiter eſſe
antequam iudex per ipſum datus poſsit procedere.
de pœ.diſt.j.c.hæc autem verba. de cleri.non reſid.
c.relatum.cum ſimil. Ad idé facit c.cum teneamur,
in prin.de præben.ibi,ſi mãdatum noſtrum pro ali-
cuius prouiſione receperis.& de reſc.c.ſuſceptum.
in prin.ibi, ſuſpectú ab apoſtolica ſede mandatum.
& eo.tit.c.ſi pro te.ſed efficacius facit eo.tit.c.duo-
bus.§.ſi vero.vbi patet.quòd quando illi quorú gra-
tiæ per omnia ſunt æquales,concurrunt in data:ille
præfertur qui primo præſentat ſuas literas execu-
tori habenti poteſtatem prouidendi. Et ita fuit de-
terminatum in tota me præſente. Indubitanũ eſt au-
tem,quod ſi executor nondum preſentatis literis poſsit
facere proceſſus,quòd non præfertur ſuo executori
literas præſentans:imò ille qui per ſuum executoré
primo feciſſet fieri ſuos proceſſus,per ea quæ no.ibi
Io.An.in no.gl.mag.ver.hoc addo. Ad idé eo.lib.de
præben.c.ij.in ſecundo reſponſo.ibi,ſiue literas ſu-
per aliquorú prouiſione generales, ſiue etiam ſpe-
ciales ſub quocunq; verborum tenore receperit.&
& eo.tit.c.ſi pro cleri.in prin.ibi,literas.vt eis de be-
neficiis prouideas,etiam ſi animarú cura ſit annexa
eiſdé recipere.c.contingat.& c.ſi clericus.ibi,à ſede
apoſtolica recepiſti.& eodem modo de offi.deleg.c.
quoniam abbas.ibi, mandato noſtro ſuſcepto.& de
reſtit.ſpol. c.audita. Præterea ſatis efficaciter facit,
qui bene reſpicit ordinem literæ.eo.lib de conceſſ.
pręben.c.quia cunctis.vbi allegás tex.quòd ad hoc,
vt per poteſtatem datam executori de prouidendo
auferatur ordinario prouidendi poteſtas,& promit-
tens exceptionem literarum executoriarú & noti-
ficationé earum factã in iudicio,infert quod adhuc
eſt neceſſe vt executor notificet.&c..ſit in proceſsi-
bus quę fiunt per executoré,vt quælibet docet pra-
ctica.Et ſi contrarlú diceretur,omni die executores
mentirentur in proceſsibus, in quibus ſemper po-
nunt,noueritis &c. Et breuiter quantú mihi appa-
ret,omnes text.de hac materia loquétes hanc parté
innuunt:& nullum tex. reperi qui efficaciter oppo-
ſitum innuat.partem autem hanc tenét omnes no-
tabiles canoniſtæ. Primo hoc videtur eſſe de mentę
Io. xcvij.diſt.c.nobiliſsimus. & ſi.quòd ipſe idé no.
iiij.q.v.c.quiſquis.& xxuij.quæſt.vlti.c.ſæpe.gl.ergo
ibidé videtur eſſe clara de mente Inno.Nam licet in
c.in quæſtione. de reſtit. ſpol.opiniones recitat non
eligendo, tamen in decret.cum olim.de priuileg.ad
finem clare innuit iſtam partem, Ibi enim quærens
vtrum † delegatus poſsit probare per teſtes vel aliàs, 15
quàm per reſcriptum ſuæ delegationis poteſtatem:
dicit quòd non, antequam ſibi fuerit præſentatum
reſcriptum,& per ipſum receptum, per c.ſancimus.
xxv.quæſt ij. Sed ſi poſt receptionem perdatur,po-
terit probari per teſtes vel aliàs per communia iura:
quare hoc eſſet, niſi quia iudex delegatus ante rece-
ptas literas ſuæ poteſtatis nó poteſt vti iuriſdictione
ſibi demandata:& per conſequens non poteſt reci-
pere probationes,quòd iudex eſt,qui iam exerceret
iuriſdictionem probationes ſuper hoc recipiendi
prius quã haberet exercitiú iuriſdictionis; quòd eſt
impoſsibile. Ad idem bene facit,vt ipſe idem no.de
conceſ.præben.c.quia cunctis.§.ex parte.vbi tenet
quòd conſenſus principis committentis & execu-
toris deputati debent concurrere antequam quæratur
tur poteſtas:quod non videtur poſſe eſſe antequam
recipiat literas ſuæ poteſtatis : cum ante conſenſum
debeat certus eſſe de poteſtate ſua:quod non eſt an-
tequam recipiat literas ſuæ poteſtatis.per alleg.cap.
ſi beneficia.cum ibi not.per Archi.de præben.lib.vj.
Item eandem opinionem clare tenet. Sed contrà ſit
videtur Innoc. & contrarium ibi Ioan.de Ligna.&
dominus meus dominus præſertim mihi gratioſus,
omnes tenere hanc contrariam partem : & ibi vide
que

quæ ſcripſi poſt eum pro ſolutione ad cap.ſuper eo. & ad cap.vt debitus. Hoſtien. in alleg.cap.ex quæſtione. & Ioan. Andr. ipſum recitat non probando. Eandem tenet clare Guiliel.in Spec.de compe.iudi. §.penul.ante fi.quem Ioan.And.nedum non reprobat:imò allega.concord.eiuſdem opinionis. pro eo etiam bene facit quod ipſe Ioan.not.de præbend. cap.ſi cui nulla.ij.reſponſo.in not.vbi innuit, quòd nedum ante præſentationem, imò poſt,antequam ſit proceſſum ad aliquem ex actibus requiſitis ad perpetuationem iuriſdictionis res in literis formæ pauperum cenſetur integra,vt expiret obitu concedentis:quod non poſſet eſſe,ſi ante præſentationem executor poſſet facere proceſſus, cum illi ad perpetuationem ſufficerent. Sed clariſsime tenet, & clariſsime remittit ibi ad Spec.hanc partem ipſe Ioan. de offic.deleg.c.quoniam abbas. ſuprà allega.ſuper prima gloſſ. Eandem opinionem tenet Archidiaco. de procura.cap.is qui.libr.vj.& Guiliel.de mon.lau. de elect.c.conſtitutionem.in clem. Et Collect.etiam clarè loquens in executione gratiarum, qui fuit omnium vltimus & practicus curiæ Romanæ. Dic de rigore iuris hæc opinio eſt tenenda,in allega.decret. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpolia.c.auditis. etiam licet non habeã dicta ſua,quòd Fed.de Senis in executione diſputauit iſtam quæſtionem & determinauit pro iſta parte non reperiri & contra diſputationem, ſed in conſiliis ſuis concluſio.xxv. ipſam tenet Ioan.de Ligna.clare idem in reportatis ſuis.de officio delega.cap.quoniam.& plenius in allega.decret.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpolia.c.auditis. vnde videtur iudicio meo non eſſe tutum à tantorum virorum opinione, quam nullus gloſſator reprobauit recedere:maxime quia in ratione & mente iurium fulcitur. Nec obſtat quod allegat.ad oppoſitum: videlicet quòd cum in iſtis reſcriptis etiam in beneficialibus conſideretur tempus datæ ex ipſius tempore executor ſuam poteſtatem, cuius exercitium cum non reperiatur iure ligatum, videtur debere concurrere cum eadem. Reſpondeo & dico, quòd in reſcriptis diuerſa tempora conſideranda ſunt. Si enim quæratur de ipſorum reſcriptorum efficacia quo ad hoc quòd poſsint vel non impugnari propter aliquod tacitum vel expreſſum: fateor quòd attenditur tempus datæ; & pro hac parte allegatum eſt. Sed ſi quæratur de ducendo poteſtatem datam per literas in exercitium, & de ipſius poteſtatis perpetuatione quo ad ipſius iudicis perſonam:attenditur tempus receptionis literarum per iura allegat. pro hac parte. Et ita notat de plano Guiliel.de mon.lau.de reſcrip.c.literas.in cle. pro hac parte facit, quia dantur tres iudices cum clauſula, quòd ſi non omnes &c.ſi alter ſit impeditus procedere & recuſet, non propter hoc poſſunt alij duo reuera cum iuriſdictionem habente procedere, quouſque ad eorum notitiam hoc peruenerit. vt de reſcrip.c.ſciſcitatus.ver.dummodo.& de offic. delega.c.prudentiam. circa princ. ibi, in hoc autem caſu.licet Ioan. Andr.aliter diſtinguat, videlicet inter impedimentum perpetuum vel temporaleineuitabile, in quo non eſt opus exceptione:& tunc ſufficit ex illa: quia tunc probatione non eſt opus, & impedimentum temporale euitabile, puta incommoditate vel voluntate:& habeat locum opin.Inno. per quod tunc talis collega ipſo iure non perdit iuriſdictionem, & opus eſſet prorogatione vel exceptionis propoſitione: quæ prorogatio in delegatis non habet locum: vide in regula, cum qui.in quæſtione,ſed tamen. Barto.tenet contrarium indiſtinctè.ff.de condit.& demonſt.l.multum.in fin.& ff.de iudi.l.ij.facit quia talis hæſitatio concernit fundamentum iuriſdictionis. ſimile ff.de hæredi.inſtitut. l.hæres inſtitutus.in fin.cum multis ſimilibus alleg. in cap.eum qui.in quæſtione per Ioan.Andr. Secus ſi aliqualiter ſubſidium cõcerneret.vt l.ij.ff.de iudi. in fin. niſi eſſet appoſita: quod ſi bene, videas per teipſum & vide Bart.vbi ſuprà.

a ¶Præſumitur. *Præſumptio ſecundum Goffred in ſumma. eſt alicuius facti dubij quandoque plena, quandoque ſemiplena probatio. Et nota quod præſumptio concipitur ex circunſtantia facti.xxxij.queſt.v.nec ſolo.*

b ¶Loco tituli. *Titulus quot modis dicatur, vide gloſ.in c.ad fin. de offic. Archidiaco.& in cap.dudum ij.de elect.& ibi doct.in gloſſ.in ver.vtrumque.*

c ¶Iuriſdictio. *Quot modis ſumatur iuriſdictio: qualiter diffinatur: & qualiter diuidatur, not.in auth.de defen.ciuit.§.ipſos quoque.& §.oportet.*

CONCLVSIO CXI.

De probatione doli. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Dolus veriſimiliter non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Infamia facti repellit quem à dignitatibus.*

SI mulier quæ dicitur in ætate xvj. annorum recognouiſſe ſenſum, dicat ſe per dolum aduerſarij ad hoc inductam, audienda eſt, licet non dat in articulis in iudiciis, per quæ probandus eſt ille dolus. Conſilia. Salua omni reuerentia puto quòd ſi
ſuper dolo aduerſarij directè principaliter & imme-
diate ſe fundet: debet † omnino deducere aliqua 1
ſpecialia, quæ poſſunt cadere in mentes teſtium,ex
quibus dolus veriſimiliter poteſt præſumi.ratio eſt:
quia qualitercunque quis ciuiliter vel criminaliter
agat,vel excipiat de crimine vel facto famoſo quod
alteri impingit: non admittitur cum tali alterius
verbo vel diſcrimine, niſi ſpecificet & declaret.ff.
de accuſatio.l.libellorũ.& de iniuriis.l.prætor edixit.in princi.extrà, de procurato. de electio.cap.j.&
cap.vt circa.libr.vj.& cle.conſtitutionem.eo.titu.de
reſt.cap.præſentium.lib.vj. & de excep.c.pia eo.lib.
Et eſt ratio:quia licet probata exceptio ipſo iure nõ
infamet infamia iuris, nota tamen eſt de facto eius
opinio:vt de ordi.cog.c.cum dilectus.in fin.cum ibi
not.& de teſti.teſtimonium.in fin. Quæ quidem in-
famia † facti grauis eſt:quia repellit quem à digni- 2
tatibus.l.ij.C.de dignit.lib.xij.notat Innoc.de elect.
per inquiſitionem. ideo non mirum, ſi ſub tali diſcrimine vagari non liceat.

CONCLVSIO CXII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Surrogatus an teneatur iuſtificare ius illius in cuius locum ſurrogatur.*

SVrrogatus † tenetur iuſtificare ius illius ad quod 1
ſeu in cuius locum ſurrogatur:& per conſequẽs
probare omnia expreſſa vel tacita in gratia prima quæ ipſe primus probare tenebatur. Conſilia. Hæc enim proprie locum habet regula, cum quis in ius. de regu.iur. lib.vj. Nec obſt.quod ius auctoris non

teneat

teneat ita clare probare, ſicut meum proprium : in-
xta ea quæ not. infrà in pluribus concluſionibus,
quia illud habet locum, cũ ius auctoris in dubium
non reuocatur, nec ſuper eo principaliter agitur, &
dubitatur, ſicut in propoſito lis principaliter hic ver
titur ſuper iure actoris. faciunt not Innoc. in c. j. de
conceſ. præben. libro vj. Item quia in lite & litis one-
re iſte eſt ſurrogatus, & hoc regulariter verũ. Quan
doque tamen ad aliqua arctaretur auctor ſi viue-
ret, ad quæ non deberet arctari ſurrogatus. iuxta ea
quæ no. j. in vna concluſione : & maxime ſuper ha-
bilitons & promotione ad ordines ac legitimitate
ipſius auctoris : quia facilius fuiſſet ipſi auctori iſta
probare, quàm ſurrogato.

CONCLVSIO CXIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſemiplena, in quibus ſufficiat.*

MAgiſtratus in artibus expreſſus in literis im-
petrantis probatur bene per literas nationis
1 Gallicanæ. Conſilia. Ratio eſt: quia † ſufficit proba-
2 tio minus plena. [a] vt probat concluſio proxima
ſequens.

a ¶ Probatio minus plena. *Quot ſunt gradus probationum. quæ ſit plena & ſemiplena & pleniſſima probatio, & ex quibus inducatur : & an ſit dare medium inter probare & non probare: & quæ ſint ſcriptura quæ probant: vide plene per Bar. in l. admonendi ff. de iureiuran.*

CONCLVSIO CXIIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſummaria ſufficit in impetrante qui di-
xit ſe eſſe magiſtrum vel preſbyterum.*

SI impetrans expreſsit ſe magiſtrum vel presby-
terum vel aliam talem qualitatem habere: opor-
tet quòd probet iſta, ſi negantur: & non oportet ple
1 ne probare, ſed † ſufficit ſummaria probatio. Ideo
ſufficit quod probet famam ſeu habitum & reputa
tionem. de hoc per Ioan. And. in c. exceptionis de li-
tis conteſta. & regula. infamibus. de regul. iur. lib. vj.
Conſilia. dic de his vt dixi ſuprà concluſione. lxxvj.

CONCLVSIO CXV.

De reſcr. Et de prob. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Surrogationem in lite quæ impediunt, non impe-
diunt ſurrogationem in iure.*
2 *Quæ reddant gratiam ſurreptitiam.*
3 *Beneficium lite pendente non eſt conferendum.*
4 *Terminus quando dicatur ex toto ſublatus.*

1 FAlſa expreſsio † litis pendentiæ vel appellatio-
nis interpoſitæ, facta in gratia ſuper ſurrogatio
ne obtenta in iure & lite, licet impediat ſurrogatio-
nem in lite: non impedit ſurrogationem in iure.
Conſilia. Item quòd falſa expreſsio ſeu quæ non in-
ducit ad eiius cõcedendum non vitiat gratiam. no.
Inn. in c. in noſtris. vide ſuprà concluſione iiij. Iſta
concluſio habet duas partes. Prima pars huius con-
cluſionis non habet dubiũ: quia in eo quod non eſt,
quis ſurrogari non poteſt. de iure pat. c. quòd autem
de eccl. edifi. c. ad audientiã. Sed vt hic fiat dubium,
ponè quòd lis erat facta: fuit mentio de lite & ſtatu
litis falſa : vt quia non ita ſe habebat ſtatus litis, vt
narratum eſt, vel non eſt bene ex toto expreſſus ſta-
tus litis : nũquid erit per hoc gratia ſurreptitia quo
ad litem? puto quòd non, per motiua quę circa par-
tem huius quæſtionis ſtatim ſubdam. Secunda pars
huius concluſionis prima facie videtur dubia pro-
pter falſam expreſsionem, quæ videtur mouiſſe ad
concedendum: quia forma literę habere ſolet, quòd
Papa procedit ad ſurrogationem faciendam, ne lis
careat legitimo defenſore: ergo occaſione litis vide
tur facere gratiam. Sed nihilominus ſto cum conclu
ſione : quia † non omnia falſa expreſſa reddunt gra 2
tiam ſurreptitiam : ſed ea ſola, de quibus eſt veriſi-
mile, quòd eis non expreſsis Papa non fuiſſet ita fa-
cilis ad concedendum, vt deduxi ſuprà. iiij conclu-
ſione. Modo ita eſt, quòd iſta falſitas non eſt talis,
quòd de ea ſit veriſimile quòd eius expreſsio moue
rit Papam ad concedendum : ſeu quòd ea non ex-
preſſa non fuiſſet ita cito conceſſurus : imò videtur
de iure totum contrarium: videlicet quòd debuiſſet
mouere potius ad denegandum, quia de iure bene-
ficium † quod vacat lite pendente, donec lis pendet 3
nec eſt conferendum, nec in ea ſurrogatio facienda.
extrà vt lite penden. c. j. & ij. lib. vj. etiam per Papam,
niſi vellet vti de plenitudine poteſtatis. vt clement. j.
eod. titul. veriſimile autem eſt, quòd princeps velit
plus facere ſecundum ius quàm contra : vt l. digna
vox. C. de legi. ff. de leg. iij. l. es imperfecto. Nec eſt ve-
riſimile Papam velle vti in dubio plenitudine pote-
ſtatis. no. Innoc. de elect. c. innotuit. in fine. Sed pone
vt ſ. dixi, quòd facta fuit mentio de lite minus ple-
na, vel non ex toto vera, quo ad ſtatum cauſæ: certe
adhuc puto, quòd nec quo ad ſurrogationem in li-
te, nec in iure, eſt ſurreptio. Nam quandocunque
variatio qualitatum ſeu ſpecierum ſub genere con-
tentarum nullum effectum inducit, nil ad rumbum:
de eorum expreſsione no. gl. de exc. c. pia. ſuper ver.
ſpecié. lib. vj. & do. Bar. de accuſ. l. liberorum. in dicto
eius bene notabili. Modo ita eſt quòd in quocunq;
ſtatu ſit cauſa, ita cito Papa eſſet conceſſurus vel de-
negaturus : igitur ſemper eſt locus deductioni quá
fecit in iiij. concluſione. Nec ob. c. inter monaſteriũ.
de re iud. cũ concor. quia loquitur vbi agitur de cau
ſa de vno iudice in alium transferenda. Et eſt tunc
ratio: quia ſecũdum quòd iudex plus vel aliter pro-
ceſsit in cauſa : ſecundum hoc præſumitur ipſe eſſe
melius de cauſa informatus: & ſecũdum hoc quòd
præſumitur melius informatus, ſecundum hoc prę-
ſumitur quòd Papa minus velit cauſam ab eo aufer
re: vt ff. de excu. mino. l. penul. in prin. §. ſi poſt actam
cauſam. ratio: quia Papa propter delegationes intẽ-
dit non perſonis delegatorum ſed perſonis litigan-
tium prouidere. extrà de offic. delegat. c. communi.
Nec ob. quòd dictum eſt, videlicet quòd ſit forma
literarũ: vt cauſa non careat legitimo defenſore, &c.
dico enim quòd cum Papa prouidet de beneficio li
tigioſo, ſeu ſurrogat, ipſe in eo duas gratias facit.
Vna eſt quòd contra ius commune. c. alle. extrà vt li
te pen. lib. vj. & in clem. j. eo. titu ipſe diſpenſat. Alia
eſt, quia ipſe prouidet, vnde licet dicta clauſula, vt
cauſa &c. apponatur in princ. literarum : non debet

ad ſecundam gratiam,ſed ad primam referri: ratio
eſt quare non ad ſecuodam,quia ſi ad eam referre-
tur,mala eſſet cauſa,per iura alleg.extra vt lite pen-
den.c.j.&ij lib.vj.in clem.eod.tit.c.j.ſed quòd refe-
ratur ad primam gratiam bene eſt: quia per hoc
quòd datur ſpecialis defenſor cauſæ, præſumitur
quòd lis meliori Marte incedat.arg.c.fi. de electio.
lib.vj. & l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. Alibi fit
mentio de pluribus gratiis ſimilibus, quare vna
conceſſa non videtur alia conceſſa, niſi ſit expreſ-
ſum.de præben.c.non poteſt.libr.vj. Nec inefficacia
vnius aliam vitiat.de reſcr. c. ſi eo tempore. libr.vj.
quia hoc caſu videtur abundans cautela inutilis.C.
de teſta.l.teſtamenta omnia.& hoc verum cum inu-
tilis eſt abſque vitio ſurreptionis ſolum ex defectu
materiæ.Si enim eſſet vitioſa diſpenſatio ratione ſur
reptionis:vt puta,quia fuiſſent aliqua expreſſa falſa
tangentia ſtatum cauſæ, ad mouendum papam ad
concedendum,& quæ mouere de iure veriſimiliter
potuiſſent:tunc prouiſiuam gratiam etiam vitiaret,
4 quia † ſublata via per quam ſolam poteſt ad termi-
num veniri, terminus ex toto videtur eſſe ſublatus:
vt c.dudum.verſic,inſuper cum ſimi.

CONCLVSIO CXVI.

De proba. De præb. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Papa non videtur tollere quod ignorat.*
2 *Collatio facta per ordinarium eſt legitima.*
3 *Surrogatus per ſurrogationem non poteſt ſibi nouum ius ſeu titulum acquirere.*

SI petens confirmationem vel ſurrogationem in
ius aduerſarij, dicat ſe fuiſſe beneficium canoni-
ce aſſecutum:ſufficit probare quòd autoritate ordi
naria fuerit illud aſſecutus:licet aſſecutio nõ value-
rit obſtante impetratione aduerſarij, in cuius locũ
a ſurrogatio dicitur eſſe facta. [a] Conſilia. Iſta conclu-
ſio habet duas partes. Prima de confirmatione. Se-
cunda de ſurrogatione, & ad ſecundam refertur
clauſula,obſtante impetratione aduerſarij &c.poſi-
ta in fine. Venio ad primam partem de confirmatio
ne:& dico veritatem obtinere,dũmodo totum hoc
propter quod aſſecutio huiuſmodi confirmatione
egebat, aliàs ſit bene expreſſum, aliàs ſecus: quia
1 † papa non videtur velle tollere quod ignorat, ex-
trà de conſtit.c.j.lib.vj.cum concor. Et ideo confir-
matio non validat nullitatem, niſi ex ſcientia certa.
extra de fid.inſtru.c.inter dilectos. §. cum igitur. &
quia vna nullitate ſublata alia remanet: vt at. ff. de
ſerui.vrb.prædio.l.ſi domus.extrà de fil.presby. c.j.
de vſu pa.c.ex tuarum.de priuileg.c.paſtoralis. Nec
ob. verſi. canonice, quia intelligitur illud verbum
ciuiliter. ſubaudi niſi inquantum impugnari poſſet
ex impedimento expreſſo, vt verba reducantur ad
mentem,vel contrarietatem euitent.at.de ver.ſign.
c.ſuper bis. in c. intelligẽtia. iuncto c.cum expediat.
de elect.lib.vj.niſi enim timuiſſet de impedimento,
non ſupplicaſſet pro confirmatione. Vel exponitur
canonice, habito reſpectu ad canones communes,
2 ſecundum quos collatio † facta per ordinarium eſt
legitima:licet ius ſpeciale reſeruationis ipſam impu
gnet. Nunc venio ad ſecundam partem cõcluſionis:
videlicet de ſurrogatione:& hic repetantur quę di-
cta ſunt circa primam partem, inquantũ valent hic
conuenienter adaptari. Ratio huius ſecundæ partis
eſt,quia † cum per ſurrogationem voluerit ſurroga 3
tus nouum ius ſiue nouum titulum ſibi acquirere,
quod non poteſt fieri,ſi ex primo titulo iam ius ha-
buerat:vt ff.de verb.oblig.l.vbi autem non apparet.
§.fi.& inſtit.de actin.§.ſic itaq;. fateri oportet quòd
ad canonizationem ipſius ſurrogationis non opor-
tet omnino probare veritatem tituli primi & eius
iuſtificationem:quia iſta eſſet contrarietas per pro-
xime dicta. Sed fateor bene quòd debet probare
narrata eo modo quo dixi ſuprà concluſione lxxvj.
& ſufficit etiam per conſequens, quòd probetur fa-
ctum carens adminiculo iuris: videlicet præcedens
collatio vel impetratio obtenta à ſuperiore: licet de
facto & non de iure, prout concluſio habetur.

a ¶ Subrogatio dicitur eſſe facta. *Nota quod ſubrogatio quæ fit à iure in loco alterius rei, quæ res haberi non poteſt, ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. Sicut ergo non valet alienatio rei litigioſa: ita nec valet alienatio rei æquiualentis quæ in locum eius ſubrogatur. Vt in c.eccleſia.ij. Vt lite pendente.*

CONCLVSIO CXVII.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Vbi non eſt diuiſio materialis, & ſuppoſitalis, ibi ſeparatio fieri non poteſt.*
2 *Diffinitiua an ſit articulus grauaminis.*

SI appelletur à grauamine extra iudicium ab epi-
ſcopo ad archiepiſcopum:non poteſt appellatus
vel appellans petere, quòd primo cognoſcatur de
articulo grauaminis: quia ille eſt idem cum articulo
principali: ſed poteſt petere vt primo cognoſcatur
de appellatione an ſit talis quæ deuoluat obiiciendo
appellatum nõ fuiſſe infra x.dies:vel apoſtolos [a] de- a
bite non eſſe petitos:ſed ſi non obiecit hoc,& appel
latio ſit alias deuoluens, proceſſus factus ſuper ar-
ticulo grauaminis illa cognitione omiſſa bene va-
let.vide de appella.c.Romana.§.ſi vero vocatis.li.vj.
& no.in c.Romana.de foro competen.in additione.
circa princ.gloſſ. Conſilia. Iſta concluſio eſt indubi-
tata in terminis ſuis, videlicet cum de epiſcopo ad
archiepiſcopum appellatur. Ratio primi dicti eſt,
quia † vbi non eſt diuiſio materialis & ſuppoſitalis, 1
ibi ſeparatio fieri non poteſt. vt de ſe patet. Et per
hoc concluditur idem fore dicendum † vbi appella- 2
tur à diffinitiua: quia ibi etiam eſt articulus graua-
minis, diuiſionem non recipit à negotio principali:
& probat identitas rationis. De ſecundo eſt caſus
in d.§.ſi vero vocatis. Tertiũ etiã non habet dubiũ.
Ratio eſt: quia illa quæ annullant, nec vitiant ipſo
iure, ſed ope exceptionis oppoſitæ ſi tacite omiſſa
fuerint,non nocent:quare imputet ſibi appellatus
quòd quæ potuit excipere, non excepit, vt C. ſen.
reſcindi non poſſe. l. ij. cum ſimilibus. Ideo dixi in
ſuis terminis,quia ſi eſſet appellatum ad papam, &
fuiſſet proceſſum etiam omiſſo articulo grauaminis
iudicialis illati ante ſententiam, à qua fuiſſet appel-
latum,valeret proceſſus, ſi partes non contradixiſ-
ſent.vt ca.cordi.de appel.lib.vj. imo altera parte vo-
lente ſecundum Innocen. ibi: ſaluo tamen iure ex-
penſarum. Et ita ſeruamus ſaluis his quæ notaui
circa

circa hoc ſupra concluſione xxxvij. per quæ iſta omnino intelligas, ſuppleas, modifices & reſtringas.

a ¶ Vel apoſtolos. *Quid ſint apoſtoli, vnde dicantur, & de quadruplici eorum ſpecie & eorum formis, vide Specu. in iiij. parte in tractatu libel. §. ſequitur ver. apoſtolo. Et nota quòd communiter ſeruatur, quòd expenſis appellantis ſint tradendi.*

CONCLVSIO CXVIII.

De fide inſtrumentorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum de datione apoſtolorum, ſi habeat bonam datam quo ad pontificatum, etiam ſi ſit error in numero annorum Domini, valet.*

1 SI inſtrumentum † de datione apoſtolorum & petitione eorum habeat bonam datam, quo ad pontificatum, ſed malam de toto vno anno quoad numerum annorum Domini: nihilominus ſtatur ei. Conſilia. Sed contrà videtur: quia contrarietas vitiat totum. argu. ff. de regu. iur. l. vbi repugnantia. C. de fide inſtru. l. ſcripturæ. & extrà eo tit. c. imputari. Item ar. no. de ſimo. c. ſi ad ſacros. ff. ad l. Corne. de fal. l. eos qui. Item quia ſic alterum ſaltem habetur pro non ſcripto, & cum ſaltem annus eſt ſubſtantialis, igitur &c. ff. de verbo. ſignifi. l. Paulus. facit ff. de excuſatio. tut. l. ij. & alia allegari poſſent quæ reperies per Ioan. And. in data. lib. vj. Dici poteſt quòd in actu de quo agitur quòd eſt executiuum appellationis præcedentis, præſumitur appellans diligens in appellando, ſicut expectans in acceptando. no. Pau. de conceſſi. præben. c. j. in clem. Item quia illud eſt de modicis, & non tam præiudicialibus. Item faciunt alleg. de errore per Ioan. And. in loco præalle. videlicet ſuper fin. lib. vj. licet contra videantur facere no. per Dy. alleg. per Ioan. Andr. ſuper dicta data. Et hanc partem videtur tenere Dy. facit, quia per hoc quod agitur de petitione apoſtolorum ſuper certa appellatione, præſumitur quod poſt appellationem &c. quia aliàs petitio fuiſſet ſuper re inexcogitata, quod non eſt præſumendum: videatur ergo qualiter conſtat de data appellationis. Et per hoc poterit haberi concordia. de qua not. Ioann. Andr. ſuper dicta data.

CONCLVSIO CXIX.

De procuratoribus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus à domino ad omnia quæ ſunt neceſſitatis, an poſſit ſe offerre ad voluntarie confitendum.*

1 LIcet procurator † ad agendum à domino conſtitutus poſsit omnia quę ſunt neceſsitatis quo ad expediendum ea quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ: non tamen poteſt facere gratioſa & voluntaria. Ideo non poteſt ſe offerre ad voluntarie confitendum: nec etiam facere gratiam, quòd ad videndum teſtes iurare ipſe vel dominus eius non debeat euocari: ſicut de vicario: vt de offi. vica. c. fi. li. vj. iuncto c. ex frequentibus. de inſt. facit c. eccleſiæ. de ſup. negli. præla. li. vj. cum ibi not. per Ioan. mo. in fin. gl. ſuæ. iuncto c. de inſtit. eo. lib. & c. illa. ne ſede vacan. quod dicitur notaſſe Cyn. in l. ij. C. de iura calumn. circa primam oppoſitionem. not. in ca. j. vt lite non conteſta. Conſilia. Vide de iſta concluſione infrà.

CONCLVSIO CXX.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ concernunt aptitudinem, vel ineptitudinem cauſæ, poteſt iudex ſupplere in facto.*

2 *Mouere dubia, non eſt ſupplere in facto, ſed in iure.*

SI auditor coram quo eſt cauſa vbi videt quòd articulus eſt de iure partis & de bona materia: licet ſit nimis generalis: debet & poteſt dicere parti quòd ſe declaret: aliàs quòd articulū repellet. Conſilia. Plus dicit Fa. de ra. vt recitat Cyn. C. vt quæ deſunt aduo. ſuper quod ſi aliquid ſit notum iudici vt priuato: iudex poteſt hoc reducere ad memoriam partis: vt puta pactum de non petendo reo factum. Plus dicit ibi Cyn. poſt Pe. quòd ea quæ † concernunt aptitudinem vel ineptitudinem cauſæ poteſt iudex ſupplere in facto: vt C. de procura. l. exigendum. modo hoc concernit ineptitudinem: videlicet vaga generalitas articulorum videtur, quanquàm in aliis curiis fieret de hoc maior difficultas. Iſta tamen curia quæ veritatem exquirit, admittit bene, quòd iudex suppleat quandoque de facto: maxime dubia mouendo parti. Et hoc eſt quod dicit Cyn. in d. l. vna. C. quę deſunt aduoca. quia iudex poteſt ſupplere de facto quærendo. alle. l. aſsiduis. ff. de leg. iij. & facit pro hoc, quia † mouere dubia, non eſt ſupplere reuera in facto, ſed in iure. Et hunc modum quaſi adinuenit vel magis frequentauit in palatio dominus quondā bo. me. dominus Neapolitan. dum fuit auditor. quem modum multū ſequor: quia per hunc modum veritas multum faciliter aperitur: & qui ſeruat hunc modum vix poteſt in cauſis decipi. Item ſolemus in palatio ſupplere vel auiſare in facto, præſertim circa ea per quæ redderetur proceſſus nullus: quia intereſt iudicis, quòd proceſſus eius non ſit nullus: & ſic poteſt intelligi dicta l. exigendum, ſecundum vnum intellectum: de quo videbitis infrà in quadam concluſione, & notorie reſultantibus ex actis. Et hoc eſt quod dicit Cy. in d. l. vna. c. quę deſunt aduo. quod in notorio[a] iudex poteſt ſupplere de facto. vt ff. fini. re. l. ſi irruptione. §. inter. & de ſeri. l. ij. modo generalitas reddens articulum repellendum, eſt vitium notoriè reſultans ex actis, non tamen debet dare modum parti articulos reparandi: quia tunc suppleret officium aduocati: quod eſſe non debet: vt l. ſi quis. & l. prætor. ff. de iuriſd. omn. iudic. Caue: quia talia non conſueuimus facere in materia criminali vel obiectiua: ſed ſolùm dum agitur de coadiuuanda veritate circa ius partis Nec debet fieri in caſu in quo appetietur per hoc graue præiudicium parti contra quam: quia iudex non tantum debet velle coadiuuare veritatem vnius partis, quod alteri nimis obſit.

a ¶ In notorio. *Not. quòd notorium triplex eſt: ſcilicet iuris, facti, & præſumptionis. de quibus vide in dictionario Albe. de roſ. ſub iſta dictione, notorium.*

CONCLVSIO CXXI.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an verbis fieri debeat, an verò ſcriptis.*

2 *Verba reſtricta ad vnum ſuppoſitum ſolum, ſimul & ſemel duo ſuppoſita importare non poſſunt.*

SI index ſucceſſiue pluribus vicibus idem grauamen & omnino ſimile intulerit, & prima vice fuerit ab illo appellatum in ſcriptis & in debita forma: an ſi poſt alia vice ab alio grauamine primus appellans de nouo verbo appellat ſecundum formam ſchedulæ primæ appellationis, quam quo ad iſtum effectum producit & petit inſeri in actis, ac vult haberi pro inſertis, nihilominus † dicitur appellatio ſine ſcriptis facta, quia verbo appellauit licet ſecundum formam ſchedulæ. Diuiſa tamen fuerunt conſilia. Ego enim cum quibuſdam tenui appellationem videri eſſe factam in ſcriptis, quia ſi illā ſchedulam tenens dixiſſet verbo ſe appellare ſecundum illam ſchedulam, ſufficeret: ergo & hoc caſu, eum ibidem ſit porrigere & porrectam de nouo producere. Illa enim ſchedula quæ tunc repræſentauit appellationem à primo grauamine, nunc repræſentat appellationem à ſecundo, & nomina ſignificant ad placitum: & conſiderans eſt effectus & mens plus quàm verba. Nec ob quòd viua voce appellauit: quia debet intelligi quòd viua voce dixit ſe appellare ſecundum illam ſchedulam: ſed hoc non obſtan. maior pars noluit exaudire. Conſilia. Puto quòd conſilia bene proceſſerunt, quia appellans talis tenetur cauſam inſcribere. vt c. cordi de appella. in vj. quod non facit iſte: quia pro huiuſmodi appellatione ſcripturam nullā facit. Præterea quia aut talis ſecundum ſchedulam appellatū eſt, quia vult modo verbo appellare, modo conſimili, ſicut appellauit tunc dum per illam ſchedulam appellauit: & tunc non in ſcriptis, ſed verbo appellat, vt de ſe patet. Aut ideo appellat ſecundum iſtam ſchedulam, quia vult quòd illa ſchedula habeat modò tantum importare ſuam appellationem quam verbo fecit, & non ante vel poſt: & hoc certe eſſet contra mentem c. cordi: quia ſcriptura non requiritur pro momento, ſed pro deliberatione iudicem inſtruendo & partem. Aut vt pro modo, & poſt pro ſemper importet & ſignificet ſuam appellationem: & tunc aut vult per hoc quòd deſinat ſignificare, & importat primam appellationem: & hoc certe non eſt veriſimile. Aut vult quòd ſimul ſignificet ambas appellationes: & hoc certè eſt impoſsibile: quia verba † reſtricta ad vnum
2 ſuppoſitum ſolum, ſimul & ſemel duo ſuppoſita importare non poſſunt, ſaltem vninoce, in eadem oratione: vt probat c. abbate. §. pen. de re iudica. li. vj. Modo prima appellatio erat vna ſingularis loco & tempore, & facta ſingulariter deſcripta: nec poteſt dici ſuppoſitaliter ſeu materialiter eadem appellatio nunc quæ tunc: nec eadem pars, nec idem grauamen: licet enim nunc verbo poſsit dicere & formare facere, quòd ſcriptura apta ex ſua diſpoſitione vnicam appellationem importare, & importās in actis vnam iam factam eodem ſignificato manēte aliam licet omnino ſimilem appellationem importet: quia hoc eſſet in vnico ſuppoſito materiali ponere pluralitatem: quod eſt impoſsibile.

(margin 1 beside "heri pro inſertis" line above)

CONCLVSIO CXXII.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Negatio præcedēs totū tēpus etiam ſequens negat.*
2 *Articulus obiectiuus requirit ſpecificationem.*
3 *Electio incerta an valeat.*

SI impetrans Vrbaninus reuocatus per Gregor. poſſeſſor dicat ſe admiſſum per ordinarium, nedum vt apoſtolicus, ſed etiam vt ordinarius, & Gregorianus impetrans det quòd imo apoſtolicus & non aliter: materia Gregoriani licet ſit bona, tamen minus generalis eſt: ideo repellenda eſt. Fui tamen in contrarium per cap. tertio, de prob. ſecundum me quòd teſtes ſuper materia dicta non poſſunt deponere, reddens cauſam, vt in d. c. Nec ob. quòd ſi non fuerit tunc receptus vt ordinarius, poteſt eſſe quod aliquo tempore &c. quia negatio † præcedens totum 1
tempus etiam ſequens negat: vt ff. de rebus dubiis. l. is qui eccleſia. §. vtrum. Sed ſuper hoc fuit reſponſum per domi. Pe. de Sarcen. quòd quia materia negatiuæ prædictæ de natura ſua non valet niſi coarctata vt articulus admittatur: oportet quòd detur articulus coarctatus: & ita nō ſufficit generalitas antedicta. Conſilia. Facere videtur pro iſta reſponſione, quòd articulus † eſt obiectiuus, & requirit ſpecifi- 2
cationem. de elec. cap. circa. & c. conſtitutionem. & de teſti. c. præſentium. & de exceptio. c. pia. lib. ſexto. Sed nihilominus ſuppoſito facto credo me bene dixiſſe: quia ita erat in facto, quòd eodem tempore prætendebat dictus Vrbaninus ſe fuiſſe vtraq; authoritate receptum: & hoc oitebatur per vnum inſtrumentum probare, in quo prima facie caueri videbatur eodem tempore vtrumque factum: videlicet receptionem apoſtolicam ſimpliciter & pure: & recepcionem ordinariam factam fuiſſe ſub hac conditione, ſi prima recepcio non valeret: & certe ſatis tunc eſſet coarctata huiuſmodi negatiua. per not. Ioan. Andr. de electionib. c. bonæ. in nouella. quia ſi præſens fuit tunc in capitulo, debuit vidiſſe & audiuiſſe quæ tunc ibi fiebant. Sed dic mihi an receptio conſimilis titulum potuit fieri ſub conditione prædicta? Et videtur quòd non. per cap. ij. de electionibus. li. vj. cum ibi not. Dicitur enim † quòd elec- 3
ctio incerta non valet nec alteratiua nec conditionalis: & glo. ibi no. quòd idem in collatione & in cōditione eōam tacite ſubintellecta, niſi exprimatur. Breuiter puto contrarium: quia conditio tacite ſubintelligebatur, & eo modo quo fuit expreſſa: quia ius in re ex pluribus cauſis non quæritur, ſicut poſſeſſio. ff. de acquir. poſſ. l. ij. §. ex pluribus. ff. de verb. obliga. verſic. autem. §. fin. inſtit. de actio. §. ſic itaq;. Et de fide inſtru. c. inter dilectos. §. cæterum. in fi. Igitur non viuat per not. per me ſuprà ſatis clare concluſione xvj. & qualiter reſpondeatur ad not. in dicto ca. ij. dic omnino vt dixi ſuprà concluſion. lxxvj. & tene menti.

CONCLVSIO CXXIII.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non vocata parte an valeat.*

TEnuit Pet. de Sarcen. cum magna parte dominorum quòd proceſſus iudicis remiſſionis deputatæ ad partes pro eo quòd præſentata fuit per vnā de partibus principalibus, & quòd altera pars non fuit citata ad videndū aperiri & ad cognoſcendum ſigillum &c. non eſt nullus: aliis tamen contrarium aſſerētibus. Conſilia. Vera eſt opinio do. Pe. quia iura dicentia ſententiam † latam non vocata 1
parte

parte nullam eſſe, loquuntur in diſtinitiuis: ſecus in interlocutoriis & aliis proceſsibus: not. Innocen. de procura. auditis. In his enim repetitur ius irritans: igitur valet cum ſit factum. circa quod vide omnino quod ſcripſi ſuper cõcluſione xcij. Hic ſunt tria dubia in effectu. Primum: quia commiſsio & remiſſio fuerunt præſentatæ per partem principalem, non per nuntium iuratum: ſed hoc non reddit factum nullum. Ratio eſt in promptu: quia aut conſideramus literas apoſtolicas directas iudicibus, & in illis non eſt dubium: quia etiam productæ per partem fidem faciant, cum ſint apertæ & bullam habeant, ſicut etiam quælibet publica inſtrumenta producta per partem. Aut ponderamus rotulũ articulorum & interrogatoriorum miſſum ſub ſigillo auditoris incluſum: & adhuc licet iudex remiſsionis potuiſſet exigere probationem ſigilli, & aliàs in negotio ſuperſediſſe: tamen quia fidem adhibuit & proceſsit, & proceſſum ſuum cum dicto rotulo & literis apoſtolicis remiſit, non eſt ſuper hoc vlterius diſputandum: ratio eſt, ex actis originalibus auditoribus habitis in curia inter partes, apparere poteſt manifeſtè, ſi illi articuli & illa interrogatoria iudicibus præſentata, fuit illa quæ fuerat deſtinata ad partes. Si verò interlocutoria non fuerint reportata, adhuc illud non vitiat ipſo iure, vt c. per tuas. de teſti. cum ibi no. Secundum dubium facit, quia pars non fuit citata ad videndum aperiri, ſed illud eſt ſolutum per dictam concluſionem xcij. Tertium dubium. quia ſigillum non fuit recognitum: ſed ſolutum eſt per ea quæ dicta ſunt circa dubiũ primum.

CONCLVSIO CXXIIII.

De ſententia excommunica. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis an valeat contra prælatum contra quem ſunt impetratæ literæ ad beneficium, qui dicat executoribus ſe velle parere, & paulo poſt id recuſet.*

SI prælatus contra quem literæ ad beneficium ſunt impetratæ executoribus præcedentibus, dicat ſe velle parere, & poſt ex cauſis probabilibus dicat ſe parere nolle & appellet, & ideo excommunicetur: non cenſetur excommunicatus pro manife-
a ſta offenſa [a]. Conſilia. Nec mirum eſt, quia voluntas huiuſmodi etiam non eſt de natura ſui obligatoria, imo eſt ambulatoria: vt ff. de iuriſdi. omn. iudic. l. ſi conuenerit. nec dat iuriſdictionem alias non habenti vt l. priuatorum, C. de iudi. nec poteſt validare literas alias nullas. c. auditis. de elect. nec eas ampliare ſeu impugnare, cum non ab ipſo, ſed à papa emanent. & dependeant ſolum & duntaxat. Prima quia poſsibile eſt quòd ignoraret tunc huiuſmodi cauſas, & nunc eas ſciat: igitur cum cauſatum probabilitas quam nunc proſequitur reddit rem dubiam: propter talem voluntatem præcedentem nudam & crudam non poteſt reddi res huiuſmodi ita certa. facit c. venerabilibus, §. ſecus. de ſent. excommu. li. vj. Præterea potuit eſſe quod voluit tunc & male ex ignorantia iuris vel facti, vel male ex inordinata ſua voluntate & in præiudicium ſui, & quòd nunc non velit, & bene faciunt lecta & not. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus. §. ſani.

a ¶ Excommunicatus pro manifeſta offenſa. *Nota quòd in eccleſia nulla eſt maior pœna quàm excommunicatio xxiij. q. j. corripiantur. ideo iudex debet incipere à ſuſpenſione ſeu inter dicto perſonæ: & demum venire ad excommunicationem, quod eſt contra prælatos noſtri temporis: qui immediate pro qualibet cauſa fulminant ſententiam excommunicationis: & frequenter eccleſia ducitur in contemptum. Notat Abbas in c. clericos. de coha. cler. & mulier.*

CONCLVSIO CXXV.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Verba narratiua, nõ prolata propter ſe, ſed propter aliud, an confeſsionem non inducant.*

SI appellatus vel appellans in commiſsionis impetratione per eum facta & producta narrat ſententiam eſſe latam: talis narratio fidem facit. Conſilia. Facit not. Ioan. Andr. de iureiurando, c. cum impoſitionibus. in nouel. libr. vj. vbi deducit qualiter narrata in iudicio probant etiam in alio iudicio. Sed contrà: quia † verba narratiua non prolata propter 1
ſe, ſed propter aliud, confeſsionem non inducunt. C. de teſta. milit. l. ex his verbis. & ff. fami. herciſcun. l. qui familiæ. Solutio. Dico quòd ſi illud tale prolatum propter aliud nihilominus eſt tale quid, de quo pro nunc etiam principaliter agitur, vel quod inter partes in dubium reuocatur: tunc certè bene verba ſuper hoc narratiuè prolata facerent confeſsionem, & probationem: quia tunc non cenſentur proferri incidenter, ſed principaliter: & ita propter ſe, vt ſi reſpondendo interrogationi partis aduerſæ volentis contra me agere communi diuidundo narratiuè ipſum eſſe hæredem pro parte, cum de hoc dubitaretur vel ageretur fortè in modum cauſæ: vt ff. de donationibus. l. quidam. & ff. de interro. act. l. de ætate. §. qui interrogatus. & ita intelligo not. Ioannis And. poſita in d. c. cum impoſitionibus. alle. Idem credo ſi ad aliquid conſequendum & principè mouendum, &c. Ita procedunt not. Ioan. And. poſita in d. c. cum impoſitionibus. alleg. Idem diſpoſitiuè in articulis vt admittatur ad id probandum. hoc dicat pars: quia his caſibus non cenſentur verba ſimpliciter narratiua, ſed diſpoſitiua. Item quia qui vult conſequens, &c. l. illud. ff. de acquirenda hæredita. Et iſta colligere potes ex dictis Cyni in l. j. C. de fal. cau. adie. aliter verba narratiua non probant: vt l. ex his. & l. qui familiæ. alleg.

CONCLVSIO CXXVI.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Tacitum non valet plus quàm expreſſum.*
2 *Magis principale trahit ad ſe minus principale.*

IN executore deputato ad confirmationem electionis habet locum c. ſtatutum. de reſcript. lib. vj. videlicet ſi impetrans impetrat ſpecialiter contra certum, & ſunt ambo eiuſdem diœceſis & impetratur in tertia: totus proceſſus erit nullus. Sed ſi impetretur contra illos quorum intereſt generaliter nullo certo competitore expreſſo: tunc ſecus ſecundum aliquos. Tenui contrarium: quia tacitum † non va- 1

a let plus quàm expreſſum[a].l.qui ad certam.ff.loca. Si
tamen impetret epiſcopus diœceſis alterius, Papa vi
detur tunc ex certa ſcientia, non ob.c.ſtatutum.velle
quòd valeat proceſſus habitus extra communem
diœceſim &c.quia narrata &c.dixi in c.j.de conſtit.
lib. vj. in repetitione. & in hoc fuimus concordes.
Conſilia.Iſta concluſio habet tres partes.Prima eſt
clara coniungendo.c.ſi.de elec.libr.vj.cum c. ſtatu-
tum.alle.Secunda pars habet dubium:quia neceſſa-
rio requirit diſtinctionem. Nam aut loquimur de
parte illa illius c. quæ loquitur de qualitate perſo-
narum,quæ poſſunt à ſede apoſtolica vel eius lega-
to tunc deputari:& ponitur in § j. Aut loquimur in
parte tertia, quæ dicit vbi deputati iudices poſsint
procedere:& ponit in §.nullo quoque. Aut quæri-
mus de ſecunda parte quæ ſtatuit ad quæ loca ſeu
cum qua diſtantia valeant iudices huiuſmodi depu
tari: quæ ponitur in §. cum vero. & §. cum autem.
Aut loquimur in aliis partibus quæ ponuntur in §.
inſuper.& §.ſequentibus.vſque ad fin. Si loquimur
de prima,tertia & aliis partibus dictę decretalis prę-
ter ſecundam, credo huic ſecundæ parti huius con-
cluſiuuis locum non fote, ſed potius primæ, quę ha-
bet dictę decretali locum non fore:quia non ſubeſt
ratio quo ad illã, quare recedi deberet quo ad eam
à dicta decre.cum conuenienter in eis valeat obſer-
uari:& non reperitur contrarium eſſe à dicta decre.
exceptum. Sed in ſecunda parte decre. ſatis eſt du-
bium. Sed hic ſubdiſtinguo:quia aut loquimur de
huiuſmodi intereſſe prætendere valentibus ſeu prę-
tendentibus,qui ſunt in eccleſia, de cuius confirma
tione agitur, & qui potuerunt veriſimiliter proui-
deri: & tunc dicamus illos cõtra formam dictorum
§ §.cum vero.& ſaneùnus.trahi non poſſe. Nam po-
nendum eſt huiuſmodi edictum in loco in quo ve-
riſimile eſt tales eſſe:vt not. Accur.ff.ex quibus cau-
ſis in poſſeſsionem eatur. l.hæc autem. §. j. vbi ſunt
clerici & ſubditi ac prælarus illius eccleſiæ:quia illi
ſunt quos tangere poteſt, & qui poſsint veriſimili-
ter prætendere intereſſe:vt no.de elect.lib.vj. quo-
circa in glo. quorum intereſt vt canonici &c. facit
in ratione c.ſcriptum.&c.poſtquam.de elect. Aut lo-
quimur de aliis qui valent prętendere intereſſe,qui
non poſſunt veriſimiliter præuideri:& tunc pro-
pter impoſsibilitatem oportet fateri, quòd in eis
non ſeruetur forma.Idem ſi hi qui veriſimiliter prę-
uideri poſſunt, nõ ſunt in eadem ciuitate nec in ea-
dem diœceſi,nec ꝓpe ad duas dietas: ſufficit enim
tunc quòd in eccleſia fiat,vt ſunt illi quorum prin-
cipalius præſumitur intereſſe: quia in dubio, niſi ꝙ
2 magis principale † etiam debet ad ſe trahere id
quod eſt minus principale. ff. de ſtatu hominum.l.
quæritur.habetur oppoſitum ff.de vi & vi arma. l.&
ſi non ſunt.§.præueniamus.de præben. c.ſi is cui. de
caſi.de conſecratio.eccle.vel alta.c.vno.lib.vj.& cap.
quod in dubiis. eodem titu. in antiquis. cum ſimili-
bus.Licet ſecundum veritatem tales non videantur
trahi nec vltra formam non vltra locum, dict. cap.
Tertia vero pars noſtrę concluſionis patet per nota.
Cy.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam. l. finali.
poſt Iacobum, Petrum & Innocentium,cap.primo.
de reſcriptis gloſſ.capitu.primo.de conſtitutio. fa-
cit ff.de actione empti. l.prima. in fine. & l. empto-
rem,ſecundo reſponſo.de edilitio edicto. l.j. §.ſed ſi
quæratur.ff.de excu.tut. l.Vlpianus. §.fin. & eſt hoc
no. menti tenendum, imo tota concluſio, ſaltem
partes iij.vel ij.

a ¶ Expreſſum. *An vitiato expreſſo vitietur tacitum: vide ff. de vulg. & pup. ſubſtit. ſuper Rub. in materia ſubſtit. in materia vulgaris. circa fin. in pluribus partibus. Et not. quòd taciti & expreſſi eadem eſt ratio, & idem effectus, niſi diuerſitatis ratio appareat. Panor. in c. cum eccleſia. de cauſa poſ. & propr.*

CONCLVSIO CXXVII.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in cauſa confirmationis electionis eſt nulla parte non vocata.*

SEntentia † lata in cauſa talis confirmationis vel 1
informationis electionis eſt nulla ipſo iure, niſi
pars ad eam audiendam ſit vocata:quia talis ſenten
tia eſt diffinitiua. Conſilia. Vt ff. quæ ſen.ſi.appel. re-
ſcin.l.j.§.Item cum ex edicto. quia de longo ordine
h.c curandum non eſt:vt cle.diſpendioſam.de iudi.
iuncta clem.ſæpe. de ver.ſign.licet ſecus de iure an-
tiquo.no.Innoc.& alij doct.in d.c.fina.

CONCLVSIO CXXVIII.

De iure patrona. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Eyciens aliquem à poſſeſsione an dicatur bona fides poſſeſſor.*

2 *Epiſcopi collatio eſt ipſo iure nulla abſque præſentatione patroni.*

SI vnum patronum de poſſeſsione iuris patrona-
tus[a] eiecit epiſcopus ſine præſentatione alteri a
conferendum, ſic quòd collatio habet effectum, &
poſtmodum alia vice vni conferat executor deputa-
tus ad collationem epiſcopi:alij vero conferat exe-
cutor deputatus ad præſentationem patroni ean-
dem eccleſiam &c. obtinet collatio executoris de-
putati ab epiſcopo vel ad collationem epiſcopi. Sed
dubito: quia † eiiciens non poteſt dici bonæ fidei 1
poſſeſſor. Quid ſi non fuit deputatus executor ad
præſentationem patroni,ſed ipſe patronus epiſcopo
præſentauit? epiſcopus præſentatum admiſit, inſti-
tuit,& in poſſeſsionem induxit per nuntium apoſto
licum?hoc caſu præferri.de quo dubito:quia eoipſo
quòd epiſcopus admiſit præſentationem ſuam om-
nino renuntiare videtur.Sed dices quòd non poteſt
in præiudicium impetrantis cui iam ius quæſitum
extitit ad hoc beneficium : vt clem.conſtitutionem.
de elec.& c.ab eo.de appella.lib.vj.Item quòd ſi epi
ſcopus non eiicit patronum, ſed executor deputa-
tus ad collationem epiſcopi illud beneficium ſpe-
ctans ad præſentationem patroni tanquam ſpecta-
ret ad collationem epiſcopi contulit:& collatio ha-
bet effectum, & poteſt dici quæſito poſſeſſorio epi-
ſcopo, & per conſequens non poteſt dici patronus
etiam perdidiſſe. Dubito de his tribus concluſioni-
bus.Conſilia. Iſta concluſio habet tres partes. Quo
ad primam puto ſic poſſe diſtingui. An epiſcopus
† qui ſic contulit abſque præſentatione patroni ſci- 2
nerit an ignorauerit patronum eſſe in poſſeſsione
iuris præſentandi,& ad eum ius huiuſmodi pertine-
re:quia ſi ſciuit mala fide egit ipſum patronum ſpo-
liando. Ideo de iure non valuit ſua collatio,nec po-
tuit

ruit ius conferendi quærit illo modo.per no.Inno.de iur.patro.c.cura. Ideo executor datus ad eum grauandum ſi conferret,non ipſum,ſed patronum grauaret.Ideo non poterit, vt cap. cum in illis. in fine. & cap.mandatum.de præben.lib.vj. ſi ignoraſſet ſecus. quia licet vno actu non inducatur conſuetudo ſecundum communem opinionem:tamen vno actu bene acquiritur poſſeſsio:quia text.in plurali apprehenſiones non requirunt: & facit ff.de publi.l.cum ſponſus §.fi.Sed quis probabit ſcientiam?dico quòd allegans eam ff.de probationi.l.& regula præſumitur.Sed ſi probetur publica vox & fama, per aliam partem præſumitur ſcientia.extrà de poſtulatio.prælato.cap.j.qui ma.accu.poſſ.cum in tua. xvj.diſtinct. quid dicitis. niſi patronus per epiſcopum allegaret excuſationem,puta epiſcopum illum in locum alterius nouiter ſucceſsiſſe: quia tunc præſumeretur ignorantia faciliter:argu. regulæ qui in alterius. & l.fina.pro ſuo. maxime propter ius commune quod debebat credere ſibi competere. per hoc credo ſecundam partem dictæ ſecundæ concluſionis fuiſſe declaratam diſtinguendo vt ſuprà: quia diſſolutio rationis oppoſitæ in ſimili facto mihi placet. Tertia vero pars non habet dubium,per ea quæ dixi ſuprà centeſima ſeptima concluſione.

a ¶ Iuris patronatus. *Secundum Goffre Ius patronatus eſt authoritas ſiue poteſtas proueniens ex beneficiis ante conſecrationem eccleſiæ collatis. Et prouenit ex fundatione, donatione, & ædificatione, vel ſola collatione. vt xvi q. quaeſt. vij. filiis. Addo quod præſentatus ab eo qui ius præſentandi habet, & idoneus non admiſſus à prælato: ſi patronus non variet, habet ius in re. & poteſt agere contra inſtitutum à nemine vel à falſo patrono præſentatum. de re iud. cap. cum Bertoldus. Si autem verus patronus variat, primus præſentatus non habet ius ad agendum contra ſecundum præſentatum & inſtitutum. ſed poteſt agere contra prælatum qui eum præſentatum idoneum malitioſe non admiſit, differendo eum inſtituere, & difficultates ingerendo vt prouideat ei in beneficio competenti. iuxta ca. paſtoralis. ee ti.*

CONCLVSIO CXXIX.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In appellatione à grauamine omittuntur articuli appellationis.*

1 QVando appellatur à grauamine † de partibus vel ab auditore cameræ,omittimus articulum appellationis ſaluis expen. & procedimus ſtatim in negotio principali.Conſilia. Verum eſt altera parte vel vtraque hæc petente.Et hoc eſt verum:quia nunquam remittimus cauſam ſiue pronuntiemus bene proceſſum ſiue male, ſed ſemper remanet cauſa in palatio terminanda.Dic tamen de hoc melius & plenius prout dixi ſuprà in concluſione xxxvij.

CONCLVSIO CXXX.

De conceſsione præbendæ. *Rub.*

PAuper impetrans ante purificationem gratiæ ſuæ acceptare poteſt. Conſilia. Vide iſtam concluſionem repetitam infrà.

CONCLVSIO CXXXI.

De conceſsione præbendæ. *Rubr.*

PRæſumitur acceptatio facta infra tempus.Conſilia.Dic de iſta concluſione quod Pau.in clem. cum ei quem.de conceſsione præbendæ. prout dixi infià in quadam concluſione.

CONCLVSIO CXXXII.

De præſumptioni. & De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Expreſſa plus obſunt quàm tacita.*

PRæſumitur beneficium eſſe infra taxam. Hoc intellige ſi impetrans in genere expectanti certæ taxæ. Secus enim ſi certum beneficium impetraret cum expreſsione certæ taxæ: ſuper quo tamen dic, vt infrà dicam quadam concluſione. Ratio diuerſitatis eſt: quia † plus obſunt expreſſa quàm tacita:vt l.nonnunquam.ff.de conditio. & demonſtrat. 1

CONCLVSIO CXXXIII.

De officio delegati. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Collegæ delegati an teneantur admittere ſubdelegatum.*

IN forma pauperum hodierna in qua mandatur epiſcopo, quòd ſolus ipſe faciat:& ſi non vult vel non poteſt, quòd duo alij id exequantur:epiſcopus poteſt committere. Et intelligitur iſta concluſio ſi non vult vel non poteſt:videlicet nec per ſe nec per alium:licet fuerit de hoc pluries dubitatum.Conſilia.Vide ſuper hoc nota.de officio delegat.cap.cum plures.lib. vj. An poſsit fieri ſubdelegatio [a], non debet dubitari. vt de officio delegati. licet vndique. & capitu.coram.eodem titulo. cum ibi not. vbi legitur,& no. quòd collega † tenetur admittere ſubdelegatum collegæ cum ſimilibus. Sed eſt dubium an neceſſe ſit impedimentum eſſe tale & tantum quòd impediat ſubdelegationem ſeu ipſius delegationis facultatem. Caſus autem dubius iſte nõ eſſet in eo qui fuiſſet in procedendo requiſitus: quia ſi procedere per ſe vel alium voluiſſet, vel per ſe non potuiſſet,nec delegare voluiſſet,claro loco eſſet.per cap.prudentiam.§.addicimus.de offic.deleg.iuncto cap.ſciſcitatus.de reſcriptis. Nec puto tunc opus fore quòd delegando requireretur:quia illud de delegatione licet ſit facultatis:vt in c.quoniam.de off. deleg.tamen ſub verbis conditionis non cõprehenditur expreſſe.facit ff de re iudic.l.miles. §.j. cum ſimilibus. & ſibi imputet qui iuris facultate ſibi data vſus non eſt,cum poſſet:vt de officio deleg.cum ſuper. Caſus igitur remanet dubius in vere impedito procedere per ſe, qui tamen potuiſſet ſubdelegare qui non fuit requiſitus,& qui forte ſubdelegaſſet,ſi ſciuiſſet. Sed per nota.in cap.coram.deciditur:quia in caſu in quo propter impedimentum perpetuum vel temporale ineuitabile non poteſt per ſe,nec collegæ tenentur eius collegam admittere:& hoc caſu dictam requiſitionem non requiremus. aliàs ſecus. vide Ioan.And.in dicto c.coram.ſuper pen.glo.& in regula eum qui.libro vj.in quæſt.ibi per eum diſputata.& ex illis collige proxime dicta.

a ¶ Subdelegatio. *Nota quòd delegatus eſt cui cauſa committitur terminanda vel exequenda, vices delegãtis repræſentans: & in iuriſdictione nihil proprium habens. vt ff.de offic. eius cui mandata eſt iuriſd. l. j in fi. & extrà de offic. deleg. ſane. Subdelegatus autem eſt cui per aliquem habentem iuriſdictionem demandatur in iudicio aliquid, vel extrà iudicium faciẽdum non iure proprio. ſed de iure mandato. Et quæ requirantur vt delegatio valeat, vide Bart. in l. j. C. qui pro ſua iuriſd.*

CONCLVSIO CXXXIIII.

De præſumptionibus. *Rub.*

HAbilitates non negatæ præſumuntur: ſed in hoc plures contrãdixerunt. Conſilia. De hoc dic vt dixi ſuprà concluſione lxxvj.

CONCLVSIO CXXXV.

De præſumptionibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Sanitatis cõditio nõ facit ptãtem datã cõditionalẽ.*
2 *Actus conditionalis non probatur, niſi probatur purificatio conditionalis.*

SI epiſcopus ſuo officiali infirmo deputauerit alium donec ille curaretur ad decem dies: poſt ille alius expediuerit aliqua virtute dictæ commiſſionis: præſumitur infirmitas duraſſe vſque ad illos decem dies: vt acta valeãt potius quàm pereant: facit C. de mino. l. ſi minorem: Conſilia. Dicta l. bene fa
1 cit. Item facit † quòd conditio ſanitatis non facit poteſtatem datam conditionalem. Cum ergo conſtet de poteſtate pure qui excipiendo dat ipſam, eſſe finitam per conditionem ipſius ſanitatis euentum, probet conditionem eueniſſe per d. l. ſi minorem. &
2 per generalia duo. Primum quòd non † probatur ex illa actus conditionalis: niſi probetur purificatio cõditionis. vt ff. de conditio. inſti. l. ſi quis itaque hæreditatem. Et ſecundum eſt, quia in exceptionibus reus eſt actor. vt ff. de proba. l. in exceptionibus. Et facit quia in facto recenti non præſumitur eius mutatio ita ſubita, niſi probetur. facit quod legitur & no. præſertim. Cy. de proba. l. ſiue poſsidetis. modo ſatis recens tempus decem dierum: ergo &c.

CONCLVSIO CXXXVI.

De officio iudicis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium contra procuratorem detrahentem aliquid ex articulis productis contra ſuam partem.*

PRocurator ſi de articulo probato per producta ſuæ partis contra producta aliquid detrahit, quod inficit ius partis ſuæ, auditor poteſt ſana conſcientia pro veritate habenda illi procuratori hoc reuelare. Tum quia procurator id facere nõ potuit. Tum quia de voluntate ſua propria id feciſſe videtur, vt videtur. Tum quia non eſt veriſimile quòd vnquam dominus id mandaſſet. Conſilia. Quo ad verificationem, & probationem dictorum motiuorum: & de materia & verificatione concluſionis, vide ſuprà concluſione. cxxj.

CONCLVSIO CXXXVII.

De renunciatione. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Eo modo quo quis appellat, eodem modo poteſt & appellationi renunciare.*

PRocurator legitime conſtitutus appellans poſt commiſsionem ſuper appellatione factam auditori & terminum ſeruatũ per eundem in vim appellationis & commiſsionis prædictarũ coram au-
1 ditore præfato. poteſt † renuntiare & renunciat ſi comparcat citatus cora iudice à quo appellauit terminum prorogationis factæ per illũ iudicem à quo, inter ipſum appellantem & illum contra quem appellauit ad id agendũ. Conſil. De domino ſatis eſſet clarum per c. gratum. de offi. dele. cum ibi alle. & c. ſolicitudinem. de appel. & c. ex ore. de his quæ fiunt à maio. par. cap. & c. licet. de teſti. cum allega. in iuribus iſtis. de proc. idem dicendum eſt: tum quia ipſe eſt dominus. C. de procu. l. neque. & l. nulla. & quia eius eſt nolle &c. in regula iuris: ergo eodem modo ſicut appellarunt, ita appellationem renuntiant.

CONCLVSIO CXXXVIII.

De locatio. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Abſolutoria lata in prima inſtantia perit exceptione rei iudicatæ.*

LIcet conductor nõ poſſet locatori referre quæſtionem dominij. [a] cum pro eo non poteſt quis a
eſſe conductor rei ſuæ poſt quæſtionem dominij ab vtraque parte intentam: non poteſt actor accumulare. ſed ſuper eadem re quæſtionem penſionis. Pro primo. C. locati. l. ſi quis conducibilis. & ibi ſatis no. Pro ſecundo, eodem titu. l. qui rem propriam. Conſilia. De ſecundo plenius vide in materia cumulationis per Cy. C. de eden. l. edita. q. viij. per Dyn. in regu. nullus pluribus. lib. vj. verum eſt quòd coniunctio materiæ. l. qui rem propriam. ad naturam cumulationis prælibatam ſatis facit: quia abſolutoria lata
† in prima perit exceptione rei iud. In ſecunda: in eo 1
quia in re propria quis non poteſt conductionem recipere, vt l. qui rem. alleg. Sed non eſt ita clarum pro eo quòd proceſſus habitus in ſecunda nullum affert præiudicium in prima: quia in ſecunda non quæritur directe nec indirecte de dominio: ſed ſolũ de contractu: vt probat, ſi quis conductiones. alleg. vbi probatur quòd ita bene agit dominus, ſicut non dominus ex illo contractu. Tu cogita per te.

a ¶ Quæſtionem dominij. *Nota quòd dominium & iuriſdictio æquiparantur. vt l. qui furem. ff. de ſtat. hom. Et adde quod quando fit mentio dominij de directo intelligitur vt eſt gloſ. ſecundum Bald. ſingu. in l. j. § qui in perpetuum ff. ſi ager vectig. & quid ſit dominium plenum, vide Bart. in l. ij. de vſufruct.*

CONCLVSIO CXXXIX.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reſumptio cauſæ quid ſit.*

TErminus reſumptionis cauſæ præſentia vel contumacia partis non eſt de neceſsitate ordinis iudicis. Conſilia. Patet quòd reſumptio † cauſæ 1
huiuſmodi non eſt niſi quædam admonitio & aniſatio partis expreſſa: modo tantum valet tacita facta per citationem emiſſam ad procedendum in cauſa. ff. ſi cert. petat. l. certum.

CONCLVSIO CXL.

De officio delegati. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſurrogatus an eandem habeat poteſtatem quam primus iudex habebat.*

IVdex † ſurrogatus videtur ſurrogatus cum omni 1
ea poteſtate, maxime quo ad modum procedendi ſummariè, ſub qua potuit procedere primus iudex. Conſilia. De hoc vide quæ ſcripſi ſuprà concluſione xxxvij.

CON

CONCLVSIO CXLI.

De officio delegati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in diœceſi an de ciuitate dicatur.*

SI primus iudex fuit deputatus ſuper præſtimo-
a nus[a] ciuitatis & diœceſ.& ſurrogatus fuit datus
ad eam cauſam aliàs reſumendum in eo ſtatu non fa
cta mentione,niſi de præſtimoniis diœceſis,nihilo-
minus cognoſcere poterit de pręſtimoniis ciuitatis.
1 Conſilia.Quoniam † qui eſt de diœceſi,ſatis de ciui-
tate eſſe intelligitur.ar ff ad muni. l. qui ex vico. de
cenſi.l.forma.§.ſi verò.C.de epiſ.& cle. l.nulli. circa
fin.xvj.q.vij.omnes baſilicę.xxiiij.diſtin.quando.de
conſe.di.ſi quis etiam.ff.de ſet.expor.l.cur.C.eod.l.
vlt.Nec ob.de reſcrip.c.Rodulphus.quia ibi eſt ſpe-
ciale in noua impetratione reſcripti ad partes & ad
lites.vt not.glo.de rerum permu.c.vno.li.vj.in gl.ij.
& Ioan.Andr.in nouella.in d.c.Rodulphus. Modo
iſta commiſsio quæ non eſt noua nec voluntaria,
imo de iuſtitia non eſt odioſa,ſed fauorabilis. Præ-
terea hæc eſt irrationabilis, per l.nulli. C. de iudi. &
cap.diſpendia.de reſcript.lib.vj.

a ¶ Super præſtimoniis. *Præſtimonia quæ ſint & quibus dentur, nota per Compoſt. de elect.c.ſtatuimus.§.ſed poſtquam. & qualis mentio debeat fieri de præſtimonio, vide per Felin. in c. poſtulaſti. verſic. ſecundam. de reſcript.*

CONCLVSIO CXLII.

De libelli oblatione. Rub.

a TAcita libelli omiſsio[a] data tamé petitione ver
bali per notarium deſcribenda in actis, & fa-
ctaliris conteſt.ſuper ea non vitiat proceſſum appel-
lationis à diffinitiua, etiam in cauſa prophana. not.
Accur.in auth. offeratur.& gl.in cle.ſæpe. de verbo.
ſign.in glo.datur. per hoc Intelligo quod not. Inno.
de offic.deleg.c.cum contingat.& Ioan.And.de te-
ſta.c.Raynaldus.in nouella. Super hoc vide Archi.
de iura.calum.c.ij.lib.vj.Conſilia.Vide & dic de ma-
teria huius concluſionis,vt ſcripſi infrà,in quadam
concluſione.

a ¶ Libelli omiſsio. *Quid ſit libellus, & vnde dicatur: vide per Spe.titul. de libel.concep.§ ij.*

CONCLVSIO CXLIII.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Minor vigintiquinque annis, maior ſedecim, in negotiis ad quæ procurator eſt deputatus, vtrum poſsit eſſe procurator in iudicio.*
2 *Proceſſus an valeat ſi non ſit exceptum.*
3 *Fœmina an procuratrix fieri poſsit.*
4 *Secundum regulam iuris antiqui, an vnicuique iis quæ pro ſe introducta ſunt liceat renunciare.*
5 *Perſona minoris an ſit minus legitima, atque inhabilis ſtandi in iudicio.*
6 *An pars & index poſsint cum inhabili diſpenſare contra legem ſuperioris.*
7 *Minor curatorem non habens an ſit inhabilis.*
8 *Iura inducta in fauorem minoris iudicium habitum cum minore reddunt nullum.*

1 MInor † vigintiquinq; annis.[a] maior xvj. etiam
a in negotiis ad quę procurator deputatus eſt,
in iudicio procurator eſſe non poteſt: quod ſi fa-
ctum fuerit etiam parte tacite conſentiente, proceſ-
ſus tamen ipſo iure non tenetur, per l. exigendi. C.
de procuratorib.circa medium. & ff. de procurator.
l.minor. & eod. titul. libr. vj. qui generaliter. in fin.
Conſilia.Nec facit vt tunc dicebam poſt Guliel.Ga.
tacita aduerſarij renuntiatio:quia ius iſtud concer-
nit publicam vtilitatem.infrà de foro competent. ſi
diligenti.& per not.in cap.ſtatutum. de reſcription.
libro ſexto. & in hoc fuit concors conſilium exce-
pto vno legiſta. Nunc tamen credo contrarium:
quia Ioann.Andræ.not.in cap. non iniuſte. de pro-
curatori.& d.cap.qui generaliter.quòd valet † pro- 2
ceſſus, ſi non fuit exceptum. ratio, quia cum per-
ſona aliàs eſſet talis, quæ pro ſe poteſt in iudicio in-
teruenire, licet prohibeatur, ſi non excipitur, tunc
valet proceſſus.not. Dominus Ioan.poſt Abba. in c.
In noſtra.de procurator.arg.eod.titul.l.filius.c. ve-
terum.& C.eod.l.ita demum. Modo ſic eſt de mi-
nore,pubere tamen,vt l.exigendum.& capitulo fin.
de iudic.libro ſexto.alleg. in fin. optime not. Innoc.
in capitul.præterea. de ætat. & qualitat, Nec obſtat
quòd illud concernit publicam vtilitatem:quia plus
id concernit officium iudicandi & ponendi, & ita
tollitur iſta ratio.per l.j.§.præſentiam. ff. de poſtu.&
& cap.cum viceſimum.extrà de officio delegati; &
l.quadam.ff. de re iudic. Item tollitur. per l. milites.
C.locar.& conduct.iuncto §. veterum. alleg. In ſe-
cundo tollitur per l. minor. alleg. quæ aliam ratio-
nem aſsignat.& l.cum mandato.ff.de minor. Moti-
uum ſimile:quia fœmina † de iure prohibetur fieri 3
procuratrix.vt ff.de procura.l.neq; fœmina.& tamē
valet proceſſus habitus cum ea, ſi non fuerit exce-
ptum. vt Accurſ.in l.ita demum.C.de procu.dicens
idem de omnibus ſimilibus eſſe dicendum,cum di-
uerſitatis ratio non occurrat.Idem notauit ille ma-
ximæ authoritatis & ſcientiæ doctor Compiæ. vt
not.Io An.de reſcr.ſciſcitatus.Et idem videtur ibidē
notaſſe Inn. licet fateatur quòd alij contrarium di-
cunt. Et licet etiam dicat Comptæ.quòd contra di-
ctam opinionem de fœmina vidit ſententiam retra-
ctari:& inter cætera rogo, quòd perſpicaciter ſtu-
deat curioſus rationem prohib.tionis.Illa enim non
eſt publica vtilitas vel auctoritas iudiciorum: quia
ſic nullo caſu admitteretur minor ad procurandum
in iudicio contra ſuperius alleg.& patet argumen-
tum.quia in omni caſu huiuſmodi ratio eſſet vnifor
mis. Nec eſt illa,ne propter imperitia minoris lites
habeant intricari: quia maior peritia requiritur in
aduocato & iudice,in quibus contrarium eſt ſtatu-
tum,vt per ſuperius alle.Sed eſt illa ſola ratio,quam
ponit iuriſconſultus in l.minor. alleg. videlicet ne
pars aduerſa effectu finali in vita præiudicium ex
minorum priuilegio patiatur: videlicet cum minor
aduerſus male geſta, de quibus non dominus, ſed
ipſe tenetur reſtituere. Super quo vide Ioan.Andr.
in cap.non iniuſte.& capitu.qui generaliter. de pro-
curator. in vj. alleg. Modo regula iuris antiqui eſt,
quòd licet † cuique tacite & expreſſe renuntiare 4
his quæ pro ſe introducta ſunt.l.penul.C. de pactis.
Et rogo quòd hoc caſu ponderetur auctoritas Bon.
& Ioan.And.in c.non iniuſte.& cap.qui generaliter.
de proc.in vj.ꝙ ſaltem in dubio potius valeat quam
pereat.

pereat.de verbor. ſignific cap. abbate. Non obſtante quòd hoc fuerit oppoſitum & iudicatum per proceſſum errore expreſſo, cui tamen finem acquiruerunt ambæ partes. Diuiſa fuerunt alia vice conſilia: quia quatuor tenuerunt de proceſſu, videlicet dominus Simon de Regno, Robertus de Srratton, Galhardus de Noua eccleſia, & ego. & cæteri quinque contra, videlicet domini Petri de Sarcen. Thomas de Aman. Gul. Gal. Ioan. de Bi ycolis, Arnoldus Cartã. & Petrus de Narra. Ratio principalis per text. cap. qui generaliter, io fin. qui loquitur per verbum deputari nequibit. & per not. Cyn. in l. exigendi. C. eod.
5 videlicet de procuratore. Item quòd perſona minoris eſt ipſo iure minus legitima, non inhabilis ſtandi in iudicio habetur. C. qui le. per. ſtan. in iudi. hab. quaſi per totum. Saluo caſu. c. ſi annum, de iudic. li. vj. alleg. fuerunt non c. religioſus. de procurato. in clemen. & not. Ioan. Andr. in nouella. de procurato. in vj c. in noſtra. ſuper gl. quando dicatur in ſecunda ſuppoſitione, allegabatur, quòd ſententia non potuit de non procuratore facere procuratorem. not. Innoc. in c. ſuper literis. de procurato. nec etiam
6 conſenſu † partis nec iudicis cum inhabili diſpenſare contra legem ſuperioris. Item quòd error ſententiæ malè tollit præſumptum conſenſum partis. Item allegatur gloſ. cap. ſi in annum. In contrarium mouebatur ex not. Hoſtien. Iacob. de Aret. & Ioan. Andr. de procurato. non iniuſte. eod. titul. qui generaliter. lib. vj. in nouella. vbi Ioan. Andr. hoc tenet expreſſe. Item mouebat ex aliis per me ſuprà alleg. Dicebam
7 enim quòd minor † curatorem non habens per ſe non eſt inhabilis ipſo iure: licet in hoc habeat perſonam non legitimam: quia repelli poteſt, ne in præiudicium partis cõdemnatus reſtitui poſſet, ſed in hoc non fui exauditus: & forſan bene. per l. clare. C. de authot. præſtan. & ibi not. per l. fin. C. de legiti. tutori. & per not. in l. non eo minus. per Cyn. & per not. Innocen. in cap. præterea. de ætat. & qualitã. & per l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtitn. mino. à contrario reſponſum fuit, quia loquitur in extraiudicialibus. Sed in veritate hoc ſaltem mihi negari non poteſt, quin videlicet pro ſe ſaltem in ſui fauoré valet proceſſus habitus cum eod. vt l. non eo minus. & econtra ſe in caſibus infrà nota. Ex quo cócluditur quòd non eſt ipſo iure omnino inhabilis: antequam enim emanarunt iura inhabilitantia, habilis erat, vt de ſe
8 paret. Iura † enim quæ reddunt iudicium nullum habitum cum minore &c. ſunt iura ſpecialia ſolum inducta in fauorem minoris contra ius commune primæuum. vt l. non eo minus. ergo ab eis facilitet recedatur. ff. de teſtamen. milit. l. eius militis. in auth. de re. eccle. non alien. §. quia verò veriſimile. & ff. de pact. ſi minus. §. pactus. verſicu. quòd in ſpem dotis. Item nec debent talia extendi ad alios & c. vt regula priuilegium. & regula, in argumentum. de regul. iur. lib. vj. imò & verius loquar, non eſt inhabilitatus per iura, licet iura proceſſum habitum cum eo inquantum ſibi præiudicat, reddant nullum; ſicut de præſcriptione dicitur. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. l. finali. & hic ſubtilius. Præterea nec ſunt talia extendenda extra caſus expreſſos: quia viderur exorbitare à primæuo iure. argumen. regulæ, quæ à iure: nec reperies text.

contrarium: quia text. dicens perſonam minorum non eſſe legitimam, loquitur ſolum vbi pro ſe minor, & in ſui præiudicium in iudicio interueniret: & ita videtur expreſſe notare gloſ. quòd licet non pro ſe, tamen pro alio poteſt interuenire minor in iudicio, quia ſibi imputet, &c. Inſtit. qui & ex quibus cauſis manu. non poſſunt. §. penultim. argument. ff. de minoribus. l. eum mandato. in fine. non enim video quare non poteſt ita bene eſſe procurator, ſicut aduocatus vel iudex. per hoc eſt reſponſum ad alleg. in contrarium. ad textum enim in capit. qui generaliter, in fine. cum dicit deputari nequibit, ſubaudiam, videlicet cum effectu: quia repelli poterit per partem, vt opiniones concordentur. Ad not. in in cap. religioſus. & c. in noſtra. reſponſum eſt, minorem non eſſe omnino inhabilem: quia imo certis caſibus &c. valet cùm de momentanea poſſeſſione agitur. C. qui legitim. perſon. lege finali. & notatur in l. clatum. allega. §. item pro cunctis perſonis. vt ibi notatur, & in l. minor. ff. de procuratoribus. Secundò in cauſa beneficiali, capitulo, ſi annum, allega. quarto ſemper in ſui fauorem. vt l. non eo minus. quinimo dicit lex quòd cenſetur legitimus defenſor in caſibus, quibus non poteſt reſtitui, vt dicit lex minor. proximè allegata. Licet contrarium videatur notari ibidem, quod intellige parte opponente.

a ¶ Minor vigintiquinque annis. *Nota quòd minor annis vigintiquinque dicitur qui agit annum vigeſimumquintum. ff. de adul. l. ſi maritus §. minorem. non tamen qui dicitur ſupremum annũ vigeſimiquinti agit. ff. de manumiſ l. prima. quo ad honores tamen, annus inceptus pro completo habetur. ff. de munor. & ho. l. ad rempublicam. quo ad alia non, vt d. l. ad rempublicam. & de minoribus. l. ij.*

CONCLVSIO CXLIIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ æquales ab initio, licet duo poſtea eadem data ad eandem collationem idem beneficium acceptauerunt, quis præferatur.*

CVM gratiæ † ab initio ſint æquales, licet ex poſtfacto per hoc quod ambo expectãtes eiuſdem datæ ad eandem collationem idem beneficium acceptauerunt: reductæ ſunt ad æqualitatem, vel ſaltem ad contrarium, præfertur ſimpliciter habens gratiam fauorabilem pinguiorem vel latiorem. Nec attenditur ibidem quis primò præſentauerit & hoc credo caſum in capitulo duobus. de reſcriptis. Conſilia Super hoc vide concluſionem pleniſsimè diſputatam, quæ incipit, factæ fuerunt. 1

CONCLVSIO CXLV.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Facilius proceditur ad actum declarationis expediendæ, quàm ad diſpoſitionem inducendam.*

LIcet verba inſtrumenti [a] ſententiæ narratiua proceſſus habiti ante ſententiam non faciant aliàs plenam probationem de proceſſu, per ea quæ notat Innocentius de probationib. cap. quoniam contra. in gl. & per hoc patet. Sufficiunt tamen ad probandum a

probandum declarationem nominis procuratoris, quòd non fuit in relatione curſoris, qui citauerat ad ſententiam expreſſam: quia † facilius proceditur ad actum declarationis expediendæ: quàm ad diſpoſitionem inducendam. per not. ff. de teſtamentis. l. hæredes palàm. §. ſed ſi notan. Petrus de ſarcena. imo debebat allegare §. ſi quid poſt teſtium. verſic. quid verò: ſed non video quòd faciat: quia licet minor ſolennitas in declaratione requiratur: tamẽ quoniam ipſa declaratio ſit plene probanda, non probat ille textus, nec ibi not. Ideo crederem conſiderandum, an eodem die facta citatio & ſententia lata: & tunc inſtrumentum ſententiæ etiam quo ad citationem, ſit loco actorum, in quibus ſoli notario ſine teſtibus creditur. vt c. quoniam contra. cum ibi no. aliàs eſſet dubium forte in quo vellem declarari.

a ¶ Verba inſtrumenti. *De probatione quæ fit per inſtrumenta dicit Spe. ſecunda parte, titulo de probatio. §. 19. per totum.*

CONCLVSIO CXLVI.

De exceptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ petitur eſt ſpecificanda.*

ARticulum quo dicitur plus fuiſſe vel aliter fuiſſe ſcriptum in inſtrumento quàm actum, non valere niſi magis ſpecificè declaretur. Conſilia. Ratio quia talis non caderet in mente teſtis: ſic † res quæ petitur eſt ſpecificanda. l. ſi tem. ff. de rei vendic.

CONCLVSIO CXLVII.

De ſolutionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis non concernit res nec bona.*

DE antiquiori debito contra creditorem agentem ad effectum impediendum condemnationem opponi non poteſt. Conſilia. Et probatur dum agitur reali. ff. de rei vend. l. ſi is à quo. & in perſonalibus probatur, quia tale † non concernit res vel bona, ſed perſonam: nec reſpectum habent ad difficultatem præſtationis: vt l. fideicommiſſum. §. tractati. ff. de iudic. & l. j. §. hæredes. ff. ad Treb. iuncta l. ij. §. ex his. ff. de verborum oblig. & l. continuus. §. illud. eodem titul. imò occupatio per debiti receptionem ex cauſa exequendi ſententiam prioribus creditoribus perſonalibus præiudicat: vt ff. de re. au. iudi. poſ. l. ſi non expedierit. §. j. & de priuile. eredit. l. qui autem. §. ſciendum. cum §. ſequen. & l. pupillus in fin. Saluo quòd crederem hoc caſu tolli ius hypothecæ vel pignoris: quia idẽ ſequitur, & eſt ſuper hoc omnino: vide quæ pleniſsime dixi in lectura mea, in regula. qui prior. libro ſexto. &c.

CONCLVSIO CXLVIII.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper articulo attentatorum, an habeat vim diffinitiua.*

SEntentia [a] lata † ſuper articulo attentatorum ſic ſeenſetur vim diffinitiuæ habere: quia in ea non habet locum cle. appellanti. motiuum principale: quia articulus prædictus non differt à poſſeſſorio reintegrandæ, niſi quia ordo iudiciarius non requiritur hoc caſu. Conſilia. Vide primo notata Gui. Gal. in ſuis concluſionibus infra, & ſupra concluſione liiij. Et ex illis concludo ad propoſitum.

a ¶ Sententia. *Nota quòd hac dictio ſententia, ſimpliciter prolata, diffinitiua intelligitur. ff. quando appellandum ſit. l. j. §. biduum.*

CONCLVSIO CXLIX.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in cauſa appellationis quando cenſeantur nouæ.*

CAſu † quo in principali non fuerunt producta niſi extraordinaria, vel non fuerunt recognita ſigna & ſigilla, productio originaliũ & recognitio ſignorum & ſigillorum factæ in cauſa appellationis cẽſentur probationes nouæ. Conſi. Nõ habet dubiũ. 1

CONCLVSIO CL.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clementina Appellanti in quibus habeat locum.*

SI iudex † appellationis ab interlocutoria ſuccedit iudici à quo ad negotium principale, nihilominus ſi procedit ſuper articulo grauaminis habet locum clem. appellanti. Conſilia. Ratio quia cle. loquitur indiſtinctè. Item quia ſolum hic cognoſcitur de iniquitate iudicis primi. c. per tuas. de appel. & de mala appellatione propter expenſas. Modo licet ex alio capite poſſet interlocutoria per nouiter acitanda, alleganda, vel probanda reuocari, nihilominus ſtat quòd primus iudex æque proceſsit, & quòd pars tunc male appellauit: & quòd debet ſuccedere condemnatio expenſarum, ſicut dicimus de mutante libellum ex iuſta cauſa, qui nihilominus in expen. eſt condemnandus. C. de eden. l. edicta, & C. quomodo & quando iudex. qui ſemel. 1

CONCLVSIO CLI.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quot ſunt grauamina, tot cenſentur appellationes.*
2 *Appellanti perſiſtenti in appellatione poſt plenam reductionem in ſtatum, omnino ſunt dandi apoſtoli.*
3 *Apoſtoli quinam dicantur.*

SI à tribus grauaminibus appellantem iudex in termino reponit in ſtatu de duobus, & ſuper tertio non reponit, nec dat apoſtolos, ſublatus videtur totus effectus appellationis, ſic quòd citandus eſt ad omnes actus ſequentis appellationis, dummodo id tertiũ grauamen non exiſtat. Conſilia. De quo ſumme miror, quia cum à grauaminibus pluribus appellatur, † quot ſunt grauamina, tot cenſentur appellationes. ff. de verb. oblig. l. ſcire debemus. Sed conſtat ꝙ ſi à grauamine prætẽſo tertio etiã friuole talis appellaſſet: ſi iudex ſuper huiuſmodi appellatiõe requiſitus nõ daret apoſtolos, ſaltẽ refutatorios: eo ipſo proceſſus poſt habitus per eũ eſſet nullus: vt elatiſsime no. de app. c. vt ſuper. in gl. vlt. li. vj. igitur hoc caſu idẽ erit. Præterea † quia appellãti perſiſtẽti in appellatione poſt plenam reductionem in ſtatum, ſunt de neceſsitate dandi apoſtoli: vt no. Ioan. And. in dicto c. vt ſuper. in nouella. ideo fortius non plene reducta, 1 2

ducta, vel nouiter appellāt. Præterea, quia alias ſequeretur quòd onnquam ſupet appellatione friuola eſſent apoſtoli dandi, niſi dilarotij, contra decre-
3 cum appellationibos. de appell. lib. vj. Præterea † apoſtoli ſunt literæ iudicis à quo, quæ emanant ad inſtructionem iudicis ad quem & certificationem appellantis. Modo iſta bene requiruntur, cuio appellatio eſt friuola ſicut aliàs, igitur.

CONCLVSIO CLII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans non potens ſibi dari Apoſtolos, an ſit citandus ad alios actus.*

1 APpellantem † qui neceſſario ſibi in termino aſſignato ad dandum & recipiendom apoſtolos illos non petierit, neceſſe eſt poſtea citare ad alios actus, cum videatur ſuæ appellationi renūciare. Conſilia. Sed nec dictum nec ratio huiuſmodi videntur procedere, vt expreſſe no. Ioan. And. de dol. & contuma. c. eum qui. lib. vj. Et tamen nec in iſto paſſu nec proxime præcedenti, nec in alio, videlicet ſuprà proxime diſputata potui exaudiri.

CONCLVSIO CLIII.

De præbendis. De dilationib. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Annus dicitur currere non à die adeptæ poſſeſsionis pacificæ ſed à data literarum.*

2 *Pœna c. licet canon, non eſt admiſsio iuris ad rem, ed iuris in re.*

a PApa diſpenſando [a] cum eo qui tenuit eccleſiam parrochialem non promotus & in minori ętate per plures annos, nunc tamen factus maior committat executoribus quòd dummodo antea iſte dimittat totaliter eſtam eccleſia m à data directarom lite-
1 rarum à ſede apoſtolica ipſis executoribus ſe faciat ad ſacros ordines pro noueri annus † dicitur tunc currere non à die adeptæ poſſeſsionis pacificæ, ſed à data dictarum literarum. Conſilia. Tenui tamen quòd non quoad effectum priuationis: de qua in c. licet canon, de elect. libr. vj. non currit à dicta data, imò à die adeptæ poſſeſsionis ſeu temporis quo per eum ſteriſſet. & c. licet. ij. de præbeo. lib. vj. Fundamentum huius opinio est quia c. licet canon. imponens pœnam noo eſt ipſo iure aliqualiter extendendum, per c. ſtatutum. eo. titu. Et diſcutitur per Ioan. And. de reg. iur. c. in pœnis. libr. vj. In quæſtione fuerunt plures mecum ſequentes me. Sed dom. Pe. de Sarce. licet fateretur dictum meum procedere facta relatione & interpretatione verborom dictarum literarum, ſecundum ius tamen dicebat quòd ponderata mente papæ quæ in abbreniatione temporis iuris, videlicet dicti c. licet canon. de elect. libr. vj. propter culpam præcedentem voluit illum punire. Et maxime conſiderato quòd continue poſſeſsioni intendebat, præſumitur per hoc veriſimiliter continuo etiā ſtare per eum ſi ſtatim non renuntiaret ſibi quæ faceret prouideri per ſuos executores & poſſeſsionem aſſequeretur. Dicendum erat, quòd imò annus de quo in c. licet canon. currit à dara literarum. Cum re-
2 uerentia tanti patris iſte viderur mitior: quia † pœna c. licet canon. non eſt admiſsio iuris ad rem, ſed iuris in re: nec pœna impoſita per papam videlicet faciendo ſe promoueri infra annum, ſi pœna dici debeat extendenda: maxime quia per c. licet canon. quia illud nō imponit pœnam priuationis iuris ad rem, ſed in rem, quod non potuit iſti competere, quouſq; eſſet ſibi prouiſum de nouo: quia prius ius non habebat, licet aliqui veliot quo ad hoc facere æquiparationem de iure in re ad ius ad rem. per l. ſi quis in tantum. C. vnde v. coniuncto cum l. extat. ff. quòd metus cauſa. cum oo. iu dictis iuribus. Melius per c. eum qui. de præben. lib. vj. Sed prima iura oon imponunt pœna in ipſo iure, ſed ſi bene imagineris, ſoluere poteris ad ca. eum qui per teipſum. de hoc dixi infrà in quadam concluſiooe.

a ¶ Papa diſpenſando. *Nota quòd diſpenſatio per epiſcopum vel alium inferiorem à Papa non valet, niſi in caſibus permiſſis & cauſa cognita. Bart. in l. Barb. ff. de offic. prætor. Et quando diſpenſatio contra eccleſiaſtica inſtituta poteſt fieri per Papam: dic vt per gloſ. in c. propoſuit. de conceſ. præben. Adde quòd ſicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum, ſic diſpenſatio aliquando fit propter maius lucrum. j. quæſt. vij. diſpenſationes.*

CONCLVSIO CLIIII.

De proba. De excep. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Materiam obiectiuam quis teneatur probare, præſentatus, vel permutatus.*

VTrum ſi in caſu præſentatus per patronum ad dictam eccleſiam tanquam ad vacan. per oon promotionem dicti impetrantis contra illum qui cum dicto impetrante permutauit poſt aooum à data prouiſionis per executores illi impetranti factæ, & multos mēſes aote promotiooem à data literarum ipſius impetrantis computādos in articulis dictum impetrantem non fuiſſe promorum infra annum: ſit materia obiectiua. Secundo quis eam † probare 1
tenetur: videlicet an præſentatus an permutatus. Communis opioio eſt, quòd eſt obiectiua, & quòd eam tenetur probare permutatus pro eo quod petit ſibi adiudicari. Cooſilia. Quod materia in modo In quo datur de natura ſua nō eſt obiectiua: quia oporret certum modum vacationis exprimere & probare cuilibet peteoti ſibi adiudicari beneficium tanquam ſuum. Dixi præterea quòd nō incumbit probatio permutatiuo. Ratio: quia non incumbit probatio principali impetranti, de quo ſupra: ergo nec permutatiuo: patet conſequentia: quia minus probare habet permutatiuus qui de iure alterius agit, quā principalis qui agit de iure ſuo: probatur antecedens: quia in illo non fuodatur ius impetrantis, ſed bene priuatio illius iuris: modo ego nō video, quòd & ſi petens adindicationem beneficij teneatur probare ea per quæ conſtituitur ius eius: quòd tamen teneatur probare ea non eſſe vera per quæ dici poteſt ſuum ius fuiſſe extioctū. Nec poteſt dici quòd per conditionem in literis appoſitam de faciendo ſe promoueri infra annum à data literarum apoſtolicarum prædictarum, videatur quodammodo gratia conditionata. Hoc non eſt verum: quia illa verba nō ſonant conditionem: imo ſolum in quandam admonitionem: quod pulcherrime not. Io. mo. Et ſi ſic, ergo materia putatiui quantum tangit tempus præcedens

dens nouam prouiſionem impetrantis non valet. Et
dico prærerea quòd ſi incumbere deberet per not.
Innoc in c.veniens.de verbor. ſignificat. ſecundum
vnum dominorum meorum: ſed de hoc dubito. Sed
quicquid ſit, dico quòd ſi permutatiuus habuit ius
tali tempore de quo dicitur, videlicet eodem die
anni reuoluto: quo tempore conſiderato non po-
teſt dici a tempore adeptæ poſſeſsionis pacifice per
ipſum impetrantem cucurriſſe annum: nec ita per
conſequẽs ius quod eidem impetranti ex collatione
executoris competijt amiſſum eſſe, non arctatur ipſe
a permutatiuus probare permutationem: [a] imo plus
dico, quòd nec admitti deberet materia præſenta-
rius contraria, cum per prædicta appareret. tunc
eſſe impoſsibile de iure: igitur &c. licet in conſimili
hoc fuerit ponderatum. Sed domi. Petr. de Saccen.
quem multi ſecuti ſunt, dicit quòd imo ille impe-
trans probare haberet ſe promotum fuiſſe propter
mentem papæ. & propter culpam præcedentem: ſed
hoc non video, maximè ante adeptam poſſeſsionem
vel culpam negligentiæ adipiſcendæ commiſſam: vel
infra annum ab adeptione vel culpa huiuſmodi
computandum: neque video quòd poſtea: cum illud
non inficiat, vt dixi, acquiſitionem iuris ſui. Pone
enim quòd beneficium tuum impetraui tanquam
vacans per non promotionem, & ſtatim te ſpoliaui:
agimus tamen inuicem: petit quilibet adiudicatio-
nem: quis probabit promotionem vel non promo-
tionem? Nullus diceret promotionem probandam:
nec aliquid facit quantum ad hoc clauſula poſita in
literis, de qua ſuprà.

a ¶ Probare permutationem. *Nota quòd permutatio initium eſt emptionis. imo eſt emptionis ſpecies: vt dicit Specul. titu. de loca. & condu §. vj. verſi. cxxj. Sed an & quomodo differat ab emptione vide Bart. in l. j. & ij. C de rerum permuta. De permutatione autem beneficij, vide aliqua per Felin. in c. cum venerabilis. in princip. & ij. colum. in fin. ver. vtrum permutantes. de exceptio.*

CONCLVSIO CLV.

De iudicijs. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Modus citandi per audientiam eſt ſubſidiarius.*

SI principalis & procurator venerunt ad cauſam,
non ſufficit, quo ad effectum citandi per audien-
tiam, relatio de principalis receſſu à curia. Conſilia.
1 Ratio: quia † modus citandi per audientiam eſt ſub-
ſidiarius. nec ad eum recurritur, vbi pars præſens in
curia reperitur: modo procuratore præſente, qui re-
cepit onus, pars cenſetur præſens: igitur &c.

CONCLVSIO CLVI.

Vt lite pendente. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Actore mortuo, moritur cum eo ſua petitio.*

MOrtuo actore etiam in cauſa beneficiali, ſur-
rogatóque alio per Papam, neceſſe eſt reo ab-
ſenti, contra quem procedebatur per audientiam
intimare ſurrogatum veniſſe ad cauſam aliquo caſu
& econtra: quòd non credo. Conſilia. Ratio diuer-
ſitatis: quia mortuo actore reus eſt conſecutus ſuam
intentionẽ de iure. quia re ipſa ab actoris petitione
abſoluens, quia † mortuo actore, moritur cum eo
ſua petitio, cum ſit perſonalis. in auth. de nup. §. de-
inceps. ideo finita eſt lis, niſi reus velit plus proſe-
qui. no. in nouella, in c. vt hi contra quos. quod non
eſt præſumendum, quòd videlicet reus ſe expen. &
lite fatiget ſine cauſa. ff. de inoffic. teſta. & l. j. & ij.
ſed in actore ſecus: quia donec habeat ſententiam,
lis non eſt finita, quo ad eum: ſed durat eius petitio,
quæ dirigenda eſt contra illos, quorum intereſt, vt
dicto cap. vt hi contra quos. igitur primo caſu opus
eſt intimare rem veriſimilem. Secundo caſu huiuſ-
modi veriſimilitudine ceſſante ſecus.

CONCLVSIO CLVII.

Vt lite pendente. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Auditoris & coauditoris officium & iuriſdictio.*

AVditor † poteſt inhibitionem quam coaudi- 1
tor à quo ad eum fuit appellatum fecit, inti-
mare ad partes, non tamen inhibere: domini dubita-
uerunt. Conſilia. Primum non habet dubium. Se-
cundum eget diſtinctione: quia aut vult inhibere
in tota cauſa: & tunc non poteſt, niſi periculum im-
mineret: quia non habet iuriſdictionem in princi-
pali, niſi in euentum. Aut vult ſimpliciter inhibere,
ne aliquid in præiudicium iuriſdictionis talis, quam
habet in lite, quæ coram eo pendet, attentetur: &
tunc poteſt: quia lis cenſetur, licet talis, qualis co-
ram eo pendere citatione ab eo decreta & executa:
vt cle. ij. vt lite penden. & eſt ita iuſtum tunc nihil
attentari, ſicut aliàs agitur.

CONCLVSIO CLVIII.

De regula. De proba. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium idem de his quæ non ſunt, & de his quæ non apparent.*

2 *Confirmatio extraiudicialis, & voluntaria prælati non præiudicat domino.*

3 *Scientia certa refertur ad ſola excogitata.*

MOnachus [a] dicens ſe electum ad ſtudendum a
ad penſionem xxxv. librarum, ſecundum Be-
nedictinam, ſibíque ſatisfactum de penſione per
triennium, & abinde ceſſatum, ob hoc agens in pe-
titorio non probat per literas teſtimoniales vicario-
rum abbatis, de quorum vicariatu non conſtat: con-
firmatur. dum conuentus bona & adminiſtratorem
bonis abbatis & abbatiæ diſtincta non habeat: nec
per literas ſpeciales narrantes electionem factam,
licet non ſecundum formam Benedictin. e. & ea au-
ctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmantes:
nec per præmiſſa omnia ſimul. Conſilia. Concluſio
iſta habet quatuor partes. Prima pars eſt clara: quia
idem † iudicium de his quæ non ſunt, & de his quæ 1
non apparent. ff. de contra. empt. l. in lege. Patet ſe-
cundus: quia † confirmatio extraiudicialis & vo- 2
luntaria prælati, vel procuratoris eccleſiæ, domino
non præiudicat: not. & probatur à contrario extrà
de in integr. reſtitut. c. aduerſus. lib. vj. & not. de con-
uerſio. coniuga. ex parte. Patet ſecundum per c. edo-
ceri. de reſcript. cum ibi not. Patet tertium: quia iſta
narratio non procedit à verbis papæ, per clemen. j.
de prob. cum ibi no. Nec ob. verbum ex certa ſcien-
tia: quia illud verbum non tollit expreſſam ſurre-
ptionem, quæ papam decepit ad ita faciendum &
dicendum: ſed tollit effectum expreſſum de Bene-
dictina non ſeruata. Nam ad † excogitata ſola certa 3
ſcientia refertur. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſd. o. n. iudi.

Modo nō eſt veriſimile, quòd papa cogitauerit narrata fuiſſe falſa: imò veriſimile eſt. quòd voluerit ſuā affirmationem intelligēdam fore ſic, ſcilicet ſi preces veritat: nirantur. de reſcr. c. ex parte. Patet quartum per l. ſpadonem. § qui iura. ff. de cura. tuto. &c.

a ¶ Monachus. *Monachus ſecundum regulam beati Benedicti in clauſtro morari precipitur xvj. queſt. j. iuxta Calcedonenſe. Vnde etiam per acceptione dicitur. quod monachus clauſtro ſit contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita monachus ſine clauſtro. ea. cau. & q. c. placuit.*

CONCLVSIO CLIX.

De regulari. De aliment. Rubr.

IN caſu proxime maximè poſt concluſionem non eſt locus alimentorum monachi antedicti. Conſilia. Pro iuſtificatione huius concluſionis vide ea quæ ſcripſi ſuprà in concluſione lxxxviij. & not. de accuſ. ex parte. in fin.

CONCLVSIO CLX.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis terminus infra quot dies expiret.*

1 SI à tempore † publicationis proceſſuum executorum artantium infrà vj. dies &c. ille contra quem &c. exiſtens in loco remoto ad quinque dietas appellauerit infra xxv. dies ex cauſa probabili, probaueritque per tres teſtes inſinuationem factam ſolum per tres dies antè: danda eſt abſolutio ad cautelam. Conſilia. Ratio: quia illi vj. dies ſolum à tempore ſcientiæ computantur. ff. de cal. l. annus. ff. de ædili. edic. l. cum ſex. Modo legitima appellatio in tempore huiuſmodi intermedio hoc caſu bene ſuſpendit: vt c. præterea. de appel. & ibi no. per Inno.

CONCLVSIO CLXI.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Monachus prioratum habens an teneatur probare profeſſionem, & quomodo. & nume. 2.*

1 MOnachus † prioratum habens impetrans primus in data prioratum alium in articulis quos contra ſecundum in data dedit: det ſe expreſſe profeſſum, & aduerſarius negat, tenetur probare profeſſionem: ſed ſi aduerſarius confitetur illum fuiſſe priorem, & producat literam abbatis factam etiam lite penden. in qua narretur quòd ipſe abbas facta inquiſitione cum monachis ſui monaſterij reperit ipſum eſſe expreſſe monachum, & à iuuentute ibi monachatum, iurétque & ad mandatum auditoris

2 idem † monachus ſe expreſſe profeſſum: ſic videtur ſufficienter probata profeſſio. Conſilia. Materiam huius concluſionis quæ eo modo quo ponitur dubium non habet: vide ſuprà concluſione lxxvj.

CONCLVSIO CLXII.

De conceſſione praben. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria an poſſit vniri monaſterio, rectoria penes aliud monaſterium exiſtente.*

1 MOnaſterium † contra impetrantē ad eius collationem qui vicariā parochialis eccleſiæ acceptauit dans dictam eccleſiam totam cum omnibus fructibus & pertinentiis eiuſdem pertinere ad ipſum: admitti debet ad probandum. Conſilia. Ergo vicaria poteſt vniri & annexari monaſterio rectoria penes aliud monaſterium exiſtente. Si enim loquerentur de monaſterio habente rectoriā, non eſſet niſi quædam conſolidatio: quia penes eundem rectoria & vicaria eſſe non poſſunt. ſicut nec proprietas nec vſusfructus: vt l. vſufructui. ff. ſi vſusfruct. pe. cum ſimil. Sed hoc non obſtāre aliqui reputant dubium: puto tamen concluſionem intelligi, dum totam eccleſiam monachi ſibi vendicant negātes perpetuam vicariam ibi eſſe.

CONCLVSIO CLXIII.

De iure patronatus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta ſpreto patrono ipſo iure eſt nulla.*

COllatio † facta ſpreto patrono nulla eſt ipſo iure. xvj. q. vij. decernimus. licet Hug. exponat ibi irritam, id eſt, irritanda, contra verbi proprietatem: à qua tamen in dubio non receditur. ff. de legi. in l. non aliter. Nec ob. c. nobis. de iure patr. in fi. quia ibi exponendum, irritanda, id eſt, irrita nuntianda: ne corrigat decernimus. arg. l. iſta. C. de inoffi. teſta. Simile de elect. c. cum poſt petitionem. in fi. vide ſuprà Alex. poſt Fede. de lap. qui id tenere videntur. de re. permuta. cap. j. lib. vj. in iij. vel iiij. parte. j. vel ij. q. Dic de hoc vt infrà dixi. 1

CONCLVSIO CLXIIII.

De confeſſis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio procuratoris quando noceat domino.*

COnfeſſio † procuratoris nocet domino etiam reuocati, ſi reuocatio ad aduerſarium vel iudicem non peruenit. de confeſ. c. vlti. iuncto c. mandato. de procu. Conſilia. Vide materiā huius concluſionis infra in quadam concluſione, in c. mandato. allegato. & cle. cum illuſio. de renuncia. per Paulum & alios. 1

CONCLVSIO CLXV.

De fide inſtrumen. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentū notary quando iudicetur eſſe falſum.*

SI notarius † qui ex commiſſione ſuperioris de prothocolo notarij [a] mortui extraxit inſtrumentum ſuper venditione certæ domus, poſuerit hanc clauſulam in inſtrumēto, videlicet, domum inquantum ſe extendebat à ſolario vſque ad cœlum, quæ tamen in dicto prothocolo non erat caſu quo in ſolario ſuperiori erant cameræ ſuperiores non pertinentes ad venditorem, & omiſit interlineaturam: quæ videtur eſſe de eadem manu, qua dicitur iſtam domum venditam confrontari cum illo ſolario ſuperiori, tale inſtrumentum eo ipſo probatur falſum, & quòd verbum &c. poſitum in prothocolo ſe non extendat ad tales clauſulas ſubſtantiales. per not. In. in c. fraternitatis. circa princip. de hæretic. Conſilia. Ratio, quia inſtrumentum quod plus vel aliter continet, quàm res geſta in veritate ſe habeat, maxime circa ſubſtantiales, falſum eſt: per not. Innocen. vbi ſuprà. Modo ita eſt, quòd iſtud inſtrumentum plus continet in hoc quod addit de ſuo vltra tenorem prothocoli, & aliter quàm res ſe habeat in hoc 1 a

quod

quod omittſit id quod declarabit quantitatem tei venditæ: igitur &c.

a ¶ De prothocolo notarij. *Quid ſit prothocolum, & vnde dicatur, vide in aut. de tabellio. §. viis in gloſ. Et an prothocolum fidem faciat, & alia de prothocolo, vide quod notauit Albert. C. de fide inſtrumen. l. contractus.*

CONCLVSIO CLXVI.

De officio delega. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante an poſſit eligere & confirmare nouum epiſcopum.*

1 CApitulum † ſede vacante, non poteſt vti iuriſdictione à papa pro mortuo epiſcopo delegato: nec per conſequens proceſſus pauperum expectao. purificare loco epiſcopi. faciuot no. Ioan. And. de hæret. ad abolendam. ſuper vlti. gloſ. vbi hoc tenuit etiam in delegatione iuris, quod fortius eſt, licet Ioan. mona. contrariū tenuerit in c. vno. de maio. & obe. lib. vj. Conſilia. Pro quo Ioan. mona. facit de reſcript. c. eam te. Solutio. ibi loquitur in mandato oneroſo mādatorio de prouiſione fienda, quod non dirigitur ſucceſſori. j. cap. niſi cum ſucceſſione. Et nos ibi loquimur in mandato iuriſdictionis, quod concernit ſolum dignitatem cui dirigitur: & eſt ſtricte tenendum in terminis ſuis, vt ibi not. Innocen. Dic vt not. ſuper dicta gloſ. vltima.

CONCLVSIO CLXVII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Ius ad rem quomodo tollatur.*

PEr illa verba, ſi non ſit alteri ius quæſitum, tol- 1 lit † ius ad rem. Conſilia. Verum eſt de iure ad rem quod quæritur ex acceptione: quia id palatij vſurpatio ſeu obſeruatio obtinuit: & ita ſeruatur papa ſciente & tacite approbante; ſecus autem ſecundum Martinum de Salua, & alios modernos plures, & quaſi hodie videtur velle ſequi palatium de iure ad rem alio modo quæſito, videlicet per electionem, aut per patroni, clerici, vel laici præſentationem: quia illud non videtur papa velle tollere in dubio. not. Ioan. Andr. de præbend. ſi poſtquam. Et ipſe poſt Compo. de reſcript cap. cauſam. Præterea clauſula prædicta ponitur ad diminutionem, igitur non debet operari augmentum &c.

CONCLVSIO CLXVIII.

De libellis oblatione. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Articulari non poteſt in cauſa prophana de non contentis in libello.*

1 IN cauſa prophana † non poteſt articulari de non contentis in libello: quia in illis non poteſt dici reſtata lis. Conſilia. Intellige vel de facientibus directe vel indirecte neceſſario vel adminiculatiue ad illa.

CONCLVSIO CLXIX.

De iniurijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Condemnans aliquem actione famoſa, cùm de eius iuriſdictione non conſtet, qua pena puniendus.*

1 SI ille de cuius † iuriſdictione non conſtet, condemnauit in actione famoſa capitulariter aliquē: punitur ac ſi priuatus talem hoc cauſa occidiſſet ſeu diffamaſſet: vt ff. ad l. Iul. de pe. l. Iulia. in fi. & decernitur ſententia nulla. C. ſi à non compe. iudic. per totū. Conſilia. Non habet dubiū. quia caſus eſt vbi ſuprà.

CONCLVSIO CLXX.

De iniurijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actio de iniurijs quæ non dicatur prætoria.*

ACtio † inde competens non dicitur prætoria, 1 ſed perpetua. C. de ſa. l. vna. cum ibi not. & ff de iniur. l. Coro. cum ibi not. Conſilia. Vide materiam in remiſsionibus hic tactis: & per Cyn. de iniuria. l. ſi non conuicij. & Ioan. And. in additione Spec. eo. tit.

CONCLVSIO CLXXI.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus non tutus an excuſet vaſallum à iuramento fidelitatis.*

2 *Imperator an ſit vaſallus eccleſiæ Romanæ.*

CItatus a † perſonaliter coram papa de mandato a vel iuramēto fidelitaris, quo imperatori aſtrin- 1 gitur, ſe non bene excuſat, nec pro eo quod acceſſus per terram imperatoris non ſit tutus: ſed bene exceptio de ſenio vel corporali debilitate: quod itinerare vel equitare impediat. Conſilia. Ratio primi: quia in quocunque fidelitatis iuramento vel perſona ſemper ſupremi ſuperioris cenſetur excepta, vt extrà de iureiurand. c. venientes. cum concord. ibi no. in l. imperialem. §. fi. de prohi. feu. alie. per Federicum. Ratio ſecundi: quia † imperator qui eſt vaſ- 2 ſallus eccleſiæ, vt cap. ego Ludouicus. præſumitur vna cum ſuis terris ad eccleſiam Romanam, deuotionem & fidelitatē habere: igitur &c. ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile. Tertium eſt de ſe euidens.

a ¶ Citatus. *Alexand conſil. ij. incip. viſis. col. vij. verſic. & non dubium. in j. volum. dicit quòd princeps poteſt ſemper tollere citationem cauſa ſubſiſtente, per gloſ. quam dicit notabilem. in l. antepe. ff. ex qui. cau. maio.*

CONCLVSIO CLXXII.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta canonico regulari de beneficio cōſulto ſolum clericis ſecularibus aſſignari eſt nulla.*

COllatio † facta canonico regulari de beneficio 1 conſueto ſolum clericis ſecularibus aſſignari, eſt nulla: nec excuſat negligentiam conferre vel præſentare habentis quominus habeat locum deuolutio ad ſuperiorem. Conſilia. Non obſt. not. Inn. de conceſ. præbeo. c. cum noſtris. quia loquuntur in eaſu quo collatio tenet ipſo iure, licet priuari poſſit propter crimen: vt c. inter dilectos. de exceſſi. præla. & c. accedēs. de accu. & no. Compo. de elect. c. quòd ſicut. & Inno. de conceſ. præbeo. c. propoſuit.

CONCLVSIO CLXXIII.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares ius patronatus habentes, an poſſint ſuos canonicos præſentare.*

ARticuli † de priuilegio Vrbani quarti cōceſſo 1 certo collegio regularium, quòd ad talia beneficia, in quibus ius patronatus tempore priuilegij habebāt & poſſunt ſuos canonicos præſentare: item

quod pro eo tempore in tali beneficio ius patro-
natus habeant: ſunt boni & ſufficientes ad ener-
uandum materiam dictæ deuolutionis. Conſilia.
Concluſio dubium non habet.

CONCLVSIO CLXXIIII.

De ſenten.excommu. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia vbi eſt dubia & incertæ abſolutio non impeditur.*

1 VBi per contrarias † aſſertiones partium contu-
macia pro qua eſt aliquis excõmunicatus red-
ditur dubia, probabiliter non impeditur abſolutio:
nec ante omnia arctandus eſt excommunicatus ad
ſatisfactionem expenſarum: vel ad deponendum
pecuniam pro eiſdem: vt c.venerabilibus.§.idem eſt.
de ſenten.excommu.lib.vj. Conſilia. Intelligo con-
cluſionem de aſſertionibus ex probabilibus & veri-
ſimilibus cauſis factis: quia aliter dubium non fa-
ceret.per not.Cyn.C.de procura.l.j.

CONCLVSIO CLXXV.

De ſententia excommunicationis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio facta per non habentem iuriſdictionem.eſt iniuſta, nihilominus tamen valet.*

1 SI non † contumax [a] vt contumax excommuni-
a cetur per iuriſdictionem alias non habentem,
valet excommunicatio: ſed iniuſta eſt. Conſilia. Pro-
batur: quia talis eget abſolutione. text. de ſentent.
excommu.ſacro.§.j.ſa.xj.q.iij.cap.j.

a ¶ Contumax. *Nota quòd contumax ſecundum Iſido eſt qui comparere debet in iudicio. & non comparet. Et dicitur quandoque vere · quando dicit expreſſe iudici vel eius nuncio ipſum citanti, quòd non comparebit coram ipſo. Ficte dicitur quando latitat, aut facit quod citatio ad ipſum non perueniat: vel qui vocem iudicis audire contẽnit: licet hoc vltimo caſu poſſet dici vere contumax, & non præſumptiue.*

CONCLVSIO CLXXVI.

De offic.deleg. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reperiri verbi ſignificatio.*

2 *In iudicialibus ſemper requiritur partis vocatio.*

3 *Vocatio concernit magis ordinis formam, quàm ordinem.*

AVditor cui mandatur quòd ſi inuenerit illum
cuius beneficium eſt impetratum tanquàm va-
cans per eius non promotionem &c. per veriſimiles
coniecturas non fuiſſe promotum, præfigit ei tem-
pus infra quod doceat de promotione vel de impe-
dimento aut diſpenſatione ipſius in formatione hu-
iuſmodi. debet primo vocare partem. Cõſilia. Ratio
1 quia verbum † reperieris, propter quod adiicitur in
perſona iudicis & circa materiam iudicialem accipi-
tur pro verbo, ſi conſtiterit. arg.ff.loc.l.ſi vno anno.
2 cum in iudicialibus ſemper † requiratur partis vo-
catio. de maiori. & obedien.c.inter quatuor. de teſti.
In nomine domini. Item forſan ſecundum quen-
dam dominum aliter & non valet præfictio tanquã
facta forma non ſeruata. de offic.deleg.c.venerabili.
de reſcrip.cum dilecta. de reſtit.ſpoliato.c.Piſanis.de
elect.c.proponda.lib.vj. Sed hoc dominis nõ placuit,
quia ordo ille ſecũdum eos non apponitur hic ſtu-
dioſe per papam vt faciat formam.alleg.no.Inno.in
d.c.cum dilecta. in glo.no.pro ordine. Item quia vo-
3 catio † non tam ordinem quàm ordinis formam &
quàm partis iuſtitiam concernit.

CONCLVSIO CLXXVII.

De offic. delegati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum legitimum allegans, quare non probauerit promotionem infra terminum ſibi præſcriptum iudicis officio ſubleuari debet.*

2 *Permutatio facta contempto patrono eſt nulla.*

3 *Collatio ad patronum, inſtitutio ad Epiſcopum pertinet.*

4 *Aequitas exorbitans inducta in fauorem certarum perſonarum, debet ſic interpretari quòd alÿs non noceat.*

5 *Epiſcopi voluntas præfertur patroni, quo ad vtilitatem eccleſiaſticam.*

IN caſu concluſionis † proxime præcedentis, ſi ta- 1
lis &c. non probauit infra terminum promotio-
nem. impedimentum vel diſpenſationem: tamen iu-
dex æquitate dictante propter graue præiudicium
maxime aliquo veriſimili colore faciente pro illo:
poterit alium terminum dare: maxime ſi aliquod
probabile allegetur: puta diſpẽſatio autoritate apo-
ſtolica facta &c. Non ob.c.coram. de reſtit.in integ.
quod pro contrario alleg. Conſilia. Facit ff.de iudic.
l.nonnunquàm. & l. & poſt edictum. in princip. vbi
poſt peremptorium datur aliud. Eo quod tenui ſu-
prà in vna concluſione permutationem † factam 2
non valere, [a] mouebat hoc motiuo: quia facta per a
epiſcopum contempto patrono eſt nulla. xvj.q.vij.
decernimus. nam nõ † collatio, ſed inſtitutio ad eum 3
pertinet: igitur &c. argu.c.cum in illis. de præbend.
in vj. Item quia debet patronus vocari renuntiatio-
ne. per not. in c.admonet. & c. quòd in dubiis. & c.
cum illuſio. quod dicit culpam in facientibus re-
nuntiationem non vocatis patronis qui debuerunt
inquiri: & in hoc caſu locum non habet æquitas c.li-
cet. in vj. & cle.vnica. de re.permuta. quæ habet lo-
cum carentibus: & ita videtur notaſſe Ioan.And.ſu-
per gloſ. quid in penultima ſuppletione. Item quia
illa æquitas exorbitans non habet locum, niſi in
ceſſione iuris vtentibus & permutantibus ſecũdum
formam iuris: modo eſt forma iuris, quòd vocentur
patroni &c. & aliter facere eſt contra iura &c. Item
quia æquitas † exorbitans inducta in fauorem cer- 4
tarum perſonarum debet ſic interpretari, quòd aliis
non noceat, niſi quanto minus poteſt, &c. l.nec an-
nus. C.de emanci.libe. & c.quamuis. de reſcri.in vj.
Igitur æquitas c.licet. & clem.alleg. ſic eſt interpre-
tanda in fauorẽ permutare volentium: quòd quanto
minus poteſt præiudicet patronis, de quorum præ-
iudicio principaliter non eſt cogitatum: vt videlicet
præſentetur, vel ſit præſentatio voluntaria eius quẽ
voluerint: & ſit in poteſtate eorum permutationem
eorum impedire vel ſaltem neceſſaria, vt ſatisfiat
iuri eorum in præſentatione permutantium. aliqua
enim quandoque ſic fiunt ſolum vt ſatisfiat iuri. de
renun. c. ſi de cauſa. ſic hic vltra vertitur intereſſe
patroni, qui ſe poterit contra permutationem oppo-
nere pro ſuo intereſſe. tunc autem dico locum eſſe
neceſſario præſentationi: cum videlicet patronus
vocatus fuit, & in renuntiatione conſenſit: vel cum
permutatio fit propter vtilitatem eccleſiæ, euiden-
ter. & vocatus patronus non habet iuſtam cauſam,
quam poſſit opponere contra ipſam. arg. de his quæ
fi.à maio.par.ca.c.j. vbi vocatus non eſſet patronus
nec

nec renunciationi conſenſit: vel vocatus contra eum iuſta cauſa reclamaret: tunc dicerē locum eſſe præſentationi voluntariæ. Ratio primi membri quo ad primam partem. per not. in cle. vnica. alleg. in gl. penult. in fi. Ratio quo ad ſecundum, quia quo ad vti-
5 litatem † eccleſiaſticam, non debet aliquis contra epiſcopū ad quem principaliter pertinet, ſine cauſa rationabili exaudiri. per cap. j. alleg. cum ſimilibus. Ratio ſecūdi membri quo ad partem primam: quia æquitas c. licet. & cle. j. alleg. locum habent ſecluſa culpa ex parte permutantium pro notaris in ſuppoſitione proxime alleg. Item & ſolum in permutantibus ſecūdum iura. in d. c. licet. & in confeſsione iure vtentibus. vt in cle. alleg. & ita optime facit gl. in d. cle. Quo ad ſecundā partem ratio eſt clara: quia aliàs fruſtra vocaretur per rationem c. j. de his quæ fi. à ma. par. ca. Prætetea maius præiudicium eſſet patronis permutationem valere, licet irritanda foret, quàm ſi irritata eſſet ipſo iure: quia primo caſu impediretur præſentare illa non caſſata. per no. de electio. c. conſideramus. Secundo caſu non: & tamen per rationem tactam de minori præiudicio interpretandum eſt. Item conſenſus inquirendus ſecundum omnes eandem vim habere debet, ſicut haberet ius præſentandi cum loco illius ſuccedat: & maxime, quia c. quæſitum. de re. permu. nullo modo de illius patroni præſentantis præiudicio cogitauit: igitur &c. faciunt iura dicentia, quod tes ſubrogata &c. licet fatear quòd aliàs ſit generale. videlicet quòd cum expeditio alicuius actus ſpectat ad aliquē cum conſenſu vel conſilio alterius † expeditio facta ſine huiuſmodi conſenſu vel conſilio bene valet ipſo iure. de elect. c. quòd ſicut. de præſcrip. c. cum in eccleſiis. de his quæ fi. à præla. c. cum vos. de arbi. cum olim. xij. q. ij. ſi qua de rebus. per no. Inn. de re. eccleſ. non alie. c. j. in vj. & glo. in regula, ratum. & regula. is qui tacet. in vj. in quæſtionibus ibidem diſputatis. & adde ad hæc ea quæ dico infrà in quadā cōcluſione.

a ¶ Non valere. *Nota quòd autoritas de permutatione ſuorum inferiorum non pertinet ad epiſcopum, nec valet. niſi ad ipſum pertineat collatio vel inſtitutio illorum beneficiorum: ſed pertinet ad eum ad quem collatio vel inſtitutio pertinet. ar. c. ad hæc. §. fin. de offic. Archid. & in c. ſuper eod. in fin. in verſicu. præſentandus.*

CONCLVSIO CLXXVIII.

De rerum permutatio. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Promot us vltimo die anni an poſsit permutare.*
2 *Proceſſus habitus cum minore 25. annis an valeat.*

1 NOn promotus † vltimo die anni, de quo in c. licet canon: & c. commiſſa. de elect. lib. vj. non poteſt permutare ſecundum Ioan. And. in q. per eum diſputata in regula, mora. lib. vj. Conſilia. Ego fui contra: per gloſ. in c. vnico. de re. permuta. in cle. ſed non fui exauditus. vide ſuper hoc not. Ioan. And. in q. per eum diſputata in reg. mora. de regu. iur. lib. vj. Item quòd ſi priuatus per c. licet canon. obtinuit habilitatem & gratiam de prouiſione nouiter facienda, ſic quòd ante dimitteret eccleſiam, & quòd infra annum à data gratiæ faceret caſu quo ei fieret prouiſio ad ſacerdotium promoueri: currit annus cum repetitione pœnæ c. licet canon. à data præſentium, ſicut in c. cum ex eo. eo. tit. & li. eg contra per rationem c. ſtatutum. eo. tit. & li. & no. Ioan. And. in regula, in pœnis. & Guil. Gal. ſed non fuimus exauditi, licet eadem pœna c. licet. tollat ius in re &c. & adde hęc ad dicta ſuprà in concluſione xvj. Item ſuper hoc vtrum † valeat proceſſus habitus cum procuratore minori xxv. annis. Non ob. quòd de hoc fuerit oppoſitum, ſi fuit iudicatū pro proceſſu errore expreſſato: ab tamen ſententiæ acquieuerunt ambæ partes, diuerſa fuerūt conſilia: quia quatuor tenuerunt pro proceſſu, & cæteri quinq; cōtra: de quo dic pleniſsime, vt dixi ſuprà in quadam concluſione. 2

CONCLVSIO CLXXIX.

De rerum permutatio. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Permutatio facta contempto patrono an valeat.*

PErmutatio † facta cōtempto patrono, valet ipſo iure. Ego contra per dictam gloſ. & id quod no. Ioan. And. eo. tit. licet. lib. vj. ſuper glo. quid ſi in ſuppoſitione antepenult. ſed non fui exauditus. allegabam alia quæ omitto. 1

CONCLVSIO CLXXX.

De electione. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna cap. licet, tollit ius in re.*

SI priuatus per c. licet canon. obtinuit habilitatē & gratiam de prouiſione noua fienda: ſic quòd ante dimitteret eccleſiam, & quòd infra annum à data gratiæ ſe faceret caſu quo ei prouiſio fieret ad ſacros ordines promoueri: currit annus cum repetione pœnæ c. licet canon. à data præſentium, ſicut c. cum ex eo. eod. titu. & li. Ego contra per rationem c. ſtatutum. eo. tit. & li. Et no. Ioan. And. in regula, in pœnis. & Guil. Cal. & non fuimus exauditi, licet adderem † quòd pœna c. licet. tollit ius in re. 1

CONCLVSIO CLXXXI.

De rerum permutatio. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per Epiſcopum contempto patrono eſt nulla.*
2 *Aequitas exorbitans inducta in fauorem certarum perſonarum, debet interpretari, quod alys non noceat.*
3 *Præſentationi voluntariæ quando ſit locus.*

IN eo quod renui permutationem factam contempto patrono non valere: mouebat hoc motiuo: quia † collatio facta per epiſcopum contempto patrono eſt nulla. xvj. q. vij. decernimus. Nam non collatio, ſed inſtitutio ad eum pertinet. igitur argu. de præben. cum in illis. li. vj. Item quia debet patronus vocari in renuntiatione: per not. in c. admonet. & c. quod in dubiis. & c. illud. quod contra dic. culpam in facientibus renuntiationem non vocatis patronis qui debuerunt inquirere, & in hoc caſu non habet æquitas. c. licet canon. lib. vj. & clem. vnica. de re. permuta. quod habet locum carentibus. & ibi videtur notaſſe Ioan. And. in glo. in ver. quid ſi. in penult. ſuppoſitione. Item quia illa æquitas exorbitans non habet locum niſi in conceſsione iuris vtentibus & permutantibus, ſecūdum formam iuris non forma iuris quòd vocentur patroni &c. Et aliter facere eſt contra iura &c. Item quia † exorbitans inducta in fauorem certarum perſonarum debet ſic interpretari, quòd aliis non noceat, niſi quantum minus: & eſt lex, nec cuius. C. de emancip. libe. & c. quamuis. 1 2

de reſcript.lib.vj.Iglrur æquitas c.licet canon.& cle.
allega. ſic eſt interpretanda in fauotem petmutare
volentium: vt quantum minus poteſt præiudicet
patronis, de quorum præiudicio principaliter non
a eſt cogitatum, vt videlicet præſentent: [a] vel præſen-
tatione voluntaria, videlicet quem voluerint: & ſit
in poteſtate eorum impetrare: vel ſaltem neceſſatia,
vt ſatisfaciat iuti eorum in præſentatione permu-
tati. Aliqua enim ſic fiunt quandoque ſolum, vt ſa-
tisfaciant iuri. de renuntiatio. c. ſi. de cau. poſ. c. cum
eccleſia. Sed hic vltra verritur intereſſe patroni qui
poterit formam contra permutationem opponere
pro ſuo intereſſe. Tunc autem dico locum eſſe ne-
ceſſariæ præſentationi, cum videlicet patronus vo-
catus fuit. & in renũtiatione conſenſit, vel cum per-
mutatio ſit propter vtilitatem eccleſiæ euidentem,
& vocatus patronus non habet iuſtã cauſam, quam
poſſet opponere contra ipſum. argu. de iis quæ ſi. à
3 maio. par. ca. c. ij. vbi autem non † eſſet vocatus pa-
tronus, nec renuntiationi conſenſiſſet, vel vocatus
cum iuſta cauſa reclamaret: tunc dicerem locum eſſe
præſentationi voluntariæ. Ratio primi membri quo
ad primam partem per no. in clem. iſta alleg. in gloſ.
pen. in fi. Ratio quo ad ſecundam: quia contra vtili-
tatem eccleſiarum non debet aliquis contra epiſco-
pum, ad quẽ principaliter pertinet ſine cauſa exau-
diri, per c. j. alleg. cum ſimil. Ratio ſecundi membri
quo ad primam partem: quia æquitas c. licet. & cle.
alleg. locum haberet ſecluſa culpa ex parte permu-
tantium. per no. in ſuppoſitione proxime alleg. Item
& ſolum in permutationibus ſecundum iura, vt d.
c. licet. & in conceſſione iure vtentibus: vt in clemẽ.
alleg. & ita optime facit glo. j. dictæ clemen. Quo ad
ſecundam partem, non eſt clara: quia fruſtra voca-
retur aliàs per ca. ratione. in cap. j. de his quæ fiunt
à maio. parte ca. alleg. Præterea maius præiudicium
eſſet patronis permutationem valere, licet irritan-
da foret, quàm eſſet ſi irrita eſſet ipſo iure: quia po-
ſito caſu impedirentur præſentate illa non caſſata,
per not. de elect. conſideramus. Secundo caſu non:
& tamen per rationem tactam de minori præiudi-
cio interpretandum eſt. Item conſenſus requiren-
dus ſecundum omnes eandem vim habere debet
ſicut haberet ius præſentandi, & loco illius ſucce-
dat: & maxime quia c. quæſitum. de rerum permu-
tatio. nullo modo de illius patroni præſentantis
præiudicio cogitauit &c. faciunt iura dicentia, quia
res ſurrogata &c. licet fateor: quia aliàs ſit regu-
lare, videlicet quòd cum expeditio alicuius actus
ſpectat ad aliquem cum conſenſu vel conſilio alte-
rius. expeditio facta ſine huiuſmodi conſilio vel
conſenſu bene valet ipſo iure. de elect. quòd ſicut.
de præbend. c. cum in eccleſiis. de his quæ ſi. à præ-
lat. c. cum nos. de arbi. c. cum olim. xij. quæſt. ij. ſi qua.
de re. eccle. non alie. cap. j. in fin. lib. vj. & in re. non
firmatur. eod lib. Saluis no. iuris regu. rati. & regu.
ratum. & regu. is qui tacet. lib. vj. in quæſtione vide-
licet diſputata de hoc per Alexand. poſt Federic. &
Lap. in capi. licet.

a ¶ Præſentent. *Nota quòd præſentatio pertinet ad patronos. Et de duobus præſentatis quis ſit potior: nota extra de iure patro. cum autem. Et de tali præſentatione nota per Goſ. & Hoſt. in ſum. & Specu. eo. tit. de iure patro.*

CONCLVSIO CLXXXII.

De procura. De iudic. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus habitus cum procuratore minorum 25. annis, cum de hac re fuerit propoſitum in iudicio, an valeat.*
2 *Minoris perſona eſt inhabilis ſtandi in iudicio.*
3 *Minor quare in iudicio repelli poſſit.*
4 *Iura, quæ reddunt proceſſum habitum cum minore, ſunt contra ius commune primæuum.*
5 *Minor quando non ſit inhabilis.*

AN valet † proceſſus habitus cum procuratore 1
minorum xxv. annis, non obſtante quòd de
hoc fuerit propoſitum & iudicatum pro proceſſu
errore expreſſato, cui tamen ſententiæ acquieue-
runt ambæ partes. Diuiſa fuerunt Conſilia. Quia
quatuor tenuerunt pro proceſſu: videlicet domini
Simon de regio, Robertus de Straton, Galhardus
de noua eccleſia: & ego. Cæteri quinque contrà: vi-
delicet Petr. de Sarc. Tho. de Amanticis, Guil. Gal.
Ioan. de Vaytolis, Arnoldus terreni, & Pet. de Natra.
Ratio principalis per text. c. qui generaliter. in fin.
qui loquitur per verbum, deputari nequibit. & per
not. in l. exigendum. C. eo. videlicet de procura. Item
quòd perſona † minoris eſt ipſo iure minus legiti- 2
ma, imo inhabilis ſtandi in iudicio. C. qui legit. per-
ſonam ſtandi in iudi. habeant. quaſi per totum. C. de
procura. non eo minus. Saluo c. ſi annum. de iudi.
lib. vj. alleg. fuerunt not. in cle. religioſus. de procu.
in cle. & not. Ioan. And. in nouel. de procu. in noſtra.
ſuper gloſ. quando dicatur in ſecunda ſuppoſitione.
allegabatur etiam quia ſententia ſuper hoc lata non
potuit de non procuratore facere procuratorẽ. not.
Inn. in c. ſuper literis. de procu. Nec etiam conſenſus
partis nec iudicis cum inhabili diſpenſare, contra
legem ſuperiuris: item quia error ſententiæ male
tollit præſumptum contrarium partis. alleg. glo. c. ſi
annum. In cõtrarium mouebar ex no. Hoſt. & Iacob.
de Aret. & Io. And. de procu. non iuſte. ſuprà eo. li. vj.
qui generaliter. in nouel. vbi Ioã. And. hoc tenet ex-
preſſe. Item mouebar ex tactis per me ſuper fol. iiij.
collat. ij. Dicebam enim quòd minor curatorem non
habens per ſe non eſt habilis ipſo iure: licet in hoc
habeat perſonam non legitimam: quia repelli † po- 3
teſt ne in præiudicium partis condemnatus reſtitui
poſſet. [a] ſed in hoc nõ fuit exauditus: & forſan bene a
per l. clare. C. de autori. præſtan. & ibi not. per l. fi. C.
de legi. tuto. & per not. in l. non eo minus. in princ. &
ad no. Inno. in c. præterea. de æta. & qualita. & l. ſi cu-
ratorem. C. de in inte. reſt. minor. A cõtrario reſpon-
ſum fuit, quòd loquitur in extraiudicialibus. Sed in
veritate hoc ſaltem mihi negari non poteſt, quin vi-
delicet ſaltẽ pro ſe & ſui fauore valeat proceſſus ha-
bitus cum eo. l. non eo minus. & contra ſe in caſibus
infrà no. ex quo concluditur, quòd non eſt iure ipſo
omnino inhabilis: antequam enim emanarent iura
inhabilia, habilis erat, vt de ſe patet. Iura enim † quę 4
reddũt proceſſum nullum habitũ cum minore &c.
ſunt iura ſpecialia ſolũ inducta in fauorẽ contra ius
cõmune primæuũ. vt l. non eo minus. ergo ab eis fa-
ciliter receditur. ff. de teſt. mili. l. eius militis. in auth.
de re. eccle. non alien. §. quia vero veriſimile. & ff. de
pact.

[illegible] vn[illegible] quod in ſpecie datur. Item [illegible] bent [illegible] ad alios, &c. vt reg. priui[illegible]. & [illegible] unica [illegible] de regul. iur. lib. vj. [illegible] v[illegible]s loq[illegible]ar, non [illegible] inhabilitatus per iu[illegible] iura p[illegible]ce[illegible] tamen habitum inquan[illegible] præiu[illegible] reddant nullum: ſicut de præ[illegible]itur. C. in quib. cau. in integr. reſtit. non eſt neceſ[illegible] fin. Et hoc ſubtilius. præterea nec ſunt talia extendenda extra caſus expreſſos: quia videntur à primæuo iure exorbitantia. arg. regulæ, quæ à iure, nec reperies aliquod ius in contrarium: quia text. dicentes minorem non eſſe perſonam legitimam, loquuntur ſolum, vbi per ſe minor in ſui præiudicio interueniret: & ita videtur expreſſe notare glo videlicet, quòd non pro ſe, tamen pro alio poteſt minor interuenire in iudicio: quia ſibi imputet, &c. inſtitut. qui pe. & ex quibus cauſis maio. non poſſ. §. penult. ff. de minor. l. cum mandato. in fi. non enim video quare non poſſet minor eſſe ita procurator, ſicut aduocatus, vel iudex: & per hoc eſt reſponſum ad alleg. in contrarium. Ad text. enim cap. qui generaliter. in fi. cum dicit deputati nequiuit. ſubaudiam, videlicet cum effectu: quia repelli poterit per partem: & opi. concordentur. Ad not. in clem. religioſus. in cap. in noſtra. reſponſum eſt, minorem
3 omnino non eſſe inhabilem: quia imò certis caſibus, &c. videlicet cum de iure perſonæ agitur. C. quando leg. per l. fin. & not. in l. clare. alleg. Item pro coniunctis perſonis. vt ibi not. l. minor. ff. de procu. Tertio in cauſa beneficiali. c. ſi annum. alleg. Quarto ſemper in ſui fauorem. vt l. non eo minus. q[illegible] immò dicit lex, quòd cenſetur legitimus defenſo[illegible] in caſibus quibus non poteſt teſtitui. vt dicit l. minor. ſ. alleg. licet contrarium videatur notari [illegible], quod intelligo parte opponente, &c. coniunge hoc cum eo quod habes ſuprà. fol. iiij. in fi.

a ¶ Reſtitui poſſet. *Nota quòd minor poſtquam impleuit xxv. annum, poteſt petere reſtitutionem in integrum, non ſolum in læſione quæ deminuit de patrimonio: ſed etiam in læſione lucri ceſſantis: de his tamen ſolum, in quibus læſus eſt infra xxv. annum vide glo in c. ij. de reſtit in integ. in ver reſtituimus.*

CONCLVSIO CLXXXIII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis aſſertioni creditur in cauſis ſibi commiſſis.*

2 *Confeſſio partis in beneficialibus non ſufficit.*

1 ASſertioni † Cardi. creditur in his quæ aguntur coram eo in cauſis ſibi commiſsis. de accuſat. cap. cum dilectus. in glo. hodie autem. Item quòd ſi legatus aſſerens epiſcopum ſibi obſequentem de mandato ab ipſo viua voce eidem facto recepiſſe reſignationem beneficij ex cauſa permutationis. illud conferat & partis aduerſæ procurator poſitionem de veritate dictæ aſſertionis factam cõfeſſus fuerit:
2 dictæ aſſertioni ſtandum eſt: licet † alias confeſsio partis in beneficialibus non ſufficiat: maxime quo ad effectum adiudicat. notat Ioan. Andr. de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſur.

CONCLVSIO CLXXXIIII.

De procuratoribus. *Rubr.*

PRoceſſus habitus in prima & in ſecũda inſtantia cum Albiſo de medicis, vt cum procurator conſtitutus tamen ſub nomine Bartholomæi valet: maxime ſi non eſt alius habens talc nomen: & præſertim ſi fuerit hoc per conſtituentem in tertia inſtantia declaratum.

CONCLVSIO CLXXXV.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Nomina conſtituentium vniuerſitatem non ſunt exprimenda cum agitur contra vniuerſitatem.*

LIcet cum † agitur contra vniuerſitatem ciuiliter nomina conſtituentium vniuerſitatem non ſunt exprimenda. not. Innoc. de ordi. cogni. cum dilectus. tamen cum agetur contra conſules vel alios vniuerſitatem conſtituentes, maxime propter crimen, exprimenda ſunt nomina in commiſsione citationis ac libelli: ita quòd aliter citatio facta per edictum ne perſonaliter compareãdo non arctat. per no. in d. glo. quia ſucceſſor non tenetur de delicto prædeceſſoris. hoc caſu not. Inno. de immunitate eccleſia. aduerſus, &c. 1

CONCLVSIO CLXXXVI.

De his qui vi. *De libelli oblatione.* *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Agens ad res ablatas per vim vel dolum, neceſſe eſt eas in libello exprimere res ablatas.*

VBi quis agit ad res ablatas per vim, vel metum, vel per dolum, oportet quòd † in libello exprimat rés quas exprimere poteſt: & hoc ſufficit: ſuper quo vide not. Inn. quod metus cau. ſuper eo. & in d. c. cum dilectus. glo. iij. Item voluit quidam dicere in citatione per edictum vt arctet perſonaliter ad comparendum ſub pœna excommunic. ſed facit in contrarium quod not. in d. iij. glo. in fine. 1

CONCLVSIO CLXXXVII.

De lit. conteſt. *De dolo & contumacia.* *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus contumax quando non ſit excommunicandus.*

CItatus † etiam perſonaliter non comparens contra quem proceditur per audientiam contradictarum lite non conteſt. puta in cauſa appellationis à diffinitiua, &c. non eſt excommunicandus. per not. de elect. cap. ſtatuimus. ſed dubito de citatione perſonali, &c. 1

CONCLVSIO CLXXXVIII.

De dolo. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus doloſe agens poteſt excommunicari.*

VT citatus [a] † excommunicetur de citatione facta per edictum: non ſufficit probare, quòd in vicinis partibus fuit edictum affixum: ſed oportet probare etiam, quòd taliter, quòd ad eius notitiam potuerit veriſimiliter peruenire. per not. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cap. ſi aduerſus. a 1

a ¶ Vt citatus. *Nota quòd citato debet cauſa ſignificari per literas, vt ad reſpondendum venire poſſit paratus. v. quæſt. vij. ſi primates. Adde quod non debent iudicari abſentes, niſi citati venire contempſerint. v. quæſt. ſecunda. relatum. & c. de illicita. in ea. can. & quæſt.*

CONCLVSIO CLXXXIX.

De iudicijs. *Rubr.*

AVditor contradictarum qui fuit auditor palatij in cauſis ſibi commiſsis poſtquam fuit auditor contradictarum, poteſt pronuntiare etiam in domo, vel vbi ſibi placet.

CONCLVSIO CXC.

De expenſis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Expenſarum à condemnatione quis excuſetur.*

1 HAbens † pro ſe poſſeſsionem, licet minus canonicam, excuſatur à condemnatione expenſarum.

CONCLVSIO CXCI.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſsio quando non dicatur ſurreptitia.*

1 SI pars † quæ petitionem non dederat, pro qua tamen ſententia eſt ferenda, poſt concluſionem impetret commiſsionem, quòd recipiatur eius petitio, expreſſo quod neutra pars petitionem dedit, licet conſtet alteram partem certam petitionem dediſſe, ſuper qua pronuntiati non poteſt: talis commiſsio non eſt ſurreptitia.

CONCLVSIO CXCII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes poſt terminum non ſunt admittendi.*

1 ARticuli † impertinentes non in ius aduerſatij, ſed ſolum in probationem iuris, nihilominus obiectiui dicuntur. Et ideo dati poſt terminum non ſunt admittendi, per nota. Compoſt. de elect. quod ſicut.

CONCLVSIO CXCIII.

De fide inſtrumentorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum notarij ſimulati & falſi non valet.*

1 SI notarius † inſtrumenti confecti qui negatur eſſe notarius, non probetur notarius, ſeu ad eum tanquam ad notarium non poſsit haberi recurſus, inſtrumentum non probat.

CONCLVSIO CXCIIII.

De iudicijs. *Rubr.*

SI mandatur per auditorem citationem per edictum [a] in tribus locis publicari, & ſolum fuit publicata in duobus locis, ſufficit: quia ſatis eſt ſeruata forma iuris.

a ¶ Per edictum. *Nota quòd citatio debet fieri tribus edictis vel vno peremptorio: quod continere debet tantum tempus, quantum tria edicta: niſi neceſsitas vrgeat. de dilatio. cap. j. vbi de hoc in glo. Adde quòd citatio peremptoria habens competentia interualla, ſeu competentem terminum ſecundum practicam quam ponit glo. in c. conſtitutionem. de ſententia excom. lib. vj. æquiparatur tribus citationibus, xxxiij. quæſt. ij. cap. de illicit. l. contumacia. ff. de re iudicata.*

CONCLVSIO CXCV.

De iudic. De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Actor citatus ad comparendum perſonaliter certo die, quomodo & quando excommunicari poſſet.*

SI teſtis actore † citato ad comparandum perſonaliter coram auditore de menſe Maij probet de menſe Auguſt. ſequen. fuiſſe ſanum, & teſtes rei deponant de menſe Septembris etiam ſequenti illum vidiſſe in lecto infirmum: nihilominus excommunicandus eſt. Hac die Veneris decima menſis Nouembris, anno milleſimo treceenteſimo ſeptuageſimoquarto, reintrauit palatium do. Pet. Iambo. coadiutor poſt exitum dominorum de conſilijs in cauſa Arrelateñ. coram me pendente. 1

CONCLVSIO CXCVI.

De ſolutionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Auditor quando non poſsit abſoluere quem excommunicatum per executorem.*

VTrum † auditor cameræ apoſtolicæ condemnatum in palatio apoſtolico per auditorem palatij excommunicatum, qui per executorem à ſede apoſtolica ſuper dictæ ſententiæ executione deputatum poſsit admittere ad beneficium ceſsionis, ſeu ab illa cauſa cognita repellere, ſeu cognoſcere de hoc, an ſit ad huiuſmodi beneficium admittendus. domini Pet. de Sarcenato, & Tho. de Amanati, quòd etiam ad effectum abſolutionis à ſententia excommunicationis obtinendæ, dicebant quòd ab illa ſententia non ipſe auditor cameræ, ſed præfatus executor poteſt abſoluere: vel abſolutione danda vel deneganda pronuntiare. Tamen cæteri omnes tenuerunt omnia ſupra dicta ſic ſpectare ad dictum executorem, tanquam concernentia executionem ſibi commiſſam: quod nullo modo ad auditorem cameræ poſſunt pertinere: inter quos do. Pet. Iamb. Guil. Gal. & alij. vj. tenebant inter cæteros P. Iambo. pro eo quòd auditor cameræ eſt delegatus, per not. Ioan. Andr. de raptis. auditor. in cle. iuncto c. P. & G. de officio delega. quorum non poteſt fieri prorogatio hoc caſu. 1

CONCLVSIO CXCVII.

De litis conteſt. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio & terminorum palatij obſeruatio quibus in cauſis requiruntur.*

SEcundo † in cauſa eadem idem dixerũt, quòd in dicta cauſa ceſsionis admittendæ vel denegandæ requiritur lit. conteſta. de neceſsitate, & terminorum palatij obſeruatio. Ratio, quia licet officium iudicis hic imploretur, non tamẽ principaliter, imò incidenter allegabatur cap. ſecundum de offic. iud. Dixit do. Pet. de Narbona, per not. Cy. in auth. poſito. ſuprà l. j. C. vt ab hæred. ſe abſti. id non eſſe verum: quia hic nihil dari vel fieri petitur à parte. Sed prout ponit do. Pet. de Sarcenato. probatur contrarium, quod dicitur de reſtit. in integ. c. ij. alleg. maxime quia hic imploratur officium contra perſonam certam, per not. in cap. ij. in glo. hoc ideo. Idem tamen do. Pet. de Sarcenato tenuit alio medio motus, non requiri litis conteſta. hoc caſu, vt pro eo, quia vt dixit, cauſa iſta eſt miſerabilis, allegans authent. niſi breues. Et cum eo duo alij vel tres fundantes ſe in hoc, quòd hoc non intendit, niſi ad finem executionis ſententiæ iam latæ per l. minor xxv. ann. ff. de minorib. 1

CONCL

CONCLVSIO CXCVIII.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratoriũ generale vtrum ſit ſufficiẽs.& nu.2.*

1 VTrum † procuratorium,in quo datur poteſtas comparendi coram quocunque iudice,& coram eo legitime de ipſo conquerentibus quæcunq; debita confitendi, ſuppoſito quòd debitum eſt iiij. flore confitendi,ac bona ſua committendi in ſolut. dandi & bonis eius cedendi:iurandíque quòd dum veniet ad pinguiorem fortunã,vlterius ſatisfaciet; ſit ſufficiens procuratorium.Duę partes & vltra tenuerunt,quòd non:quorum quidam mouebantur,
2 quia † generalitas non ſufficit, quo ad articulum ceſsionis, vt dicitur notaſſe Cyn. quo ad articulum reſtitutionis petendæ,per l.ſi quis mihi bona.§ iuſſum.ff.de acquir.hæred. Alij quia quando debitum eſt magnum, & confeſsio ſeu ceſsio aliter in vna cauſa, aliter in alia facienda eſt: aliter pro modico debito aliter pro magno.Mouebãtur tenentes procuratorium valere per not,in clem. non poteſt. de procur.& per no.Inno.in cap.ſedes.de reſcrip & per l.ad rem.& l.ad legatum. de procurat. ff. hoc voluit dominus Petr. de Sarcen. quòd valeat procuratorium. Idem Guil. Gal. & Pet. Iambo,& N. de Cremona,& Symon de Regio.

CONCLVSIO CXCIX.

De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua, quando non habeatur pro diffinitiua.*

1 PRimo † in eadem cauſa dixerunt duæ partes,& vltra ſententiam eſſe diffinitiuam, vt ſic licuerit appellare viua voce: quia ordine iudiciario agebatur libello dato,&c.Cuius contrarium tenuit do. Pet.de Sarce.& do.Tho.de Aman. Alij contra rationibus tactis in ſecunda quæſtione huius cauſæ tacta ſupra. dicebant enim quòd licet diffiniat, & ita vim diffinitiuæ habeat, non tamen eſt diffinitiua, cum non principale negotium, ſed articulum acceſſorium ad illud diffiniat inter primos.Guil.Gal. Pet.Iambo.Symon de Regio.N.de Cremona.

CONCLVSIO CC.

De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Relatio executoris incerta & obſcura non valet.*

1 SI commiſſarius † deputatus ad exequendam citationem in partibus dicat citationem executam prout in literis continetur,non ſufficit:quia in literis continetur triplex modus citandi: videlicet
2 in perſona,vel in domo,[a] aut in eccleſia.Et ita talis relatio eſt incerta & obſcura, & non valet: quia etiam tollit defenſionem partis.

a ¶ In domo *Citatio in domo ſeu ad domum, an ſufficiat, & quomodo non, pleno not. per Innoc. extra de eo qui mittitur in poſſeſſ cau.rei ſer.cap. ſi aduerſarius. & tangitur per eum de poſtulat. præla. cap.1.*

CONCLVSIO CCI.

De libellı obla. *Rubr.*

LIbellus conceptus contra duos citatos & tertium non citatum coniunctim vel diuiſim concludens, tamen contra quemlibet inſolidum,valet contra citatos.

CONCLVSIO CCII.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio impediens litis conteſtationem contra quem opponi poſsit.*

COntra † agentem nomine ſuo pro iniuriis perſonalibus, opponi poteſt exceptio impediens lit. conteſtat. valet quòd monachus vel canonicus eſt regularis, non habens adminiſtrationem. 1

CONCLVSIO CCIII.

De præben. De regul. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Prioratus ſecularis quando cenſeatur reuocabilis.*

QVilibet † prioratus regularis cenſetur reuocabilis ad nutum, niſi vbi curatus vel conuentualis eſt. de ſta mona. cum ad monaſterium. §.prioris. De hoc ſcripſi de præb.cum ſing. lib.vj. 1

CONCLVSIO CCIIII.

De regularibus. *Rubr.*

GRatia facta ſub hac forma, videlicet, quòd valeat collatio, ac ſi tres defectus expreſsi non obſtarent: non perpetuat regularem.

CONCLVSIO CCV.

De prebendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quando dicatur electiuum.*

BEneficium † regulariter electiuum ſolo certo caſu collatiuum, non collatiuum, ſed electiuum dici debet: vt ff.de auro & argento lega. l. & ſi non. §.perueniamus.& l.contra. 1

CONCLVSIO CCVI.

ITem quòd gratia ſupra proxime facta non valet tacito quòd prioratus huiuſmodi eſſet collegalis. quanquam non eſſet electiuus. Item quòd beneficium regulare etiam collegabile vel collatum, licet collatiuum, & non redditiuum, reddit illud perpetuum.Item quòd cura ſubiecti prioratus reddit principali perpetuum.

CONCLVSIO CCVII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Negligentia proſequentis appellationem non debet nocere appellato*

2 *Auditor non eſt iudex niſi ſuper articulo appellationis.*

3 *Appellatio deſerta quando non habeatur pro appellatione.*

4 *Auditor non poteſt pronuntiare ſuper deſertione niſi prius parte citata.*

AVditor † datus ſuper cauſa appellationis [a] & 1
deſertionis, ſi ſeruatis terminis ſuper articulo 2
appellationis reperiat bene iudicatum, & appellatum male:& appellationem eſſe modo deſertam:poteſt pronuntiare. bene proceſſum, & male appellatum: quia de vtroque ſibi conſtat in actis.arg. l.de qua re. Secundo,quia neglig̃etia non proſequentis appell

appellationem non debet nocere appellato. argu. regulæ, non debet. de regul. iur. Et ita tenuerunt olim antiqui auditores. Sed tamen domini Tho.de Amanat. & N.de Cremona. & N. de Narbona contra. ratio, quia prædicta locum haberent in iudice cuius iuriſdictio quo ad hæc eſſet fundata. Modo
2 ſecus eſt hic: quia auditor †hoc caſu non eſt iudex, niſi ſuper articulo appellationis deſertionis. modo hic non eſt appellatio, dum eſt deſertio: imo habetur perinde tunc ac ſi non eſſet appellatum. Solum enim ſibi videtur commiſſus articulus appellationis in caſu non deſertionis, & articulus deſertionis in caſu in quo poteſt procedi ſuper articulo appellationis propter exiſtimationem ipſius. Hanc partem tenet Archidiaco. in c.Romana. §. cum autem. de appellat.lib.vj. Sed reſpondetur, quòd non eſt
3 verum: quia ſolum in odium appellantis † eſt hoc, quòd appellatio deſerta habetur pro non appellatione: non autem in odium appellati, vt dixi. Item tenemus do.Pet.de Sarcena. & ego, quòd vbi iudex videtur ſe non eſſe iudicem, vel ſententiam à qua non fuit appellatum tranſiſſe in rem iudicatam, ſeu appellationem deſertam eſſe. facit C. de temp. appell. l.iiij.in fine. & hoc videtur notaſſe Ioan. Andr. ij.quæſt.vij.cap.alicui. Aut nullam eſſe, parte etiam non petente poſſet ſuper hoc pronuntiare: quia iſta concernunt officium ſuum: videlicet quòd eius proceſſus ſit nullus. argu. de except. cap.exceptionem. & ff.de poſtul. l quos prohibet. Sed alij contra. Et contrarium etiam tenuit dominus Marcus de Sala. in clem.ſi appellationi. de appell.poſt arg. ibi vide.
4 Ibi concordat maior pars, quòd non poteſt † auditor pronuntiare ſuper deſertione, niſi primo citata parte ad docendum de diligentia, &c. ſic quòd ſubſtantialis videtur eſſe terminus.

a ¶ Cauſa appellationis. *Nota quòd appellatio eſt à minore ad maiorem iudicem procuratio. ij quæſt.vj. omnis oppreſſus. & cap. ſequenti. & cap.placuit. Panorm in rubr.ea addit, quod ſi prouocatio eſt legitima, pronuntiatum & iuriſdictionem iudicis quo ad illam cauſam ſuſpendit, & ipſam cognitionem ad ſuperiorem transfert.*

CONCLVSIO CCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad appellandum, poteſt appellare à diffinitiua.*

1 ITem procurator †non conſtitutus ſpecialiter ad agendum, ſed conſtitutus ad appellandum, appellare poteſt à diffinitiua.

CONCLVSIO CCIX.

De fide inſtrum. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum notarij non habens teſtes, nec ſubſcriptionem, non valet.*

1 SChedula †notarij non habens teſtes & ſubſcriptionem, non probat ſubſtitutionem factam extra actum. Ægidius.

CONCLVSIO CCX.

De offi.audi.cameræ. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Officium auditoris cameræ quale.*

1 IN cauſa do.Sym. Primo quòd auditor † cameræ perturbatores ſuæ iuriſdict. non poteſt citare extrà curiam: maxime tunc, ſi extrà curiam turbarũt. Nec ob. de appell.c.Romana.§.contrahentes. lib.vj. Secus tamen in iudice delegato. Not.Inno.de offic. delega. c.j. Ipſe enim auditor eſt cameræ ſeu camerarij, ſed non eſt generalis auditor papæ, licet hoc prætendat: ideo de cauſis beneficialibus prohibitus fuit papam cognoſcere: ſed vt habetur in regiſtro, officium ſuum eſt cauſas cortiſanorum audire.

CONCLVSIO CCXI.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorium ad excuſandum, non habens excuſationes expreſſas, an valeat.*

VAlet †procuratorium ad excuſandum non habens cauſas excuſationis expreſſas, licet videatur contrà: quod not.Inno.in cap.quia propter. de procu.etiam ad eligendum, & eum excuſandum, de elect. cap.quia propter. Item quòd citatus perſonaliter ad cauſam, &c. quia vltra hoc caſu quo excuſationes admittentur, habeat poteſtatem ſufficientem procedendi in cauſa: quia duo videntur ſibi mandari. Igitur, &c. arg.l.Celſus. ff.de arbi.& quia perſonaliter non additur, niſi vltra ad grauandum, &c. ſuper quo vide Innoc. in cap. dilectus. & & cap.conſtitutus. de procuratorib. 1

CONCLVSIO CCXII.

De iure patronatus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Collatio non auferitur à patrono.*

IN cauſa do.Thu.quòd collatio [a] facta † per executorem appellatum ad collationem epiſcopi deputatum de beneficio ſpectante ad præſentationem laici, non per hoc acquirit epiſcopo, vel tollitur patrono noua poſſeſſio, nec perdita ſeu acquiſita probatur. a 1

a ¶ Collatio. *Nota quòd collatio dicitur in alium iuris tranſlatio. vt c.à collatione. de appell. Ad quem autem ſpectet beneficiorum collatio, dic vt notatur. extra de preb.c.ſi tibi abſenti. primo reſponſo. & §.1. lib. vj.*

CONCLVSIO CCXIII.

De cauſa poſſeſſ. & propriet. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non tenetur colorare poſſeſſorium.*

ET hoc in cauſa vna tertiæ partis oblationum: quia †articuli vtriuſq; partis dati poſt ſuſpenſionem petitorij de poſſeſſione & proprietate quo ad colorandum & diſcolorandũ poſſeſſorium, ſunt admittendi, & eis reſpondendum: ſaluo quòd dominus Viuarieñ. & alij voluerunt dicere hoc verum de articulis rectoris fundantis in intentionem de iure communi: quia ibi materia conſuetudinis ſolum defertur ad factum. de articulis ſecus, pro eo quòd ſunt contra ius commune: & quòd poſſeſſorium non tenetur poſſeſſor colorare: quia decret.ad decimas, loquitur in actore. 1

CONCLVSIO CCXIIII.

De cauſa poſſeſſ. & propriet. Rubr.

ET hoc in cauſa do. Guil. Gal. quòd ſi narrato per reſeruatiuum contra expectatiuam ſuper eodẽ beneficio litigan. quòd niſi obſtaret ſuſpenſio petitorij, conſtaret de non iure alterius: conceſſit papa,

pa[illegible] eſt ita ſimul [illegible]di etiam in poſſeſſorio & petitorio. Inſtrum[illegible] producta ſi per ea ante ſuſpenſionem producta cõſtaret de non iure, &c. quo ad il um effectum etiam hodie conſtare dicetur.

CONCLVSIO CCXV.

De præbendis. Rubr.

SI reſeruatio & collatio executoris appellari ſimul concurrunt, præfertur collatio reſeruationi, per not. clem. literas. de reſcriptis.

CONCLVSIO CCXVI.

De reſtit. in integr. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper reſtitutione, non decernendo tempus, valet.*

IN cauſa do. N. quòd ſi papa illum appellantem
1 † qui permiſit labi omnia fatalia, forte impeditus, &c. mandauit per auditorem reſtitui ad proſecutionem appellationis, ſi & prout de iure, & impetrata probatio auditor pronunciet illum reſtituendum non decernendo tempus ad quod, &c. ſententia valet: quia ſi apparet de impedimento certi temporis per acta ad illud videtur reſtitutio facta. C. de ſenteot. quæ ſine cer. quantit. l. tertia. quia ad illud reſtitui non debet poſt ſecundum ſatale, per not. Innocen de appellat. cap. ex ratione. ſi non apparet, videtur reſtitutus ad tempus datum à iure ad proſequendum appellationem, videlicet ad annum: ſicut condemnatus ad ſoluendum, intelligitur condemnatus ad ſoluendum infra tempus datum à iur . ff. de re iudic. l. iiij. P. Iambo. & ego contra, propter formam commiſſ. ad quam videtur ſe retuliſſe auditor in ſententia. Ideo ſententiam diximus propter incertitudinem non valere, niſi certitudo habeatur ex actis.

CONCLVSIO CCXVII.

Vt lite pendente. De except. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falſitatis instrumenti appellationis an ſit ſufficiens vt per eam reuocentur attentata in iudicio.*

2 *Renuntiatio facta in manibus laici eſt nulla.*

a EXceptio [a] † falſitatis inſtrumenti appellatio-
1 nis, vel nullitatis appellationis eiuſdem contra petitorem reuocationis attentatorum appellationum, poteſt non obſtante tribus ſententiis latis ſuper reſtitutione ad proſequendum appellationem in virtute cuius petuntur reuocari attentata: quia de his non fuit quæſitum in cauſa reſtitutionis, ſed ſolum de negligentia, vel impedimentis illius, qui proſequi habebat: & quia proſecutio fieri poteſt etiam de appellatione nulla de iure, vel friuola. Tamen dom. Pet. de Sarce. dicit quòd licet ſententia diffinitiua ex falſa cauſa lata non ſit nulla. ff. de iudic. l. cum prætor. §. Marcellus. C ſi ex fal. inſtrum. l. j. & ij. Secus tamen de interlocutoria. ff. de reb. eo. l. magis puto. §. ſi res. Iſta autem videbatur ſibi interlocutoria non diffinitiua: igitur, &c. Item quia reſtitutus in caſu præmiſſo poteſt petere reuocationem attentatorum ante appellationem infra x. dies: quia ſunt opin. quia ſine reſtitutione poteſt, per lecta & not. de reſcriptis. c ex parte. de ſent. excom. licet. lib. vj. Et quia reſtitutio debet eſſe plena. C. de ſen. pa. l. fin. ff. de vſu. l. videamus. §. in ſamia. de min. l. minor. §. reſtitutio. maxime quo ad effectum ad quem principaliter tendit, à quo ſequitur immediate illud, de quo agitur, vt tollitur & not. in cap. quamuis. de reſcriptis. lib. vj. Item quòd renun-
riatio † facta in manibus laici nulla eſt. Item quòd iu- 2
dex appellationis auditor poteſt pronunciare ſuper deſertione ſine ſpeciali commiſſione. citata tamen prius parte ad docendum de diligentia.

a ¶Exceptio. *Nota iuxta Panor. in Rubr. de except. quòd exceptio eſt actionis vel intentionis excluſio. & adde quod communiter tenetur, quod exceptio propriè eſt illa quæ concludit actionẽ actoris. de qua vide per Bal. in l. j C qui accuſ. non poſſ.*

CONCLVSIO CCXVIII.

De reſcriptis. De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio ſurrogationis quando ſit ſurreptitia.*

IN cauſa do. Symonis, quòd ſi ille qui obtinuit
gratiam de prouiſione † habenda de eccleſia pa- 1
rochiali Titij, conſtito quòd illam idem Titius tenuit annis pluribus, non promotus, & qui contra illum Titium litem mouit, fuit poſtea ſurrogatus, aſſerendo tamen, ſed falſo, illi litiganti iam fuiſſe prouiſum, licet verba ſurrogationis ſint in omni iure, & ad omne ius, &c. nihilominus impetratio ſurrogationis eſt ſurreptitia: tũ quia expreſſio collationis potuit mouere papam ad concedendum: tum quia nõ eſt ſurrogatus in iure, ſed ad rem. arg. dictæ decre. ſuſceptum. de reſcriptis. lib. vj. tamen fuit dictum, quòd commiſſio habens de ſurrogatione iure, in re non eſt ſurreptitia. per not. Innoc. de lit. conteſt. in cap. exceptionis.

CONCLVSIO CCXIX.

De reſcriptis. De præbendis. Rubr.

IMpetratio facta lite pendente ſuper beneficio beneficij eiuſdem valida eſt: ſi nullus litigantium in beneficio ius habebat: per not. Innoc. in cap. iij. vt lite pend. in addit.

CONCLVSIO CCXX.

De renun. De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiare an quis poſſit beneficio abſque auctoritate ſuperioris.*

IN cauſa domini Viuarienſis, vtrum renuntiatio
facta [a] per canonicum præbendatum & in digni- a
tate † conſtitutum in eccleſia, in qua de conſuetu- 1
dine non poteſt tenere dignitas vel præbenda aliqua ſine canonicatu, de ipſa præbẽda ſolum & cum proteſtatione, quòd non intendit renuntiare canonicatui, faciat vacare canonicatũ: & per conſequens dignitatem: vel vtrũ proteſtando ſaluet ius in vtroque. Conſilia fuerunt diuiſa. Sed pars maior tenuit, quòd proteſtatio ſaluet, &c. quia diſtincta iura ſunt & diſtincti tituli canonicatus, & titulus præbendæ. Et poteſt vnum haberi ſine reliquo: de conſti. cũ M. & cap. cum acceſſiſſent. de præbendis. relatum. de reſcript. in noſtra. alle. no. Inn. de p[illegible]b. c. muneribus. & glo. c. cum M. & quòd connexio pręb\u0304endæ canonicalis non habet reſpectum ad certũ canonicatum in ſpecie, ſed in genere ad pręb\u0304endã, ſicut nec dignitas: ſuppoſita conſuetudine prædicta in cõtrarium alleg.

alleg.no.Comp. in cap.cum M. & Archid. in cap.ſi clericus.de præb.lib.vj. & not.Guil. de mon.lau. de præb.cap. per literas. in clem. per quæ in loco vbi eſſent præb.& canonicatus diſtinct. Aliqui maiores tenuerunt contrà: quia creato in illis canonico ſupernumerali,aduenientéque poſt præbenda: non videtur poſſe dici numeralem cannonicatum perimi, licet in contrarium diceretur de eadem plenitudine, qua creatur ſupernumeralis adueniente præbenda,quæ repetit ſupernumeralem ſibi ſufficientem, numeralis per extranumeralem confunditur. Et ſi diceremus adueniente numerali cum præbenda,perimeretur ſupernumeralis: & caſu noſtro adueniente ſupernumerali, ambo ſimul ſtarent propter plenitudinem poteſtatis Romani pontificis nouum canonicatum ſupra numeralem conferentis: quod fateor alium facere non poſſe: & ita non procedit, quo ad hoc motiuum domini N. dicentis renuntiationem non poſſe augere.

a ¶Renuntiatio facta. *Nota quòd renuntiare beneficio quis non poteſt ſine licentia ſuperiorum,etiam in præiudicium ipſius renuntiantis. c.admonet. & c.quòd in dubijs. de renun.*

CONCLVSIO CCXXI.
De præbendis. Rubr.

IN cauſa domini Guil. Primo quòd in acceptationibus & prouiſionibus executorum non habet locum.cap. ſuſceptum. Item quòd impetrans in forma pauperum aſſerens ſe in alia prouincia elegiſſe perpetuam manſionem, ibidem fuerit collatus: hoc ipſo quòd ita aſſeruit, hoc non probat. per l.domicilium. ff. ad municipa.

CONCLVSIO CCXXII.
De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio partis non probat.*

1 ITem † quòd ſi pauper in forma pauperum aſſerens ſe in alia prouincia elegiſſe perpetuam manſionem,ibidem fuerit collocatus:hoc ipſo quod ita aſſeruit, hoc non probat, per l.dominium. ff.ad municipa. repetitur infra ſub concluſione ccxxxiij.

CONCLVSIO CCXXIII.
De dilationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio alia an detur poſt terminum peremptorium.*

1 POſt terminum † peremptorium[a] ad docendum
a datum de promotione, non datur alia dilatio ſine reſtitutione, per cap.coram. de in integr.reſtit. & cap.cum venerabilis.de except. quòd non videtur facere: licet glo.clem.ſæpe videatur contra: ſed non eſt, quia loquitur in productionibus, non in caſu de quo agitur.

a ¶Poſt terminum peremptorium. *Terminum peremptorium eſt quadam interlocutoria. Et ſi ſimpliciter datur terminus, intelligitur peremptorius. extra, de dolo & contu. cap. j. lib.vj. De tali termino vide plene per Archi.extra de excep.c.j.lib.vj.*

CONCLVSIO CCXXIIII.
De donationib. De probationib. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per concubinam concubinario, ſi fraus adſit, non valet.*

2 *Mulierum genus eſt auariſſimum.*

IN cauſa Guil.Gal.quòd ſi mulier concubina fuerit inducta † per verba blanda, & quoſdam metus varios ad dandum concubinario, & dederit flendo.& hæc probantur coram auditore, cui mandatur quòd ſi conſtiterit illam eſſe conductam per fraudem ad donandum, donationem nullam eſſe, & relaxet iuramentum quod dedit mulier de non veniendo contrà: ſufficit quòd probatio præparatoria:ergo mioor.ff.ad exhib.l.iij.§.ibidem. Maxime quia non eſt præſumptio,quòd libenter donet:quia genus mulierum † ſecundum leg.eſt auariſſimum. ff.ad Velleia. l.ſi eo. Item cum quis procedit ſimpliciter ad id, in quo poteſt duplici authoritate, vna bene,alia male,ſufficit quocunque modo.not.Inno. de preſcr.cum ex officij.Item quòd libellus contrarietatem habens in aliqua ſui parte eſt reiciendus. 1 2

CONCLVSIO CCXXV.
De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſionem veram quaenam inducant, & num.2.*

IN cauſa domini Pet.de Narbona, quòd † inductio in poſſeſsionem facta per prouidere habentem nullo errore ſeductum, inducit prouiſionem veram. per cap.ex parte.de ſpon. vbi verba appoſita ad executionem,&c. facit clemen.cum ei quem.penult. reſponſo. de conceſſ. præben. l.vlti. C. de nec. ſeruis inſtit. Inſtit.qui da.tuto. poſſ. no. Compo. de elect.cap.tranſmiſſam.faciunt not.Inno. & Hoſtien. eod.tit.quòd ſic.v: de iure pa.cap.poſtulaſti.& Pau. in clement.cum ei quem.hoc verum ſecundum Vinarien.ſi iudex † vſus eſt verbis, te in poſſeſſ.&c. 1 2

CONCLVSIO CCXXVI.
De foro compet. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Clericus mercator ſinens ſe trahi coram iudice ſeculari, ſubticens interea vſque ad diffinitiuam ſe clericum, tenetur actori ad expenſas.*

IN cauſa mea Auinionẽſis ſpectator.Primo quòd clericus † mercator ſolutus permittens ſe trahi ad iudicem ſecularem,tacuit ſe eſſe clericum,vſque ad ſententiam incluſiue: & poſt ad impediendum executionem dicit ſe clericum,& propter hoc dicit proceſſum nullum: tenetur actori ad expenſas. de except.exceptionem. Item quòd copia extracta per notarium cauſæ de originali proceſſu primi iudicis ac producta coram ſecundo iudice clauſa & ſigillata ſigillo primi iudicis , & ſubſcripta à notario fidem facit. 1

CONCLVSIO CCXXVII.
De expenſis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper expenſis factis ante litis conteſtationem eſt nulla.*

2 *Appellatio à taxatione expenſarum an valeat.*

ITem ſententia † lata ſuper expenſis quę veniunt ante litis conteſt. abſque petitione & proceſſu nulla eſt. Item quòd petendo in libello debitum cum expenſis, non intelligitur de expenſis factis antè coram alio iudice nunus compe.ente: & idem dicat, libello reconuentionali non reſpondendum, & petat 1

1 & petat expen. Item quòd appellatio † à taxatione expenſarum non valet, ſi non repetitur taxatio in actis, licet repetitur condemnatio & mandatum de taxatione etiam iniqua facta.

CONCLVSIO CCXXVIII.
De procuratoribus. *Rub.*

ITem quòd iudex ex cauſis animum ſuum mouentibus vt dicit mandans ex officio citari perſonaliter reum per procuratorem reſpondentem vt reſpondeat interrogationibus iudicis non grauat per hoc.

CONCLVSIO CCXXIX.
De conſuet. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *De conſuetudine antiquiori deferenda eſt portio pinguior.*

PRimo quòd ex conſuetudine optandi quis in diuerſis vacationibus poteſt pluries optare: quia verba conſuetudinis hoc habent & mere, vi-
1 delicet vt ſemper † antiquior portionem habeat pinguiorem, & loquimur in actu cuius effectus eſt reperibilis: igitur, &c.

CONCLVSIO CCXXX.
De fide inſtrumentorum. *Rubr.*

IN principio facta in partibus vigore compulſoriæ requirit partis reuocationem.allegaui de reſti. cap.ſignificauit.& cap. Albertus. & cap.in nomine. de teſta.publici inducendo. tu cogitabis.

CONCLVSIO CCXXXI.
De accuſationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Agi poteſt ad accuſationem per modum inquiſitionis ex officio.*

a VEritate criminis probata[a] per duos teſtes, licet
1 non probetur infamia, hodie † poteſt agi ad effectum accuſa. per modum inquiſitionis ex officio. Non obſt.cap.inquiſitionis. & c.eum oporteat. de accuſ.& ibi no.allegabam rationem.l.iij.de offic. præſi.& l.ita vulneratus.inducendo & æquiparando ſemiplenam probationem infamiæ ſaltem probationem duorum teſtium de veritate.

a ¶ Veritate criminis probata. *Nota quòd crimen probatur multipliciter: per rei euidentiam, vt cum quis in crimine deprehenditur.l.alias.) diſtin. ſi quis diaconus. item cum quid eſt ita notorium vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. q q) manifeſta. item per formam. iij.q iij. §.item in criminali. item per praſcriptionem. diſtinct.x\ iij. cap.peruenit item per iuramentum. xxij.q.iij. dilecti. item per inſtrumenta. ea.q.iij.§.poteſt. item per teſtes. de coha.cle.& mulie.c.tua. Per vnum autem teſtem non probatur niſi cum miraculo iij.q iij.in fi. & §. ſed obijcitur. Exemplum ibi de ſancto Bricio. Caſus tamen ſunt ſpeciales, quibus probatur per vnum teſtem: quos ponit Albert. C.de teſtib. l iurisiurandi.*

CONCLVSIO CCXXXII.
De accuſationibus. *Rubr.*

INquiſito petenti copiam capitulorum.illa danda ſunt antequàm reſpondeat, licet curia ſeruat contrarium.

CONCLVSIO CCXXXIII.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Impetratio certi corporis beneficij, non expreſſis qualitatibus quando valeat.*

IMpetratio † certi corporis beneficij, non expreſ- 1
ſis qualitatibus ſecundum dominum Neapo. & do.Pet.de Satee. valet tunc, ſi aliqua exprimantur, ex quibus, &c. vt quia impetretur beneficium electiuum, non dico quòd ſit curatum, &c.aliter non.

CONCLVSIO CCXXXIIII.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia quando dicitur ſurreptitia & quando non.*

SVb gratia † de dignitate cathedralis eccleſiæ vel 1
ciuitatis etiam electiuæ, curatæ, & capitis tanquàm reſeruata papæ, non facta mentione de cura, electione.& capite, gratia non eſt ſurreptitia. Item quòd virtute dictæ primæ gratiæ propter non obſtan. potuit prouidere de dignitate collegiatæ, non obſtan. quòd ibi ſit conſuetudo, quòd non niſi canonicis præbendatis poſſunt tales dignitates conferri, etiam ſi ille non fuit canonicus præbendatus, ſecundum Per.de Sarce. Item gratia eſt ſurreptitia de beneficio facta, non habita mentione de ſurrogatione.

CONCLVSIO CCXXXV.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio quando præferatur reſeruationi.*

IN cauſa domini Guil.Gal. quòd vbi concurrunt reſeruatio † papæ & collatio executoris apoſtoli- 1
ci, præponderat collatio: quia non probat impedimenta lit.reſer.præceſſiſſe. faciunt no.clem.literas.de reſcriptis.de præbendis.ſi tibi abſenti.& cap. ſi à ſede.& per Ioan. Andr.in nouella. & no.in cap. venerabilibus.de ſenten.excom.lib.vj. Item quòd ſi executor mandat ſub executori, quòd conferat impetranti primum beneficium, quod duxerit acceptandum, poterit conferri antea acceptatum, &c.

CONCLVSIO CCXXXVI.
De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatus an poſſit approbare appellationem parte appellante non citata.*
2 *Appellatione ceſſante, ceſſat negotium principale.*

IN cauſa dom.Pet.de Narbona. primo quòd ſi in 1
partibus † appellationem aliàs non deuolutã, &c. cui præfixus erat terminus proſequẽdi per iudicem non approbauit, appellatus poteſt in curia eam approbare abſente appellante: & maxime poſſet procedere reintegra. propter not. Ioan. Hoſtien. Ioan. mon. Archidiaco. & Ioan. Andr. in cap.cordi. Sed adhuc teneui contrarium, & mecum plures propter æquitatem: quia æquum non eſſet abſentem & ignorantem compelli venire cum actis munientis ad curiam ſuper negotio principali. Facit verbum, petetit, poſitum in cap.cordi. cum ibi not. per dictos doct. Tu dic à quo debet fieri hæc petitio: an

ab appellato, vel à iudice à quo: quod non poteſt fieri illis abſentibus: an à iudice ad quem, quod non videtur. Item quia iſta petitio fit, vt partes veniant cum actis, &c. continentibus principale: ergo oportet, quòd primo deueniat ad notitiam appellati. Item quòd vim citationis habet, vt ibi patet: ergo debet venire ad notitiam citati antequàm arctet. Item quòd deſertio appellationis interpoſitæ ab interlocutoria deuoluitur negotium principale, non impedit proſecutionem negotij principalis in curia: quia curia nunquàm remittit: licèt ſecus de appellatione à diffinitiua: quia ceſſante † appellatione,
2 ceſſat negotium principale, cum ſit idem.

CONCLVSIO CCXXXVII.
De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.
1 *Iuramentum præſtitum Principi, an liberet aliquem citatum à papa.*

1 IN cauſa domini Nic. quòd † iuramétum ª præſti-
a tum Regi non excuſat perſonaliter citatum in curia de mandato papæ, per cap. cum parati. de appellat. & ibi not. per Innoc. iuncto c. veniens. ij. de iureiuran. cum ibi not. Item quòd nec impedimentum incommoditatis. Item quòd nec impedimentum neceſsitatis datum in mala forma.

a ¶ Iuramentum. *Iurare quid ſit, qua cauſa inſtitutionis iuramenti, qualis ſit eius forma, & quando licitum eſt iurare. Vide gloſ. ſingul. xxij. q. j. cap. j. ſuper verbo, iuramentum.*

CONCLVSIO CCXXXVIII.
De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.
1 *Archidiaconus an poſſit nomine eccleſiæ appellationem proſequi.*

1 IN cauſa eccleſiæ † quòd non poteſt archidiaconus nomine eccleſiæ pro intereſſe eccleſiæ, niſi epiſcopo & capitulo negligentibus, ſed pro intereſſe ſuo bene: ſed non poteſt alius quàm ipſe appellationem proſequi, niſi eſſet talis qui adhæſiſſet infra c x. dies. per not. de elect. vt circa. lib. vj. alleg. not. Innocen. de teſti. cum olim. nomine autem epiſcopi non poteſt vicarius per not. Innocen. de offic. archi. cap. j. nec valet, niſi epiſcopus conſtituendo procuratorem ad eam proſequendam, vel alias eam infra x. dies ratam habuerit.

CONCLVSIO CCXXXIX.
De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.
1 *Attentata poſt inhibitionem, vbi conſtat de nullitate appellationis, an poſſint reuocari.*

1 IN cauſa do. Guil. quòd attentata † poſt inhibitionem vbi conſtat de nullitate appellationis non ſunt reuocanda propter verbum, canonice, poſitum in cap. non ſolum. ſed vbi conſtat de iniuſtitia, ſeruandus eſt ordo, qui ſeruatur cum de poſſeſſorio pro vno & petitorio pro alio. de cauſ. poſſeſſ. cum eccleſia. & cap. cum dilectus. ſaluis not. Ioan. mo. in cap. non ſolum. alleg. Item quòd epiſcopus agit pro eccleſia ſine conſenſu capituli in non arduis, in aliis non: per not. Innoc. in cap. edoceri. de reſcriptis.

CONCLVSIO CCXL.
De preben. Et lit. penden. Rub.

SVMMARIVM.
1 *Impetratio facta ſub conditione, ſi non ſit alteri ius quæſitum, an valeat.*

IN cauſa dom. Roberti, quòd pendentia litis ſurrepticiæ gratiæ primi inter primum & ſecundum impedimentum non reddit ſurrepticiam gratiam ſecundi ſuper beneficio cadente in gratia vtriuſque per ſecundum, non facta mentione de pendentia huiuſmodi tali lite pendente facta: quia non intereſt, &c. per not. Innocen. vt lit. penden. cap. iij. nec habet locum cap. j. & ij. vt lit. penden. libro vj. quia lis hic non pendet ſuper beneficio. Sed † ſi im- 1
petratio facta fuerit ſub conditione, ſi non ſit alteri ius quæſitum. Secundo de tali beneficio & per ſecundum arreſtari procurantem literas primi: factum fuerit quo minus primus illud beneficium per eum acceptatum poterit ante huiuſmodi gratiam impetra. ſecundi facere ſibi conferri: ſurreptitia eſt talis gratia ſecundi, de hoc non faciens mentionem.

CONCLVSIO CCXLI.
De appellationibus. Rubr.

MEa in cauſa Gerundeñ. à grauamine primo: quòd vbi appellatur à grauamine ante ſententiam diffinitiuam, & ab ipſa ſententia diffinitiua, maxime in cauſa beneficiali iudex vtriuſque appellationis procedere poteſt ſuper principali ſaluo iure expenſarum.

CONCLVSIO CCXLII.
De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.
1 *Apoſtolorum in datione quæ requirantur.*

IN datione † apoſtolorum ſufficit qualitercunque talia dicere per quæ appatet, quòd vult approbare vel reprobare appellationem. Item quòd ſi loco apoſtolorum dicat ſeu narret notarius, quòd reduxit inſtantiam, & ordinauit procedendum ſuper principali, ſaluo iure expen. cum ab hac appellatetur, ſunt duæ ordinationes: quarum prima operatur reuocationem grauaminis, ſecundum Pet. de Sarcenato: & alia noua diſpoſitionem præiudicantis appellat à ab ea, & ſaltem domini cócot. quòd cum bona cauſa poſſum remittere cauſam domino Guil. gal. à quo propter grauamen proximi fuit appellatio interpoſita, & mihi commiſſa cauſa. 1

CONCLVSIO CCXLIII.
De conſuet. Et de ſentent. excommunic. Rub.

SVMMARIVM.
1 *Conſuetudo an poſſit inducere, quod procedatur ad ſententiam excommunicationis ſine ſcriptis.*

PRimo, quòd poteſt † conſuetudo inducere, quòd procedatur ad ſententiam excommunicationis ſine ſcriptis: licet allegaretur contrarium, quòd talia quæ conceduntur ſolum ex priuilegio, non inducuntur conſuetudine, vt quòd procedatur ſine libello ſummariè, & no. Archid. viij. diſtin. conſuetudo. & de hæret. cap. fin. lib. vj. 1

CONCL

CONCLVSIO CCXLIIII.

De dolo & contum. Et de ſenten.excom. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia ſimplex an ſit ſufficiens vt canonicus excommunicetur, & auferantur ei fructus.*

1 ITem, quòd pro † ſimplici contumacia [a] poteſt capitulum habens aliàs iuriſdictionem ſuſpendere canonicos, ſicut excommunicare, & tali ſuſpenſo fructus auferre: & quòd huiuſmodi occaſione non poteſt agi reſtitutorio: & quòd contra petitorium admitti debent articuli de iſta materia.

a ¶ Pro ſimplici contumacia. *Nota quòd contumacia eſt quædam voluntaria inobedientia. qua quis mentionem iudicis implere contemnit. ita elicitur ex cap. ij. de dolo & contu. iuncta glo. in ver. contumacater. & ibi not quomodo fit multis modis. & conſiſtit proprie contumacia in non faciẽdo voluntarie, quod quis facere ſciat ſe debere: vt patet in dicta glo.*

CONCLVSIO CCXLV.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio ſola. abſque teſtibus, non probat.*

1 IN cauſa domini Galhardi, quòd præfixio † termini facta impetranti in aliqua prouincia in forma pauperum, adiecta, quòd ibi elegerat perpetuam manſionem, ibi facta eſt auctoritate commiſſionis ſpecialis habentis clauſulam de imponendo eidem pauperi, aliàs perpetuum ſilentium præiudicat infra terminum non probanti: & quòd ſola aſſertio prædicta hic non probat.

CONCLVSIO CCXLVI.

De fide inſtrumentorum. Rubr.

INſtrumentum notariorum imperialium confectum etiam infra terras eccleſiæ probat.

CONCLVSIO CCXLVII.

De donationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Frater minor epiſcopus an poſſit aliquid de bonis eccleſiæ donare.*

1 FRater † minor epiſcopus de bonis eccleſiæ modicum quid, videlicet xxx. flore. propter impenſa obſequia dare poteſt. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus, & de donat. cap. cæterum. Et quòd concluſio facta in cauſa prophana cum poteſtate reuocandi poteſt reuocare ex cauſa.

CONCLVSIO CCXLVIII.

De præbendis. Et de probat. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans quibus modis impetretur.*

1 EXpectanti † præbendam vacaturam per aſſecutionem auctoritate literarum apoſtolicarum in perſonam Titij, non ſufficit probare literas conceſſas Titio in forma, dignum arbitramur, continentes mandatum de prouidendo Titio, & Titium poſſeſſionem habuiſſe: niſi probetur prouiſio Titij, & modus prædictæ vacationis.

CONCLVSIO CCXLIX.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non conſtitutus ad appellandum, non poteſt approbare appellationem abſque ſpeciali mandato.*

IN cauſa mea, quòd procurator † non poteſt facere approbationem appellationis, de qua in cap. cordi. ſine ſpeciali mandato. Alij tamen contrà, ſi eſt procurator ad appellandum: quod primo facit: quia non prorogat cum olim, nec facit niſi incluſa ſub mandato legis diligentet. graue autem eſt litigare in curia: & requirit ſpeciale mandatum. arg. clem. cauſam. 1

CONCLVSIO CCL.

De teſtamentis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus poteſt debita teſtatoris repetere, non autem executor teſtamenti.*

NOn executores † teſtamenti, ſed hæres inſtitutus poteſt debita teſtatoris repetere. in l. nulli. & l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſc. & cler. per glo. & l. id quod pauperibus. eod. tit. per Cy. & c. ij. de teſtam. lib. vj. 1

CONCLVSIO CCLI.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per contractum matrimonij, non poteſt illud alius impetrare, niſi per reſignationem.*

IN cauſa mea Burdegalẽ. Primo quòd † gratia facta Titio de certo beneficio Meuij cum vacabat per contractum matrimonij eiuſdem Meuij vel alio quouis modo: non debetur illud beneficium Titio in caſu, quòd non præmiſſo modo, ſed per reſignationem factam per procuratorem dicti Meuij in curia Ro. vacauerit. 1

CONCLVSIO CCLII.

De fide inſtrum. Rubr.

SVmptum de regiſtro ſupplicationum non probat pro producente, nec contra eum: maxime, ſi producit ſolum quantum per ſe faciebat.

CONCLVSIO CCLIII.

De renunt. De probat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per renuntiationem factam coram papa, an papa poſſit illud alteri conferre.*

SI papa narrans Titium per procuratorem ad hoc legitime conſtitutum renuntiaſſe apud apoſtolicam † ſedem præbendæ ſuæ in manibus commiſſarij ipſius Papæ, & illam præbendam vt ſic vacantem conferat Meuio, peràtque ex dicta collatione ipſe Meuius præbendam huiuſmodi per auditorem, cui eſt cauſa commiſſa pro eo contra poſſeſſorem ſibi iudicari: non ſufficit ſibi quo ad præmiſſa probare, ſeu ad iudicem producere literam dictæ gratiæ: ſed vltra hoc oportet probare alias legitime procu. antedictam. 1

CONCLVSIO CCLIIII.

De reſtit. ſpoliat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra non contumacem, nec citatum non valet.*

SEntentia lata † à iudice in partem non contumacem, nec citatam pro contumacia, vide per not. Innoc. in cap. audîtis. de procurat. Item in alia cauſa ex ſolo remedio c. reintegrandæ. poteſt pronuntiari ſpoliationem eſſe iniuſtam, &c. per not. Archi. in cap. ſciant cuncti. de elect. lib. vj.

CONCLVSIO CCLV.

SVMMARIVM.

1 *Priuari an poſsit quis ſuo beneficio ſine cauſa.*

SI mandetur epiſcopo citra mon. videlicet quòd
1 prioratus † monachorum vel monialium reuocari non debeãt, cum non ſint ſpoliandi ſine cauſa: nihilominus tamen reuocatio facta cum cauſa vel ſine cauſa, reo vocato vel non vocato, collatióque inde ſecuta ac poſſeſsio ablata priuato, & data promiſſo valent: licet poſsit priuatus officium ſuperioris implorare, & apud eum priuans teneatur de cauſa docere.

CONCLVSIO CCLVI.

De reſtit. ſpol. Et de reg. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus priuatus ab abbate ſuo prioratu, an poſsit petere ſe reſtitui.*

1 MOnachus † nullo caſu poteſt petere reſtitutionem ſi ſpolietur per abbatem ſuo prioratu, niſi fuiſſet ſpoliatus pendente inquiſitione vel accuſatione, quam procurat contra abbatem: vt not. Innoc. in cap. olim. de accuſ. in j. glo. Item quòd ſi monachus in prioratu eſt inſtitutus à papa, requiritur & ſufficit in eius priuatione expreſſus eſſe. Item quia vicario curam prioratus habente, qui pro penſione agit contra priorem confitentem penſionem. dicentem tamen fructus diminutos & minus penſione ſufficere vicario. certámque quantitatem offerens ſub conditione, dummodo renuntiet in perpetuum maiori penſione, hoc recuſante vicario eidem vicario petenti lite pendente ſunt aſsignanda alimenta pro rata quantitatis oblatæ.

CONCLVSIO CCLVII.

De iureiurando. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Renuntians cum iuramento exceptioni non celebrati contractus, an poſsit reuocare dictam renuntiationem.*

1 ILle qui renuntiat † cum iuramento [a] exceptioni
2 non ita celebrati cõtractus & copiæ inſtrumenti petendæ, poſt contra aliquam earundem renuntiationum non admittitur, niſi primo iuramentum relaxetur.

a ¶ Cum iuramento. *Secundum Goſ. Hoſt. Archid. & in auth. de manda. princ. §. ſed neque. Iuramentum eſt aſſertio vel negatio licito poßibili & honeſto ſacra rei atteſtatione firmata. Et notat xxij. q. j. §. j. Vnde dicitur iurare: quia quaſi pro iure introductum eſt, vt quod ſub inuocatione diuini teſtimonij dicitur, pro vero habeatur.*

CONCLVSIO CCLVIII.

De iudicijs. Et de teſti. *Rubr.*

TErtio non venienti ad cauſam pro ſuo intereſſe de quo in inſtrumento ſententiæ pro eo ſuper re de qua late agitur docet ad petendum & habendum copiam atteſtationum iam publicatarum admitti debet: licet d. Viuarieñ. & P. Iambo contra.

CONCLVSIO CCLIX.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatus faciens ante præfixum terminum committi cauſam appellationis auditori, non præiudicat appellanti.*

PRæfixo † termino appellanti x. dierum [a] ad proſequendum prodeſt ſibi ad hoc, quòd appellatio ſua non dicatur deſerta, quòd infra illos x. dies appellatus fecit cauſam appellationis auditori committi: licet ipſe appellans nihil fecerit, licet Pet. de Sarce. contra reſpondendo certo modo ad l. petendæ. C. de temp. in integr. reſtit. pe. licet fateatur Spec. tenere cum dominis tit. de appel. Dixerunt antiqui domini etiam ſic aliàs fuiſſe in concilio determinatum. Sed dominus Viuarien. dubitauit, vt dixit. 1
2

a ¶ x Dierum. *Nota quòd infra x. dies à die lata ſententia appellandum eſt, vt C. de appell. authent. hodie vero. fallit in abſente ex probabili vel notoria cauſa. quia ille infra x dies à tempore quo ſciuit ſententiam latam poteſt appellare vt C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. C. quando appell. ſit. l. j. § fin. & ibi bona glo. Et hoc verum niſi ſit contumax vere in non comparendo vel veniendo ad iudicium: quia tunc non audiatur niſi veniat iudice ſedente adhuc pro tribunali l. diuus. ff de in integ. reſtit. Secus ſi fuiſſet contumax reſtituendo: quia poteſt appellare. l. creditor. ff. de appellat § iuſſus.*

CONCLVSIO CCLX.

De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In libellis & ſententijs plus conſideratur mens quàm verba.*

SEntentia lata poſtquàm variatoe vnius partis habens ad hoc ſpeciale mandatum renuntiauit liti & cauſæ contra dominum illius procuratoris vocatum ſolum per audientiam contradictarum valet. Sed Viuarien. contrà, quia dicit, quòd lis durabat vſque ad ſententiam non obſtan. ceſsione. Item quòd in † libellis & ſententiis plus conſideratur mens quàm verba. 1

CONCLVSIO CCLXI.

De dolo & contu. Et de præſumpt. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Fraus repellit quem à beneficio ceſsionis.*

IN cauſa mea Arelaten. quòd ſi condemnatus † bona ſua cito poſt condemnationem ad mandatum alterius iudicis dat in ſolutum, præſumitur fraus contra eum ipſum repellens à beneficio ceſſ. per. l. fin. ff. de ceſſ. bon. 1

CONCLVSIO CCLXII.

De reſcriptis. *Rubr.*

MAndatum directum epiſcopo exequitur electus confirmatus. per c. cum in te. de reſcriptis. cum ibi not. facit ratio. c. quoniam abbas. de offic. deleg. C. de bon. quæ lib. non line. ff. de bon. poſſeſſ. quæ ex te. mili. l. j. & iura. & glo. quæ dicunt idem. vide de electo confirmato, ſicut de epiſcopo.

CONCLVSIO CCLXIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

COmmiſsio facta ad recipiendum iura producenda per partes dat poteſtatem recipiendi atteſtationes, ſicut econtra in clem. ſæpe. ne nimis arctentur verba reſcripti. contra not. Innoc. de reſcriptis. ex literis.

CONCLVSIO CCLXIIII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

Teſtimonium teſtis in re incerta valet.

SI teſtis dicit me obligaſſe Titio, quanquàm dicat ſe neſcire ex qua cauſa, ſi conſtet eſſe Titio obligatus ex certa cauſa, præſumitur quòd ex illa, & valet teſtimoniũ.per not.de re.ven.l.quædam. nec valet obiicere contra teſtem affinitatem tertij gradus vel ſententiam excommunicationis,& probare ſolum denunciationem, per not. c.pia. & per Innoc. in cap.ij. de teſtib.

CONCLVSIO CCLXV.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius & index nemo poteſt eſſe in eadem cauſa. An vero teſtis. num.2.*

1 DE iure canonico non poteſt idem eſſe † notarius, & iudex in eadem cauſa. per c.quoniam contra. nec obſtat de teſtib. quoniam à nobis. quia fateor, quòd ſuper bis poteſt † eſſe poſtea teſtis: vt 2 in aliud non dicit l.ij.ff.de dolo. l.ij.ob.ſed loquitur ſecundum leges.

CONCLVSIO CCLXVI.

De lit.conteſt. Et de reſtit.in integr. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitus an quis poſſit ante litis conteſtationem.*

1 SI vna pars ſuper cauſis appellationum, † & negotij principalis commiſſ. ad eius inſtantiam inſerret procedi ſummariè, & alia pars poſtea obtinet mandatum de reſtituendo,ſi de iure,&c.poteſt adere articulos teſtitutionis ſub articulo negotij principalis nec obtinuerit, quòd ſummariè nihilominus in cauſa reſtitutionis procedatur ſummariè, & fiet vnum regiſtrum tanquàm ſuper negotio principali.

CONCLVSIO CCLXVII.

De præſum. De prob. Et de confeſsis. *Rub.*

NOtarius præſumitur rogatus regulariter,licet non dicatur.

CONCLVSIO CCLXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Narrata in gratia impetrationis, probantur per confeſsionem aduerſarij.*

1 ITem narrata † in gratia impetrationis,ad effectum etiam adiudicationis probantur per confeſsionem aduerſarij,& etiam procurat. Et idem quo ad iuſtificationem,& proceſſum duorum executorum ſuper mortem tertij.

CONCLVSIO CCLXIX.

De officio deleg. Et de procur. *Rub.*

VAlet generalitas proceſſus executoris, videlicet in quo comitantur omnibus ſingulis preſbyteris certæ diœceſis.

CONCLVSIO CCLXX.

De dilatione. *Rubr.*

ARticuli obiectiui non dati in termino, poſtea in alio termino dari poſſunt, ſi alius terminus habe modi per iudicem aſsignetur, & ab aſsignatione non appelletur.

CONCLVSIO CCLXXI.

De offic.deleg. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ſimplex an poſſit eſſe ſubexecutor apoſtolicus quo ad conferendum.*

2 *Executor datus à duobus, non procedit in cauſa ſine tertio ſubſtituto.*

ITem quòd ſimplex † presbyter poteſt eſſe ſubexecutor apoſtolicus quo ad conferendum, & quòd cap.ſtatutum, non habet locum in executoribus apoſtolicis inquantum vellent recipere ſolum partes executorum . remanſit , vtrum debeamus præſumere tertio collegæ ſub nomine dignitatis mortuo infra duos annos fuiſſe alium ſubſtitutum. Item fuit concluſum , quòd in caſu dictæ ſubſtitutionis ſubexecutor datus à duobus † non procedet ſine illo tertio ſubſtituto, niſi eſſet impeditus. 1 2

CONCLVSIO CCLXXII.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratorium generale an valeat.*

ITem remanſit dubium,vtrum valet † ſubſtitutio procuratoris per alias facta de certa perſona vniuerſaliter ad omnia, in quibus erat ſubſtitutus generaliter vel ſpecialiter deputatus. 1

CONCLVSIO CCLXXIII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Intimationis appellationis defectus non vitiat deuolutionem quo ad appellantem.*

DEfectus † intimationis appellationis in cauſa appellationis.licet vitiet deuolutionẽ , quantum tangit præiudicium appellati, non tamẽ quantum tangit appellantem: quod glo.& Paul.æquum reputarunt in clem.cauſam quæ. 1

CONCLVSIO CCLXXIIII.

De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de crimine, vt repellatur à beneficio, non tenetur aduerſarij obiectionibus reſpondere.*

2 *Corporis vitium, non inducens irregularitatem, non obeſt.*

SVper crimine oppoſito alicui † in modum obiectus ad repellendum eum in beneficio,non tenetur ipſe poſitioni vel interrogationi reſpondere. Secundo quòd ſi dicatur confeſſus condemnatus vel conuictus de crimine poſitioni vel interrogationi de hoc datæ reſpondere tenetur. Has duas concluſiones,& fundamenta earum ponit Inno. de confeſsis.cap.cum ſuper.pro quibus de accuſ.accedens.Tertio quòd ſi reſpondit ſe infamatum,tenetur reſpondere ſuper veritate criminis. Hanc ponit Innoc.cum ſua ratione. de elect.dudum Tothoma. ipſe Innoc. videtur velle,quòd ſuper corporis vitio teneatur quis reſpondere , cum ſit crimen , ſed de irregularitate ſecus. Sed corporis † vitium non inducens irregularitatem non obeſt.etiam Inno.velle videtur in cap.dudum. quòd ſuper crimine quod poſt peractam pœnitentiam inducit irregularitatem,tenetur quis reſpondere: vbi autem proceditur contra aliquem principaliter ſuper crimine per viam accuſationis,denunciationis,vel inquiſitionis, 1 2

Deciſ. Cano. g 3

certum eſt quòd onetur reſpondere capitulis contra .. u n datis, ſecundum Vinarien. Pro ſecunda concluſione prædicta facit l. iij. ff. de teſti. iiij. q. iij. ſi teſtes. de accuſ. inquiſitioni. § j. a l. quæ ſe retulit glo. in cap. .. cauſam. de teſti. & dictam l. iij. ſolebat ſemper allegare dom. Pet. Nicho. de Neapo. de viſo per ſe eſt hodi. de .. minatum. de elect. cap. ſi forme alias forte. lib. vj.

a ¶ Super crimine. *Nota quòd crimen propriè eſt mortale peccatum, vt patet per Gregor. homil. xij. Fa. et xxv. diſt. § criminis. in ver. quia fiat criminale dum placet. Largo autem modo accipitur quandoque pro veniali, etiam iuxta illud, Nemo ſine crimine viuit quandoque pro infamia, & quandoque pro peccato depoſitione digno, vt hic. Vide .. lo. in d. § crimenis appellatio. & quæ ſunt crimina depoſitione digna, vide d. And. in c. at ſi clerici. de iudic.*

CONCLVSIO CCLXXV.

De his qui à ma. par. cap. ſunt. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Vt rector expediat negotia vniuerſitatis, requiruntur .. partes.*

AD expediendum † negotia vniuerſitatis per rectorem requiruntur duæ partes. l. nulli. & l. .. ne. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. vel contra. & l. nominationum. C. de decur. lib. x. ſ.. cus ſi per ſingulos de vniuerſitate per modum vniuerſitatis congregatos. vt ff. a l. municip. quod maior. ſecundum dominum electum Viuarien. qui dicit Cyn. ita notaſſe. de procur. l. neque. quod eſt valde notabile.

CONCLVSIO CCLXXVI.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad ſummarie procedendum quando non valeat.*

IN cauſa mea Auinionen. Cremonæ & Saniæ. Primo quòd licet patriarcha Iheroſolymitanus. qui commiſit cauſam domino Boni.. acio, haberet 1 poteſtatem ab Vrbano † per ſe vel alium in cauſis cœptis, &c. procedendum ſummariè, &c. tamen quia licet petitum eſſet in dicta commiſsione domini Boni.. ij, quod poſsit procedi ſummariè, fuit illud in ſign.. ione omiſſum, non potuit Bonifacius procedere ſummariè, &c.

CONCLVSIO CCLXXVII.

De litis conte.. at. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam & proceſſum quæ non vitient.*

1 ETiam † vbi ſummariè non proceditur, arctatio terminorum extra palatium contra morem palatij vel omiſsio concluſionis non vitiant ſententiam vel proceſſum.

CONCLVSIO CCLXXVIII.

De teſtam. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Lite ſuper toto negotio non conteſtata ab vna partium, an eadem pars debeat condemnari.*

PRo eo, quod Michaël de Fabrica maritus Cremonæ, ſuo & dictæ Cremonæ nomine ratione reſtæ duarum dotium, videlicet matris Guillentæ vxoris ſuauius reſtantis Cremonæ filiæ eiuſdem Guillentæ, ad quam reſtam dictus Ioannes reſtan- 1 tis, qui Bernardum .. filium ſuum inſtituens in caſu quo idem Bernardus ſine liberis moreretur, voluit ſuam hæreditatem ad pauperes deuenire: & cuius Ioannis filius Bernardus antedictus hæreditate adita & relicta Sania ſua nouerca ſecunda vxore dicti Ioannis hærede de dicto fideicommiſſo mentione non facta obligatus egit contra d.. am Saniam, & contra procuratorem animarum. quia ratione fideicommiſsi antedicti dicebant hæreditatem dicti Ioannis ad pauperes pertinere coniunctim & diuiſim, aſſerentes hæreditatem dict.. ſum patris, & filij ad Saniam, & procuratorem ant.. dictum pro partibus eos contingentibus peruenire, & concludentes vtrunque condemnari prout, & quemadmodum partes hæreditatis eos contingentis, & non aliter nec vltra lite ſuper huiuſmodi petitione cum dicto Michaële ſolummodo per Saniam conteſtata: condemnatio ſecuta non valet, quantum tangit partem procuratoris, & condemnationem factam inſolidum non obſtante à die declaratione facta poſt reuocationem concluſionis, in qua petit idem Michael pronuntiari & condemnari Saniam ad totam reſtam antedictam, tanquam lite ſuper toto minime conteſtata.

CONCLVSIO CCLXXIX.

De inuentario. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij beneficio qui non gaudeant.*

ITem quòd Sania † non debet gaudere beneficio 1 inuentarij: tum quia non vocauit creditores & legatarios: tum quia in præſentia teſtis & notarij non nominauit nec realiter oſtendit omnia bona: tum quia non vocauit in teſti. cogn. perſonam hæredi. tum quia non deſcripſit, per ſe vel alium notarium ſpecialiter adhibitum, ipſa bona: nec adiecit ſig.. lum ſanctæ crucis: imo vt præſumitur. nec inchoauit infra xxx. dies. Item quia contra petitionem reſtitu. dictarum duarum dotium non poteſt opponi compenſatio de mutuo recepto, per Michaelem, aut de bonis hæredit. dicti Ioannis receptis per ipſum Michaëlem: cum non appareat, quòd illa receperit nomine Cremonæ: etiam quòd non obſtan. quod nomine etiam ſuo egerit, ne per compenſationem Cremonæ eius vxoris præiudicium afferatur.

CONCLVSIO CCLXXX.

De reſcriptis. Rubr.

LIcet plura narrentur in commiſsione ad reſtitutionem contra ſententiam obtinendâ, ſi vnicum ſit verum, ſufficit, licet alia falſa ſint. non obſt de reſcr. ex parte. & c. cum olim. & c. inter cæteras.

CONCLVSIO CCLXXXI.

De procuratoribus. Rub.

REi vendicatio, & Publiciana ſimul intentantur alternatiue de conſuetudine, contra illius nor. §. alie. de actu. no. & legi. cap. abbate ſane. de re iud. lib. vj. & per Innoc. de reſti. in integ. conſtituuitur.

CONCLVSIO CCLXXXII.

De litis conteſtat. Rubr.

ITem, quòd litis conteſtat. contra duos, ſi poſt vnus alteri ſuccedat, non ſufficit ad totum illi adiudicandum ſine alia litis conteſtatione.

CONCLVSIO CCLXXXIII.

[illegible] Rubr.

P[illegible] m vel defendendum qui [illegible] que tranſiuit in rem [illegible] re [illegible] minum in cauſa re- [illegible] pe contra ſententiam:& [illegible] Gul.Gal.in cnntilus: [illegible] qui propne.§.1 c quæritur.

CONCLVSIO CCLXXXIIII.

[illegible] Rubr.

SVMMARIVM.

1 *[illegible] confeſsionis, quæ videtur facta in libello [illegible], an valeat.*

I[illegible] ſa [illegible] A[illegible] on.Cremonæ, Pet.& Sa- [illegible] quod confeſsio Michaëlis facta in li- [illegible] inſtantiæ. ibi dum dicit, quòd hæredi- [illegible] nis, & Bernardi & [illegible] ad procur.animarum, [illegible] pro partibus eorum contingentibus per- [illegible] reddi ſententiam domini Bonifacij in- [illegible] Item quod reuocatio † dictæ confeſsionis, [illegible] facta in libello inſtantiæ ſecundæ fieri [illegible] ſine cauſa ſecundum domi.Viuan. Petr. [illegible] & Gulıel. Gal.de no. eccleſia. Licet domini [illegible] Ioã.& Simon ac Robertus cum plures non [illegible] conſil.contra. Dixerunt tamé domini [illegible] & Guliel.& Pet.lambo.poſt eum: quòd li- [illegible] valet dicta reuocatio in modum erroris: [illegible] quo ad mutationem in modo agendi: [illegible] mus agebat contra duos, nunc non agit, niſi [illegible] vnum. Quód que dicta confeſsio facta reſpe- [illegible] ratoris animarum, & modo agendi inten- [illegible] eum, non obeſt reſpectu Saniæ.alleg.l.fi. [illegible] act. Item quód [illegible] ego index ſecundæ in- [illegible] x libello dato in ſecunda inſtantia, & con- [illegible] cuta ex productis poſſum infirmare ſen [illegible] Bonifacij pro ea parte ſuper qua fuit [illegible] ſtı. & pro alia infirmare, & nihilominus [illegible] are, ſicut ſi eſſem iudex inſtantiæ primæ [illegible] o & pro Cremona: quia data additione ſu- [illegible] &c. poſt reuocationem conclusionis po- [illegible] Bonifacius ſuper e[illegible] lit.conteſt.& ſer- [illegible] nouo ſuper toto ſeruandis ſuper toto pro- [illegible] ergo & ego qui ſucceſsi in locum ipſius. [illegible] poſt facto domi.Viuatien. ſe mutauit, dicens [illegible] expedit cauſam iſtam poni in relationibus.

CONCLVSIO CCLXXXV.

De lib.obla. De re iudica. Rubr.

S[illegible] libellus emptoris datus fuerit ad æſtimationem [illegible] venditæ quæ tradi poterat, & non ad tradi- [illegible]:& ſententia ſuper ea lata valet: totum valet [illegible] s & ſententia: niſi ex alio capite vitietur de [illegible] at[illegible] nica. Ego contra, per l.j.ff.de acqui- [illegible] l. [illegible] ſeruum.§.ſi & l.eum qui ita.ff.de verbo. [illegible] & de conſtit.pecu.l.pro minori nominis.& ſi [illegible] l.cú fundus.§.quo ad pecunias. & hoc plene [illegible] re iudic.l.ſi quis ab alio.§.fin.ff.de act.en.p. [illegible] hæc etiam vide de iureiur.l.ſi duo patroni. [illegible] ductit.& infra.iiij.fol.pag.ij.

CONCLVSIO CCLXXXVI.

[illegible] lite pendente: Rubr.

I[illegible] tum non auditur quis petens [illegible] nem beneficij, niſi col[illegible] titulum: licet

a

Guliel.Gal. contra. Item quod lata ſententia in reſti- tutione totali ex priuilegio litis penden.eſt diffini- tiua quo ad effectum cle.appellanti.

CONCLVSIO CCLXXXVII.

De prebendis. Rubr.

ITem quòd allegans titulum infectum peius facit, quàm ſi nihil pro titulo allegaret.

CONCLVSIO CCLXXXVIII.

De prebendis. Rubr.

ITem quòd poſſeſſur non docens de titulo, nec colorans obtinet in caſu prædicto, petente reſtitu- tionem non colorate, & hoc quo ad effectum abſo- lutionis. Item quòd materia contraria videlicet con- tinuæ poſſeſsionis vſque ad tempus quo ſpoliatio attentata dicitur, incluſiue admittenda eſt contra petentem.

CONCLVSIO CCLXXXIX.

De probationib.us. Rubr.

POſt concluſionem &c. poſſunt pro iuſi iura e- tiam per illum quo inſtante fuit concluſum etiam in beneficialibus.

CONCLVSIO CCXC.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reus in exceptione eſt actor.*

ET quod gloſ.cle.literis.de proba.de narratis per papam de facto alterius ſuper quo &c. licet re- probetur quo ad effectum adiudicationi, & non ta- men quo ad effectum defenſionis & intentionis actoris probatæ eliſionis. Sed dominus Nico.& ego contrà: quia reus † in exceptione eſt actor maximè 1 intentione iam fundata.

CONCLVSIO CCXCI.

De renunciatio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiare appellationi quando quis non dicatur.*

ILle appellans † qui petit copiam actoris poſt ap- 1 pellationem, & diem ad dicendum contra, non cenſetur appellationi renuntiare. Item quòd literæ executorum ſolo ſigillo &c. recognito vel probato ſigillo faciunt fidem.

CONCLVSIO CCXCII.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procuratore non appellante infra tempus, non au- ditur dominus poſtea.*

ITem quòd ſi † procurator cauſam proſequens in- 1 fra tempus non appellat, nô auditur dominus poſt tempus appellans, niſi per viam reſtitutionis.

CONCLVSIO CCXCIII.

De filiis presbyte. Rubr.

ILlegitimus [a] diſpenſat is ad dignitates cu & elec. a habeuit in eccleſia cathedrali.

a ¶ Illegitimus. *Nota quod illegitimus prohibetur promoueri per viam inſtitu, cap. ut innotuit. de elect. non tamen prohibetur per viam gratiæ, ut ibi not. Abb. Et an legitimatus quo ad actus eccleſiaſticos per hoc ſit legitimatus quo ad actus ſeculares? Dic quòd communis opinio canoniſtarum eſt, quod ſic. extra qui filij ſint legitimi. c per venerabilem [illegible] de his. nota per omnes: & ibi etiam nota de poteſtate imperatoris & papæ.*

CONCLVSIO CCXCIIII.
De attentatis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Materia attentatorum quare ſit magis priuilegiata, quàm materia interdicti vnde vi.*

1 ID autem quod dicitur materiam † attentatorum magis priuilegiatam eſſe, quàm materiam interdicti vnde vi. vel beneficij c. reintegranda. intelligit d. Viuarien. quo ad effectum procedendi ſine ordine iuris: non quo ad effectum procedendi abſque collatione tituli in materia beneficiali.

CONCLVSIO CCXCV.
De iudicijs. Rubr.

IN cauſa mea Aunioñ. Saniæ & Cremonæ, quod iudex ſecundæ inſtantiæ pronuntians ſuper nullitate primæ inſtantiæ ex defectu ordinis iudiciarij, poteſt. ſi repererit ſeruato ordine iuſtam fuiſſe dictam ſententiam &c. poteſt etiam pronuntiare in eadem ſententia eo modo quo pronuntiauerat primus iudex.

CONCLVSIO CCXCVI.
De confeſsis. Rubr.

COnfeſsio facta in prima inſtantia poteſt reuocari in ſecunda, docto de errore, & etiam non docto.

CONCLVSIO CCXCVII.
De reſtitu. in integrum. Rubr.

CApitulum, ſuſcepta. de reſti. in integ. non habet locum in ſententia arbitr. quia illa non habet executionem. not. Innoc. in cap. quintauallis.

CONCLVSIO CCXCVIII.
De libelli oblatione. Rubr.

DE conſuetudine admittitur libellus alternatiuus nullitatis vel iniquitatis & reſtitutionis.

CONCLVSIO CCXCIX.
De arbitris. Rubr.

PEtens laudum reſcindi reductione ad arbitrium boni viri, etiam per modum reſtitutionis non cenſetur contrarius, ſed videtur ſolum ius ſpeciale reſtitutionis intentare.

CONCLVSIO CCC.
De locato. Rubr.

ITEM quòd locatio non probat poſſeſsionem.

CONCLVSIO CCCI.
De conceſ. præben. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans plura beneficia ſimul, excedētia taxam literarum Apoſtolicarum, an omnino priuandus beneficijs.*

1 SI accepto † ſimul plura beneficia excedentia ſimul taxam literarum mearum, valet nihilominus quo ad primum ſecūdum & tertium nominata quæ non excedunt. argu. C. de dona. l. ſancimus. ff. de verbo. obliga. ſ. ite debemus. ff. de iuriſdict. om. iudi. ſi idem cum eodem. de hæredi. inſtit. l. qui ſoluendo. ij. cum concord. de elect. c. penulti. ij. reſponſo. in fin. de præben. c. mandato. lib. vj.

CONCLVSIO CCCII.
De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Taxa beneficij certa quando ſit probanda.*

VBi impetratur certum beneficium † cum expreſsione certæ taxæ, ſi negetur, taxa probanda eſt: & videtur negata, ſi dati fuerunt articuli de hoc obiectiui: & ſi repulſi fuerunt, ſecus vbi virtute generalis gratiæ ad certam taxam &c. eſſet beneficium, quod dicitur per impetrantem infrà taxam acceptatum: quia illa taxa ſibi negata præſumitur. 1

CONCLVSIO CCCIII.
De præbendis. Rubr.

ITEM quòd narratio baccallariatus in gratia etiam non negata quo ad effectum adiudicationis probanda eſt.

CONCLVSIO CCCIIII.
De reb. eccle. non alie. Rubr.

CAnonicus volens alienata nomine eccleſiæ repoſcere, debet ex remedio malæ alienationis concludere, vt ſic intelligatur & reſtringatur cap. ſi quis presbyterorum. ſuper quo vide in nouella. de teſti. cum olim.

CONCLVSIO CCCV.
De foro competen. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Subijciens ſe cameræ, & extra curiam promittens ſoluere, an poſsit in curia conueniri, & extra curiam citari.*

IN cauſa mea Ianueñ. quòd de iure † qui ſubiicit ſe cameræ & promittens extra curiam ſoluere in curia: licet repertus in curia ibi poſsit conueniri. non tamen poteſt extra curiam citari, vt ibi reſpondeat. Licet domi. Viuarien. videretur contrà. allegabatur tamen pro auditore cameræ concludendo in contrarium. 1

CONCLVSIO CCCVI.
De procuratoribus. Rubr.

SEcundo quòd procurator deputatus ad cauſas deuolutas & de iuris neceſsitate in curia tractandas de nullitate proceſſus habiti cum eo in cauſa non deuoluta nec in curia tractanda agere poteſt: quia illa eſt in curia de neceſsitate tractanda. a

a ¶ De nullitate proceſſus. *Nota quod in conſiſtorio principis non attenditur nullitas proceſſus, ſi conſtet de meritis cauſæ. vt not. Abbas in cap. ad petitionem. de accuſatio. Item in dicto conſiſtorio ſi eſſet de bono iure partis, non habetur reſpectus ad nullitatem proceſſus. notat idem Abbas in cap. cum olim. de re iudica.*

CONCLVSIO CCCVII.
De foro competenti Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſu nullo exiſtente ex defectu iuriſdictionis iudicis. ſententia talis iudicis eſt etiam nulla.*

TErtio quòd dominus comparens coram iudice remiſsionis conceſſæ huiuſmodi procuratori in cauſa huiuſmodi non videtur prorogare ſeu validare proceſſum habitum vel habendum cum procuratore prædicto, dummodo proceſſus † fuerit nullus ex defectu iuriſdictionis: videlicet 1

pro

pro eo quòd cauſa ſuper qua agebatur in curia coram auditore cameræ non eſt tractanda in curia. Quarto quòd grauauit auditor aſsignans terminum ad concludendum vel dicendum cauſam quare &c. contra allegantem contradicendum, nec eſt ſuis poſitionibus reſponſum.

CONCLVSIO CCCVIII.

De ordinaria cognitione. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis vtrum ſit criminaliter.*

1 IN cauſa Guliel. Gal. quòd ciuilis † eſt criminalis ex eodem facto ſimul in eodem libro &c. fui cum Nico. Simn. & Guliel. quàm opinionem ſequitur Guliel. de Cu. licet gloſ. do. Rob. Viuarien. & Eſtulanus contra ſequen. Cyn. in l. vna. C. quando ciuilis actio præiudicet criminali. & Bartol. in l. prætor edixerit. §. j.

CONCLVSIO CCCIX.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Executio facta ad valuas eccleſiæ cathedralis an ſufficiat.*

1 IN executione † citationis ſufficit executio facta in eccleſia cathedrali: & illa de qua agitur: & in eccleſia collegiata oppidi, vbi eſt illa eccleſia, dũmodo maximè iuret poſt pręſentationē dictę executionis pars ad cuius inſtantiam fuit executa, quòd non potuit procuratorem vel principalem apprehendere, licet aliàs ſeruatus non ſit ordo clementinæ, cauſam quæ.

CONCLVSIO CCCX.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus cum omnibus clauſulis vt compareat coram iudice certe die in literis expreſſo, caſu quo non compareat, an poſſit procedi per audientiam ad omnes actus iuridicos.*

1 FVit citatus intruſus perſonaliter vt centeſima † die compareat coram auditore cum authoritate &c. de iuſtitia reſponſurus, auditurus &c. facturus & recepturus quod dictauerit ordo iuris, poteſt procedi per audientiam ad omnes actus &c. vt ſi aliquis ipſarum eſſet omiſſus, non vitiaretur propter hoc proceſſus, licet hodie tantum inualuerit ſtilus obſeruationis terminorum per audientiam: quòd etiam appoſita dicta clauſula ad omnes &c. in citatione & executione omiſſo termino ad probandum omnia totum vnit, ſecundum Pet. de Sarcenato. Sed mortuum dominorum quo ad primum terminum cum fingit virtute citationis & executionis prædictarum eſſe hic apprehenſum. Sed contra talem procederetur per auditorē ad omnes & ſingulos actus. igitur &c. Et in his fuerunt omnes concordes, inter quos Viuarien. & Guli. Gal. ſed non Nico. de Narbo.

CONCLVSIO CCCXI.

De fide inſtrumentorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ præſentationis cum teſtibus ſine ſigillo & ſubſcriptione notarij, ſed tamen per vicarium Epiſcopi ſigillatæ, an valeant.*

IN eadem cauſa quòd præſentatus producit literas præſentationis † cum teſtibus ſine ſigillo & ſubſcriptione notarij: ſed vicarij generalis epiſcopi ſigillatas ſigillo quòd ibi aſſeritur eſſe vicarius ſine teſtibus & ſubſcriptione notarij: & dat in articulis ibi eſſe conſuetudinem, quòd non cõſueuerunt nomina teſtium & vicariorum in talibus literis poni: & quòd vicarius eo tempore ibi erat talis: aliàs articuli ſunt repellendi, quia male ſpecificati nimis generales, nec datur ibi clare de poteſtate vicarij. 1

CONCLVSIO CCCXII.

Vt lite pendente. *De verbo. ſignific.* *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra mortuum an valeat.*

IN cauſa domini Ioan. quòd appellatione illorum quorum intereſt quo ad materiam. cap. ſi hi contra quos. vt lit. penden. lib. vj. & cap. quamuis. de re iudic. non veniunt niſi illi quorum intereſt ratione iuriſdictionis eiuſdem ſeu occaſione. Sed quo ad materiam c. ſtatutum. de elect. lib. vj. veniunt omnes quorum intereſt etiam ratione cuiuſcunque intereſſe & ex quacunque cauſa. Item tenetur & placuit, quòd ſi mortuo illo contra quem primo litigatur cauſa ad curiam per appellationem deuoluta, committatur cauſa contra illos quorum intereſt, intimatio facta illi cuius poſt dictam cauſæ introductionem intereſſe cœpit, non operatur vim citationis: nec facit quòd lata † ſententia cõtra mortuum. quæ 1
quo ad mortuum valida non fuit, ſibi præiudicet: imo quòd contra eum ferri poſſet etiam terminis ſeruatis per audientiam contra. Item quòd dictum cap. quamuis intra. in caſu quo ſuper illo iure de quo pronuntiatum eſt, alius ad quem eiuſdem iuris pertinet defenſio, ſciuit &c. Secus ſi quilibet ius diuerſum vnus ab alio prætenderet, vt duo hæredes, vel duo quorum quilibet ſe in beneficio ius habere prætendit, quod non poteſt procedere ex eodem iure ſecundum Innocen. de præbend. c. niſi eſſent. de reſtitu. ſpol. c. ex literis.

CONCLVSIO CCCXIII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio grauaminis in quibus non habeat locum.*

SI à ſententia † excommunicationis vel eius executione appelletur,[a] repoſitio in ſtatum fieri non 1
poteſt: quia reuocatio grauaminis locum habere non poteſt. a

a ¶ Appelletur. *Nota quòd à qualibet ſententia, vel grauamine poteſt appellari, ſi eſt hominis, de iure canonico. De iure autem ciuili non ab interlocutoria, niſi quando iudex in criminali vel ciuili negotio quæſtionem per tormenta interlocutus eſt, contra l. ante ſententiam ff. de appel. reci.*

CONCLVSIO CCCXIIII.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus contra duos expreſſos, non videtur cõſtitutus contra tertium non expreſſum.*

2 *Mutatio perſonæ inducit mutationem cauſæ.*

Procur

1 PRocurator † conſtitutus ad proſequẽdum contra Titium & Sempronium non poteſt proſequi contra Caium ſuper iure beneficij: quia eodem iure ſe fundare non poterũt illi tres, ſcilicet Titius, Sempronius & Caius, & tamen deputatus procurator ad vnam cauſam, aliam non poteſt peragere.
2 de offic.deleg.cum olim. Item quia † mutatio perſonæ inducit mutationẽ cauſæ.ff.de excep.rei iudi. l.cum à te.& l.quæritur.cum l.ſequen.

CONCLVSIO CCCXV.

De iudic. De libel.obla. Rubr.

AGens contra monaſterium vt ſententia arbitralis contra monaſte.pro eo lata ſuper certis poſſeſsionibus declaretur per monaſterium obſeruanda, & eidem monaſte.non licere quomodolibet aduerſus eam reclamare:& in eodẽ libro perſiſtens non auditur contra libellum monaſte.ſuper reſtitu. aduerſus dictam arbitralem ſententiam dandum,& ex poſtfacto datur excipiens de ſpolio earundẽ poſſeſsionum per idem monaſte. contra eum facto, & ſic ſuper ſpolio pro eo & contra ipſum monaſteriũ fuerit ipſa arbitralis ſententia lata.

CONCLVSIO CCCXVI.

De litis conteſt. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio requiritur in cauſa appellationis extraiudicialis.*

IN cauſa mea Gerundeñ.in qua aduocati allegarunt. Primo quod † in cauſa appellationis extraiudicialis.quæ dicitur prouocatio ad cauſam,requiritur litis conteſta.cuius defectus totum vitiat.

CONCLVSIO CCCXVII.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa nullitatis requiritur ordo iuris.*
2 *Appellans quomodo ſuæ appellationi renuntiet.*

1 IN cauſa † nullitatis [a] requiritur ordo iuris.no.Innoc.de procura.c.auditis.& melius de offic.iudic. c.ij.in fin.ſuæ gloſ.mag.iuncto principio illius gloſ. & caſu illius c. ſic quod omiſsio termini ad producendum omnia,quæ eſt de ſtilo palatij ſubſtantialis, reddit totum nullum:etiam ſi nullitas colligitur ex actis alterius inſtantiæ in vim compulſoriæ productis: quia ex illa acta alia poſſunt produci, ex quibus releuabitur nullitas. Tertio quòd auditor deputatus ſpecialiter ad certam cauſam factus epiſcopus ſuam iuriſdictionem quo ad illam cauſam non perdit.
2 Quarto quòd appellans petens † ſententiam pòſt ſerti.ſuæ appellationi renuntiat.

a ¶ In cauſa nullitatis. *An pendente cauſa nullitatis pro ſententia præſumatur, Fel.pulchre in c.quoniam.pen.col.Ver.vlt.de proba. Et an nullitas proceſſus poſſit declarari parte abſente, idem in c.cauſam.in j.colum.de reſcrip.*

CONCLVSIO CCCXVIII.

De pactis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, iuxta compoſitione cum principe, an teneatur rebelles principis ſub ſua ditione degentes, principi tradere pacis gratia ſeruandæ.*

ET hoc quinto, quòd compoſitio regis Aragonum & epiſcopi Gerundeñ.pro † pace ſeruanda in diœceſ. Gerundeñ. obligans in perpetuum epiſcopum ſeu eius officialem Gerundeñ.omni caſu quo apparuerint malefactores frangeñ.pacem diœceſ. Gerundeñ.quos per ſolitum proceſſum contingit eſſe à pace eiectos & excommunicatos, & pro talibus publice declaratos ad conuocandum communis ciuitatis & diœceſ. Gerundeñ & ſub pœna excommunicationis, & xx. ſol. pro quolibet non parente, veniant cum armis &c. ad inſequend. & c.cum epiſcopo aut vicario regis, aut loca tenen.in exercitu dictos malefactores: non valet ipſo iure. licet aliqui & plures contrà. tamen domini Viuatieñ.Guiliel.Gal.& Eſtulanus, dicunt quòd non valet. Sexto. quòd ſi valeret,valeret monitio facta de omnibus perſonis dictarum ciuitatum non habens clauſulam, niſi cauſam &c.non diſtinguens ſexum, ſtatum, conditionem, vel numerum perſonarum, aut ſubdi. epiſcopo in temporalibus, à non ſubditis commonitos ſpecialiter.vel ſcientes monitionem ab ignorantibus, vel non ſpecialiter monitis. non habens tenorem conſtitutionis incertum, ſed ſolum ſeuta crude & unde ſecundum formam dictæ conſtitutionis. Sed in hoc fuerunt aliqui domini contrà,propter confuſionem monitionis. Et quia monitio videtur ſententiam excommunicationis ferre contra formam c.Romana.§.caueant.de ſentent.excommunicationis.lib.vj. Sed ad primum dicunt aliquãdo, quòd genus intelligitur ciuiliter:ad ſecundum quod ſententia excommunicationis ibi non fertur,ſed magis lata per cõſtitutionem declaratur.

CONCLVSIO CCCXIX.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, ſi fuerint diuerſæ, prolatæ per diuerſos iudices,expenſarum taxatio quomodo fieri debeat.*

IN cauſa mea Gerundeñ.quòd vbi reſultat † nullitas ex actis eiuſdem iudic.poteſt pronuntiari ſuper illo ordine iuris non certo: ſecus ſi ſit nullitas aliorum proceſſuum ſuper qua principaliter agatur. 1
Item ſi iudex inſtantiæ ſecundæ coram quo dabantur poſitiones de nullitate & iniquitate ſententiæ primi. pronuntiet ſolum ſuper nullitate ſententiæ primi iudicis, & cauſa appellationis à ſententia ſecundi iudicis,& aliæ cauſę quæ remanſerunt coram eodem iudice ſecundo,tertio iudici remittantur:ille tertius iudex ex actis habitis coram eo poteſt pronuntiando ſuper non iniquitate ſententiæ ſecundi, pronuntiare ſuper nullitate ſententiæ primi: & id quartus tertio in omnibus ſurrogatus. Item quod cùm ſententia ſecunda reuocat primam, & tertia confirmat ſecundam, & quarta reuocat primam, ſecundam, & tertiam:ex eiſdem actis remitti debet iure cuiuſdam compenſationis condemnatio expenſarum hinc inde.

CONCLVSIO CCCXX.

De fide inſtrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumento notarij ſuper canonicatu & præbenda quomodo adhibenda fides.*

IN cauſa † mea Burdegaleñ.quòd literæ apoſtolicæ ſuper gratia facta arguendo de canonicatu & præben. 1

præben.Burdeg. & de reſignatis per Meleh.procur. Bur⸗ ⸗alenſis de Mo. qui eos obtinebat in euria Romana in manibus camerarij cum confeſsione Garſiæ aduerſarij de conſtitutione Melchi.procur. & renuntiationis quo ad effectum adiudicationis faciendæ, arguendo contra Garſiam etiam quo ad præben dam, ſed non ad Guilielmum alterum compeditorem ⸗ dicta negantem, prædicta intelligendo etiam ſi Garſias negauerit Melchi.fuiſſe conſtitutum ad renuntia.præbendæ.& ipſum renuntiaſſe præbendam.

CONCLVSIO CCCXXI.

De fide inſtrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Litera alicuius gratia ſigillis Epiſcoporum ſigillatæ, non habent locũ contra apoſtolicos impetrantes.*

1 IN cauſa domini Guiliel.Gal.pro cuſtode Tyberis domini noſtri † papæ quod licet literis epiſcoporum ſigillis ſigillatæ ſint, vel authenticæ, præſertim vbi hoc habet conſuetudo.de fide inſtrument.ca.ij. cum ibi no.per Inn.hoc tamen ſibi locum non vendicat contra apoſtolicos impetrantes, ne confingantur fraudes. Secundò. quòd nihilominus probatio dictæ materiæ eſt admittenda cum datur de alia materia ſufficiente, quia iſtam ſaltem faceret adminiculatiue.

CONCLVSIO CCCXXII.

SVMMARIVM.

1 *Litera auditoris quando derogent commiſsioni.*

a ITem quòd intimatio [a] non haber vim inhibitionis.

a ¶ ⸗matio. *Quando arctet intimatio, vide in c.cum contingat. v.col.ver.vj.quid.de reſcriptis.*

CONCLVSIO CCCXXIII.

De fide inſtrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Termini non ſunt reiterandi propter pendentiam dilationis.*

1 LItera † auditoris citationis ad partes ſigillata & ſubſcripta non probat commiſsibi incorporata, nec ipſius præſentationẽ:ſed bene inducit præſumptionem, cui non negatæ per partem ſtandum eſt.

CONCLVSIO CCCXXIIII.

De dilationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans quando ante citationem obtentam non debeat ſe inſcribere.*

PEndente termino virtute nouæ commiſsionis præfixo ad probandum diſpẽſationem vel promotionem, poteſt procedi virtute primæ commiſſionis: nec erunt † propter pendentiam dilationis termini reiterandi.

CONCLVSIO CCCXXV.

De accuſationibus. Rubr.

1 VBi mandatur † auditori, quòd ſuper crimine criminaliter intentando citetur quis perſonaliter:non eſt neceſſarium, quòd impetrans ante obtentam citationẽ ſe inſcribat. licet videatur contrà. C.de requirendis reis.l.nullus.ij.reſponſo.

CONCLVSIO CCCXXVI.

De fide inſtrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In prioratus beneficio ille præfertur, qui prius fuerit confirmatus à papa.*

IN cauſa domini Card.Minatañ.quòd litera † abbatis Cluniaceñ. ſuper collatiõ. prioratus pro eo qui obtinuit confirmationẽ eiuſdem collationis non obſtan.reſeruationibus, non facit fidem contra illum, qui poſt dictam confirmationem illum prioratum impetrauit à papa. 1

CONCLVSIO CCCXXVII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quaenam ſit materia obiectiua.*

MAteria † data de falſitate contra inſtrumentum [a] eſt obiectiua. Item quòd ſi in commiſſione prima narretur materiam obiectiuam datam eſſe poſt terminum & male fuiſſe ſpecificatam: & petatur his non obſtan.eam admitti: & reſpondeatur mandando eam admitti, non obſtãte quòd male ſpecificata non adiecto de lapſu termini:videtur nihilominus conceſſum, quòd non obſt. lapſu termini &c.Et ita do.Vicecancellarius declarauit. 1 a

a ¶ Inſtrumentum. *Quid ſit inſtrumentum. & vnde dicatur: quòd inſtrumentum alio modo dicitur documentum, quia docet: alio modo munimẽtum, quia munit partem & quod largo modo inſtrumentorum appellatione teſtes & omne id quod iudicem inſtruit continetur, Spec.tit. de inſtrumen.edi.§ j.*

CONCLVSIO CCCXXVIII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecundus non ſurrogatur primo niſi in cauſis iuriſdictionalibus, & contentioſis.*

2 *Vocatio partis in quibus non requiratur.*

SI papa ad inſtantiam litigantis ſuper eccleſia cui huius litis occaſione ſubtracti ſunt per alteram partem fructus præbendæ, mandet Petro auditori palatij coram quo etiam pendet cauſa, quòd durante huiuſmodi lite faciat illi litiganti de fructibus huius præbendæ vſque ad triennium reſponderi.& recedente de curia dicto Petro altera pars Guilielmo auditori obtineat committi cauſas penden.coram dicto Petro inter dictas partes cum inciden.depen. emergen. & connexis: non videtur per hoc committi ſecundo auditori poteſtas faciendi dicto litiganti de dictis fructibus reſponderi. ratio: quia non † ſurrogatur ſecundus, niſi in cauſis iuriſdictionalibus & contentioſis. & alterius non eſt executoria de fructibus in modum priuilegij conceſſa, quæ non virtute primæ commiſsionis facta in cauſa prima, ad quam ſe refert iſta ſurrogatio, ſed ſecundæ executoriæ competit primo, in qua ſecunda non eſt ſurrogatus ſecundus, nec eſt eiuſdem naturæ ſecunda vt prima:& tamen ſub generali clauſula dependenti &c.videntur ſolum venire illa quæ ſunt eiuſdem naturę.videlicet cauſarum iudicialiũ, maxime quia aliud non videtur cogitare aduerſa 1

pars

pars impetrans vel concedens. Item à grauantibus
proceſſum executoris cõmiſ. etiam auditoris, etiam
2 non † requiritur vocatio partis: etiam ſi in commiſ-
ſione dicatur, ſi inuenerit ita eſſe, aggrauet.

CONCLVSIO CCCXXIX.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio beneficij competit primo iudici, ſi ita ei fuerit iniunctum à Papa, ſecundo excluſo.*

1 IN cauſa domi. P. iambonis, quòd † litera illa dire-
cta d. N. Aud. primo in qua eidem Nicolao manda-
tur, quod ſi per euentum litis reperit neutrum liti-
gantium in beneficio, de quo litigatur coram eo, ius
habere, alteri ipſorum litigantium in litera nomi-
natum prouideat, non fuerit ante ſententiam eo. d. N.
præſentata, & à dicta ſententia fuerit appellatum, &
cauſa appellationis commiſſa do. Per. poteſt do. N.
exequi literam antedictã: quia ſuccedit in cauſa &c.
Primo enim, videlicet d. N. non committebatur, niſi
habito reſpectu ad auditorem huius cauſæ, in qua
ſuccedit do. Per per rationem c. quoniam abbas. li-
cet verba aduerſentur. facit l. annua. §. j. ff. de leg. cum
ibi alleg. & not. Innoc. de foro competen. c. dilecti, in
princ. Sed facit contra extra de priuileg. c. peremp.
§. fin. lib. vj. Sed finaliter ſolui poſſet. facit magis
contra quod ſupra proxime notatũ eſt in alia cauſa.
Nec obſt. quòd non fuit dicta litera d. N. præſentata:
per ea quæ Ioan. And. notauit, in cap. quoniam ab-
bas. de offic. delega. allega. ſuper finem primæ gloſ.
poſt Hoſtien.

CONCLVSIO CCCXXX.
De verborum ſignific. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Hæc verba, fida custodia, quomodo intelligenda.*

SI condemnatus ciuiliter in cauſa ad pecuniam
ex tali facto, ex quo poterit reſurgere leue cri-
men, ob hanc condemnationem incarceratus per
procuratorem ſuum impetrat à principe cauſam
committi pro eo contra iudicem & mandatum di-
rectum eidem iudici, quo mandatur, quòd à carce-
ribus relaxetur, & ad curiam principis ſuis expen.
1 ſub fida cuſtodia remittatur: verbum, ſub † fida cu-
ſtodia, intelligitur de cuſtodia militum & clientu-
lorum. C. de cuſto. & ex. re. l. j. Hoc enim facit ver-
bum, fida, informans mandatũ: vt l. j. alleg. per quod
ſoluitur ad l. j. & l. diuus. ff. eo. tit. Item quia imputa-
tur illi qui impetrauit reſcriptum: quia fuit obſcure
locutus: verbum, fida cuſtodia. proprie in eius præ-
iudicium recipietur: vt regula, contra eum. cum ibi
notatis. lib. vj.

CONCLVSIO CCCXXXI.
De libelli oblatione. *Rubr.*

a LIbellus [a] in quo petitur declarari ſententiam
obſeruandam eſſe, quæ ſententia fuit lata in
poſſeſſorio & petitorio, ſimul videtur in poſſeſſorio
& petitorio datus.

a ¶ Libellus. *Quid ſit libellus. & vnde dicatur: Specul. titu. de libel. concept. §. j. Et quid ui- lus formatus debeat continere, & exemplum de hoc. §. quæ ſint neceſſaria in libello. eod. titu. §. v. & in princ. titu. De quo vltimo. quid debeat continere libellus, Bartol in l. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eo. vbi plenius de materia libellorum, quam alibi.*

CONCLVSIO CCCXXXII.
De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Rectores eccleſiarum vtrum ſint Epiſcopis ſubiecti.*

ARticuli vnius rectoris dari contra Archidiaco-
num in eum iuriſdictionem vendicantem de
iſta materia, videlicet quòd ipſi † rectores ſunt ſoli 1
epiſcopo Rodoneñ. immediate ſubiecti, admittendi
ſunt: quia licet negatiuam implicent: illa tamen eſt
probabilis. de cau. poſſ. c. cum eccleſia. Item quia li-
cet non tantum ſpecificati ſint: tamen ſunt de iure
partis, & poſſunt per reſponſiones teſtium ſpecifice
ſciri, videlicet in modum reductionis cauſæ. Item &
articuli dati de iſta materia videlicet quòd dicti re-
ctores ſeu eorum parochiæ ſunt extra limites Ar-
chidiaconatus eadẽ ratione. Item quòd clerici chori
eccleſiæ Rodoneñ. ſunt ſoli epiſcopo ſubiecti, etiam
ſi teneant tales perſonas, & quòd iſti ſunt clerici
chori &c. Non quia materia iſta per ſe data admit-
tenda eſſet, ſed quia alias materias ſaltem colorat.

CONCLVSIO CCCXXXIII.
De reſcript. *De præben.* *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Factum certum narratum Papæ ad obtinendam gratiam excludit tacite omnia obſtantia, quæ ex narratis percipi poterant. gratia.*

IN cauſa domini Card. Minaceñ. quòd admittan-
tur articuli aduerſus dictum dominum Card. pro
eo † quòd vbi factum certum narratur papæ ad 1
gratiam obtinendam, omnia obſtantia gratiæ quæ
clare poſſunt colligi ex narratis, videntur tacite eſſe
ſublata: licet de illis tollendis in conceſſione gratiæ
nihil dictum fuerit per expreſſum. per not. Iacob. &
Petr. C. ſi contra ius, vel vti. pub. l. vlti. & de exceſſi.
præla. c. vno. lib. vj. per not. Ioan. And. in nouella.

CONCLVSIO CCCXXXIIII.
De reſtitu. in integ. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Modica præſumptio reſtituit appellantem in integrum.*

2 *Procuratorium requirere, eſt requirere plenam probationem.*

IN cauſa domi. Pet. Iambo. quòd modica † præ- 1
ſumptio ſufficit pro reſtitutione ad appellandum,
cum mandatur auditori, quòd reſtituat, ſi & prout
de iure, vt cum ſententia ſuper deſertione tranſiuit
in rem iudicatam, & condemnatus petens aduerſa-
rium eam reſtitui, producit pro docendo de diligen-
tia inſtrumentũ de diligentia facta per vnum quem
conſtat in actis eſſe procuratorem: licet vere ſit: quia
ſic præſumitur, quòd non feciſſet ille talem diligen-
tiam, niſi procurator eſſet: & quia † requirere pro- 2
curatorium, eſſet requirere plenam probationem,
quæ habet fieri in cauſa appellationis.

CONCLVSIO CCCXXXV.
De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper reſtitutione ad appellationẽ, an ſit interlocutoria, an verò diffinitiua.*

SEntentia † lata ſuper reſtitutione ad appellan- 1
dum, & omnis alia talis tangens negotium prin-
cipale,

cipale, licet quo ad hoc quod appellatio ab ea interpoſita debeat fieri in ſcriptis, cenſeatur interlocutoria: vt c. cordi. quo tamen ad materiã cle. appellanti. & alios effectus, cenſetur vim diffinitiuæ habere: & ita conſueuit ſeruari in palatio, ſecundum dominum Vitarien. quod eſt notabile.

CONCLVSIO CCCXXXVI.

De conceſsione prebendæ. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Purificatio gratiæ quando non dicatur ſatis purificata.*

1 IN cauſa domi. Guliel. Gal. quòd tribus executoribus ſub forma cap. ſciſcitatus datis † de reſcriptis pro executione gratiæ in forma pauperum fuerit factus proceſſus purificatus, in quo duo ſe nominant de ſe cum alio tertio quem nominant executores eſſe & narran. per teſtimonia fidedignorum pauperem reperiiſſe idoneum: in quo proceſſu ſunt tria ſigilla ignora cum ſubſcriptione notarij, & ſuper quo deponit vnus teſtis tres executores interueniſſe: per hoc non eſt ſufficienter probata purificatio gratiæ: quia præſumitur eo modo loquendi duorum executorum tertium fuiſſe abſentem: quam præſumptionem nõ tollit vnus teſtis: & tamen non conſtat illũ non poſſe vel nolle procedere: nec conſtat illum alias commiſiſſe vices.

CONCLVSIO CCCXXXVII.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio conſeruat ius in poſſeſsione.*

1 PRoteſtatio † conſeruat ius in poſſeſsione. in ca. Cumana. de elect. Item quòd nõ de rigore, ſed de æquitate cannnica bene poſt moram concluditur in actione ex empto, ad æſtimationem, melius tamen concludetur ad rem, male ad intereſſe. vide not. ff. ſi certum petatur. l. vitium. in fi. magnæ gloſ. & not. in iij fol. in medio ſecundæ paginæ. & not per Innoc. de ſenten. excommunicationis. c. ſacro. in magna gloſſ. poſt prin. col. & per glo. ff. quæ ſententiæ ſine appellatio. reſcind. l. prima. & quæ loquitur & no. in iiij. col. tit. ſi de feud. de mu. contra. fn. cap. ſi facta. Et ibi vide in fi. glo. & quæ legantur inſtitu. de donatio. §. perficiuntur. & not. Iac. ff. de verbor. obligationibus. l. ij. §. item ſi in facto &c.

CONCLVSIO CCCXXXVIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas ſtatus cauſæ, reddit impetrationem ſuper cauſa commiſsionis ſupplentis nullitatis nullam.*

2 *Res contenta ſub genere poſt expreſsionem amplius non continetur ſub ea.*

1 IN cauſa mea Gerunden. primo, quòd omiſsio ſeu taciturnitas † ſtatus cauſæ in qua eſt concluſum, etiam ſi ſit cauſa in qua proceditur ſummariè, reddit impetrationem ſuper illa cauſa commiſ. ſupplentis nullitates proceſſus nullam: ſi per commiſsionem dabatur poteſtas procedendi vlterius, & vlterius impetrans eius vigore procedere vellet: quia licet commiſsio non ſit neceſſaria, tamen factum ſecundum effectum operatur. Item quòd ſi petitur poteſtas procedendi ſummarie ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, terminis palatij nõ ſeruatis, ſola facti veritate inſpecta, & conceditur quòd proceditur ſummarie &c. omnia prædicta per verbum &c. videntur conceſſa. Item quòd ſi ad ſupplendum nullitatis proceſſus petitur quòd poſsit procedi perinde ac ſi dicti defectus non obſtarent, & ſignetur quòd poſsit procedi huiuſmodi defectibus non obſtan. omnino tolli videntur dicti defectus. Item quòd ſi papa ſignet ſuppletionem defectuum ſecundæ inſtantiæ ſub conditione, ſi conſtet de nullitate & iniquitate primæ ſententiæ, oportet quo ad effectum pronuntiandi ſuper iniquitate primæ ſententiæ de illa conſtare: ſed quo ad effectum pronuntiandi ſuper nullitate huiuſmodi ſufficit de nullitate conſtare: & intelligitur ſignificatio de iniquitate inſurgente aliunde quàm à nullitate: videlicet à re ipſa, quia res † contenta ſub genere poſt expreſsionem amplius non continetur ſub ea. 2

CONCLVSIO CCCXXXIX.

De conſuetudine. De re iudic. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua, excommunicatio, & ſuſpenſio abſque ſcriptis an valeat.*

2 *Conſuetudo in quibus vincat legem.*

3 *Conſuetud. quando dicatur rationabilis.*

CONſuetudo [a] non poteſt inducere † quòd valeat diffinitiua ſententia, vel excommunicatio vel ſuſpenſio, aut interdictum ſine ſcriptis, & abſq; hoc quòd redigatur in ſcriptis: ſecus tamen no. de interlocutoria. de ſen. & re iudi. c. vlti. libr. vj. in fine primæ gl. Caue tamen, quòd idem fuit obtentum in ſuſpenſione canonici à voce capitulari, & fructibus præbendæ ſuæ, quod in diffinitiua. Sed vt dixit auditor, credo quòd conſilia mutanda ſunt. Primo, quia vt no. de ſen. excom. c. j. libr vj. ſuper ver. obſeruari in fi. illud. c. j. habet locum in ſuſpenſione proximæ dicta per not. de app. c. quoniam ad hoc. nec mirum, quia talem ſuſpenſionem etiam à beneficio facit abbatiſſa. de ma. & obe. c. dilecta. quæ caret clauibus & qualis poteſtate cenſuræ. de pœniten. & remiſsio. c. noua quædam. imo nec per conſequens locum habet c. j. in ſuſpenſione à beneficio: per no. de ſent. excom. c. is cui. in fi. lib. vj. per glo. & Archid. facit quia circa talia merè poſitiua vincit † conſuetudo legem communem contrariam, dummodo ſit rationabilis, & præſcripta. de conſuet. c. vlti. Vt autem † dicatur rationabilis, non oportet quod habeat rationem pro ſe vrgentem: ſed ſufficit ratio perſuadens, dummodo non habeat contra ſe rationem omnino vrgentem. no. Ioann. Andr. in c. fin. de conſuet. allega. in iij. oppo. a 1 2 3

a ¶ Conſuetudo. *Quis poteſt conſuetudinem introducere, quæ requirantur ad faciendam conſuetudinem, quomodo interrumpatur conſuetudo. Et vtrum papa reuocet conſuetudinem particularem, ſi de ea non faciat mentionem: Vide Angelum de Clauaſio in ſum. ſub hac dictione conſuetudo.*

CONCLVSIO CCCXL.

De reſcript. De iudic. *Rub.*

IN cauſa mea Gerunden. quòd virtute libelli dati coram domino Roberto & proceſſus habiti coram eo, quia d. R. ſucceſsit do. Per. & domino Ro. ſucceſsit d. T. & d. T. ſucceſsi: ergo poteſtatem omnium huiuſmodi audiui, quo ad ea quæ ipſi facere debuerunt. Nec ob. ſententia. d. Ro. quia nulla fuit. nec obſtat omiſsio termini ad producendum omnia. Primo, quia ille defectus per commiſ. eſt ſublatus. Secundo per dictum commiſsionem habeo poteſtatem procedendi ſine terminis ſola facti veritate inſpecta. Tertio quia ille terminus fuit ſeruatus coram dominis G. & Tho. & coram iudice primo. Item quòd vigore nomine petitionis ſummariæ dandæ ſuper nullitate & iniquitate proceſſuum ſacriſtæ, & toto negotio principali pronuntiare, non obſtante, quòd iam ſit concluſum, videlicet an requam daretur noua petitio antedicta. Item quòd ſana conſcientia poſſum dicere parti, quòd det petitionem nouam ſuper omnibus ſupradictis. Item quod in expenſis factis coram ſacriſta & in expenſis factis coram do. R. vſque ad illum ſtatum cauſæ, in quo incepit partem grauare nulliter procedẽdo debeo condemnare partem communitatum in expen. omittere condemnationem. Item quòd nullo modo debeo confirmare ſententiam domini Roberti. quæ nulla fuit vigore commiſsionis proximè dictæ, ſecundum do. Viuarien. & aliquos alios dominos. Sed Gui. Ga. & quidam alij domini contra: ego autem aſſentio magis domino Viuarien.

CONCLVSIO CCCXLI.

De probationibus. *Rubr.*

SI iudex qui admiſit omnes articulos partis proteſtando expreſſe, quòd non admittendi non cenſerentur admiſsi, includendo poſtea omnes in rem. ſ. ad partes quam concedit de cõſenſu partium, ſub ſigillo ſuo, non videtur recedere à dicta præſtatione: ſed magis continuare errorem: & hoc primo tenui: ſed poſt me fuerunt plures contrarij: & aliqui mecum: ſed finaliter, quia dominus Viuarien. fuit mecum, obtinui.

CONCLVSIO CCCXLII.

De reſcriptis. De preben. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius vt repellatur petens reſtitutionem beneficij, ſufficit quod conſtet beneficium eſſe reſeruatum.*

AD effectum obtinendi adiudicationem non ſufficiunt actore apoſtolico, qui impetrauit beneficium reſeruatum: quia dixit illum ſub collatione &c. literæ apoſtolicæ id narran. & probationes in camera factæ, tamen quo ad effectum obtinendi, quia iuxta commiſsionem quæ habet, quòd non obſtan. ſuſpenſione &c. procedatur in vtroque, ſi auditor reperiat, quòd ille fuerit ſubcollector: quia hoc eſt præparatorium. ff. de exhibend. l. iij. §. ibidem. Et hoc caſu habet locum opi. Pau. & gloſſ. in clem.
1 literis. Item quòd † ordinarius vt repellatur petens reſtitutionem beneficij, ſufficit quòd conſtet beneficium eſſe reſeruatum. plus dixit dominus Viuarien. quòd ſufficit, quòd conſtet ſummariè, quòd eſt mihi durum.

CONCLVSIO CCCXLIII.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli non ſunt petedi appellanti a iudice, miſſibile.*
2 *Termini ſeruati ſuper iniuſtitia, videntur ſeruati ſuper nullitate.*

APpellans † non tenetur vltra ſecundam vicem ad petendum apoſtolos coram iudice comparere, ſecundum opi. Guil. Pau. in cle. quamuis rigor. 1
Item quòd terminis ſeruatis in ſecunda inſtantia ſuper iniuſtitia occaſione libelli per partem fugien. ſuper nullitate oblati. ſuper quo offerens petit terminos iterato ſeruari non ſunt termini reiterandi: ſed ex eiſdem actis cognoſcenda eſt nullitas & diffinitiua. Dixit enim quòd termini † ſeruati ſuper iniuſtitia, videntur ſeruati ſuper nullitate: quia nulla maior iniuſtitia quàm nullitas, ſecundum Innocent. de appellatio. c. dilecto. 2

CONCLVSIO CCCXLIIII.

De rerum permutatione. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Permutatio quando præſumatur fraudulenta.*

PRæſumitur † permutatio facta [a] fuiſſe in fraudem impetrantium ex iſtis quæ ſequuntur. primo ex magna beneficiorũ inæqualitate, & cõiũctione perſonarum: quia inter fratres ex ſenio & aliquali infirmitate, & morte ſecuta infrà viij. dies. ſequen. dummodo prædicta ſimul concurrant: & tali præſumptioni ſtatur, licet non ſit vera probatio. Dixit tamen dominus Viuarien. quod ſi concluderetur principalem per alteram permutantium ad declarationem fraudulosè, permutationes prædictæ non ſufficerent. 1 a

a ¶ Permutatio facta. *Nota quod beneficiati poſſunt liberè tractare de permutatione fienda: non tamen debent illam concludere ſed ſupponere ſe diſpenſationi ſuperioris. not. Ioan. Andr. in cap. vnico de rerum permuta. in ſi.*

CONCLVSIO CCCXLV.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio partium facta per iudicem quando nullam habeat vim.*

IN cauſa mea Gerunden. quòd domino Euoto † condemnato in prima inſtantia nulliter & inique, dum ipſe erat epiſcopus Gerunden. & trahebatur inuitus in cauſis tangentibus eccleſiam: facto nunc epiſcopo Segobor. poſſum declarando dictam condemnationem nullam adiudicare expen. dictæ inſtantiæ primæ, licet epiſcopus modernus Gerunden. habeat recurſum contra eum. Secundo quod in facto proxi. dicto poſſum concipere ſententiam ſecundum formam tactam in l. vtique. ff. de rei vendi. vel ſimpliciter dictam condemnationem, quantum tangit dictum epiſcopum declarare nullam: etiam de expen. mentione non facta. Nec obſt. dicta gloſſa. quæ loquitur in re perempta: hic ſecus, ſecundum Viuarien. 1

CON

CONCLVSIO CCCXLVI.

De procuratoribus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad appellandum, an videatur etiam conſtitutus ad proſequendum appellationem.*

1 PRocurator in vno procuratorio† ad appellandum, & cauſam appellationis ad proſequen-
a dum appellãdo ſine proteſtatione[a] videtur recipere onus etiam quo ad proſecutionem cauſæ appellationis. Sed dominus Gulh.& ego contrà: quia ratione clr.j.de procurato.eſt, quia procurator videre poteſt in inſtrumento omnia. Item quia non eſſet ratio de vno magis quàm de alio, ergo de omnibus. l.vxori.j.reſponſo. ff. de leg.iij.quæ rationes ceſſant hoc caſu: ergo ſtetur regulæ, ſufficit ſi cui vel in paucis &c.& quòd non præſumitur in dubio, iuncta l. in me.C. de procur. In cauſa mea Burdegal. prout in ſchedula dubiorum.

a ¶ Sine proteſtatione. *Quid ſit proteſtatio, quotuplex ſit, quid ſit declaratoria, cui ſit facienda, qui poſſit proteſtari, qualiter: Vbi, & quando fieri debeat proteſtatio: quis ſit eius effectus, an requiratur conſenſus proteſtati. & multa alia notanda & dubitabilia in hac materia & plenius quàm alibi, vide Bart. in l. Verbum §. morte. ff. de oper. no. nuntiat. & in l.j. eodem titulo.*

CONCLVSIO CCCXLVII.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Articulus appellationis quando poſſit omitti, & procedi in negotio principali.*

1 IN cauſa mea Tullum, quòd commiſſo † articulo appellationis, & negotio principali, quia intelliguntur in euentum de cõſenſu partium tacitè vel expreſsè, poteſt omitti articulus appellationis, & procedi in negotio principali.

CONCLVSIO CCCXLVIII.

De cap. licet. de rer. permut. lib. vj. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Permutato vno beneficio cum duobus, euicto vno, an habeat locum recurſus.*

2 *Ratio eſt iuris communis.*

3 *Quæſtio proprietatis non admittitur contra volentem habere recurſum.*

1 ANNO &c. Romæ, & quinta Febr. quod† permutato vno beneficio cum duobus, euicto vno habet locum recurſus: facit bene ad argum. l.ſi aliam. ſecundo reſponſo. cum ſua ratione. ff. de ſolu. quia reſpectum habuit coniunctim ad duo, &c. beneficióque iure deciperetur. Et ideo ratio clem. ven di ar ſibi locum. hoc verum ſecundum domi. Fran. in litera mutationis, per not. Ioan. Andr. cap. licet. de rer. permut. lib. vj. ſuper glo. quid ſi. in fi. in nouella. quod verum dixi, ſi mora tolleret præſumptionem ignorantiæ: probabilis igitur. aliàs non: propter cap. ſi beneficia. de præbend. lib. vj. Vel aliter ſecundum dominum Nicol. quia dictum Ioann. loquitur reſpectu tertij expectantis vel alterius, cui interim facta eſſet collatio, non reſpectu alterius permutationis, contra quem agitur hic de recurſu. Dixit etiam cap. ſi beneficia. ſeu eius rationem extendi ad hunc ca-
ſum: quia ratio † eſt iuris communis: & per conſe- 2
quens extenſiua. Et ita ſecundum Alex. & tres alij
in ea hunc caſum fundant. plus volui dicere in ima-
ginando propter verbum, libere poſitum. in c. ſi be-
neficia. quod non admittatur quæſtio † proprieta- 3
tis contra volentem habere recurſum, per no. Ioan. And. de ver. libere. in c. ſi beneficia. melius in c. licet. & de præben. lib. vj. ſed bene placuit d. N. Dixi etiam imaginando, quòd non oportet quòd ſemper ſtatim alterum non euictum immediate dimittat: ſed non ſufficit, quòd ſit paratus dimittere habito effectu recurſus: ſicut dicitur de habente vnum curatum promoto ad aliud. per not. de elec. commiſſam. lib. vj. quod placuit domino Nicolao.

CONCLVSIO CCCXLIX.

De præſumptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio eccleſiæ non præſumitur, niſi probetur, & quid ſit præſumptio.*

2 *Principium cum eſt incertum, nec finis præſumitur certus.*

SIcut præſumitur[a] pro impetrante veniente ad a
cauſam, quòd eius acceptatio producta facta
fuerit infra menſem, ſecundum not. Innoc. de conceſſ. præben. c. quia cunctis. & Paul. in clem. cum ei quem. Idem præſumitur pro tertio de gratia & acceptatione primi dante per modum obiectus contra ſecundum, dummodo non conſtet quando va-
catio inceperit publice in eccleſia eſſe nota: quia nõ
† præſumitur nota, niſi probatur, vt dicitur de ab- 1
ſente tempore abſentiæ quæ appellat poſt decem dies à tempore latæ ſententiæ, præſumitur appellare infra decem dies à tempore ſcientiæ, quia non præſumitur ſcientia, vt regula, præſumitur. facit fortius: quia cum antequàm incipiat currere menſis, id eſt ante notam vacationem publicè poſſit acceptare impetrans, ſecundum omnes: ſequitur quòd menſis non eſt de forma ſeu ſubſtantia acceptationis: ex quo ſequitur quòd exhibitio acceptationis per ſe probat, niſi detur & probetur notam vacationem præcedere acceptationem, & tunc tractetur oppoſitiones replicando dare & probare, quòd infra menſem modo parare non debet quis arma aduerſario ſuo. Et eſt ratio, quia licet menſis præfigatur
acceptationi eius, quòd cum principium † ſcilicet 2
tempus quo incipit currere, eſt incertum, quo non certificato, non poteſt certificatus eſſe finis: igitur &c. & hoc fuit motiuum, & opinio domini Nic. ſaluo quòd dixit in vet. fortius. quod fuit meum.

a ¶ Præſumitur. *Quid ſit præſumptio, & vnde oriatur, vide Specu. ij. parte. titu. de præſum. §. j. Item quot ſunt præſumptionum ſpecies. & de ipſarum effectibus: & multa bona de præſumptione. eo. tit. §. ij. & nota quòd præſumptio iuris eſt, quia iuris originem habet: & ita appellatur: quia ius tantum figit pedes, quòd ſtatuit ſuper ea. & non admittit probantem contrarium. De præſumptione vero hominis, non eſt dare certam doctrinam.*

CONCLVSIO CCCL.

De exceptionibus. Rubr.

NON ob. dicto Inno. de concef præben. c. cum noſtris. & c. propoſuit. & Compo. de electio. quòd ſicut materia de homicidio presbyteri, & de immiſcentia ſenis cum infamia data contra proui-

ſionem ad impediendum in ſuc.s in poſſ:ſſ. eſt admittenda per c. ipſo iure. de reſcript. libro ſexto. & de accu. accedens.

CONCLVSIO CCCLI.

De prebendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatus in iure non videtur ſurrogatus in poſſeſſione.*

2 *Poſſeſſio ante eius acquiſitionem eſt ius.*

1 EAdem die quòd † ſurrogatus in iure & ad omne ius, quod deſcendenti & litiganti quomodolibet competebat, non videtur ſurrogatus in poſſeſsione, etiam ſi deſcendens fuit poſſeſſor, vel ei competiit interdictum: ſi videlicet de poſſeſsione vel poſſeſſorio iudicio mentio non fuit facta: quia de illa non videtur fuiſſe cogitatum, ſecus ſi facta fuit de hoc ſaltem in narratione: quia tunc hoc cogitare

2 potuit iuncto quòd poſſeſsio † ante eius acquiſitionem ius eſt. de acquit. poſſ. l. per gete. & not. C. eo. li. licet enim tunc circa omnia cogitata operantur dicta vniuerſalia verbum ſuum vniuerſalem effectum, iuxta no. Dy. in reg. de reg. iur. lib. vj. Et ita dixit dominus noſter Gregor. xj. modernus ſemel in collatione diſputando &c.

CONCLVSIO CCCLII.

De exceptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens contra abſolutionem de manifeſta offenſa, non tenetur declarare offenſam.*

1 COntra † abſolutionem excipiens de manifeſta offenſa non tenetur declarare offenſam: rum quia ſe referre videtur ad cauſam in exceptione inſertam. c. j. de ſenten. excommunic. lib. vj. quia aliàs non eſſet audiendus: tum quia certum petit, & ita non obſt. l. ſi rem. ff. de rei vendi. licet ex cauſa incerta, ſicut rem certam vendicans ex incerta & generali cauſa: puta, quia d. c. abbate ſane. & l. in rem. vide ſuprà concluſionem xx. aliàs l. quòd idem eſt. vbi de hoc, & allegatur duplex ratio concluſionis ipſius, vt ibi patet.

CONCLVSIO CCCLIII.

De cautio. praſtan. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cautio praſtita de præſentando aliquem coram iudice, an valeat.*

1 CAutiones † præſtitæ de repræſentando citatum coram auditore cameræ iure delegato præcedente, durant etiam ſi cauſa occaſione appellationis à grauamine committatur auditori palatij, per l. proponebatur. ff. de iudi. & l. mortuo. eod. titu. quod intellige, ſi in cautionibus nomen auditoris non fuit expreſſum, quia aliàs ſecus, vt ff. iudi. ſol. l. cum apud. in fi. & ibi not. Bartol.

CONCLVSIO CCCLIIII.

De ſenten. excom. Rub.

SI appellatur ab auditore, quòd ſpreta exceptione de manifeſta offenſa ipſe abſoluit, & ipſe velit reuocare grauamen: ipſe habet admittere appellantem ad probandum offenſam infra terminum iuris: & poſtea præmiſſa monitione reintrudere offenſa probata: ratio, quia aliud non poſſet facere iudex ad quem: & ita locum habet ratio, cum ceſſante.

CONCLVSIO CCCLV.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellantem iniuste incarceratum an poſſit index, mediante cautione, relaxare.*

SI appellatio interpoſita ab auditore à grauamine in cauſa propter quam tenet appellantē † incarceratum, & committatur auditori cauſa etiã negotij principalis, ſic q; recepta cautione idonea relaxauit appellantem à carceribus, & nõ cognito de iniuſta incarceratione, nec recepta prius cautione relaxet, ipſe grauat: licèt poſtea cautionem recipiat. per c. Piſanus. de reſtit ſpo. & de electio. c. prouida. cum ſimilibus: ſecus ſi cognito & reperto incarcerationem fuiſſe iniuſtam, relaxaret: quia tunc hæc non faceret vigore ſpecialis commiſ. ſed potius ex communi iuſtitia, quam non videtur velle dicta commiſsio abſorbere, ſecundum Ni. & hoc bene probat. c. ij. de reſcrip. Et quòd dictum eſt, auditorem palatij non grauare, ſi relaxet &c. dummodo cautiones præſtitæ fuiſſent coram auditore cameræ, vt ſupra concluſione, quæ eſt tertia præcedens, quæ incipit cautiones. Intellige niſi in commiſ. audi. palatij fieret mentio de iam præſtitis coram audi. cameræ, quæ forte non valuiſſe prætenduntur, & papa nihilominus mandaret auditori palatij quòd recepta cautione idonea relaxaret: quia tunc intelligeretur de alia. argu. l. doli clauſula. & l. Seio. in princ. C. de pact. 1

CONCLVSIO CCCLVI.

Vt lite pendente. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio attentatorum quando non admittenda.*

ILle de † cuius non iure conſtat, non debet admitti ad petendum reuocationem attentatorum pro eo quòd tunc conſtat de non intereſſe ſuo: & rationem Innoc. in ca. ſignificaſti. de diuor. qualibet in caſu iſto: & in hoc omnes cõcordant. ſecunda Martij. 1

CONCLVSIO CCCLVII.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus an poſſit ſe iuuare de appellatione appellantis.*

2 *Commiſsiones an ſint vtrique parti communes.*

TErtia Martij quòd ſi appellans † infra terminũ x. dierum ſupra datum à iudice à quo ad proſequendum appellationem pro ſe non facit diligentiam, nihilominus diligentia appellati infra eũdem terminum x. dierum faciendo cauſam committi facta appellanti prodeſt. caue, quia Specu. dicitur tenere contrarium in ſecunda parte. Spe. tu. de appell. §. nunc videtur. verſi. ſed pone. Auditor etiam ſi appellandus in termino ad dicendum contra huiuſmodi commiſsionem excipiendo dixerit eam nullam, & talem quæ non dabat iuriſdictionem audi. ratio quia appellatus ſe poſſet iuuare de appellatione appellan 1

appellantis. C. de appella. l. omnem. etiam ſi appellana nollet ea vti. vt not. doct. C. de appel. l. per hanc. alleg. per eos. modo intra x dies appellatus approbauit dictam appellationem, & dixit ſe velle vti ea,
a & bene, cum commiſsio res † non poſſunt non eſſe communes, apparet de commiſsione huiuſmodi inanee, quòd appellatus de ea ſe iuuare poſſet. C. de diuer. reſcriptis. l. j. & C. de tempo. in integ. reſtitu. ſpol l. petendæ. præterea, quia deficit deſertio per diligentiam appellanti: & appellãs in ſua oppoſitione ſeu impugnatione non perſtitit: igitur &c. nec ius quæſitum appellato ex huiuſmodi impugnatione non conſentit. Et in hoc omnes concor. poſt publicas relationes.

CONCLVSIO CCCLVIII.

De conceſsione prabendæ. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio facta per pauperem impetrantem ante purificationem, ſi purificatio fuerit facta intra menſem, valet.*
2 *Acceptationis definitio.*
3 *Conditio in forma pauperum videtur ſolum dirigi ad prouiſionem.*
4 *Prouiſio dat ius in re, acceptatio vero in rem.*
5 *Acceptatio eſt actus legitimus qui non recipit conditionem.*

1 ACceptatio † facta per pauperem [a] impetran-
a tem valet ante purificationem: dummodo purificatio facta fuerit intra menſem, aliàs non. per
2 hoc facit quòd acceptatio † non eſt, niſi declaratio voluntatis quæ præſumitur durare. de bip. c. maiores. Secundo quia valet acceptatio vacaturæ. vt c. quia cunctis. §. pen. & c. ne captandæ. & tamen ante vacationem gratia eſt cõditionalis. vt l. hæres meus. de hære. & fal. facit bene ff. de op. leg. l. ſi cum optio. vbi datio libertatis pende. conditionis legato optionis valet, licet pendeat ex euentu facit l. legatarius.
3 §. j. ff. de opt. lega. fa. quia conditio † in forma pauperum ſolum videtur dirigi ad prouiſionem. faciunt bene ff. de ſecun tab. l. ij. §. ſi ſub conditione. de teſt. mili. l. in fraude. §. teſtamen. de leg. iij. l. j. §. ſi filius. ibi. ſi durauerit voluntas. ff. de offi. præſi. l. obſeruare. §. ſi oa. ibi, ſi ante. ff. de noua. l. quotiens. §. j. de ſolu. l. ſub conditione infra menſem. Et in hoc conc. quaſi omnes poſt publicas relationes, præter dominum Franciſ. niſi poſtea renouet verbo, ſigno, vel facto, ex quo poſtea appareat de eius animo. arg. ff. de op. leg. l. optione legata. ff. quorum le. l. j. §. quod ait prętor. ver. voluntate. ff. ad Trebel. l. ſed ſi ante. ibi, cum dicetur ſi ratum habeat à contrario. de ſecund tab. l. in liberum. §. in teſtam. ver. plane. de teſta. militis. l. tribunus. videtur tex. ff. de acqui. hære. l. is qui hæres. & l. is poteſt. & l. ſi quis extraneus. in princi. & l. hæres inſtitutus. rem ra. ha. l. bonorum. facit quia acceptatio facta eſt per verbũ præſentis temporis, ſi de iure ſibi debeatur gratia. vt l. cedere diem. de verb. ſigni. inſti. de verbo. obli. §. ex conditionali. fa. quia maioris effectus debet eſſe prouiſio, quàm accepta-
4 tio: quia † dat ius in re, & acceptatio ad rem. ca. ſi tibi abſenti. & ibi per Archid. & c. quoddam. de præb. & de conceſ. præben. c. ſi. lib. vj. & tamen tunc prouiſio non valeret: quia tunc fieret contra mentem papæ & contra formam literæ. ergo & de reſcriptis. c. cum dilecta. & ibi not. per Compoſ. facit quia acceptatio † ſicut aditio dicitur actus legitimus, qui 5
non recipit conditionem: vt regula, actus legitimi. facit cap. ij. de elect. lib. vj. cum ibi not. reſpondet quòd non valet acceptatio: quia & ante purificationem per eum ius aliquod acquiritur, quod probant vltima iura: ſed bene valet vt purificetur cõditio acceptandi, & ſatis fiat ei, vt per gratiam purificatam pòſt ius quæratur per prima iura. De ſecundo alle. caſus ſaltem in ratione. ff. rem rat. hab. l. bonorum. alleg. bene quòd officialis epiſcopi de criminibus & exceſsibus ſubditorum poteſt cognoſcere ad partem ſaltem quo ad declarationem ſententiæ excommunicationis latæ à iure, ſecundum ea quæ not. Card. de offic. vicarij. cap. licet.

a ¶ Acceptatio. *Nota quòd acceptans ad ſui commodum aliquod ius tertij inualidum, non poteſt ſimiliter ad aliud commodum ſuum improbare. Vide Card. conſil. cxj. col. j.*

CONCLVSIO CCCLIX.

De appellat. De offic. deleg. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Non legitime defenſus per procuratorem, & condemnatus, poteſt appellare a tempore ſcientiæ.*

COndemnatus † per procuratorem non legitimè defenſum, appellat à tempore ſcientiæ. §. biduum. à contrario, quòd ſi tertius executor requiſitus de procedendo pro paupere in executione ſuæ gratiæ, reſpondit ſe procedere nolle, & hoc ignorantes alij duo executores purificet, valet proceſſus: & quòd tunc plus ponderatur ex illa exiſtentia rei, quàm opinio ad not. Ioan. Andr. in regu. eum qui certus eſt. in quaſtione ibi ſuper hoc pleniſsimè diſputata. in fin. Reſpondetur quòd ibi loquitur in iudicibus, ſuper quo vide Bar. ff. de cond. & demon. l. multum. & ff. de iudic. l. ij. & ff. de oper. no. nuntiat. alleg. de dam. infect. l. ſi finita. §. Iulianus. & hic loquitur in executoribus præterea hic nedum erat non voluntas, imò voluntas recuſatoria procedendi: & quia præſumitur, quòd ſciuerint, niſi contrarium probetur: cum probationes non teneantur ipſi recipere. 1

CONCLVSIO CCCLX.

De conceſsione prebendarum. Rub.

COncluſio quòd §. ſecus. clem. primæ. de conceſsio. præb. intelligitur in forma pauperum ante purificationem ſecundum dominum Ro. Galhardi, P. gaſto, & Gulielmum. Sed domini Nicol. & Franciſc. clari vtique intellectus, & ego contra. pro primis fa. no. Paul. Guliel. & Ioann. in dicto §. ſecus. Pro nobis faciunt nota. Ioan. And. de pręben. ſi pauper. ſuper verbo, merita. in fi. à cõtrario. lib. vj in nouella. & clariſsime per Oldr. in ſuis conſiliis. c. xxvij. & per Ioan. And. poſt eum in quarta parte Specul. tit. de conceſsio. præben. in addit. Ratio principalis: quia menſis non adiicitur, niſi cõditione acceptandi. & ideo duntaxat illam reduxit ad certitudinem: & ſemper durat ratio primi reſponſi, coniungendo tamen decre. qui cunctis. & notaui plene in c. ſi pauper. & §. ſecus. allega.

CONCLVSIO CCCLXI.

De litis conteſta. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio in quibus non requiratur.*

1 IN declaratione ſententiæ † excommunicationis latæ à canone, etiam cum implorando iudicis officium proceditur de parte contra certam partem pręſentem ad denuntiationem & euitationem, non eſt neceſſaria litis conteſtat. per not. gloſ. ord. in cle. ſi quis ſuadente. in fi. de pœnis. Sed domi. Ro. & ego contrà, per c. ij. de offi. iud. cum ibi no. & per no. Spe. tit. de reſtit. in integ. §. ij. & Cy. auth. ſi omnes. ſi ab hære. ſe abſtin. & La. trib. ibi à contratio. & Odof. de Senis tit. de offic. iudi. in tract. iudic. poſ. & quia contra regulam reperitur ex primo iure probari.

CONCLVSIO CCCLXII.

De filiis preſbyterorum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus per epiſcopum diſpenſatus ad beneficia ſine cura an cenſeatur diſpenſatus ad prębendas eccleſię cathedralis.*

2 *Quęnam ſit differentia inter gratiam ſtrictam & largam.*

a 1 ILlegitimus [a] † diſpenſatus per epiſcopum ad beneficia ſine cura non cenſetur diſpenſatus ad præbendas eccleſiæ cathedralis. facit quod not. Archi. de expectatiuis. de reſcrip. de præbe. c. quamuis. & per not. Io. mo dictu c. quamuis. de impetrante in cathedrali, quòd ille non habebit in metropoli. facit quod not. Ioan. mo. c. ij. de fil. presbyt. lib. vj. vbi dicit epiſcopum cum illegitimo ſuper præben. cathedrali diſpenſare non poſſe: licet Archi. & Ioann. Andr. ibi contra. facit quod not. Ioan. And. in addi. iiij. partis. Spe. tit. de fil. presby. quia diſpenſatus ad ordines & beneficia, non poteſt habere præben. cathedralem:
2 quia tunc † gratia eſt ſtricta: ſecus ſi diſpenſatus foret ad ordines & beneficia cum cura vel ſine cura: quia tunc gratia eſſet larga. arg. dicti c. quamuis. & quia cura plus ponderat, ſecundum eum, quàm præben. cathedralis. Aliqui tamen domini dubitarũt pro eo, quòd loquimur in facto ordinarij, quòd non ita facile redditur ſurreptitium, ſicut factũ papæ. de offic. ordi. c. ij. in cle. Sed non facit, quia non loquimur de ſurreptione, ſed de exceptione, quam ſortitur gratia papæ pluſ, quàm gratia ordinarij. de præbend. ſi à ſede. libro vj.

a ¶ Illegitimus. *Nota quòd cauſa illegitimitatis debet ſemper coram eccleſiaſtico iudice tractari. Spec. tit. de ord. cog. in prin. Adde quod ſi diſpenſatum eſt ad ordines & dignitatem cum clauſula, quòd ſi ad epiſcopatum vocari contingat, non recipiatur ſine licentia papæ: ſi talis diſpẽſatio facta eſt à papa vel eius mandato, poteſt promoueri ad omnem dignitatem. Vide in ſum. confeſſ. titu. de fil. preſbyt q. xvj.*

CONCLVSIO CCCLXIII.

De reſcriptis. *Rub.*

SI narretur de defectu & diſpenſatione facta per ordinarium ad beneficium ſine cura, facit papa gratiam de canonicatu ſub expectatione præbendæ cathedralis, valet impetratio: vel quia approbat opinionem, quę habet hanc diſpenſationem extendendi ad præbendam cathedalem: vel quia videtur tacite diſpenſare. de re iudicata. l. quidam.

CONCLVSIO CCCLXIIII.

De præſumptio. *Rub.*

QVI per ſe vel procuratorem legitimum deputatum poſt citationem comparet, [a] præſumitur citatio executa contra eum minus legitime ad eius notitiam perueniſſe. a

a ¶ Poſt citationem. *Nota quòd non debent iudicari abſentes: niſi citati venire contempſerint. v. quæſt. ſecunda. cap. roluimus. & c. de illicita. ea. cauſa. & q.*

CONCLVSIO CCCLXV.

De reſti. in integrum. *Rub.*

MInor qui contra commiſſ. audi. non excepit cauſam fuiſſe in partibus vſq; ad concluſionem cogitatam, poſt concluſionem factam coram auditore, non poteſt petere ſe reſtitui vt in partibus remittatur, quia non intereſt ſua ibi plus quàm hic ſententiam expectare.

CONCLVSIO CCCLXVI.

De re iudicata. *Rub.*

PER ſententiam ſurrogato non adiudicantur fructus &c. niſi ſurrogatus eſſet in litem. & conſtaret litem fuiſſe ſuper fructibus motam cum eo in cuius locum ſurrogatus eſt: quia tunc deberent adiudicari ratione ſurrogationis in lite. &c.

CONCLVSIO CCCLXVII.

De exceptionibus. *Rub.*

GEneralis exceptio de ſurreptione commiſſionis non valet, quia non omnis ſurreptio vitiat commiſſ. no. Innocen. de appella. ſuper eo.

CONCLVSIO CCCLXVIII.

De offic. delegati. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio quo in loco fieri debeat, cum partes diuerſis in locis habitent.*

QVÆ obtinuit de tempore domini P. de Sarce. nunc Viuatien. Cardi. quòd ſi detur remiſſio extra locum habitationis ipſarum partium de vna vel duabus diœceſ. poteſt † citari vna pars ad inſtantiam alterius in eccleſia notabilioris loci, vbi iudex remiſ. deputatur: & hoc maximè, ſi per auditorem cauſæ fuerit citata pars huiuſmodi ad procedẽdum ad ſingulos actus huius remiſſionis gradatim in loco prędicto per audi. curiæ vel contradictarum. Sed dixit do. Nicol. quòd ſufficit quo ad hoc citatio prima: quæ habet quòd ad ſingulos &c. etiam coram ſurrogando &c. 1

CONCLVSIO CCCLXIX.

De iudiciis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Rector eccleſiæ parochialis citari debet in loco dictæ eccleſiæ, ibiq; ei appellatio intimari.*

ECcleſia † parochialis pro eo, quòd perſonalem requirit reſidentiam, conſtituit domicilium rectoris, ita quòd ibi citari, vel ei intimari appellatio poteſt: 1

poteſt.licet ſecus de vna præbenda ſiue cura.per no. Inno.de priuileg.ex ore.quod intelligo ad effectum de quo agitur. Nam quo ad effectum alium ſecus:vt de tempo.ordi.c.cum nullus.lib.vj. ver. ratione beneficij cuiuſlibet, &c. Epiſcopus in cuius diœceſis,&c.promouet ad ordines, quia cenſetur ibi eſſe quo ad hoc domiciliarius,ſecundum do.Nic.

CONCLVSIO CCCLXX.

De teſtibus. *Rub.*

SI teſtes deponunt contra canonicum fuiſſe ceſſatum,addendo de excommunicatione canonici, ſuper qua non fuit argumentum:probatur ceſſatio, non excommunicatio.

CONCLVSIO CCCLXXI.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans non defenſus debet appellare infra decem dies à tempore ſcientiæ.*

1 CItatus à iure per cap.primum.de elect. libr.vj. non defenſus † appellat infra x. dies à tempore ſcientiæ. maxime ſi intimatio eum perſonaliter non apprehendit,& potuit habere dubium, vel colorem probabilem ſuper deuolutione dubitandi. Idem etiam hoc ceſſante ſecundum do.Nic.d.Fran. & me, vt citatio iuris &c. quia mitius.&c. l.Celſus. ff.de arb. Item quia text.c.ſtatuimus, non punit niſi in proceſſu. Item quia poteſt habere multas exceptiones doli,& contemptus citatio iuris,plus quam citatio hominis:ſed alij contra,ſecundum not.gloſſ. & P.in clem. cauſam quæ.de elect. ne apetiatur via fraudibus:& procelationi litium.Dicunt tamen omnes eſſe de ſtylo,quod infra x. dies à tempore ſcientiæ talis appellet:verius forſan eſt. quod not.de do. ſi ante. in fin.magnæ gloſſ. & ibi ſeruatur apud nos omnino,ſuper hoc vide Cy. C. de iudi.l. properandum §.ſin autem reus.

CONCLVSIO CCCLXXII.

De fide inſtrumen. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris vnius ſi producantur duo teſtamenta, quorum in vno continceatur legatum magnum purè,in altero verò conditionatum, cui nam ſtandum.*

2 *Fauor filij in teſtamentis præfertur.*

1 SI producantur † duo teſtamenta eorundem notarij,& teſtium,& formæ,ſaluo quod in vno eſt legatum magnum pure:in alio eſt illud idem conditionatum conditione iſta, ſi filius teſtatoris moritur in puberi ætate ſtandum eſt conditionato,quia non contradicunt,& ſi contradicerent. plus probaret aſſimitas ad inſtar teſtium. Item quia aliter argueretur dolus,& falſitas notarij,& fides vtriuſque teſtamenti turbaretur:tum quia citius præſumitur error, 2 quam dolus. tũ quia in dubio præfertur †fauor filij. l.ſi pater,& l.generaliter.&l.cũ acutiſſimi.de fideiu.

CONCLVSIO CCCLXXIII.

De ſenten.excom. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iniuſtè per iudicem abſolutus an condemnandus in expenſis.*

SI dicens † ſe excommunicatum iniuſtè abſoluitur pro offenſa dubia, ſufficit quod det pro expen.iuramentum cautionis: ſecus ſi non dicit iniuſtè, &c. quia daret tunc fideiuſſores. de verborum ſignificationibus.ex parte. c.cum deſideres. c. cum venerabilis.§.ſecus.de ſentent. excommunicatio. de appel.ablatæ.& ibi not. Aegid. 1

CONCLVSIO CCCLXXIIII.

De officio iudicis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici per partes exhibenda copia actorum.*

PArs † tenetur exhibere iudici ex officio petenti copiam ſuam actorum habitorum in partibus ad videndum,ſi ſint originalia,vt pars prætendit,per not.Inno.de probationibus.cap.j. 1

CONCLVSIO CCCLXXV.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Fama aliquando ſufficit ad iuſtificandũ probationẽ.*

DEpoſitio † de communi reputatione, & fama ſufficit ad probationem, de probationibus. c.licet. 1

CONCLVSIO CCCLXXVI.

De re.eccle.non alie. *Rub.*

CAuſa debitorum, & onerum importabilium eſt cauſa ſufficiens vnionis. per c. dudum. de re.eccle.non alie.lib.vj.cum ibi notatis.

CONCLVSIO CCCLXXVII.

De præſumptionibus. *Rub.*

DIcta cauſa non præſumitur, niſi probetur,licet veniens ſe de illa cognouiſſe, & veram cauſam eſſe aſſerat, pro eo quod nimis ſunt leues executores quandoque:ſed Guil.& Franciſ.contrà.

CONCLVSIO CCCLXXVIII.

De teſtibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes infra duos menſes recipere & examinare procures executor.hæc verba quomodo intelligẽda.*

LIcet † dicatur in literam remiſſ.quod teſtes infra duos menſes recipere,& examinare procuret executor,ſufficit quod referatur verbum, infra duos menſes, ad verbum, recipere, & non ad verbum,examinare. Ita quod poſt duos menſes poterit examinare:licet do.Franc.& Guil.contrà. 1

CONCLVSIO CCCLXXIX.

De cau.poſſeſſ. *Rub.*

ALIO poſſidente, & ignorante non quæritur poſſeſſio alteri canonicatus,& præb.per receptionem,& traditionem modicæ pecuniæ.

CONCLVSIO CCCLXXX.

Vt lite pendente. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ commiſſio neceſſario debet deuenire ad notitiam partis citandæ.*

SI faciens † committi cauſam audi. contra ab. & obtinens citationem ad pa.teſt.ante cita. execu. 1

ſpoliet aduerſ.reuocatur per modum attentati.quia ideo requirit cle.niſi.vt lite pend.ex ec.citationis, vt deueniat ad notitiam patris citandæ cauſæ commiſ. vt not.in c.cauſamque.de teſtib.in nouelli, quæ locum habet ſtatim in actore.

CONCLVSIO CCCLXXXI.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iudice ſe abſentante à loco iudicij, ſufficit appellare coram perſona authentica.*

1 SI poſt † ſententiam iudex ſe abſentet à loco iudicij, ſufficit appellare coram perſona authentica:nec tenetur iudicem alibi ſequi pro appellatione intimanda, & apoſtolis petendis. ff. quando appel.ſit.in ij.§.biduum. ſed ſufficit tunc proſequi coram iudice ad quem.

CONCLVSIO CCCLXXXII.

De re iudicata. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Expenſarum taxatio, ſi ſuccumbens poſt appellationem moriatur, quomodo fienda.*

1 SI ſuccumbēs † in expen.condemnatus moritur poſt appellationem per ſuum procuratorem interiectam, & detur ſurrogatus, qui venit ad cauſam non debent taxari expenſæ vſque poſt finitam cauſam appellationis, quia ſemel fuit ſententia appellatione ſuſpenſa: nec tunc contra ſurrogatum, ſed contra hæredem mortui: nec tunc per audientiam citare ſufficit: fallit in expen.regiſtri notario ſoluendis, quia habet ſtylus, quòd ſurrogatus, qui vult ſe iuuare de regiſtro, teneatur ad illas &c.

CONCLVSIO CCCLXXXIII.

De exceptionibus. *Rubr.*

NON poſſeſſor non auditur in proponendo obiectus, niſi aliud producat, per quod appareat de ſuo intereſſe, nec ſufficit probare, quo ad hoc, gratiam primam, licet acceptatio, & prouiſio ſint probandæ.

CONCLVSIO CCCLXXXIIII.

De probationibus. *Rubr.*

PRO acceptatione, vel prouiſione probanda ſolum non datur remiſsio, ſi articulans ſe retulit ad inſtrumenta publica ſuper hæc confecta.

CONCLVSIO CCCLXXXV.

De præſumptionibus. *Rub.*

PRoducto titulo, & probata aſſec. poſſeſsionis præſumitur, quòd ex illo titulo, per gloſſ. ff.de re.vend.l.quædam.

CONCLVSIO CCCLXXXVI.

De ſententia excom. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramento partis ſtatur, ſi dicat ſe poſt appellationem excommunicatam.*

1 SI iudex dicit [?] ſe non credere poſt appellationem excommunicaſſe, & ſi.&c. dicit ſe velle deſiſtere, creditur iuramento partis, quæ poſt appellationem fuit excommunicata, quo ad abſolutionem ad cautelam obtinendam, cum per hoc iudici modicum præiudicium afferatur.

CONCLVSIO CCCLXXXVII.

De præbendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Leproſaria vnita altari an ſit beneficium.*

SI contra † petentem altare, vt beneficium defendat, poſſeſſor dicens illud non eſſe beneficium, pro eo quod eſt annexum leproſariæ, quam dicit eſſe officium in eccleſia cathedrali, non auditur tamē, quia magis veriſimile eſt, leproſariam eſſe altari vnitam, quàm contrà. per not. in cle.per literas.de præb. Et quia eo, quòd dicit eſſe officium in eccleſia cathedrali, videtur fateri, ꝙ ſit beneficium. 1

CONCLVSIO CCCLXXXVIII.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Auditori quando non liceat ſine noua commiſsione in cauſa procedere.*

DEcreta † remiſsione, & bullata auditor de conſenſu partium non poteſt ſine noua commiſsione procedere, quia papa alij committendo, & manum taliter apponendo auſert iuriſdictionem auditori. de appell. vt noſtrum. cum ibi notatis per Innoc. & de conſti.cum M. 1

CONCLVSIO CCCLXXXIX.

De probationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij impetrationem an ſufficiat probare per ſolam famam.*

SI in impetratione † beneficij expreſsi de cura, dignitate, & electione, ſufficit, quòd hæc probentur de communi replicatione, & fama: tamen, quia principaliter non reditur, & accedūt not. Inn. in materia notorij.de verb. ſignific. veniens tamen, quia talia narrata ex actis probationem non requirunt:vt not.Ioan.And. de lit.conteſt. exceptionis.& regula infamibus in concluſione &c. 1

CONCLVSIO CCCXC.

De probationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In eodem delicto plures concurrere poſſunt.*

ARticuli qui habent, quòd Titius me de tali beneficio tali die ſpoliauit, non contrariantur articulis, qui habent, quòd Mæuius illa die de illo beneficio me ſpoliauit. quia in † eodem delicto plures concurrere poſſunt, & verbum, ſpoliatur, latè accipitur, ſecundum not. Archi.de elect.generali. lib.vj. 1

CONCLVSIO CCCXCI.

De teſtibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtium variatio quando non noceat.*

VBI tempus † non eſt de ſubſtantia, variatio teſtium in tempore non vitiat. per not. ff.de teſti. l.ob carmen.in fi.& per Inn.de hære.c.fraternitatis. in prin.& per Ioan. And.in prima parte Specu. titu. de teſte.in add.ſuis.Sed facit contrà quod no.Cy.C. de teſt.l.teſtimonio.li.vj. Quæro circa hanc l.in fine. 1

CONCLVSIO CCCXCII.
De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius non tollit ea per quæ poſſet reddi gratia nulla.*

1 MOtus † proprius non tollit ea, per quæ poteſt reddi gratia nulla, quę non veniunt ex dolo, vel culpa impetrantis, ſed potius ex inuerisimilitudine mentis ipſius concedentis per no. Io. And. in c. ſi motu. in nouella: vt ſi ſpectat ad præſentationem patroni laici, & de hoc literæ non faciant mentionem, iuxta no. de præben. c. ij. libro ſexto. per Ioan. moder. & Ioanu. Andr. in nouella.

CONCLVSIO CCCXCIII.
Vt lite pendente. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Petens reuocari attentata quando non audiatur.*

1 SI petens † reuocari attentata, colorans petitorium ex infecto titulo non auditur, quia peius eſt, quàm ſi titulum non allegaret. iuxta no. Inno. c. dudum. de deci. Nec obſt. quòd concluſum non eſt in petitione. iuxta lecta, & not. in gloſ. per Innoc. de cau. poſ. paſtoralis. & per gl. & Inno. de teſti. c. ſignificarunt: quia intelligitur, niſi vehemens præſumptio ſit, de iure couſtare non poſſe, & quando allegant infectum titulum, &c.

CONCLVSIO CCCXCIIII.
De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Verbi, ſummariè, vis & efficacia.*

CVM in commiſſ. petitur quòd poſsit procedi
1 ſummariè, † ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, terminis palatij apoſtolici nõ ſeruatis, & ſola facti veritate inſpecta, & ſignatur. audiat Aegidius, & procedat ſummariè, & iuſtitiam faciat. cenſentur omnia prædicta per verbum, ſummariè &c. eſſe conceſſa, niſi aliquod de eis reperietur eſſe deletum in commiſ. & ita nobis dixit dominus vicecancellarius. propter hoc, vt priuilegia omnia hodie multum faciliter conceduntur.

CONCLVSIO CCCXCV.
De confeſsis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio tacitè facta per productionem instrumenti an poſsit reuocari.*

1 ID quod dicit Inno. de cenſi. olim non poſſe † confeſsionem reuocari, quæ fit tacitè per productionem inſtrumenti, niſi inſtrumentum pronuncietur eſſe falſum, intelligitur, quantum ad ea, ſuper quibus inſtrumentum per ſe faciat fidem, quia ſublata confeſsione remanet inſtrumentum, aliàs nõn.

CONCLVSIO CCCXCVI.
De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio per procuratorem malè interpoſita, non nocet domino.*

1 SI appellauit † procurator pro eo, quia dicit ſuũ dominum poſsidere, & turbari, & dominus, qui appellationem huiuſmodi produxit, pòſt reuocet procuratoris errorem, dicendo ſe tempore appellationis fuiſſe ſpoliatum, nihilominus poteſt appellationi inſiſtere, quo ad effectum deuolutum per id, quod ſuprà proximè dictum eſt.

CONCLVSIO CCCXCVII.
De regularibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Monachus beneficiatus an ſubſit abbati.*

LIcet monachus † directum, & proprium inter- 1
dictum non habet contra prælatum, cui vouit obedientiam, vt no. Innocen. de accuſa. cum olim. habet tamen bene contra tertium etiam ſuperiorem ſuum, quo ad iurandum, ſed non quo ad obedientiam, ſi ſine cauſa &c. quia habet velle, quo ad beneficium, & quia precariò ab abbate poſsidet. l. & habet. §. cum qui. & ideo habet interdictum l. qui precariò. ff. de preca.

CONCLVSIO CCCXCVIII.
De iniuriis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio requirit ſpecificationes.*

IN actione † iniur. ciuiliter intentata requiruntur 1
ſpecificationes. ff. de iniu. l. prętor edixerit. in prin. vbi per Bar. ff. de dolo. l. item non exigit. & extra de procura. tuæ.

CONCLVSIO CCCXCIX.
De iniuriis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Articuli an poſt terminum ſint recipiendi in actione iniuriarum ciuili.*
2 *Articuli obiectiui dati poſt terminum repellendi.*
3 *Noua dilatio an detur per viam reſtitutionis.*

AN in † actione iniuriarum ciuili, articuli dati 1
poſt terminum ſint recipiendi: concluſum fuit, quòd ſic, ſi eſt res integra, & non interſit aduerſarij. per no. Cyn. C. de accu. l. ſi ea lege. & per l. mancipiorum. ff. de op. le. & not. gl. de verb. ſign. ſæpe. in cle. in fi. & quia articuli cenſentur de iure, & tales accipimus poſt terminum: quòd ſint de iure, patet, quia in hoc non conſideramus id ad quod tenditur, ſed potius cauſam ex qua agitur Si enim contra electum, non vt aliquid acquiratur excipiẽs, ſed ſolum vt caſſetur eius electio, nihilominus articuli ſunt de iure, ſi cauſa de qua agitur, ſit de iure articulantis: vt probatur in cle. conſtitutionem. de elect. ergo hic non ponderetur id, quod ſemper agitur ad vindictam. ff. de colla. bonorum. l. ij. § emancipati. ſed ſolum id, quod conſideratur, quòd cauſa de qua agitur, eſt de iure agentis, quia fuit iniuriatus, & offenſus, ergo &c. Et per hęc reſpondetur ad id, quod
ſtylus habet articulos † obiectiuos datos poſt termi- 2
num cum declarationibus eorum repellendos, vt nn Compo. de elect. c. quòd ſicut. & Io. mo. de regu. iur. in generali. lib. vj. Et Oldr. in quæſtionibus ſuis. con. xlij. ſecundum librum meum. Nec obſt. quod dicunt, quòd poſt terminum peremptorium ad probandum, &c. vt de reſtitut. in integrum. capitu. coram. quia fateor id, quod dicit illud capi. videlicet

1 quòd noua dilatio † non daretur, vt ibi etiam per
viam reſtitutionis: vt ff.de mino.l.auxilium.in prin.
vbi videtur caſus.ſed non probát illa iura, quouiam
ſi darentur articuli reintegra.abſque præiudicio par
tis,& maximè prope terminum, quando admittere
tur morc purgatio.arg.l. & ſi poſt tres. cum ſim. ff.ſi
quis cau.Non obſt.l.ſi ea.C.de accu. & l.ſi eo tempo
re.C.de remiſ.pig.& l.diffamari.C.qui.ad liber.pro-
uo.non licet: quia loquitur in termino cum magna
cauſæ cognitione propter ſe ſolum: & principaliter
ad concludendum poſt terminum aſsignatum: hic
vero ſecus.quia imo etiam datur propter aliud, &
ſine cauſæ cognitione:ergo &c. Hanc opi.ſunt ſecu-
ti domini Gar.Bar.& Per. Alij contra,ſaluo, quòd
dominus Barto.dubitat.

CONCLVSIO CCCC.

De libells eblasiene. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Actiones duæ diuerſa, ex eodem tamen facto deſcendentes, an poſsint in eodem libello ſub vtraque ſpecie intentari.*

1
a
CIuilis, † & criminalis [a] actio ex eodem facto
deſcendentes in eodem libello ſub vtraque
ſpecie poteſt intentari. ratio, quia ad diuerſa ten-
dunt:ſuper quibus ſimul ſententia fertur. C. de ord.
cog.l.ij ſimile in auth.de fideiu.§.neque.facit auth.
de man.prin. §. delinquentes. facit quòd euitatur li-
tium multiplicatio.Nec obſt.ff.de iniur.l.prætor.§.j.
vi.bo.rap.l.j.§.ex hoc.de publi.iudi.l.interdum.iun-
cta l dunbus.§.Iul.alias incipit,colonus. de iniuri.
l.fundi.&l.fundum.de excep.& no. Cy. C.de eden.
l.edicta.& Cyn.in regula, nullus pluribus. quia lo-
quitur cum actioni primo intentatæ accumulatur
alia actio ex poſt facto:quo caſu per probationes ſe-
cundæ fieret præiudicium in prima: hic ſecus cum
ſimul, quia ipſæ probationes ſeipſas coadiuuabunt,
cum ſimul valeant terminari:vt dixi ſecundũ Guil.
de Cugno.& Io.Nico.licet Cyn.contra.quando ciui
lis actio termi.pr.iud.l.vna.ibi vide. & licet dum in
nouitate officij mei aliqui domini,inter quos domi-
nus Viuarien.nunc Cardina.& dominus Pet. modo
epiſcopus Euſtulanus,de me opinionem dicti Guil.
de Cugno.ad lega.mirarentur, tamen poſtea omnes
domini etiam Viuarie.ſaluo Euſtulano, etiam tunc,
& modo iſtam opi. amplectuntur. Vide plenius per
dictum Ioan.Nico. in reperi.l.j.C.de fur.& in l.vna.
C.quando ciuil.act. Hanc materiam plenè diſcuſsi.

a ¶ Ciuilis & criminalis. *Nota quòd libellorum ſpecies ſunt duæ: vna habet locum in criminalibus, alia in ciuilibus. Quibus autem nominibus iſti libelli nuncupantur, vide per Specul. titu. de libell. concep. §.ij.*

CONCLVSIO CCCCI.

De regularibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Monachus prior an poſsit pro iniuria ſibi illata agere abſque conſenſu abbatis.*

2 *Vxore iniuriata iniuriatur & dignitas mariti.*

1 SI monachus † factus prior, ſiue præceptor pro
iniuria ſibi facta, per ſciẽtem eum eſſe priorem,
vel præceptorem, bene agit etiam ſine authoritate
abbatis. Nam agere poteſt nomine præceptoriæ,&
eo nomine agere videtur: igitur &c. Sed clarum eſt
quod agit,vt præſumendum eſt eo modo,quo age-
re poteſt.Primum patet.quia dignitatem habet hu-
iuſmodi monachus à prioratu, quæ iniuriatur, ſicut
eſt in marito.cuius dignitas † cenſetur iniuriari,in- 2
iuriata vxore.C.de dign.l.mulieris.libr. xij. & ideo
agit.ff.de iniur.l.j.§.actor. Nec obſt.de iniur. l.j.§.j.
alia eſt enim iſta, quam illa, quæ ſimplici monacho
fit.inſtit.de iniur.§.j.vbi dicitur,quòd vxor nõ agit
pro iniuria facta viro,pro eo quòd debet eam defen
dere vir,non econtrà, quia licet prior habet defen-
dere prioratum, & pro eo agere, ius tamen agendi,
recipit ab ipſo prioratu,&ideo magis videtur à prio
ratu defendi,quàm econtrà &c.

CONCLVSIO CCCCII.

De officio leg. De teſti. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Legati poteſtas quomodo probetur.*

INter † priuatos poteſtas legati per teſtes probatur 1
per not.Ioan.And.de offi.delegat.cum iniur. ſu-
per communi reputatione.

CONCLVSIO CCCCIII.

De officio legati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere an poſsit res eccleſiæ immobiles alienare.*

2 *Legatus principe inferior legatur canonibus.*

LEgatus † de latere [a] poteſt vnire, alienationes 1
facere rerum eccleſiarum immobilium, & ec- a
cleſias diuidere, ac dimembrare, dummodo in di-
membratione, & alienatione prælatũ immediatum
vocet, & eo vocato de cauſa inquirat, aliter non. Pri
mum patet per c.vacan.de præbend.de exceſ.præla.
ſicut vnire.iuncto c.abbatem.de elect.lib.vj. Secun
dum patet per c.ij.de re.eccle.non alie.iuncto, quòd
ſi legatus cum † ſit inferior à principe legatur ca- 2
nonibus.c.j.de conſtl.

a ¶ Legatus de latere. *Nota à latere poteſt cauſam per appellationem deuolutam infra terminos prouinciæ ſuæ audire, & terminare. ij. q. vj.*

CONCLVSIO CCCCIIII.

De reſtit ſpolia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Notorium inducitur per probationes admiſſas.*

PRobationes admiſſæ in petitorio ante ſuſpen-
ſionem petitorij.& cõcluſionem petitorij,adeo
notorium inducunt,quòd poſt ſuſpenſionem petit,
reſtitutionem impediunt,niſi per aliqualem impu-
gnationem probabilem reddantur dubiæ, per glo.
Innocen.de fil.presby.conſtitutus.& de diuor.ſigni
ficaſti.Iuncto de cohabi.veſtra.c.fi. de priuileg. cum
olim. vbi habetur † argu. per probationes admiſſas 1
notorium induci:nec valet, quòd poſsint impugna-
ri,quia ita quælibet notorietas.ff.ad leg. Aquil.inde
Neratius.§.fin.& de confeſ.c.fi.

CONCLVSIO CCCCV.

De can.poſſeſſ. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Actori non licet, quod reo non licet.*

NEC

NEc valet, quod not. Ber. & Inno. de cauſa lique
re ſolum, cum concluſum eſt: de teſti. c. ſigni-
ficarunt. de cau. poſſeſ. c. paſtoralis. quia intelligitur,
quo ad effectum ſimul cum poſſeſſo. petitorium per
ſententiam expediendi, quia poſteà non eſt locus
impugnationi. hoc caſu ſecus, cum ſpoliatos poſsit
etiam ex petitorio ſe defendere per regulam, non
1 debet † actori licere, quod reo licitum non exiſtit.
Et quia antè dici poſsit liquere, probat §. ſinautem
ex geſtis. C. de iudi. l. properandum. & ibi vide Aeg.

CONCLVSIO CCCCVI.

De reſtit. ſpoliat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio proprietatis praiudicans poſſeſſorio in rei re-
ſtitutione, praiudicat vniformiter in fructibus.*

VBi lis conteſtata eſt ſimul in petitorio, & poſ-
ſeſſorio, & poſt ſuſpenditur petitorium, &
poſt ſuſpenſionem ex iure petitorij facto notorio
impeditur reſtitutio, non fertur ſententia in poſſeſ-
1 ſorio propter fructus, & expenſas: quia ratio † pro-
prietatis præiudicans poſſeſſorio in rei reſtitu. præ-
iudicat vniformiter in fructibus, & expen. quis ſi
poſſet ſpoliatus, factus fuiſſet per lit. conteſt. In pe-
titorio malæ fidei poſſeſſor. ff. de petit. hæredi. l. con-
tra. §. ſed ſi ante. ergo &c. argum. ff. de euic. l. vendi-
cantem. Et hoc dummodo agitur ex cap. reintegran
da. ſecus fortè ſi interdicto. §. ex die. l. j. ff. vnde vi. li-
cet dubitem propter l. certum. C. de rei vendi. & per
hoc tolluntur no. Innoc. de priuileg. c. cum olim
enim. & Innoc. & Hoſtien. de cau. poſſ. c. paſtoralis.

CONCLVSIO CCCCVII.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articulus conſuetudinis pro impugnatione iuris
alterius non eſt admittendus.*

1 ARticulus † conſuetudinis contra ius, vel pro
impugnatione iuris alterius non eſt admitten
dus, niſi ſpecificet actus, quia ſuper illis teſtes ha-
bent ſolum deponere, vt no. Ioan. Aod. poſt alleg. c.
cum tanto. Et quia in his caſibus elatiores ac altio-
res probationes requiruntur.

CONCLVSIO CCCCVIII.

De præſumptionibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Materia conſuetudinis aliquãdo cenſetur calũnia.*

1 QVando † in ſecunda inſtantia ex productis in
prima per actorem, reus fabricat materiam
conſuetudinis, cenſetur prima facie calumnia. per
rationem. c. fraternitatis. de teſti.

CONCLVSIO CCCCIX.

De reſti. in integrum. *Rub.*

PEtens ſe reſtitui aduerſus tres diffinitiuas, de-
bet de noua cauſa docere. ff. de mino. l. minor.
auth. magiſtratus. in fin. j. reſponſi.

CONCLVSIO CCCCX.

De reſti. in integrum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Petens ſe reſtitui poſt atteſtationes publicatas, de-
bet ex noua cauſa docere.*

ITem ſi petat † ſe reſtitui ad producendum teſtes 1
poſt atteſtationes poblicatas, per oo. Inoo. de reſt.
in integrum. auditis. Item ſi plura falſa ad obtinen-
dum reſtitutionem principi fuerunt oblata, quia ex
illis præſumitur alia falſa, & calumnia.

CONCLVSIO CCCCXI.

De ſenten. excom. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſsit excommunicationis ſententiam
proferre parte non vocata.*

DEnuntiatio [a] † partis vocationem non requi- a
rit. probatur de elec. c. venerabilẽ. circa princ. 1
in verbo obiectioni. ergo facit, quòd non eſt actus
iuriſdictionalis, cum poſsit fieri poſt appellatio-
nem per iudicem à quo. de appel. c. paſtoralis. in fin.
quod allegat dominus noſter Grego. xj. papa indu-
tus in pontificalibus Romæ in capella Iacobo de
Cena ſuo aduocato fiſcali ad roborationem ſuorum
proceſſuum tunc per eum publicè factorum, videli
cet die veneris ſancta. xxvij. menſis Martij. Anno à
natiuitate domini M. ccclxxvij. & ſui pontificatus
ann. vij. quos proceſſus fecerat ſtatim contra Flore.
& in crimine cum eis particip. & cõtra ciuitatem, &
loca quæcunq; in quibus inhabitant, dictas perſo-
nas excõmunicando, & dictas ciuitates. & loca, præ-
ſupponẽdo eccleſiaſtico interdicto allegabat aliud,
videlicet, quod ſuper notorio procedebat. Tertium
allego, quia cauſa ſuberat. de ſent. exco. c. Romana.
§. penult. eo. ti. c. dilecto. & coadiuuate poteſt plenitu
do poteſtatis: & ſine iniuſtitia cum vera notorietas
ſupponatur.

a ¶ Denuntiatio. *Denunciationem multiplicem notat Cardi. de relig. do. c. j. lib. vj. Et in quibus cauſis denuntiatio eſt neceſſaria, & in quibus non tenet: vide in brocar. Azo. de l. & poteſtat. denuntia.*

CONCLVSIO CCCCXII.

De fructibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorũ vi poſſeſſor ad teneatur ad fructus extãtes.*

LIcet † bo. vi. poſ. teneatur ad fructus extant. C. 1
de rei vend. l. certum. tamen hoc intelligitur ni-
ſi eos bona fide tenuerit triennio, quia ſic vſucepiſ-
ſet. no. Bart. ff. de vſucap. l. iiij. extra rotam.

CONCLVSIO CCCCXIII.

De libelli oblatione. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In criminibus an ſufficiat exprimere annum &
menſem.*

LIcet dicat l. libellorum, quòd in criminibus
† ſufficit exprimere annum, & menſem: tamen 1
vbi certa pars menſis eſt de ſubſtantia actus, illa di-
ſtribuenda eſt. no. Bar. ff. de oper. no. o un. l. de pupil.
& de nego. geſt. l. cum act. ſecundum dominũ Fran-
ciſcum. audi. non ſtudui, ſed concluſio rationabilis
eſt, & vera.

CONCLVSIO CCCCXIIII.

De prebendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habetur loco domicilij, & executio in ea
poteſt fieri.*

1 VBI ſuper parochiali eccleſia agitor † & eſt citatio contra poſſeſſorem eccleſiæ exequenda, ſufficit facere executionem in eccleſia, de qua agitur, & in eccleſia cathedrali, & ſufficit cle. caoſam. de elect. quia eccleſia habetor loco domicilij. nota. Inno. de priuile. ex ore. & hoc voluerunt omnes domini ſemper, & in omni cauſa ſeruari. ſecus ſi agatur de præbenda.

CONCLVSIO CCCCXV.

De prebendis. Rub.

SI impetraui eccleſiam, quia dixi quòd poſſeſſor tenuit eam eum alia incompatibili per plures annos non promotus, ſufficit probare quòd ita tenuerit, licet non probetur non promotio. de reſcriptis. ex parte.

CONCLVSIO CCCCXVI.

De prebendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Probatio leuis & iuramētū, in quibus habeāt pōdus.*

1 SI obtinens † capellam impetrat eccleſiam, non obſtan. capella, quam dicit de bonis ſuis fundatam, non teoetur probare, quòd ſic fuerit fundata, vel ſi habet probare, ſufficit eius iuramentum, vel ſaltem alia probatio leuis. Aegi.

CONCLVSIO CCCCXVII.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clementina. Appellanti non habet locum in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiua.*

1 CLE. appellanti, † non habet locum in appellatione ab interlocutoria vim diffinitiuę obtinēte, ſicut ab interlocutoria, quę fertor ſuper attentatis, vel ſuper articulo reſtitutionis ad appellādum, uoò poſſunt coram iudice à quo nouo induci. Dic vt ſupra in concluſionibus domini Guil. concluſione xiij. fol. xlviij. & conclu. viij. fol. xlvij.

CONCLVSIO CCCCXVIII.

De reſti. ad appel. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ iniuſtitia eſt ſufficiens vt quis reſtituatur ad appellandum.*

1 PEtens ſe reſtitui † ad appellandum, oedum habet probare impedimēta, &c. imò habet etiam probare ſaltem præſumptiuè aliquid de iniuſtitia ſententiæ. Ratio, quia non eſt læſus enormiter, nec ſua intereſt appellare, niſi ſententia lata contra eum ſit iniuſta. ergo ar. l. Scio. & §. ſi minor. l. nam poſtea. probat c. cum veniſſet. de in integ. reſtitu. uo. Innoc. eo. titu. c. coram. & c. cum ex literis. Sed quia agitur de hoc per modum præambuli, & de hoc in principali iudicio principalios cognoſcetur, ſufficit ſummaria, & leuis cognitio, de reſtib. c. veniens. ad exhi. l. iij. §. ſciendum. & §. ibidem.

CONCLVSIO CCCCXIX.

De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Commiſsiones factæ à ſuperiore auditori grauaminis ſuper negotio principali, ſemper habent tacitam conditionem.*

2 *Auditorum palatij iuriſdictio multum reſtricta.*

SI auditori † grauaminis ab alio iudice, vel Card. fierent mille commiſ. ſuper negotio principali, ſemper habent tacitam conditionem. videlicet ſi pronuntiatum fuerit malè proceſſum, & bene appellatum, & aliter non, niſi per narrata in commiſ. vel aliàs expreſsè appareat, quòd voluerit à primo iuriſdictionem auferre per not. Innoc. de conſtit. c. cum M. de appella. c. vt noſtrum. & c. vt debitos. eo. titu. per quæ apparet, quòd non eſt veriſimile, quòd papa velit iuriſdictionem auferre iudici, niſi dicat, vel de eius certa ſcientia appareat, quòd noluerit. Item quia operantur alium effectum, quòd aliter etiam io dicto euentu non cognoſceret talis auditor de negotio principali. Nec ob. c. vt debitus. quia loquitur in iudice à quo ordinario. Nec ob. quod dicunt aliqui, idem in delegato: quia hoc dubium, & quia hoc in audi. palatij non ſeruatur, quia † audi. palatij ſuam iuriſdictionem multum reſtringunt, pro eo, qoòd ad papā facilis habetur acceſſus. Aegi. 1 2

CONCLVSIO CCCCXX.

De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio einſdem cauſæ poteſt eſſe ſimul coram diuerſis iudicibus.*

ILlud quod in concluſione proxima præcedenti dicitur, locum haberet etiam, ſi coram dicto auditore grauaminis proceſſum eſſet per ambas partes ſuper oegotio principali quo ad hoc, quòd ſi poſt hæc talis auditor pronuotiaret, bene proceſſum, & malè appellatum, nihilominus partes ipſæ ſi vellent, redire poſſent ſine noua commiſ. ad iudicem à quo, & coram eo procedere ſuper negotio principali: quia † coram diuerſis iudicibus poteſt eſſe ſimul iuriſdictio eiuſdem cauſæ. & procedend. materia eſt de reſcriptis. c. j. c. cæterum. c. eum contingat. cum ſimilibus. 1

CONCLVSIO CCCCXXI.

De præſumpt. De probatio. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Probatis extremis præſumitur medium.*

PRobatis † extremis præſumitur medium. No. xvj. q. iiij. volumus. Ideo ſi probatur te fuiſſe ſcholarem ante, & poſt confeſsionem rotuli Pariſiis præſumitur, quòd fueris ibi ſcholaris tēpore rotuli. 1

CONCLVSIO CCCCXXII.

De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium extraordinarium non trahitur ad cauſam ordinario remedio iam prouiſum.*

COmmiſſo auditori directa in prima, vel in ſecunda inſtan. ſuper articulis obiectiuis admittendis non obſta o. eorum mala ſpecificatione, & lapſu termini in tertia inſtan. non prodeſt, quia termini ſunt inſtantiæ, & non cauſæ, & extraordinarium † auxilium non trahitur ad cauſam ordinario remedio iam prouiſum. de appel. l. in cauſæ. modò in tertia inſtan. iur. ordinario ſibi potuit prouidere bene ſpecificando, & dando in termino, ergo, &c. 1

CON

CONCLVSIO CCCCXXIII.

De regularibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Monachus habens adminiſtrationem, agit actione qua competit adminiſtrationem habenti.*

1 SI monachus † habens adminiſtrationem, talem ſe nominans, agit actione, quæ non poteſt competere niſi adminiſtrationem habenti, licet non dicat, quòd nomine tali in dubio cenſetur illo nomine agere. at. no. Inno. de præſcrip. cum ex officij.

CONCLVSIO CCCCXXIIII.

De appellationibus. Rubr.

SI iudex appellationis à diffinitiua eam pronunciauerit deſertam, & ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam, & ab eo fuerit appellatum in termino ad dandum apoſtolos, poteſt reuocare grauamen. Vide latius in concluſionibus domini Gulielm. in concluſione lxxij.

CONCLVSIO CCCCXXV.

De prebendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius apoſtolicus habens à papa conferendi xx. beneficia, etiam ſedi apoſtolicæ reſeruata, an poſſit conferre beneficia duplici reſeruatione reſeruata.*

1 SI papa nuntio † apoſtolico, vt ſuam nuntiationem felicius valeat expedire, dat poteſtatē conferendi xx. beneficia etiam ſedi apoſtolicæ reſeruata, ille nuntius conferre poteſt beneficia generaliter reſeruata, etiam ſi ſint duplici generali reſeruatione reſeruata, etiam ſi vacent per mortem collectoris vel ſubcollectoris. Ratio, quia talis gratia non videtur facta ad impetrationem alicuius, & videtur eam feciſſe papa ſuiipſius gratia. Ideo latè eſt interpretanda, & ſpeciale eſt. in cap. ij. de præben. lib. vj. Sed ego contrà, maximè propter quandam regulam cauſæ, quam papa voluit in iudicio obſeruari, qua cauetur, quòd quæcunque gratiæ de beneficiis reſeruatis generaliter qualitercunque factæ, vel obtentæ ipſo iure non valent, niſi de reſeruatione generali fiat mentio expreſſa, & niſi reſeruatio huiuſmodi ſpecialiter fuerit ſpecificata, quæ regula habet locum in gratia facta motu proprio, vt apparet ex verbis, ergo & in gratia, de qua agitur, quæ non eſt motu proprio facta: tamen hoc in ea non exprimitur: vt c. ſi motu proprio. de præben. lib. vj. Et ad hoc eſt reſponſum id quod in ca. is cui. de præben. lib. vj. Nota quòd talis gratia facta collatori, non eſt ita ambitioſa, ſicut gratia impetranti, ſed non fui exauditus: videat Apollo. Ægidius.

CONCLVSIO CCCCXXVI.

De negligen. prala. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio non ponitur niſi in caſu à iure expreſſo.*

2 *Deuolutio iuris eligendi & præſentādi ab inferiori ad epiſcopum, non eſt niſi conſolidatio iuris inſtituendi, & quaſi amotio ſeruitutis.*

QVando epiſcopus non ſuo iure, ſed deuoluto conferre habet, ex ſua negligentia non deuoluitur ius conferendi ad capitulum, ſed ad ſuum ſuperiorem immediatum. Et idem in confirmatione, & inſtitutione not. Innocen. & Ioan. Andr. poſt eum. de elect. c. cum in cunctis. ſuper fin. gloſ. not. Ioan. Andr. de elect. c. quanquàm. lib. vj. in nouella, ſuper penulti. gloſſ. not. Archi. & Ioan. Andr. poſt eum. ne ſe. vacan. c. vno. lib. vj. in nouella. Ratio ſumitur ex not. gloſſ. Ioan. Andr. in d. c. quanquàm. & Innocen. cap. quia diuerſitatem. quæ habet, quòd † deuolutio non ponitur, niſi in caſu expreſſo à iure. 1
Idem etiam no. de ſup. ne. præla. cap. quia regulares. in gloſ. in clemen. Sed quid ſi patrono, vel electoribus negligentibus ad epiſcopum, ad quem ſpectat iure proprio ius inſtituendi, ſeu confirmandi, ius eligendi, ſeu præſentandi deuoluatur, nunquid epiſcopo negligente ordinare, hoc caſu deuoluetur poteſtas ordinandi ad capitulum, an verò ad archiepiſcopum? dominus Nico. videtur velle imaginari, quòd ad capitulum. Ratio fuit ſua, quia hoc caſu † deuolutio iuris eligendi, & præſentandi ab inferiori ad epiſcopum, non eſt niſi conſolidatio iuris inſtituendi, & quaſi quòdammodo amotio cuiuſdam ſeruitutis. Ita quòd ſecundum eum videtur principaliter conſiderandum ius inſtituendi originale. Sed puto contrarium, quod probo, quia in inferioribus beneficiis, de quibus loquimur, æquiparatur quo ad deuolutionem de epiſcopo ad capitulum faciendæ. peccatum, quod committit epiſcopus in ordinando indignum negligentiæ epiſcopi in ordinando. probat c. cum in cunctis. in fin. alleg. licet ſecus in cathedralibus, vt probat c. quanquàm. cum ibi not. in gloſ. Ioan. Andr. modo ſi propter peccatum electorum deuoluitur ad epiſcopum, & epiſcopus ordinet ſcienter indignum, non deuoluitur ad capitulum, ſed ad ſuperiorem. not. Innocen. & Ioan. Andr. poſt eum, licet aliqui in hoc eos impugnent. in d. c. cum in cunctis, ergo, &c. Ratio, quia deuolutio non imponitur, niſi in caſibus iure poſitiuo expreſſis. not. Innocen. in c. quia diuerſitatem. allega. & probatur in d. c. quanquàm. cuiuſmodi iſte non eſt. igitur, &c. 2

CONCLVSIO CCCCXXVII.

De dilationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Terminum competentem qui habuit à iure, alius terminus dandus non eſt.*

IN cauſa quæ vertitur inter capitulum Agateñ. agens, & epiſcopum defendentem ſuper iuribus, & oneribus certis per epiſcopum denegatis. In qua per dominum Cardi. ſancti Euſtachij admiſſi fuerunt primò. articuli capituli, & poſtea epiſcopi, & decretæ remiſſiones ad partes, & fuit capitulum vſum remiſſione ſua. Stetit epiſcopus in Auinion. ante mutationem curiæ vltimò factam de Auinion. ad Romam, & poſt illam mutationem vſque ad menſem Aprilis, quòd non fuit vſus remiſſione prædicta, & facta dicta mutatione, concluſit in cauſa ad inſtantiam capituli, quòd ſuam remiſſionem reportauit domino Cardinali ſancti Angeli, cui propter abſentiam domini ſancti Euſtachij cauſa huiuſmodi prædictæ remiſſionis non obſt. fuit commiſſa, à quo fuit pro parte domini epiſcopi ap-

pellatum propter admiſsionem, & decretam remiſſionem antedictas, & propter impedimentum dictæ curiæ mutationis, & quia remiſsione vſus non fuerat, & ea vti volebat. Quibus non obſtañ. domini omnes cum domino Pamp. ſaluis & exceptis dominis Guilhardo, & Benedicto concluſerant conſulti per me nomine dicti ſancti Angeli, dandos apoſtolos refutatoribus, attenta notabili negligentia dicti epiſcopi, & quod cauſa differendæ ſententiæ præſumitur iſta fuiſſe allegata. per not. Innocen. de conceſ. præben. poſt electionem. & quia ſuppleri poteſt in ſecunda inſtantia. alleg. c. tibi. de reſcrip. lib. vj. de præben. ſi clericus. ſed dicti duo domini pro eo contrà dixerunt, quia non fuit terminus aſsignatus epiſcopo ad remiſsionem proſequendam, &c. per not. Innocen. de præben. c. extirpandæ. Sed dicebant
1 alij domini, quòd ille, † qui competentẽ terminum à iure habuit, iuxta l. j. C. de dila & l. fin. ff. eod. alius terminus dandus non eſt, ne propter eius negligentiam culpabilem alius damnum incurrat.

CONCLVSIO CCCCXXVIII.

De ſequeſtra. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Venditio fructuum facta per poſſeſſorem beneficij poſt ſequeſtrationem, an inducat violationem ſequeſtri.*

2 *Ex actu non completo pœnam ipſo iure non incurri.*

1 SOlus tractatus videndi, imò nec ſola † venditio fructuum facta per poſſeſſorem beneficij poſt
a ſequeſtrationem, [a] de qua loquitur cle. ad compeſcendam, non inducit violationem ſequeſtri, nec dat locum illi cle. Ratio, quia tractatus non videtur actus completus. ergo &c. argu. c. perpetuæ. de elect. lib. vj. & not. ibidem in regula. in pœnis. & in regula, odia: in concluſionibus ibi diſputatis per Ioan.
2 Andr. quæ not. habent ex actu † non completo pœnam ipſo iure non incurri. Idem tenuerunt de ſolutione ſecuta ſequeſtrum facta propter venditionem præcedentem ſequeſtrum, quia refertur ad tempus venditionis ſecundum eos, per l. Scio. ff. de minor. Sed domi. Nico. in omnibus tribus præcedentibus contra, & ego cum eo, quia per quemlibet dictorum actuum nomine eccleſiæ factum, præſumitur eum nomine ſuo facere, non poſſet dictus poſſeſſor committi contra interdictum in ſequeſtratione ſibi factum: quod interdictum habet, ne de eccleſia, ſeu eius iuribus, & ipſorũ adminiſtratione ſe intromittat. Igitur quilibet dictorum trium actuum eſt de ſe completus, quo ad pœnam dictæ cle. Nec obſt. quod in tertio refertur ad tempus venditionis: quia & ſi refertur, vt ponitur, tamen attento, quòd rector eccleſiæ parrochialis fructus etiam retentos ſuos non facit. vt not. Ioan. Andr. in c. præſenti. de offic. ordin. & Ioan. Mo. & Gar. de re. eccle. non alienan. hoc conſultiſsimo. in vj. & Archi. de reſcript. ſtatutum. §. acceſſori. eo. li. fateri oportet, quòd actio petendi huiuſmodi pretium, & eiuſdem pretij receptio exerceri non poſſunt niſi nomine eccleſiæ: ergo, &c.

a ¶ Poſt ſequeſtrationem. *Sequeſtratio eſt duplex, neceſſaria, & voluntaria: Neceſſaria eſt, quæ autoritate iudicis fit: voluntaria eſt, quæ fit cum partium voluntate: ſecundum Cyn. & Iacob. de Arena in l. j. C. de prohi. ſeque. Adde quod regulariter ſequeſtratio eſt prohibita. eo. tit.*

CONCLVSIO CCCCXXIX.

De ſequeſtra. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij quare ſequeſtrentur per prædicationem verbi Dei.*

PEr † prædicationem verbi Dei [a] incurritur pœ- 1
na clemen. ad compeſcendam. Ratio, quia non a
ſolum ſequeſtrantur fructus beneficij, imò & beneficium ipſum: vt dicta clemen. Et quia nomine proprio prædicare non poteſt, niſi miſſus à poteſtatem habente, [b] igitur præſumitur facere nomi- b
ne eccleſiæ.

a ¶ Verbi Dei. *Nota quòd ſolum Dei verbum debet prædicari. ij. ad Timothe. iiij. Prædica verbum, videlicet Dei. & Marci vlti. Prædicate Euangelium omni creaturæ.*

b ¶ Miſſus à poteſtatem habente. *Adde, quòd non omnis, qui à papa, vel ab homine mittitur, à Deo mittitur, iuxta illud ad Roma. x. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? a Deo videlicet. ſicut ſcriptum eſt Eſa. lij. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.*

CONCLVSIO CCCCXXX.

De præbendis. Rubr.

SI præpoſituram reſlicen. Impetrauit A. tanquàm vacãtem, per extraua. execrabilis. & B. tanquàm vacantem per decretalem eandem, vel alias quouiſmodo vacandi per decret. execrabilis. & probauerint, & propter hoc obtinuit A. quia primus, & in tertia inſtantia ad ponendum, & articulandum B. propter clauſulam, vel alio quouiſmodo mutauerit, & tranſiuerit ad modum vacandi per decreta. de multa mutando tempus dictæ aſſecutionis dictæ præpoſituræ, B. etiam poſt terminum ad ponendum per modum declarationum poteſt etiam mutare tempus, vt redeat ad modum vacandi decretalis, execrabilis. nec cenſetur obiectus, nec requiruntur ſpecificationes exactæ.

CONCLVSIO CCCCXXXI.

De iureiurando. Rubr.

POſitio iurata per iuramentum credulitatis, reuocatur per modum erroris, non obſtante iuramento, quia iuramentum eſt de credulitate, nec aliquid aliud ad iuramentum calumniæ. igitur, &c.

CONCLVSIO CCCCXXXII.

De probationibus. Rubr.

CApellania honoris non probatur per teſtes, pro eo, quòd ſolet ſemper de iſta fieri ſcriptura.

CONCLVSIO CCCCXXXIII.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio non ſufficit in his, quæ non poſſunt haberi niſi ex conceſſione principis.*

POſſeſsio capellaniæ non probatur per duos teſtes, quorum vnus dicit ſe vidiſſe in partibus portare illum rochetum, & cappam: alter dicit quòd id in curia vidit, quia capellani iſta extra curiã non portant, & quòd non ſufficit ſola poſſeſsio: ratio,
quia † in his quæ non poſſunt haberi niſi ex con- 1
ceſsione principis, non ſufficit poſſeſsio. vt ff. de aqua quotidi. l. j. §. permittitur.

CONCL

CONCLVSIO CCCCXXXIIII.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli obiectiui, minus bene ſpecificati, dati contra partem abſentem ſunt admittendi.*

1 SI contra † abſentem dantur articuli obiectiui minus bene ſpecificati, Iudex ſi vult, in pœnam contumaciæ poteſt eos admittere vt veritas eruatur: quia quòd ſint male ſpecificati, dummodo ſint de bona materia, ſpectat ad partem allegare, & non tenetur iudex id ponderare parte non excipiente, dummodo effectus ſpecificationis non ſit magnus.

CONCLVSIO CCCCXXXV.

De exceptionibus *Rubr.*

SI contra inſtrumētu n procuratorius factum ad permutandum contra impetrantem apoſtolicum qui poſt permutationem ſeu renuntiationem acceptauit, datur quòd conſtituens procuratorem erat infirmus, & de infirmitate huiuſmodi fuit mortuus: materia eſt bona, per cap. ij. de renuntia. lib. vj.

CONCLVSIO CCCCXXXVI.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Contra permutationē fraudulentam beneficij partes opponere ſe poſſunt.*

SI admittatur materia vna obiectiua pro vna alterius excluſiua: eoipſo omnes aliæ materiæ ab eodem contra eundem aliàs de iure bene licet, forte aliàs propter malam ſpecificationem repellendæ,
1 admittendæ ſunt, † quia principaliter non venit eorum admiſsio, ſed potius ad materiam admittendam coadiuuandum: vt ſi in caſu proximæ concluſionis detur coadiuuandum materiam infirmitatis de furore, & dementia, & de confectione & fraude dictæ permutationis, licet non in arcta ſpecificatione tales materiæ cum vnitate venient admittendæ. argu. ff. de acquir. te. do. l. quædam. ff. de te. vendi. l. in modic. Et quia fauetur acceſſio. per not. Inno. de reſti. ſpo. cum ad ſedem, & de exceſ. præla. tanta. plus facit, quia excluſa eſt calumnia & præiudicium partis: quod intelligo maxime, vbi omnes materiæ ad eundem effectum tendunt, & ex eodem medio procedunt: quia aliàs forte diceretur, quòd ſeparatorum &c. ff. de calum. l. fin. ff. de condit. l. pater. in fin.

CONCLVSIO CCCCXXXVII.

De expenſis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Expenſarum taxatio, vbi pars per interlocutoriā eſt condemnata in expenſis, quomodo fienda.*

1 SVper interlocutoria † ante ſententiam latam cum condemnatione expenſarum in expenſis, taxatione taxantur expenſæ pro aduocato & procuratore, ſed arbitrariæ, & niſi multū laboraſſent, ſufficit pro aduocato in prima inſtantia vj. flor. & in qualibet aliarum tres: & pro procuratore in prima iiij. & in qualibet aliarum iij.

CONCLVSIO CCCCXXXVIII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articulo deſertionis non diſcuſſo, poteſt iudex tertiæ inſtantiæ ſecundam ſententiam confirmare.*

IVdex tertiæ inſtañ. licet reperiat ex actis appellationem à ſecunda inſtantia interpoſitam deſertam: ſi tamen † de hoc non fiat quæſtio poteſt nihilominus ſecundam ſententiam confirmare: quia non eſt articulus deſertionis diſcuſſus, & poteſt eſſe, quòd ſi diſcuteretur deſertio, excuſaretur. Et hoc maxime: quia appellans non poteſt de deſertione opponere, nec excipiendo hoc appellato etiam allegare. 1

CONCLVSIO CCCCXXXIX.

De iniurijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli dati poſt terminum in cauſa iuris ciuiliter attenta, an ſint admittendi.*

2 *Iudex non eſt ſubiectus peremptorio.*

ARticuli † dati poſt terminum in cauſa iuris ciuiliter attentata, dati tamen verbo in termino, & de materia libelli, & cito facti dati poſt terminum bene ſpecificati, & de bona materia. ſunt admittendi, non obſtante lapſu termini ſecundum partem dominorum: quia de iure, & ſtylus habet, quòd de iure articuli admittuntur poſt terminum. quia de iure, licet actio infamet, & tendat ad vindictam, probat. cle. conſtitutionem. quia deſcendunt ex iure partis. Tum quia non multum intereſt partis, & res eſt in eodē ſtatu, per l. maioris. ff. de adopt. lega. & l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. Tum quia admittentur probationes. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. per Iaco. de Aret. & Cyn. & gloſ. in cle. ſæpe. contingit. Tum quia reſtitutus terminus ad declarandum vbi date poſſent, & ita lapſus termini omnino petimit. Tum quia non petunt nouus terminus quo ad quid terminus eſt peremptorius. Et ita ſoluitur ad gloſ. cle. j. de excep. Tum quia ſunt verbo & facto. Tum quia libellus præceſſit. Tum quia palatium non vult, niſi æquitatem, & veritatem: & in ſecunda inſtantia ad hoc admitteretur. Tum quia † peremptorium iudici non videtur eſſe præfixum, ſed parti: ergo iudex admittere poteſt, ſi vult: ſed alia pars æqualis eiuſdem conſilij contra: quia terminus eſt peremptorius: & ita ſolue per gloſ. dictæ cle. j. de except. alleg. not. de except. c. paſtoralis. per Paul. in cle. conſtitutionem. quæ diſſoluitur faciliter per primam. In prima parte fuit domi. Nico. domi. Gul. & Ber. Cremona mecum. In ſecunda fuerunt domini Rob. Franci. Ioan. de Aurellis, & Guliel. & Benedictus. declaret Apollo &c. 2

CONCLVSIO CCCCXL.

De iudicijs. *Rubr.*

SI proceſſus eſt validus, licet ſententia nulla ex illo per alium iudicem iuriſdictionem habentem, poteſt ſententia ferri, per not. Barto. ff. de appel. ſi expreſsim &c.

CONCLVSIO CCCCXLI.

De fide inſtrument. *Rubr.*

SIcut litera ordinaria prouiſiua in præiudicium apoſtolici, cum de data dubitatur non probat.

Deciſ. Cano. i 2

nec litera ordinarij dans poteſtatem alteri huiuſmodi prouiſionem faciendi, vel vicarium generalem conſtituens cum poteſtate prouidendi: quia ſi fidem faceret, eſſet tam modus ita facilis, & apertus ad cogitandum fraudem contra apoſtolicos, ſicut ante.

CONCLVSIO CCCCXLII.

De fide inſtrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorij copia in beneficiali cauſa, quando faciat fidem.*

1 SI copia † procuratorij in cauſa beneficiali appellantis exemplati ad inſtantiam appellantis, præſente & conſentiente dicto procuratore prætenſo appellante ad probandum deuolutionẽ vnam cum inſtrumento appellationis, & intimationem per eundem procuratorem interpoſitarum coram auditore in iure producuntur, dicta copia ſeu tranſumptum ſub publico inſtrumento vt prædicitur, productio, facit fidem: licet dominus Nicolaus in hoc dubitet.

A

CONCLVSIO CCCCXLIII.

De offic. vicar. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vicario vel officiali ſuo generali dans poteſtatem conferendi decem beneficia vacantia vel vacatura, an talis conceſſio valeat ad vacatura.*
2 *Poteſtas reſtricta conferendi beneficia vacatura conceditur à papa.*
3 *Commiſſiones non debent eſſe venales.*
4 *Conceſſio gratioſa latiſſime eſt interpretanda.*
5 *Volenti & conſentienti non fit iniuria.*

1 SI epiſcopus [a] vicario † vel ſuo officiali generali det poteſtatem in vicaria x. beneficia, vacantia, vel vacatura conferendi, quo ad vacatura non valet conceſſio. Ratio eſt, quia generale concilium huiuſmodi conceſſionem prohibere videtur. de offic. lega. ca. deliberatione. §. prohibemus. lib. vj. c. nulla. de conceſ. præbend. c. conſtituitus. & c. cum dilecta. & eod. tit. detestanda. in vj. Nec obſt. ca. fi. de offic. vicar. lib. vj. vbi probatur, quòd vicario, vel officiali generali dari poteſt huiuſmodi poteſtas vacatura beneficia conferendi, & ita eſt caſus quidam ſpecialis, qui not. per gloſ. de præben. c. ſtatutum. lib. vj. in fin. Reſpondent enim, quòd illud c. fin. de offic. vicar. loquitur, dum datur vicario, vel officiali generali generalis poteſtas omnia beneficia conferendi, quia tunc ſub propria verb. ſignific. vicariatus continetur, niſi eſſet metus inueriſimilitudo, quæ per expreſſionem tollitur, & multa tranſeunt cum vniuerſitate ex literis, cum ibi not. per Innocen. ff. de acqui. re. do. l. quædam. de contrahen. emptio. in modicis. Sed iſta ratio non vendicat ſibi locum in officiali, cui non admittuntur, niſi iuriſdictionalia. vt not. Ioan. Mo. de offic. vicar. c. ip. ij. & de inſtit. cap. ij. lib. vj. Vide per Ioan. And. de maio. & obe. cum olim. & de elect. quanquàm. in nouella. Prætereà quia non eſt tanta dubitatio fraudis in illo, qui ſemper, & ſatis poteſt habere quid conferat, quàm in alio, qui non poteſt conferre, niſi pauca Sed tollitur hæc ratio per cap. ſtatutum alleg. vbi patet, cum ibi notatis, quia † reſtricta poteſtas conferendi beneficia 2
vacatura apud ſedem etiam poteſt dari. Dicebant quidam domini loqui dictum cap. ſtatutum ſolum de vacante. ſed nihil eſt, quia illud, quo ad actum, & tempus conferendi, ſecus, quo ad poteſtatis conceſſionem. per ibi not. in gloſ. Ioan. Andr. in additionali in fin. c. poſita, & recitata in nouella. & idem poſuit Archidia. in eod. cap. in ſua gloſſ. pen. iuncta gloſſ. Ioan. Andr. & Archidia. qui allega cap. fin. de offic. vicar. Dixit domi. Franc. cum quibuſdam aliis, quòd ratio cap. ſtatutum. locum habet: niſi incerta conceſſio poteſtatis beneficia conferendi non ſe referret ad primos, quia ibi non eſſet tanta præſumptio fraudis, ſicut ſi referretur ad certa. quæ primò vacarent in numero certo, vt hic, quia vt pinguiora conferret contra concilium, vt facilè præſumitur, poteſt committere fraudem. Caſus autem, quo referatur ad primos, eſſet indubitatus, quia primum vacaturũ conferendi non poteſt dari poteſtas. Caſus eſt in cap. conſtitutus. allega. & idem de quatuor, ſicut de vno ex identitate rationis, modò referant hic ad primum ſecundum eum per not. cap. non poteſt. ij. reſponſo. de præben. lib. vj. cum ibi allega. videlicet de verb. ſignific. l. bones. §. hoc ſermone. ff. de verbor. obligat. l. cum qui. ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. x. de offic. ordin. c. ordinarij. in fin. ibi eum dicit; vel ea quæ, &c. ff. de condit. & demonſtra. l. hæc conditio. Et quia alias eſſet in poteſtate huius habentis huiuſmodi poteſtatem faciendi ſuas
commiſ. venales † quod eſſe non debet ſim. gratia 3
ſemper illæſa manente, contra id, quod habetur ſuprà de reſcriptis, nonnulli. & capit. ſedes. & capit. ad audientiam. ij. ff. de contratabu. l. filium quem. §. ſed cum exhæredatio. ibi. alioquin venale, & beneficium rectoris, & ff. de pac. do. l. ſi liberis. quæ ratio allegatur per Ioan. And. in cap. quamuis. in nouella. de præben. lib. vj. ſa. eodem modo ſicut l. hæc conditio. ff. de penu lega. l. j. alias eſt l. j. ff. ad leg. Falcid. §. item ſi ita. fa. de elect. cupientes. §. cæterum. lib. vj. de cle. ægro. cap. vno. eo. lib. §. ſi autem. facit optimè. ff. de verborum ſignific. l. inter illam. in princip. Et ad idem poſſunt allegari omnia iura per Ioan. Andr. in dicta decreta. non poteſt. in nouella. ſuper vlti. glo. ad probandum, quod intelligantur de primo. ff. de iure do. l. dotis promiſsio. de pac. do. l. inter ſoccerum. §. vlti. qui & à qui. ma. non lib. l. fin. l. matrimonij. de leg. iij. l. cum pater certam. de verbor. ſignific. l. ſi tendum. de bo. auth. indic. poſſ. l. vlti, licet quòd non debeat de primis intelligi videatur expreſſum per glo. Ioan. Andr. in dicto cap. quamuis. ij. de præben. lib. vj. quam gloſſ. licet quidam eam reprobent, Ioan. And. ibidem approbat in nouella propter quaſdam abſurditates. ibi vide. multi fuerunt contra gloſſ. proximam alleg. & quòd ſicut mandatum de prouidendo de vacatura intelligatur de prima vacatura. Et idem Ioan. Andr. dicit in dicto cap. quamuis. lib. vj. in nouella per cap. ſi clerici ua. eod. tit. & cap. ne captandæ. de conceſ. præbend. eod. lib. Item licet hæc conceſſio debeat intelligi de primis, ne diutius vagare habeat talis in præiudicium ordinarij collatoris, & ordinarium collatorem in ſuſpenſo tenere, maximè ſi decret. habeat, &c. tamen opponitur, quia hæc interpretatio gratiam reddit nullam, &

alia interpretatio redderet eam validam.modo interpretatio debet fieri, vt res potius valeat, quàm pereat. cap. abbate. de verbor,ſignific. potiſsimè in priuileg.de priuileg.c.ſi papa. ad municip.l.j.10 fin. & ff.de leg.j.l.ſi quando. Videtur præſumendum per prædicta, quòd dictæ cõceſsionis gratiam gratioſè concedens, voluerit eam facere omni eo modo meliori,quo potuerit ſortiri effectum, ſaltem vt valeat. Et ita non obſt. not.contra gloſ. c.quamuis,quia ibi valet conceſsio in primis.hic non.Item quòd ibi eſt conceſsio ambitioſè impetrata, hic eſt conceſsio
4 † multum gratioſa, quæ in præiudicium conferenti latiſsimè eſt interpretanda.de conſtit princi.l.iij. de do.c.ex parte. not.Innoc.de dona.c.cum dilecti. & eſt facta ab epiſcopo Anxitan.collatore,ita quòd
5 ceſſat eius præiudicium, quia † volenti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.C.de tranſact. l.cum donationis.& regula.ſcienti.lib.vj.cum concordan. Addo aliam rationem,quia ſi intelligeretur de ſpecie. in primis archiepiſcopus ſic committendo feciſſet contra concilium generale,& ita peccaſſet.de ma.& obe.ſi quis venerit. ſi in genere intelligatur, quomodocunque vacauerit,non fecit contra concilium, nec peccauit, modò in tali caſu recipitur præſumptio, quia benignior eſt, vt non peccauerit. ff. pro ſocio. l.merito. ff. de dona. inter vir.& vxo. l. Quintus. & per hæc non obſtant omnia iura in contrarium alleg. quia loquuntur,vel vbi interpretatio fit in fauore illius, qui ex ea luctum ſortiri debet : vel ſaltem,vbi interpretatio non inficit ipſo iure diſpoſitionem,nec peccatum inducit.quomodo ergo à propria ſignificatione verborum recedemus per talem interpretati nem,quæ actu vitiat ipſo iure, non video, quia vt videtur talis interpretatio vitians in beneficiis propriam ſignificationem excedimus,vt l.jin fin.ad municip.& l.ſi quando.allega. & melius in cap.ſi papa.alleg.§.j.& cap.abbate.alleg. Video enim quòd gratiam faciens.vt gratia valere poſsit, nedum videtur velle facere id,quod loquitur, ſed etiam præambula, ſine quibus ſua gratia valere non poſſet. inſtitut.qui ma.non poſ.§.j.& de teſta.tu.§.j.C.de nec.ſer.hæte.inſtitu.l.fin.ff.de ſerui. vrba.prædio.l.iiij.§.qui habec.ff.de acquir.hæred.l.illud.ergo fortius eſt præſumendum, quòd à propria verborum ſignificatione nolit recedere, cum præſumatur eam ſcire, quia archiepiſcopus, qui debet ſcire iura canonica.per Inno.de elect.c.cum in cunctis.fortiſico,quia ſi non intelligitur de primis,&c. gratia non eſt ſpecialis , ſed generalis. probat cap. quamuis.alleg.in princip.& §.j.& probatur de conceſ.præben.cap.j.§.ſubiũctum.& cap.ne capiandæ. lib.vj.de offic. delega.c.ex parte. modò licet non in genere , tamen in ſpecie poteſt fieri hæc commiſsio vicario, vel officiali generali.not.gloſ.in cap.conſtitutus. aliàs facit, quia videtur, quòd liceat epiſcopo concedenti legem , quam vult ſuæ ſublimitatis conceſsioni facere,& ponere per l.in traditionibus ff.de pact.quod intelligo etiam de genere reſtricto, per capit.ſtatutum.allegat.cum gloſſeſlis ſuperius allegat.

a ¶ Si epiſcopus. *Nota quòd epiſcopus eſt perſona illuſtris,vt per Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu. Dicitur etiam ſpectabilis , & interdum ſummus ſacerdos,vt notat Specu.tan.de mi.ſſd.l.omn.iudi. Et epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem. j ad Timoth.iij. An autem epiſcopus poſsit ſolum ea,qua ſunt à iure permiſſa:an omnia, niſi prohibita facere, opinio eſt ſed ſecunda communior, & benignior. Et de hoc vide in ſum.confeſ. lib.iij.tit.xxix.de lapſis & diſpenſa.quæſtio.iiij.*

CONCLVSIO CCCCXLIIII.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio iuſtificatur,ſi reperiatur articulos admiſſos eſſe impertinentes , obiectiuos, & male ſpecificatos.*

SI ab admiſsione articulorum appello: † puta quia impertinentes,vel quia obiectiui,vel defectiui : ſi reperiatur aliquis impertinens,vel obiectiuus,& malè ſpecificatus iuſtificatur appellatio.Ratio primi : quia dicendo articulos impertinentes ſo refert ad omnes , & iuſtificata appellatione in vna ſimpliciter,verum eſt dicere bene appellatum. Verbum vero defectiuum refert ſe ad defectum formæ, maximè,quia defectus materiæ importatur per verbum impertinen. & ita non ob.ele.appellanti.quæ requirit ſpecificationem. 1

CONCLVSIO CCCCXLV.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Articuli non bene ſpecificati materia obiectiua non probant.*

SI contra illum, † qui impetrando beneficium dicit ſe eſſe de genere comitum do.quòd imò parentes ſui fuerunt , &ſunt de inferiori genere, & ita eſt publica reputatio: vel ſi volo deducere conſumptionem dicendo , quod per talem procuratorem ſuum legitimè conſtitutum aliud tale beneficium acceptauit.ſed non deduco diſpoſitiuum modum, & formam conſtitutionis. tempus, & locum, articuli non ſunt bene ſpecificati in materia obiectiua. 1

CONCLVSIO CCCCXLVI,

De appel. De procu. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoria exemplificata de iure communi non probant niſi præſente & conſentiente eo, de cuius conſtat intereſſe.*

SI per appellationem , † quam in cauſa beneficiali per procuratorem aduerſarij prætendo interpoſitam ,deduco cauſam appellationis ad probandum procuratorium appellantis , ſufficit mihi producere inſtrumentum dicti procuratorij exemplatum de voluntate procuratoris appellantis, appellando extra iudicium dictum procuratorem producentis : quia aliter melior fides per appellatum fieri non poteſt : licet dominus Nicol.dubitauerit, ne ſit in poteſtate partis confingere fraudem ſubmittendo falſum procuratorem. Sed dicitur, quòd hic contradicit do.ad contradicend.admittend. Sed dic. quòd de iure communi exempla non probant niſi præſente, & conſentiente eo de cuius conſtat intereſſe,vt aduerſario principali:nec ſufficit ſecundum eum conſenſus huius procuratoris prætenſi. Sed dicitur, quòd imo, quia aliter de procuratorio fides fieri non poteſt,cum procuratorium originale apud procuratorem debeat remanere. 1

CONCLVSIO CCCCXLVII.
De probatio. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli in cauſa prophana de iure partis,non obſtante concluſione facta parte abſente &c. ſunt admittendi.*

1 ARticuli in cauſa † profana de iure partis non obſtan. concluſione facta parte abſente, licet vocata per audientiam, & non obſtante, quòd lapſo termino ad ponendum & articulandum dati fuerint, & non obſtante lapſo termino ad videndum articulos admitti vel repelli: & non obſtante concluſione iam facta, dummodo ſit facta cum poteſtate reuocandi, vel ſit data commiſsio de procedendo ſummariè &c. poſſunt concluſione primitus reuocata,ſi auditori viſum æquum fuerit admitti.

CONCLVSIO CCCCXLVIII.
De reſcriptis. *Rubr.*

COmmiſſa cauſa ad inſtantiam Petri inter eum ac M.& Ioan.non poteſt vigore commiſſ.huius ſiaita cauſa reſpectu Petri agere M. contra Ioan. quia ſic perſona mutaretur, & non eſſet idem iudicium,ſaluo domino Nico.qui eſt contra.

CONCLVSIO CCCCXLIX.
De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio facta coram non ſuo iudice bene probat.*

1 COnfeſsio † facta coram non ſuo iudice probata, aliàs legitime coram ſuo iudice non excuſata vel reuocata legitime, bene probat. l.Publia.in fin.ff.depo. & l.generaliter. C.de non nu.pecu. licet acta huiuſmodi confeſsionis habita coram non iudice eam non probent per modum actorum, cum nulla ſint ipſo iure, & ita procedit cap.at ſi clerici. de iudi.& colligitur totum ex not.Innoc.de elec.per inquiſitionem. ſaluo quòd diſtinguatur de præſentia vel abſentia,& ſi prout aliàs de iure foret diſtinguendum de atteſtationibus habitis in vno iudicio, qualiter aduerſario inuito in alio non probat. vide de teſti.c.veniens,& c.conſtitutus.& c.præſentata.& ibi not. & de fi.inſtru.cap.inter dilectos.ver. nec atteſtationes.cum ibi not.

CONCLVSIO CCCCL.
De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Defenſio fraudis in validitate diſcuſſa & probata excludit probationem confeſsionis.*

SI permutatiuus per pauperem appellantem trahitur in cauſam: & appellatus ſuſpendit petitorium, & fatetur permutationem factam fuiſſe ante purificationem gratiæ ſuæ:ſed dicit & deducit ante ſuſpenſionem permuta. fuiſſe fraudulosam, & aliàs de iure inualidam:non cenſetur per dictam confeſsionem adeò conſtare de non iure appellanti, quòd debeat dicta ſuſpenſio impediri:quia dicta defenſio
1 † fraudis in validitate diſcuſſa, & probata excluderet probationem confeſsionis antedictæ, quæ tamen in petitorio nondum diſcuſſa eſt, & in poſſeſſorio diſcuti non poteſt.

CONCLVSIO CCCCLI.
De dilationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Dilatio parti citatæ quando non danda vlterius.*

PArs † reperta in curia,& citata,licet pro inſtrumentis ſuis habendis de partibus debeat decerni ſibi compulſoria:& dum venerit terminus ad producendum omnia, ſecundum circumſtantias, & diſtantiarum,& negotiorum terminus ad producendum omnia longior ſibi dari, vel poſt terminum ante concluſionem, vel ſententiam diutius expectare, tamen huiuſmodi occaſione non debet ante terminum ad producendum omnia proceſſus cauſa in aliquo prorogari: nec tunc ſi petat remiſsionem ad partes, quia coram iudice remiſsionis produci potuerunt inſtrumenta.vt cle.ſæpe contingit. 1

CONCLVSIO CCCCLII.
De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articulus obiectiuus minus plenè probat ut requirit minores ſpecificationes, quàm nullo modo probatus.*

SI mandatur auditori per ſpecialem commiſsionem, quòd admittat articulos obiectiuos non obſtante lapſu termini, dum tamen fuerint ſpecificati, & aliàs ſunt admiſsibiles, & auditor reperiet eos non ſpecificatos eo modo quo requirit communiter materia obiectiua, ſed reperit ſemiplene probatos,videlicet per vnum teſtem, & videlicet quòd poterit haberi aliqualiter veritas in curia: tunc debet & poteſt admittere eos ad probandum in curia infra certum tempus: quia minores † ſpecificationes requirit articulus obiectiuus minus plene probatus,quàm nullo modo probatus.Nam exacta ſpecificatio non requiritur niſi propter præſumptam calumniam ſecundum omnes &c. 1

CONCLVSIO CCCCLIII.
De probationibus. *Rubr.*

SI agar abbas [a] pro monaſterio, & pro membris ſuis, non oportet quòd probet illa de membris eſſe vſquequo ſint admiſsi eius articuli. a

a ¶ Abbas. *An autem abbas poſſit acquirere prioratibus ſibi ſubiectis, qui habent ſpeciales adminiſtratores & intitulatos: dicit ſingulariter Ioan. Fabri.in §.et vero quis.in fin.inſtit. de inutil. ſtipu. quod ſic:quia illi prioratus ſunt de natura caſtrenſis peculij vel quaſi &c. quod nunquam exeat mentem tuam, quia paucis notum eſt.*

CONCLVSIO CCCCLIIII.
De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sequentia declarant præcedentia,& medium debet ſapere naturam extremarum.*

SI principalis qui Manfredum procuratorē conſtituit apud acta, poſt iſtam conſtitutionem ad eius inſtantiam etiam aduerſarium prouocando bis compareat, & litem conteſtatam non reſtando, quod per hoc non intendit reuocare dictum procuratorem, & poſt iſtas duas comparitiones, & lite per eum conteſtata compareat, & proteſtetur tunc quòd non intendit &c. reuocare ſuos procuratores

[illegible] s. &c. inde ſequitur fuiſſe proteſtatus ſpecialiter de dicto Manfredo, quia alias non apparet. argum. ff. de lib. & poſthu. l. nominatim. & poſtea procedat dictus Maufredus procurator cum parte aduerſa non contradicente, valebit proceſſus quia non videtur fuiſſe reuocatus: tum quia ſequentia
1 declarant præcedentia: tum quia medium debet ſapere naturam extremorum, & interpretari ſecundum ea. Ideo ſi probantur extrema, potius præſumitur medium: & quia pars poſt non contradixit.

CONCLVSIO CCCCLV.
De teſtis. De præſcrip. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio decimarum quomodo probetur.*
2 *Antiqua poſſeſſio ſufficit pro coloratione tituli.*

Monaſterium allegans contra rectorem parochialis eccleſiæ ſe in eius parochia tenuiſſe & poſſediſſe decimas[a] & à rectore ſpoliatum fuiſſe, &
1 in articulis ſui † poſſeſſorij teſtitutorij deducens poſſeſsionem, de cuius initio hominum memoria non exiſtit, & producens teſtes qui dicunt ſe id vidiſſe à ſuis partibus, auis, & aliis maioribus audiuiſſe: licet non dicant ſe contrarium audiuiſſe, vtpote non interrogati, probant poſſeſsionem, colorant titulum ſufficienter, & ſatisfacit per hoc cap. ij. de reſtit. ſpol. lib. vj. Ratio, quia licet ibi titulus probandus ſit ſimile. ff. de inter. l. ij. §. quædam. & ff. de aqua quotid. & æſtiua. l. j. §. permittitur, tamen in hoc poſſeſſorio iudicio teſtitutorio ſufficit minor probatio quam ſi ad declarationem tituli in petitorio iudicio principaliter ageretur. Faciunt not. Inno. de verb. ſignific. cap. veniens. Secundo, inquantum denotatio ibi notatur: & de teſti. cap. veniens. ij. cum ibi not. Aliter enim probandus eſt color veritatis: aliter veritas plus viget quàm tenera. Illud cap. ad decimas. non requirit, niſi quòd tollatur veriſimilitudo calumniæ, quam iuris communis probatio inducit: quam veriſimilitudinem ex ſola probationis præſumptione inſurgentem inducit alia probatio contraria, quæ inſurgit ex dictorum teſtium depoſitione. facit magis verbum, aliquem diu poſſediſſe. & verbum, niſi aliud oſtendatur, &c. quia
2 per primum patet, quòd antiqua † poſſeſsio ſufficit pro coloratione tituli: per ſecundum patet, quòd ſufficit aliud oſtendere, per quod ſit veriſimile iure communi locum non fore. Et ita fuit etiam aliàs obtentum me præſente, domino Viuatien. reſiden. in tota.

a Poſſediſſe decimas. *An & quando ſolutio decimarum tollatur conſuetudine vel præſcriptione: vide pulchras remiſſiones in cap. cauſam. in princ. cap. de praſcr. Vbi multa alia ad materiam decimarum.*

CONCLVSIO CCCCLVI.
De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium eſt ipſo iure nullum parte non citata, & citatione non executa.*

1 SI P. contra M. obtinuit † cauſam committi cum poteſtate citandi perſonaliter, &c. & citatio perſonalis contra M. fuit ad P. inſtantiam per Aud. decreta ad partes & in partibus. ad P. venit M. dicens, tu, vt mihi dicitur, obtinuiſti citationem perſonalem contra me ſuper talibus à tali auditore paratus ſum ſubire iudicium: rogo eam mihi intimes, & me cites. & P. reſpondit, faciam, dum mihi placebit: veniſque poſtea M. ad papam & obtinuit dicto auditori committi, quòd dicto P. tacito legitime ſuper abſolutione ab inſtantia iudicij quam petit ipſe M. contra dictum P. ſibi faciat iuſtitiam: non poteſt dictam abſolutionem dictus M. contra dictum P. imo nec aliquid aliud præter citationem obtinere: niſi prius eodem P. in partibus vigore dictæ primæ commiſsionis & ſecundæ legitimè ad inſtantiam eiuſdem M. citato, quòd non eſt iudicium, niſi ſaltem citatione executa: & quia renunciare potuit executioni citationis & ipſi citationi dictus P. & quia tempus non habet executor ad executionem exequendam: & quia fraus eſt in his poſsibilis, & faciliter præmenda.

CONCLVSIO CCCCLVII.
De teſtibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes producti ſuper articulo, deponentes vltra articulum, plene probant.*

SI impetrans certam præpoſituram quam tenet P. eo quòd P. eam obtinens ſit aſſecutus certum archiepiſcopatum incompatibilem, & ambas dignitates tenuit annis pluribus ſimul: & ita deducendo modum vacandi per decret. de mulcta, reſtrinxeritque aſſecutionem in articulo probando ad certos annum, menſem, diem; tempus aſſecutionis archidiaconatus præcedétes: & teſtes † producti ſuper 1
articulo, deponunt vltra articulum, quòd etiam de tempore præcedenti fuit aſſecutus præpoſiturã, &c. nihilominus teſtes huiuſmodi plene probant. Primò, quòd concordant cum gratia. Secundò, quia concordant cum articulo. non enim habet articulus negatiue, quia ante tempus in eo deſcriptum non fuerit aſſecutus P. præpoſituram: licet habeat, quòd illo tempore fuit aſſecutus, & concordes ſunt: de teſti. cum tu.

CONCLVSIO CCCCLVIII.
De teſtibus. Rubr.

SI teſtes ſuper dicto articulo deponentes dictum articulum eſſe verum: pro eo quòd ita reputabatur publice & notorie, & fructus præpoſituræ percipiebat, bene probant, licet non interrogati non deponant ſe vidiſſe, quòd receperit dictos fructus.

CONCLVSIO CCCCLIX.
De probationibus. Rubr.

PRædicti teſtes deponentes quòd P. tenuit præpoſituram de tempore articuli, & ante, & quòd tenuit archidiaconatum ſimul cum præpoſitura de tempore ſequenti non percutien. ad tempus aſſecutionis præpoſituræ vel archidiaconatus, nihilominus probant aſſecutionem præpoſituræ aſſecutionem archidiaconatus præceſsiſſe. & locum eſſe modo vacandi, per decret. de mulcta.

CONCLVSIO CCCCLX.

De accuſationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Lex libellorum in quibus habet locum.*

1 LEx libellorum, locum † habet in actio. in iure, etiam ciuiliter intentata. & l. prætor edixit. ff. de iureiuran. & quòd dans libellum ſuper crimine ſacrilegij criminaliter tenetur ſe inſcribere: alioquin pars non tenetur reſpondere libello.

CONCLVSIO CCCCLXI.

De conſuetudine. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Agens ex conſuetudine ſeu præſcriptione quæ prætenditur contra ius commune intentata, tenetur actus deducere in articulis, ſuper quibus habent teſtes deponere.*

1 a LIcet agens † ex præſcriptione vel conſuetudine [a] quæ prætenditur contra ius commune intentata, ſecundum multos quos credo verum dicere, tenetur actus deducere in articulis, ſuper quibus habent teſtes deponere: ſecus tamen in interdicto vti poſsidetis. Ratio diuerſitatis, quia primo caſu in veriſimilem agit: imo non mirum, ſi magis arctetur ad ſpecificandum illud, ſuper quo ſoli teſtes habent deponere. Patet primò de reſtitut. ſpol. cap. ad decimas. patet ſecundo per id, quod dicimus in materia obiectiua propter præſumptam calumniam, & inueriſimilem, requiri ſpecificationes. de elect. vt circa cap. is qui. & cap. ſi procurator. & clem. conſtitutionem. l. libellorum. de accuſat. & no. Compo. de elect. cap. quòd ſicut. & cap. qui aliter. articulus quodammodo videtur eſſe iuris, ſed in ſecundo caſu articulus eſt ſolùm de poſitione, quia licet habeat effectus iuris, tamen facti eſt. de primo ff. de acquir. poſſeſſ. l. peregre. de ſecundo ff. quib. ex cau. ma. l. denique. C. de acquir. poſſeſſ. l. j. cum ibi not. & quia de iure partis eſt totus, & non ita communiter iuri communi aduerſatur, nec tantum præiudicium parit. Vide tamen quod circa id not. Ioan. in Spec. tit. de reſti. in addi. ſuis.

a ¶ Præſcriptione vel conſuetudine. *Nota quòd præſcriptio ſeu conſuetudo iam completa non interrumpitur, licet ſemel, vel bis fiat contrarium. Specul. tit. de præſcript. §. j. verſic. quia ſi poſt completum.*

CONCLVSIO CCCCLXII.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ communes & ſpeciales ſunt pares.*

1 SPeciales † gratiæ & communes ex ſui forma non impares ſunt, vt ſit locus cap. duobus, de reſcrip. lib. vj. Sed fuimus contra archiepiſcopus Corſien. & ego, & nobiſcum eſt dominus Mar. ſcripſi ſuper hoc pleniſsimè in ſexterno magno. Ægidius.

CONCLVSIO CCCCLXIII.

De litis conteſtatione. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Petitioni propoſitæ cum pars aduerſa non directe reſponderit, lis non dicitur conteſtata.*

SI deponens † contra depoſitarium, agens poteſt iudicialiter compellere depoſitarium ad rei depoſitæ reſtitutionem, & reus neget ſe habere rem, quæ petitur, vel ſi datis depoſitionibus, & articulis de depoſito facto concludentibus ad reſtitutionem rei depoſitę, interloquitur iudex de poſitionibus, & articulis reſpondendum fore, & reus reſpondeat dicendo ſe habuiſſe rē, & eam perdidiſſe, non reſpondendo directe ad petitionem, neutro caſu lis conteſtata cenſetur: tum quia per modum prædictum non videbatur dirigi modus agendi ad litem conteſtatam. tum quia petitioni non videtur eſſe aliqualiter reſponſum, &c. 1

CONCLVSIO CCCCLXIIII.

De conſuetudine. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum curatorum, an debeantur poſt mortem eis, qui eorum adminiſtrationem habent.*

COnſuetudo [a] quæ habet † quòd fructus curatorum beneficiorum adminiſtrationem habentium debeantur defuncto pro primo anno, &c. a 1
non valet, quia eſt irrationabilis, &c. & eccleſiis oneroſa. Nec obſtat extrauagans Ioan. xxij. ſuſcepti. quia non loquitur, niſi in caſu, in quo defuncto deberentur. Modo ille caſus eſt in ſimplicibus. & quo ad hoc teneretur deciſio Ioannis Andr. ad quæſtionem per eum diſputatā ſuper regula, nemo poteſt. Ratio enim diuerſitatis patet euidens inter hos caſus, per not glo. in cap. præſenti. de offic. ordin. libro ſexto. & tenuerunt notabiliores conſilij: alij contra quia videtur, quòd ratio deciſionis Ioannis Andr. vendicet ſibi locum hoc caſu.

a ¶ Conſuetudo. *Nota quòd quando conſuetudini veritas ſuffragatur firmiter valet. diſtinctione viij. veritate, & c. fruſtra. & xij. diſtinct. illud interpretatur, l. extra. eod. c. cum dilectus. Adde quod conſuetudo illa dicitur rationabilis quæ ſuſtinetur à iure. Not. per Innoc. eod. cap. vlt.*

CONCLVSIO CCCCLXV.

De reſtit. ſpoliat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij cui debentur primo anno, ſi illos propria auctoritate, non dicitur ſpoliare beneficiatum.*

SI poſtquam † beneficiatus fuit in plena, & libera poſſeſsione percipiendi fructus, ille cui debentur ex conſuetudine fructus primi anni ſi illos percipit propria auctoritate ſine violentia, non ſpoliat: ita quòd ſi agit beneficiatus iudicio reſtitutorio, materia conſuetudinis data in contrarium eſt poſſeſſorij excluſoria. Sed archiepiſcopus Corſien. & ego fuimus contra, quia dicta materia petitorium concernit ſecundum nos. Aliud enim eſt ius percipiendi, aliud poſſeſsio iuris percipiendi: & aliud ipſi fructus. Directè enim ad fructus non agitur, nec ad reſtitutionem poſſeſsionis eorum, ſed directè, & principaliter agitur ad reſtitutionem percipiendi, quantum prædicto primo anno, & conſequenter ad reſtitutionem fructuum in modum ſequelæ. ſed non fuimus exauditi, licet hoc nobis clarum videretur. 1

CONCLVSIO CCCCLXVI.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Minoritas tacita reddit gratiam nullam.*
2 *Impedimento vno ſublato quando ſecundum remaneat.*

SI minor xiiij. tacito de minoritate ætatis obtinuit primò à domino N. Greg. xj. papa moderno
gratiam de canonicatu ſub expectatione præbendæ
eccleſiæ Spiteñ. & ſecundò fuit per nuntium apoſtolicum habentem poteſtatem dictos canonicatus,
& præbendas conferendi collationem quorundam
canonicatus præbendæ dictæ Spiteñ. eccleſiæ certo
modo vacantium, & poſſeſsionem eorundem licet
ratione dictæ minoris ætatis nulliter & de facto, &
poſt hoc duo & tertiò idem minor dictos canonicatum & præbendam per dictum nuntium ſibi collatos poſsidens impetrat ab eodem domino N. reformationem dictæ gratiæ ſuæ primæ apoſtolicæ: non
obſtan. defectu ætatis de aliis prædictis non faciens
mentionem, ſuppoſita regula eod. domi. N. quæ
1 habet, quòd tales † impetrationes non valeant tacito de dicto defectu, dicta gratia reformatoria eſt
ſurreptitia. Tum quia tacuit de poſſeſsione præbendæ, quam poſsidet. Tum etiam hoc ceſſante,
2 quia tacuit de alio defectu, videlicet † de renuntiatione tacita primæ gratiæ, quam fecit recipiendo
præben. à dicto nuntio, & poſſeſsionem eius, per
clem. gratiæ. de reſcr. in clem. & per clem. ſi iſta. de
præb. iuncta l. ſi domus. de ſeruit. præd. quia ſublato
vno impedimento, aliud remanet.

CONCLVSIO CCCCLXVII.

De conceſſ. præb. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In præbendis quis præferendus, an ille qui acceptat infra menſem, & purificat, & facit ſibi conferri poſt menſem: an verò ille qui acceptat, & facit ſibi conferri infra menſem.*

1 SI primus † in forma dignum arbitramur, acceptat infra menſem, & purificat, & facit conferri poſt menſem: & ſecundus acceptat, & faciat
ſibi prouideri infra menſem, & eſt in poſſeſsione, &
tertius poſt menſem, & ante purificationem, & collationẽ primi obtinet de eodem beneficio gratiam
à papa cum clauſula, ſi non eſt alteri ius quæſitum
in re: & tertius excludit primum: quia primus non
habet niſi ius ad rem. & primus propter clauſulam
ſuam retractiuam, quæ hodie currit excludit ſecundum, quia clauſula retractiua inficit per decret.
quicquid interim fit, licet, vt dixi, forſan acceptatio
primi non valuerit pro eo, quòd purificatio non
fuerit facta infra menſem per l. bonorum. ff. rem rat.
hab. Nam clauſula retractiua non concernit niſi vires decre. & habet locum cap. authoritate. maximè
in ratione. Nec obſt. determinatio Ioan. Cal. in quæſtione diſputata per eum, vbi tenet, quòd valet collatio ordin. vel execut. ſecundi facta infra menſem
primi, ſi primus ius non habeat, quia intelligitur,
dummodo primus non acceptauerit, de quo per
Ioan. mo. & Ioan. Andr. in cap. ſtatutum. de præben.
lib. vj. de quo tetigi plenè intra lecturam do. Mar.
ſuper clem. videlicet inter ar. de cenſi. & tit. de magiſt. in quæſtione ſecunda principali: vbi pleniſsimè de hoc. quia loquuntur in caſo, vbi impetrans
non acceptauit, hic verò acceptauit, nec valet. quia
ex poſtfacto tollitur ius quæſitum per acceptationem, vel fortè potius impeditur, quia quod eſt ab
initio infectum, &c. cap. auditus. de elect.

CONCLVSIO CCCCLXVIII.

De re iudicata. *Rub.*

SI inter P. habentem contra Mar. tres diffinitiuas ſententias conformes ſuper eccleſia, poſt
dictas ſententias coram auditore committat papa
executori ipſius P. quòd ſi ſibi conſtiterit A. péden.
lite contra M. vel finita ſe intruſiſſe contra eum ſententias exequatur. Non obſt. dicta lite pendente
auditor de ſurreptione dicti mandati non debet
cognoſcere, ſed ſtatim debet committere executori, quo ad hoc, & ſuperſedere quouſque fuerit contra A. executio facta.

CONCLVSIO CCCCLXIX.

De procuratoribus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratorium ad cauſas motas & mouendas deuolutas, &c. non valet.*

PRocuratorium ad † cauſas motas, & mouendas 1
deuolutas, & in quibus aſtringitur conſtituens
in curia litigare, non valet, niſi in cauſis, quæ erant
tempore conſtitutionis deuolutæ propter verbum
præteriti temporis, & propter verbum, aſtringitur,
præſentis temporis.

CONCLVSIO CCCCLXX.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Fama ſola contra impetrantem tacitam præſumptionem inducit.*
2 *Poſsidens beneficium an teneatur probare ſuam poſſeſsionem.*

TEſtis cum fama non probat exceſſum taxæ datum contra poſſeſſorem per modum obiectus:
per not. Specu. tit. de fama. ver. quid ſi agenti opponitur. Sed nedum teſtis cum fama: imò fama † ſola 1
contra impetrantem tacitam præſumptionem inducit: quod etiam caſu quo aliàs non haberet probare
quòd infra taxam eſſet beneficium acceptatum: tamen hoc caſu probare haberet, videlicet ſi peteret
adiudicationem: ſecus tamen † ſi peteret ſe abſolui 2
tantum: puta quia poſsidet: quia non tenetur tunc
probare. l. cogi. & tenetur probare actor plene. cap.
in præſentia.

CONCLVSIO CCCCLXXI.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ ſint ſurreptitia.*
2 *Diſpenſationes ſunt ſtricti iuris.*
3 *Dignitates duæ curatæ non poſſunt ſimul obtineri.*

SI epiſcopus obtinens † prioratum, dignitatem, 1
curatam & caput collegij habentem, tempore
ſuæ promotionis ad epiſcopatum, obtinet gratiam
à papa antequam vacet dictus prioratus de dicto
prioratu cum epiſcopatum tenendo tacite de cura,
dignitate,

dignitate,& capite collegij : totum eſt ſurreptitium re ipſa,quia ſi talia vitiant prouiſionem per regulas cancellariæ, vt cap.cum in illis. & clem. ſi dignitatem.& cap.ſi.eod.tit.in antiquis,ergo talem diſpen-
2 ſationem fortiori ratione,quia† diſpenſationes ſunt ſtrictioris iuris, &c. vt not.cap.j. & fin. de fil.presb. lib.vj. & de præb. cap.non poteſt.lib.vj. per doct.& Ioan.mo. Regula in generali, maxime quia materia iſta eſt de iure communi : vt de elect. c.dudum. Ro.& de præb.cap.dudum.lib.vj. vel ſaltem præter ius:quia de arbitrariis non declaratis per dicta duo cap.alleg.proxime. Item ex alio capite:quia nedum dicta retentio habet duos prædictos effectus : videlicet effectum prouiſionis, & effectu vnius diſpenſationis:imò effectum duarum diſpenſationum. Pri-
3 mo contra ius† quo cauetur duas dignitates curatas non poſſe teneri ſimul : vt cap.de multa.& clem. ſi plures.de præben. Modo conceſſa vna non propter hoc alia conceſſa videtur. de fil.presb. cap.ij.de ser. vrb.præd.Nec valet dubium vnius domini,dicentis quòd imaginari poſſet illam non eſſe nullam , ſed annullandam : licet dictum ſuum poſuerit concluſione proxi. ſequen. pro eo quòd ſurreptio eſt de ipſa retentione , & requirit fore opus exceptionis: quia non eſt verum. per not. in cap.ad audientiam. de rap.ij. & c.fin. de præben. Et hoc, quia iſta ſurreptio procedit ex culpa epiſcopi , qui ſciebat huiuſmodi qualitates. & eas tacebat.

CONCLVSIO CCCCLXXII.

De præbendis. *Rubr.*

LOcum habent primitiua dicta de cura, etiamſi per verba exceptionis facta fuit mentio , per clem. ſi dignitatem.

CONCLVSIO CCCCLXXIII.

De iure patronatus. *Rub.*

IDem eſſet de iure patroni , ad quem ſpectaret præſentatio , tacuiſſe , per not. Ioan.Andr. Ioan. mo.& Archid.de præb. cap.ij.lib.vj.

CONCLVSIO CCCCLXXIIII.

De præbendis. *Rubr.*

PRæmiſſæ tres concluſiones locum habẽt,etiam ſi dicta gratia facta fuiſſet epiſcopo motu proprio: quia ſurreptionem quæ competit re ipſa , & procedit ex intentione , non tollit motus proprius. per not.Ioan.Andr.c.ſi motu.Item quia alia diſpenſatione opus eſt.dixi in ſi.concluſionis primæ.

CONCLVSIO CCCCLXXV.

De officio deleg. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet eſſe certa.*

1 PLuribus † ſubexecutoribus ad indicandum in ſolidum datis : vnus non poteſt coram alio citare:quia citatio debet eſſe certa:& incertum eſt an collega voluerit ſeu potuerit procedere : & an ſibi terminus placeat aſsignatus.

CONCLVSIO CCCCLXXVI.

De officio deleg. *Rubr.*

ETiam ſi valeret, non valeret ſaltem citatio facta coram collega ad alios actus gradatim : quia quo ad illos alius actus fieret , in quo fieri non poſſet.arg.de offic.deleg.c.cum in plures.& ita non valeret.arg.C.de don.inter vi.& vxo. l.quòd ſponſæ.

CONCLVSIO CCCCLXXVII.

De officio deleg. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Prior conuentualis an poſsit eſſe iudex.*

PRoceſſus † factus coram priore tanquam ſubexecutore apoſtolico non valet , niſi probetur 1
illum priorem eſſe conuentualem. per clem. & ſi principalis.

CONCLVSIO CCCCLXXVIII.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad ſuperiorem,etiam ſi appellans infra tempus appellationis non curauerit proſequi appellationem, an valeat.*

APpellatio † interpoſita ab epiſcopo ad archi- 1
epiſcopum,vel ad papam in palatio apoſtolico à papa recipitur , etiam ſi appellans infra tempus appellationis proſequendæ non elegerit proſequi apud papam, & ita recepimus opin. Spec.tit.de appellat. in ſecunda parte. §.nunc tractemus. ver.ſed & verbo,ſed quid. licẽt Ioan.Andr.ſuper regula, in alternatiuis. de reg.iuris. lib.vj. in concluſione ibidem per eum diſputata, & in addit. Specul. in loco proxime præalleg. contrarium determinet de iure, licet id fateatur de iure ciuili , quia non poteſt appellari omiſſo medio de illo iure.de appel.l.impares. ff.eod.ſaluo etiam, ſi de iure canonico infra tempus appellandi eligeret. l.bonorum.ff.rem ra.hab.

CONCLVSIO CCCCLXXIX.

De iureiurando. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Delationi iuramenti an ſit locus.*

LIcet ſecundum† communem opin.non ſit locus 1
delationi iuramenti.iuxta l.in bonæfidei. C.de iureiur. in cauſa criminali , nec in cauſa matrimoniali,vel beneficiali. primò propter l.vlt. C.de probat. ſecundò & tertiò propter periculum animæ & canonicum titulum , qui requiritur per not.de eo, qui mit.in poſſ. cap.eum qui. lib.vj. nihilominus ſi contra intruſum , & prætenſos intrudentes probetur violentia , & intruſio per vnum teſtem non ad effectum alium , niſi vt feratur ſententia ſuper fructibus, qui percipi potuerunt etiam à tempore intruſionis, & etiam contra epiſcopum,& alios milites laicos per ſe, vel alios ſpoliantes locus eſt dictæ delationi iuramenti,maximè ſi per alios teſtes probatur aliquid de fama , ſecundum Nico.de Cremo. & me.

CONCLVSIO CCCCLXXX.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Auditoris ſecunda inſtantia ſententia,qui non ſeruauit terminos conſuetos ſeruari , quomodo poſsit per auditorem tertia inſtantia confirmari.*

SI auditor † ſecundæ inſtantiæ in cauſa benefi- 1
ciali habens poteſtatem procedendi terminis conſuetis non ſeruatis , & ſola facti veritate inſpecta

inſpecta omiſit terminum ad producendum omnia ſequen. & parte vocata ſententiam tulit, auditor tertiæ inſtan, qui terminos omnes bene ſeruauit, poteſt nihilominus ſententiam dicti ſecundi auditoris confirmare, ſi aliàs reperit eam iuſtam. fecit enim quod facere debuit alter & non grauatur pars, quæ potuit producere coram eo.

CONCLVSIO CCCCLXXXI.
De exceptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter ordinarium & collectorem.*

a S I ordinarius[a] veniens † per mortem Titij ha-
1 bens confirmationem in forma perinde valere,
b ac ſi Titius fuerit collector[b], &c. producat collationem ordinariam & cōfirmationem apoſtolicam. & ad excludendum expectatiuum apoſtolicum, qui acceptauit, det de collectoria, quia ſi aduerſarium non haberet, non haberet neceſſe dare de hoc, imò ſi daret materia tanquam impertinens. & non iuuans repelleretur: ergo eſt obiectiua. conſequentia patet per not. Ioan. Andr. in addit. Spec. de teſte. Prima pars antecedentis patet, quia ſi collector non eſt, obtinet in vim collationis ordinariæ. Si collector eſt, obtinet in vim confirmationis apoſtolicæ. Secunda verò pars antecedentis patet & ſequitur formaliter ex dicta proxima deductione primæ partis. conſequentia patet ex dicta proxima deductione primæ partis. conſequentia etiam ſequitur ex regula, quæ habet, quòd dicitur obiectiua, quæ non eſſet neceſſaria ſine parte, quam tenuimus in rota, & tenemus: quia cùm ad adiuuandum obiicientem nil facit, oportet etiam recipere eam vt impugnatiuam. vel nullo modo eam admittere. Et hanc opin. tenuerunt domini Nic. Guilhel. Petrus, Franc. & quaſi dominus Benedictus. Alij verò contra, inter quos dominus archiepiſcopus Corſien. de quo miror, quia ſubtilis eſt literatus, & domini Robertus Guil. & Bertan. fateor tamen cum domino Benedicto, quòd ſi dicta confirmatio non produceretur, & articulans fateretur collectoriam, materia dictæ confirmationis eſſet de iure ſuo, quia eam probare teneretur, tunc etiam ſi aduerſarium non haberet.

a ¶ Si ordinarius. *Quis dicatur ordinarius vide per Fel in c. poſt ceſſionem, in prin. de probat. Et an appellatione ordinarij, vel dioeceſani veniat alius, quàm epiſcopus idem in cap cum olim. col. 4. de praeſcrip.*

b ¶ Fuerit collector. *De collectore vide per Feli. in cap. noſtra. in xxj. correlario. de reſcrip.*

CONCLVSIO CCCCLXXXII.
De teſtam. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conditione legatarij, purificata hæres poteſt adire legatum.*

1 HÆres † legatam conditionalis habet de neceſſitate probare, nedum legatam, & conditionem de facto fuiſſe purificatam: imò etiam purificationem conditionalem de vita legatarij eueniſſe, quia hoc fundat eius intentionem. ergo, &c. arg. no. Bar. l. in illa. ff. de verborum ſignifi. per illam l. coniunctam. cum l. hoc iure. & quia venit non ex perſona ſua, imò ex perſona legatarij. ergo debet probare fuiſſe locum legato in perſona legatarij ipſo legatore viuente, quod non poſſet fieri niſi probaret conditionem fuiſſe tunc purificatam, vt l. cedere diem. & §. ex conditionali. ergo, &c.

CONCLVSIO CCCCLXXXIII.
De teſtamentis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus § tractari, in l. hæredis inſtitutio, ff. quando dies leg. ce.*

CONcluſio † quòd §. tractari. in l. hæredis inſtitutio. ff. quando dies leg. ce. non habet locum in caſu, in quo ſubſtituto dato ſub conditione legatum, ſub eadem conditione relinquitur, ſed non expreſsè à ſubſtituto. Ratio, quia §. ille loquitur, vbi expreſsè legatur à ſubſtituto ſub conditione, à qua dependet ſubſtitutio. Et dicit, quòd pendente conditione moriens legatarius transfert pro eo, quòd conditio etiam non adiecta tacitè ſubintelligebatur. Ideo adiecta effectum operari quo ad hoc non habebat. Modò vbi expreſsè à ſubſtituto non legatur, licet cenſeatur ſub conditione legatum à ſubſtituto tacite repetitum, tamen hoc eſt verum caſu quo ſubſtitutioni locus erit. veruntamen quia caſu, quo ſubſtitutioni locus non eſſet, de legato hæreditatis onerata foret, & deberet hæres ipſi inſtituto ab inteſtato ſuccedens etiam abſque aliqua conditione & pure: & ita patet quòd legato talis conditio inhærens ſubſtitutioni non eſſet tacita, ergo expreſſa, quæ omni caſu ſuſpenderet, aliud genus cōditionis induceret. & ita ceſſaret ratio dicti §. tractari. Et hæc fuit ratio mea, quæ placuit dominis: & in hoc omnes concordarunt. 1

CONCLVSIO CCCCLXXXIIII.
De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus vigore commiſſionis ſurreptitiæ, an ſit validus.*

PRoceſſus † factus vigore commiſsionis ſurreptitiæ, contra quam non fuit de ſurreptione exceptum, niſi longe poſt terminum videlicet nec remittere debet talis auditor, maximè ſi multum proceſsit alteri auditori habenti non ſurreptitiam commiſsionem, qui modicum proceſsit. per c. paſtoralis. de except. & quia non curamus qui procedat, cum tota iuriſdictio ſit papæ, niſi noſtra interſit. 1

CONCLVSIO CCCCLXXXV.
De confeſsis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Curſor portans communem commiſsionem, an poſsit ab vno petere integrum ſalarium.*

SI curſor † pro portatione remiſsionis à Ioan. petens ſalarium, non probat, niſi quia Io. fatetur quòd portauit communem remiſsionē inter ipſum, & Pet. tunc non debet Ioan. niſi in medio ſalarij condemnari: quia cum reſponſio facit vnum ſtructum in totum debet recipi, &c. per nota. de confeſſ. cap. ſtatuimus. 1

CONCL

CONCLVSIO CCCCLXXXVI.

De arbitris. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Curſoris ſalarium belli tempore eſt augendum.*

1 PRo † portando remiſsionem ad Angliam tempore guerræ regum Franciæ, & Angliæ, poteſt arbitrari ſalarium pro labore & expen. ad xxxvj. flore. attento quòd per vias diſtortas propter guerram deambulare oportet.

CONCLVSIO CCCCLXXXVII.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Quænam ſit differentia inter præbendam gratialem, & corporalem.*

2 *Præbenda qualibet de iure debet gratis conferri.*

SI impetrans aliquod beneficium eccleſiaſticum dicit in non obſtantia ſua, quòd habet in eccle-
1 ſia Burgeñ. † præbendam gratialem, licet poſt conſtet, quòd imò præbenda, quam tenet, eſt corporalis, nihilominus gratia propterea non eſt ſubreptitia, etiam poſito, quòd gratialis differat à corporali, quia licet vtraque ſit præbenda data in titulum, & ad vitam, tamen gratialis moritur cum defuncto, vt cap. dilecto. & non corporalis. Et hoc maximè, ſi non conſtet ibi eſſe gratiales à corporalibus diſtinctas. Ratio, quia hic non diſputatur, niſi de errore circa qualitatem beneficij: cuius expreſsio falſa non mouit papam ad denegandum, tamen reſpectu canonici viuentis non differunt. Et quia papa hoc etiam ignoranter potuit credere, quòd omnis de
2 iure dicitur gratialis, cum † omnis præbenda de iure debeat gratis conferri vt eccle. bene. fi. c. vt noſtrum. quòd ſit veriſimile papam ignoraſſe, patet de conſtitut. cap. j. lib. vj.

CONCLVSIO CCCCLXXXVIII.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reus poteſt vti contrarijs remedijs.*

1 SVppoſito † quòd capitulum ſancti Seuerini contra Rogerū canonicum præbendatum eiuſdem eccleſiæ, qui certum groſſum conſuetum antiquiori canonico aſsignari impetrauit à papa, tanquam generaliter reſeruatum, & per dictum Roge. docentem de iure ſuo trahitur in cauſam ad excluſionem Rogeri det articulos de iſta materia: videlicet. quòd vltra groſſum terminum præbendatum ſunt huiuſmodi groſsi, & quòd ſint res prophanæ bonis capituli pauciores, vel minores ſecundum quòd ſunt canonici, & quòd ceden. vel deceden. habentes groſſ. redit ſine hominis miniſterio ad capitulum, & dantur per capitulum in remunerationem laboris, per hoc augetur cultus diuinus, & tamen alias diminueretur. Item ſuppoſito, quòd det de alia materia, videlicet de iſta, quòd de conſuetudine eccleſiæ motien. vel deceden. &c. optat antiquior canonicus, &c. groſſum, &c. & capitulum ſibi aſsignet & tenet ad vitam. prima materia inficitur per ſecundam, iſtud non videtur de iure procedere. Primò cum iſtæ materiæ non ſint contrariæ. Secundò quia etiam reus poteſt vti contrarijs remediis, & totum pellitur.

CONCLVSIO CCCCLXXXIX.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Error in proprio facto quando ſit tolerabilis, & poſſit reuocari.*

COnclusio, † quòd vbi quis poteſt defendi ex errore vel alio facto, [a] non ſufficit, quòd conſtet de errore in actis, niſi error allegaretur per illum, cuius intereſt allegare. probatur ff. ad leg. Iul. de adult. l. ſi adulterium. §. idem imperator. in fine. & ibi not. per Bart. ad fi. ſecundæ col. lecturæ ſuæ. circa illam l. verſic. vlterius ex hac lege. quod eſt multum notabile, vt apparet, appellationem eſſe deſertam, & non allegetur, nihilominus poſsit ſententia confirmari, &c. Ibi enim loquitur, vbi erant probationes apparentes. Et iſtud eſt dictum domini archiepiſc. Corſien. videlicet domini Ioan. de Amelia dudum palatij apoſtolici auditoris. tertius poſt me, licet ſecundus fuit dominus Petrus de Narbona epiſcopus Eſtulanus. 1 a

a. ¶ Ex errore, vel alio facto. *In facto proprio an, & quando ſit tolerabilis error, & poſſit reuocari, vide Bar. in l. j. C. de confeſſ. ver. formo. Et quis ſit iuſtus, vel iniuſtus error in l. Celſus. de vſucap.*

CONCLVSIO CCCCXC.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi vtrum admittantur ad canonicatus cathedralium eccleſiarum.*

COnclusio † quòd contra commiſsionem, quæ habet quòd prouiſus de canonicatu, & præbenda Meten. compellatur infra terminum ſibi per auditorem præfigendū, docere ſe eſſe legitimum [a]: pro eo, quòd de priuilegio dictæ eccleſiæ Meteñ. eſt, quòd nullus illegitimus ibidem admittatur in canonicum. Opponitur quòd dicta eccleſia hoc priuilegium habet. exceptio tanquam dilatoria etiam præiudicialis eſt ante omnia diſcutienda, quia licet tangat petitorium, tangit etiam ſurreptionem. Simile eſt in cap. accepta. de reſtitu. ſpoliat. Nec obſtat de reſcript. cap. ſuper literis. quia iſta commiſsio non eſt de iuſtitia, ſed potius gratioſa. Nec obſtat Iacob. de Aret. & Cyn. C. de probat. l. actor. ver not. quòd negantem releuat præſumptio famæ, de qua ante omnia mandatur auditori inquiri, quia illud habet locum in communi materia, non in obiectiua, vbi fama non habet vim vnius teſtis. not. Spec. tit. de teſti. §. tertia parte Speculat. ver. ſed quid ſi agenti. faciunt optime not. Innocen. de accuſ. cap. ſuper his. vt ſi ageret eccleſia Meten. pro præmiſsis. multum bene faciunt not. Innocen. de foro compe. ex parte, in glo. quæ incipit. not. arg. quæſt. vbi apparet de mente Innoc. quòd exceptiones peremptoriæ quæ non obſtarent in petitorio contra commiſſ. obſtarent in poſſeſſorio, pro eo, quòd ibidem maiorem gratiam obtinent. 1 a

a ¶ Docere ſe eſſe legitimum. *Nota quòd perfectè probari, vel ſciri non poteſt, quis ſit filius legitimus. ſed ex præſumptionibus, & coniecturis. Iuris enim præſumptione præſumuntur legitimi, qui ex viro, & vxore natus eſt in legitimo matrimonio. vt l. filium. ff. qui ſunt ſui vel alie. iu. & hoc quando ambo in facie eccleſiæ coniuncti ſunt bona fide credentes ſe legitime copulatos, vel etiam, ſi alter tantum credebat.*

CONCLVSIO CCCCXCI.
De dilationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Intimatio parti fienda, vt non ſit locus dilationi.*

1 Item quòd vigore † dictæ commiſsionis proceſſus eſt ita fiendus, quia primò eſt tenor commiſſionis parti in curia per procuratorem litiganti in partibus intimandus: quia hoc potuit veriſimiliter ignorare, ſicut dicimus de morte procuratoris, & de probatione promotionis, quòd de ſtylo non obſeruatur inter eos auditores, & quòd facta fide de intimatione aſsignetur terminus procuratori, vel principali, ſi compareat ad ſatisfaciendum, quantum in ſe eſt fidem de legitimitate prædicta, &c.

CONCLVSIO CCCCXCII.
De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articulis poſt concluſionem admiſsis pars aduerſa poteſt ſe opponere.*

1 Concluſio, quòd ſi dantur articuli † poſt concluſionem, & citatur pars ad dicendum contra, videtur citari ad dicendum cauſam, quare non debeat propter huiuſmodi articulos concluſio reuocari, quia de hoc ſolo tunc diſcutiendum eſt, non autem ad dicendum defectus tangentes materiam, vel formam, quia de his ante concluſionem diſcutiendum eſt, & non poſt, & per conſequens, quòd ſi reuocetur concluſio, non deberent admitti dicti articuli niſi pars primò citet ad dicendum contra, vel ad videndum eos admitti, vt diſcutiantur dicti defectus, quia citatio, quo ad hoc, nõ videtur fuiſſe facta poſt concluſionem, & ſi videretur facta, non valeret, & ita reiteranda foret. de teſti. cap. ij. ſuper verbo, rite. in clem. imò ſi voluiſſet, non eſſet admittenda citatio ad videndum articulos admitti: quia huiuſmodi citatio in vnoquoque medio fieri debet, & habet tacitam diſiunctiuam, puta. vel, ad dicendum contra. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Præterea, quia terminus ad dicendum contra concernit defectus materiæ, vel formæ. Alter terminus concernit alios defectus, quia non habet poteſtatem dandi, vel renuntiauit, vel eſt excommunicatus, vel termini non ſeruati, & rationes alias iuris, vel facti infinitas, quæ mouere poſſunt. Nec obſtat quòd exceptio eſt iudic. quia ſi hoc procederet ad nullam diffinitiuam, vel interlocutoriam pars vocanda foret, &c. Et ſi contra fiat, grauata eſt, & potuit appellari ſecundum dominum Corſien. dominum Fran. & me. & domi. Nico. de Cremona: vt credo, alij contra.

CONCLVSIO CCCCXCIII.
De reſtit. in integr. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinaria & extraordinaria remedia pure & ſine conditione ſimul non intentantur.*

Concluſio quòd ſi petens ſe reſtitui aduerſus contractum, ex quo poſſeſsionem rei alteri dedit, ex eadem cauſa intendit interdictum vnde vi, vel redintegrandæ, vel quo ad rei, vel quo ad fructus ſpolium repellendus eſt, tanquam ſibi contrarius, quia † ordinaria, & extraordinaria remedia pure & ſine conditione ſimul non intentantur. l. in cauſæ. ff. de mino. & quia ſe ſpoliauit, & ita non potuit dicere ſe ab alio ſpoliatum, & habet locum in prælato eccleſiæ ſe modo prædicto ſpoliante, quia ceſſantibus dolo, & negligentia ceſſat. l. fi. C. de acquiren. poſſeſſ. quæ hic ceſſat, dummodo ponamus, quòd prælatus contrahens credidit bene facere, nec fuit deceptus dolo aduerſarij. negligentia enim notarij non poteſt. per not. Innoc. de conceſſ. præb. cum noſtris. 1

CONCLVSIO CCCCXCIIII.
De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris mors domino de iure eſt intimanda, non autem abſentia.*

Licet mors † procuratoris ſit domino intimanda, ſecus tamen de abſentia, quia ſine intimatione tunc proceditur per audientiam.

CONCLVSIO CCCCXCV.
De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas an poſsit incarcerare monachum, qui agit aduerſus ſe de iniuria ſuper ablatione bonorum beneficij.*

Concluſio, quòd ſi monachus † contra vnum prælatum ſuum, vel alium ab abbate intentat iudicium reſtitutorium ſuper beneficio, & agit de iniuria propter ablationem bonorum, & perſonæ ſuæ incarcerationem, & prælatus huiuſmodi dicit, quòd fecit vt iudex, & deſcribit maleficia monachi, propter quę proceſsit materia huiuſmodi, quia tendit ad crimen, & depoſitionem, inquirit ſpecificationem, & danda eſt in termino, aliter non valet. per l. libellorum. Nec propter proceſſum danda eſt remiſsio, quia ſcribi debet. de probat cap. quoniam contra. & propter ſcripturas non datur remiſsio. 1

CONCLVSIO CCCCXCVI.
De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Error qui committitur in articulis, qui petuntur ad probandum admitti, ante concluſionem reuocari poteſt.*

Concluſio, quòd ſufficit † in articulis datis, qui petuntur ad probandum admitti, ante concluſionem verbo reuocare errorem: quia probatur error, dum correcti articuli cum ſuis correctionibus probabuntur: nec ante videtur admitti, niſi correct. probatio. Et ita ſolebat tenere dominus Viuarień. Et ita ſatisfactum eſt cap. de confeſſ. 1

CONCLVSIO CCCCXCVII.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio vitioſa facit impetrationem inualidam.*

Si obtinens † parrochialem eccleſiam reſeruatam ex collatione ordinarij, ſciens reſeruationem eam, à papa impetrat facta mentione de reſeruatione, ſed non facta mentione de eius poſſeſsione 1

vitioſa, non valet impetratio. per not. de electione commiſſa. libro vj. & de elect. dudum Rotho. poſt medium.

CONCLVSIO CCCCXCVIII.
De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de ſurreptione gratia apoſtolica non concernit exceptionem de tacita renuntiatione.*

COnclusio, quòd licet in concluſione ſuprà proxima probentur collatio ordinaria, & poſſeſsio inde ſecuta per teſtes, non ſufficit, niſi teſtes percutiant ad tempus ipſius collationis, & poſſeſſionis inde ſecutæ. Nec obſt. de re indic. cum olim. prouiſus à papa recipiens ab ordinario facit in eluſioné apoſtolicę ſedis: quia † exceptio de ſurreptione
1 gratiæ apoſtolicæ non concernit exceptionem de tacita renuntiatione, vel priuatione, aut alias ipſius gratiæ infectione.

CONCLVSIO CCCCXCIX.
De rerum permut. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Furioſus non poteſt permutare*

1 COnclusio, quòd articulus † infirmitatis, & articulus furoris contra permutationé per apoſtolicum impetrantem ſunt boni. c. ij. de re. lib. vj.

CONCLVSIO CCCCC.
De exceptionibus. *Rubr.*

COnclusio, quòd ſi plures materiæ obiectiuæ dantur ab eadem parte, quarum vna bene ſpecificata, aliæ licet non ita bene ſpecificatæ, tanquàm coadiuuantes admittuntur.

CONCLVSIO CCCCCI.
De reſtit. in integr. *Rubr.*

COnclusio, quòd reſtitutio in modum replicationis contra contractum implorata, cenſetur implorari incidenter. vt ff. de iureiuran. l. nam poſt. § ſi minor. & ita non haberet locum. cap. ij. de offic. iudi. nec requiritur obſeruatio terminorum.

CONCLVSIO CCCCCII.
De reſtit. in integr. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem contra gratiam fieri poſſe, intelligitur, ſi reperiatur læſio.*

a 1 COnclusio, quòd confirmatio [a] cõtractus † facta per principem, etiam ex ſcientia certa, non tollit beneficium reſtitutionis propter enormem læſionem eccleſiæ in contractu. ratio, quia talis confirmatio licet tendit ad validitatem inualidi. cap. j. de tranſact. cum ibi no. non tamen tendit ad dictum beneficium, quod tendit ad inualidandum id, quod validum eſt, quia ad hoc non tendit. actiones etiam diſponuntur ſecundum intentiones agentium. cap. cum dilectus. de ordi. cogn. Nec ad alium effectum debent trahi. l. qui hominem. in fi. & clem ſi dignitatem. in fine. imò eſſet ſurreptitia, quia gratioſa, & nulla aliter: quia ſi papa ſciret læſionem, taliter non concederet, arg. cap. dudum. de in integr. reſtit. in fi. & fortè daretur reſtitutio aliâs per confirmationem. per c. cum ex literis. de reſtit. in integr. ſi commiſſum eſt hoc auditori, ſi. & prout de iure. Nec obſt. quòd gratioſa eſt, & cap. cum ex literis. loquitur in his, quæ ſunt de iuſtitia. quia poſtquàm papa conceſsit reſtitutionem contra gratiam fieri poſſe, intelligitur, ſi reperiatur læſio, etiam non obſtante, quòd gratia ſit, vel commiſsio effectum totaliter fruſtraretur.

a ¶ Confirmatio. *Nota quòd confirmatio qualibet etiam principis intelligitur ſine praeiudicio iuris tertij. vt in c. quamuis. de reſcrip. lib. vj.*

CONCLVSIO CCCCCIII.
De re iudicata. *Rub.*

COnclusio, quòd ſi auditor admittit duas materias contrarias, licet de iuris rigore poſſet in totum pronuntiare male proceſſum, quo ad materiam repellendam, & quo ad materiam admittendam, de æquitate eius admiſsio confirmari poteſt, vt fiat obreptio litis. Ægid.

CONCLVSIO CCCCCIIII.
De re iudicata. *Rubr.*

COnclusio, quòd ſi ambæ partes fateantur ſententiam latam, & appellatam eſſe, nec contra dicat pars appellata, non eſſe infra decem dies appellatum, iudex non debet de hoc diſcutere, maximè ſi debet ſententiam confirmari, ſecus ſi appellatus non fatetur appellatum, per clem. ſi appellationem.

CONCLVSIO CCCCCV.
De ordi. cogn. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus quis ab aduerſario beneficio, ante litis ingreſſum eſt reſtituendus.*

COnclusio, quòd quæſtione † ſpoliationis beneficij [a] mota, incidenter per modum attentati, 1 a
& lata vna ſententia ſuper attentatis, ſcilicet pro ſuſpenſione petitorij, reus ſpoliator prope ſecundam confirmationem impetret, vt præmiſsis non obſtantibus procedendum foret ſuper petitorio in poſſeſſorio ſimul, poteſt prius nihilominus poſſeſſorium expediri, ſi de eo prius conſtet, quia hoc non tollit commiſsio, ſed ſolum tollit priuilegium poſſeſſorij, quod habet, quòd in petitorio procedi non poſſet.

a ¶ Spoliationis beneficij. *Nota quòd cum quis ſpoliatur ab aduerſario rebus, vel beneficio ante litis ingreſſum reſtituetur. y. q. ij. per totum. Adde quod ſpoliatio ſonat in factum non in exceptionem. Panor. vy. c. ex parte. de cle. non reſi.*

CONCLVSIO CCCCCVI.
De re iudicata. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtijs tribus latis pro ſpoliato non debet amplius procedi ſuper petitorio, quouſque illa ſententia quo ad reſtitutionem poſſeſſionis, fructuum, ac expenſarum fuerint executioni mandata.*

COnclusio, quòd in caſu proximè dicto fuerunt latæ † tres interlocutoriæ conformes ſuper 1
huiuſmodi attentatis, pro ſpoliato non debet poſt illas tres ſententias ſic latas amplius procedi ſuper petitorio, [a] quouſque illæ ſententiæ quo ad reſtitutionem a

tionem poſſeſsionis, ac fructuum, & expenſarum fuerunt executioni mandatæ. Ratio eſt, tum primò, quia venit ad eum caſum, à quo non incepiſſet ante ſuum completum eſſe dicta commiſsio, nam completum eſſe, non eſt quouſque duret proceſſus in petitorio. ergo vitiatur. patet antecedens, quia papa modo non concederet talem commiſsionem, ſi ſciret tales tres interlocutorias fuiſſe concorditer latas. patet conſequentia. ff. de ſerui. l. generali. §. pro parte. & ff. de verb. oblig. l. poſſunt. §. fin. in princip. Secundò quia aliàs tribus ſententiis concordibus fieret præiudicium contra clem. j. de re iudic. Tertiò quia hæc commiſsio eſt contra ius odioſa, & ideo ſtrictè interpretanda, & tamen non dicit, quòd fiet executio ante omnia, ſed loquitur ſolum de proceſſu, qui tamen fertur per ſententiam. ff. de re iudic. l. j. Confirmat dominus Franc. quia videntur hic eſſe duo priuilegia huiuſmodi poſſeſſorij: vnum, quo ad proceſſum, qui fit ante ſententiam, & illud propter dictam commiſsionem eſt bene ſublatum: aliud, quo ad proceſſum executoris, & poſt ſententiam, & illud non eſt ſublatum, ſed hoc facit magis contrà, quàm pro: quia reuera non eſt, niſi vnicum indiuiduum priuilegium, vnico & indiuiduo iure conceſſum. Ideo in totum videtur eſſe ſublatum. Item confirmat dominus Nico. quia in materia attentatorum non dicitur, quòd non procedatur, &c. ſed quòd ante omnia reuocentur. Hoc verò concernit magis principaliter executionem quàm proceſſum. Commiſsio verò principaliter concernit proceſſum. Sed hoc facit contrà. quia bene videt, & commiſsio de hoc priuilegio attentatorum mentionem facit & vult, quòd non obſtet proceſſui ipſius petitorij, & tamen alias noceret. Quarto, quia non dicit, niſi quòd procedat in vtroque, quòd eſſe non poteſt, niſi vtroque proceſſu durante, ergo vſque ad ſententiam vlt. ſuper poſſeſſorio latam ſolum, & duntaxat. Quinto, quia non refertur hæc commiſſio, niſi ad dandum, non refertur ad executionem, ergo, &c. Sed ego fui, & ſum contrà. Primò, per contrarium rationem primæ rationi, quia tunc non vitiatur, &c. quando poſt ſuum completum eſſe, &c. vt ff. de ſerui. l. vt poſſeſſorium. §. fin. & dicta l. penul. §. j. ij. reſponſo. ff. de verb. obligat. Modo hic habebat ſuum completum eſſe gratia in dicta commiſsione facta, etiam ſtatim antequàm ad alia procederetur, licet huiuſmodi completum eſſe, haberet cauſam continuam, & durabilem producentem effectum vt pote, quòd proceſſui petitorij priuilegium poſſeſſorij etiam per modum attentati intentati in aliquo non obſtaret. Secundò per contrariam rationem ſecundæ rationi, quia mens commiſſ. non fuit derogare quo ad hoc iudicio poſſeſſorio, quando iudex in eo continuo, & ante, & vſque ad ſententiam, & etiam poſt ſententiam vſque ad completam eius executionem continuo procedere poſſet. & infra not. ſa. in aliquo commiſsio cõtra cle vt calumniis. de iureiur. ſed fuit intentio eius fauere petitorio quo ad hoc, vt priuilegium attentatorum, de quo, vt lit. pend. cap. ij. in clem. cum ibi nota. proceſſui in petitorio in nullo obſtet. modo clem. vt calumniis, loquitur ſolum de tollendo impedimento, quòd tribus ſententiis concordibus obſtare haberet. Tertiò, per contrariam rationem tertiæ rationis contrariæ, quia licet hoc ſit regulare, quòd ea, quæ ſunt contra ius commune, ſunt ſtrictè interpretanda. ff. de act. & oblig. l. in honorariis. §. ſed cum reſciſſa. nihilominus, vbi ſunt talia, ius aliquod contra quod veniunt in ius commune, reducunt ad ius commune magis commune, ſunt fauorabiliter interpretanda, & non reſtringenda: pro eo, quòd cum naturale eſt illud ius ſpeciale ad commune redire. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. verſic. quòd in ſpecie. licet enim commiſsio ſit contra ius ſpeciale materiæ attentatorum, tamen eſt ſecundum ius commune, quòd duæ quæſtiones ſimul motæ ſimul tractentur. quod patet, quia ius ſpeciale attentatorum priuilegium ab omnibus appellatur. Quarto circa idem, quia ſi contrariorum eadem eſt diſciplina. inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. & in priuilegio poſſeſſorij dicunt iura non procedi debere in petitorio, quouſq; proceſſus poſſeſſorij fuerit expeditus. cap. paſtoralis. de cau. poſſ. & tamẽ intelligitur in poſſeſſorio etiam vſque ad executionem. ergo idem in commiſsione prædicta, vt ibi verbum proceſſus ad proceſſum executionis extendatur, vt de teſtit. ſpol. c. piſanis. facit, quia licet in executione non ſit neceſſarius talis proceſſus, ſicut ante ſententiam. tamen aliqualis neceſſarius eſt. ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. ſuper hæc. Quinto per contrariam rationem quartæ rationis contrariæ. Nam vnaquæque diſpoſitio debet habere & recipere ſuam interpretationem ſecundum finem, ad quem tendit. probant iura ſupra alleg. facit de teſtib. cap. veniens. Modo conſtat, quòd gratia facta per dictam commiſsionem non tendit, vt dicta materia attentatorum in aliquo priuilegietur, & maximè non tendit ad hoc, quòd illi materiæ competit de iure communi, videlicet, quòd in ea cum petitorio procedi poſsit. ff. ad municip. l. j. in fi. ſed potius tendit, vt dictæ materiæ attentatorum priuilegium conſeratur, & quòd petitorio beneficium afferat, vt videlicet in eo procedi continuo, & ſtatim poſsit, illius materiæ attentatorum priuilegio non obſtante. Modo proceſſus petitorij non finitur, niſi quouſq; in eo remanet aliquid ad agendum. C. ad Sylla. l. j. in fine. ergo, &c. Ergo propter nullam materiam, de qua loquimur verbum ſimul debet interpretari ciuiliter, vt durante, vel non durante proceſſu attentatorum procedatur in petitorio. Vel debet intelligi, & melius, quòd durante proceſſu poſſeſſorij, ſeu attentatorum etiam coram quocunque procedi poſſet in petitorio, modo duret proceſſus, quo ad executionem coram executore. ergo, &c. Sexto per rationem contrariam quintæ rationi contrariæ, & etiam rationi quartæ, quia dum priuilegium conceditur cauſę, non debet conſiderari perſona iudicis, ſed materia cauſæ: quia perſona iudicis non priuilegiatur, ſed cauſa, vt mandatur auditori cauſæ in prima inſtantia, quòd procedat ſummariè, &c. Auditor ſecundæ inſtantiæ hoc facere poterit: quia non fit præiudicium perſonæ ſed cauſæ. Ita tenemus. Modo hic non fit præiudicium auditori, ſed potius parti petitorium intentanti, & cauſæ ſuæ, ergo, &c. Et ita verbum ſimul debet bene recipere ſuam ciuilem interpretationem, vt dixi. Septimo, quòd cauſa, quare fuit conceſſa commiſsio, fuit vt vitioſus non daretur ingreſſus ſpoliato ad beneficium, & vt lites abbre-

uientur. ſed iſta durat etiam pendente executione. Ægidius bellemere.

a ¶Super petitorio. *Petitorium iudicium quod ſit, vide C. qui legiti perſo. l. fin. & plenè Spec.*

CONCLVSIO CCCCCVII.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Citari an aliquis poſſit ab auditore cameræ apoſtolicæ extra curiam.*

1 COnclusio, quòd auditor † cameræ apoſtolicæ nullo modo poteſt citare extra curiam, niſi habeat hoc à papa ſpeciale mandatum, vel niſi ſuper hoc in aliquo caſu ſpeciali habeat conſuetudinem ſpecialem, & hoc eſt contra ius. not Ioan. moo. io regula. generali. contra quod non poteſt auditor cameræ imò nec cameratus, vel alius præter papam. Item quia cur. eſt ſibi pro territorio, ergo & præſertim non poteſt citare perſonaliter. Et in hoc arguitur eius temeritas, quia prætendit ſe eſſe executorem proceſſuũ, qui fiunt in die cœnæ, imo omnium conſtitutionum papalium, tanquàm ordinarius, & per hoc omnem iuriſdictionem ordinariorum, imò potius apoſtolicam nititur occupare. Ægid.

CONCLVSIO CCCCCVIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli fundati ſuper gratia non admittuntur in cauſa beneficiali.*

1 COnclusio, quòd † in cauſa beneficiali non debent admitti articuli fundati ſuper gratia, cuius ſumptum de regiſtro literarum ſtatim haberi poteſt, niſi ſumptum huiuſmodi habeatur, & producatur, quia æquitas dicti modo poſiti in cap. j. de probat. plus viget in hoc caſu de productione. Intelligitur domini cum timeatur de fraude per aduerſarium committenda, & tunc ſi producam, & detur copia, detur hoc die, & conſule.

CONCLVSIO CCCCCIX.

De reſtit. ſpoliat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Superior dicens ſpoliationem factam per ſuum vicarium, non excuſatur.*

1 COnclusio, quòd ſi inferior † commendator deducit contra ſuperiorem commendatorem, ſpoliationem factam per P. & Mat. familiarem dicti ſuperioris commẽdatoris, & de mandato ipſius, & dictus ſuperior commendator excuſando ſe, ne de iniuria teneatur. dixit hoc factum fuiſſe per Ioan. eius vicarium eo inuito, & eo ignorante, non bene excuſat ideo tunc, quòd illud, quod deducit ſpoliatus, & poſsibile eſt hæc facta multiplicia fuiſſe plura.

CONCLVSIO CCCCCX.

De reſtit. ſpoliat. *Rubr.*

COnclusio, quòd non valet, quo ad excludendum reſtitutionem, quia dicat ſuperior commendator, quòd eo ignorante facta eſt ſpoliatio, poſtquàm adhuc eum de facto detinet ſpoliatum.

CONCLVSIO DXI.

De reſtit. ſpoliat. *Rub.*

COnclusio, quòd ſi dicat ſuperior commendator ſe non ſpoliaſſe, ſed dediſſe cuſtodem beneficio vacanti, non bene ſe defendit in iudicio reſtitutorio, quia eo ipſo, quòd illum venientem non admittit ſpoliat, & quia calumnioſe loquitur, quia iſto modo datur ordinariis occaſio omnes ſpoliãdi.

CONCLVSIO DXII.

De offic. leg. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere an poſſit epiſcopali dignitati vnire vnam eccleſiam parochialem.*
2 *Ordinariè vocabuli explicatio.*
3 *Epiſcopus an bona eccleſiæ poſſit alienare abſque conſenſu capituli.*
4 *Epiſcopi iuriſdictio in ſua diœceſi eſt fauorabilior legati.*
5 *Conferre qui non poteſt, nec poteſt donare.*
6 *Principis ſolius eſt aliquem priuare iure ſuo.*
7 *Diſpoſitio perpetua eſt fortior & maior quàm temporalis.*
8 *Poteſtas auctorizabilis quæ nam dicatur.*

COnclusio, quòd legatus † de latere [a] poteſt 1
epiſcopali dignitati vnire vnam parochialem a
eccleſiam illius diœceſ. Hanc concluſionem tenet
Ioan. And. in addit. Specul. tit. de lega. §. nunc oſtendendum. verſic. vno. ſuper verſic. forte. Ratio Ioan. Andr. quia hoc poteſt epiſcopus. in cap. ſicut vnire. ergo & legatus. per not. Spec. eod. §. ad fin col. pen. verſic. legatus. Caue tamen, quòd Fed. de Se. in quodam conſilio ſuo, quod incipit: Reuerẽdus in Chriſto pater. in plebe collegiata contrarium tenet. mouetur per cap. fin. de confir. vti. Et bene facit pro hoc not. per Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. qui tenent, quòd collationes ibi factæ de monachis quibuſdam eccleſiis, ibi non valuerunt; pro eo, quòd legatus ad hoc non habebat poteſtatem. Item mouetur per cap. penult. de offic. leg. lib. vj. in princ. vbi dicit text. quòd nedum inhibetur legatus de latere conferre eccleſias collegiatas, imò etiam inhibetur de ipſis ordinare. vel diſponere quoquomodo quòd hæc ſunt à collatione diuerſa, quia patet, aliàs fruſtra ad ver. collationis adderetur fac. de præben. cum in illis. §. j. & ij. de eodi. l. ſi eodem. & fa. no. Ioan. Andr. de præben. ſi tibi abſenti. in glo. ſed nunquid
poterit. Accipitur enim † verbum ordinare pro o- 2
mni actu circa rem exercendo, vt colligitur in q. ij. cap. iij. de offic. ordi. cap. j. de priuileg. ſi papa. ver. & ideo. lib. vj. De hoc videtur caſus de exceſ. prælat. in cap. ſicut vnire. vbi papa ſe referens ad canones antiquos dat intelligere, quòd verbum ordinis ibi poſitum trahi debet ad vnionem. Dicit prætetea ipſe Federi. quòd Ioan. Andr. hoc idem ſentire videtur in dicto cap. fin. in reportationibus ſuis. Nec obſtat ſecundum eum, quòd in caſu cap. fin. aliàs non conſentiebat epiſcopus, de cuius priuilegio ibi tractatur, hic bene: quia talis conſenſus non ponderatur, vt clem. ſi vna. de reb. eccle. non alien. Nec obſt. quòd epiſcopus cum ſuo capitulo hoc poſſet. vt cap. ſicut vnire. & clem. ſi vna. ergo. vt cap. ſi abbatem. de elect. lib. vj. quia Fede. negat huiuſmodi
alienationem. Nam epiſcopus † poteſt alienare cum 3
conſenſu capituli, vt in canone ſine exceptione, & tamen ſine conſenſu huiuſmodi cum authoritate legati non poſſet alleg. de his, quæ fiunt à ma. par. cap. c. j. & ſufficit dare ſubſtantiam. j. q. j. ſicut vrgenti. &

fauor

4 fauorabilior † eſt iuriſdictio epiſcopi in ſua diœceſ. quàm legati, licèt legatus ſit ordinarius. de offic.ordin.cap.ij.in clem.alleg.§.nunc tractemus.verſic.penult. licèt Specul. de hoc dubitet eod. tit. §. nunc oſten. verſic.vno. plus tenet Fede. vbi ſuprà. quòd legatus non poſſet alterare collegium, nec de loco religioſo facere collegiatum, & dicit, quòd colligitur de eccle.ædific. cap.penult. Nec poſſet inuitis canonicis dare licentiam plebanis permutandi in-
5 uicem ſuas plebes collegiatas, quia qui † non poteſt conferre, nec habet poteſtatem dare, vt colligitur ex not.Ioan.And.de rerum permut.cap.vno. in glo. per conſtitut.clem. Ratio omnium præmiſſorum ſe-
6 cundum eum eſt iſta, quia † ſolius principis eſt aliquem priuare iure ſuo, vel alteri præiudicare. vt dicunt iura, quæ alleg.de religio.domi.cap.conſtitutus.in prin. imò plus dicit, quòd legatus non poſſet ſimplices capellas aliis beneficiis vnire, ſi per huiuſmodi vnionem auferretur ius conferendi ordinario loci, quia non conceditur legato iura aliena in perpetuum præiudicium turbare, licet iſta beneficia non collegiata vacantia poſſet conferre, & in hoc ad tempus præiudicare. de offic. leg. cap.dilectus. eod.tit. cap.ij. & iij. libro vj. imò nec papa vniendo vult alteri præiudicare, vel ius alicui auferre. de reli.domi.cap.ij. & ibi glo. quod cap. bene facit ad prox. dicta. fa. iura, quæ not.in ſimili concluſione de iure patro. nobis. in glo.magna. in addit. Dicit etenim, quòd qui contrarium dicit, videlicet, eccleſiam collegiatam per legatum poſſe reduci ad capellam, vt deſinat eſſe collegium, & dignitas, & diminuatur cultus diuinus. det tex.de hoc. Reperio etiam, quòd Ioan.And.per epiſcopum, cui vniuit legatus dictam plebem, conſultus reſpondit, quòd expediebat ſibi habere confirmationem papæ, ex certa ſcientia, dicens hoc eſſe dubium, remittens ad Specul. in dicto §.nunc oſtendendum. verſic. vno. & ad not. in cap.fin.de confir.vti. nec aliud ibi ponit in effectu, quid dicendum videtur. ſic diſtinguo, quia aut loquimur de dignitate tali, cuius ordinatio legato admittitur per decret. de liberatione. in princ. de offic. lega. libro vj. aut de alio beneficio inferiori. Primo caſu ſtarem cum Fede. quòd non valeret vnio, de illo facta per legatum per ſuperius allega. quia adempto minori, videlicet collatione, fortiori ratione id quod maius eſt, videtur ademptum, vi-
7 delicet vnio. quia perpetua diſpoſitio † fortior, & maior eſt, quàm temporalis. Et ita procedunt prox. per Fede.alleg. Aut loquimur de aliis beneficiis, quorum collatio, & diſpoſitio poteſt pertinere ad legatum. Et tunc ſubdiſtinguo, quia aut per huiuſmodi vnionem non fieret præiudicium, niſi beneficio, de cuius vnione tractatur, & tunc procedat concluſio palatij, & dicta opinio Ioan.Andr.not.in Specu.tit.de legat.§.nunc oſtendendum.ſuper ver. vno.puta quòd poteſt legatus tale beneficium vnire. Nec obſt.quòd iſtud non eſt iuriſdictionis, quia nec eſt ita propriæ adminiſtrationis, quin ſit aucto-
8 rizabilis † poteſtatis, ſicut ſunt diſpenſationes, quæ ſunt in poteſtate talis legati, ſeu beneficiorum collationes.cap.j.de offic.leg.lib.vj. Aut fieret præiudicium alteri eccleſiæ, vel dignitati, quàm beneficio vniendo per huiuſmodi vnionem, &c. & tunc dico, quòd in præiudicium huiuſmodi talis vnio non valeret. Et eſt caſus in cap. fin. de confir.vti. vel inut. vel tempore, ſi per vnionem perderet epiſcopus ſuam iuriſdictionem, & alia iura, vt dicto cap.fin. Vel ſi ordinarius collector, vel patronus perderent iura conferendi, aut præſentandi. Ratio eſt, quia nec epiſcopus hoc poſſet facere. vt de officio ordin. ad hæc. & de loca. capit.veſtra. Hoc enim ſpeciale eſt in principe, quòd tale præiudicium afferat, vt ſupradictum eſt. dictam ſubdiſtinctionem probat in ratione dictæ clemen.ſi vna. coniuncto capit. ſine exceptione.& cap.dudum.infrà proximè alleg. quod prox.intelligo, niſi in auferendo iure alterius eccleſiæ ſeruaretur forma canonis ſine exceptione. & c.dudum. de reb.eccleſ.non alie.lib.vj. Et per iſta ego, qui fui valde dubius, ſum modo Dei gratia clariſsimus.

a ¶Legatus de latere. *Panor.in cap.j.de offic.leg.tenet, & bene, quòd ſolum cardinales dicuntur legati de latere, maxime hodie. Adde, quòd legatus de latere ex generali poteſtate recipit poteſtatem diſpenſandi in omnibus caſibus, in quibus diſpenſant epiſcopi, archiepiſcopi primates, & patriarchæ, & in omnibus alijs. præter reſeruatos papæ. vt cap.ij.de offic.leg. lib.vj. Et de hoc intelligitur, quòd ſunt honorandi, ſicut papa. Et quamplura ad hanc materiam, & de eorum poteſtate magna. vide Spec. tit.de offic.deleg. §.iij. & per totum Abb.in rubr.de confir.vti. vel inut. & Bar.in l.prohibere. verſi.pone.ff.quod vi aut clam.*

CONCLVSIO DXIII.

De offic. leg. De reb eccl.non alie. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In vnione facta per legatum non requiritur conſenſus capituli.*

COnclusio, quòd in vnione † fienda per legatum non requiritur conſenſus capituli, etiam ſi fiat vnio epiſcopali dignitati, quia licet epiſcopi poteſtas propter coniunctioné, quæ eſt inter ipſum, & capitulum ſuæ eccleſiæ ſit arctata ad conſenſum, vel conſilium huiuſmodi requirendum, vt de his, quæ fiunt à præla. cap.nouit. & clem. ſi vna. tamen in legato, qui cum capitulo non habet huiuſmodi vnionem. hoc non reperitur expreſſum. Ægidius. 1

CONCLVSIO DXIIII.

Ad idem.

SVMMARIVM.

1 *In vnione fienda per legatum non requiritur tractatus.*

COncluſio, quòd in vnione † fienda per legatum non requiritur tractatus. Ratio eſt, quia ſi conſenſus, vel conſilium capituli hoc caſu non requiritur, vt ſuprà prox. ergo nec tractatus cum capitulo. quia de alio intelligi non poſſet hoc caſu. 1

CONCLVSIO DXV.

De offic. leg. Rubr.

COncluſio, quòd legatus actum huiuſmodi vnionis committere poteſt, quia iure ordinario hoc ſibi competit.arg.ff.de iuriſd.om.iud.l.more maiorum. cum l. ſequen.

CONCLVSIO DXVI.

De offic. leg. Rubr.

COncluſio, quòd grandis attenuatio redituum dignitatis epiſcopalis propter guerras, eſt ſuf-

ficiens cauſa dictæ vnionis. per lecta, & not.de reb. eccl.non alie. dudum.lib.vj.

CONCLVSIO DXVII.
De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Contractum qui inficit, & contractum qui ſupponit repellendus eſt in totum à iudicio.*

1 COnclusio, quòd ſi prælatus † vnius eccleſiæ
rei ad eandem eccleſiam pertinen. prælato alterius eccleſiæ per ſuum prædeceſſorem locatæ, petit fructus pro tribus annis primò præcedentibus, tanquam de eis ſpoliatus, & nihilominus ratione penſionis de quinque annis non ſolutæ petit declarari illum conductorem cecidiſſe in commiſſum, & cecidiſſe à iure ſuo, tanquam contrarius repellendus eſt in totum, quia in hoc, quod petit dictos fructus contractum inficit. Et in hoc, quod dicit illum cecidiſſe, contractum ſupponit. l. Titio. vſufructus. ff. de condit. & demonſtr.

CONCLVSIO DXVIII.
De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Separatorum ſeparata eſt ratio.*

1 QVod duo † diuerſa probationum genera non
poſſunt coniungi, vt minus plene plenatiam probationem inducant. arg. ff. de excuſ. tut. l. ſpadonem. §. qui vnam. & maximè, ſi ad diuerſos fines tendunt, puta vnum ad probandum vnum obiectum: aliud vero ad probandum aliud obiectum, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio. ff. de calumniatoribus. l. multo melius probatur. ff. de rei vend. in venditionibus. §. item quæcunque. verſi. non idem.

CONCLVSIO DXIX.
De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Mortuo legato non moritur eius conſtitutio.*

2 *Appellatione deſerta deſeruntur & eius effectus.*

3 *Ius acquiſitum appellato, per negligentiam appellantis auelli non debet.*

4 *Res quæ iam peruenit ad ſuum completum eſſe, ex cauſa ſuperueniente non retractatur.*

COnclusio, quòd ſi appellatio beneficialis legitimè deuoluta, cauſam ſemel deuoluat ad
a apoſtolicam ſedem [a], deſertio ſuperueniens non
poteſt tollere deuolutionem antedictam. Primo, quia appellatio in cauſa beneficiali non interponitur ſolum, vt reparetur grauamen, imo etiam principaliter vt cauſa ad curiam deuoluatur, ſecundum dominum Franc. Item quia intimatio hanc deuolutionem principaliter inducit, ſecundum dominum Nico. Addo, quia licet quòd effectus requirés continuam aſsiſtentiam [illegible], ceſſet cauſa ceſſante. de epiſc. & cler. l. [illegible] er. de in integr. reſtit. mili. l. ſi. ſecus tamen de [illegible] ctu, cuius perfecta productio eſt momentanea, & qui non requirit cauſæ conti-
1 nuam aſsiſtentiam. Ideo mortuo † legato non moritur eius conſtitutio. de offic. leg. c. fin. ſicut moriente patre, non igitur moritur filius. Exemplum in caſu
2 noſtræ materiæ: deſerta appellatione † deſeruntur effectus ipſius appellationis requiren. continuam aſsiſtentiam ipſius appellationis, tanquam cauſæ, ſicut eſt ſuſpenſio effectus ipſius ſententiæ, vt l. furti. in prin. ff. de his qui not. infa. Et idem tenet palatium de attentatorum reuocatione ex priuilegio ipſius appellationis. quia huiuſmodi priuilegium requirit continuam aſsiſtentiam appellationis eiuſdem tanquam cauſæ. Secus verò, vbi effectus in totali ſuo eſſe ſtatim & momẽtaneè, ac perfectè produceretur, ita quòd per eius perſiſtentiam non requiret continuam aſsiſtentiam appellationis tanquã cauſæ, vt eſt in facto actus requirens liberam iuriſdictionem, ſicut in facto excommunicationis. Caſus eſt de ſentent. excommu. cap. licet. in vj. Modo ad propoſitum, deuolutio eſt effectus momentaneę & perfectæ productionis. igitur ſortitur. Secundò con-
firmatur, quia ius † quæſitum appellato ſecundum 3
huiuſmodi quo ad huiuſmodi deuolutionem, per negligentiam appellantis auelli non debet. vt de elect. ab eo. & de elect. ab eo. lib. vj. & clem. conſtitutionem. regula. non debet. C. de inoffic. teſta. ſi quis in ſuo. Et uot. per doct. & Cy. C. de appel. per hanc. in vj. quæſt. Et tamen per appellat. & intimationem hoc ius deuolutum, eſt quæſitũ appellato, ergo, &c. Non obſt. clem. ſi appellationem. vbi patet etiam, quòd etiam appellato proſequen. non ideo minus ſententia tranſit in rem iudicatam. quia hoc non videtur tangere præiudicium appellãtis, ſed potius fauorem. Tamen quia aliqui dicere volunt, quòd etiam confirmari poteſt. per not. ff. de appell. l. ſi expreſſam. Tertiò confirmatur hoc, quia licet hęc deuolutio concernat articulum grauaminis, quo ad eius deuolutionem, per modum appellationis, tamen concernit etiam principaliter negotium principale, quod non deſeritur ita faciliter. oportet ergo deſertio circa id, quòd reſpicit. Quartò confir-
matur, quia † res, quæ iam peruenit ad ſuum com- 4
pletum eſſe, ex cauſa ſuperueniente non retractatur. regula. factum legitimè. cum concor. & ff. de ſer. vrb. præd. §. ſi. modò effectus deuolutionis iam peruenit ad ſuum perfectum eſſe ante deſertionem. Quintò confirmatur, quia non appellatio, non intimatio, ſed l. ſcripta, puta c. ſtatuimus. licet appellatione & intimatione præcedentibus tanquam profanis ſecundum omnes hoc inducunt. arg. dictæ l. nunquam moritur.

a ¶ Ad apoſtolicam ſedem. *Adde, quòd appellationi ad apoſtolicam ſedem eſt ab omnibus deferendum, & non deferens puniatur. ij. quæſt. vj. decreto. & cap. quoties epiſcopi. & proceſſus poſt appellationem factus eneruatur. eod. cap. quoties.*

CONCLVSIO DXX.
De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſa deuoluta ad curiam partes citantur per audientiam.*

2 *Ignorantia non excuſat quem ab errore.*

COnclusio, quòd etiam poſt annum cum dimidio à tempore dictæ deuolutionis computandum, poteſt in curia in dicta cauſa procedi per audientiam abſque hoc, quòd fiat citatio alia, vel in-
timatio [a] ad partes. Ratio eſt, quia in cauſa † deuo- a
luta ad curiam modus citandi eſt per audientiam, 1
& hoc ſcit totus vniuerſus orbis. Igitur cum hoc potuerit præuidere pars, ſibi imputatur, quia

non

non fecit alterum de duobus, vel quia ſtatim non
fuit ſuam appellationem proſecuta', vel quòd non
miſit ad cuſtodiendam audientiam contradictarum
2 cum ſufficienti mandato. Imputatur † enim ei, qui
præuidere potuit, vt l.ſi domum.ff.mandati.c.con-
certationi.de appellat.lib.vj. Primo, quia non loqui-
tur de deſertione appellationis extra iudic. ſed de
tempore appellandi. Secundò eſto, quòd fatear hu-
iuſmodi ibi deſertioni locum fore, tamen hoc eſt,
quo ad partis præiudicium concernens grauaminis
reuocationem, non quo ad effectum deuolutionis,
quam dicta deſertio non concernit, vt proximè di-
ctum eſt. Nec obſt. quod notat Comp. de elect. ſta-
tuimus. lib. vj. tempora, de quibus loquitur c. ſta-
tuimus. ita currere appellato, ſicut appellanti, & ſer-
uanda fore per vtrunque, quia illa tempora non
concernunt tempus, quo procedi debet, ſed con-
cernunt tempus, in quo procedi non debet, &c.
Nec obſtat, quòd potuit appellans ignorare pro-
ceſſum fieri poſſe poſt deſertionem, tamen quia ſi
errauit in facto, ſibi imputatur, & præuidere potuit,
vt dixi, ſi in iure ignorantia non eſt probabilis. igi-
tur, &c. Ægidius.

a ¶ Intimatio. *Quomodo debet intimari appellatio aduerſario, nota.in cle de elect c. cauſam Et ſi quis intimat appellationem alieno nomine, tenetur facere fidem de mandato, aliàs non valet. not per Arch. in d. cle. ſi quis.*

CONCLVSIO DXXI.
De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes qui ſemel depoſuerunt non ſunt amplius admittendi.*

CONcluſio, quòd ſi pars † cui fuit ſemel decre-
ta, vel expedita remiſsio, producit teſtes in par-
tibus, ſed propter factum partis fuit impedita cita-
tionem exequi contra partem. & teſt. contra produ-
centem depoſuerunt, non eſt danda alia remiſsio
pro eiſdem teſtibus, quia præſumeretur, quod idem
deponerent ſicut ante.

CONCLVSIO DXXII.
De officio iudic. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Abſtinere à malo non ſufficit, niſi fiat quod bonum eſt.*

1 CONcluſio, quòd ſi auditor † primæ inſtantiæ
non pronuntiauit ſecundum petitionem rei, ſed
ſecundum petitionem actoris, & male: & ſecundus
auditor ſecundæ inſtantiæ repetiit pronuntiandum
eſſe pro reo, & contra actorem, hoc debet facere,
licet reus petitionem primæ inſtantiæ non repetierit,
quia duo facere debet. Primum corrigere malefi-
cium per primum. Secundò facere, quod primus
facere debuit, quia non ſufficit abſtinere à malo,
niſi fiat, quod bonum eſt. de no. fo. ſi. in ſi. in feu.
collat. iiij.

CONCLVSIO DXXIII.
De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator tantum ſalarij habet pro cauſa leui, quam pro grauiſsima.*

COncluſio, quòd in omni prima inſtantia, in qua
procurator † omnes terminos ſeruauit, taxan- 1
dum eſt pro procuratore pretium xv flor. quia ita
habet l. ff. ex quibus. l. proſpexit. licet quandoque
cauſa ſit leuis, quia ſi grauiſsima eſſet, non plus ha-
beret. ff. de iure. l. cum qui. Ægidius.

CONCLVSIO DXXIIII.
De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſsio, procedi ſola facti veritate inſpecta, valet impetrata etiam parte abſente.*

COncluſio, quòd commiſsio † procedendi ſola 1
facti veritate inſpecta, &c. in omni cauſa impe-
trata parte abſente valet, etiam non facta mentione
de partis abſentia, quia hoc prætendeti prouenerat, cum
ſit de pertinentiis cauſæ, & quia faciliter, & ſæpe
obtinetur. Item, quia citatus eſt abſens ad omnes
actus, & per audientiam ad iſtum ad dicendum
contra. Et Nicol. dicit, quòd negari non poteſt, quin
commiſsio valeat ipſo iure.

CONCLVSIO DXXV.
De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus ſecundæ inſtantiæ non debet eſſe arctior, quam prima.*

COncluſio, quòd vigore huiuſmodi commiſsio-
nis primo auditori in prima inſtantia directè ſe-
cundus auditor in ſecunda inſtantia procedere po-
teſt. Primò, quia ſit cauſæ iſta commiſsio, quæ durat
in ſecunda inſtantia procedere poteſt primo: ſecun-
dò † quia non debet eſſe arctior proceſſus ſecundæ 1
inſtantiæ, quàm primæ, ſeu cauſæ appellationis,
quàm principalis.

CONCLVSIO DXXVI.
De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Impetrans ſecundam gratiam, de prima nulla facta mentione, an priuetur ſecunda.*

COncluſio, quòd habens gratiam † ab Vrbano, 1
ante mortem eius conſtituit procuratores ad
proſequendam gratiam, & acceptandum prouiſio-
nem, & poſſeſsionem recipiendam, & ſuperueniente
domino Gregorio, & poſt eius reuocatoriam dictus
procurator acceptat vicariam curatam, & eius poſ-
ſeſsionem nanciſcitur collatione facta, & quòd hoc
facto dictus conſtituens impetrat à Gregorio aliam
gratiam de præmiſsis mentione non facta, nec ap-
paret, quòd præmiſſa ad eius notitiam perueniſſent,
ſed poſt impetratam gratiam per ſex menſes ipſe
impetrans narrans ſuam poſſeſsionem dictæ curiæ
per dictum ſuum procuratorem eius nomine fuiſſe
continuatam, vſque tunc eam intrat, & adminiſtrat
ſicut vicarius, non ideo inficitur dicta gratia per
modum ſurreptionis. per lecta & not. in c. gratia. de
reſcript. lib. vj. Nec obſt. narratio. ſuprà proxi. quia
potuit eſſe, quòd ideo dixit ſuam poſſeſsionem per
dictum ſuum procuratorem de illo tempore conti-
nuatam fuiſſe, quia tunc reuocatoriam ignorabat.

CONCLVSIO DXXVII.

De fide inſtrument. *Rubr.*

COnclusio, quòd inſtrumentum, quo cauetur impetrantem narraſſe vacare beneficium, & cadere ſub gratia ſua, & illud acceptaſſe, non probat gratiæ conſumptionem, niſi probetur, quòd infra tempus acceptauerit, quia obiectus eſt, in quo præſumptio non ſufficit. per not. Innoc. in c. ſuper his. licet dominus Nicol. & Franc. contra, & ego cum eis. Ægidius.

CONCLVSIO DXXVIII.

Vt lite pendente. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Litis in præiudicium nihil fit, cum ſuper poſſeſſione illorum iurium non litigetur.*

SI Titius cõmendator ſancti Antonij Vieñ. contra Mæuium alterum commendatorem eiuſdem ordinis ſuper quibuſdam iuribus ſpectantibus ad præceptoriam Titij poſſeſ. per Mæuium, & præceptoriam Mæuij ex cauſa cuiuſdam arrendationis coram auditore contendunt, & moriatur Mæuius, & eius loco, quo ad præceptoriam Seius ſurrogatur, & admittitur ad cauſæ proſecutionem, & poſt hoc in cauſa inhibitio. per auditorem obtinet Seius à papa mandari, ſe induci in poſſeſsionem dictorum iurium, & inducitur, non reuocatur per modum attentati mandatum, & inductio proximè dictarum quia iniuſta fuit inductio cum præceptoria poſſeſ-
1 ſionem nunquam amiſerit: tum quia † nihil fit in præiudicium litis, cum ſuper poſſeſsione illorum iurium non litigetur. faciunt not. ff. quòd appellatio. penden. nihil innouatur. l. j. in princip. per doct. ſecundum Franc.

CONCLVSIO DXXIX.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratores nouos conſtituens primos reuocare videtur.*

1 DOminus † nouos conſtituendo procuratores, primos reuocare videtur, etiam ſi ſecũdo conſtituti onus procurationis non acceptant. not. gloſ. Ioan. Andr. in c. ſi duo. de procur. lib. vj. in gloſſ. ij. & no. idem Archi. fa. in arg. ff. de adi. leg. l. & ſi transferan. & l. legatum ij. §. j.

CONCLVSIO DXXX.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator factus dominus litis in prima inſtantia licet non poſsit reuocari. ſecus tamen in ſecunda.*

1 LIcet procurator † factus dominus litis in prima inſtantia per litis conteſta. non poſsit reuocari inuitus ſine cauſa, ſecus tamen eſt in ſecunda inſtantia, niſi in ea fuerit lis conteſta. vel actum fecerit, qui in ſententiis loco lit. conteſt. habetur. Ratio eſt, quia licet dominus litis efficiatur procurator per conteſtationem, hoc intelligitur quo ad inſtantiam, non quo ad cauſam. Modo licet ſit eadem cauſa, diuerſæ tamen inſtantiæ. tamen aliqui domini fuerunt contra.

CONCLVSIO DXXXI.

De prebendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Materiæ deductio non eſt neceſſaria ad fundandum ius deductionis.*
2 *Confirmatio quæ ſortitur effectum æquiparatur prouiſioni papali.*
3 *Medium debet ſapere naturam extremorum.*
4 *Conditionis existentia eſt de eſſe actus conditionis valida.*
5 *Confirmatione exiſtente canonica, conditionis exiſtentia non eſt neceſſaria.*

SI prouiſus [a] per ordinarium dubitans, quòd ille per quem venit fuerit ſubcollector, impetrat confirmationem in forma perinde valere, ac ſi non fuiſſet ſubcollector, & poſtmodum cum per apoſtolicum impetrantem trahitur in cauſam, ipſe ordinarius confirmatus dat ſimpliciter de huiuſmodi ſubcollectoria. materia huiuſmodi eſt de iure ſuo & non obiectiua. quia facit ad gratiam dictæ confirmationis, quæ alias effectum non habet, & quæ tunc prouiſionem operatur, quam canonizare intereſt potiſsimè, ſi confirmatus in conſcientia ſua hoc credit. Simile, quia impetrans gratiam, quòd ſi per euentum litis neutrum litigantium conſtiterit ius habere, ſibi prouideatur, dat obiectus, vt tenet palatium: & tamen caſus ſimilis videtur: igitur &c. Dominus Gal. & ego contra. Idem Reuerendiſsimus pater dominus Cardinalis ſancti Euſtachij, & dominus Nicol. ab initio idem. Sed per rationem vltimò tactam in vltimis conſiliis dubitauit, & vltimò licet ſine motiuo in dubitatione perſtitit ſequendo partem maiorem, neſcio qualiter. Ratio, quia deductio huius materiæ, non eſſet neceſſaria deducenti, ſi aduerſarium non haberet. igitur eſt obiectiua. patet conſequentia per regulam, quam palatium in hac materia tenet. probatur primum, quia ſi fuerit ſubcollector, ſiue non, ſibi adiudicari deberet: quia ſi non valuit collatio ordinaria, & ſic valuit confirmatio: igitur fruſtra expectaretur euentus probationis huiuſmodi. ff. ad Velle. l. aliquando. C. de probatio. l. ad probationem. & l. neque naturales. Secundo quia materiæ † de- 1
ductio non eſt neceſſaria ad fundandum ius deductionis, cum ſine illa fundetur, vt dixi, ſed bene facit aduerſarium repellendum: ergo præſumitur, quòd data fuit ſolum ad repellendum: & ſi admittitur, ad dictum effectum ſolum admitti videtur. Primum patet ex dictis. Illatio patet, quia de quolibet actum faciente præſumitur, quòd facere intendat ad finem illum: ad quem valere poteſt, & non alias. ff. de leg. j. ſi quando. ff. ad municipa. l. j. in fin. cap. ſi papa. & cap. abbate. cum ſimi. ergo clarè patet, quòd hoc caſu immittit in alium, iuxta l. Proculus. ff. de damn. infect. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ſicuti. §. Ariſto. fac. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. idem aiunt. & §. denique. de leg. præſtan. l. virilis. §. ij. ff. de Carbon. l. iij. §. ſi duo. Et per hoc ceſſat ratio

domini reuerēdi patris,& maximæ ſciētiæ viri Ioan.
de Amelia,olim auditor. nunc archiepiſc. Corſien.
Dicebat enim hoc caſu referre, an daretur dictus
articulus in euentum, an verò ſimpliciter.vt primò
caſu cenſeretur obiectiuus,ſecundo non.Dico enim
ſecundo caſu idem quia licet ſimpliciter detur,præ-
ſumitur tamen,quòd detur propter aduerſarium re-
pellendum quia aliter datione non eſſet opus, cum
ad veritatem deſiun ctiuæ ſufficiat quancunq; par-
tem eſſe veram. Tertiò hoc probo ſic,quia aut pon-
deramus ſolum ordinariam prouiſionem præce-
dentem, aut conſideramus ſolum confirmationem
ſequentem , aut conſideramus vtrunque coniun-
ctim. Si primò non poteſt negari,quin ſit obiectus,
ad quem tamen non admitteretur talis, niſi admit-
teretur ratione poſſeſsionis defendendæ.vt de ſe pa-
tet. Secundò caſu probo eſſe idem : quia talis con-
2 firmatio † caſu quo poteſt ſortiri effectum, æquipa-
ratur prouiſioni papali factæ cum clauſula : etiam
ſi ſubcollector , &c. modo in tali cenſeretur obie-
ctus. Tenet enim palatium. quòd ſecundus in data
habet clauſulam,etiam ſi ſit dignitas,vel curam ha-
beat animarum,& primus non habeat hanc clauſu-
lam,& ſecundus de dignitate,vel cura deducat,ob-
iectus eſt,& ita fuit ſeruatum contra me de tempore
domi. Ioan.Rober.& dominorum ſancti Euſtachij,
ſancti Angeli,& de Benchino Romę in palatio,Anno
3 lxxvij. Tertio caſu idem , quia † medium debet ſa-
pere naturam extremorum , & videtur eadem , &
fortior ratio.l.præmiſſa.Sed caue,& aduerte,& no-
ta,vt diſſoluatur vltima ratio per dominum Nico-
laum ſubtiliſsimè in contrarium facta de gratia,
quod ſi per euentum,&c. quia facio magnam diffe-
rentiam, vtrum timens titulum ſuum prætenſum non
valere, impetret ad audi. cauſæ mandatum de pro-
uidendo ſub collatione aliqua , cuius exiſtentia in-
ficeret dictum titulum primum:an vero aliquis ti-
mens de ſuo titulo,vt præfertur , impetret primò à
papa cōfirmationem ſub forma:perinde valere, per
quam vult papa, quòd etiam ſi conſtet de certo im-
pedimento,de quo timetur,quòd aliàs titulo primo
obſtaret , quòd nihilominus valeat à data confir-
mationis titulus primus.Nam primo caſu,ſi talis im-
petrans petat ab auditore prouiſionem ſibi fieri ſe-
cundum formam prædicti mandati, & ad dictam
nouam prouiſionem obtinendam. deducit exiſten-
tiam dictæ conditionis, huiuſmodi deductio ſatis
poteſt dici de iure ipſius deducentis.Ratio eſt,quia
cum timeat ſuam prouiſionem primam non vale-
re, & ideo nouam prouiſionem petat, negari non
poteſt, quin noua prouiſio fienda ſit ſibi neceſſaria,
& de iure ſuo.Igitur non mirum,ſi omnia,ſine qui-
bus noua prouiſio haberi non poteſt, etiam de iure
ſuo cenſeantur,quia idem eſt iudicium de via,& de
termino, de ſpon.oratio. Item quia negari non po-
4 teſt,quando exiſtentia † conditionis ſit de eſſe actus
conditionis validæ. ff.de verborum ſignificationib.
l.cedere diem ff.de conditio. inſtitu.l.ſi ita quis hæ-
reditatem. Modo ſic eſt in mandato, quòd ſi per
euentum lit.conſtiterit auditori neutri ius compe-
tere, prouideat impetranti , vigore cuius impetra-
tionis aſſerens ius neutri competere petit prouiſio-
nem nouam ſibi fieri, & procedit ſaltem clariſsime,
vbi conſtat ex actis aliàs de non iure ſuo:quia tunc,
ſicut quodlibet aliud mandatum de prouidendo
diceretur de iure ſuo, ita iſtud,agitur, &c.Secundo
caſu dico ſecus , quòd deductio materiæ exiſtentiæ
talis conditionis eſt obiectiua , vt in caſu noſtro, de
quo agitur. quia aut talis ordinarius confirmatus
per modum prædictum petit declarari ſimpliciter
prouiſionem ſibi factam fuiſſe, & eſſe canonicam,
aut petit pronuntiari dictam prouiſionem fuiſſe &
eſſe canonicam à tempore confirmationis , & non
ante, aut petit copulatiuè, & ſimpliciter collatio-
nem ordinariam , & confirmationem fuiſſe cano-
nicam. In primo caſu apparet clare , quòd dedu-
ctio dictæ exiſtentiæ conditionis, eſt obiectiua:quia
cum ad effectum pronuntiationis ſufficiat probare
dictam prouiſionem eſſe canonicam, & etiam ali-
quo tempore fuiſſe, nec requiratur modus agendi,
probationem pro omni tempore iam præterito de-
ducere materiam , per quam appareat prouiſionem
prædictam certo tempore fuiſſe canonicam , vide-
licet impetratæ tempore confirmationis , & certo
tempore non fuiſſe canonicam , videlicet tempore
confirmationis præcedentis , & facit ad fundatio-
nem iuris ſui, tamen ſiue ſit, ſiue non ſit ſufficiat,
& reſultat idem effectus ad effectum dictæ proui-
ſionis obtinendæ. In ſecundo caſu obiectus adhuc
clarior eſt. Simile ponit Ioan. Andræ.in addit.ſuis
in prima parte Specul.titul.de teſte.§.ſequitur ad-
ditio , quæ incipit : & ſciendum eſt. Ibi , nunc vi-
dendum de articulis, quos cauſidici impugnatio-
nes appellant. Dicit enim , quòd ſi prouiſus Ca-
lend. Aprilis contra prouiſum Calend. Martij dat
articulum , in quo deducit vacationem de tempore
ſequen. Calend. Martij,articulus eſt impugnatiuus,
quia cum ſibi ſufficeret in genere ſine tali tempo-
ris limitatione deducere huiuſmodi vacationem , ſi
aduerſarium non haberet , & quo ad fundandum
ius ſuum , ſatis videtur , quod hanc temporis limi-
tationem ipſe deducit ad hunc finem ſolum , &
duntaxat , vt immittat in aduerſarium , & eum ex-
cludat , quia ſecundum eum nedum articulus eſt
impugnatiuus , cum per ſe ſolum conſideratus im-
pugnat aduerſarium , imò etiam cum adiunctus
cum alio hanc impugnationem inducit aliàs.ff.de
aqua pluui. arcen.l.ſi autem plures. & de flu.l.pe-
nulti. In tertio caſu dico, quia aut quantum tangit
dictam confirmationem , petit tantum illam pro-
nuntiari canonicam aut etiam petit illam ſuum ſor-
tiri effectum. Primo caſu idem, quod ſupra. Ratio
eſt,quia ad hoc, quòd dicta † confirmatio ſit cano- 5
nica,non eſt neceſſaria exiſtentia dictæ conditionis,
quia etiam ſi conditio non ſit vera,canonica eſt con-
firmatio, & non operatur,niſi abundantiorem cau-
telam, & excluſionem titubationis præſertim con-
ſcientiæ. Aut petit etiam pronuntiari , quòd dicta
confirmatio ſuum debitum ſortiatur effectum. Et
tunc dico, quòd quia iſta pronuntiatio non eſt ne-
ceſſaria, quo ad huiuſmodi beneficium , & canoni-
catum. & ſuum titulum in eo obtinendum,ſed ſuf-
ficit,quòd pronuntietur prouiſionem fuiſſe. & eſſe
canonicam. Præſumendum eſt , quia iſta petitio eſt
impugnatiua, ſicut iſta, qua peteretur pronuntia-
ri prouiſionem aduerſarij non valere per rationes,
de quibus ſupra, & per conſequens omnia , quæ
ad eam tenderent, & impugnatiua cenſerentur
ex ident

ex identitate rationis. Quarto caſu idem dico, quia non refert, an ſub verbo breui plura copularíuè, an vero per diuerſas orationes explicare huiuſmodi plura, vt probant etiam iura. Modo iſta petitio includit duo. Primo, quòd collatio ordinaria ante confirmationem non valuerit. Secundò, quòd poſt confirmationem valuerit. Modo quo ad primum c. immittit in alienum, ergo reſponſio patet ex dictis. Quod autem prædicta duo includit, quia aliter conditio confirmationis non eſſet vera, nec ipſa confirmatio per conſequens poſſet ſortiri ſuum principalem effectum, temporis incompetẽtia me allegare non ſinit. Vide, quòd dicta diſtinctio quadrimẽbris ſupponit, quod dicta confirmatio non inducat nouam prouiſionem, ſed facit valere à tempore datæ ſuæ collationem ordinariam, quæ anteà non valebat, ſicut econtrà no. in cle. vna de re. eccl. ſuper ver. infectis, & actis. quia verba dictæ confirmationis clarè hoc habent. patens eſt igitur ratio differentiæ inter caſum, in quo arguebat Nicol. ad caſum noſtrum, quia in primo petitur ab auditore noua prouiſio, quam etiam petere, & habere expediret, ſi aduerſarius non veniret ad cauſam. In ſecundo non petitur, niſi antiqua prouiſio canonizari, & in primo caſu nõ poteſt obtineri dicta prouiſio noua, niſi doceatur de non iure aduerſarij. Sed in ſecundo poteſt obtineri dicta prouiſio canonizari, etiam ſi de ſubcollectoria non doceatur. igitur, &c. Fateor tamen, quia ſi non produceretur confirmatio in caſu noſtro, & confiteretur dans de ſubcollectoria ſubcollectoriam, niſi aduerſarius impugnaret cõfirmationem date de confirmatione, eſſet de iure ſuo, ſed non admitteretur ad probandum per teſtes, ideo nihil ad factum. Item quia aduerſarius ſemper dictam confirmationem impugnaret, igitur per no. de confeſ. cap. j. lib. vj. fortius procederent ſupradicta ſi ſolum peteret ſe abſolui ab impetitione.

a ¶ Si prouiſus. *De prouiſione beneficiorum eccleſiaſticorum. Vide Archi. extra, de praben. cum nullus. de elect. c. j lib. vj. Et per Compoſt. extra, de reſcrip. c. capitulum ſancta crucis.*

CONCLVSIO DXXXII.

De prabendis. *Rubr.*

SVppoſito, quòd Petrus impetrans prætendens ſe ius habere ex perſona Titij, & Titium ius habuiſſe ex perſona Gul. vigore gratiæ vrbani, & acceptationis, & prouiſionis inde ſecutarum, petit pronuntiari acceptationem, & prouiſionem ſibi factam de beneficio huiuſmodi, vt vacañ. per mortem Titij vigore gratiæ ſuæ Greg. & Ioannes, qui impetrauit à papa illud beneficium, tanquàm vacans ex perſona Gul. ne producat acceptationem Titij factam poſt reuocatoriam domini Grego. licet obiectus de non iure Titij contra P. forte de iuris rigore non ſit plene probatus, tamen ius Titij actoris ipſius Petri ita reuocatur in dubium, quòd Ioannes, qui alias non haberet apertè, & clarè probare Titium habuiſſe ius, nunc clarius probare habeat, adeo quòd niſi doceat de alia acceptatione, Ioan. abſoluetur ab impetitione ſua, imò ſibi adiudicabitur beneficium, & alle. fortius ius. ar. C. de edic. Adri. tol. l. iij.

CONCLVSIO DXXXIII.

De priuilegijs. *Rubr.*

SI papa facit gratiam vni eccleſiæ in præiudiciũ alterius, non obſtañ. quibuſcunque ſententijs, non per hoc videtur ſublata ſententia lata de expreſſo conſenſu papæ: quia aliud eſt ſententia talis, ſicut dicimus de pacto. cap. j. de pact. lib. vj. & ita not. gloſ. dudum. de ſepultu. in fin.

CONCLVSIO DXXXIIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus eſt probandus per ſcripturam, ſi pars citata eſt vt veniat cum actis & monumentis ab homine.*

DIctus proceſſus † probandus eſt per ſcriptu- 1
ram, & ideo, quòd ad eum probandum non
debet dari remiſſio ſecundum ſtylum noſtrum,
quod intellige, ſi pars citata eſt, vt veniat cum actis,
& monumentis ab homine, vel forte per appellationem à iure. Alias ſecus. de procurato. c. dilectus. cum ſi.

CONCLVSIO DXXXV.

De reſtit. ſpoliatorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Decretum non ſolum inficit titulum, ſed & poſſeſſionem.*

IN poſſeſſorio petitorio iam ſuſpenſo [a] in cauſa a
beneficiali, cum ordi. papalem papalis reſerua-
tio produci poteſt. Ratio eſt, quia † decretum infi- 1
cit nedum titulum, imò etiam poſſeſſionem ſecundum omnes. Simile de renuntiatione de reſtitut. ſpolia. accepta. Plus dicit dominus Nicol. quo ad effectum abſoluendi, licet non quo ad effectum adiudicandi de omni alia probatione per literas, quæ non requirit diſcuſſionem, quia per eam conſtaret de non iure. Sed non ſum cum eo, quia obſtante ſuſpenſione fidem non facerent, cum iuriſdictio, & iudicium totum quo ad petitorium ſit in ſuſpenſo.

a ¶ Iam ſuſpenſo. *Suſpenſo, id eſt, pendente. ff. ad Sylla. l. propter.*

CONCLVSIO DXXXVI.

De reſtitu. ſpoliatorum. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Petitorium quando non ſuſpendatur.*

IN cauſa beneficiali non poteſt † vna pars pro eo 1
ſuſpendere petitorium, quòd ſpoliatum ſe dicit de vna domo pertinente ad beneficium, de quo agitur: quia illa eſt alia cauſa non commiſſa, & prophana, cuius etiam, ſi commiſſa eſſet, proceſſus non debet aliam cauſam beneficialem impedire. per not. Dyn. de regu. iur. nullus pluribus. in materia cumulationum.

CONCLVSIO DXXXVII.

De fide inſtrument. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Acta quando faciant fidem etiam contra illos quorum intereſt.*

ACta [a] habita † in cauſa beneficiali per appel- a
lationem deuoluta contra principalem, fa- 1
ciunt fidem, etiam contra illos, quorum intereſt,

qui

qui ſcinerunt cauſam,etiam ſi ſint tales,quorum intereſt, longe tamen poſt appellationem incepit, quia ſtatim cum interfuit eorum, ſi ſciebat cauſam agi, potuerit venire ad cauſam.de re iudic.cum ſuper.com ibi notatis per Innoc.

a ¶ Acta. *Qualiter intelligantur hac verba: acta: facta: geſta. colliguntur ex gloſ. ff. de cura bo.dan.l. de curatore.de offic.procon. caſa.l.j.in princip.ff eo.l.Labeo.Et an ſit differentia inter acta, & geſta, vide domi Iaſ.in l.ij. C de edendo. Adde etiam, quod acta fuerunt notorium ſecundum Innocen in c.ex inſinuatione. & ibi canoniſta. de appella. & eſt gloſſ.in c. ſignificauerunt. de teſtibus.*

CONCLVSIO DXXXVIII.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Citatione originali per edictum non affixa in locis in quibus mandatur affigi, ſed ſolum eius copia, citatio valet.*

1 LIcet citatio originalis † per edictum non fuerit affixa in locis, in quibus mandatur affigi, ſed ſolum in huiuſmodi locis affixa fuerunt tranſſumpta publica dictæ citationis, ſi tamen pars citata miſit procuratorem cum procuratorio ad cauſam iſtam ſpecialiter in eo deſignatam, & ſub data ſequen. dictam executionem, & præcedentem proceſſum agitatum vigore executionis antedictæ, & procurator non comparuit, niſi in concluſione, nihilominus valet proceſſus ante ſui comparitionem agitatus, quia veriſimile eſt, quòd ſciuerit citationem,& tenuerit ſe pro citato, potuit enim legitimus eius procurator vidiſſe in curia originalem citationem. Facit maximè, ſi non impugnetur proceſſus, ſecundum domi.Nicol.

CONCLVSIO DXXXIX.

De fide instrument. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento imperialis notarij ſi non apponatur, eſt ſtandum.*

1 SI pars † non opponit contra inſtrumentum notarij imperialis, ſtandum eſt ei. Nec iudex debet requirere probationem notariatus literæ, & ſigni, poſtquàm pars non opponit, nec excipit.

CONCLVSIO DXL.

De conſtit. De ſenten.excom. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans conſtitutionem, ſi inciderit in excommunicationem, an debeat petere ſe abſolui.*

1 IGnorans † conſtitutionem publicam, licet improbabiliter ſententia excommunicationis lata per illam conſtitutionem ipſo facto, quo ad Deum non ligatur, dummodo id quod facit, non ſit aliàs nimis malum, & maximè, ſi peccare non credit, vt ſi auditor, vel notarius videns literam remiſsionis non bullatam loqui in aliquo contra aliqua acta, in margine literæ ſcribit illud, quod habetur in actis, non recordatus, ignorans de conſtitutione audientiæ contradictarum contra taliter facien. excommunicationem ipſo iure promulgatã.cò, quòd excommunicatio requirit dolum. xj.q.iij. nemo epiſcoporum.nec aliter poteſt infligi per ſtatutum, quia aliter eſſet eo caſu iniuſtum contra c.erit autem lex. iiij. Dyn. & de conſue.& præſcript.c.fin. C. quæ ſit lon.conſue.l.ij. probatur de ſenten. excom.ca.j.& c. mulieres.iuncto c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.cum eccleſia iudicaret eum excommunicatum, quia talem ignorantiam non exaudiret. xvj.diſ. quod dicitis. depo.c.qui ma.accu.po.cum in tua.cum concordan. Ideo opus eſt abſolutione ſaltem ad cautelam, &c. Addit tamen domi. Nicol.quod ſi talis non petat ſe abſolui cum diligentia, ligari incipit, quo ad Deum: ſicut dicimus in ſententia lata ab homine, quia tunc ligat cum contemnitur. Sed domi.Franc.contra, & ego cum do.F. Ratio eſt quia ſi ſcit ſe non ligatum, ergo ſcit ſe abſolui non poſſe. ergo ſcit, quòd non tenetur petere id, quod ſibi fieri non poteſt, puta abſolutionem, ergo non petendo non contemnit. Secundo non peccat, ergo non ligatur, ſecus eſt in ſententia lata ab homine, quia illa quis ligatur re quo ad eccleſiam. Sed dices ita, hic certe non bene tunc diceres, quòd ſtatutum quo ad eccleſiam non ligauit non contemnentem, quia ſic eſſet iniuſtum. probat.c.ij.de conſtit.lib.vj.licet bene habeat iudex, quòd ligat illum, qui non probat ſe probabiliter ignoraſſe, quia aliam ignorantiam non exaudit, vt dixit.fa.bene not. per Paul.in proœmio. in clemen. ſuper verbo.de cætero. circa princip.& ff.de decret. ab ordi.fa.l.fin.

CONCLVSIO DXLI.

De accuſationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Mandans delictum an teneatur, ante perpetrationem delicti.*

2 *In accuſatione an debeat deſcribi locus & tempus maleficij an ſolum tempus facti mandati.*

3 *Ex delicto oritur actio contra mandantem, & non ex mandato.*

COntra mandantem delictum fieri [a] oritur actio a ex ipſo delicto propter mandatum præcedens, non ex ipſo mandato, & hoc tenet gloſ.ff.de ſeruo corru.l.j. §.ſuadente.ff. de furt.l.ſi quis vxori. §.nec verbis. & qui ſeruo. § j.eo.titu.vbi apparet, † quòd 1 non tenetur mandans, niſi poſtquàm factum eſt delictum. ideo reuocatio ſuperueniens, &c. impedit pœnam. not. de hoc de ſenten.excommunica.eum qui.lib.vj.in gloſſ. Ioan.Andr. Ideo tenet Bartol.de iniu. l. non ſolum, §.ſi mandato meo, ex quo concludit Barto.quòd in accuſatione † debent deſcribi 2 locus, & tempus commiſsi maleficij, non locus, & tempus facti mandati, & probatur ſecundum eum. ff.vi bono.rap.l.j.§.hoc autem edicto. & l.ſi vt proponis.ff.de fid.inſtrumen. In primo, videlicet quòd deſignari debeant locus, & tempus commiſsi delicti, ſto cum eo. Sed in ſecundo, videlicet quòd non ſit de tempore, & loco facti mandati, puto contrarium, quia nedum principalis articulus cenſetur eſſe impugnatiuus, imò & omnes facien. ad illud, maximè ſine quibus alias principalis materia non concluderet. not. Ioan. Andr. in titu.de teſte.prima parte. Specul.vbi tractat de articulis impugnatiuis. Modo delictum non ſufficeret, igitur quoniam magis operatur, vel tantum mandatum, ſicut delictum, quia omni caſu mandans ex mandato delinquit, etiam delicto aliter non ſecuto, & tamen

delicto

delicto ſecuto non mandans nunquàm delinquit,
imò ipſum mandatum opere ſubſecuto principali-
ter eſt illud, quod obligat ipſum mandantem. ergo
fortiori ratione mandatum requirit fortiorem ſpe-
cificationem, quàm delictum, ex eodem dicto con-
cludunt alij, quòd ſtatutum infligens delinquenti
pœnam ipſo iure omni caſu, intelligitur etiam de
mandato, licet de illo non faciat mentionem,ᵃ quia
3 non ex † mandato, ſed ex delicto oritur actio con-
tra mandantem, quod intelligunt quidam verum,
vbi ſtatutum eſt ſcriptum in rem, puta quia vult cle-
rici percuſsionem puniri pœna excommunicationis.
ſic intelligitur c. ſi quis ſuadente. iuncto c. mulieres.
& cum quis alleg. probat ſecundum eos hæc verba.
ff. ad l. Iul. de adult. ſecus tamen ſecundum eos, ſi ſta-
tutum eſt in perſonam, quia tunc mandans non in-
cluditur, niſi ex interpretatione. alleg. C. de vi & vi
ar. l. j. §. deieciſſe. ff. prout hanc diſtinctionem videtur
poſuiſſe Iaco. de Aret. & recitaſſe Bart. ff. ad l. Iul. de
adul. l. hæc verba. Modo ad pœnas, quæ infliguntur
ipſo iure, non videtur eſſe locus huiuſmodi inter-
pretationibus in ſtatutis, arg. regulæ, quæ à iure. &
regulæ, quæ in pœnis. & regula, odia. cum ibi not.
per Ioan. Andr. in q. fa. c. non ſolum. & c. conſtitu-
tionem. de re. lib. vj. ſimul iuncta. Sed dubito, quia
c. ſi quis ſuadente. loquitur in perſona. Sed diceret
quis, quòd c. cum quis. & c. mulieres. ſunt quædam
extenſionea, quod non bene video. Ideo dubito ſa-
tis. & vellem declarari.

a ¶ Mandantem delictum fieri. *Et an mandans delictum fieri includatur ſub diſpoſitione iuris, vel ſtatuti punientis eum, qui fecerit tale delictum: Vide Panor. in c. mulieres. de ſentent. excommu. adde ad materiam, quæ notat plene, & ſubtiliter Bald. in l. non ideo minus. C. de accuſa.*

CONCLVSIO DXLII.

De offic. legati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Mandati, de prouidendo aliquem de beneficio, executio, an expiret moriente legato.*

1 COnclusio, quòd mandatum † factum per le-
gatum de prouidendo certæ perſonæ de certo
beneficio tunc vacante, moriente legato ante man-
dati execut. ipſo iure expirat, per cap. præſenti. de
offic. lega. lib. vj. melius in ratione cap. ſi cui nulla.
ij. reſponſo. de præben. lib. vj. in nouella. cum ibi no-
tatis per Ioan. Andr. in diſſolutione ad cap. ſi ſuper
gratia. de reſcript. in ſexto. Idem in alio habente cer-
tam poteſtatem beneficia certa auctoritate apoſto-
lica conferendi re integra moriente.

CONCLVSIO DXLIII.

De prabendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Falſa narratio reddit gratiam ſurreptitiam.*
2 *Non eſt omnino falſum quod non careat primordio veritatis.*
3 *Expreſsio falſi in literis gratioſis præſumitur doloſe facta.*
4 *Quæ ſine conditione dicuntur, ſine conditione debent intelligi.*
5 *Taciturnitas eſt quædam ſimulata veritas, quæ cenſetur duplex falſitas.*
6 *Prædicata debent eſſe talia, qualia permittunt eorum ſubiecta.*

SVppoſito caſu præcedenti, ſi ille, qui obtinuit
mandatum à vicario domini Papæ, habente po-
teſtatem conferendi beneficia deuoluta certæ taxæ
de certo beneficio, quod dicebatur eſſe infra ta-
xam eidem vice illius per alium cóferendum, man-
dante mortuo re integra, narrat papæ prædicta,
ſaluo quòd de taxa mentionem non facit, & papa
mandat aliis executoribus, quòd ſi per euentum li-
tis, quam ille narrans habet cum alio, conſtiterit
neutrum ius habere. prouideant iſti, ſi dicta narrata
ſint falſa, vel ſi per alium modum vacet, quàm ex-
preſſum, mandatum eſt ſurreptitium. Idem tenui de
taciturnitate taxæ, ſed non placuit dominis. proba-
bam ſic, quia † falſa narratio in his, quæ mouere 1
potuerunt papam ad facilius concedendum reddit
gratiam ſurreptitiam. vt de elect. dudum Ro. in fin.
& de præbend. dudum. lib. vj. de offic. delega. cap. ij.
Modo hic fecit papæ dictus impetrans talem nar-
rationem, per quam, ſi vera eſſet, dedit papæ intelli-
gi. quòd ſi non fuiſſet mortuus dictus vicarius, qui
ſibi prouideri mandauit vigore dicti mandati, ſibi
debuiſſet prouideri. dixit enim illud beneficiũ tunc
vacare, & tantum vacaſſe, quòd eius collatio erat
ad ſedem apoſtolicam deuoluta, & quòd dictus vi-
carius habebat poteſtatem conferendi talia benefi-
cia ſic vacãtia, quorum collatio eſſet ad ſedem apo-
ſtolicam deuoluta, & quòd ille vicarius ita, vt præ-
dicitur, ſibi prouideri mandari mandauit. Ex quo ſe-
quitur, quòd ſi mortuus non fuiſſet ille vicarius, ſi
mandans executor ad prouidendum per eum de-
putatus, ille prouidere debuiſſet, & per conſequens
narraſſe videtur, quòd ſola mors dicti vicarij fuit in
cauſa, quòd dictum mandatum fuit extinctum. Et
ideo papa volens iſti caſui prouidere, videlicet ne
caſus fortuitus mortis dicti vicarij obſit iſti, prout
ad veritatem impetranti apoſtolico non obeſſet. de
reſcript. ſi ſuper. lib. vj. dedit ſibi alios executores
cum mandato ſimili. Primo ergo apparet, quòd
prouocatus fuit papa propter dicta narrata ad faci-
lius concedendum. Nam † non eſt omnino falſum, 2
quòd non careat primordio veritatis. l. cum filius.
§. hæres meus. ff. de lega. iij. Multum ergo conferunt
reliquiæ facti præteriti. vt not. Dyn. de regu iur. c. de-
cet priuilegium. lib. vj. per l. ff. de decurio. l. vnius. §.
ſeruus. & l. vlti. eo. titu. & per l. ij. & iij. ff. rerum amot.
potiſsimè, quia valde æquum eſt ſuccurrere illi, qui
per caſum ſine culpa ſua contingentem, alias ius
ſuum perditurus eſſet, vt regula, ſine culpa. cum
concor. & l. iuris ciuilis. ff. de condi. & demonſt. alias
ſequeretur, quòd ſi falſa expreſsiſſet papæ, ſe fuiſſe
familiarem, vel nepotem alicuius papæ Cardi. iam
mortui, quòd hæc falſa aſſertio non noceret: maxi-
me quia † expreſsio falſi in literis gratioſis præſu- 3
mitur doloſè facta. vt not. Innoc. de crimine fal. c.
accedens. maximè in ſciente eum, cui iſte, qui con-
feſſus eſt exceſſum taxæ. Sed contra prædicta inſta-
tur. Primo, quia licet expreſſerit omnia, de quibus
ſupra, non tamen expreſsit, quòd poteſtas data vi-
cario non eſſet limitata ad certam taxam, ſeu quòd
dicta eccleſia eſſet infra dictam taxam, de qua con-
feſſus eſt modo exceſſum. Secundo, quia dictus im-
petrans non fundauit ſuam concluſionem ſuæ im-
petrationis in dictis narratis, nec papa videtur etiam
in eis fundaſſe, ſed potius in litis euentu, quia dicit

ſi per

ſi per euentum litis &c. procu,quòd euentus iudiciorum dubij ſunt.ff.de pœ.l.quod debetur. Tertio, quòd non agitur hic de corroborando gratiam primam vicarij eius morte iam extinctam,ſed potius de noua gratia nòuiter concedenda. Igitur inefficacia dictæ gratiæ vicarij non videretur ponderanda hoc caſu. Quarto,quia palatium tenet,quòd impetrans talem gratiam,ſi per euentum,&c.non habet neceſſe facienda ad primum titulum ſuum, per eum narratum iuſtificare vel probare,modo ſic videtur.hic, ergo,&c. Ad primũ dico, quòd primò videtur narraſſe papæ dictam poteſtatem vicarij ex dicta taxæ limitatione non fuiſſe reſtrictam,ſed potius puram. Ratio eſt,quia narrans diſpoſitionem præcedentem in narratione non adiiciens conditionem, vel reſtrictionem,narrare videtur dictam diſpoſitioné fuiſſe
4 pure factam : quia † quæ ſine conditione dicuntur, ſine conditione debent intelligi, etiam ſi loquens conditionem agit in mente. C.de condictio.ob cauſam.l.ſi repellendi.& xxxij.quæſtio.vlt.cap.vlt.in fine.& ibi not.in vltima gloſ. & not. etiam de iureiurando. quemadmodum. in ſecunda gloſſ. maximè, quia culpa fuit narrantis, qui legem debuit apertius declarare. ff. de pact. l. veteribus. & regula, contra eum.lib.vj.cum ibi no.Imputari enim debet narranti,quare cum credere debuit.quòd papa dictam reſtrictionem intelligere, ſine diuinare non potuerit. ff.ad leg.Aquil. l. ſi putator. quare de ea papam non certificauit. Item dico idem de hoc, quòd non expreſsit propter taxæ exceſſum, ſub gratia vicarij, huiuſmodi eccleſiam non fuiſſe comprehenſam propter eandem rationem. Et quia huiuſmodi expreſſio totum vnum ſenſum, & intellectum expreſſorum totaliter immutaſſet, quia totus verus, & proprius ſenſus expreſſorum apud quemlibet audientem, impreſsiſſet in animo, dictam gratiam vicarij ab initio valuiſſe. Nam articuli de illa materia ad hoc concludentes fuiſſent,ſi eſſent aliàs ad propoſi-
5 tum admittendi.Et ita illa taciturnitas,eſt † quædam ſimulata veritas,quæ cenſetur duplex falſitas,ſicut dicit Io.mo.de ſimulata æquitate,quia duplex eſt iniquitas.& patet, quòd non ita prouocaſſent papam ad concedendum reliquiæ facti inutilis ab initio,ſicut vtilis.igitur,&c. Ad ſecundum dico,quòd in intentione impetrantis tria conſidero, videlicet id, quod mouit impetrantem ad ſupplicandum,& hoc tenet locum primi extremi. Secundum, per quod ipſe voluit inducere papam ad concedendum, & iſtud tenet locum medij. Tertium puto id quod voluit pars finaliter per conceſsionem ſupplicationis obtinere,& iſtud tenet locum ſecundi extremi. Primum verò fuit,ſeu potius eſſe debuit hoc caſu,quãtum colligitur ex narratis,videlicet quòd licet gratia ſibi facta per vicarium ab initio valuiſſet, cum per mortem legati deſiit eſſe,& extincta fuit probatio. Nam ideo talem ſupplicat ſibi de remedio prouideri,quia gratia prima non ſibi proficiebat,& exprimebat cauſam ſpecialem, quare ſibi non proficiebat,videlicet mortem vicarij, ergo eſt veriſimile,quòd expreſsit maiorem,& quòd ſi aliam habuiſſet, illam expreſsiſſet, ſi eam ſe poſſe obtinere, ſeu ſibi nocere putaſſet,ſicut not.Innoc.in ſimili.de doci.c.dudum.præſertim de eo, quòd geritur in mente, & non exprimitur, non cauſatur excuſatio, ſed potius accuſatio.vt prædixi.Et quòd eam ſciret patet,quia ſciebat poteſtatem vicarij limitatam ad certam taxam, cum copiam dictæ poteſtatis inſertam in dicto mandato haberet,& confeſſus eſt,vt ſupponitur, taxæ exceſſum. Interpretemur ergo in eius præiudicium. quòd videatur ſolum ſe retuliſſe ad narrata, quia † talia debent eſſe prædicata, qualia 6
permittũr eorum ſubiecta,ff.loca.l.ſi vno anno.cum ſimi. Tertium verò eſt clarum, quia intentio fuit ad viuificandam gratiam vicarij, ſed potius nouam, quæ fortior eſt,puta apoſtolicam gratiam obtinendam,ſed medium perueniendi ad illam,puta ſecundum,per quod voluit inducere papam ad concedendum : fuit narratio quæ præcedit. non enim ad tollendum ſurreptionem fit narratio antedicta, cum de gratia,quæ nulla eſt, non ſit neceſſe facere mentionem.ar.no.Inno.de elect.conſideramus. & regula non præſtat. cum ſimi. ergo ad inducendum papam ad facilius concedendum facta fuit ,ergo magnam partem ſuæ intentionis fundauit impetrans in narratione prædicta, licet tenderet ad alium finem, & ideo oporteret fateri de papa eadem ratione,per iſta ſupradicta.Nec obſtat, quòd papa etiam ſe retulit ad euentum litis, quia illud fuit propter hoc,quòd de lite in narratione fiebat mentio, & vt alteri parti ius ſuum in re præſeruaret, & etiam ex iure ad rem,ſi quod alteri competeret, iſta noua gratia ſurreptitia non redderetur, ſed nihilominus ex hoc non ſequitur, quia ex præmiſſa narratione ad iſta fuerit prouocatus. Ad tertium dico,quòd concedo antecedens,ſed nego conſequentiam, quia licet non ponderetur,vt amodo debeat canonica reputari,tamen ponderatur,vt ſciatur, an ita fuerit, prout narratur, pro eo, quòd talis narratio mouit papam ad facilius concedendum, vt dixi. Ad quartum dico, quòd palatium non tenet hoc ita late, & ſi teneret,malè teneret. Vnde ego facio differentiã magnam, vtrũ talis impetrans diſpoſitiuè narrauit ſe habuiſſe,vel habere titulum collocatum, de quo tamen modo dubitat,vel pro eo,quòd iſte titulus,licet coloratus ex aliquo capite non valuerit vel ſi valuerit,ex aliquo tamẽ caſu ſuperuenienti dubitatur fuiſſe extinctus,& tũc certe fateri oportet quòd talis narratio eſt probanda,pro eo,quòd potuit papã inducere ad concedendum, vt ſi paulopoſt creationem Greg.vacauit beneficiũ,& accepto, & fuit mihi prouiſum vigore literarum domini Vrbani iam reuocatarum per Gregor.Exemplum de ſecundo ſi acceptaui ante reuocatoriam.& poſt reuocationem fuit mihi prouiſum, non dico tamen quòd ſit probandum illum titulum modo valere,quia eſſet contrarium ipſius gratiæ intentioni. Aut non narrauit diſpoſitiuè prædictum titulum coloratum, ſed habet literam in forma conſueta, quòd ego ex tali cauſa,& tu ex tali prætendente in beneficio ius habere ſuper eo, inter nos orta erat materia quæſtionis iuxta formam petitionum veſtrarum Et hoc caſu ſola ipſa prætenſio, quæ diſpoſitiue ſola narrata eſt,eſt probanda, quia ad aliud papa ſe non refert. Et ita procedit concluſio palatij, ſed in caſu coloratus titulus, qui præceſſerat, diſpoſitiuè narrabatur,ergo,&c.

CONCLVSIO DXLIIII.

Vt lite pendente. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio & prouiſio vt attentata quando reuocentur.*

a SI pendente inquiſitione [a] contra Titium cano-
1 nicum ſanctæ † Mariæ, Io. admittatur ad huiuſmodi inquiſitionem proſequendam, tanquam ille, cuius intereſt, licet plus non fecerit, nec de intereſſe ſuo docuerit, tamen per hoc inducitur quædam pendentia litis, adeò quòd ſi lata ſententia ex officio, etiam Io. non inſtan. contra Titium, per quam priuatur Titius ſuo canonicatu, & appellato ab ea Io. expectatiuus ad præbendas illam præbendam, vt ſic vacantem acceptauit, & ſibi obtinuit prouideri, & ſe in poſſeſsionem induci, prouiſio & poſſeſsio ita debent, vt attentata reuocari. Ratio eſt, quia licet antequàm Io. admitteretur, nón faceret partem, quanquàm ſententia ſibi præiudicaret. ff. de re iudi. l. ſæpe. & extra eod. titu. c. quamuis. tamẽ poſtquam ius vult eum poſſe admitti ratione intereſſe, ſi admittitur, partem facit. Nec obſtat, quòd nihil fecit, quia adminiſtratio huiuſmodi non minus operatur, quàm in principali. Citatio quidem legitime executa facit; quia Clemen. ij. vt lite pendente, habet locum etiam in actore, etiam ante executionem citationis factam contra reum, vt palatium tenet, & in concluſione nemini contradicente aſſerunt.

a ¶ Pendente inquiſitione. *Nota, quòd aliquando inquiritur de perſona: aliquando de crimine: & alter proceditur in vno: & alter in altero. Vide per Innoc. extra de poſtu. prælato. c. j. & per alios etiam. Et de materia inquiſitionis, & procedendi per inquiſitionem, nota. per Hoſtien. & Goff. in ſum. de accuſ. & inquiſi & per Specul. eod. titu.*

CONCLVSIO DXLV.

De dolo, & contuma. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Non manifeſte contumax an poſsit à ſententia iudicis appellare.*
2 *Contumacia vera delictum in quibus conſiſtat.*
3 *Contumacia procuratoris non nocet domino.*

COncluſio, quòd citatus, & perſonaliter apprehenſus ad ſententiam audiendam non comparens, vel qui comparet, & monetur ne recedat, quouſque ſententia detur, & nihilominus recedit, hoc
1 non obſtante non dicitur † manifeſtè contumax [a],
2 quin valeat ab huiuſmodi ſententia appellare. Contrarium tenet Bar. ff. de re iud. l. contumacia. in prin. Idem videtur tenere Ioan. And. in Spe. titu. de contumacia. §. j. in magna addi. in fin. In hoc, quod dicit, quòd citatus ad vnum actum, quoad illum actum ſolum eſt contumax, & ab illo non appellat, ſed in
2 ſequentibus ſecus. Ita quòd delictum † contumaciæ veræ, quæ conſiſtit in vero cõtemptu iudicis, in hoc punitur, quia ex petitione illius actus, & facto iudicis non poterit appellare: & hoc probat l. contumacia. in princip. Nec aliqua l. diſtinguit, &c. ſecus ta-
3 men in vera † contumacia procuratoris, quia quo ad hoc delictum eſt, quòd non nocet domino, vt pulchrè not. Bart. ff. quando appel. ſit l. j. §. fi. & per Spe. titu. de contumacia. §. j. in fin. & per Innocen. vt lite non conteſta. c. j. licet in primo palatium ſeruet contrarium. Vide plenè de materia in dicta additione per Ioan. And. coniungendo eam cum gl. ſi ante. de dolo, & contuma. & cum not. per gloſ. & Inno. in c. eum qui. eodem titulo. lib. vj. & de ſent. excommu. ex venerabilibus. §. ſecus. Aeg. idem Corſien. epiſco. fortiſsima ratio, quia ſecundum omnes doctores, & gloſſ. ſcribentes iura loquentia ſecundum iſtam materiam non puniunt contumaciam commiſſam in faciendo, ſed in veniendo: ergo non extendunt id, quod expeditione termini eſt faciendum, ſed ſolum iudi. contemptum in non veniendo, ſcilicet propter diſſolutionem. l. creditor. §. iuſſus. ff. de appellatio. Ratio eſt, quia licet eadem contumacia videatur vocandus perſonaliter comparens, & recedens ante terminum, & expeditionem illicentiatus. de iudic. c. j. tamen etiam citatus, & perſonaliter apprehenſus hoc caſu non comparẽs, appellat. Ratio eſt, quia id, quod dicunt iura verum, ſeu veriſsimum, aut manifeſtũ contumacem non appellare. ij. quæſt. vj. ſunt quorum. xxiiij. quæſt. iij. de illicita. C. de iudi. l. & poſt edictum. §. properandum. §. cum autem. & C. quorum appel. non recip. l. j. ff. de iudi. l. poſt edictum. §. fina. intelligi debet de illo, qui eſt omnino contumax, vel ſaltem de illo, qui contumax eſt in his, in quibus poteſt eius præſentia aliquid vel pro iudice, vel parte in eius præiudicium operari: vt puta in termino ad reſpondendum libello, vel in aliis, quæ ſequuntur litis conteſt. & præcedunt ſententiam, vt in termino ad reſpondendum poſitionibus, &c. & ita loquitur l. properandum. §. cum autem. quorum appell. non recei. cum ſimilibus. Secus verò, ſi contumax eſt in termino ad audiendum ſententiam, quia ille terminus non fit, niſi in fauorem citari, vt alleget pro parte ſua, tunc coram iudice ratione iuris, vel facti pro parte ſua facien. Nec quantum tangit aduerſarium eſt aliquid ad expendiendum, niſi per iudicem, & iuri, & fauori ſuo poteſt actor renuntiare. l. ſi quis. C. de pactis. Primò ll. quæ dicunt, quòd verè contumax non appellat ciuiliter, ſunt intelligendæ, quia contumaciæ genus non deſignant, & antiqua obſeruatio hoc interpretatur. ar. l. diuus. ff. de reſti. in integr. c. generali. facit clemen. ſi ante. de dolo. vbi plenè in glo. de hoc, quia loquitur de recedente non tempore ſententiæ, ſed ante. alleg. not. per Bart. ff. de inoffi. teſtam. l. Papi. § meminiſſe. vbi no. poſt docto. quòd licet dicant iura ſententiam præiudicare illis, quorum intereſt, niſi lata fuerit pręſente principali defenſore, tamen ſatis dicitur præſens, ſi fuerit præſens vſque ad concluſionem, quia poſtea eius vera præſentia non requiritur. non adhæreas præſentibus, quia non attenditur natura rei in termino expediente, ſed ſolus contemptus non venientis. De primo videtur text. ff. de appella. l. creditor. §. iuſſus. cum diſſolutione doct. Secundo videtur text. de re iudi. l. contumacia. in prin. & Spec. tit. de contuma. §. j. exemplificat cum gloſ. not. Barto. ff. de re iudica. l. contumacia. in princip. & Specu. tit. de contuma. §. j. Et caue, quia non idem de contumacia procuratoris. Not. Innocent. extra vt lit. non conteſta. cap. j. & Specu. de appellatio. cap. j. de contuma. §. j. in fine. & Bartol. ff. quando appellandum ſit. §. j. in fine. vbi ponit Bartol. rationem huius, & etiam

quando

[illegible] procuratori [illegible] exit appellare, qualiter [illegible] potuit appellare. Et ibi omnino vide. [illegible]

¶ Manife[illegible] contumax. *Ille autem dicitur manifeſtè contumax, qui quando offenſa eſt notoria, & iuſſus à iudice non vult emendare. vt extra de verb. ſign. c. ex parte. circa finem. vbi etiam dicitur quod excommunicatio non debet imponi, ſeu ferri, niſi pro contumacia: quia cum quis paratus eſt audire eccleſiam, quare habebitur ab ea ſicut ethnicus, & publicanus?*

CONCLVSIO DXLVI.
De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reus quando ſit ab impetitione actoris abſoluendus.*

REus[1] nihil probans ab impetitione actoris nullam petitionem dantis eſt abſoluendus, quia [illegible]petere videtur, qui temerè ad iudicium vocat. Sed ſuper impoſitione ſilentij, quo ad principale, domini fuerunt diuerſi, & ſatis dubij. Item conſuluerunt quod non ab impetratione ſeu inquietudine iudicij.

CONCLVSIO DXLVII.
De procuratoribus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *E[illegible]ſcopus nominatus conſtituens procuratorem, is procurator cuius nomine dicatur conſtitutus, an proprius, an vero eccleſia.*

COnclusio † quòd ſi Ioan. epiſcopus Carpen. n[illegible]m natus ſe epiſcopum dictæ eccleſiæ con[illegible] procuratores generales in omnibus cauſis, [illegible]etur nomine eccleſiæ conſtituere. Tum [illegible]nia, quæ habet in dubio præſumuntur ec[illegible]or. C. de epiſc. & cleric. authen. licentiam. & [illegible] pecu. cap. j. Tum quia debet præſumi, [illegible] ita diligens in cauſis eccleſiæ, ſicut in pro[illegible] prima ratio, vt puta cardinali epiſcopo ceſ[illegible]ia minores redditus, quos percipit, ſunt red[illegible] eccleſiæ ſuæ: plus enim redditus capellæ, & [illegible]m beneficiorum ſuorum in decuplo. Ideò præ[illegible]io [illegible]oc caſu præſumptione tollitur, ſecundum [illegible] Innoc. de eo, qui fur. or. ſuſce. cap. innotuit.

CONCLVSIO DXLVIII.
De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *[illegible]bens poteſtatem habilitandi tenentes iniuſte be[illegible]a, non habet poteſtatem conferendi vacantia.*

NV[illegible]s apoſtolicus habens poteſtatem à pa[illegible] [illegible]ndi tenen. iniuſtè beneficia eccle[illegible][1] [illegible]tinenda, & eadem beneficia eiſdem ob[illegible] nouiter conferendi, non habet poteſta[illegible]ren[illegible] vacantia, per extrauag. execrabilis. [illegible]atione generali illius extrauagan. de [illegible]ij. lib. vj. cum ſimil.

¶ [illegible]ia eccleſiaſtica. *Nota quòd beneficia eccleſiaſtica [illegible] ſimoniacam vel præbenda [illegible] c. ex multis. Adde qu[illegible] beneficia eccleſiaſtica danda ſunt clericis, quibus paren[illegible] non ſuffragantur. j. q. ij. clericos. & c. ſeq. & illos qui [illegible] eccleſia [illegible] ſeruiunt j. q. ij. clericos. Et qui ex bonis pa[illegible] [illegible] ſunt, ſi beneficia eccleſiæ percipiunt, ſacrilegium committunt [illegible] ij. clericos & cap. ſeq. & cap. ſi quis. quod tamen hodie non ſeruatur, & malè, dicit gloſ.*

CONCLVSIO DXLIX.
De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Collatione ceſſante ceſſat habilitatio.*

IN caſu proximè dicto non poteſt talis diſpenſare in caſu dictæ extrauag. quia ibi requiritur habilitatio ad ordines, quæ non eſt conceſſa, & tamen maior eſt, quia † habilitatio fit propter collationem, 1
ergo ceſſante collatione illa ceſſabit, per communia iura. Item quia diſpoſitio eadem ad ambo debet referri vniformiter. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. l. quamuis.

CONCLVSIO DL.
De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad acceptandum poſſeſſionem ſi ſpoliet alium, dominus non tenetur.*

SI † procurator datus ad acceptandum poſſeſ- 1
ſionem, & beneficium nanciſcendum ſpoliat alium, dominus non tenetur, quia non videtur mandaſſe. ff. de condit. indeb. l. ſi procurator. ff. ſi quis ius. non obe. l. vna. §. ſi procurator. & ibi per omnes doct. plene, niſi quòd primò ſciuerit ſpoliationem nomine ſuo factam non contradixerit, vt extra, vt lit. non conteſt. c. j. & not. per Innoc. ibidem: & plenius per eum de fideicom. cap. quòd quibuſdam. Nec ſufficit verbo reuocare, niſi de facto ipſe dominus mandet procuratori quòd deſiſtat. argum. de eo qui mit. in poſſeſ. c. j. Sed dico, quòd non tenetur mittere expenſ. ſuis, vbi longe eſſet, ne dolus procuratoris ſibi obſit. contra l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtam. in fi. Nec per conſequens durante hoc debetet contra eum, ſeu pro eo proceſſus petitorij impediri. argum. regulæ non debet lib. vj. niſi propter moram, vel culpam purgandam factum procuratoris præſumeretur ratificatio, vel conſenſus in domino per prædicta. ita dixi, vt patet omnibus.

CONCLVSIO DLI.
De teſtibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa allegationibus viam præcludit.*

IN cauſa propbana poſt concluſionem † occaſione 1
publicandarum atteſtationum non eſt concluſio reuocanda, nec poſt concluſionem terminus aſſignandus ad dicendum contra atteſtationes, ſed tunc, prout poteſt fieri, earum copia detur. Ratio primi, quia articulus ante concluſionem debuit peti. Ratio ſecundi, quia licet non renuntiato poſt concluſionem poſſit pars dare iure allegationes, concluſio tamen in facto allegationibus viam præcludit, quia illa debent fieri ante ſententiam, & licet auditor retinuerit ſibi poteſtatem concluſionem reuocandi, hoc ſolum concernit eius arbitrium, & fortè intelligitur, ſi videlicet ad boni viri arbitrium iuxta cauſæ naturam fuerit reuocanda. Veruntamen ſi copia atteſtationum data, æquitas dictaret illa tacta eſſe, propter quæ deberet concluſio reuocari, bene faceret reuocando. præmiſſa dixi, & domi[illegible]s omnibus concorditer placuerunt, & domino Corſien.

CONCLVSIO DLII.

Vt lite pendente. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Petens reuocari attentata in præiudicium appellationis vel litis, an teneatur docere de ſuo intereſſe.*

1 COnclusio, quòd licet petens † reuocari attentata in præiudicium appellationis, vel litis
non teneatur de iure, vel intereſſe ſuo docere etiam
coloratè, & in hoc differt iſte articulus in poſſeſſorio
beneficiali principaliter attentato: tamen vbi conſtaret de non iure peten. attentata huiuſmodi reuocari debent compelli, & in hoc conuenit dictus articulus cum dicto beneficiali poſſeſſorio, & etiam in
his duabus conclusionibus omnes pariter concordarunt nemine diſcrepante, vnà etiam cum domino
archiepiſcopo Corſien.

CONCLVSIO DLIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum Papæ ſuper alienatione rei immobilis eccleſiaſticæ, an valeat.*

1 SI facta † alienatione [a] rei immobilis eccleſiaſti-
a cæ, partes aduerſus huiuſmodi alienationem
certam concordiam faciant, & poſt huiuſmodi concordiam illa pars, in quam facta eſt alienatio, impetret ex certa ſcientia papæ confirmationem alienationis prædictæ, non facta mentione de dicta concordia, & alia pars nihilominus impugnet dictam
concordiam, ex cauſa confirmationis prædictæ non
poteſt ratione dictæ concordiæ per eum impugnatæ
dictam papalem confirmationem ſurreptitiam allegare, quia eam impugnando, dicit eam non valuiſſe,
& per conſequens de ea non fieri mentionem, & dicendo gratiam propter eius taciturnitatem eſſe ſurreptitiam, dicit eam valuiſſe, & allegans contraria non eſt audiendus. C. de fur. l. j.

a ¶ Facta alienatione. *Caſus in quibus prohibetur alienatio rei eccleſiaſticæ ponit Bart. in auth. hoc ius porrectum. in vij oppoſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi etiam aliquid per ſcribentes. & an & quando conſuetudo poſſit diminuere, vel augere ſolennitatem in alienatione rei eccleſiæ, vide per canoniſtas in c. cum cauſa. de re iudic. & præſertim latè per Felin. ibi.*

CONCLVSIO DLIIII.

De re iudicata. *Rub.*

COnclusio, quòd petitione data per actorem
ſuper adiudicatione fienda reo nullam petitionem danti, poterit vigore libelli actoris fieri adiudicatio, ſi non de iure actoris, & de iure rei conſtet
in actis. per not. Innoc. de offic. deleg. c. cum contingat. de reſtitut. ſpol. ex conqueſtione. videtur te[x]. de
re iudic. cum cauſa. in fine.

CONCLVSIO DLV.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cancelaria an poſſit committere cauſas non deuolutas, partibus non præſentibus, & abſque ſpeciali mandato Papæ.*

2 *Conſenſus priuatorum in ſupplemento defectus circa iuriſdictionem nihil poteſt.*

3 *Quod fit vltra fines mandati eſt nullum.*

COnclusio ſecundum dominum archiepiſcopum Corſien. dominum Robertum, & me,
quòd ſi procurator limitatus ad cauſas deuolutas,
& deuoluendas præſente aduerſario in curia impetret committi cauſam propter partium præſentiam
per cancellariam ſine ſpeciali mandato papæ, & proceditur vſque ad conclusionem inter iſtum procuratorem prædictum, & dictam partem aduerſam in
cauſa prophana ſine alia commiſsione, proceſſus totus eſt ipſo iure nullus: tũ quia iſta cauſa nunquam
fuit deuoluta, nec habuit ſpeciale mãdatum dictam
cauſam deuoluẽdi dictus procurator limitatus: item
quòd adeò eſt nullus, quòd non poteſt per ratihabitionem, vel ſcientiam domini confirmari, iuxta
not. Inn. de reſcript. ex parte decani. Ratio eſt, † quia 1
etiam peccat ex defectu iuriſdictionis: quia cancellaria non poteſt committere cauſas non deuolutas,
niſi ambæ partes ſint præſentes ſine ſpeciali mandato papæ, & ita commiſsio eſt ipſo iure nulla. ergo
non poteſt reconualeſcere. de præſcrip. auditis. cum
ſimilibus. Et per not. Ioan. Andr. in regula, ratum. in
quæſtionibus ibi per eum diſputatis. & per Inno. de
offic. deleg. prudentiam. & maximè, quia conſenſus
priuatorum † in ſupplemento defectus circa iuriſ- 2
dictionem nihil poteſt. per l. priuatorum. C. de iuriſ.
omn. iud. licet teneat palatium ſecus: vbi de ſpeciali
mandato papæ cauſa committeretur, quia tunc non
curaremus de perſona impetrantis, dummodo tec[um]
peteretur per partes. argu. ff. de reg. iur. l. hoc iure. not.
Spec. in ſpe. ij. parte. tit. de appelat. §. nunc breuiter.
verſic. quid ſi appellauit. Item ſecus eſſet in actis habitis coram vero iudice per non procuratorem. per
l. licet. ff. de iudic. & ff. rem rat. hab. l. iij. §. falſus. Sed
dominus, & alij dixerunt contrà, quo ad ſecundam
partem dictæ principalis conclusionis: quia dicit,
quod id, quod facit cancellaria, facit papa, & quòd
vicecancelarius eſt loco miniſtri, & ideò non inſurgit nullitas ex defectu præſentium partium, ſed ſurreptio. de reſcriptis. ſuper literis. Sed non valet motiuum, quia licet papa videatur facere, &c. hoc eſt verum. vbi faciunt infra poteſtatem ſui miniſterij eis
datam. alias non. Pone enim: mitto ſamulum, qui vt
miniſter certa verba obligatoria pro me dicat, dicit
vltra quàm ſibi commiſi, ero obligatus? cert[e] non,
hoc enim regulare eſt, quòd † id quod fit vltra fines 3
mandati, eſt nullum. de præben. cap. fina. cum ſimil.
& ita non obſtat. ff. de conſtit. pec. l. qui autem. §. fin.

CONCLVSIO DLVI.

De re iudicata. Et de reſti. ſpol. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iurata cautio quando ſufficiat.*

COnclusio quòd ſi poſt ſuſpenſionem petitorij
lata † pro ſpoliato ſententia in poſſeſſorio ſpo- 1
liatus obtinet commiſsionem, qua mandatur, quòd
ſi pauper eſt quo ad fructus, & expenſas recipiat ir
cautio, quam præſtare poteſt de ſoluendis fructibus & expenſis, & quòd credatur ſuo iuramento
ſuper poſſeſsione reſtituta, & ille probauerit ſe pauperem, nec poſsit dare fideiuſſores, ſufficit iurata
cautio, vt not. per c. veſtras. de donat. inter virum &
vxo.

[illegible] & [illegible] auth. generaliter.not. de ſ[illegible]n.ex[illegible] venera[illegible]. & quo ad iuratoriam ſtitut [illegible] ,qu[illegible] quo ad hoc gratioſi eſt, hoc enim potuit papa ſicut ab initio tollere ſu[illegible]nſionem in totum. Item, ſi creditur dicto ſuſp[illegible]ris, non mirum ſi credi poteſt papa mandan te [illegible] ſpoliationis, quo ad effectum procedendi in petitorio, ſaluo quòd per hoc executio minime differatur, & quòd per hoc manus executoris in aliquo non ligentur.

CONCLVSIO DLVII.

De reſcriptis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Verba coniunctim & diuiſim, in commiſſionibus quid denotent.*

COnclusio, quòd ſi de mandato ſpeciali papæ committitur cauſa ſuper eccleſia parochiali, necnon ſuper iuribus, prouentibus, reditibus ipſius parochialis eccleſiæ, poteſt intentari vigore huiuſmodi commiſſionis, nedum cauſa beneficialis, imò etiam cauſa prophana ſuper pecuniis & decimis, maxim[illegible] agitur etiam ſuper eccleſia, vel ſi eſt † in
1 commiſſione verbum coniunctim, & diuiſim, quia in commiſſionibus veniūt omnia, quę poſſunt comprehendi ſuper verbis Innoc. de reſcriptis ſuper literis. & quia largus eſt papa ad concedendum, nos n[illegible] debemus eſſe ſtricti ad commiſſion. huiuſmodi [illegible]ngen. argu. d. cap. ſuper literis. in fine. Nec obſt. [illegible]s, quæ fieri poteſt per proximam rationem, quæ [illegible] potiſſimè ceſſat, cum alterum de duobus pro[illegible] præcedentibus interuenit, vt dixi.

CONCLVSIO DLVIII.

De cauſa poſſeſ. & propr. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quod procedi poſſit in cauſa non præſtita cautione.*

COnclusio, quòd ſi lata ſententia † in poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio ſpoliato omiſſa condemnatione fructuum & expenſarum per ſpoliato[illegible] [illegible] extenſum ab eo appellatum, mandet papa [illegible]ri ſecundo, quòd ſuſpenſione non obſtante pro[illegible] in vtroque præſtita cautione de ſoluendis fru[illegible] & expenſis, in quibus dicitur condemnatus, poſſ[illegible] ſtatim procedi non præſtita cautione: cùm in [illegible]s n[illegible] facta fuit condemnatio, nec eſt prius danda [illegible]ſſio, cùm per hoc appellationi renuntiare cogeretur: quod non eſt faciendum, igitur, &c. Ægid.

CONCLVSIO DLIX.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa appellationis, an tria tempora, de quibus loquitur c. ſtatuimus. de elect. ſint obſeruanda, & an procedi poſſit in cauſa nondum elapſis dictis tribus temporibus.*

1 COnclusio, quòd ſi de cauſa beneficiali [a] appellatur, † & tria tempora, de quibus loquitur cap. ſtatuimus. de elect. lib. vj. fuerunt lapſa, videlicet menſis à die, iter arripiendum. & ſequens [illegible]mpus arbitratium datum ad veniendum ad xx. dies, dictum tempus arbitrarium immediatè ſequens, per quos eſt abſens expectandus, poteſt procedi, poſtea quomodocunque etiam poſt annum à tempore appellationis interiectæ, & dictorum trium temporum iam lapſorum computandum, & vltra vna parte adueniente contra aliam partem abſentem per audientiam. Tum quia licet dicta tria tempora ſint ſeruanda antequam procedi poteſt, tamen non dantur ad proceſſus inchoatos. Tum quia licet ſit circunductum edictum primæ comparitionis, bene ſufficit citatio noua, quæ ſecundum naturam cauſæ deuolutæ habet fieri per audientiam. Tum quia talis citatio iuris non citat ad iſtum actum, vel ad illū, nec ad iſtam diem plus quàm ad illum, ſed arctat ad totam cauſam, & arctat ad procedendum in curia quandocunque per audientiam citationes emanebunt, ſine quibus de ſtilo palatij eſſet proceſſus nullus. & ita prævidere, & cogitare debet quęlibet pars, quòd per audientiam citare potuerit, & debet, vel in cauſa appellationis ſtatim poſt tempora lapſa procedere, vel tenere procuratorem, qui habeat audientiam contradictarum cuſtodire. Simile not. in clemen. tanquam. de elect. in gloſ. quid ergo. in fine. Sed Robertus & Benedictus contrarium primitus ſentientes, in contrarium allegabant vnum, quod per Specul. not ij. parte ſpecu. tit. de appellatio. §. nunc breuiter. verſic. hoc autem certum, cum duobus ſequent. & per Compo. in cap. ſtatuimus. de electio. libro ſexto. alleg. videlicet, quòd pars præueniens non videtur ſeruaſſe tempus viginti dierum, &c. niſi inter illud tempus ſaltem impetrauerit auditorem, &c. Sed nec illud eſt verum, nec ſi verum eſſet, ad propoſitū facit. Primò quidem non eſt verum, quia† viginti dies dictæ 2
expectationis non computantur à tempore aduentus alterius partis præuenientis, ſed computa[illegible]tur à fine menſis dati ad iter arripiendum, vt notat Hoſtienſis & Archidiacon. in dicto cap. ſtatuimus & Ioannes Andr. poſt eos, & ſubaudio: & à tempore lapſus termini arbitrarij ad veniendum dati, quia illa duo tempora hoc tempus tertium præcedere de neceſſitate habent: nec mirum, quia aliter ſequeretur, quòd ſi ex fortuna venti per mare veniret pars vna infra triduum à tempore appellationis interpoſitæ: cùm tamen tempus itineris arripiendi, & tempus veniendi fortè faceret quinque menſes, quod ſtatim infra vigintitres dies à tempore interpoſitæ appellationis contra abſentem non culpabilem procederetur, ſic quòd poſſit fieri definitiua contra indefenſum reuerà non contumacem: quod eſſet iniquum. Sed dices ſaltem à tempore aduentus poſt tempora, &c. nihil valeret, & ſi veniſſet ante tempora. Item eſſet iniquum & contra mentem Hoſtien. & Archidiac. & doct. & dictæ decret. quod ſine cauſa compelleretur pars volens procedere venire ſtatim poſt tempus arbitratium, pro huiuſmodi expectatione facienda. Quid enim ſi videns illa tempora neceſſaria expectanda, habens per illos viginti dies extra curiam aliquid expedire, vult eſſe extra curiam ad faciendum ſua negotia per illos viginti dies: quid parti obeſt? certè nih[illegible].

quid enim [illegible] facerent? certe nihil. fruſtra igi tur fieret [illegible] aliquando. cum concor. Sed quæreres: qualiter ergo intelliguntur verba literæ, quæ [illegible] dicit: ſed ſi pars altera non venerit per viginti [illegible]es poſt aduentum alterius expectata, in electionis negotio, non obſtante cuiuſcunque abſentis contumacia, ſicut de iure fiunt procedetur. Certe ego dico, quòd textus ſupponit, quod pars aliqua ſtatim poſt duo tempora prima venerit, quia verbum aliqui, eſt partitiuum: not. C. de ſumma trinitate. l. j. ſuper verbo, quos. & qui de vno negat, de alio videtur concedere. de præſumptio. nonne. ff. de iudi. l. cum prætor. C. de procurato. l. maritus. Ideo oportet text. int[illegible]ligere in caſu, in quo ſuus menſis, ſed potius tempus arbitrarij cum vnius partis præcurrentis aduentu concurrit, & vbi non præcurrer[illegible] quod intelligantur iſti viginti dies currere à tempore [illegible] plus temporis arbitrarij ſupradicti, ſecundum [illegible] & Archidia. & iudicium rectæ rationis [illegible] pr[illegible]tur. & miror de Compre. & Spe. qu[illegible] cc. quòd ſolam expectatiuam requir[illegible], non ergo requirit aliquem proc[illegible] vel aliq[illegible]â impetrationem fieri interim. Secun[illegible]dico, quòd etiam ſi dictum præcedens eſſet verum non [illegible]eret ad propoſitum: quia non quærimus [illegible] tempora obſeruandi, ad quem modũ di[illegible] Compre. & Specul. ſe refert ſolum, & duntaxat: ſed quærimus modò ſolum de tempore, quo poſt tempora iam ſeruata poterit in cauſa taliter deuolata inchoari proceſſus, cui inchoationi non re[illegible]ur per aliquam conſtitutionem poſitiuam aliquod [illegible]mpus ſaltem anni, vel biennij eſſe præfixum. Dicit enim dicta conſtitutio: procedetur, ſed non dicit quo tempore ſit neceſſarium ſimpliciter huiuſmodi inchoari proceſſum.

a ¶ Cauſa beneficiali. *Cauſa beneficialis dicitur ſiue agatur de dignitate ſiue de perſona, vel officio, vel præbenda, vel beneficio. argu. eorum, quæ notantur extra de reſcrip. cap. ſi gratioſè. & cap. ſi propter. lib. ſexto.*

CONCLVSIO DLX.

De exceptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Falſa narratio an reddat gratiam Papæ nullam.*

1 Conclu[illegible]ſio, quòd ſi P. qui ex perſona Ioann. ex cauſa permutationis † eum eo, & cum alio de beneficio in tx. vel alio quouis modo ius habere in certo canonicatu prætendit, ad probandum ius Ioan. poſt concluſionem factam in cauſa, & omnibus terminis palatij aliàs ritè ſeruatis, producat literam apoſtolicam, per quam mandatur in forma: di[illegible] arbitra[illegible] dicto Ioan. prouideri de huiuſmodi canonicatu, tanquam de vacante per promotionem canonici dictum canonicatum obtinentis ad quandam eccleſiam cathedralem, & opponatur per ad[illegible]erſarium ipſius P. ipſi Petro, primò, quòd ipſe Ioan. qui aſſeruit in gratia à papa ex cauſa dictæ permutationis [illegible] aut alia [illegible] facta ſe eſſe doctorem, & famil[illegible]rem vnius cardinalis in his duobus falſum ſe aſſer[illegible]t: ite[illegible], quòd idem Ioan. in eadem gratia non fecit mentionem de quadam capella certæ eccleſiæ, quam ta[illegible]pellam obtinebat: Item, quòd Ioann. in impetr[illegible]ione prima eiuſdem canonicatus non fec[illegible] mentionem quòd P. eſſet familiaris illius eiuſdem cardinalis, cuius erat familiaris idem Ioann. ſed eſt verum, quòd idem dominus cardinalis gratiam ipſius Ioann. procurauit. item, quòd ipſe Ioan. fuit tempore dictæ permutationis excommunicatus, quia mutuum per eum receptum monitus ipſe conſentiente de ſoluendo in certo termino non ſoluit, &c. & alioqoin lata excommunicatione in eum, & lapſo termino fuit denuntiatus. Hæc denuntiatio non facit ad effectum peremptoriè, licet ſufficeret ad effectum dilatoriè. Fa. not. Ioann. Andr. de except. pia. & de ſentent. excommunicatio. cum deſideres. in nouella. & ita hic non obeſt, nec hic ex præſumptionibus iudicamus in materia obiectiua: quod intellige, niſi talis fuiſſet eo vocato iudicialiter ſeruatis ſeruandis declaratus, ſeu denuntiatus: quia talis ſententia contra enm pro iure haberetur. ff. de ſtat. homi. l. ingenuum. & l. res iudicata. ff. de regul. iur. Primi duo & vltimi dictorum obiectorum ſunt repellendi. De primo, & ſecundo eſt clarum, quia deducunt negatiuam non coarctatam. C. de probat. l. actor. De quarto eſt clarum, quia conſtitutio facta eſt in fauorem cardinalis, qui inter duos ſuos familiares de beneficio procurauit, & non poteſt prætendi deceptus. argu. C. de reſcind. vendic. l. quiſquis. De quinto eſt clarum, tamen quia oon ſolutio ſecundum Innocent. de accuſa. ſuper his. in hoc caſu eſſet oeceſſaria ad probandum, quæ tamen eſt quædam negatiua non determinata, & per conſequens improbabilis, vt ſuprà facit. de ele. bone. cum ibi no. per Innocen. Fateor tamen, quòd probatio doctoratus, & familiaritatis narratorum in gratia Ioan. non pertinet ad P. quia pertinet ad Ioann. ſecundum Ioann. And. de lit. conteſtat. c. exceptionis. de regul. iur. in ſamibus. in quæſtione ibidem per eum diſputata. De tertio verò puto, quòd materia eſt bona. de præbend. ſi motu. libr. vj. & quòd ſi forma eſt bona, nec apparet ex proceſſu cauſæ, quod aduerſarius P. potuerit præuidere hanc exceptionem à natura ſibi competere, & hoc iurare voluerit, quòd terminum laptum in concluſione non obſtante audiri debebit, quia de nouo, &c. ff. de interroga. actio. l. de ætate. cum ſimilibus. probant c. j. in fin. & c. vt circa. in fine. de elect. lib. vj. & ca. paſtoralis. de exception. licet dominus Nico. & quidam cum eo videntur innuere velle pro parte contraria arguere dicen. ſtylum obſtare in contrarium ſeruatum eſſe: tamen quia obiiciens ante omnia debuit præuidere, quæret ſi aliqua obiect. ſibi poterat competere. Tum quia materia eſt odioſa. Tum quia in ſecunda inſtantia poſſet reparare, & in tertia. Tum quia prima opinio obtinuit per dicta iura. Si verò iurari voluerit, repelli debuit, & reputari calumnioſus: maximè, quia ſuper qualibet exceptione, & in qualibet parte litis debet exigi huiuſmodi iuramentum, ſeu ſaltem poteſt. de iuramen. calumn. c. ij. in fin. libr. ſexto. Et probant iura prædicta: licet aliqui domini videntur primo velle contra, qui poſtea ſe reduxerunt. Sed etiam dominus Nicolaus & domini alij ſe ſatis reduxerunt.

CON

CONCLVSIO DLXI.

D[illegible]m. *Rub.*

SVMMARIVM.

[illegible] *obit* [illegible] *non* [illegible] *ecificata, ad probandum* [illegible] *non debet.*

a C[illegible]luſio, qu[illegible]d ſi p[illegible]ſſeſſor ſecundus in data[a] c[illegible]tra a[illegible]rem [illegible]rimum in data, cum ad eandem co[illegible]ationem expectarent, & ambo idem beneſi[illegible]m poſt vtriuſque purificationem infra tempus [illegible]b[illegible]rum acceptaſſent, & ſibi ambo feciſſent de eo
1 per ſuos executores prouideri, † det certam mare[illegible] o[illegible]uam principaliter ad vnum effectum, vi[illegible]ct ſurreptionis gratiæ ipſius actoris primi in dat[illegible], & generaliter ad omnem alium effectum, qui [illegible]rodeſſ[illegible] poteſt & alteri parti obeſſe. & reperi[illegible] qu[illegible]d a[illegible] effectum ſurreptionis prodeſſe non p[illegible] et tamen reperiatur quoad effectum re[illegible], ſeu p[illegible]tionis, ſeu conſumptionis c[illegible]ri[illegible] al[illegible]às [illegible]robata materia ipſa fa[illegible] po[illegible]t. tamen propter hoc ad[illegible] non debet, q[illegible] materia o[illegible] [illegible]iua non ſpecificata ad proban[illegible] adn[illegible] on eſt, ſecundum omnes. de pro[illegible] t[illegible]. de elect. v[illegible] circa. c[illegible]pi. §. [illegible]a. procu[illegible] [illegible]ut[illegible]nes. de teſti. præſentium. & ca. p[illegible] t[illegible]ia [illegible]xcommunicationis. libro vj. de [illegible] b[illegible]llorum. ff. de iniuriis. l. prætor. in princ. M[illegible]us articulus, ſeu materia dans ad o[illegible]m, &c. quo ad hoc eſt generalis, & ſine [illegible]tione. ergo &c. & fuit dictum domini Nic. [illegible]cu[illegible]r valde omnibus.

a ¶ [illegible]ata. *Nota, quòd data literarum attenditur, vide per* [illegible] *And. in ſi. lib. vj. ſuper verbo, data. Et vtrum debeat vna,* [illegible] *duabus lineis terminari, vel qualiter, nota per Archidiaco.* [illegible] *naſt. ij. in ſum. Et vide ibi pulchra circa literas papales.*

CONCLVSIO DLXII.

De præbendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

[illegible] [illegible]*norantia præſumitur niſi ſcientia probetur.*
[illegible] [illegible]*enuntiare quis ignorans non præſumitur.*

COnclusio, quòd Cle. gratiæ. de reſcript. & c. de mulcta. de præben. & dec. cum. qui. de præb. [illegible] non habent locum in eo, qui recipit beneſi[illegible]
a [illegible] incompati[illegible]le, [a] credens ſe habere ius in eo, [illegible] h[illegible]bens, & quòd hoc caſu † præſumitur ignorantia, n[illegible] ſi ſcientia probetur. ff. de probatio. l. verius. [illegible]gula, [illegible]norantia. libr. vj. de præbend. cum qui. [illegible] ſc[illegible]nter. & probat regula, ſine culpa. Item [illegible] mulcta. non habet locum in canonica aſſe[illegible]e. probat c. cum qui. quia aliàs ſuperflueret. [illegible] qui. non habet locum niſi in ſciente, vt [illegible], in princ. & c. gratiæ, habet locum in
[illegible] a [illegible]nuntiatione, quam quis † ignorans non [illegible]mitur facere velle. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. [illegible]rem. cum ſimilibus. Ægid.

a ¶ Benefici[illegible]m incompatibile. *Quæ beneficia ſint incompatibilia, & non poſſint ſimul retinere, vide Archid. extra de reſſt. c. gratia. lib. vj.*

CONCLVSIO DLXIII.

De præbendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

[illegible] *ulus habilis ad acquirendum in futurum, non cauſat ius in re.*

2 *Probatio plena non el*[illegible]*per minus plenam.*

COnclusio, quòd gratia facta de certo beneficio per modum mandati de prouidendo, † ſi habilis reperiretur, &c. & poſſeſſio ſecuta, ac communis reputatio, &c. non probat ſufficienter titulum in beneficio, maximè aduerſario opponente, & negante, & aliàs de iure ſuo docente, quia titulus habilis ad acquirendum in futurum, non cauſat ius in re. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. ſi ex ſtipulatione. cum ſimilib. nec probat hoc eſſe, &c. C. de proba. l. neque 1
natales. maximè, quia † plena probatio aduerſarij per minus plenam iſtius non elidetur. C. de edict. Adria. tollen. l. iij. & de teſti. l. volumus. & per not. Cyn. C. ſi certum pet. l. in bonæfidei. in quæſtione ſi. Tamen aliqui domini dixerunt, quòd ſi talis talem aduerſarium non haberet, fortè etiam ad adiudicationem ſibi proficeret talis præſumptio. per no. glo. ff. de re. vend. l. quædam. 2

CONCLVSIO DLXIIII.

De procuratoribus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio ſecundi procuratoris, reuocat ſubſtitutionem primi.*
2 *Comparitio non fit niſi ad certos actus, & habere poteſt executores ex mente.*
3 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*

COnclusio, ſi procurator [a] habens poteſtatem a
plures ſubſtituendi, † & ſubſtitutionem reuocandi: primò ſubſtituit Bernardum proteſtando, quòd comparendo poſtea non reuocet, niſi dicat expreſsè, & poſtea ſine proteſtatione ſubſtituit Albertum, Bernardus videtur reuocatus. extrà. de procur. c. non iniuſte. cum concor. ibi alle. dummodo in eadem cauſa ſecus, no. Archi. de procu. licet. lib. vj. & Ioan. And. in d. c. iniuſte. probat l. cum ſemel. ff. de tutelis. Nec obſt. dicta proteſtatio per procuratorem in prima ſubſtitutione facta, quia non reſcribatur, niſi ad modum reuocandi tacite per perſonalem comparitionem, vt de ſe patet: de quo extrà. de procura. ſi quem. cum concor. Modo alia eſt tacita reuocatio, videlicet per nouam perſonæ alterius depu[illegible]tionem. Præterea alia hic, quàm ibi, quia † compa- 1
ritio non fit niſi ad certos actus, & habere poteſt executores ex mente, vt in d. c. ſi quem. ij. reſponſo. Sed ſecunda ſubſtitutio fit ad totum, & caret illis executoribus: & no. clariorem titubationem ſecundo ſubſtitutis circa fidem, vel diligentiam pri[illegible]i ſubſtituti, probat clauſula generalis, quæ habet 2
quòd ſeparatorum † ſeparata debet eſſe ratio: & 3
quòd clauſula appoſita circa vnum ſpecialiter non operatur ad aliud, iura ſunt communia.

a ¶ Si procurator. *Nota vnum licet extrauagans, quòd procuratores duo, ſi ſint dati inſolidum ad negotia, vnus poteſt exigere debitum ab alio ſiue debitum fuit contractum ante mandatum eius factum ſiue poſt. Vide Fede. conſi. xcix. & conſi. cxxv.*

CONCLVSIO D[illegible]XV.

De exceptionibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio probationem non excludit.*
2 *Præſumptio probationem non excludit.*

CONCLVSIO, quod ſi ego poſſ[illegible]ſſor, & reus ab ordinario in hoſ[illegible] tali habente ſub ſe

parochialem eccleſiam ſibi vnitam inſtitutus contra apoſtolicum de eccleſia per executores prouiſum excipio proponendo, eccleſiam eſſe vnitam hoſpitali, & non econtrà. exceptio huiuſmodi non videtur obiectus. ſed de iure hoſpitalis. per elemen. conſtitutionem. de electio. & debet admitti. etiam ſi contrarium probauerit apoſtolicus per aliquos te-
1 ſtes in curia, quia † probatio ꝓbationem non excludit. Nec obſtat imò coadiuuat, quia per compulſoriam habuit ponere quædam iura non probantia, niſi narratiuè vnionem quam prætendit, quia præſumptionem ſaltem faciunt illa, & quia alia fortè in verificatione plenaria producet, & quia materia eſt probabilis per teſtes. vt in cap. cum de beneficio. de præbend. lib. vj Nec obſtat ſi apoſtolicus deducit poſſeſſionem contrariam annorum quadraginta, proximè præcedentium: quia videbitur in fine quis melius probabit. Nec obſtat, ſi quis producit col-
2 lationem factam per Papam de eccleſia, quia † præſumptio probationem non excludit. not. Ioan. mo. de hæret. c. fin. lib. vj. Ægidius.

CONCLVSIO DLXVI.

De ordine cognit. & de cauſa poſſeſ. & propriet. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Mutuæ petitiones ſimul tractantur, nec ſe impediunt.*
2 *Poſſeſſor non ſuſpendit petitorium rei, quam poſſidet.*
3 *Suſpenſio vnius petitorij in alio petitorio non ſuſpenſo totaliter diuerſo. nihil operatur.*
4 *Exceptio dilatoria debet proponi antequam lis pro conteſtata habeatur.*

Concluſio, quòd ſi Ioannes, contra P. poſſeſſorem eccleſiæ agit petitorio & poſſeſſorio ſuper eccleſia poſſeſſa per Petrum, & eodem iudicio pendente P. agit contra Ioan. ſuper ſpoliat. domus pertinen. ad dictam eccleſiam: & ſuſpenditur petitorium per vtranque partem, & poſtmodum, quia dicta ſuſpenſione non obſtante, auditor procedit cum Ioan. in petitorio, etiam antequam iudicium reſtitutorium attentatum per Petrum fuerit terminatum, ipſe Petrus appellat, dandi ſunt apoſtoli duarum, vel alterius earundem, aut vigore cap. frequens. de reſtitut. ſpoliat. libro ſexto. aut vigore cap. ſuper ſpoliatione, de ordin. cogn. aut per l. fundi. l. fundamenta. de exceptio. ff. & principia materiæ accumulationum, ſed nullo modo poteſt, igitur, &c. ſtabitur re-
1 gulæ, quæ habet, quòd † mutuæ petitiones ſimul tractentur, nec ſe impediant, quæ ponitur per Dyn. in regula, nullus pluribus libro ſexto. Et probatur de ordin. cog. cum dilectus. Primò enim non poteſt ſe iuuare per cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. ex aliqua dictarum duarum ſuſpenſionum. Primò ſi quidem ex ſuſpenſione petitorij Ioan. ſuper eccleſia attentati ſe iuuare non poteſt, quia ſupponitur in facto. quòd ipſe Petr. ſic ſuſpendens poſſidet dictam eccleſiam, modo tamen priuilegium dictæ ſuſpenſionis non detur, niſi ſpoliato, & in odium ſpolian-
2 tis, vt probat d. c. paſtoralis. patet quòd † poſſeſſor non ſuſpendit petitorium rei, quam poſſidet. Præterea ex alio capite, quia ſuſpenſio non fit in fauorē ſiendæ reſtitutionis, & poſſeſſorij intētati ſi pendente petitor. ū rei quā poſſidet, vt illud ante omnia expediatur, vt probat dictum cap. paſtoralis. modo talis non agit aliquo iudicio poſſeſſorio, niſi ſuper domo, vt præſupponitur. igitur. &c. Secundò non poteſt ſe iuuare ex ſuſpenſione petitorij ſui ſuper domo intentati quoad eccleſiam, quia † ſuſpen- 3
ſio vnius petitorij in alio petitorio non ſuſpenſo totaliter diuerſo nihil operatur: quia in ſeparatis debet eſſe ſeparatus effectus. ff. de calum. l. finali. & de condi. & demonſt. l. patet Seuetioam. in fin. nec debet operari diſpoſitio. niſi circa proprium effectum, cui adnectitur & ſecundū finem, ad quem tendit ar. dicti c. cum dilectus. & de teſti. c. veniens cum ſimil. modo petitio eccleſiæ, & petitio domus ſunt diuerſæ ex toto. Primò, quia vna intentatur nomine proprio. nōt. Inno. de teſti. ſpol. in literis. Alia nomine eccleſiæ. no. Inno. de probat. ex literis. Secundò, quia vna tendit ad declarationem tituli in beneficio. Alia ad declarationem tituli in domo, & hæc recipiunt ſeparationē. Tertiò, quia vna eſt beneficialis, & alia prophana. igitur. &c. Itē dico ſecundò, quòd non poteſt ſe iuuare per cap. frequens, tum quia de hoc in dicta appellatione mētionem non fecit. & ita obſtat ſibi clem. ſi appellanti. tum quia ante appellationem de hoc non excepit, & ita non dicitur grauamen ante appelationem illatum, cum illud priuilegium non competit, niſi exceptione oppoſita. vt probat c. cum dilectus. allega. coniunctim cum cap. ſuper ſpoliatione. alle. & ita non valet, quo ad hoc appellatio iudicialis. de appel. vt debitus. & c. cordi. tū quia illa eſt exceptio † dilatoria. quæ debet pro- 4
poni, antequam lis pro conteſtata habeatur, & non fuit ita propoſita, igitur, &c. Addūt quidam, quòd de ſpolio rerum prophanarum cōtra agentem ſuper titulo beneficij non poteſt excipi. per fin. dicta. c. frequens. ſed non omnes admittebant hoc. Item dico tertiò, quòd non poteſt ſe iuuare ex dicto cap. ſuper ſpoliatione. allega. per eandem motiua. ſicut dictum eſt de capitu. frequens. maxime per ttia prima. Item quia ſuper ſpoliatione tunc ſolum locum haberet, cum primò egiſſet Pet. ſuo poſſeſſorio ſuper domo, & vellet Ioannes modo reconuenire ſuper eccleſia. Sed in caſu, in quo primo egiſſet Ioann. ſuper eccleſia, ſicut fecit, ſecus eſſet, quia reconuētio Petri licet in modum exceptionis propoſita fuiſſet, potuiſſet repellere, ſeu differre conuentionem Ioannis, tamen ipſa in modum reconuentionis propoſita hoc non poſſet facere, & hoc probat directè dictum capitulum cum dilectus. & probat ratio naturalis, quia facilius impeditur contrahenda, &c. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. patre furioſo. Modo iam fundatum eſt iudicium, cum lis eſt conteſtata, vel habetur pro conteſtata. l. hoc amplius. ff. rem ratam habe. Item dico quartò, quòd non poteſt ſe iuuare ex l. fundi. & l. fundum. allegata. nec ex materia cumulationis, quia illæ regulæ loquuntur, vbi ab eodem cumulatio fieret. ſecus enim, ſi à diuerſis. vt legitur & nota. C. quan. ciui. act. crimi. præiud. Et poteſt etiam tolli per l. ſi autem. ff. de exceptio. non proſequor. Secundo, quia etiam ſi ab eodē fieret cumulatio, non haberet locum

[illegible] ante. ff. de exceptin. per [illegible] primò viam ad fundum, [illegible] m fundi, & poſtea velle [illegible] m fund, certè poſſum. Igi[illegible] Tertio, quia fortè non habet lo[illegible] vno iudicio ageretur poſſeſſorio, in alio petito[illegible], vt modo fit hoc caſu. Quarto, quia forte noo habet locum regula cumulationis, vbi vna acti[illegible]ne agitur nomine proprio, in alia nomine eccleſi[illegible], ſicut hoc caſu per rationem c. frequens. in fi. all[illegible]g. [illegible]into, quia exceptio huiuſmodi præiudicij qu[illegible]o[illegible]omperit, eſt dilatoria, vt dixi, & debet pon[illegible]ant[illegible]lit. conteſta. igitur, &c. Ægidius.

a ¶ Exceptio dilatoria. *Nota quod exceptionum alia ſunt peremtoria, & alia dilatoria, alia anomala, & alia mixta. de quibus vide plenè per Spec. y parte. tit. de excep cap. j.*

CONCLVSIO DLXVII.

De præbendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Obtinens eccleſiam à Papa vacantem, per non promotionem poſſeſſoris, an rectè obtineat.*

1 COnclusio, quòd ſi Ioannes, † qui eccleſiam [illegible] Mat. à papa obtinuit, vt vac. per nō pro[illegible]nem Borchardi poſſeſſoris. iuxta cap. licet ca[illegible] e elect. lib. vj. qui Borchardus coram executo[illegible]ato ipſi Ioanni ad prouidendum ſibi de dicta [illegible]a. ſi vocato illo Borchardo dictam eccleſiam [illegible] et dicto modo vacare, vocatus, & compatens [illegible]us fuit noo promotionem antedictam etaxit [illegible]am Ioan. qui ex eodem modo vacādi ſumpta [illegible]one ex dicta confeſsione Borchardi dictam [illegible]ſiam obtinuit ſibi conferri per ordinarium col[illegible], & ſe in poſſeſsionē induci à domino meo [illegible]tinuit, per commiſsionem ſpecialem [illegible]oni[illegible]roti mandari, quòd ſi ſibi conſtaret de con[illegible]ne prædicta dicti Borchardi, præfigeret termi[illegible]ſi Ioanni, infra quē probaret promotionem [illegible]ardi, alioquin quòd imponeret ſibi ſilēntium, [illegible]obat dictus Ioanoes dictam confeſsionem per [illegible]um dicti executoris habentis reſtes, & no. in[illegible]n[illegible]rabitur dicta confeſsio, & per notarium pro[illegible]um in c[illegible]uſa, qui ſuper hoc clarè deponit, ſuffi[illegible] probatio ad dictum finem, cum iſte articu[illegible]q[illegible] non eſt niſi præparatorius, ſuper quo princi[illegible] non agitur, nec eſt pronuntiandum ſuper [illegible]n[illegible]quirit probationes ita arctas. ff. ad exhib[illegible]endum. & §. ibidem. & quod not. Innoc. de [illegible]ſign. veniens de notario, &c. tamen quia ma[illegible]fic es adhibetur ei, cui committitur aliquod ne[illegible]m extra iudicium expediendum, cum ſuper ne[illegible]otio refert: vt not. Innoc. de fide inſtrumen. [illegible]en. gloſ. & Compo. de elect. ſtatuimus. col. [illegible]j. verſic. item quæritur. de quo per Ioan. Andr. de pr[illegible] poſt ceſsionem modo dictus executor in pro[illegible]u ſuper hoc extra iudicium per eum agitato hoc fatetur, & narrat, quòd ſit iſte proceſſus actus ex[illegible]s. per not. Innoc. de præſump. c. fi. & gloſ. [illegible]cap. vno. in clem Item, quòd notarius [illegible], qui dicit ſe omnibus cum teſtibus in[illegible] ſe [illegible]rumento proceſſus probare videtur, [illegible] omnia ſimul & ſemel facta coram teſtibus, & [illegible]tatio eſſe dicuntur. Et ita non obſt. not. I[illegible] in d. c quoniam contra falſam. aſſeſ. vi. Ægid.

CONCLVSIO DLXVIII.

De reſcriptis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Prothocolla quando habeantur pro actis.*

2 *Plurale quando reſoluatur in ſingulare.*

COnclusio, quòd parti, cuius cauſa fuerat in receſſu domini noſtri de Auinione ibidem commiſſa in Auinione, & quæ obtinuit à d. N. nihilominus eam hic committi, pro eo, quòd aſſeruit acta eſſe hic, & etiam regiſtra papalia, per quæ volebat ſe iuuare, ſufficit hic eſſe notarium cauſæ cum ſuo prothocollo, [a] qui vult facere regiſtrum, quòd non- a
dum fuit inceptum, & quòd producat de dictis vnum ſumptum gratiæ ſuæ, in qua ſe fundat. Ratio primi, quia † protocollum cenſetetur acta, cum alia 1
non ſint, potiſsimè ſi redigātur in modum actoris. tatio ſecundi, quia hoc caſu ſecundum dominos plutale † reſoluitur in ſingulare. Item quòd regiſtra 2
etiam in plurali dicuntur illa de quibus ſumptum fuit illud, & quia talia notantia ſurreptionem debēt magis per partem opponi, quàm à iudice ſuppleri. Item fuit obtentum, quòd auditor, cui eſt facta dicta commiſsio, vocitatis vocandis, &c poteſt, & debet ſimul mittere iudici deputato in Auinione intimationem habētem vim inhibitionis cū citatione.

a ¶ Cum ſuo prothocollo. *Quomodo liceat notario ſeu tabellioni ampliare verba prothocolli, ſeu abbreuiare cum ea redigit in publicum inſtrumentum. vide Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. ix. verſic. item opponitur. contra reſcriptum.*

CONCLVSIO DLXIX.

De teſtibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In vna & eadem cauſa, an quis poſsit eſſe procurator & teſtis.*

COnclusio, quòd licet procurator † in termino 1
ad producendum omnia reuocatus non ſit, in eadem inſtantia pro domino alias ſit bonus teſti. de teſtib. c. ij. lib. vj tamen quo ad probandum pertinentiam collationis, ſuper qua directè non agitur, nec pronuntiandum exiſtit, & quæ per conſequens requirit probationes ita arctas, ſufficit cum diſpoſitione clauſula dicti procuratoris in teſtem, per dominum producti probatio communis opinionis, & famæ, maximè ſi prætenſus collator habito ad eum recurſu ſuper exceptione apoſtolici prouiſi illum recepit, & admiſit. quod intellige ſi aduerſarius negantem huiuſmodi collationis pertinentiam non habeat, aliàs ſecus. dominus Nico. aliqualiter dubitauit, ſed ſatis conſenſit poſt.

CONCLVSIO DLXX.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Data anterior literarum apoſtolicarum facit regulariter literas præferri.*

QVod ſi V. poſſeſſor † in data [a] ſecundus con- 1
tra Nicol. in data primum, & actorem vtro- a
que docente de iure ſuo obiicit de conſumptione gratiæ ſuæ in termino, quòd poſt gratiam Nicol. de anno Domini M.cclxx de mēſe Ianuarij anno [illegible]xv. diē eiuſdē mēſis vacauit beneficiū aliud, quàm illud de quo

de quo agitur quòd non vacauit, niſi poſtea de anno lxxj. Et quòd ipſe Nico. dictum beneficium acceptauit de anno domini M.ccclxx.xxv. die menſis Ianuarij poſt terminum, attendens, quòd ſi articuli prædicti ad eandem anni reputationem referantur inter vacationem, & acceptationẽ fuit quaſi annus, declarat poſt terminũ dictos articulos dicens. quòd primum articulum intelligit, & declarat ſecundum computationem ab incarnatione, & ſecundum articulum ſecundum computationem à natiuitate, & producit inſtrumentum publicum probans dictam acceptationem per ipſum Nico. factam fuiſſe de anno ab incarnatione domini M. ccclxx. xxv. die Ianuarij, dictũ inſtrumẽtum coadiuuans reddit dictã materiam cum dictis ſuis declarationibus admiſsibilem: quia nedum tollit odium, & præſumptam calumniam materiæ obiectiuæ prædictæ, imò ſecundum aliquos probari videtur: imo ſecundum omnes probat, ſaltem quo ad effectũ ad ſoluendum dictum V. poſſeſſorem ab impetitione dicti Nicolai actoris.

a ¶ In data. *Adde, quòd datu anterior literarum facit regulariter literas præferri exceptis tribus caſibus. Fel. late in c. capitulum. ij col. Verſ. literæ priores. de reſcrip. Et an, & quando attendatur tempus data, eſt regula affirmatiua cum ſex nouis fallentiis, de quibus per eundem in c. eam te. in antepen. col. in Ver. tempus data. eo. tit.*

CONCLVSIO DLXXI.
De exceptionibus, *Rub.*

NON obſtante concluſione ſuprà præcedente ſi V. contra N. deducens in cauſa beneficiali primò obiectum ſurreptionis: ſecundò obiectum conſumptionis, & de inductione primi obiectus dedit de vacatione C. eccleſiæ, quæ eſt ſibi neceſſaria ad deductionem ſecundi obiectus ſufficit, licet in deductione ſecundi obiectus, dictam vacationem diſpoſitiuè non deducat: maximè ſi generaliter ſaltem ſe ad illam referat, & poſt primam materiam dedit ad omnem modum, quòd ſic ſe referendu ad illam cum videtur repetere, & ita ſatis aduerſarius certificare, & ſpecificare.

CONCLVSIO DLXXII.
De conceſ. preben. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio beneficij quando præſumatur facta infra menſem.*
2 *Proſequens litem, acceptat.*

COncluſio, ſi expectans cum adiectione menſis probat gratiam, proceſſum, acceptationem, prouiſionem, collationis pertinentiam, & vacatio-
1 nem, ſufficienter † probat, etiam ſi ſua probatio vacationis ad menſem prædictum, vel tempus dictæ acceptationis non percutiat. Ratio primi, quia acceptatio præſumitur facta infra menſem. not. Inno. de conceſ. præben. cap. j. lib vj. & Pau. in clem. cùm
2 ei quem. Ratio ſecundi, quia † proſequendo litem acceptat. arg. de conceſ. præb. cap. vnico. in fi. in cle. & ita locus eſt ſuprà prox. dicto.

CONCLVSIO DLXXIII.
Ad idem.

SVMMARIVM.

1 *In incertis locus eſt coniecturis.*
2 *De his quæ nõ ſunt & non apparẽt idẽ eſt indicium.*

COncluſio, quòd dicta præſumptio, videlicet quòd acceptatio facta fuerit infra menſem, habet locum, ſi de tali acceptatione detur contra impetrantem per modum obiectus ad probandũ conſumptionem gratiæ ſuæ ſecundum dominum Nic. ratio ſua, quia dictus menſis non currit à vacatione, ſed à tempore notæ publicæ vacationis in beneficiis. vt clem. vna. de conceſ. præb. in fi. Caue, quia non dicit, quòd non currat impetranti à tempore, quo ſciuit beneficium eſſe vacãs, ſed interpretatur impetrantem non prius ſcire currere, ergo ſi ſciret
antè, quia ſolùm in † incertis locus eſt coniecturis. 1
ff. de verb. obli. l. continuus. §. cùm ita. Sed non obſt. huic deductioni, ſcilicet nec ſolùm infra dictũ tempus, ſed ante à tempore vacationis poteſt acceptare. niſi ergo conſtet de publica notitia vacationis in eccleſia, quæri non debet, an acceptauerit infra menſem, quia primò debet conſtare de menſe, quàm quæri quid actum fuerit infra illum menſem, & de
his † quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt indi- 2
cium, &c. ff. de contrah. empt. l. iij. cùm igitur ad efficaciam acceptationis menſis non ſit neceſſarius, ſed ad tollendam huiuſmodi efficaciam acceptationis nedum ex natura menſis, imò eius lapſus neceſſarius, ergo non excipiens de acceptatione, ſed replicandum de menſis lapſu ante menſem, & menſis exiſtentiam probari habet ſecundum eum, quod ſubtile dictum, & prima facie mihi placet, licet quibuſdam dominis non placet.

CONCLVSIO DLXXIIII.
De procur. Et de verb. ſignific. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Determinatio adiecta certo determinabili, conferri debet ad tempus ſui determinabilis.*

PRocurator deputatus ad cauſas motas, & mouendas, duntaxat deuolutas, intelligitur deputatus ad cauſas, quæ tempore, quo mouebantur
erant deuolutæ: quia † determinatio adiecta certo 1
determinabili, cuius effectus refertur ad incertum tempus futurum, importat tempus ſuum, & referri debet ad tempus ſui determinabilis. probat clem. ſi de beneficio. de præb. & de verb. ſig. ſicut. lib. vj. cum ibi not. ſuper ver. cõmenſales. per Io. Andr. in nouel.

CONCLVSIO DLXXV.
De iudiciis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio facta de ſpeciali mandato Papæ cum poteſtate citandi, deuoluit cauſam tractandam ad curiam, licet citatio effectum non operetur.*

SI impetraui cauſam committi ſuper beneficio contra Ioan. poſſeſſorem cum poteſtate citandi ad partes, & executus fui citationem in eccleſia, de qua agitur in perſonam P. ſe dicentis procuratorem dicti Ioan. & nomine procuratorio petentis, & recipientis copiam dictæ citationis, de quo conſtet in actis, quòd erat conſtitutus per dictum Ioan. procurator ad cauſas motas, & mouendas duntaxat, tamen ad deuolutas etiam ſuper beneficio, de quo agitur, valet executio. ratio, quia procurator erat legitimus ad cauſam iſtã, per concluſionem ſuprà
poſitam. Nam† cõmiſsio facta de ſpeciali mandato 1
papæ

papæ cum poteſtate citandi, deuolurit cauſam tractandam ad curiam, licet citatio effectum non operetur. Modo clem. cauſam quæ. de elec. dicit quòd ſufficit facere intimationem in perſonam procuratoris legitimi. Iſte verò fuit legitimus, & onus aſſumpſit. vt præfertur. licet ſecus ſecundum dominum Nico. ſi non conſtaret, quòd onus aſſumpſiſſet. per c. licet. de proc. lib. vj. in quo multi decipiuntur ſecundum eum, & ita non ſufficeret hoc caſu producere procuratorium, niſi probaretur aſſumptio oneris.

CONCLVSIO DLXXVI.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio non ſemper debet fieri in propriam perſonā.*

1 ETiam † ſi executio proximè dicta fuiſſet facta ſolùm in perſonas poſsidentium pro dicto Io. dictum beneficium, & in beneficio ipſo, videlicet in eccleſia parochiali curam animarum habente, & dictæ perſonæ literis citatoriis citantes ſpoliaſſent, & eum vulneraſſent; ſufficeret, licet non ſit facta in perſonam propriam, vel procuratoris, nec in eccleſia cathedrali. tum quia feciſſe videtur citandus, ſeu alius pro eo, quo minus aliter citari potuiſſet. tū quia non eſt veriſimile, quòd illa feciſſent, niſi aliquod mandatum habuiſſent, vel aliàs aliquid de voluntate dicti Io. ſciuiſſent. tum quia imputatur Io. quia non contradixit, nec mādauit poſtea. vt li. non conteſt. c. j. tum quia veriſimile eſt, quòd dicti ſpol. notificarunt ipſi Io. in cuius fauorem hoc fecerunt. Et ita ſemper eſt locus dictæ cle. cauſam quæ.

CONCLVSIO DLXXVII.

De reſti. ſpol. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Aduerſarij ſola confeſsio non probat.*

a SPoliatus [a] ad colorandum titulum producens prouiſionem prætenſi ſubexecutoris ſine gratia. & proceſſu, ac ſententiam diffinitiuam adiudicatoriam pro eo contra alium in palatio latam, & executoriam ſuper eo emanatam, ſufficienter titu-
1 lum colorare videtur. quia † non eſt veriſimile ad obtinendum in palatio pro ſe ſentētiam adiudicatoriam contra quemcunque, niſi docuiſſet de iure ſuo. quia palatium non ſolet adiudicare ex ſola confeſsione aduerſarij, propter not. gl. in c. eum qui. de eo qui mit. in poſſ. libro vj. licet quo ad petitorium nō ſufficeret hæc probatio. quia non exemplis, &c. C. de ſen. l. nemo.

a ¶ Spoliatus. *Nota quòd ſpoliari dicitur qui priuatur per ſententiam. extra. de pac. cap. cum clerici. Et not. per Hoſtienſ. de reſtit. ſpol. cap. conquerente. & an ſpoliatus per iudicem ſit reſtituendus: Vide Goffred. de reſtitut. ſpol. in ſum. §. generaliter. & ſequen.*

CONCLVSIO DLXXVIII.

De verb. ſignific. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Sermones ſunt inquirendi ſecundum materiam.*

SI agens ſuper vicaria certa certæ eccleſiæ: in primo articulo deſcribit quatuor vicarias, & in omnibus ſequentibus articulis determinat ſe ad vnam earundem, non deſcribens eam aliàs, quàm dicendo, dicta vicaria, &c. intelligitur quòd ſemper cenſetur per hæc verba: dicta vicaria, &c. de vicaria, de qua agitur, & non de alia, quia de alia non agitur. & ſermones † ſunt inquirendi iuxta materiam. ff. loc. & conduc. l. ſi vno anno. & maximè, niſi 1
articuli ſint de iure partis: licet idem ſatis crederem in materia obiectiua per prædicta.

CONCLVSIO DLXXIX.

De his qui vi. Et de iureiur. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de quo in l. ſi quando. C. vnde vi. non concernit probationem violentiæ vel doli.*

IVramentum † de quo loquitur l. C. ſi quando. C. 1
vnde vi. & cap. ſuper eo. extrà quòd met. cau. non concernit probationem violentiæ, vel doli, ſed ſupponit eam probatam, & ea probata concernit damni æſtimationem, & nihilominus in cauſa beneficiali non probaret literarum probantium titulus amiſsionem ad effectum adiudicationis faciendæ violentiam paſſo, licet aliqui dicerent, quòd quo ad effectum abſolutionis ab impetitione ſecus eſſet. Primum enim, videlicet adiudicatio ratione præiudicij aduerſarij, quòd operatur confeſsio non fieret. not. glo. cap. eum qui. de eo qui mit. in poſſ. lib. vj. Secundum verò tendit ad præiudicium ſpoliantis, vel doloſi, in quo fundant ſe dicta iura.

CONCLVSIO DLXXX.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratori non ſpecialiter deputato ad cauſam an poſsit fieri intimatio.*

LIcet velit clem. cauſam quæ. procuratori † non 1
poſſe fieri intimationem, niſi ſit ſpecialiter deputatus ad cauſam, tamen non procurator appellationem interpoſitam per dominum bene poteſt aduerſario intimare. probat glo. antepen. dictæ clem. cauſam quæ. Nec obſt. alia glo. ſuper verbo ſpecialiter. quæ incipit: approbat opin. ad fin. eiuſdem gloſ. quia intelligenda eſt de appellationis intimatione interpoſitæ non per dominum principalem, ſed per procuratorem: quia aliàs contradiceret fini clemen. & antepenult. gloſ. in fine.

CONCLVSIO DLXXXI.

De appellat. *Et de procur.* *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus agitatus partibus abſentibus in cauſa appellationis, non eis obeſt, ſi contra eos aliquid agiteiur.*

LIcet † in cauſa beneficiali [a] per appellationem 1
de partibus ad curiam legitimè deuoluta proceſſus neceſſarius per partes principales ſine colluſione legitimè, & iudicialiter agitatus obſit abſentibus, quorum intereſt. Secus tamen, ſi partes principales iudicialiter proceſſum non fecerint, quod appareat, etiam ſi eis petentibus, & conſentientibus auditor cum interpoſitione decreti mandauerit, & fecerit fieri regiſtrum ſine magna parte proceſſus ſuper quibuſdam copiis, ſeu ex eis. ſic not. Innocen. vt lit. non conteſt. cap. primo. de hoc quòd procurator non neceſſariò ſed voluntariè agit, quia non

nocerer

nocerent domino.facit ff.de per.hære.l.qui repudiantis.§.fi.cum concor.ff.de euic.l.ſi ideo.C.de peric.& commo.rei vendi.l.j.

a ¶ In cauſa beneficiali. *Nota, quòd cum tex.dicat cauſa beneficiali.extra de cler.non reſi.c.conquerente. indiſtinctè eſt intelligendum ar.extra.de præbend.c.maioribus. Adde.quòd eſt intelligendum de beneficio ſpirituali. Secus ſi eccleſia dediſſet alicui clerico vel laico aliquod beneficium tanquam benemerito ad ſuſtentationem.x.ſi.q.j.poſſeſſiones.& q.vj.aliud. Et tale beneficium non requirit reſidentiam.*

CONCLVSIO CCCCCLXXXII.

De reſcriptis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſiones per non verum procuratorem impetrata.non valent, niſi poſtea per eundem fuerint approbata tacitè vel expreſsè.*

1 Licet ſtylus palatij apoſtolici habeant † commiſſ. auditoris ſine ſpeciali mandato impetratas per non procuratorem valere, hoc intelligitur, ſi per illum nomine cuius fuerunt impetratæ, poſtea approbatæ fuerūt tacitè,vel expreſſe:puta quia earum vigore illi poſtmodum proceſſerint.per l.licet. ff. de iud.alleg.oo.de reſcr.c.non nulli.Ratio,quia talis iudicis confeſsio facta abſenti non valet, quouſque ipſe ſciuerit,& acceptauerit.per Inno.in c.quia cunctis.de conceſſ.præbend.

CONCLVSIO CCCCCLXXXIII.

De reſcriptis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſsio prima præualet ſecunda.*

1 Concluſio, quæ ſequitur ex præcedenti, quòd ſi nomine † meo neſcientis,per quem contra B. fuit impetrata commiſsio.Primo ad auditorem A.Secundo ad auditorē C. & ego primo approbem commiſsionem auditoris C.& recuſem procedere,& approbare cōmiſsionem A.eo ipſo videlicet valet commiſsio facta auditore C.& non commiſsio facta auditore A. non obſtante quòd B. primo proceſſerit coram auditore A.ad multos actus,quia ex proceſſu ipſius non fuit ratificata cōmiſsio nomine ipſius non impetrata, ſed ex proceſſu mei facto coram auditore C. validatur commiſsio facta ipſi auditori C. per prædicta.

CONCLVSIO CCCCCLXXXIIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus coram ſecundo iudice factus valet,ſi de prima commiſsione alias bona non excipiatur.*

In cauſa proximæ concluſionis per vnum procuratorem meum vtraque commiſsio fuiſſet impetrata, nihilominus ſi dictus B.approbauit ſecūdam commiſsionem comparendo,& petendo copiam libelli, & producendo verbo aliqua iura, non poteſt poſtea reprobare,per regulam, quod ſemel placuit.

1 Item quod valet † proceſſus coram ſecundo factus, ſi de prima commiſsione alias tamen bona non excipitur,quia vtraque dat iuriſdictionem. Notat In. de reſcriptis.c.cætetum & probat l.j. C. de his qui ſpon.tou.pub.libro x.

CONCLVSIO CCCCCLXXXV.

De ſententia excom. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro re iudicata non abſoluitur niſi ſolutis expenſis.*

Si excommunicatus † [a] pro re iudicata.puta,quia non ſoluebat expenſas litis, in qua fuerat condemnatus,non eſt abſoluendus,niſi ſoluat expenſas executoriæ,& etiam contumaciæ non parendo monitioni executionis, quia reuera iſtæ ſunt expenſæ litis,& ſequuntur ex ea,& quia caſus eſt de ſentent. excom.venerabilibus.§. ſecus. lib.vj. quoad expen. contumaciæ, & ſi contrarium fecerit auditor, grauat,& appellatio ab eo interiecta iuſtificatur. 1 a

a ¶ Si excommunicatus. *An autem excommunicatus poſſit petere opponendo exceptionem compenſationis,ſi conueniatur? dic, vt per gloſſ.& doct.in c.cum inter. de except. vbi concluditur, quòd ſi excommunicatus poſſet conſequi agendo id quod vult compenſare, non admittitur ad except. Secus ſi non poſſet id conſequi agendo.*

CONCLVSIO CCCCCLXXXVI.

De conſuetudine. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quod capitulum eligat canonicos qui acceptant præbendas minores vacantes, an valeat.*

Non ob.c.nulla.c.vlti.c.ne captandæ. & c.detestanda.de conceſ.præb. poteſt valere † conſuetudo,quòd cap.eligat ex ſua ordinaria poteſtate canonicos,& huiuſmodi canonici ſic electi ſecundū ordinem ſuæ receptionis acceptent minores præbendas vacan.& quòd cap.præbendam acceptatam acceptanti debeat aſsignare,quia conſonat iuri cōmuni:vt de præben.dilectus.j.& ij.& c.inter cætera. & c.relatum.de conceſ.præben.cum ſuper. 1

CONCLVSIO CCCCCLXXXVII.

De præbendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnum duobus acceptantibus, quis præferendus, an ille qui primus acceptauerit, an vero ille cui capitulum illud aſsignauerit.*

2 *Acceptationis diffinitio.*

Si duo fuerint † ſic recepti,videlicet A primo,& B.ſecundo, & vterq; poſtea præbendam vacantem acceptauerit, & capitulum præbendam huiuſmodi ſic acceptatam A. primo aſsignare denegauerit,& eam B.ſecondo recepto aſsignauerit, valet aſsignatio facta ipſi B. nec poteſt A. contra ipſum B. ſuper dictā prebenda agere:ſed agat,ſi vult contra capitulum.c.dilectus.j.& ij.& c.cum ſuper,alleg. ſupra proxi. vbi caſus eſt ſuppoſito fine ſuæ vltimæ gloſſ.& c.inter cætera.& ibi not.per Innoc.Hoſti.Io. And.& omnes breuiter doc. Item dominus G.fundabat ſe ſuper dicto Inno.Hoſt.Io.An.in c.de præb. dilectus ij.ſuper ver.recipi.& per Archi. ſi poſtquā. ſuper ver. ius. addens, quòd canonicatus receptio præbendam afficit.de reſcriptis.c.ibi qui.de præbendis.cum qui.hi qui.& ſi poſt quàm.& c.dilectus. allega. Sed iſta magis faciunt contra eum, quia loquuntur de receptis ſolum authoritate apoſtolica.Sed dominus Guiliel. contra, quia conſuetudo optionis tantum ius dat canonico præbendam optandi, quia 1

collatio

tollendo alteri facta de eadem præbenda non valeret. alle.lecta & no.de conſuetudine.c.cum in tua.lib.vj. ergo dicta conſuetudo acceptandi idem operabitur,
2 cum † acceptatio non ſit,niſi quædam optio ſecundum not. Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.cum in multis. in fin. de reſcript. lib.vj. & reſpondet ad c.ſuper.& c.dilectus.quòd ibi erat ſolum vinculum iuris communis, hic vltra.conſuetudo hæc nimis me mouet, quia aut dices,quòd non poteſt valere talis conſuetudo,& tunc ob.quæ dicta ſunt in cõcluſione proxi. præceden.& etiam obſtare videtur c.cum in tua.alleg. Aut dices,quòd valet conſuetudo,& tunc ſtatim ſequitur,quòd prouiſio facta contra talem conſuetudinem caſſa eſt ipſo iure per regulã. quæ contra ius.cum concor. vel ſaltem caſſanda per c.cum dilectus. de conſue. & c.Cumana.de elect.& c.cum eccleſia.de cau.poſ.& proprie. Sed tollebat hoc reſponſum domi.Nico.per hoc,quia ſi ſic,&c.tunc eſſet vera expectatio præbendæ vacaturæ, quòd in eiſdem,niſi in canonicis iam prouiſis,& præbendatis, de quibus non præſumitur. quod eſſent ita ardentes ad excogitandum in mortem viuentis. ſicut de nullo modo prouiſis. Item quia ſecundum aliquos ibi non eſt mutatio tituli ſed redditunm, corpore præbendæ remanente.eod.titu.præbendali.ſecundum alios ſi mutatio eſt,vel fit in vim pruni,vel fit authoritate iuris. Nec obſt.de collatione canonicatus, quia ille canonicatus eſt ſupernumerarius, nec præbendam afficit,licet habeat aliquos effectus, iuxta lecta,& no.de conſtit.cum M.tamen d.F.& B. dubitarunt. Alij verò erant clari omnes.

CONCLVSIO DLXXXVIII.

De conſuetudine. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Extenſionis materia in quibus habeat locum.*

1 Licet † conſuetudo, de qua loquitur c.dilecto.
a de offi Archi.recipiat extenſionem, [a] prout ibi l g.& not.præſertim per Innoc.tamen ſecus de poſſeſsione recenti per alios veraciter ignorata, & in paucis obſeruata,vt probat diſcurſus gloſ. Innoc.in c.dilecto. præſertim vbi non agitur de conſuetudine. ſed de præſcriptione inducenda. ſecundum ibi not.Item dixi poſſeſsionem recentem requirere coloratinnem tituli propter præſumptionem famæ malæ,propter not.Innoc.de in integ.reſtit.cap.ij.glo. per mocachum.ad finem.

a ¶ Recipiat extenſionem. *Extenſionis materiam vide per Bar. in l.ſi conſtante.in vj q.ff.ſolu.mat. & in auth.quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. in quibus locis vide etiam per alios ſcribentes.*

CONCLVSIO DLXXXIX.

De procuratoribus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Incontinenti quæ fiunt,ineſſe videntur.*

2 *Ex proxime præcedenti voluntate colligitur voluntas in præcedentibus.*

SI procurator habens poteſtatem vnum,& plures ſubſtituendi, & reuocandi, reaſſumendi, & rurſus ſubſtituendi,ſubſtituit primo Albertum.ſecundo Bernardum ſine poteſtatione, tertio comparens
a in cauſa cum proteſtatione, [a] quòd non intendebat ſubſtitutos ſuos reuocare, & appellauit, & termino ſibi ſtatim ſtatuto ad dandum apoſtolos,ſtatim Goffridum ſine proteſtatione ſubſtituit: per Goffridi ſubſtitutionem non videtur Albert.vel Bern.reuocatus, quia quæ † incontinenti fiunt, ineſſe viden- 1
tur.ff.ſi cer.pet.l.lecta.§.dicebam.Modo præcedebat immediate proteſtatione de non reuocãdo.ergo,&c.
Item quia † ex proxime præcedenti voluntate col- 2
ligitur voluntas in ſequeñ. de præſum. ex ſtudiis. maximè, quia non facilè præſumeretur, quòd vno eodem momento fuiſſet contra voluntatem, videlicet non reuocandi,& reuocandi,licet ſi primo cum dicta proteſtatione, videlicet non reuocandi appellaſſet, & tunc de iudicio receſsiſſet, & poſt hæc reuerſus ex interuallo ad iudicium, Goffridum ſine proteſtatione ſubſtituiſſet, forſan contrarium diceretur pro eo, quòd iterum voluntas eſſet mutata, ſeu eſſe poſſet ſecundum aliquos,ſed quòd in alio proximo caſu ita ſubito mutata fuiſſet nullus diceret.

a ¶ Cum proteſtatione. *Nota,quòd proteſtatio nihil aliud eſt, quàm animi agentis expreſſio.extra de regula c.conſulti.ff. vti poſ.l ſi duo. & multa notanda, & ſingularia de proteſtatione vide per Bald.in ſuis ſingul.in verſi.proteſtatio.*

CONCLVSIO DXC.

De præſumptio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas quemadmodum trahitur ex præcedentibus ad ſequentia, ita trahitur ex ſequentibus ad longe præcedentia.*

2 *Præſumptio vna per contrariam præſumptionem tollitur.*

REtento themate concluſionis proximè præcedentis, per dictam proteſtationem nedum declaratur voluntas volendi reuocare Albertum primo ſubſtitutum, imò etiam declaratur voluntas de tempore ſubſtitutionis, & Bernardi. quòd tunc per eam noluerit dictum Albertum primum reuocare, quia ex concluſione proxima præcedenti colligitur, quòd ex dicta proteſtatione colligitur quòd nedum per comparitionem, imò perſonæ tertiæ ſubſtitutionẽ non intendebat reuocare nec primam ſubſtitutionem, nec ſecundam. Modo iſta ſequens voluntas etiam præſumitur fuiſſe in præcedentibus actibus, maximè cùm aliàs fruſtra fieret proteſtatio, quia non ponuntur alij ſubſtituti, niſi
dicti duo Alber.& Ber.ſicut † enim ex præcedenti- 1
bus voluntas trahitur ad ſequentia. de præſum.ex ſtudiis.ita trahitur ex ſequeñ.ad longe præcedentia, vt patet. C.ad l. Iul. de adulte.l.ſi qui adulterij.cum quatuor concord.ibi alleg.in gloſ. Nec mirum,quia tota iſta materia procedit ex præſumptione,& coniecturatione voluntatis.vt de procu.c.ſi quem.lib.vj.
& per conſequens facile per † præſumptionem, vel 2
coniecturam contrariam tolli poteſt, vt not. Innoc. de eo,qui fur.or.recc.c.innotuit.in fin. Et ſi alij ponerentur ſubſtituti, ad quos proteſtatio referretur, deberet allegari per partem, & aliàs præſumeretur fraus, & facit, quia præſumitur in ſecunda ſubſtitutione dicta proteſtatio fuiſſe omiſſa, cum hodie præſertim per notarios audi.in incur.ſemper conſueuerit poni,& per hoc ſaluatur vnus magnus proceſſus,& ſumptuoſus,&c.

CONCLVSIO DXCI.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis procurator conſtitutus ad agendum contra Epiſcopum, volens validare proceſſum obtinuit etiam commiſſionem contra capitulum, an capitulum teneatur eiuſmodi commiſſioni parere.*

2 *Sententia lata à iudice contra partem iniuſte an teneat.*

1 SI procurator abbatis deputatus † ad agendum contra epiſcopum, volens validare proceſſum obtinuit etiam commiſſionem ſpecialem contra capitulum, & illud citari fecerit, & ſuſpendi pro contumacia, videlicet ſuſpenſio iuris, quia eam per primam commiſſionem etiam contra capitulum extendebat, ſecundum quoſdam per c.edoceri.de reſcrip. & ſi non per primam, tamen per ſecundam. Item licet capitulum prælato defendente non teneatur venire ad cauſam, ſed ſufficit quòd præſtet conſenſum in cauſa ardua prælato agente.per c.edoceri.Et ibi not.per Innoc.tamen quia pro multis cauſis poteſt dirigi actio contra capitulum.quæ poſſunt ſub commiſſionis generalitate comprehendi, & quia commiſſio ſecunda expreſſe dirigitur contra capitulum, & quia capitulum expreſſe vocabatur, negari non poteſt, quin capitulũ debuerit comparere cauſam allegaturum ſaltem, quare ad proſequendum compelli nõ deberet.per l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. & l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius vo.non ie.Nec ob. quod impetrans erat ſimpliciter contra epiſcopum conſtitutus, quia probat c.edoceri.allega.quòd per hoc videatur ſatis contra cap.conſtitutus.imò per præmiſſa ſatis domini concordabant, quòd dicta ſuſpenſio erat iuſta, ſed ſaltem negari non poteſt,
2 quòd fuerit aliqua.quia lata † à iudice contra partem iniuſte tenet. not. in c.ſacro.& c. Romana.de ſenten.excommu.

CONCLVSIO DXCII.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus a iure, & terminus datus ab homine æquiparantur.*

VNum modicum impedimentum reſtituit terminum decem dierum datum per iudicem à quo fertur diffinitiua, à qua appellatur ad appellationem proſequendam ad dictum terminum ipſo iure: vtputa, quia vna hora congrua quæſiuit dominum Pontium. qui ſignat commiſſiones, & non potuit reperire congruo loco, &c. Ratio eſt, quia
1 † ita eſt in termino dato à iure.not. Innoc.de appel. ex ratione. Igitur idem eſt in termino dato ab homine, quia iſta æquiparantur.Præterea.quia non datur hoc tempus ad complendum, ſed datur ad aliquam diligentiam faciend. modo per hoc probatur diligentia.

CONCLVSIO DXCIII.

De cau. poſ. & proprie. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio & reputatio actus ſufficiunt, ſi poſſeſſio fuerit aliquandiu continuata.*

1 LIcet poſſeſsio † & communis reputatio actoris mei mihi regulariter ſufficiant, quia ſuper iur. actoris principaliter non eſt pronunciandum. Fa.nc. Cyn. poſt Pet. C.quæ ſit lon.conſue.l.ij.in iiij.articulo verſus finem ſecundæ quæſtionis illius articuli quarti. per Innoc.de verbo.ſignific.veniens.de notorio. & fa.not.in cap.j.de regu.iur.lib.vj.in fin.vlti. gloſſ. & l. ſiue poſsidetis.C.de probatio. de ſenten. excommu.c.ſi iudex. lib.vj. cum ibi not. per Ioan. Mo.tamen illud intelligitur de poſſeſsione aliquandiu continuata: ſecus verò de minus recenti, quia illa ſine titulo minus euidenti non potuit cauſare ita cito talem communem reputationem, quæ deberet ſufficere iſto caſu poſſeſſori. hinc eſt quòd licet primo caſu poſſeſſor dignitatis agens contra creditores non haberet docere de titulo, ſi ſibi negaretur: ſecus tamen in caſu ſecundo. not. Innoc.de con. præbend. c.quia cunctis. in gloſ. cum plures. ver.ſi vero contra alios agatur.& quòd coadiuuant not.per Innoc.de reſtit.ſpol.c.in literis.in gloſſ.magna poſt princip.primæ coll.& quod me.can.cap.ij. §.per monachos. in fin.Fa.not.per Innoc.de eo qui fur.or.re.c.innotuit.& de præſu.illud.

CONCLVSIO DXCIIII.

De proba. De teſti. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Litera apoſtolica in forma expedita & inductio in poſſeſsionem an ſufficiunt ad probandum veram poſſeſsionem.*

VBi † ius actoris de neceſsitate & vere probandum non poteſt deſcendere, niſi ex vno titulo, 1
puta, quia per literas apoſtolicas in forma communi prouiſum, & in poſſeſsionem inductus, non ſufficit, quòd teſtes dicant, quòd literas viderunt & proceſſus, & viderunt earum vigore dari poſſeſsionem, niſi de prouiſione effectus literarum, & purificationis earum ipſi deponant: quia aliter non poſſunt reddere bonam cauſam.

CONCLVSIO DXCV.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Narratio vera, veram confeſsionem inducit.*

SI A. † contra B.habet probare C.fuiſſe capella- 1
num papæ, & producat gratiam per B.impetratam de beneficio vt vacan.per obitum C. in quibus narratur C. fuiſſe capellanum papæ, ipſe A.probat per hoc ſufficienter capellaniam, quia talis narratio confeſsionem inducit.per not.Ioan.And.in nouella. c.cum impoſitionibus.de iureiuran.lib.vj.

CONCLVSIO DXCVI.

De præbendis. Rubr.

NOn eſt locus ca.de multa. de præben.niſi ſecunda aſſecutio ſit pacifica nedum de facto, ſed de iure: puta, quia non litigioſa, & quo ad hoc approbata eſt gloſſ. Archi. & Ioan. Andr.poſita in ca.commiſſa. de elect.lib.vj.allegatur ca.dudum.de præbend. in fin. lib.vj. & reprobatur gloſ. Innocen. in c.conſtitutus.de appel. quod intelligitur verum, dummodo in limitibus legitimæ poſſeſsionis moueatur ſibi lis.per no.per gl.in d.c.commiſſa.

CONCLVSIO DXCVII.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Verborum (ſublata difficultate quacunque) poſitorum in C.ſi beneficia, de præben.explicatio.*

Verba

1 Verba iſta (ſublata † difficultate qnacunque) poſita in ca.ſi beneficia. de præbend. lib.vj.intelliguntur de difficultate facti, non de difficultate iuris, & quæ probabilem cauſam haberet, per not. Innoc. de præbend. pro illorum.ar.ff.de petit. h ere. Lilud. adeò, quòd ſi cauſam probabilem habuit litigandi, etiam ſi per tres inſtantias forte litigaret, locus eſſet recurſui ſecundum aliquos dominos.

CONCLVSIO DXCVIII.
De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſuccumbẽs in cauſa appellationis quando in expenſis condemnandus.*

1 Si vigore † commiſsionis impetratæ per appellatum poſt appellationem propter non proſecutionem iam deſertam, appellans, & appellatus proceſſerunt vſque ad concluſionem, & tunc auditor inſtante appellato pronuntiat appellationem deſertam, non debet condemnari appellans in expenſis factis ex proceſſu habito vigore dictæ commiſsionis ſuper negotio principali, quia per factum appellati iſtæ factæ fuerũt: ſecus ſi appellans commiſsionem impetraſſet. Et ita conſului domino Nicol.

CONCLVSIO DXCIX.
De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas quando ſurreptionem & non nullitatem inducat.*

a Si delegatus apoſtolicus [a] ad inſtantiã vnius partis altera abſente non per contumaciam in loco, in quo non procedere debebat, cauſam remiſit ad curiam beneficialem. & tanquam remiſſa commiſſa fuerit auditori, procurator legitimus alterius partis in remiſsione abſentis, ad alterius partis inſtantiam 1 citatus, & nihil obiciens, valet proceſſus † licet de præmiſsis, ex quibus remiſſ. nullitas videtur inſurgere, dicta commiſsio non facit mentionem, quia talis taciturnitas non nullitatem, ſed ſurreptionem inducit. de reſcript. ſuper literis. & debuit pars excipere, &c. ſed non fuit ponderatum, quòd ſine ſpeciali mandato papæ, vicecancellarius tales cauſas non deuolutas committere non poteſt.

a ¶ Delegatus apoſtolicus. *Nota, quod delegatus dicitur iudex extraordinarius. C. de dela.l.j. & eſt honorandus, ſi. ut ille, qui delegauit lxxxiij. diſtinctio præcipimus. Sed non creditur ei, niſi oſtendat literas delegationis. xcvij. diſtinctio nobiliſſimus. & de hac materia delegatorum ſatis profunda, ſide extra. de off. deleg. per totum. & lib. vj. cum ibi notatis per omnes.*

CONCLVSIO DC.
De conceſ. preben. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Non omnia falſa expreſſa vitiant impetrationes.*

In cauſa mea Rotomageñ. ſuppoſito, quòd dominus noſter in gratiis comunibus ordinauit, quòd habens vnicum beneficium xl. libra. ſecũdum communem valorem, vel taxam decimæ in forma pauperum impetratæ valent, ſi Ioan. habens beneficium cum cura taxatum ad x. impetrauit in forma pauperum faciens de dicto beneficio mentionem, & narrans illud beneficium ſecundum decimæ taxam ix. lib. non excedere, gratia ſua propter hoc nõ eſt ſurreptitia, quia non omnia † expreſſa falſa ſecundum 1 dominos vitiant impetrationes, ſed illa ſola, de quibus poteſt aliqualiter præſumi, quòd mouere potuerunt principem ſaltem ad facilius concedendum, not. Innocen. de conceſ. præben. cum noſtris. Modo in propoſito non poteſt hoc præſumi veriſimiliter, attenta maxime ordinatione antedicta. ergo, &c.

CONCLVSIO DCI.
De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Cancellaria an poſſit omnes cauſas, quæ ſunt de communi iuſtitia, committere.*

Cancellaria [a] poteſt † omnes cauſas, quæ ſunt de communi iuſtitia, committere. & per conſequens, quòd poteſtas de abſoluendo ad cautelam auditori commiſſa, coram quo pendet cauſa per dominium Pontificum ſine ſpeciali mandato bene valet, quia illud eſt de communi iuſtitia. de offic. deleg. cum contigat. de ſenten. excommu. per tuas. & c. ſolet. & c. venerabilibus. §. ſecus. a 1

a ¶ Cancellaria. *De cancellaria papæ, ſide extra. de reſcrip. c. ad hoc ſummo. Et quare dicantur cancellarij, not. per Azo. in ſumma. de aſſeſſ. §. cancellary.*

CONCLVSIO DCII.
De ſenten. & re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vim diffinitiuæ habens, habetur loco diffinitiuæ.*

De ſententia † lata ſuper deſertione diffinitiuæ ſententiæ latæ debet tantum recipere notarius, ſicut de diffinitiua, quia habet vim diffinitiuæ. not. gloſ. quòd vim diffinitiuæ habeat. de appel. cap. ſecundo. & idem in ſententia lata ſuper attentatis: fortiori ratione ſecundum eos ſuppoſita conſtitutione papæ Ioan. quæ habet, quòd tantum debet recipi de ſententia vim diffinitiuæ habente, ſicut de diffinitiua. 1

CONCLVSIO DCIII.
De officio delega. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus ſuſpectus an poſſit ſubdelegare.*

Concluſio, quòd licet ſit iuſta † cauſa recuſandi iudicem delegatum ſuper promotione mihi facta, quia authoritate ordinaria prouiſionem fecit, tamen nihilominus ante exceptionem recuſationis, ſeu ſuſpicionis oppoſitionem potuit ſubdelegare. not. gloſ. de appel. à collatione. lib. vj. Ægidius. 1

CONCLVSIO DCIIII.
De teſtibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Famulus procuratoris an poſſit eſſe teſtis in cauſa, quam dominus eius mouet contra aliquem.*

Concluſio, quòd licet procurator, † qui eſt, vel fuit non poſſit eſſe teſtis in cauſa. de teſti. ij. lib. vj. nec ſolicitator fortiori ratione, quia ille cenſetur ad cauſam maiorem affectionem habere: tamen clericus, ſeu familiaris procuratoris poteſt 1

bene eſſe teſtis, quia non reperitur eſſe prohibitus, ſi
bene deponit ſuper cauſa reſtitutionis ad appellan-
dum cum iuramento procuratoris receptum ſupple-
mentum ſatis ſufficit de iure C.l.in bonæ fidei.

CONCLVSIO DCV.

De cau. poſ. & proprie. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Petitorium eſt principalius poſſeſſorio.*
2 *Commiſsiones ſunt latè interpretanda in curia.*
3 *Vigore diſpoſitionis conditionalis qua fiunt, condi-
ctione pendente non valent.*

COnclusio, quòd ſi commiſſo petitorio, & poſ-
ſeſſorio in cauſa beneficiali, quod videtur fieri
per ſolam commiſsionem petitorij, de poſſeſſorio
tamen mentione non facta, nec appoſito verbo ex-
cluſorio, tenet. argu.cap.de iudic.l.nulliter.cum ibi
not.nec ob.C.de nego.geſt.l.fin. Ferat auditor defi-
nitiuam in poſſeſſorio ſolo, pro eo, quòd petitorium
erat ſuſpenſum, & ab illa appellatur ac cauſa appel-
lationis huiuſmodi. & negotij principalis de petito-
rio expreſſa mentione non facta committatur al-
teri auditori, coram quo ille, qui contra ſe habuit
ſententiam in poſſeſſorio, altera parte conſentien-
te, renunciat dictæ ſuſpenſioni per eum in prima in-
ſtantia factæ, & ſeruat terminns in vtroque, & valet
proceſſus: licet aliqui contra. Ratio eſt, quia licet
enmmiſsio facta ſuper appellatione à definitiua in-
terpoſita etiam deuoluat negotium principale ſic,
ſcilicet quòd adiectio negotij principalis in ea facta
ſuperfluit. hoc intelligitur verum, dummodo non
reperiatur ſeparatum aliqnnd principalius nego-
tium à negotio appellationis. Tunc enim, quia non
reperitur, quod adderet illa adiectio, non mirum ſi
nihil addat, ſed vbi reperitur aliquod aliud nego-
tium, quàm appellationis principalis, tunc quia re-
peritur quod addat, non mirum ſi addat, ſicut in
caſu, quu ſuper certo grauamine ante ſententiam
appellatur, & committitur cauſa grauaminis, &
negotij principalis. Modo ita eſt in propoſito, quòd
licet petitorium, & poſſeſſorium ſint duæ cauſæ ſe
quaſi non contingen.argu.ff.de acquiren.poſſ.l.na-
turaliter. §. nihil. tamen facta relatione de vna ad
1 aliam † petitorium principalius eſſe cenſetur, quia
trahit ad ſe poſſeſſorium.de cau.poſ.cum eccleſia.
2 & cap.cum dilectus. Et facit, qnia † commiſsiones
latè ſunt interpretandæ in curia.per not. Innocen.
de reſcript.cap.ſuper literis. Caue tamen, quia non
intelligo hoc caſu fuiſſe commiſſum auditori ſe-
cundo negotium principale, niſi in euentum: vide-
licet in caſu, qnn pronuntiaret per primum ſuper
poſſeſſorio malo fuiſſe pronuntiatum, quia in illum
ſolum caſum perderet iuriſdictionem, videlicet
cum grauat, nec aliter ſuper non expeditis eſt ſibi
iuriſdictio auferenda.de appel.vt debitus.& c.cordi.
cum ſimilibus. Et licet illa iura loquanrnt cnm ap-
pellatur ante ſententiam, tamen hoc caſu obtinere
debent, quia ratio in vtroque caſu eſt vniformis.ar.
ff.de fonte.l.vnica. de transla. inter corporalia. cum
ſimilibus. Sed diceres: ergo proceſſus nnn valuit
3 contra concluſionem. Probo, quia quæ fiunt † vi-
gore diſpoſitionis conditionalis, conditione pen-
dente non valent.ff.de condit.inſtit.l.ſi quis ita hæ-
redi. vel lega. & de conceſſ. præbend.cum ei quem.
in clemen. j. reſponſo. Sed reſpondeo, quòd hoc
caſu alia ratio format pactum: puta, quia cum ar-
ticulus grauaminis, & negotium principale ſimul
auditori committuntur partibus ambabus conſen-
tientibus, poteſt auditor omittere articulum gra-
uaminis, & procedere in negotio principali.argu.de
appella. cordi.libr.vj. cum ibi notatis. Et ita ſerua-
tur. Modo ita fuit in propoſito, & præmiſſa omnia
dixi, quæ finaliter dominis omnibus, vt videbatur,
placuerunt. Et ita fuit obtentum.

CONCLVSIO DCVI.

De appellationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmata in poſſeſſorio per iudicem ap-
pellationis petitorij cauſa debet remitti auditori
primo.*

COnclusio, quòd ſi intentatæ † ſuprà proximæ 1
quæſtionis ſuſpendens non renuntiaſſet ſu-
ſpenſioni, & ſolum in poſſeſſorio fuiſſet proceſſum,
& finaliter fuiſſet in poſſeſſorio [a] ſententia confir- a
firmata, cauſa petitorij deberet remitti auditori pri-
mo, etiam ſi auditor primus appellationi à dicta ſen-
tentia lata in poſſeſſorio interiectæ detuliſſet. Nec
obſt.c.cum appella.de appel.libr.vj.ij.reſponſo. Ra-
tio eſt, quia reuera ſunt cauſæ diuerſæ ſe ipſas non
contingentes, vt de acquir.poſ.l.naturaliter.§.nihil.
argu. de reſtitu. ſpol. in literis. & capi. item cum
quis. Ægidius.

a ¶ In poſſeſſorio. *Nota, quòd poſſeſſorium iudicium eſt triplex,
ſcilicet pro poſſeſsione adipiſcenda. retinenda, & recuperanda:
vt in c.paſtoralis de cauſa poſſeſsionis. in gloſ.iiij.*

CONCLVSIO DCVII.

De foro competenti. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus & legatus ſi in iuriſdictione concurrant,
an præuentio facta per Epiſcopum adimat iuriſdi-
ctionem legato.*
2 *Appellans appellando conſentit, nec poteſt à con-
ſenſu huiuſmodi recedere.*

CApitulum primum de foro competen.libr.vj.
j.reſponſo. non habet locum in appellationi-
bus ad legatum natum, vel de latere interiectis: quia
poteſt adiri per viam ſimplicis querelæ. Et ita not.
gloſ.de foro competen.Romana.in vj.& de appella.
cordi. eod. lib. Hoc tamen impugnat, & poſt eum
dominus Benedictus, quia licet † epiſcopus, & lega- 1
tus in iuriſdictione concurrant, vt de offic.leg.cap.j.
tamen præuentio [a] facta per epiſcopum ademit le- a
gato iuriſdictionem, vt de foro competen.c.propo-
ſuit. nec appellatio ſibi iuriſdictionem deuoluit, niſi
in euentum omittere verum articulum grauaminis,
& procedere in principali, eſſet prorogatio quæ-
dam, quæ requirit conſenſum iudicis perdentis iu-
riſdictionem, vt c.ſignificaſti. de foro competen.&
quæ non poteſt fieri niſi parte vtraque conſentien-
te.ff.de iuriſdict. omn.iudi.l.ſi conuenerit.& l.ſi per
errorem.& ff.de iudic.l.j.& l.ij.in princip. Nec ſuffi-
cere videtur conſenſus tacitus appellantis.per not.
Innocen. de offic. delega. c.prudentiam. Sed præ-
miſsis

miſsis ad pauca reſpicientibus in ſcholis viderentur forſitan collecta, tamen de iure non valerent, & omnibus aliis dominis diſplicuerunt. Primò quidem non eſt verum, quòd præuentio adimat iuriſdictionem alias habenti ipſo iure, licet exceptionem pareat contra præuentum. Nec c.propoſuiſti. loquitur in caſu iſto, ſed loquitur, vbi appellatione probabili præuentus vult recedere altera parte inuita. Et c. ſignificaſti. loquitur in prorogatione alias non iudicis proprij. hic ſecus, & hic vtraque pars con-
1 ſenſit. quia appellans † appellando conſenſit, nec poteſt à conſenſu huiuſmodi reſilire. vt c.cordi.& glo.Innoc. in c.prudentiam.loquitur in errante, ſed in ſciente ſecus. Ita quòd omnia prædicta fundamenta Lapi ſunt falſa.

a ¶ Præuentio. *Nota, quòd præuentio inducitur per litis conteſt. in c.penult.de foro competen. quod verum eſt, niſi alter ſit impeditus cognoſcere. Bart.ſing. in l.ſi maritus.in §.j.de adulte. Inducitur etiam quandoque præuentio per citationem, quandoq; per libellum, & quandoque per ſententiam. Vide Bart.plene in l.ſi plures.de leg.j.*

CONCLVSIO DCVIII.

De prebendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio ſuper aliquo beneficio per papam ſignata an ſufficiẽter probet ius beneficij fuiſſe alicui acquiſitum.*

1 Impetrans † beneficiũ vacans ᵃ tanquam per mor-
2 tem Titij, non ſufficienter probat Titium habuiſſe ius, ſolum producendo ſupplicationem per papam de huiuſmodi beneficio ſignatam ipſi Titio, quia non probat hoc eſſe, &c. C.de proba.l.ad probationem. & l. neque natalis. Modo poſsibile eſt, quòd literæ in can.non potuiſſent expediri, vel cum aliis clauſulis reſtrictiuis fuiſſent expeditæ: vel quòd ille repulſus fuit in examine: vel quòd non per modum prouiſionis, ſed per modum mandati de prouidendo tranſiuiſſet.

a ¶ Beneficium vacans. *Beneficium impetrans vacaturum tenetur de ſui receptione in canonicum, & in fratrem facere mentionem extra de prebend. in noſtra. Si autem impetrat vacans, non, vt not. in c.per Innoc. quod eſt notandum.*

CONCLVSIO DCIX.

De prebendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Generalitas clauſulæ debet reſtringi ad vnam perſonam, ſi de vna tantum perſona fiat mentio, ſecus verò ſi de duabus.*

Licet palatium teneat hanc opinionem, quòd impetrans gratiam de beneficio, tanquam de vacante per certum modum in perſonam Titij, vel aliquo quouis modo præterquam ipſius Titij obitum, vel aliquem modum, non poteſt habere, niſi contingentem in perſonam Titij: tamen ſi impetrans per obitum Titij, & poſt timens, quòd vacaret per obitum Seij, nec aliàs, niſi per mortem Titij vacaſſet, & reperiatur vacare per contractum matrimonij ex perſona Mæuij, per quem modum in ſecũda data ſequen. & etiam confirmationem aliis impetrauit. Primus ius habet vigore dictæ confirmationis ſecundum dominum Nicol. cui tunc prima facie aſſenſi. Sed alij omnes contra. Ratio noſtra fuit, quia pro eo, quòd de altero modo vacandi ratione perſonarum in præcedenti narra. confirmationis fiebat mentio, ad talem modum alternatiue conceſsio, ſeu concluſio confirmationis ſe referre debebat: maxime quia hic non fuit clauſula, præterquam per obitum: & maxime quia fuit alia exceptio, videlicet dummodo non vacaret per aſſecutionem authoritate literarum apoſtolicarum. Sed in primo caſu ibi non fiebat mentio, niſi de vna perſona, & referebatur exceptio ſolum ad illam. Et ita videbatur, quòd etiam ad illam ſolam deberet referri regula. Quanquam tamen in primo caſu Ioan. Cal. diſputauerit, & contrarium tenuerit. In ſecundo verò caſu omnes alij fuerunt contra, quia ſicut per ſtylum habet reſtringi † generalitas clauſulæ ad vni- 1
cam perſonã, dum de illa vnica facta eſt mentio, ita deberet habere ſtylus, quòd ſi fiat mẽtio de duabus perſonis, ſolum ad illas duas perſonas dictæ clauſulæ generalitas referatur per identitatem rationis, allega. clemen.j.de præbend. cum gloſ. ſuper ver.& quamuis aliam. allegant l.fin.§.cui dulcia.ff.de vino, triti.& oleo lega.

CONCLVSIO DCX.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Capellanus papæ an debeat probare per bullam, ſe receptum fuiſſe ad capellaniam.*

Licet † capella papæ de iure ſcripturam non re- 1
quirat, quia papa, qui capellanos facit, non facit ſub bulla, ſed mandat eos recipi per camerarium, & tunc camerarius eis receptis per dationem cappæ, & rocheti, & birreti eos in matricola inſcribi facit inter alios, tamen propter dictam inſcriptionem dans articulum de huiuſmodi capellanatu, tanquam calumnioſus ad probandum per teſtes non admittitur, niſi doceat de aliquo probabili impedimento, quo impediente de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt, ſicut dicens ſe priuilegium amiſiſſe, volens probare tenorem, debet prius probare amiſsionem, vt c.cum olim.de priuileg.not.ibi per Innocen.in gloſſ.ij. ſicut allegans ſe gratiam ſpecialem à papa ſub certa forma obtinuiſſe, & de narratis dans articulos, petens eos admitti ad probandum per teſtes, non admittitur in palatio ad hæc, niſi producat gratiam, poſtquam eam poteſt faciliter de regiſtro habere, niſi cauſam probabilem allegaret, quare eam habere non poſſet. Et ita ſeruamus propter præſumptam calumniam. Ægidius.

CONCLVSIO DCXI.

De probationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio non facit titulum, & à veritate recipit ſeparationem.*

2 *Sola reputatio non ſufficit, vbi requiritur veritas cauſa ad productionem effectus.*

3 *Actor petens adiudicationem debet plene probare.*

Actor admiſſus ad probandum huiuſmodi capellaniam per teſtes, forte ex cauſa probandi communem reputationem & poſſeſsionem, ſuffi-

cienter non probat, quo ad effectum deducendi re-
ſeruationem,& per eam reum aduerſarium, & poſ-
ſeſſorem excludendi. Ratio eſt, quia reſeruatio non
afficit heneficia illorum, qui vere ſunt de iſta proſeſ-
1 ſione. Modo poſſeſsio † nou facit titulum, vt l. habe-
mus. ff. de decur. & à veritate recipit ſeparationem,
vt in toto ti. plus vale. &c. & l. naturaliter. §. nihil.
ff. de acquiren. poſſ. & de cau. poſſ. c. cum eccleſia. &
2 c. cum dilectus. Vbi enim requiritur † veritas cauſæ
ad productionem effectus, non ſufficit reputatio
ſola. Item licet quis reputetur iudex delegatus, cum
non ſit, non propter hoc valet eius ſententia. not.
Innocen. de reſcript. c. ſuper literis. in gloſ. imò ſiue
forſan. circa princip. Nec obſt. l. Barbarius. vt not. In-
noc. in gloſ. prædicta. tamen hoc adiicit, quòd actor
3 † habet plene probare. de proba. in præſentia. C. eo.
titu. l. actor. & l. contra negantem. & ff. eod. l. ij. C. de
eden. l. qui accuſare. & C. de re. ven. l. fi. & maximè,
dum adiudicationem petit. Sed ſi eſſet reus, & poſ-
ſeſſor non petens adiudicationem, ſed abſolutio-
nem ab impetitione, forte putarem bene, quia hu-
iuſmodi cómunis reputatio induceret præſumptio-
nem, quæ voluerit onus probandi in aduerſarium.
C. de proba. l. ſiue poſsidetis. Faciunt præſertim no.
Cy. in d. l. actor. Primum dictum confirmat id quòd
materia dictæ capellæ in actore videtur obiectiua,
& per conſequens requirit clariorem probationem.
per not. Innoc. de accu. c. ſuper his.

CONCLVSIO DCXII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens ſuper articulo capella ſi dicat ſe præſentem fuiſſe in curia, dum talis reciperetur in capellanum, an probet.*

1 TEſtis † deponens ſuper articulo dictæ capellæ,
& dicens, quòd ideo ſcit, quòd fuit præſens in
curia, dum ille fuit factus capellanus nihil probat,
licet domi. Barto. in tractatu ſuo. de teſtibus, dicat
hoc teſtimonium bonum de actu apprehenſibili,
proprio viſu, vel auditu: ſcio, quòd fui præſens: ta-
men hoc intelligitur de illo, qui fuit præſens ſic,
quòd veriſimiliter actus non potuerit fieri, quin
hoc viderit, vel audiuerit: tamen alias ſecus, vt hoc
caſu. Potuit enim eſſe, quòd ſuit in taberna, vel ec-
cleſia, & quòd non potuerit videre quid fieret in
capella papæ. Ægidius.

CONCLVSIO DCXIII.

De præſumptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In negotio colluſorio iudex debet ſuperſedere à pronuntiatione, & concluſione in cauſa.*

1 SI in cauſa † beneficiali actor poſſeſſor, & reus
dans libellum verbo, procedunt vſque ad con-
cluſionem incluſiue, nihil producendo hincinde, &
reus renunciet liti, & cauſæ: & ob hoc actor petat,
quòd declaretur reo non cópetere, nec competiiſſe
aliquod ius, ſibi perpetuum ſilentium imponen-
dum fore, & imponi. ſéque ab impetitione ipſius rei
abſoluendum fore, & abſolui, auditor debet præſu-
mere, totum iſtud negotium eſſe colluſorium, & à
pronuntiatione ſuperſedere, quouſque actor in ali-
quo docuerit de iure ſuo.

CONCLVSIO DCXIIII.

De iudiciis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Pars præſens non tenetur aduerſarium ſuum quærere extra locum vbi curia cauſarum exercetur.*

CVria exiſtente in Roma, & papa cum cardina-
libus ſuis exiſtente in Anania ad diætam cum
dimidia prope vrbem, partibus litigantibus ad Ana-
niam recedentibus procuratoribus, & ſubſtitutis
non admiſsis poteſt per audientiam procedi contra 1
eos. Ratio eſt, quia pars † præſens non tenetur ta-
lem aduerſarium ſuum quærere extra locum, vbi
curia cauſarum exercetur. ff. quando appel. ſit. l. j. §.
dies autem. ver. adeundi autem facultatem. cum ſi.
& ff. de procur. l. vna. & l. ſequen. poſtquam agimus
de actu expediendo certo loco & non alibi, abſens
ab illo loco cēſeti debet ſimpliciter abſens per præ-
dicta iura. Secus vero, ſi diſpoſitio requirens per-
ſonæ præſentiam non ſe arctaret ad certum locum
loci. & ita procedit, quod habetur de præbend. præ-
ſenti. lib. vj. in princip. & §. j. & §. loca.

CONCLVSIO DCXV.

De teſtibus. *Rubr.*

ETiam teſtes de Roma in caſu ſupra proximo ad
Ananiā recedeñ. iurantes ſe non recedere cauſa
productionis proxime dicendæ, & ſe non eſſe reuer-
ſuros in breui, poſſunt recipi, vt affuturi.

CONCLVSIO DCXVI.

De litis conteſta. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ex perſona actoris metimur ius.*

SI agit actor ſuper beneficio, tanquā ſuper vnito
ſuæ dignitati, & tanquam ſuper re, quæ eſt de
pertinentiis ſuæ dignitatis: licet reus prætendat il-
lud ad ſe iure tituli, & tanquam beneficium ex col-
latione apoſtolica pertinere: tamen non cenſetur
cauſa beneficialis. ſed prophana, & requiritur litis
conteſta. adeo, quòd reus citatus ad reſpondendum
libello non comparens eſt excommunicandus. Ra- 1
tio eſt, quia † ex perſona actoris ius metimur. ff. ſi
pars hæredi. pe. l. j. in princ. plùs dicebat domi. Nico.
quòd etiam ſi ageretur, vt de beneficio abſens non
comparens excommunicari deberet, quia poſsit
procedi ſummarie. Hoc concernit ſolum fauorem
præſentium partium, & procedentium, non autem
concernit contumaciam partis aduerſæ non curan-
tis procedere, ſecundum eum. ſed dubium eſt.

CONCLVSIO DCXVII.

De officio delega. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſunt de directo neceſſaria ad fundandum ius & intentionem agendi, vel defendendi, maxime affirmatiue prolata probanda ſunt.*
2 *Inquiſitio facta parte non vocata non valet.*
3 *Reus in ſua exceptione eſt actor.*
4 *Falſitas cauſæ non vitiat ipſo iure vnionem.*

SI executor papæ datus ſuper vnione fienda, [2]cui
papa cōmiſit de certis prætēſis cauſis, quare pe-
teba

tebatur fieri vnionem, diligẽter inquireret, & ſi reperiret eſſe veras, procederet, prout de iure, ad huiuſmodi vnionẽ faciendam, qui referendo ſe cognouiſſe de dictis cauſis, & ſe repetiſſe eas eſſe veras, procedit ad huiuſmodi vnionem, non propter hoc dicto dicti executoris ſuper veritate dictarum cauſarum eſt fides in iudicio plena ſaltem adhibenda. Licet enim crederetur nudo nuntio, vel miniſtro ſuper aliquo nudo, & ſimplici officio cauſæ cognitionem non requirenti ſibi commiſſæ referenti, vt curſori ſuper citatione. arg. ff. de reb. eorum, qui ſub tut. vel curat. l. magis puto. §. ne tamen. & extra. de appel. cap. cum parati. nec mirum, quia teſtis, & notarius ex publico eorum officio eſt de hoc deponere: tamen vbi exigitur cauſæ magnæ cognitio, & in facto arduo, tunc licet credatur tali executori referenti ſe ſuper hoc inquiſiuiſſe, quod inquiſiuit: tamen quòd illa inquiſitio contineat veritatem ſuper hoc ſibi non creditur, etiam ſi verbo hoc dicat, vel literis promat: niſi appareat de illa inquiſitione, qualiter facta fuit: & hoc maxime, ſi per hoc graue alicui præiudicium afferat. Et hanc diſtinctionem poſuit Spec. tit. de remiſſ. §. vtile. ver. ſed nunquid remiſſio. in fine. Et hoc verum, niſi forma mandati haberet, quòd de repertis inquiſitione fidẽ faceret executor ſub proprio eius ſigillo: quia tunc crederetur huiuſmodi ſigillo propter formam. ſecundum Spe. in d. §. vtile. in fi. Modo hic eſt factum arduum, & non eſt hic dicta forma. ergo licet credatur inquiſitum, ſeu cognitum fuiſſe: non tamen crederem ea, quæ inquiſitione continentur vera fuiſſe, niſi aliter conſtet. Aut enim proceſſum fuit ad huiuſmodi inquiſitionem parte vocata, & in forma iudicij, & tunc certum eſt, quòd deberet fides fieri per acta, nec ſufficit relatio iudicum. de proba. quoniam contra: ant parte non vocata, & tunc eſſet iniquũ, quòd probationes illæ poſtmodum in iudicium, etiam ſi in forma ſua originali producerentur, ſicut tenemus in palatio de proceſſu executorum inquirentium ſuper narratis in gratia ſecundum formam mandati ſibi facti, quia propter hoc, quòd hoc fit parte abſente, poſtmodum negotio deducto in viam litigij, nec talibus probationibus, nec executori ſuper hoc referenti. quo ad hoc, creditur, ſecundum omnes. Nec obſt. ſi dicas hic non eſt locus partis. vocat. vt clem. ſi vna. de reb. eccle. non alie. quia dico, quòd hoc non bene concludit, rectorem viuentem tempore vnionis forte de cauſę huiuſmodi falſitate non poſſe conqueri, quia de ſuo præiudicio non agitur, quod tamen clarum non eſt ex toto. Sed ſi hoc verum eſſet, tamen quando rector ſucceſſor illius, cui præiudicat dicta vnio, poſsit dare, cauſam veram non fuiſſe. Sed dices: probet ergo falſitatem, qui eam allegat. arg. ff. de prob. l. ij. Reſpondeo, quòd probat eoipſo, quòd veritas non probatur. vt C. de re mili. l. ſuper ſeruis. Licet enim hoc alleget, non tamen hoc allegat aſſerendo, prout nec tenetur, ſed potius negando. Pro quo ſciendum, quòd quicquid eſſet in ordinario ho. caſu, tamen requiritur veritas cauſæ, quia illa fuit expoſita in reſcripto. arg. de reſcr. cap. ex parte. ergo ſine illa ad vnionem non potuit procedi, & per conſequens ad iuſtificationem vnionis probanda eſt. Simile de conuerſione in vtilitatem, &c. auth. hoc ius porrectum.
C. de ſacra. eccl. & ff. de exerci. l. fin. Hæc enim eſt regula, quòd † omnia illa, quæ ſunt de directo neceſ- 1
ſaria ad fundandum ius. & intentionem agendi, vel
defendendi, maxime affirmatiue prolata (& idem
etiam forte in negatiuis) probanda ſunt, vt hanc regulam ponit do. Bart. de verb. oblig. l. in illa. fa. bene. c. j. de reb. eccle. non alie. libro vj. vbi videtur caſus, quòd in alienatione cauſa probanda ſit, cum ibi dicat Ioan. Andr. quòd illa cauſa ibi expreſſa fuiſſet bona, ſi fuiſſet probata. Modo nihil eſt ſibi commiſſum, niſi quòd exquirat. & vniat, & cum hoc quod inquiſierit, & per inquiſitionem, quam fecit, ita eſſe repererit, & vnierit, & tamen quòd non ſit ita, ſicut ſua inquiſitio habet, maxime quia ſua inqui-
ſitio † fuit facta parte non vocata, forte per falſos 2
teſtes non iuratos & male deponentes, igitur, &c. Caue, ſi peteretur canonizari vnionem prædicta clare procedunt. Sed ſi poſsidet ille, qui ex vnione ſe iuuat, maius eſt dubium: videlicet an ex facto, & relatione executoris inſurgat ſaltem talis præſumptio, quæ ipſum releuet à probatione, niſi cauſæ falſitas contra eum probetur. Sed puto idem, quia poſtquàm ſtatus præcedens vnionem plene probatur, ex quo plenè fundata eſt intentio ipſius agẽtis, oportet quòd poſſeſſor excipiens ſuam exceptionem plene probet, ita quòd præſumptio, vel ſemiplena probatio rei excipientis plenam actoris probationem in aliquo non emanaret. arg. eorum, quæ not. per Cyn. C. ſi cer. peta. l. in bonæ fidei. in vltima con-
cluſione. Nec mirum, quia † reus in ſua exceptio- 3
ne eſt actor. ff. de probat. l. in exceptionibus. Iunge omnino, quæ habes in concluſionibus dom. Neap. concluſione lix. fol. x. vbi finaliter tenetur, quòd
falſitas † cauſæ non vitiat ipſo iure vnionem. Sed. 4
caue, quia loquitur in vnione facta per ordinarium non autem loquitur in caſu noſtro, videlicet in vnione facta vigore reſcripti, in quo cauſa narratur, & in quo intelligitur clauſula, ſi eſt ita, vt dixi.

a ¶ Vnione fienda. *Addé, quòd vnio duarum eccleſiarum facit vnam. extra ne ſede vacante. cap. j. & vide extra de exceſſ. prala. ſicut vnire. Et ſi vnum regimen vel ſtatutum vnitur alteri, quomodo debet regi, & ſeruandum quæ ſtatuta, vide Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff de pignorat. actio. Et quando duo vniuntur adinuicem quod inducatur, in l. j. § ſi coheredem. ad leg. Falcid.*

CONCLVSIO DCXVIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatum ſi fuerit ad papam, non facta mentione, in huiuſmodi appellatione, de negotio principali, an iudex appellationis poterit procedere ſuper articulo grauaminis, & negotio principali.*

SI in † cauſa beneficiali iudicialiter vel extraiu- 1
dicialiter ab aliquo grauamine fuerit appella-
tum ad papã,[a] & cauſa huiuſmodi appellationis de a
negotio principali mentione non facta fuerit commiſſa per papam auditori, nedum poteſt auditor procedere ſuper articulo grauaminis, imò etiam ſuper negtio principali: quia talis appellatio, licet quo ad verba non contineat, nec tangat, niſi articulum appellationis, tamen effectualiter continet,

tangit, & deuoluitur negotium principale, vt c.ſta-
tuimus. de elect. lib.vj. Et maxime clarius eſt hoc,
cum cauſa more ſolito committitur cum inciden.
depen.emergen.& connexis: quia tunc negari non
poteſt,quin principale negotiũ ſit de inciden. emer-
gen.dependen.& connexis,ſecundum omnes.
a ¶ Appellatum ad papam. *Nota, quòd ad papam poteſt appel-
*lari omiſſo medio. vt per Philippum peruſinum de appellat. late
*in cap. dilecti, in glo. j. ver. x. militatio. & in ver. vj. intellige. Sed
*ad imperatorem non poteſt appellari omiſſo medio. vt per eun-
dem in cap. dilecti filij prior. eod. tit.

CONCLVSIO DCXIX.

De electione. De inſtit. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo aliquibus in prouincijs obſeruanda tanquam optima legum interpres.*

CApitulum fin.de elect. lib.vj. quòd loquitur in
electionis confirmatione, non habet locum in
inſtitutione, quæ ſequitur præſentationem, & eam
approbare videtur: licet Ioan. Andr. ibidem in glo.
in nouella notet contrarium, quia iſta ſpecie diffe-
runt, vt probat cap.cum in illis. de præben.lib.vj.&
tamen cap.illud vltimum, de elect. lib.vj. ponit ius
nouum à iure communi exorbitans, & ita non de-
bet extendi ad caſum ſpecie differentem, vt cap.non
ſolum. & cap.conſtitutionem. de reg. lib.vj. imò o-
mnino, & penitus diuerſum, vt videtur, ergo per
cap.ſtatutum.de elect. lib.vj. imponitur pœna nul-
litatis: licet Ioan.Andr. ad hanc rationem reſpon-
deat ſatis colorate. Prædicta intellige non vbique,
1 ſed ibi ſolum, vbi non †eſt conſuetudo contraria,
quia in Anglia, & Normandia, & certis partibus
Alemaniæ obſeruatur dictum cap.fin iniuſtitię.Sed
in illis conſuetudo talis ſeruanda eſt,tanquàm opti
ma legum interpres.cap.cum dilectus.de conſue.&
l.ſed ſi de interpretatione. ff.de legi.

CONCLVSIO DCXX.

De reſtitutionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio eſt verè collatio.*

CLem.auditor. de reſcrip. nedum habet locum
in collatione, imò etiam in inſtitutione, & vi-
1 detur ibi notari ſuper ver.debitum.in glo.quia†in-
ſtitutio vere collatio eſt.Et ſi haberet locum c.fin.de
elect. lib.vj. de inſtitutione. minus adhuc haberet
dubia,per ea,quæ not.in d.clem.ſuper dicto ver.

CONCLVSIO DXXI.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per iudicem à quo pendente termino ad dandum apoſtolos, an ſit ipſo iure nullus.*
2 *Impedimentum vnius non nocet alteri.*
3 *Appellatio ſuper conuentione non impedit proceſſum reconuentionis.*
4 *Terminus iure datus ad appellandum, vel appellationem proſequendam ante ſententiam non impedit proceſſum iudicis.*
5 *Appellatio an ſit actus extraiudicialis.*
6 *Iudex a quo quando perdat ſuam iuriſdictionem.*

1 PRoceſſus † factus per iudicem,à quo eſt appel-
a latum pendente termino [a] ad dandum apoſto-
los,non eſt ipſo iure nullus. Et hanc opinionem te-
net modo palatium, licet de tempore aliquo meo
tenuerit totum contrarium. Et in opinione contra-
ria erant domini Viuarieñ. P. Iambo. & Guil.Gal.
Sed abſentante ſe domino Viuarieñ. palatium mu-
tauit, & hanc amplexum eſt. Et iſtam opin. tenet
Ioan.Andr.de appell.vt ſuper.lib.vj.licet ille tenue-
rit contrarium in cap.cordi.eod.tit. Caue in primis,
quia non negatur, quin appellatio ſit legitima in
vim appellationis iudicis à quo iuriſdictionem ſu-
ſpenden. totus ille proceſſus quantocunque poſt
appellationem ſit nullus,& quando poſt veritatem
cauſæ probatam ſit de facto reuocan. de ſenten.ex-
communi. per tuas. cum ſimil. Sed procedit ſolum
dubium noſtrum bene clare, an ob hoc ſolum,quia
pendente termino ad dandum apoſtolos factus
fuit, debeat dici nullus, etiam ſi cauſa, propter
quam appellatum eſt,non ſit vera. Et dicitur quòd
non Primo,quia ſeparatum eſt illud, à quo eſt ap-
pellatum à proceſſu, de quo agitur de appellat. vt
debitus. ergo impedimentum†vnius alteri non no- 2
cet, etiam coram eodem, & inter eoſdem. de teſti.
cauſam quæ. & cap.cum veniſſet.de appell.inquiſi-
tioni.ff.de mino.l.etiam.cum ſua glo. C.de rapt.virg.
l.vna. ideo appellatio † ſuper conuentione non im- 3
pedit proceſſum reconuentionis.Ber.de appella. ſu-
per eo.& Guil.in Spec.recon.§.pen.in fin.Secundo,
quia appellatio friuola, vel nulla ex falſo grauami-
ne hunc proceſſum impedire non debet: ergo nec
eius ſequela, puta, dicti termini præfixio. Confir-
matur, quia appellatio in vna cauſa iuriſdictionem
ordinarij in alia cauſa non ſuſpendit. de appellat.ad
hæc.& cap.cum teneamur.& cap.propoſuit. & cap.
paſtoralis.& eod.tit.Romana.§.cum vero.Sed idem
eſſet in delegato hoc caſu, ideo non curo. Tertio,
quia expectatiua, & penden. termini id ſolum im-
pedit interim fieri, quòd prorogat, & pro quo ex-
pediendo præfigitur,non autem alia ſeparata ab eo,
quæ non habent fieri in termino,nec poſt neceſſa-
rio, quia ita intelligitur l.ſiue pares. C.de dilationi-
bus.& cap.ſignificante.de appella.& probatur C.de
reb.credit. l. generaliter §.his autem ſtatutis. Vbi
dicit text.licet abſenti præfixus ſit terminus,in quo
veniat præſtitum iuramentum deciſorium litis, vel
illud aduerſario relaturus: dicti termini relatione,
& penden. non obſtan. ſuper alijs litis articulis ab
iſto iuramento ſeparatis poteſt procedere iudex.
Et hunc intellectum poſuit Cyn. in l. ſiue pars. al-
leg. modo iſte proceſſus à datione apoſtolorum
eſt ſeparatus.Facit,quia appellans pendente termi-
no ſuæ appellationis recurrit ad iudicem à quo,&c.
de appellationibus. cum teneamur. Quarto, quia
terminus † iure datus ad appellandum, vel ad ap- 4
pellationem proſequendam ante ſententiam non
impedit proceſſum iudicis.de appellationib.non ſo-
lum. libro vj. ergo nec terminus hominis iſta æqui-
patando.argum.j. de appellatio.cap.perſonas.& ſe-
quen.& clement.quamuis.eodem tit. Quinto,quia
extraiudicialis † actus, vt appellatio, non vitiat per 5
ſe, nec extra ſua pendentia iudicialia, ſi aliàs licite
fiant. de electio. cum inter. & cap.conſiderauimus.
C.de rei vendica. l.ſi fundus. & not. Innocent. de
ma.& obed. dilecti. de his quæ fiunt à ma. par.cap.
primo. de appellat. conſtitut. ij. reſponſo. Sed talis
termini

termini præfixio eſt actus extraiudicialis. Probo,
quia eam poteſt facere vnus de pluribus. vt clem. j.
de appellat. quod alias non poſſet. ff. de re iudicata.
l. duo ex tribus. Tendit enim ad hoc, quòd iudex à
quo ſuam iuriſdictionem perdat, ſi non det, &c. de
appellat. cordi. cap. vt ſuper. & cap. ab eo. lib. vj. Sex-
to, quia appellato iſte terminus non eſt præfixus,
& cum eo ſolo poteſt procedi. de dolo & contum.
cum qui. libro vj. ergo cum appellato non impedi-
tur proceſſus, quia ratio non apparet, maxime, quia
appellans interim etiam poteſt procedere coram
iudice, ad quem appellauit illo termino pendente,
quia aliàs non computaretur in fatali, ergo. de ap-
pellat. ex ratione. & tamen computatur. arg. de ap-
pellat. ſicut appellationem. in clem. & cle. quamuis.
eodem tit. ab eo. arg. regulæ non licet actori. lib. vj.
Septimo, hoc videtur probari per decre. vt ſuper. &
decret. ab eo. alleg. quia ponunt tria tempora: pri-
mum de negatione apoſtolorum, ſecundum negli-
gentiæ, tertium quod procedit. De duobus primis
1 diſponit Innoc. dicens, quòd † perdit iuriſdictionem
iudex à quo, denegans, vel negligens inſtanter, &
debite requiſitus. De tertio non diſponit, ergo re-
linquitur priori diſpoſitioni. C. de teſta. l. ſancimus.
de appella. præcipimus. in fi. & arg. ſumptum à con-
trario confirmatur, quia dictio tunc, poſita in cap. vt
ſupra. notat temporis extremitatem. ff. de conditio.
& demonſtrat. l. iiij. in fi. ſic & dictio nam: vt ibi not.
de conſtit. ex literis. de appellat. l. ſuper eo. ij. in fi. &
cap. ad aures. & cap. cum ſpeciali verſi. exceſſu quo-
que. de ſacra. vnc. cap. vno. §. vnde in veteri. de appel.
quam ſit. lib. vj. de præben. tibi. in fi. eod. lib. cum ſi-
mil. & per conſequens proceſſus valet ante. argum.
à contrario ſenſu quod eſt fortiſsimum. argum. xxv.
di. net. qualis. de regu. cum vtrum. cum concor.
Octauo, quia non reperitur prohibitum. ergo. de
tranſlat. inter. de deci. ad audientiam. de verb. ſigni-
fic. cum in partibus. cum concor. Nono, per decret.
non ſolum. qua cauetur proceſſum factum poſt ap-
pellationem à grauamine ante inhibitionem, vel
inſtitutionem non reuocari, & tempus includit dan-
dorum apoſtolorum. Decimo, quòd factum deno-
tat intentionem tantum, ſicut verba, imo quandoq;
plus. ff. de edic. eden. l. ſi tamen. §. ei. ff. de legi. l. de qui-
bus. Nam cauſa probatur per effectum. xij. quæſt. ij.
quatuor. not. xxij. q. v. cauete. j. q. j. cum omnes. Ideo
facta quis appellat. de appell. dilecti. ibi, cum corpo-
re. Et iudex facto partem grauat, & præcedens vi-
detur obſtan. exceptiones tacite remittere. de appel.
ex parte. iij. not. Spec. eod. tit. §. qualiter. verſic. item
quòd faciat iudicem. & facto appellationi renuntia-
tur. de offic. deleg. gratum. ergo eodem modo facto
appellationi non defertur. ergo videtur velle appel-
lationem remittere, licet verbaliter hoc non dicat,
ſed poſtea dicit ad inſtructionẽ ſuperioris, id quod
poteſt appellans, eoipſo intelligetur per prædicta.
hanc opi. tenet Pau. qui hanc concluſionem ſolen-
niter diſputauit per præmiſſa motiua. Addo ego
caſum in terminis, in cap. ab eo. alleg. ij. reſponſo. &
miror, quòd Pau. non ponderauit: quia decre. ab eo.
declarat id, quod dictum erat in cap. vt ſuper. pro-
ceſſum non dantis apoſtolos extunc nullum fore,
ſolum debere intelligi in duobus caſibus, videlicet
dum recuſat eos dare, vel cum non dat infra tem-
pus negligenter id omittendo. ergo dictum cap. vt
ſuper. in altero caſu tertio, puta cum recuſat. nec ne-
gligit, & tamen non reperitur alius text. annullans
proceſſum niſi ille, ergo, &c. Per præmiſſa faciliter
reſpondetur ad omnia contraria, quæ ad contraria
mouere poſſunt. Et ſi vis ſpecifice videre: videas
Pan. in diſputatione prædicta ad clem. quamuis. in
fine. quæ videtur dicere, quòd demum poſt datos
apoſtolos, aut denegatos, vel omiſſos per negligen-
tiam, poteſt procedere appellans ſuper ſua appella-
tione. Sed intellige illud. ſubaudi, iudice à quo re-
quiſito, ſed quando ante poſsit non negat Ioan. de
ligna. de appellatio. dilectus. Diſtinguit an dederit
poteſtatem poſtea apoſtolos irreuocabiles: an vero
refutatorios vt primo caſu non valeat proceſſus in-
terim factus, & ita ſeruetur opinio Hoſtien. Secun-
do caſu valeat proceſſus, & ita ſeruetur opinio Ioan.
Andr. Sed non bene video, quin etiam primo caſu
proceſſus per rationes primo factas, licet vltima ra-
tio forte non vrgeret hoc primo caſu. Nec ibi tanta
æquitas eſt ſicut in ſecundo. Intellectum Cyn. ad
l. ſicut pars. alleg. quam allegaui ſupra in tertia ra-
tione, ponit dominus Bart. ff. de re iudic. l. ij. in vlt.
quæſt. addens, quòd etiam in connexis, & aduerſan-
tibus procedi poſſet dilatione non obſtante, ſi cau-
ſa dilationis iam ceſſaret: vt ſi habuiſti decem dies
ad veniendum, & veniſti prima die, ſequen. diebus
in omnibus procedi poterit. Idem dedit iudex ter-
minum decem dierum ad dandum apoſtolos, & pri-
ma die dat apoſtolos refutator. Pro quo alleg. ca-
ſum. l. nobilem. ff. ad Trebell. l. à filio. §. fin. pro quo
ff. de ſta. libe. l. iij. §. Stichus annua.

a ¶ Pendente termino. *Terminus appellatione quid veniat. Bar. in l. iij. ff. de annu. lega. Et an dies dati termini computentur in termino plene per doct. in l. j. ff. ſi quis cautio. per cano. in c. pia. de except. lib. vj. & in c. frequens. de reſtit. ſpol. eod. lib. Panorm. in cap. ſuper eo. ij. de appellat.*

CONCLVSIO DCXXII.

SVMMARIVM.

De iudicijs. *Rubr.*

1 *Iudex ad quem, an poſsit ſuſpendere iuriſdictionem iudicis a quo.*

PRoceſſus † factus per iudicem, à quo eſt appel- 1
latum ante ſententiam poſt inhibitionem iudi-
cis ad quem, nedum eſt reuocandus per modum at-
tentati, nec cap. non ſolum. de appellat. lib. vj. imo
eſt etiam ipſo iure nullus, quia nõ eſt dubium, quòd
talis hominis inhibitio ſuſpendit iuriſdictionem
iudicis à quo. ſa. not. Innoc. de teſtam. Raynaldus.
modo facta à tali iuriſdictione ſuſpenſa nulla ſunt
ipſo iure. de ſentent. excom. per tuas. & cap. licet.
eod. tit. lib. vj. & de dolo. cap. veritatis. in fi. cum ibi
not. in d. cap. Raynaldus.

CONCLVSIO DCXXIII.

De iudicijs. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In ſui praeiudicium quis non videtur velle tacite conſentire.*

2 *Appellatio quando renuntiatur, habetur pro non facta & etiam retro.*

PRoceſſus nullus [a] in caſu concluſionis ſupra a
proxime per ſuperuenientem renuntiationem
appell

appellantis factam de appellatione ſua, & omnibus inde ſecutis, non reuiuiſcit per regulam quòd ab initio. & cap. auditis. de elect. cum concor. & præſertim, quia prædicta regula indubitanter locum habet, quando validitas non pendet ſolum à conſenſu ratum habere volentis. per not. Innocen. de officio deleg. prudentiam. & Ioan. Andr. in regula, rati. & regula, ratum. in concluſionibus ibidem per eum diſputatis. Modo hic procedit nullitas ex alio, quàm ex defectu conſenſus, puta ex iuriſdictionis ſuſpenſione, ergo, &c. probatur, quia licet renunciaret tunc ſuæ appellationi, non per hoc ſequitur, quòd vellet proceſſum valere in ſui præiudicium,
1 qui ante non valuerat, quia † in ſui præiudicium quis non videtur velle tacite conſentire. ff. de fur. l. qui vas. § vetare. & C. de procurat. l. inuitus. & maxime, quia nec cum eo, nec eo nomine fuit ille proceſſus factus. arg. cap. eum qui. de do. libro vj. Sed ſecus, ſi reuera fuiſſet appellatum legitime, & non inhi-
2 bitum, ſecundum aliquos: tamen † appellatio, quando renuntiatur, habetur pro non facta etiam retro. vt ff. de his, qui not. infa. l. furti. §. j. in fi. tamen quia non poteſt amodo pronuntiari bene appellatum. Et idem eſt iudicium de his, quæ non ſunt, &c. ff. de contrahen. empt. l. in lege. & l. Rutilia Polla. Sed credo de contrario eſſe in ratione caſum expreſſum. in cap. licet. de ſentent. excommunic. libro vj. & fac. & probant omnia allegata in ſua concluſione ſupra proxime, pro quo vt diſſoluatur l. furti. §. j. in fi. ſciendum eſt, quòd inter ea, quę ſunt à ſui principio nulla omnino, & ea, quæ non ſunt nulla omnino, ſed ſunt in ſuſpenſo propter incertum euentum futuri caſus, eſt longa differentia. Nam in primis nullo modo poteſt locum habere ratificatio, nec reminiſcentia, niſi superueniat cauſa ſufficiens de nouo producenda in eſſe. Sed ſecus in ſecundis, prout iſta clariſsime ex not. Innoc. in cap. prudentiam alleg. & glo. not. in regula rati, & in regula ratum, alleg. & Dyn. in regulis prædictis, & regula, quòd ab initio. Modo conſtat, quòd ſententia, & infamia, quæ dicitur effectus ipſius ſententiæ, ab initio non eſt ex toto ipſo iure nulla, nec per appellationem ex toto extinguitur, ſed potius ponitur in ſuſpenſo propter incertitudinem futuri euentus, & tamen facta per iudicem poſt legitimam appellationem ſuſpenſam nulla ſunt à ſui principio, & ex toto nulla. cap. per tuas. alleg. igitur, &c. Dico enim ſecundo, quòd licet directe vigore appellationis de viribus appellationis cognoſci non poſsit, vt ſuper ea pronuntietur, cognoſci poteſt de hoc incidenter ad effectum pronuntiandum ſuper nullitate dicti proceſſus. arg. cap. iudicis. l. quoties. & C. de ordi. iudi. l. aduæ. & probatur in d. cap. licet.

a ¶ Proceſſus nullus. *Quanto tempore duret nullitas proceſſus, & qualiter pronuntietur ſuper nullitate iudicij, vide Abba. in cap. cum olim. de re iudicata.*

CONCLVSIO DCXXIIII.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſsit procedere ad receptionem & productionem teſtium parte non vocata.*
2 *Probatio probationem de iure non excludit, nec propter præſumptam calumniam quis à probando repellitur.*

SI habui ſemel remiſsionem [a] ad probandum a
† per teſtes in cauſa, & iudices proceſſerunt 1
primo ad executionem, nulliter tamen: tum quia non ipſi, ſed quidam notarij ſimplices ex eorum commiſsione contra cap. ſtatutum. §. j. de reſcriptis. libro vj. ad huiuſmodi teſtium receptionem proceſſerunt. tum quia pars non fuit vocata ad huiuſmodi receptionem. Et poſt hoc melius conſultus ſupplicaui eiſdem iudicibus, quòd cum ex cauſis prædictis nulliter proceſsiſſent, iterum vellent procedere ad aliam receptionem per ſeipſos, & parte vocata, & illi dixerunt, quòd nollent, nec propter iuſtum metum auderent, pro eo, quòd cauſa erat contra vnum familiarem archiepiſcopi Colonien. in cuius diſtrictu ipſi erant, qui ſuper hoc ſcripſerat eis, & ego hæc proprie exponens optimum, quòd ſi conſtaret de dicto metu, daretur alia remiſsio, non exigitur in probatione dicti metus arcta probatio, quia voluntas ſolum iudicum alias forte ſufficeret. Et quia ex metu directe in principali non agitur, nec oportet, quòd ſit metus mortis, vel cruciatus corporis, aut amiſsionis partis bonorum, quia etiam propter minas iudicis à iudicando ſe excuſauit. vt ff. de arbitris. l. licet. in fine. & de vaca. mu. l. penult. §. fin. in fine. ff. de iudic. l. ſi longius. in fine. primi reſponſi. & ff. quemadmodum teſtament. aperian. l. ſed ſi quis. Et certe multum bene probaretur tunc metus, ſi deponerent tunc teſtes ſuper hoc producti, quòd conſueuit in conſimilibus caſibus violentias iniuriáſque inferre, in l. in bonæ fidei. in princip. ff. de rei vendicatio. & ff. commo. l. argentum. Et ſi conſtaret, quòd dictis iudicibus minatus eſſet de prædictis archiepiſcopus antedictus. per l. metum. cum glo. ſua. C. quod metus cauſa. Faciunt notata glo. C. ſi quis imperatori maledix. l. vnica. Et ita not. dom. Bart. ff. de operis noui nuntiatio. l. ſi quis ipſi prætori. v. quæſt. Et qualiter ex præcedentibus minus præſumitur actus ſequens. vide not. Cyn. in l. metum. & l. vna. C. ſi quis imperatori maledixe. alleg. imo dominis videbatur, quòd ſi teſtes deponunt in partibus, quòd pro aliqua re mundi non procederent, ſi eſſent in ſtatu illorum iudicum propter iſtum metum archiepiſcopi, hoc ſatis ſufficit, quòd hoc caſu non requiritur, vt dixi, arcta probatio. Et quia præſumitur, quòd ipſi ſciant conſuetudinem illius archiepiſcopi tanquam notoriam, & ideo ſic deponunt. talis enim conſuetudo in talibus factis publicis non poteſt eſſe non notoria. argumen. de tranſlatio. cap. quanto. Caue tamen, quia dicta conſtitutio ad ius commune nihil addit, ſed potius forte contra ius commune quodammodo ad metus probationem arctare videtur. Hinc eſt, quòd ſi aliàs deneganda foret de iure remiſsio, altero forſan de duobus caſibus: vtpote, vel quia teſtes omnes, qui poſſunt produci, coram notario publico ſimplici, vt præmittitur, depoſuerunt totum contrarium eius, quod probandum eſt. Súntque eorum depoſitiones per producentem petentem aliam remiſsionem productę in actis, & ſic, quòd ex hoc inſurgit contra eum maxima præſumptio de non iure ſuo, per capit. tertio loco.

de pro[illegible]tionibus.ſeu in eius cauſam:vel quia quòd
non bene, ſed male, & nulliter proceſſum fuit,
non proceſſerit ex facto,vel culpa iudicum, ſed po-
tius ex facto, & culpa partis, certe de iuris rigore
dicta commiſsione non obſtante adhuc dicta remiſ-
ſio denegaoda foret.ſecundum caſum intellige,niſi
dum rurſus perierit à iudicibus,quòd iterum bene
procederent, fluxum nondum eſſet tempus. ſed re-
ſtaret tantum, quòd procedere poſſent, quia illud
reſiduum temporis non fuerit auferendum ſibi. vt
regula. indultum. libro vj.cum concordan. Et hoc
dummodo ſe minus arctauit. Nec obſt. l.fin. §. ſed
& ſi quis ff.ſi quis cau. De primo caſu caue ne poſ-
ſint ſubeſſe aliæ probationes,quia de iure probatio
2 †probationem fiendam non excludit, nec propter
præſumptam calumniam facile repellitur quis à
probando.not.Ioan.Mona.de hære.cap.filij vel hæ-
redes. libro vj.

a ¶Remiſsione. *Quid ſit remiſsio.quæ ſint conſideranda in re-
miſsione facienda, quibus caſibus fiat remiſsio.& qualiter.&
quando fieri debeat.vide per Spec.tit.de remiſſ.§.1 y iij.& iiij.*

CONCLVSIO DCXXV.

De conſuet. De priuilegijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo cum eſt contra ius, eſt reſtringenda,& tenenda in ſuis terminis. & num.2.*

3 *Diſpoſitio nude & ſimpliciter loquens infinitatem importat.*

4 *Priuilegium poſtquam eſt conſumptum, non poteſt amplius effectum producere.*

SVppoſitis tam de iure, quàm de conſuetudine,
quòd vnuſquiſque auditor palatij[a] ſibi habeat
[illegible]eos notarios eligere, licet vicecancellarius eos
habeat examinare, & approbare, ſaluo quòd dum
n[illegible]iter creatur auditor, dominus vicecancellarius
alium loco illius, etiam per modum ſurrogationis,
poteſt auditori præſentare. Nam cum huiuſmodi
1 †conſuetudo ſit contra ius, eſt reſtringenda, & te-
nenda in ſuis terminis. Modo ſi aliud diceretur,ex-
tenderetur.igitur. argum.ff.de actio. & obligat. l.in
oner[illegible]tis.§.ſed cum reciſa.& regula,quę à iure.cum
concor. Probatur fortius.quòd ſi id,de quo minus
vid[illegible]retur ineſſe,ineſt,& id de quo magis.vt ff.ſolut.
matrim. l. ſi viro. §. de viro. authent. multo magis.
C.de epiſc.& cler. tamen in materia communi non
reſtringibili de natura ſua, nec ex verbis reſtricta,
t[illegible]pus ex mente iuris intelligitur ſolum de primo,
& non [illegible]ahitur ad ſequens, vt patet concor. alleg.
ad l[illegible] per Ioan.Andr. Ioan.mo.& Archid. & alio-
rum.de præben. non poteſt.§.j.libro vj. & c.quam-
uis. eod.tit. Modo hoc caſu conſuetudo eſt arctata
ad vnum de primis,& ad tempus,igitur & maxime
2 vt [illegible]enſta,quia hæc†conſuetudo non loquitur,niſi
de tempore certo,videlicet dum eſt nouus auditor,
& nouiter factus: igitur ad aliud tempus non debet
extendi,vt l.inter illam.in princ.ff.de verb.obligat.
& l.hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr. Facit,
3 quia abhorrent, quòd diſpoſitio †nude,& ſimplici-
ter loquens infinitatem importet.ff.de legat.iij.l.fi-
deicommiſ[illegible]a.§.ſi quis.extra de reſcrip. cum in mul-
t[illegible]s. libro vj. cum concordan.xj. ibi allega. in glo.de
præben.is cui.§.j.& 17.eodem libro. Et pro hoc opti-
me facit not. Archid.de fil.presby.cap.ij.in fi.lib.vj.
quia licet Ioan.Andr. ſit contra, vt plene per eum
ibi.&c. non poteſt alleg. tamen opinio Archid. ho-
die approbatur ab omnibus, tanquam vera. Sed
oppones primo de hoc,quod not. Ioan.mo.de verb.
ſignific.libro vj.in concluſione,quę incipit:ſed cum
verò epiſcopus haberet indultum,vbi dicit,quòd ſi
epiſcopus habet indultum cum temporis præfixio-
ne,quòd quatuor clerici ſuis officiis inſiſtentes gau
deant de fructibus ſuorum beneficiorum, & illos
quatuor elegerit, & tamen vnus cedat, vel decedat
ante præfinitum tempus, nihilominus potuerit
alium epiſcopus ſurrogare, qui dicto indulto gau-
debit. per l. ſicut in annos. ij. reſponſo. ff.quib.mo.
vſufruct.amitt. & induco eo l.iij. §.quòd ſi quis ita.
ff.de ſuſpect.tut. quæ bene facit pro hoc. etiam al-
leg.Ioan.Andr. ff.de legat.iij. l.ſi ita fuerit. & ff.de
fundo inſtructo. l.ſi mancipia. & decre. quia circa.
de priuil.cum concor.ibidem alleg. Secundo de eo,
quod notat Ioan. Andr. an priuilegium de quo lo-
quitur cap.ſicut. alleg. locum ſibi vendicare poſsit
in familiaribus tempore priuilegij non receptis, ſed
poſtea recipiendis, ac etiam in beneficiis tempore
priuilegij nondum adeptis, ſed poſt datam priuile-
gij adipiſcendis, in gratia videtur ibi fieri dignitati
epiſcopali, quæ ſemper durat. allegat not. ſua de re-
ſcrip.cap.fin. libro vj. ſuper tertia glo. Modo etiam
in propoſito agimus de priuilegio conſuetudinario
dignitatis officij in cancellaria præſiden. Tertio op-
pones de regula, is qui in ius.de regu.iuris. libro vj.
cum omnibus ſuis concor. pro quorum duorum
contrariorum ſolutione eſt ſciendum, quòd duo
ſunt genera priuilegiorum,inter quæ eſt differentia
longa.Nam quoddam priuilegium reperitur forte,
quod non habet temporis extenſionem, nec effe-
ctuum multiplicationem, ſed momentanee, & per
vnum actum ſuum vnicum effectum, licet durabi-
lem producit in eſſe. Et tunc priuilegium effectu
huiuſmodi producto conſumitur,licet effectus per-
ſeueret. Exemplum patet in gratia expectante be-
neficium vacaturum. de offic.deleg. ex parte. & de
præben.ſi clericus. libro vj.& patet per ea, quæ not.
poſt Hoſtien. de reſcript. cum in multis. libro vj. in
vlt.glo.Patet exemplum in patre filium generante.
Et ita intelligitur ſecundum vnum intellectum
cap.j. in fi. de fil.presbyt.libro vj. & cap.non poteſt.
§.j. alleg. Nec in iſtis oportet loqui, an habeat lo-
cum ſurrogatio, quia † poſtquàm priuilegium eſt 4
conſumptum, non poteſt amplius effectum produ-
cere, vt probant ſupra proxime alleg. Aliud vero
priuilegium reperitur, quod non eſt ſui effectus
productione momentaneum, ſed extenſiuum,non
dico, quin nude in momento producat effectum
perfectum,ſed dico pro eo extenſiuum,quia ex ver-
bis, & mente, vel continuo poteſt producere effe-
ctum ſuum, vt ſi dono tibi vſumfructum bonorum
meorum,donec vixeris,licet interim ca.diminutio-
ne, vel alias perdideris, rehabebis, quia ad quodli-
bet momentum vitæ tuæ tibi donatus eſt, vt dicta l.
ſicut in annos. §.j. Vel volo, quandocunque eris in
Italia,ſis tutor filiorum meorum. Idem vt ſuprà.&
ſic de ſimilib. & de his caſibus ſurrogationi locus
eſt.Et ita loquitur §.quòd ſi quis ita.& l.ſi ita fuerit,
alleg. Modo ita eſt in caſu per Io.And. modo ſupra
not.

not. Idem etiam in caſu not.per Ioan. Andr.videli-
cet in cap.ſicut. Primo enim caſu priuilegium ha-
bet vnum certum tempus ſibi præfinitum, & per
totum illud debet ſortiti ſuum effectum.ergo opor
tet fateri, quòd ſurrogationi locus ſit. c.ſicut. licet
non habeat certum tempus, tamen haber tempus
incertum:puta ad vitam priuilegiati,poſtquàm aliud
non dicitur,& poteſt,& debet illud priuilegium ſi-
bi continuo operari. maximè quia naturam benefi-
cij habet,& nemini præiudicat. vt cap.quia circa.de
priuilegiis. cum concordan. ibi not. Modo in caſu
noſtro non eſt priuilegium habens naturam bene-
ficij,imò eſt ius iniquum alteri præiudicans,& ob-
uians iuri communi,igitur non poteſt argui de illis
caſibus ad caſum iſtum. Item illud priuilegium c.
ſicut loquitur per verba confuſa extenſiua, vt per
verbum, poteſt, non reſpicientia certum tempus.
Iſta vero conſuetudo, de qua hic agitur, loquitur
per verba certa, videlicet de primo, &c. & concer-
nit certum tempus. Et iſto modo diſſoluit glo.cap.
porrn.ad cap.quia circa.& per alium modum ſupra
proxime dictum ſoluit ad cap.cum in tua,&c. Item
conſuetudo, de qua loquitur reſpectu cuius auditor
producit effectum vnicum momentaneum.puta
in primo notorio, & in illius productione quo ad
illum auditorem expirat, quia non habet aliud tem-
pus certum, vel incertum reſpectu auditoris illius,
per quod extenſiue & productiue operatur. Et ita
iura alleg.non obſtant,imò magis argum. ſumpto à
contrario, quod eſt in iure fortiſsimum, probant
contrarium, arg. xxv. diſtinct.qualis.cum ſimilib.
Nec obſtat regula is qui in ius.cum concordan.quia
licet dicat ſurrogatus cenſ. eodem iure, &c. tamen
non dicit,quòd ideo,quòd quis poteſt primum fa-
cere,quòd poſsit propter hoc ſurrogate.Pone enim,
q papa dat poteſtatem regi Franciæ,qui per tempus
fuerit ad nominandum ad primas duas præbendas
poſt ſuam coronationé in eccleſia Pariſienſi vacatu-
ras duas perſonas idoneas,dicens,quòd ſi ſemel no-
minauerit duas perſonas ad duas præbendas,quòd
in perpetuum poſsit,& in infinitum ſurrogate,cer-
te nullus ſanæ mentis hoc diceret.

a ¶Vnuſquiſque auditor palatij *Nota quòd auditores in curia Romana vocantur auditores ſacri palatij quibus cauſa committuntur a papa, vel vicecancellario, & vt plurimum cauſa minores, vel deuoluta ad ſedem apoſtolicam, per decretalem, ſtatuimus. de elect. lib.vj.*

CONCLVSIO DCXXVI.

De conſuetudine. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In iuribus concernentibus vt ſingulos, non vt vniuerſos, factum vnius alteri non obeſt.*
2 *Conſuetudo non inducitur biennio.*
3 *Trinus actus an inducat conſuetudinem.*

IVxta thema concluſionis ſuprà proximè ſuppo-
ſito,quòd præfatus dominus vicecancellarius ab
vno,vel à duobus annis citra vſus fuerit iure dictæ
ſurrogationis ſolum trina vice,& ſolum in perſonis
trium audit.& poſtea in perſona alterius quarti au-
ditoris accidat caſus dictæ ſurrogationis fiendæ,
non propter hoc debebit in caſu prædicto vti ſua
poſſeſsione prędicta contra dictum alium quartum
auditorem, contra quem vnquam alias vſus fuit,
quia† in iuribus concernentibus vt ſingulos,non vt 1
vniuerſos factum vnius alteri non obeſt.vt in c.cum
omnes. de conſtit.in fi.j.gl.ij. & ea quæ leguntur,&
notantur de re iudic.cap.quamuis.& l.ſæpe.eod.tit.
de pluribus hæredibus, ſcilicet quando ſententia
contra vnum lata alteri non obeſt. Nec obſt.cap.
dilecti. de offic.archid.quia in hoc iure competenti
cuilibet auditori,& diuiſim non poteſt notari caſus
cap dilecto. quia cap.dilecto. loquitur in vna anti-
qua conſuetudine iam præſcripta. Nos autem hic
loquimur in recenti poſſeſsione,& in certa pręſcri-
ptione impedienda. modo,vt not.Innoc. in cap.di-
lecti.alias dicta extenſio locum non habet in poſſeſ-
ſione,vel præſcriptione. Probant optime not.Inno.
in cap.tua nobis.de deci.in fine. Sed in conſuetudi-
ne † ſola quæ biennio non inducitur[a] ſecundum o- 2
mnes. Item locum non habet dicta extenſio,etiam a
in conſuetudine, niſi in maiori parte caſuum ſimi-
lium fuit obſeruata.not.Inno.in eodem cap.dilecto.
quòd non fuit hic obſeruata niſi in tribus.Item quia
locum non habet dicta extenſio in conſuetudine
oneroſa,quæ eſt contra ius, ſecundum eundem In-
noc. in dicto cap.dilecto. & tamen iſta obſeruantia
eſſet auditoribus oneroſa, & eſt contra ius, vt de ſe
patet. Item quia non habet locum dicta extenſio in
iuribus per alium poſſeſsis, ſecundum Innoc.in d.c.
dilecto. & tamen hic alij poſsidebant, videlicet alij
auditores iſti iura. Præterea ex alio capite non po-
teſt iuuare dicta poſſeſsio.quia ſi in his,quę per eun-
dem poſsidentur,non nocet alterius occupatio,niſi
in occupatis, vt ff.de acquir. poſſeſſ. l.quod modo,
in fi. Fortius in his,quæ per alios poſsidentur.Præ-
terea ſi collegij iura prædicta competerent, tamen
collatio ignoranti fact. illorum trium obeſſe non
potuit. Item habet locum cum tunc clare. l.quòd in
eo.in fi. alleg.modo. Caue tamen,quia licet ſuppo-
nam dictam trini actus poſſeſsionem, tamen non
pono eam veram, ſed ſine præiudicio cauſa diſpu-
tationis,& veritatis eliciendę,quia prætenditur per
dominum vicecancellarium,eam ſuppono,vt etiam
ſuppoſita ea appareat de non iure ipſius. Nec obſt.
quòd trinus † actus bene inducit conſuetudinem. 3
per l.ij.C de epiſc.aud. Et requiritur etiam tempus,
vt cap.quanto.in fi. de conſue.cum ibi not.

a ¶Biennio non inducitur. *Quanto tempore firmetur conſuetudo.& an obtineat vim legis, vide C.quæ ſit lon.conſuet. l.ij. & in ſum.con.d tes.q.ccvj.& ccvij.*

CONCLVSIO DCXXVII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis ſolius teſtimonio an ſtetur.*

CArdinali † ſoli conteſtan. alium non habenti 1
non creditur in cauſis, tanquàm teſti.extra.de
teſti.cap.licet vniuerſ.cum ibi not. in vlt.glo.& ſu-
per ea ſaluis in caſibus,in quibus dicto domini Car-
dinalis de ſtylo curiæ[a] creditur. Super quo notat a
Ioan. Andr. poſt Hoſtien. de appellat. conſtitutus.
ſuper verſic. aſſertionem. & not. per Archidiac. &
poſt eum per Ioan. Andr. in nouel. de elect. vt circa.
libro vj.ſuper verſic.factum:& etiam ibi not.de hoc
Inno.& etiam Ioan.Andr.ſuper glo.ij. & Ioan. And.
de teſtib.cum à nobis.& Hoſtien.& Ioan.Andr.poſt
cum

eum de fide inſtrum. quòd ſuper his. vide omnino concluſionem.

a ¶ De ſtylo curiæ. *Nota quòd ſtylus Romanæ curiæ multum attenditur. maximè in ſcriptis. extra, de falſa. cap. quam graui. & de confir. vtil. vel inutil. cap. penult. Adde quòd ſtylus curiæ facit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, ſi ius non reperitur. Panor. in cap. ex literis. de conſtitut. in iij. col.*

CONCLVSIO DCXXVIII.

De teſtibus. *Rubr.*

NVlli etiam ſi eſſet Romanæ eccleſiæ cardinalis creditur, tanquàm teſti. l. iuſiurandi. extra de teſti. cap. tuis. & cap. nuper. cum ibi notatis. & cap. at ſi Chriſtus. eod. tit.

CONCLVSIO DCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes an produci poſsint lite non conteſtata, nec habito proceſſu.*

1 LIcet dominus † vicecancellarius etiam Romanę eccleſię cardinalis, quo ad effectum expeditionis literarum ſuper gratia confectarum pro informatione ſuper narratis dictatum literarum de papæ mandato, & ex commiſsione ſpeciali teſtes receperit, iuramenta eorum etiam ſi opus ſit dicere parte vocata, receptio huiuſmodi coram auditore, cui cauſa ſuper eiſdem literis poſt committitur inter partes poſtea iuris ordine procedenti, non facit fidem, ſeu probationem plenam. Ratio, quia ad alium finem procedebatur tunc qui minus erat principalis, & præambulus. Ad alium vero finem & principalem modo agitur, & ſuper hoc videtur tex. extra. de teſti. veniens. cap. cum in tua. c. cauſam quę. cap. conſtitutus. & cap. ea. in fi. cum ſimil. Et maximè, quia dicti teſtes lite non conteſtata, nec habito proceſſu producuntur. extra, vt lite non conteſta c. j. ij. reſponſo. in rubro & nigro. Item quia in caſu, in quo ſummaria probatio eſt ſufficiens.

CONCLVSIO DXXX.

SVMMARIVM.

1 *Sigillo & relationi vicecancellarij quando non adhibeatur fides.*

1 SI etiam † tales atteſtationes valerent, tamen ſoli relationi, vel ſigillo domini cardinalis vicecancellarij ſuper eis non adhiberetur plena fides. per cap. quoniam contra falſam. de probat. cum ſimil.

CONCLVSIO DXXXI.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Legis ratione ceſſante, ceſſare debet & lex.*
2 *Conſtitutionis verba cùm ſunt clara, eis ſtandum.*
3 *In præiudicialibus conſenſus in præiudicium conſentientis non recepit extenſionem extra verba.*
4 *Conſenſus expreſſus venditioni rei propriæ præiudicat domino.*
5 *Dolus in tacendo exprimenda vitiat gratiam.*

SVppoſita noua domini noſtri Gregorij papæ xj. moderni conſtitutione, quæ habet, quod vt honori dominorum cardinalium deferantur gra-
a tiæ factæ per papam de beneficiis vacantibus “ per ceſſum, & deceſſum, vel aliàs familiarium dominorum cardinalium de familiaritate huiuſmodi mentione non facta, tanquàm conceſſę per inaduertentiam papæ, ſunt ſurreptitiæ, & nullæ ipſo iure, & quòd moriente quodam Roberto familiare domini cardinalis Cantuarieñ. nuper etiam defuncti: eodem tamen cardinali viuente adhuc, Ioan. beneficium quoddam vacans per mortem dicti Roberti impetrauit à papa de dicta familiaritate mentione non facta, tamen ante huiuſmodi impetrationem præfatus dominus Cardinalis conſenſit dicto Ioan. quòd ipſe dictum beneficium impetraret. Sed noluit, quòd de dicto conſenſu fieret mentio in ſupplicatione papæ porrigenda. Quæritur vtrum dicta gratia Ioan. ſit ſurreptitia, & nulla ipſo iure. d. Franciſ. Rober. Galhar. & Bernar. dixerunt, quòd non. Ratio eorum eſt, quia quando lex habet certam rationem finalem annexam, præſertim in ipſa lege
expreſſam, † ceſſante ratione legis, ceſſare debet lex. 1
allegant do. pro caſu. ff. de flu. l. ij. §. non tamẽ omnes. Hoc tenuit Dyn. in regula. certum eſt. de regulis iuris. lib. vj. per l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. ~~ff.~~ de re mil. l. milites. circa princip. ff. qui pe. tu. l. videndum, circa principium. de excuſ. tut. ~~l. tutor~~ oportet. §. aliud. cum iuribus allegatis. & per glo. not. & Ioan. mo. alleg. De quo etiam per Pet. de bel. perti. C. de legi. l. non dubium & ibi per Cyn. in ſecunda oppo. & in prima concluſione. Addidi huic rationi, quia hoc quod dictum eſt, locum habet tunc maximè, cùm lex talis eſt ſpecialis & exorbitans à iure communi, vt hoc dictum poſuit Ioan. Andr. de renun. cap. poſt tranſlationem. Probatur C. de epiſc. & cler. auth. generaliter. & C. de reſtit. in integr. l. fin. Modo iſta conſtitutio domini papæ eſt ſpecialis, & exorbitans, & habet rationem ſcriptam, & ſpecialiter in ea expreſſam: videlicet, vt in hoc dominorum cardinalium honori deferatur. Modo volenti, & conſentienti non fit iniuria neque dolus. C. de tranſact. l. donationis. & regula. ſcienti. libro vj. cum concor. Sed dom. Nico. Guil Benedictus, & ego eorum omnium minimus fuimus prima facie in opinione contraria. Rationes meæ fuerunt tales. Prima fuit iſta, quia ponderabo hic duas fuiſſe rationes in conſtit. expreſſas papam mouentes ad ita declarandum vel ordinandum: vna proxima, & immediata, videlicet quòd conceſsio facta per eum de beneficio per primam. capitulo, fraternitatis familia. &c. non facta mentione de familiaritate, cenſebatur facta per inaduertentiam, & ita contra mentem ſuam. Et iſta fuit cauſa vera proxima, & immediata & finalis, & per conſequens attendenda per legem penultimam. ff. de condit. ob turpem cauſam. & ff. de donationibus. l. j. Alia fuit ratio impulſiua, & remota, videlicet vt honori dominorum cardinalium deferatur, quo ad hoc, & iſta ceſſante, & alia remanente, adhuc remanet conſtitutio, & videtur argumento ff. de poſtulationi. l. j. §. ſexum. Modo ſubiiciendo minorem huius argumenti non poteſt notari aduertentia papæ ex vi dicti conſenſus adhibiti in occulto exiſtentia, ipſi papæ non notificata. Cum ergo ad tollendum huiuſmodi aduertentiam requiratur talis expreſsio, argumento qui & à quibus lic. ma. non fi. l. proſpexit. de præbendis. capit. ſi motu proprio. in fine. libro vj. Confirmabat hoc dictum Nicolaus, quia veriſimile eſt, & valde poſsibile, quòd papa in hoc conſiderauerit nedum conſenſum car-

dinalis, ſed etiam fauorem familiarium ipſius cardinalis. quia Romanæ curiæ etiam ſeruire videntur reductiue. Confirmabam aliter quia & poſsibile, & veriſimile eſt. quòd papa voluerit ſibi ſpecialiter reſeruare diſpoſitiones beneficiorum talium familiarium etiam propter ſe, pro eo etiam, quòd ſe reddidit communiter faciliorem, & promptiorem ad eos, quàm alns melius & pinguius in beneficiis prouidendum, ſicut videmus de officialibus, & capellanis papæ, & ſimilibus: licet hoc clarius procederet, ſi huiuſmodi conſtitutio huiuſmodi beneficia reſernaret, ſed licet non reſeruet, plus facit, quia reſeruationi dictam ſpecialitatem addit. Prædicta tamen ratio impugnabatur à domino Franciſc. dicebat enim quòd licet hic notent duas rationes, videlicet honorem cardinalis, & inaduertentiam papæ tamen vna dependet, & ſequitur ex alia, videlicet inaduertentia ex dicto honore, &c. ergo tantum videtur vna, argumento ff. pro donatio. l. vlt. & ff. de nouationibus. l. ſi enim. cum ſimilibus. Sed poteſt dici. quòd ſi conſtaret, quòd dicta cauſa prima eſſet finalis, & ſola dicta euaſio eſſet tolerata. Sed hoc non conſtat, nec ſupra hoc forſitan præſumendum, maxime ſecundum illos, qui dicunt, quòd cauſa in dubio præſumitur impulſiua, vt not. Accurſius de donationibus. l. ſecunda. §. vltimo. ff. & Dynus, in regula, decem. libro ſexto. licet aliter notet Ioannes Monach. de ſciſmati. cap. fin. in fine vltimæ glo. & aliter poſt Petrum, Cynum. C. de epiſc. & clericis. l. generaliter. Et aliter Ioannes Andr. in dicto capitulo. poſt tranſlationem. ſuper glo. argumen. eſt, in fine. Præterea aliqua dicta. propter quæ forte tollitur præſumptio, quæ haberet dictam cauſam ſolam fuiſſe finalem. Præterea hæc obiectio domi. Franc. tollitur clariſsime per rationem proxime ſequentem. Secunda ratio mea fortior eſt iſta, quia licet honor, & cætera eſſet, & præſumeretur ſola cauſa finalis huius conſtitutionis, tamen propter talem conſenſum ipſius cardinalis ſecreto adhibitum, non tollitur dicta cauſa, nec ceſſat. Igitur propter talem conſenſum non ceſſat conſtitutio.
2 patet argum. quia † verba conſtitutionis ſunt clara, & eis ſtandum eſt mente non reſiſtente, nec ratione ceſſante. ff. de exercitoria. l. j. §. ſi is qui nauem. & ff. de legatis iij. l. non aliter. & dicta l. iij. proſpexit. Probatur antecedens. hic enim duo ex parte cardinalis conſiderare debemus: puta commodum, & honorem. Commodum in hoc conſiſtit, quia de talibus beneficiis obtinere poterit à papa ſibi, vel ſuis nepotibus, conſanguineis, familiaribus, notis, vel amicis prouideri, qui ſibi tenebuntur, ac libentius tenebantur. Honor eſt in hoc, quia talis notabilis expreſsio eſt honorabilis cardinalis. argumento. ff. de iniuriis. l. item apud. §. ait prætor. & de præben. cap. quamuis. libro ſexto. de electione. cap. ſtatuum. de ſentent. excommunic. capit quàm periculoſum. eodem tit. licet exceptio commodi tollatur per dictum conſenſum, non tamen tollitur exceptio ho-
b noris, &c. facit ſtylus curiæ, [b] qui habet pro magno honore quarundam perſonarum pro aliis ſupplicantium, quia illi & non alij in literis inſcribantur, puta regales, cardinales, & archiepiſcopi. Modo ſolum honorem dicta conſtitutio ponderauit: igitur, &c. Tertia ratio mea adhuc fortior eſt iſta: quia in præiudicialibus † conſenſus in præiudicium 3
conſentientis non recipit extenſionem extra verba. ff. de verborum obligat. l. quicquid aſtringendæ. & l. ſi à colono. argum. not. per Dy. in regula. qui tacet. libro vj. argum. ff. de furtis. l. filius. §. notare. & C. de procurat. l. maritus. cum ſimil. Modo iſte conſenſus ex verbis non habet, niſi quod complacebat domino cardinali, quòd ille impetraret, ſi poſſet, à papa hoc beneficium, & habet hunc effectum, quòd ſi impetret, ex hoc ſibi neſciet nec referet malas gratias, & tamen ſecundum aliquos (quod tamen clarum non eſt) habet etiam hunc effectum, quòd dictæ impetrationi ſe opponet, ſed eam non impediet, non autem habet hunc effectum, quòd ille impetret eo modo, quo fieri debet. & poteſt, & cum verba hoc non habeant & de hoc oſtendi non debent: imò plus dicunt quidam, quòd hic attenditur honor dignitatis cardinalatus, & per conſequens tacita renuntiatio non obeſſet. argum. de foro compe. ſi diligenti. cum ſimil. & ibi not. Quarta ratio mea eſt confirmatoria proximæ præcedentis, quia voluit cardinalis, quòd papa ex iſto conſenſu ad concedendam gratiam iſtam moueri poſsit: ergo ſuo iuri non videtur per dictum conſenſum renuntiare, ſed ſolum diſplicentiam & ingratitudinem, quam impetrans contra cardinalem incurrere poſſet ex impetratione ſibi remittere. patet conſequentia, quia ſi voluiſſet ius ſuum impetranti concedere vt facilius impetrans obtineret: veriſimile eſt quòd voluiſſet quòd papa id ſciret, & ad hoc facilius moueretur: quia præſumitur de eo, qui vult vnum, quòd debeat velle vias per quas peruenitur ad illud. ff. de ſpon. l. oratio. ff. de acquiren. hæred. l. illud. Probatur antecedens, quia in facto ſupponitur, quòd noluit cardinalis, quòd hoc papæ exprimeretur. Ita quòd veriſimile eſt, quòd cardinalis ſe retulerit ad id, quod papa conſenſum ignorans, familiaritate tamen ei expreſſa, de hoc facere vellet. Sic enim cogitare poſſet, quòd conſenſu iſto non recipiente extenſionem non obſtante ius ſuum illæſum ſibi duraret. Nec obſt. ff. quibus mo. pign. vel hypot. ſol. l. ſicut. §. non videtur. vbi † conſenſus expreſſus ven- 4
ditioni rei propriæ præiudicat domino, quia venditio valet: quia dico, quòd ſi id conſentiret ſimpliciter papa ſciente, & papa conferret, certum eſſet. Idem forte ſi ignorante, dummodo conſentiret, quòd vellet impetrare, etiam de familiaritate mentione non facta: quòd tamen dubium eſt, & forte falſum propter primam rationem. & tollit etiam hanc præſumptionem voluntas contraria. De qua conſtat, vt ſupra proximè dixi. Quinta ratio mea,
quia † dolus in tacendo, maxime aliàs exprimenda, 5
& quæ potuiſſent mouere ad denegandum, vitiant gratiam. de reſcript. ſuper literis, cum ſimil. Modo ex ſcientia certa, vt ſupponitur, iſte tacuit mentionem aliàs exprimendam, & quæ potuiſſet mouere papam ad denegandum. Et ſi ex certa ſcientia tacuit, præſumitur tacuiſſe, vt gratiam facilius obtineret, & ita, vt papam circumueniret, & ita per dolum. Et licet aliquæ de dictis rationibus forſan poſſent euadi, tamen attento, quòd iam ſurreptio per conſtitutionem eſt plene, & vere probata, illæ quinque rationes omnes ſimul ſumptæ adeò reddunt dictam excuſationem prælibatæ ſurreptionis

iam

iam plene probatæ dubiam, & obſcuram, quòd ſtandum eſt ſurreptioni iam clarè probatæ, quod argum.not.per Cyn. C.de rebus credit.l.in ratione fidei. in vlt.quæſt.& cap.in præſentia.de probat. & & l.ij. C.de edict.diui Adri.toll. Tamen caſus prima facie dubius eſt.

a ¶De beneficiis vacantibus. *Nota, quòd beneficia dignitatis, vel perſonatus vacantia in curia Romana non poſſunt conferre, niſi per papam vſque ad menſem poſt menſem vero illi, ad quos pertinent per ſeipſos tantum, vel ipſis abſentibus in remotis per vicarios, quibus hoc ſit commiſſum extra de praben. cap.ij. & ıij. & cap.præſenti. & cap ſi apoſtolica.*

b ¶Stylus curię *Quod ſtylus curiæ ſit attendendus: vide per Fel. in cap.ad hæc.de ſentent.excom. Item ſtylus quando faciat ius, & multa de ſtylo, vide per eundem Felin. tit de reſcrip.*

CONCLVSIO DCXXXII.

De his quæ fiunt à præla. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actionis exercitium ad quem pertineat.*

1 LIcet contra† proceſſum agitandum pro epiſcopo, etiam cardinali contra poſſeſſorem in cauſa ardua nomine eccleſiæ ſuæ poſsit poſſeſſor opponere de non conſenſu ſui capituli, propter c.cauſam. de iudi.quia ſine tali conſenſu ſui capituli ad ardua etiam in iudicio non debet ipſe procedere, vt ibi tangitur, & not.Innoc. de reſcrip. edoceri.in fine. tamen contra procuratorem hoc opponi non poſſet. quia ad ipſum ſolum prælatum pertinet exercitium actionis. Notat ipſe Innoc.in cap.edoceri.de reſcriptis.

CONCLVSIO DCXXXIII.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis eccleſia an ſemper habeat collegium.*

1 SI excipitur † vt ſuprà proximè contra epiſcopum, & epiſcopus replicet ſe carere capitulo, vt de elect. In pleriſque.libro vj.ſibi non creditur, niſi probet. quia de iure communi cathedralis eccleſia habet collegium, ſed ſuper hoc iudex ſummatim inquirere debet.

CONCLVSIO DCXXXIIII.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reformatio omnis vim nouæ prouiſionis habet.*

SVppoſita ordinatione domini noſtri moderni, quæ habet, quòd in reformationibus gratiarum non eſt opus de non obſtan.beneficiorum ipſius reformati fieri mentionem, dummodo in principali facta fuerit: licet in confirmationibus ſecus, pro eo, quòd papa in gratia principali per eum conceſſa ſemel in reformato pluralitatem approbauit, quod non fit in confirmato, quia nil papæ præterpſit, ſi habens primam gratiam ex aliquo defectu inutilem, puta, quia de lite mentionem non fecit, impetrat facta mentione de defectu ſurrogationem, & prouiſionem nouam. Valet etiam ſi de beneficiis ſuis non fecerit mentionem dummodo in prima gratia
1 hoc expreſſerit. ratio eſt, quia † omnis reformatio vim nouæ prouiſionis habet: ergo nouam prouiſionem håbere non eſt niſi exprimere tacite ſubintellectum. Ergo idem in expreſſo, ſicut in tacito. per not.glo.de elect. cap.ij. libro vj. & eod. lib.de ſpon. cap.vno.in vlt.glo. Idem tenuerunt domini, etiam ſi in reformatione facta eſt mentio de aliquibus tacito de vno, quod mihi dubium fuit propter fraudem præſumptam, & etiam dubium fuit domino meo. Ratio etiam fuit in concluſione prædicta principali ſecundum dominum Nico.quia in poteſtate petentis ſurrogationem non fuit dare modum confectioni literarum, an per modum reformationis, vel nouæ prouiſionis fierent, nec factum officialium cancellariæ omittentium viam reformationis, & eligentium viam ſurrogationis, & nouæ prouiſionis debét fuiſſe vti in damno. ratio tertia, quia mens, & voluntas papæ, & ratio viget vniformiter in vtroque caſu, iura ſunt communia.

CONCLVSIO DCXXXV.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali, qui dicit ſe de mandato papæ ſubſignaſſe commiſſionem, an credendum.*

SVppoſito, † quòd domino noſtro papa Grego.xj. 1
anno præcedenti proximè de menſe Nouembris exiſtente in Ianua abſente vicecancellario, & quolibet alio pro eo ex parte eiuſdem d. n. per curſorem fuit mihi Æg. commiſsio præſentata, quæ ſignata per dominum noſtrum, nec per vicecancelarium, vel alium eius officium alias quod appareat gerentem, ſed per reuerendiſsimum patrem dominum cardinalem ſancti angeli de mandato tamen, prout ipſe in ſignatione refert licet alias appareat, eo.d.n. ſtandum eſt dictæ ſignationi, quanquam præiudiciali, quia erat cauſa prius in Auinione commiſſa, & ibidem remanſura, quia licet alias forte de rigore iuris dicto cardinali regulariter non credatur: tamen in his commiſsis ſecus: pręſertim vbi alij papæ in talibus non aſsiſtunt. Super quo remitto ad not. in remiſsionibus per me ſignatis.

CONCLVSIO DCXXXVI.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua de ſui natura non eſt probanda.*

SI auditori [a] per d. n. committitur cauſa, quæ a
fuit ante ex eiuſdem noſtri ordinatione remanſura, dicta ordinatione non obſtan.dummodo partes non eſſent ciues Auinionen.cum poteſtate citandi: & auditores ante citationem ſe informauerit de dicta clauſula, dummodo, &c.& repererit ita eſſe, & citauerit, fueritque citatio cum executione reportata, & in termino ad dicendum contra commiſsionem, comparauerit procurator ad excipiendum, & ad appellandum ſolum deputatus, qui de hoc exceperit, & fuerit ad approbandum admiſſus termino octo dierum ſibi præfixo peremptorie, qui licet non conſentiret in termini præfixione, non appellauit, nec infra terminum aliquid probauit, ſufficit dicta extraiudicialis informatio per auditorem facta, maxime, quia ad eum pertinet de contrario dare, & probare, & ad hoc habuit terminum, & non fecit.
Et quia † negatiua de ſua natura probanda non eſt, 1
nec pro ea præſumitur, maxime hoc caſu, quia illi ſunt aliunde oriundi, & requiritur certa ſolemnitas, vt quis ciuis efficitur, vt probatur C.de incol. l.ci-

ues. lib. x. per l. patet, quòd ſola domicilij mutatio, & noua conſtitutio curiæ nnn facir.

a ¶ Si auditori. *Nota, quòd auditor eſſe appellatur auditor contradictoriarum cuius eſt magnum officium circa reſcripta iuſtitia, & dandos iudices, qui impetrentur extra curiam.*

CONCLVSIO DCXXXVII.

De reſcrip. De re iudic. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtolorum non datio facit vt non impetretur commiſsio in cauſa appellationis.*

1 SVper articulo † grauaminis, à quo eſt appellatum, non impetratur commiſsio, antequam dati fuerint apoſtoli, non intelligitur de articulo habente vim vltimæ diffinitiuæ: puta deſertionis, quia illa videtur eſſe diffini iua, & ſequitur ſententiam, & articulus grauaminis notat id, qnnd ſententiam præcedit, igitur. Vide not. de appell. cordi. lib. vj.

CONCLVSIO DCXXXVIII.

De reſtit. in integr. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato an competat reſtitutio ſuper proteſtatione perſonali.*

ALlegans titulum penſionis, de qno habetur de præben. c. niſi eſſent. & agens reſtitutorio, non eſt audiendus propter titulum infectum. Et ſi habuit contra ſe ſententiam in poſſeſſorio, & non appellauit infra tempus legitimæ impeditus, non ideo reſtituendus eſt: quia de non iure, nec de intereſſe ſuſ ſatis conſtare videtur per infectum titulum. alleg. de confect. patet in cap. niſi eſſent. alleg. conſequentia probatur per not. Inno. de diuor. cap. ſigni-
1 ficaſti. An † verò ſuper proteſtatione perſonali ſpoliato competat reſtitutio, materia eſt l. ij. ff. quorum bonorum. de pact. ſi certis annis. & ff. de vſur. l. cum de in rem verſ. & ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi quis diurno. de elec. querelam. per Odonem de Senonis in tract. ſuo iudi. poſsi. tit. quorum bonorum.

CONCLVSIO DCXXXIX.

De reſtit. ſpoliat. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutorio agere an poſſit non habens poſſeſsionem.*

1 SVppoſito † quòd coram Paulo auditore ſpolia-
a tus [a] agens reſtitutorio per epiſcopum intendentem impeditur, nedum habere poſſeſsionem eccleſiæ, de qua litigabat, ſed etiam huiuſmodi occaſione litis habere fructus vnius præbendæ, quam in diœceſi obtinebat, & quòd his papæ narratis obtinuit pro eo Paulo, quia erat cauſæ auditor, committi, quòd lite pendente dicto ſpoliato de fructibus dictæ præbendæ faceret reſponderi, poſtquam recedentes Paulo de curia, P. auditori ſunt commiſſæ cauſæ, quas inter iſtas partes audiebat Pau. cum inciden. dependen. emergen. & connexis dictam commiſsionem poterat exequi P. auditor. Ratio, quia ſaltem negari non poteſt, quin ſit de cauſa, vel dependen. inciden. emergen. & connexis ipſius cauſæ, quia occaſione litis facta fuit. Simile ff. de inoffic. teſtam. l. ſi inſtitutio. §. pen. & extra. de accuſ. cap. ex parte. & de offic. deleg. cap. j. Nec obſt. quòd capitulum eccleſiæ, vbi eſt præbenda non eſt de partibus, quia hoc venit incidenter, vt ff. de offic. deleg. c. j. & de app. Romana. §. ſi verò partibus. arg. C. de iudic. l. quotiens. & C. de ordi cogni. l. aditæ. Vide tamen ſuper hoc in concluſionibus Nea. concluſione cxlv. fol. xxiij. vbi tenere videtur contrarium in gratia, ſi per euentum litis apparuerit neuter. &c. licet hodie palatium ſit in contrarium, quod bene facit ad contrarium propoſitum. Et hoc caſu de dictis narratis leuis præſumptio, ſeu probatio ſufficit: quia de his in lite plenius eſt agendum ſecundum dom. Viuarien. cardinalem.

a ¶ Spoliatus. *Cum quis ſpoliatur ab aduerſario rebus, vel beneficio, ante litis ingreſſum reſtituatur, vide ij. q. ij. per totum. iij. quaſt. j. epiſcopi. & quaſt. ij. ſi primatem. ix quaſt. iij. fratres. xxxiij. quaſt. ij. hiſtoria.*

CONCLVSIO DCXL.

De præbendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio eſt nulla, ſi forma non fuerit in ea ſeruata.*

SI mandatur † executori, quòd ſi vocato poſſeſſore repererit beneficium vacare, per extrauagan. execrabilis. prouideat Titio: prouiſio per eum facta aliter nulla eſt. de offi. deleg. venerabili. & cap. cum contingat. & de reſtit ſpol. piſanis. quia forma non ſeruata, &c. 1

CONCLVSIO DCXLI.

De iudæis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus vigore commiſsionis factus parte non vocata eſt nullus.*

PRoceſſus † factus vigore commiſsionis, de qua commiſsione dictum eſt ſupra parte non vocata, non eſt nulla ipſo iure. per not. Inn. de præſumpt. dudū. Et quia talis partis vocatio regulariter etiam in iudicialibus iniuſtitiam, & non nullitatem inducit, & ideo interlocutoria nihilominus valet, not. Innoc. de procura. audit. Tamen ſi eſſet verbum: ſi repereris. &c. crederem eſſe iudicialem commiſsionem, non modo executoriam, quia iudici iudicialiter proceden. directa fuit. arg. pro hoc, vt talia ſint ſubiecta, qualia, &c. ff. loca. l. ſi vno anno. arg. extra. de cenſib. præſenti. in glo. ſuper ver. conſtiterit. 1

CONCLVSIO DCXLII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Error proprij nominis poſſeſſoris non vitiat poſſeſsionem.*

ERror † nominis proprij poſſeſſoris, contra quem commiſsio impetratur, per cognitionem dictæ poſſeſsionis deſignati non vitiat. argum. C. de leg. ſi quis in fundum. & de lib. & poſthum. l. nominatim. 1

CONCLVSIO DCXLIII.

De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationis ſignatio an probet.*

SI papa prouidet mihi de beneficio vacan. per obitum Titij tēpore domini Vrbani cum clauſula: dummodo per Vrbanum de eodem beneficio non fuerit diſpoſitum, valet prouiſio, etiam ſi papa Vrbanus ſignauit ſupplicationem de dicto beneficio pro Martino, & etiam ſi Martinus ſignat gratiam,

riam, & ratam habens ſuper ea literas mandauerit
fieri, dummodo literis non confectis fuerit Marti-
nus mortuus, vel vxoratus, aut religionem profeſ-
1 ſus. Ratio eſt iſta: tum † quia ſignatio ſupplicationis
non probat: tum quia non poteſt ſurreptionem in-
ducere ordinatio effectu carens, & ſuſpenſionem
perfectam ſuperueniens amittens per communia
iura. Et ita non obſt. de re iud. cum olim. Item, quia
ſi fuiſſet papæ dictum de dicta ordinatione, & ſub-
iunctum, qualiter reductum erat ad non cauſam,
non minus conceſsiſſet.

CONCLVSIO DCXLIIII.

De probationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Caſus, inter quos non eſt diuerſitatis ratio, ad paria iudicantur.*

2 *In certis non eſt locus coniecturis.*

NOn obſtantibus concluſionibus cccccłxij. &
cccccłxiij. ſuprà præcedentibus, ſi deduco in
impetratione capellaniæ vnicum titulum ex perſo-
na anteceſſoris mei, puta per aſſecutionem eccleſiæ
parochialis auctoritate literarum domini noſtri pa-
a pæ Vrbani in forma pauperum[a], & teſtes mei depo-
nunt, ſe vidiſſe literas purificationis, acceptatio-
nem, & prouiſionem, & poſſeſſ. aſſecut. harum au-
ctoritate factam, & quòd ita ſit, eſt publica vox, &
fama, ſatis ſufficit ad obtinendum in cauſa. Ratio
1 mea eſt, quia † caſus, inter quos non eſt diuerſitatis
ratio, ad paria iudicantur. ff. de verb. oblig. l. à Titio.
Modo ſi agamus de probando titulo auctoris, ſiue
de probando modum amiſsionis ſui tituli inter iſta
eſt eadem ratio, ergo. quòd ſit eadem ratio proba-
tur dupliciter. primo, quia vtrunque eundem effe-
ctum habet, quia ſi titulum non habuiſſet anteceſ-
ſoris, non dicitur vacare per eius perſonam. Et ita
non haber ius impetrans. de reſcrip. ſuſceptum. ſi-
cut ius haberet, & modus in eius perſonam non
contigiſſet. Secundo, quia idem in probatione tituli
auctorum non ſequitur plena probatio, quia licet
quis arctetur ad probandum literas, quas habere di-
citur de titulo ſuo, quia præſumitur quòd eas habet,
& cuſtodiret ſi eſſet vnum, &c. tamen ſecus eſt de
literis probantibus ius auctoris ſui, quia illud dif-
ficilius, & grauius eſt, ideo poſitio, & communis
opinio, quo ad hoc, releuat. C. de probat. l. vti poſ-
ſidetis. ff. de offic. prætoris. l. Barbarius. & ff. de pro-
bat. l. ſed arbiter. & arg. not. Innoc. de verb. ſignific.
quid per nouale. & cap. veniens. Et quia ſuper ti-
tulo auctoris non eſt pronunctianda. faciunt not. glo.
ff. ſi ſeru. vend. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. & C. quæ
ſit longa conſuet. l. ij. in v. arg. iij. concluſione ix. &
not. glo. qui fil. ſint legiti. cap. lator. modo iſtæ duæ
rationes locum habent, hoc maxime, quia literæ in
forma communi, non regiſtrantur. Non obſtat quòd
ex recenti poſſeſsione difficile inducitur poſſeſ-
ſio, &c. quia dico, quòd ad inducendum commu-
nem opinionem hic aliud concurrit: puta, quia te-
ſtes viderunt literas, proceſſum, acceptationem, &
2 & prouiſionem. Et certis † non eſt locus coniecturis.
ff. de verb. obligat. l. continuus. § cum. Ita finaliter
omnes tenuerunt.

a ¶ In forma pauperum. *Literæ in forma pauperum qua dicantur, vide Abb. in cap. poſtulaſti in ij. col. de reſcript. Et quomodo cognoſcantur literæ in forma pauperum, vide per Fel. in d. cap. poſtulaſti. y. col. de reſcr. ver. dum declarat ob naturam.*

CONCLVSIO DCXLV.

De conſuetudine. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo detrahens formæ teſtandi, in modo probandi bene valet.*

2 *Pater & ciuitas æquiparantur.*

3 *In ore duorum aut trium ſtat omne verbum.*

COnſuetudo[a] poteſt inducere, quòd duobus a
notarijs vocatis ſuper teſtamento facto, &c. ad
alias cauſas, quàm pias credatur ſine teſtibus, & ſub-
ſcriptione, quia conſuetudo † detrahens formæ te- 1
ſtandi, in modo probandi bene valet. de teſta. Ray-
nutius. & cap. cum eſſet. & de teſta. relatum. de fide
inſtrum. cum dilectus. & not. per Dyn. de regul. iur.
lib. vj. indultum. Quicquid diffuſe nouerint in con-
trarium legiſtæ, & Barto. C. de ſumma trinit. l. j. ibi
tenuit Bart. etiam iſtam partem. arg. de teſtam. l. fin.
& per l. ij. C. quemad. teſtam. ape. iuncta l. publicati.
C. de teſtam. & l. ſi quis ex ar. cum ibi not. ff. quemad.
teſta. ape. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de
teſtam. & falſ. hære. l. fin. iuncto, quòd † pater & ciui- 2
tas æquiparantur. ff. de iuſti. & iu. l. veluti. & de cap.
l. poſtlimi. §. filius. & per l. omnes populi. ff. de iuſti. &
iure. quia non reperitur prohibitum, nec obſtat ſe-
cundum eum. l. fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. quia. ibi
conſuetudo præterita limitatur, non autem futura
prohibetur. Et ita videtur ſentire Cyn. ibi. & in l. du-
dum. C. de contrah. empt. ſecundum eum. Nec eſt,
vt dicit, temeraria hæc bona, & fauorabilis teſtan-
tibus, ſicut in militibus, & inter liberos, & ratione
teſtium. argum. l. ſi quis ex aſsignantibus. ff. quemad.
teſtam. ape. Vide de hoc in Specul. de inſtrum. edi.
§. compendioſe. verſic. ſed de conſuetudine. & per
Henri. Bohic. de teſtam. cum eſſes. & alios. ff. de iuſti.
& iure. l. omnes populi. Et licet cap. relatum. & cap.
cum eſſes. non loquantur de conſuetudine, probant
tamen rationem hoc caſu ſaltem in foro eccleſiaſti-
co non obuiare conſuetudini, imò in omni foro ad
veritatem. arg. iiij. diſtinct. erat autem l. Nec mirum,
quia ab initio de iure diuino, in ore † duorum, vel 3
trium ſtat omne verbum, quia ſi repertum eſt iura-
mentum, hoc à malo eſt. de iureiuran. & ſi Chriſtus.
Et ſi conſtitutum eſt, maiorem numerum requiri in
teſtamentis, hoc eſt de iure poſitiuo propter peri-
culum maius. Modo iura poſitiua tolluntur per con-
ſuetudinem. ergo, per cap. fin. de conſuet. cum ſi-
milib. Item quia minor fraus poteſt committi per
duos notarios in caſu noſtro, quàm per vnum ſo-
lum. verſic. de teſti. adiecerimus. quo caſu tamen
omnes dicerent poſſe valere conſuetudinem per
iure alleg. Nam vnicus notarius configendo teſtes
mortuos per ſeipſum ſolum poſſet committere
fraudem, quòd non fit hoc caſu, quia duo non ſunt
ita cito falſarij, ſicut vnus.

a ¶ Conſuetudo. *Nota, quòd conſuetudo facit licitum, quod alias eſſet illicitum, vt in authen. de defenſo. ciuit. §. quia vero etiam. & notatur per Archid. lxiij. diſtinct. cap. quia ſancta. Et facit delictum, quod alias ſui natura non eſſet delictum ff. de extraor. crim. l. ſaluatari. §. ſunt quædam.*

CONCLVSIO DCXLVI.

De verb. ſignific. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione prebendæ omne beneficium comprehenditur.*

SI expectans ad beneficium cum cura, vel ſine
cura acceprat parochiam vacantem, & execu-
tor prouidit ſibi de præbenda parochiæ vacan. vel
1 vacaturæ, valet prouiſio: tum quia † appellatione
præbendæ poteſt omne beneficium comprehendi,
quia præber-tum quia in multis partibus parochia-
ni maximæ ciuitatis præbendarij vocantur, occaſio-
ne.no.in cap.cum eccleſia Sutrina.de cau. poſſ.tum
quia ſe refert ad certum corpus. Nec obſt.de vaca-
tura. vel ſi vacat. arg.not. in cap.ſi tibi. de præben.
lib.vj.per Ioan.mon.

CONCLVSIO DCXLVII.

De offic. deleg. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sigillare literas ſequeſtri ad quem ſpectet.*

1 SI auditor † ſecundæ inſtantiæ propter abſen-
tiam primi ſigillauerit literam ſequeſtri, contra
acta non poteſt reuocare. quia de literis non cogno-
ſcit, quia ſpectat ad auditorem contradictarum,
coram quo debent proponi exceptiones. domini
Guil. Bened. & ego ſolus contrà, quia apponere ſi-
gillum ſpectat ad eius officium per ordinationem
papalem: vt ſic videlicet errorem in actis non ſigil-
let. arg. regulæ. eius eſt nolle. cum concor. & cap.j.
de reg.iur. in antiquis. & cap.ceſſante. de appellat.
cum ibi not.

CONCLVSIO DCXLVIII.

De reſcriptis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Terminus lapſus primæ inſtantiæ non eſt peremptorius in ſecunda.*
2 *Specificatio in materia obiectiua quidnam ſit.*
3 *Termini prohibitio, viæ prohibitionem inducit.*
4 *Iura & defenſiones partium concernunt cauſam & negotium principale.*

LIcet vna de præcedentibus concluſionibus,
videlicet concluſio ccclxxxviij. computando
numerum iſtarum concluſionum, ſed ſecundum
numerum concluſionum domini Guiliel. quæ eſt
inter illas concluſiones xc. vide meam. ſuprà folio
xcvj & illam domini Guil. folio lxxvij. Vide etiam
ſuprà in concluſione xj. & concluſione cccxcv.
Ægidius. Et habet, quòd commiſsio facta auditori
primæ inſtantiæ de admittendo articulos iam datos,
eorum mala ſpecificatione non obſtante, ad audi-
torem ſecundæ inſtantiæ non extenditur, pro eo,
quòd iure ordinario ſibi competit remedium fa-
ciendi ſpecificationes in prima inſtantia omiſſas,
1 quia † lapſus termini primæ inſtantiæ non eſt per-
emptorius in ſecunda, cum termini ſunt inſtantiæ,
& non cauſæ. Nihilominus dicta concluſio locum
non habet in caſu, in quo papa ad lapſum termini
non habuiſſet reſpectum, ſed potius ad defectum
materiæ: vtputa, quia negatiua non coarctata, nec
prægnans, vt quia infra terminum non ſoluiſti, vel
non fuiſti promotus. Talis enim ſecundum natu-
ram non recipit probationem, vt C.de probat. l.a-
ctor. & per conſequens nec ſpecificationem, quia
ſpecificatio † in materia obiectiua nihil aliud eſt, 2
quàm coarctatio directe cadens in animum teſtis,
quòd deducit materiam eſſe probabilem. Et ita pa-
tet, quòd † termini prohibitio, viæ prohibitionem 3
inducit. ff.de ſponſ. l.oratio. vel quia licet ſit proba-
bilis, quia ſpecificabilis, tamen ſpecificatio eſt diſ-
finibilis, vt de exceſſu taxæ. Et in his duobus caſi-
bus non habet locum dicta concluſio, quòd papa
non conſiderauit lapſum termini hoc caſu inſtan-
tiam concernentem, ſed potius conſiderauit defe-
ctum materię, vel difficultatem ſpecificationis, quæ
concernunt totam cauſam, quia concernunt dire-
cte ius, ſeu defenſionem ipſius partis. Idem forte, ſi
papa non retulit ſe ad articulos iam datos, ſed po-
tius ad dandos, quia iſtud non concernit magis
vnam inſtantiam, quàm aliam, ſed potius cauſam.
iura enim † & defenſiones partium concernunt 4
cauſam, & negotium principale, ſed terminorum
obſeruatio, & eorum continuatio concernit inſtan-
tiam, & conſtituit eam. Et hoc tertium notabile eſt.
Et in duobus primis caſibus fuerunt quaſi omnes
concordes, ſaluo ſolo, quòd dom. Guil. à prin. quo-
dammodo deuiauit, ſed videbatur poſt reuerti. Ter-
tius caſus non fuit tunc tactus, ſed recordor, vt mi-
hi apparet, alias audiuiſſe, & vidiſſe concilia in hunc
tertium caſum ſe declinaſſe.

CONCLVSIO DCXLIX.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Eadem eſt ratio de via quæ de termino.*
2 *Executio citationis an poſsit fieri extra territorium.*
3 *In iudicio ſpectatur initium.*
4 *Citationis decretum an ſit iuriſdictionis voluntariæ. & num.5.*
6 *Quod quis poteſt facere per alium, hoc idem poteſt facere per ſe.*
7 *Iuriſdictio voluntaria extra territorium exerceri poteſt.*
8 *Terræ eccleſiæ imperio Romano ſubiectæ non ſunt.*

CVria Romana [a] adhuc exiſtente in vrbe auditor a
exiſtens in Anania, cui committitur cauſa cum
poteſtate citandi, poteſt in Anania decernere cita-
tionem, dummodo fiat citatio ad locum habilem,
videlicet in quo idem auditor in Romana curia pro
tribunali ſedebit. De materia huius, & ſequentium,
ſeu circa eam, vide per Bart.de ope.noui nunt. l. j.
§.nuntiatio. col.iiij. verſic.quæritur. Iac.de Aret.an ci-
tatio. imò videtur contrarium. Primo quia eadem
†debet eſſe ratio de via, & de termino. ff.de ſpon. 1
l.oratio. Modo effectus citationis non poſſet fieri,
niſi in curia, quia eſt contentioſæ iuriſdictionis. igi-
tur, &c. Secundo, quia executio citationis† non po- 2
teſt fieri extra territorium, vt de re iud. paſtoralis.
in clem. verſic. & vt id tanquam notorium. ergo nec
decretum, quod cenſetur quædam interlocutoria.
vt l.neminem. ff.de exhib.reorum. & C.de his, qui
ad eccle.confu. l.præſenti. Et non fit, niſi per iudi.
Et tamen citationis executio fit per nuntium. Nec
debet eſſe maioris ponderis executio, quàm ipſum
principale, & tamen auditor habet Romanam
curiam pro territorio. ergo, &c. confirmatur,
quia aut eſt auditor ordinarius, aut delegatus,
ſed

ſed neuter iſtorum extra territorium ſuum aliquid
facere poteſt.ff.de iuriſdictione omni.iudicum.l.fin.
de reſcrip.c.ſtatutum.§.in nullo.lib.vj.ergo,&c.Facit
3 quarto, quia † in iudicio ſpectamus initium.ff.de
mino.l.iij.§.ſcio.Modo citatio eſt huiuſmodi initium.
vt inſtit.de pœ.te.litigan.§.fin.probatur,vt lit.pend.
cap.ij.in cle.Inducitur pro parte iſta.ff de ſer.expor.
l.ſi minor. Et pro hac parte facit,quod not.Franciſ.
Accurſ. & Iacob. de Are.C.de feri.l.ſin.& Dyn. &
Bar.ff.de no.ope.nunt.l.j.§.item nunciatio.videlicet,
quòd non valer die feriata facta ad diem non feria-
tam,per iura prædicta. Modo de tempore ad locum
bene arguitur.argu.ff.ſi certum petatur.l.vnum. Ad
hanc partē videbatur velle domi.Gualhar.& etiam
domi.Nico.ab initio, licet propter ſequentes ratio-
nes poſt inceperit dubitare. Sed in contrarium vi-
4 detur, quia decretum † talis citationis eſt iuriſdi-
ctionis voluntariæ, igitur poteſt extra territorium
exerceri,ſaltem cum eius effectus in locum habilem
dirigatur,patet conſequentia per l.obſeruare.in fin.
ff.de offic.proconſul. & leg.argu.ff.de donatio.inter
virum & vxorem.l.fi.cum glo.& l.ſeq.& C.de dona.
ante nupt.l.ſi quid ſponſæ. & ff. de hære.inſtitu.l.in
tempus.cum ſimili.ff.de offic. proconſul.l.ij.& C.de
ferijs. l.actus. licet videatur contra C. de dilato.l.à
præcedente. ſoluetur infra modum actus citationis
decernendæ, licet à iuriſdictione contentioſa pro-
cedat, tamen quantum in ſe eſt, voluntariæ iuriſdi-
ctionis eſſe cenſetur. Quod probatur primo, quia
fit die feriata quicquid nouerint alij ſuperius nomi-
nati,vt no.Dyn.poſt ſe corrigendo Pet.& Cyn.C.de
ferijs.l.fi.& Io. And.eo.tit.c.conqueſtus.in nouella.
Et ita ſeruatur,& tamen actus contentioſus non fie-
ret illa die.vt l.fi.& c.conqueſtus.alleg.cum ſi. Item,
quòd ſit voluntarius, & non contentioſus,probatur
ratione quia actus non dicitur volūtariæ iuriſdictio-
nis, pro eo ſolo, quia liberè dependeat à voluntate
[illegible]s, quia iudex ſuam iuriſdictionem etiam inuo-
luntariè ſubdito miniſtrare tenetur, cum hæc iura
mandent. Sed pro eo dicitur volūntariæ iuriſdictio-
nis quia poteſt expedire ſine alicuius vocatione, &
ſine cauſæ cognitione.ff.de offic.procōſul.l.ij.Modo
5 ita eſt,quòd citatio, † quæ fit parte abſente, fit ſine
cauſæ cognitione.Et ide eſſet de illa, quæ fieret par-
tibus præſentibus,& conſentientibus,ſeu non alter-
cantibus,nec contradicentibus.Licet ſecus,ſi parti-
bus hincinde ſuper hoc altercantibus, & inuicem
cōtradicentibus iudex dilationē certam daret,quia
tūc interloqui videretur.vt not.Cy.in d.l.dies feſtos.
& d.l.à procedente.Et probatur in d.l.à præcedente.
cum ſua dilatione ad l.voluit.§.fi.ff.de interrog.acti.
Secundò, principaliter quis exiſtens extra territo-
rium,& ita in loco minus habili poteſt cōmittere al-
teri exercitium ſuæ iuriſdictionis, fiendæ tamen in
loco habili: puta infra territorium.vt ff.de offic.pro-
conſulis & legati. l.obſeruare, allega.& ff.de offic.
præfec.vr.l.fi.& not.extra.de offic.deleg.nouit.& ita
ſeruatur. Modo auditor in caſu noſtro non habet
poteſtatem citandi extra curiam per totum orbem.
ergo,&c. & committendi in loco inhabili. quod fiat
vbique, quia totus orbis eſt locus habilis iſto caſu.
Tertio fortius, quia ipſe auditor habet poteſtatem
citandi extra curiam. ergo poteſt extra curiam
committere alteri, quòd citet, quia non eſt fortioris

efficaciæ commiſsio ſola de citando, quàm citatio
ipſa. licet enim regulare ſit, auditores non conſue-
uiſſe committere,tamen in citationibus,& compul-
ſorijs conſueuerunt committere, & negari non po-
teſt, quin illud ſit regulare, quòd † quis poteſt hoc 6
facere per ſe,quod per alium.& econtra.de re iudic.
quod alicui.& c.poteſt quis.& c.qui ſicut.cum ſimi.
Prima ratio facta in contrarium in nullo obſtat,quia
tunc eſt eadem ratio de via, & termino cum ratione
ſubiectæ materiæ prohibetur terminus abſolutè, &
ſimpliciter, imò potius permittitur, licet prohibea-
tur certo modo, loco, vel tempore fieri. Tunc bene
poteſt eſſe, quòd permittatur via, modo, loco, &
tempore huiuſmodi, dummodo quo ad hæc ex nulla
via,& termini ratione diuerſitas reperiatur inter viā
& terminum. Modo ſic eſt in propoſito,quia citatio
eſt voluntariæ iuriſdictionis, & proceſſus vigore
ipſius agitandus cōtentioſe. Modo iuriſdictio † vo- 7
luntaria extra territorium bene exercetur, & non
contentioſa,ergo,&c. Sic ſponſalia fiunt per verba
de præſenti, & ante pubertatem, & de matrimonio
ſecus. Ad ſecundū dantur multæ reſponſiones,qua-
rum aliquas vide per Paul.in cle.paſtoralis:quas li-
cet non placeāt non impugno.Et ibi de iſta materia
plene. Alij dixerūt,quod illa ratio poſita in ver.& vt
illud.non eſt neceſſaria ſed perſuaſiua,& per ſe non
concludit,ſed cum alijs bene. Sed vt dicit Paul.hæc
ſolutio eſt temeraria. Alij dicunt,quod §.ſi vero ap-
paritor ibi.l.omnes vbiq;.C.de epi.& cle.& §.ſi con-
trahentes.c.Romana.de fo.compe.lib.vj.loquitur in
executione citationis facta in territorio ſaltem illius
ſuperioris, qui ordinarium, vel iudicem delegatum
dedit,& loquitur in caſu noſtro. Sed c.paſtoralis.lo-
quitur in executione citationis facta in territorio
non ſubiecto citanti, nec ſuperiori ſuo, ſaltem qui
eum iudicem quo ad hoc dederit. Terræ enim † ec- 8
cleſiæ imperio ſubiectæ non ſunt. Et iſtam ſolutio-
nem ponit domi.Barto.in xj.col.pro Federico impe-
ratore, per eum gloſſ. Vel forte poteſt dici,quod in
§.ſi verò apparitor.eſt ſpeciale in præfecto vrbis,
quòd ſuper cauſis in vrbe Romæ delictu,vel contra-
ctibus ibi initi.aut alias,coram eo tractandum poſ-
ſit citari in prouincia degen. Et ita ſeruat auditor
cameræ apoſtolicæ ratione contractus, &c. Et hoc
forte de priuilegio,vel de cōſuetudine ſpeciali: quo
iure enim hoc poſſet, textus non declarat, ſed ſup-
ponit quòd poſsit. Qualiter autem hoc poſsit,ſup-
plere debemus propria alia iura. Et hoc probat.§.
contrahentes.allega.quo ad effectum procedendi in
cauſa, citatio ibi non fit, ſed ſolum quo ad dimit-
tendum in poſſeſsionem, & non habet propriè vim
citationis, ſed magis intimationis, ſeu denuntiatio-
nis. Nec fit talis citatio propter perſonam, ſed rem.
Et ibi vide pleniſsime per Ioan. Andr.in nouella,
vbi per eum de materia multum latè. Nos autem in
caſu iſto non loquimur de inhabili loco etiam quo
ad citationem exequendam, vt oſtendit tertia ratio
huius partis. Ad tertium ſatis reſponſum eſt. Ad
quartum & ad quintum facile eſt reſpondere. Ideò
omitto.

a ¶ Curia Romana. *Nota, quòd curia Romana ſæpe mutat ob-
ſeruantias ſuas propter mutationes ſummorum pontificum, &
auditorum, & aduocatorum, vt patet per Compoſt. extra. de
electio.cap.j.lib.vj. & Ioannes Andr.q.eodem.cap.j.in nouella,
ſuper iiij gloſſ.*

Decis. Cano. [illegible] n. 4

CONCLVSIO DCL.

De procur. De except. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator rei an poſt diffinitiuam poſsit excipere contra procuratorem actoris, dicens eum non verè conſtitutum procuratorem.*
2 *Confeſsio partis releuat à probatione.*
3 *Ratihabitione an validentur ſententia & proceſſus.*

1 SI pars † actrix io perſona Ioan.ſui procuratoris
præſens contra vnom procuratorem patris teæ
obtinuit diffinitiuam, & actori petenri executio-
nem dictæ ſententiæ obiiciatur per eum, quòd di-
ctus Ioan. oon fuit procurator ipſius actoris, pro
eo,quia in inſtrumeoro procuratoris, ſolum nomen
nntarij apoſtolici fuit ſine ſubſcriptione expreſſum,
talis exceptio non eſt admittenda: maxime, ſi pro-
curator vetus ipſius rei pendente iudicio interro-
gatus, an vellet aliquid dicere contra procurato-
rium ipſius Ioan. dixit ſe nil dicere velle. Ratio eſt,
a quia huiuſmodi exceptio nõ eſt peremptoria [a] pro-
curationis, licet videatur obſtare probationi ipſius.
Et ita eſt magis dilatoria, quàm peremptoria, de
qua poſt litis conteſt.quærendum non eſt.ff.de pro-
cura.Pomp.§.rati. Quòd autem non ſit peremptoria
ipſius procuratoris, qoia non ſequitur inſtrumen-
tum, non probat, ergo non eſt ita, quòd quandoque
non deficit ius, ſed probatio iuris.ff.de teſta.tute.l.
2 duo ſunt Titij. Item confeſsio † partis releuat à
probatione. de offic. cap.fin.& eod.titu.eod.libr.vj.
Modo procurator rei confeſſus eſt ipſum procura-
torem eſſe. quia iotertogatus dixit, ſe contra pro-
curatorium nihil velle dicere, & cum eo, tanquam
cum procuratore continuo litigando, eum, vt ve-
rum procuratorem approbauit, quòd potuit, quia
hoc erat de neceſſariis dependenòis ipſius cauſæ.
In quibus factum veri procuratoris bene præiudi-
cat domino, ſecuodum not.Innocen.vt lit.non con-
teſt.cap.j.de fideiuſſ. quòd quibuſdam. potuit enim
eſſe, quòd ſciebat procurator rei etiam aliter, quòd
ille Ioan. erat vetus procurator actoris. Item ter-
tio, quia non reperio, quòd cognomen ſit de eſſen-
tia inſtrumenti huius. facit de fide inſtrumeo.cum
Petr. tabellio. vt euitetur enim æquiuocatio, & in-
certitudo l. duo ſunt Titij. aliàs ſolet opponi co-
gnomen, quæ incertitudo, &c. quo plures in no-
mine, & cognomine concurrerent, vendicarent ſibi
locum. Item quarto, quia qualitas ipſa notariarus
apoſtolici ſatis videtur haberi per cognomen, ſi
alius notarius apoſtolicus eiuſdem nominis non re-
peritur in partibus illis. vt ff.de liberis & poſthu.
l.nominari. & ſi certum petatur. l.certum. Modo
quòd eſſet alius notarius apoſtolicus in partibus il-
lis, pro tunc cum ſit facti, non præſumitur, niſi pro-
betur. ergo apparet, quòd ipſa etiam ex forma ſua
3 de ſe eſt mala. Quinto, quia ſaltem † ratihabitione
validarentur ſententia, & proceſſus.ff.de iudic.l.li-
cet.ff.rem rat.hab.l.iij.§.falſus. Probo, quia lex ha-
bet iudicium pro valido actum cum procuratore
actoris, de cuius mandato dubitatur. ſi cauet de ra-
to habendo, alioqoin prouiſio legis primæ C. de
procurato, non valeat. tamen ratihabitio nihil ad-
dit ad mandatum. Modo petendo executionem
ſententiæ quis eam ratam habet, vt C.de re iudica.
l.ad ſolutionem. Et licet in procuratore rei, in quo
ceſſarent plures de rationibus ſupradictis poſsit eſſe
dubium: tamen in procuratore actoris dubinm oon
videtur per prædicta. Et ibi in hoc fuimus concor-
des. Sexto, vide in domino Archiepiſcopo Baren.
regen. cancellariam pro domino Cardinali Pam-
pilien.xiiij.Iulij.anno lxxvij.

a ¶ Non eſt peremptoria. *Quæ ſit exceptio peremptoria, & quare ſic dicatur, item quòd exceptionum peremptoriarum aliæ dicuntur ſimpliciter peremptoriæ exceptiones: aliæ verò exceptiones defenſiones vocantur, vide Specul.ij.parte titu.except. §.j. De dilatoria habes ſuprà in quadam additione.*

CONCLVSIO DCLI.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Curiæ mutatio facta per papam non immutat mandatum procuratoris.*

PRocurator deputatus ad proſequendum cau-
ſam in curia tempore quo curia erat Auinionæ,
quæ cauſa ex ordinatiooe papæ primo poſt receſ-
ſum curiæ de illo loco ibi remanſit, & poſtmodum
ex certis cauſis eſt ad curiam iterum aduocata, ſi
curiam ipſam ſecutus fuerit, ipſam cauſam adhuc
hic proſequi debet, & poteſt, quia ſuum manda-
tum noo concernebat ipſam curiam, & per conſe-
quens omnem locum, vbi curiam eſſe continge-
ret. Nec mutatio † curiæ facta per papam potuit, 1
ſeu debuit mandatum procuratoris dicti aliquali-
ter immutare, ita quòd nil eſt domino de dicta ad-
uocatione nouiter facta intimandum: quia ſufficit,
quòd procurator ad hoc commiſſum per dominum
intimetur, ſicut ſi committeretur de nouo cauſa re-
citanda in curia, & reperitur procurator habens
mandatum ad cauſas in curia tractãdas contra eum
ſine alia intimatione procedi poſſet, ſaluo quòd ad
dominum conſulendum, & ad inſtrumenta produ-
cenda ſibi poſsit dari dilatio. de procuratoribus.
capitu.dilectus.cum ſimili. Et io hoc etiam domini
concordarunt.

CONCLVSIO DCLII.

De in integrum reſtitutione. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas iacens an repræſentet perſonam minoris.*
2 *Fictio circa impoſsibilia non operatur.*
3 *Negligentia adeundi hæreditatem non notatur in non valente agere.*

QVadriennium de quo in l.ſuperuacuam.C.de tempo.in integrum reſtitutione, quod ex perſona pupilli mortui in pupillari ætate maiori hæredi ipſius pupilli competit, currere incipit nedum à tempore, quo maior hæreditatem huiuſmodi dicti pupilli adiuit, ſed etiam ſtatim poſt mortem pupilli etiam hæreditate iacente. per l.ad diem. & l.cum filius.§.primo. Bartol.ff.de verborum obligationibus. & l.fi.ff.de nau. fe. & per not. Dyn. in regula.cum quis io ius.libro ſexto.cum remiſsiooe Specul.addi.

ibi

ibi per Ioan. Andræam. Et quia, vt dicebant dicti
1 domini, hæreditas † iacens repræſentat perſonam
minoris. & maioris retrotrahitur aditio ad tempus
mortis, ne fingatur quis, etiam quo ad tempus, de-
ceſsiſſe pro parte teſtatus. Et quia fuit in culpa, nam
cito potuit adire, & non adiuit. Et quia aliter poſſet
habere duo contra mentem l. & quia, vt dicit domi.
Nicol. idem de iure reperitur in tempore decem die-
rum dato ad appellandum, ſed text. non cogitabat.
Sed domi. Guliel. & ego dubitamus: quia aut hære-
ditas iacens, quo ad hoc conſideratur, vt repræſen-
tans pupillum, aut vt repræſentans hæredem maio-
rem. Si primo non poteſt reſpectu præſcriptionis
huius quadriennij tunc inchoari, quia non plus po-
a teſt inchoari fictio [a] veritatem repræſentans, quàm
veritas aperiretur, ſi eſſet veritas huiuſmodi in na-
tura. vt C. de iure do. l. in rebus. & tamen ſi viueret
vere pupillus ſibi non curreret, nec currere incipe-
ret, quouſque maior eſſet. C. in quibus cau. in inte-
grum reſtitutio non eſt neceſſ. l. finali. & clemen.
vna. de reſtitutione in integrum. ergo nec valet di-
cere, quòd hæreditas, ſeu ipſe hæres repræſentet
pupillum, vt maiorem, quia hoc eſſet impoſsibile
2 in natura. & fictio † circa impoſsibilia non opera-
tur. ff. ex qui. cau. ma. l. denique. & ff. de cap. l. in li-
bello. §. factæ. inſtitu. de adoptio. l. minorem. Secun-
do caſu idem: quia contra maiorem habito ſolum
reſpectu ad ipſum, non poteſt inchoari talis præſcri-
ptio, quandiu ille maior non poteſt agere. C. de an-
na. præſcrip. l. j. in fi. Nec mirum, quia ex parte præ-
ſcribentis non ſubſiſtit aliquod fundamentū ipſius
præſcriptionis hoc caſu, ſicut poſſeſsio, vel vſus in
vſucap. & præſcripi. ſeruitu. facit ff. quorum bono-
rum. l. ij. Sed ſolum fundamentum huius præſcri-
ptionis, actionis, ſeu officij iudicij eſt negligentia
ipſius, cui competit ius agendi, & qui non agit cum
agere poſsit: vt dicta l. j. in fin. & l. ſicut. & l. omnes.
C. de præſcript. xxx. vel xl. annorum. Et ideo de iſtis
non intelligitur regula, ſine poſſeſsione, vt ibi no-
3 taui. Modo † talis negligentia in non valente agere
non notatur. de conceſſ. præbend. quia diuerſitatem.
in fin. ff. de calum. l. annus. de ædil. edict. l. cum ſex.
Ideo non obſtat, quod dicitur. Speciale enim in
eccleſia, &c. cap. j. de præſcripr. quia verum eſt regu-
lariter. Sed dico propter rationes proxime datas,
iſte caſus, quo ad inchoationem, cum illo concor-
dat. Nec obſtat quòd, quo ad perſonalia iura, ſeu
priuilegia, maior non repræſentat minorem vt mi-
norem, quia concedo. Ideo dico, quòd maior hic
conſideratur, vt maior. Et ideo hic attenditur ſola
negligentia eius, & ſtatim currit ſibi negligenti.
Non obſtant alia ſuprà allega. quia procedunt re-
gulariter, & procederet, ſi pupillus deceſsiſſet ma-
ior, ſed aliàs repugnantia veritatis, & fictionis hoc
non patiuntur hoc caſu. Sed iſta dicta aliis domi-
nis non placuerunt, quia formæ motiui ſubtilita-
tem prima facie non capiebant, vel formam imagi-
natio mea non eſt demonſtrans, videat ſubtilior me.
ſed ratio mea imò demonſtrat, & de ea eſt caſus C.
de tempo. in integrum reſtitutione l. ea quæ. vltimo
reſponſo. & plus notatur ibi in penultima conclu-
ſione. ibi vide.

a ¶ Fictio. *Nota, quòd fictio non poteſt operari plus quàm veri-
tas. §. q. & l. ſi iterum. Adde, ſi concurrat cum veritate, an
præualeat. Bartol. in l. ſiius, & ibi ſcribentes. de lib. & poſthu. Et
quomodo procedat regula, de qua hoc, vide Alexand. & Aret.
poſt Bartol. in l. ſingularia. ff. ſi cer. peta.*

CONCLVSIO DCLIII.

De reſtit. in integ. De probatio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actor quemadmodum tenetur probare ſuam in-
tentionem, ita reus exceptionem.*
2 *Quilibet in ſui commodum præſumitur diligens.*

SI ſupponeremus pro vero, quòd dictum tempus
curreret ſolum à tempore aditæ hæreditatis op-
ponenti de præſcriptione, non autem agenti ad re-
ſtitutionem, probatio temporis aditus incumberet
reo, quia ſicut actori † incumbit probatio intentio- 1
nis ſuæ, ita reo ſuæ exceptionis. ff. de probatio. l. in
exceptionibus. Modo actor ad fundandum inten-
tionem agendi non habet probare, niſi huius bene-
ficium à perſona minoris competiſſe, & ſe minori
ſucceſsiſſe, cum tempus non deſit de eſſentia ſuæ in-
tentionis. Sed reus non poteſt fundare ſuam in-
tentionem de lapſu temporis, niſi probet eius in-
choationem, & iſta eſt ratio, per quam tenuit Innoc.
de conceſſ. præbend. cap. quia in cunctis. lib. vj. quòd
præſumitur impetrātis acceptatio facta ante lapſum
ſui menſis, niſi contrarium contra eum probetur.
Et quia † quilibet in ſui commodum præſumitur 2
diligens, vt not. Paul. eod. titu. cum ei quem. in cle-
men. Et in hoc omnes prædicti domini concor-
dauerunt.

CONCLVSIO DCLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Corteſanus papa præfertur alijs in collatione bene-
ficiorum*

CApellam ſancti † Petri de vrbe papa cum curia 1
in vrbe exiſtente vacañ. per mortem A. & B. qui
in vrbe tunc morabatur, tanquàm vacantem apud
apoſtolicam ſedem impetrauit à papa: & C. eandem
capellam ab ordinario collatore obtinuit, vel vigore
bonæ apoſtolicæ expectationis pure, vel purificare
eam acceptauit, præfertur C. dummodo B. non eſſet A
aliàs corteſanus, quia ſecundum hoc gratia eſſet
ſurreptitia, per c. præſenti. lib. vj. Sed pone, quòd
B. præcedit in data, quid iuris? Dic, quòd aut gra-
tia B. licet præcedat collationem, ſequitur tamen ac-
ceptationem. Aut præceſsit vtrumque in apoſtolico
expectante, vel in ordinario collationem ordinarij.
Primo caſu, idem quod ſupra: quia forma dictæ im-
petrationis ſuper generali reſeruatione præfeſſa fun-
datur, quæ præſupponit non fuiſſe ius in re, nec ad
rem obſtante decreto reſeruationis. Et ideo non eſt
veriſimile, quòd ius tale etiam ad rem voluerit tol-
lere, quod non cogitauit. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
l. ſi per errorem. Præterea, quod talis forma non ha-
bet clauſulas tollentes huiuſmodi ius ad rem. Se-
cundo caſu eſt magis dubium pro eo, quia quòd va-
leat, gratia B. facit, quia papa facilius mouetur ad
faciendum gratiam de non vacante apud ſedem,
quàm de ibi vacante. cap. ij. de præbend. lib. vj. Et ita
non

non videtur, quòd talis expreſsio ſurreptionem inducat. Tamen contrarium puto prima facie, quia tale qoale præiudicium affert ordinario collatori conferendo beneficium ſpectans ad eius collationem illa vice, quod facere nollet, ſi hoc ſciret, ergo expreſsio ſalſi potuit mouere ad concedendom. Fateor tamen hoc ſecundum membrum fore dubium, nec fuiſſe deciſum per coocilia, quia ibi non fuit motum.

CONCLVSIO DCLV.

De priuilegijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Notarij pœnitentiariæ an cenſeantur papæ officiales, & gaudeant exemptionibus.*

1 NOtarij † pœnitentiariæ cenſentur papæ officiales, & ſeruitores, & gaudent exemptione c. cum Matthæus, editi à domino Ioan. papa xxij. quia licet ſub nomine maioris pœnitentiarij ſcribant, cum ad officium Romanæ curiæ, & pro papa, & ſede apoſtolica exercent ſuum officiom. Et hoc potiſsime per duas extrauagañ. elemen. papæ. vj. quarum prima incipit. Ad perpetuam rei memoriam.

CONCLVSIO DCLVI.

De officio delegati. De probatio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio an dari poſsit ad partes pro teſtibus recipiendis ab auditore palatij de conſenſu ambarum partium.*

1 AVditor † palatij de conſenſu ambarum partium poteſt etiam in cauſa beneficiali, vel pro-
a phana dare remiſsionem [a] ſub ſigillo ſuo ad partes
pro teſtibus recipiendis, & ita à tempore noſtro io palatio eſt obſeruatum, & ante, & videtur de iure per cap. ſtatutum. §. in nullo quoque. in fin. de reſcriptis. lib. vj. licet nuper papa in publico conſiſtorio vno alio domino auditore, videlicet domino Gal. & me, præſentibus de hoc miratemur dominis Viuarieñ. ſancti Euſtachij & ſancti Angeli cardinalibus aſſerentibus totum contrarium, quibus reſtiti tunc, & papa voluit, vt præterita ſaltem valerent, de futuris tunc noluit dicere pro, vel contra. Sed poſtquàm ita vtimur, & longo tempore vſi ſumus, & eſt hoc iuſtiſsimum, & æquiſsimum: tum per hoc facilius; & cum minoribus ſumptibus expediãtur quod debet quærere papa, & non aliud. ff. ſi cer. peta. l. quidam. de no. ope. nun. l. ij. §. unde poteſt quæri. & extra, de dol. & cap. fin. deliberauimus cootinuare vſum noſtrum: maximè; cum iuri, & æquitati applaudeat, vt præfertur, niſi papa contrarium dixerit per ſpecialem commiſsionem ordinandum. Et etiam in dicto cõſiſtorio me iuuarunt d. cardinalis de Bernhic, qui fuit auditor, & quõdam aduocati.

a ¶ Dare remiſsionem. *Nota quòd remiſsio fit pro teſtibus. in clemen. de verbo. ſignifica. c. ſolet §. quia poſitiones, & de teſti. e praſentium. lib vj. Adde, an ſub remiſsione generali conceſſa à papa, vel ab alio habente poteſtatem, veniat iuramentum. Dic vt per Albe. in ope. ſtatu. rubri. an ſtatutum iuratum. in ſi.*

CONCLVSIO DCLVII.

De ferijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Executio actus iudicialiter expediti poteſt fieri etiam in ipſis vacantijs.*

AVditor † palatij, qui dictam remiſsionem ſub 1
ſigillo ſuo decreuit, & in cauſa, in qua proceditur tempore vacationum, & coram quo fuit de loco, & iudicibus concordatum, poſt articulorum admiſsionem, & dictam commiſsionem ſic directam, & totum ante vacationes, in ipſis vacationibus poſt ſequeñ. poteſt partes compellere ad concordandum de ountio, qui remiſsionem huiuſmodi porter ad partes, quia non eſt iſte actus, niſi quædam executio actus iudicialiter expediti, ergo, per cap. fi. extra. de iudic. in aotiquis.

CONCLVSIO DCLVIII.

De ferijs. Rubr.

DIcta compulſio poteſt fieri extra iudicium, & io domo, non obſtañ. quòd requirat partis vocationem, & totam Romanam curiam habemus pro territorio: licet quo ad actus principaliores ad procedendum habeamus certum locum. Sic enim in domo abſoluimus parte vocata, dearreſtamus partem, & recipimus teſtes affuturos.

CONCLVSIO DCLIX.

De ſup. negli. prala. De prabendis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Actoris intentione plene probata, non ſufficit probare exceptionem ſemiplenam.*

PRobata videtur deuolutio eo ipſo, quòd proba-
tur, quòd ordinarius [a] vidit literas acceptatio- a
nis, & prouiſionis impetrantis primi, & quòd publica ſama eſt ibi, quòd impetrans ante plures cootraxit matrimonium. per not. gloſ. ordi. poſitæ. ff. de recep. l. j. & melius C. de in lit. dan. tuto. l. penulti. quæ gloſſ. ſemper ad prædicta duo, videlicet de intimatione, & ſama allegatur. Item quòd prædictam probationem non bene ſatis diminuit hoc, quòd probetur excipiendo, videlicet quòd ſcientibus, & authorizantibus collatoribus ſecundus in data, qui etiam ſibi de eodem beneficio fecerit prouideri. il-
lud beneficium cum alio permutauit, † quia pro- 1
bata intentione actoris plene oon ſufficit probare exceptionem ſemiplenam. argu. ff. de probatio. l. in exceptionibus. & not. C. ſi cer. peta. & de iureiuran. l. in bonæ fidei, ad fin. per Cyn. licet aliàs teneat palatium, quòd quandiu beneficium eſt plenum non currit tempus collatori regolariter.

a ¶ Ordinarius. *Quis dicatur ordinarius, vide per Felin cap. poſt ceſsionem. in princip. de probatio.*

CONCLVSIO DCLX.

De dilationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas feriarum an obſtet quo minus procedatur in cauſa.*

IN cauſa † in qua maxime proceditur ſola facti 1
veritate inſpecta, poſſunt ſimul aſsignari duo termini, videlicet ad videndum articulos admitti, qui ſunt

ſunt de iure partis, & ad videndum teſtes ſuper eis recipi, ſi contingat eos admitti, & poſtquàm admiſsi fuerint, quia fortè primus terminus eſt ſuperfluus. quia ordo datus tollit inculcationem, & quia non requiritur hic ſolennitas feriarum &c.

CONCLVSIO DCLXI.

De iudicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa beneficiali ab initio deducitur omne ius quod competit & competere poſsit vtrique parti.*

SI ex gratia per me de beneficio ſub certo modo vacandi obtenta egerim contra Titium aduerſarium vſque ad concluſionem & poſt concluſionem, & ante ſententiam obtineo de eodem beneficio aliam gratiam ſub alio modo vacandi abſque alia terminorum reiteratione, poteſt pro me vigore ſecundæ gratiæ ſententia ferri, ſi per eam conſtet
1 de iure meo. Ratio, quia in cauſa † beneficiali deducitur omne ius ab initio, quod competit, vel competere poteſt vtrique parti, vt de elect. ſtatuimus. libr. vj. & ita per conſequens non eſt locus diſtinctioni c. abbate ſane. de re iudica. libr. vj. Nec poteſt conqueri altera pars, quia omnes terminos ſibi neceſſarios ad docendum de iure ſuo habuit. Dixerunt tamen domini, quòd ſi aduerſus iſtam ſecundam gratiam competerent ſibi defenſiones legitimæ pro eis proponendis, & probandis, poſſet petere ſibi terminos aſsignari competentes. argu. c. ſtatuimus. de elect. lib. vj. in fin. & c. vt circa. in fin. eo. ti. & lib. & c. paſtoralis. de except. ij. reſponſo. Et quia quæ de nouo emerſerint, &c. ff. de interro. acti. l. de ætate. §. ex cauſa. & ff. qui ſatiſda. cog. l. ab arbitro. Pro primo dicto huius concluſionis multum facit: quia libellus actoris in cauſa beneficiali nunquàm conſueuit ſe reſtringere ad certam cauſam agendi, vt poteſt videri in cauſis ſingulis.

CONCLVSIO DCLXII.

De conceſsio. præbendæ. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Abſentia remota an cenſeatur impotentia.*
2 *Locus remotus quis dicatur.*
3 *Mora punienda in alienationis culpa.*
4 *Mora ſua cuilibet eſt nociua.*
5 *Moræ purgationi eſt locus re exiſtente integra.*

a PAuper [a] expectans habens epiſcopum executorem, & ſi ille non poſſet, &c. habens duos alios executores, videlicet decanum, & cantorem ſteterit per quatuor annos à tempore obtentæ gratiæ, quòd non fecit gratiam purificari, & poſt quatuor annos prædictos vacante beneficio epiſcopo ſe abſentante ad quatuor dietas, licet per dictos quatuor annos fuiſſet præſens, illi duo, decanus, & cantor propter dicti epiſcopi abſentiam purificant, & poſt hoc acceptat impetrans dictum beneficium, & facit ſibi illud conferri, valent purificatio, acceptatio, & prouiſio factæ infra menſem, quia aut obſtaret epiſcopi irrequiſitio, aut ſuæ abſentiæ procedentibus non facta notificatio, aut præcedentis negligentiæ annorum quatuor præſcriptio. ſed nullum iſtorum poteſt dici, ergo. Primum vero dici non poteſt, quia
1 abſentia † remota cenſetur impotentia quædam. argu. ff. de verbo. ſignifica. l. nepos. & probatur de reſcript. ſciſcitatus. & not. Ioan. Andr. in regula enim qui. in quæſt. j. per eum diſputata. lib. vj. Et quia non tenetur talis pauper talem epiſcopum vbique quærere extra locum ſuæ ciuitatis, & diœceſ. argu. ff. quando appella. ſit. l. ij. §. dies autem. verſi. adeundi autem facultatem. & probatur optime. ne ſe. va. c. vno. lib. vj. maxime ſumpto argu. à maiori deſtructiue, quia ibi arguitur de auferendo ius concilij, vel conſequens competens proprio iure propter abſentiam ſolam. Hic vero non competeret hæc exceptio, niſi iure alieno. Et ita bene facit ver. adeundi autem facultatem. allegat. Modo quòd iſte ſit locus remotus probatur ſatis per lecta, & not. extra. de reſcript.
c. nonnulli. in glo. ij. vbi probatur & not. locum † remotum eſſe ad duas dietas extra diœceſ. facit magis 2
c. ſtatutum. eod. titu. libr. vj. Item nec ſecundum poteſt dici. Primo, quia quicquid ſcrip. Ioan. Andr. in dicta quæſt. diſputata, tamen per tres diffinitiuas concordes obtentum eſt, & quicquid ſit in iudicibus. In executoribus tamen gratiarum ſufficit exiſtentia impedimenti hoc caſu: licet not. Bart. obſtent, de quibus per eum. de oper. no. nuncia. l. ſi finita. §. non ſolum. de re. autori. iudic. poſ. l. ait prætor. §. conſtet. de conditio. & demonſtratio. l. multum. de iudic. l. ij. ſed etiam ſi dicta concluſio, quam tamen poſt publicas relationes in palatio obtinui, vera non foret, regulariter tamen hoc caſu fateri oportet, quod vera ſit, pro eo, quia veriſimile ſit illos duos executores epiſcopi abſentiam ſciuiſſe, quia præſumitur ſatis eam fuiſſe notoriam. per not. Innocen. de cleric. non reſiden. cap. ex parte. j. fa. de transla. præla. quanto. nec iudicialis propoſitio, nec probatio coram executoribus eſt neceſſaria: maxime, quando partes execu. & non iudicis in ſe recipiunt.
Nec obſt. tertium principale. Primo, quia licet † in 3
alienationis culpa mora ſit punienda, tamen in propriis ſolum eſt culpanda, vt ff. ſolu. matrimo. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. Et hoc eſt, quod dicit regula,
mora † ſua cuilibet eſt nociua, debere intelligi in 4
mora alteri præiudiciali, prout clare deduxi in lectura mea regularum ſuper regula, mora. [b] Hic agi- b
tur de mora in re propria commiſſa, & alteri non præiudiciali, quia aut attenderetur hoc caſu præiudicium collatoris, aut epiſcopi executoris. Primum non, quia non contulit ante purificationem, & valet tunc collatio, non obſtante tunc aliqua purificatione ſecuta, prout patet clare per latam deductionem, quam feci in q. tangente intellectum. §. ſecus in cauſa argent. & probat clemen. cum ei quem. §. ſecus, allegat. de conceſſ. præbend. vel contulit poſtea, & tunc ſua non intereſt, quia tunc, vel ante ſit facta purificatio, & ita de mora huiuſmodi nihil ad eum. Secundum non, quia epiſcopus hoc caſu non confert iure ſuo, ſed vice papæ: ita quòd iſto caſu ſuum intereſſe ponderari non debet. Secundo principaliter hoc idem deduco ſic, quia licet in his, in quibus eſt à iure, vel ab homine ſtatutus terminus certus, mora non facientis infra terminum non facienti ſit præiudicialis, vt probant iura alleg. in l. mora. probat materia præſcriptionũ temporaliũ, vbi ſunt iura infinita. de hoc tamen alias non affert præiudicium regulariter ante terminum præfixum, probant lecta, & no. de præb. c. ſi tibi abſenti. li. vj. de

conſuet

conſuet.c.cum in tua.li.vj. Et hoc verum,niſi in caſibus, in quibus hæc iura ſtatuunt ſpecialiter. de reſcript. tibi qui.lib.vj.de præben.ſi clericus. ratio ſpecialitatis dictæ prouiſionis eſt ad occurrendum diuturnis vacationibus, Simile de elect.c.j.& c.vt circa. &c. quam ſit.lib.vj. Et propter præiudicium collatoris ordinarij, & ſecundi in data, quæ hic ceſſat: modo hic non eſt ad purificandum præfixus terminus ab homine,vel à iure,ergo. &c. Tertio principaliter hoc idem probo ſic, quia re integra † locus eſt moræ purgationi, ideo ſi mihi collatum eſt beneficium, & à collatore terminus præfixus ratam, vel non ratam collationem habendi, termino lapſo re integra poſſum ratam habere, vt cap.tibi qui.allega.cum ibi not. Quarto principaliter,quia diſpoſitio, cuius effectus concernit certam conditionem, ſatis cito purificatur,cum eueniente conditione effectus purificatur, quia ante fruſtra fieret.per l.aliquando.ff.ad Velleia cum ſimil. Modo gratiæ effectus concernit, quo ad effectum ſuum conſequendum, vacationem beneficij per modum conditionis,vt patet ex forma gratiæ ergo ſatis eſt,quòd vacante beneficio purificetur: maximè, quia ſperare vacationem, quæ communiter fit per mortem, eſſet inhoneſtum. argu. ff. de act. obligatio.l.inter ſtip.§. ſacram. Sexto principaliter, quia ſatis eſt in iudicialibus quòd tempore præſentationis reſcripti ſit abſens,vel impeditus alter coniudicum,vt patet per cap.conſtitutus. & per cap.prudentiam.de offic.delega. quæ loquuntur indiſtinctè, & maxime coniungendo. de appella.vt debitus. & ca.ſuper eo.quæ probant tempus præſentationis attendi. Ergo idem hoc caſu, cum de illis text. ad executionem arguatur.tum coadiuuat æquitas hanc partem, quia non refert, an tempus vel illi duo hoc faciant, cum non de illorum intereſſe,ſed ſolum de fauore impetrantis hic agatur. tum, quia firmius eſt iudicium,&c. cap. prudentiam. allega. tum, quia aliter vitiaretur, quod debet valere potius in dubio,vt cap.abbate. cum ſimil. Plus obtentum fuit, quòd etiam ſi fuit negligens infra tempus acceptandi, per xij.dies, de quibus epiſcopus in loco fuit præſens. licet ſtatim poſtea ſe abſentauerit ad quatuor dietas, ſibi non obeſt,per notata.Ioan.Andr.in regula,mora.lib.vj. in quæſtione diſputata ibidem per eum.

a ¶.Pauper. *Nota,quod pauper dicatur paruum potens,vel paruum habens, vt not. per Archi.Guy.diſt.quo iure. Aliquando etiam pauper dicitur, qui fideiuſſorem dare non poteſt. ff. de cuſt.reo. l.ſi quis reum.*

b ¶ Super regula, mora. *Mora quid ſit, quæ ſit ſpecialis, quis ſit eius effectus, qualiter purgetur, & plura, not. Barto.& alij poſt gloſ.quam allegat ibi, quotuplex ſit mora, quotupliciter committatur.in l.mora.ff.de vſu.*

CONCLVSIO DCLXIII.

De ſenten.excommu. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudex partem non vocatam excommunicans,etiam parte altera non vocata, eandem partem abſoluere poteſt.*

1 SEcundum † dominum Ægidium archiepiſcopū Corſicẽ. quòd ſi iudex propter iniuriam non vocatam partem excommunicauit, ipſe eodem errore debet abſoluere taliter excõmunicatum,etiam parte altera non vocata, & dicebat hoc determinatum fuiſſe per dominum Oldr. in vna de quæſtionib. ſuis pro hoc allega.ff.de euict.l.minor xxv.ann. in princip.& quod ibi notat gloſ.ij.Dicitur enim ibi, quòd ſi minor Titio, & Titius fundum Seio vendiderit, & Titius de euictione miſerit, & minor etiam aduerſus Seium reſtitutionem iure ſpeciali obtinuerit, etiam iure ſpeciali committetur contra Titium ipſi Seio promiſsio de euictione, licet ideo euictus non fuerit, quia non eſſet vendentis, per quod ibi not. Secundò argumentor, quòd ſi die feriata detur ſententia per officium iudicis, quòd eodem modo debet reſtitui præſtita ſatiſdatione.ff.de rei vendic.l. ex diuerſo. Vbi de errore ſequitur error. Item pro hoc, quia hoc iure error, in quo debet poſſe vti etiam aduerſarius.ff.quod quiſque iuris.l.j. §. j. per totum. Et ita accidit in perſona mea, quia vnus cardinalis ſemel me citatum in teſtem procuratore meo non expectato præcipitanter excommunicauit, antequam eſſem auditor, & poſtmodum eadem die etiam poſt receſſum partis, & ea non reuocata me abſoluit. Et eſt iſtud notabile ſi ſit verum.do.tamen Nico.de hoc dubitauit.

CONCLVSIO DCLXIIII.

De reſtitu.ſpoliatorum. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones poſitiuæ prohibentes procedi certis temporibus & locis, loquuntur de proceſſu iudiciali iudicialiter per iudicem fiendo.*

2 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*

3 *Petitorium & poſſeſſorium colorant titulum.*

AGens petitorio & poſſeſſorio [a] in beneficiali, ſimul aduenientibus & pendentibus feriis,petitorium poteſt ſuſpendere expreſſe, & etiam petitorio non ſuſpenſo expreſſe poteſt procedere in poſſeſſorio reſtitutorio ſolum ex priuilegio ipſius poſſeſſorij, non obſtantibus dictis feriis. Patet primum, quia ſuſpenſio talis, eſt actus partis, non iudicis, & procedit ex priuilegio iuris, & à mera, & ſola voluntate ipſius ſuſpendentis in iudice,& parte contra.de cauſ poſſeſ.cap.paſtoralis. Ideo poteſt fieri omnibus temporalibus, & omnibus locis, quia † poſitiuæ conſtitutiones prohibentes procedi certis temporibus, & locis, loquuntur de proceſſu iudiciali iudicialiter per iudicem fiendo.C.de fer.l. dies.extra.eo. conqueſtus.ff.de fer.l.j. Secundo hoc idem probatur, quia vnumquodque conſideratur ſecundum finem,ad quem tendit,& propter quem fit.vt ff.de auro & argen.leg.l.& ſi non ſic.§.perueniamus. Et quando vnum propter aliud, &c. ff.de donatio.l.fin. Modo iſta ſuſpenſio fit ad finem,vt in poſſeſſorio procedatur,non autem vt procedatur in petitorio,in quo tunc procedi non poſsit.ergo ſicut in poſſeſſorio poteſt procedi. poſsit etiam fieri hæc ſuſpenſio, vt conceſſo termino cenſeantur media conceſſa perueniendi ad id.ff. de ſerui. ruſt.prædi. l.iij.§.iter. Præterea quia hoc iure priuilegium non eſt limitatum tempore, igitur. Patet ratio quia † ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio.ff.de calum.l.fi. C. de procur.l.marito. & de dona.inter vi.& vxo.l. maritus. Modo petitorium,& poſſeſſorium ſunt huiuſmodi.ff.de acquiren. poſſeſ. l.naturaliter.§.nihil.

Præter

1 Præterea † quia petitorium.& poſſeſſorium coadiuuat, quia colorat titulum, ergo ſibi obeſſe non debet. Præterea, quia ius hoc caſu priuilegium poſſeſſoris non aufert, ergo nec nos auferre debemus. argu.ff. ſoluto matrimonio.l.ſi vero.maximè, quia hic non agitur de præiudicio aduerſarij, quia expedit aduerſario, quòd non ſuſpenſo petitorio in poſſeſſorio procedatur, quàm quod ſuſpenſio fiat: quia ſecundo caſu poſt ferias poterit ipſe procedere in petitorio, quod nondum poſſet, igitur &c.

a ¶ Agens petitorio & poſſeſſorio. *Adde, quòd conſultius eſt agere poſſeſſorio, quàm petitorio.l.ſi quis de ſtimauit.& ibi Bar. ff de rei vend.*

CONCLVSIO DCLXV.

De prebendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium aſſerens ſe eſſe ſcholarem, ſufficit quod probet ſe fuiſſe ante impetrationem ſcholarem.*

1 EI qui † in gratia aſſeruit, ſe eſſe ſcholarem, ſufficit ſi probet, quòd fuit ante ſcholaris, licet nō tempore gratiæ, ſicut de baccalauriatu, licentiatu, magiſtratu, & doctoratu dicere cōſueuimus: quodq́; etiam, licet impetrans in rotulo ſtudij, habeat probare ſe eſſe ſtudentem tempore quo rotulus fiebat; tamen ſufficit, ſi teſtes dicant, ꝙ paulò ante ipſum ibi ſtudentem dimiſerunt, quæ de proximo fiunt ineſſe videntur.ff.ſi cert.petat.l.lecta.§.dicebam. ff. de rei vend.l.quæ religioſis. Præterea, quia allegans receſſum ita breuem, id probare haberet.de bapt.maiores.cum ſimi. Præterea, quia conſtitutio domini noſtri videtur excipere iuſtum caſum.

CONCLVSIO DCLXVI.

De prebendis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Cuius gratia adhuc eſt purificanda nondum habet ius in re, nec ad rem.*

AVditor deputatus in cauſa beneficiali poteſt purificare gratiam, de qua agitur coram eo, quia iſtud eſt de pertinentiis cauſę, & ſi faceret hoc executor lite pendente, reuocaretur per modum attentati: vt de appel.vt noſtram.de conſti. cum M. in fin.cum ibi not.per Innocen.ſi enim poteſt prouidere, vt cle.auditor.de reſcript. ergo facere omnia illa, ſine quibus prouiſio fieri non poteſt. Modo gratiæ purificatio eſt huiuſmodi, igitur &c. Sed certe hoc non eſt ſine aliquo ſcrupulo dubij, licet ita ſeruetur: tum quia cle.auditor, ponit ius nouum, & tamen non tangit hunc caſum: tum quia clem.loquitur in eo, cui beneficium iam debitum eſt, & qui habet 1 ius ad rem. Sed ille, cuius † gratia adhuc eſt purificanda, nondum habet ius in re, nec ad rem, quia in credito conditionali ante conditionis exiſtentiam non venit, nec ceſsit dies ante conditionis euentum, vt patet de verb.ſign.l.cedere diem. Modo licet ad iudicem pertineat executio, & declaratio, iure tamen ius nouum parti conferri non habet, vt ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. Et præſertim apparet iſta ratio in purificatione gratiæ conceſſæ in forma pauperum, in q̄ua etiam contrarium dicunt aliqui per huiuſmodi rationem. Ægid.

CONCLVSIO DCLXVII.

De conceſ.prebend. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio non purificatur forma non ſeruata.*

CLauſula poſita in forma pauperū, quæ habet, quòd ſi per ſolertem inquiſitionem, adeò facit conditionem, quòd etiam ſi pauper alias milleſies eſſet idoneus, & per executorem etiam ſciretur, & pronuntiaretur eſſe talis, non ſufficeret, quia executori, vt executori, & certo modo, videlicet per inquiſitionem ſolertem de hoc conſtare debet, alioquin † conditio non purificatur, tanquam forma 1 non ſeruata.de reſcrip.cum dilecta.j. de offic. deleg. cum venerabili.de reſti.ſpo.Piſanus.de elect.quamuis.& c.prouida.lib.vj.Et hoc tenuit Pau.in cle.cum ei quem. j.reſponſo. ſuper hoc ver. inquiſitionis.de conceſſ.præben. Et per hoc vidi, quòd quidam pauper perdidit vnum beneficium.

CONCLVSIO DCLXVIII.

De feudis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio non perditur, niſi poſſeſſor habeat animum verum vel fictum eam perdendi.*

2 *Nuda apprehenſio facti cum animo poſsidendi valet in poſſeſsione vacante.*

OBedientia vaſſallorum,[a] vel ſubditorum recipientium dominum ad poſſeſsionem caſtri, a vel villæ.non dat illi veram poſſeſsionem in præiudicium domini veri, vt no.Innocen.de reſti.in integ. cum veniſſet.de reſti.ſpol.olim. iij. de cenſi. venerabili. quod tamen intelligendum eſt in caſu, in quo verus dominus in poſſeſsione eſſet, quia † cum poſſeſsio non perdatur, niſi poſſeſſor habeat animum 1 verum, vel fictum eam perdendi.ff.de acqui.poſſeſ.l. iij.§.in admittenda.& l.quemadmodum.ex facto alterius perdi non poteſt, vt l.quod noſtrum.ff.de re iudic. Sed ſi poſſeſsio eſſet vacans omnino, dicerem ſecus: quia ſufficeret † nuda apprehenſio facti cum 2 animo poſsidendi.ff.de acqui.poſſeſſ.l.j.ſimilis differentia.eod.titu.l.quòd meo.in fine.

a ¶ Obedientia vaſſallorum. *Nota quòd vaſſalli dicuntur, qui habent feuda ab aliquo. De obedientia autem, & ſeruitio, quod debent domino, dic inſpiciendum eſſe, quod fuit conuentum in conceſſione feudi. Secundo recurre ad bonum textum in cap.de forma.xxij.q.ij.& doc.in c.j.de feud.*

CONCLVSIO DCLXIX.

De ſent.excom. De except. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante appellatione, ceſſat eius effectus.*

SI contra petentem beneficium abſolutionis ad cautelam, pro eo, quia poſt, & contra appellationem legitimam fuit excommunicatus, de his duobus plene docentem, excipitur, quòd ipſe renuntiauit appellationi, & exceptio eſt reijciēda. per c. licet. de ſenten.excom. lib.vj. licet crederem ſecus in reuocatione attentatorum, quia ex priuilegio appellationis eſt priuilegium huiuſmodi attentatorum ſic priuilegiatum. De quo priuilegio not.gl. cle.j.vt lit.pend. Si † enim ceſſat appellatio, ceſſat eius effectus, videlicet omne priuilegium eius per regulam, 1

eum principalis. Sed fateor quòd abſque priuile-
gio huiuſmodi per modum nullitatis via ſimplici &
ordinaria attentata poſſent venire ad dictorum at-
tentatorum reuocationem, per rationem cap. licet.
& ita concordaret cum proximo caſu.

CONCLVSIO DCLXX.

De ſent.excom. De except. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio alteri præiudicans an ſit valida.*

LIcet ſubditus vnius epiſcopi.alterius non ſui iu
dicis ſine ſui epiſcopi conſenſu iuriſdictionem
prorogare non poſſet, vt de fo. compe. ſignificaſti.
tamen ſi excommunicatus per capitulum vnius ec-
cleſiæ cathedralis,pro eo petat ſe abſolui ab excom
municatione huiuſmodi ad cautelam:puta quia,di-
cit, quòd capitulum in eum iuriſdictionem nullam
habeat,& contra eum excipiatur, quòd in capitulo
contrarium eſt confeſſus, & ſuper hoc producatur
publicum inſtrumentum, dicta exceptio eſt reci-
pienda,tanquam bona. Nec obſt.not.Bart.ff.de ver.
obligationib.l.ſciendum.& ff.de caſtren.pec.l.ſi for-
1 te.vbi per dictam legem dicit contra ea, quæ † quis
non poteſt per ſe diſponere, non valet eius confeſ-
ſio:vt prælatus ſolennitatem iuris in alienatione non
volens omittere,non poteſt confiteri eam non eſſe
ſeruatam, nec donans extra caſtrenſe peculium fi-
liofa.poteſt confitendo contrarium facere, quod ha
beatur in caſtrenſi. Et ita loquitur dicta l. ſi forte.
quia iſta intelliguntur, quantum confeſsio huiuſ-
modi poſſet eſſe alteri præiudicialis, vt puta,in pri-
mo caſu eccleſiæ, & in ſecundo caſu patri ipſius. ff.
de acquir.hære.l.placet. Sed in caſu, in quo poteſt
confeſsio nemini præiudicare,niſi confitenti, tunc
ſecus arg.C.de non numer.pecu.l generaliter. & ff.
depo. l. Publia.ſecundum do.archiepiſcopum Cor-
ſienſem.& mihi placet.

CONCLVSIO DCLXXI.

De reli.& venera.ſanct. Rub.

SVMMARIVM.

1 *In confirmatione electionis vocandi ſunt quorum
intereſt.*
2 *Malus prelatus officio ſuo priuandus.*
3 *Actus iudicialis dici non poteſt, qui nullam habet
partem.*
4 *In extraiudicialibus nõ requiritur partis vocatio.*
5 *Iudex non debet dare audientiam vni parti in præ-
iudicium alterius.*

EXtra rotam: quòd in informatione, quæ circa
a negotium canonizationis [a] alicuius, qui dici-
tur ſanctus eſſe,per dominum papam, vel alium de
eius mandato, ſuper vita, & miraculis dicti ſancti
recipitur,non eſt neceſſe vocare illos,quorum inter
eſt per generale edictum. Sed contra videbatur,per
l.in cauſæ.§.cauſa cogn.ta.& l.etiam. §. fin. ff de mi-
no.C.ſi m.ab hære.ſe ab ſti.auth ſi omnes.vbi requi-
ritur talis generalis citatio, etiam dum non agitur
contra partem,propter hoc, quia poteſt eſſe, quòd
aliqui ſunt,de quibus non apparet,qui poſſunt præ
tendere intereſſe.Et propter hoc in ſimili.ff.de ado.
l.nam ita diuus cum alleg.ibi.Et facit bene,vt vide-
1 tur,c.ſi.de elec.lib.vj.vbi in†confirmatione electio-
nis vocandi ſunt quorum intereſt, etiam ſi non ſunt
aliqui prætendentes,niſi intereſſe commune. Modo
commune intereſſe in propoſito poteſt quilibet ca-
tholicus prætendere:videlicet,ne in iſta eccleſia mi-
litāti aliquis,qui fuerit malæ vitæ,veneretur vt ſan-
ctus, ſicut † cuiuſlibet parochiani vnius eccleſiæ 2
particularis intereſt, ne ibi malus prælatus inſtitua-
tur. Et ideo admittitur quilibet talis ad opponendū
ſe confirmationi propter huiuſmodi intereſſe com-
mune,prout not.de elect.vt circa.per Io.mo.& alios,
& præſertim per gl.an.in gl.quorum intereſt.Vnde,
vt prædicta ſoluantur,& appareat veritas dictæ con
cluſionis, cum quæritur, an in omni confirmatione
ſuperioris actus expedientius præcedēre aliquis ne-
ceſſario generaliter,& ſpecialiter ſit vocandus. Di-
ſtinguo, quia aut procedit ſuperior ad inſtantiam
partis ex officio reſidēre in parte. Aut ex officio ſuo
mero,in ipſo ſolo,& non in parte reſidentiā facien-
te.Hanc diſtinctionem ponunt Iac.& Per.ff.de iuriſ-
dict.om.iudi.l.j.& Odoff. de Sen. in tractatu ſuo de
interdic.ſeu poſ.iudi.tit.de offi.iud. Primo caſu,ſi a-
gitur contra certam perſonam, eſt indubitatum, quod
requiritur eius vocatio.ff.de re iudi.l.vnoquoque.in
prin.de maio.& obe.c.inter quatuor,cum concord.
Item regulariter,ſi agitur contra incertam perſonā,
ſeu incertas perſonas, quibus maxime de directo
præiudicaret expeditio actus,& hoc, ſiue iudiciali-
ter agitur.vt auth.ſi omnes.& §.cauſa, alleg.ſiue ex-
traiudicialiter,non quia valeat,ſed quia non præiu-
dicabit perpetuo illis, quorum ſpecialiter intereſt,
eis non vocatis.ff.de natali.reſtit.l.fi. & l.nam ita di-
uus.alleg.probat l.pe.§.fi.de mino. alleg. quia quod
omnes tangit,&c.C.de auth.præſtan.l.fi.Et iſtam di
ſtinctionem in effectu fecerat Inno.in confirmatio-
ne electionis factæ iudicialiter,vel extraiudicialiter.
de elec.c.cum dilecti.c.nihil.& c ſtatuimus.& de do
na.cum olim.de app.conſtitutus.ij.quia nondum vi-
derat.c.fi.lib.vj. Secundo caſu principali ſubdiſtin-
guitur quia aut vult ſuperior ex officio huiuſmodi
procedere contra iſtam perſonam, vel in directum
præiudicium certæ perſonæ.Et tunc illam vocare ha
bet de neceſsitate.per iura allega.& arg.ij.q.j.nos in
quenquam.cum concor. Aut nō agit contra aliquā
perſonam certam, vel incertam,nec in directū præ-
iudicium alicuius certæ,vel incertæ,& tunc non re-
quiritur aliqua vocatio cuiuſlibet, licet poſsint eſſe
aliquæ perſonæ,quæ poſſunt prætēdere aliquod in-
directum præiudicium, vel intereſſe, vt commune.
Ratio,quia his ſuppoſitis non poteſt † dici talis a- 3
ctus iudicialis, qui nullā habet partem, vt c.forus.
§.in omni.de verb.oblig.& in†extraiudicialibus nō 4
requiritur partis vocatio. Hinc eſt,quòd licet ſupe-
rior habens per modum prouiſionis eccleſiam ordi-
nare de bono prælato, habet præmittere bonam in-
formationem de perſona electi, & qualitate præla-
turæ.no.In.in c.cum dilecti. alleg. & probatur ſatis.
viij.q.ij.c.j.& ij. & tamen nō requirit informatio illa
partis vocationē, imo nec tenetur prouiſor partem
audire. not.Innoc.de præſumpt.dudum.de conceſſ.
præbend.propoſuit.Et hoc notat gloſſ. in dicto c.fi.
de elect lib.vj.in vlt.gloſ.Hinc eſt,quòd cum domi-
nus papa committit inquiſitionem faciendā de ſuf-
ficientia certæ perſonæ nominatæ,vel ſupplicatę ſi-
bi ad certam eccleſiam cathedralem reſeruatam &
vacantem

vacantem,in hoc non vocatur pars: imo nec auditur,niſi de gratia,& ſpeciali mandato,quia nec ſupplicatus habet aliud ius, propter quod faciat partem:nec eſt negotium iſtud iudiciale, ſed eſt potius quædam extraiudicialis executio officij ipſius ſuperioris. Et procedit hoc ſine ſic procedat ſuperior ad ſupplicationem alicuius ſiue proprio motu, vt probant ſuperius alle. Et probatur prædicta diſtinctio, quo ad duo membra magis dubia per diſſolutionem dictæ l.nam ita diuus.& l.cum adoptio partes. eo.titu. in l. nam ita diuus. agebat proſequens confirmationem adoptionis, & iudex ad cuius inſtantiam procedebat, & in l.cum adoptio. partes inuicem ſuper adoptione voluntarie procedebant. Ratio diuerſitatis inter totum primum caſum principalem,ac primum membrum ſecundi caſus ex parte vna,& ſecundum membrum ſecundi caſus ex altera,eſt iſta. Quia primo caſu,cū agitur ad inſtantiā partis,iudex ſuam iuriſdictionem non fundat, niſi in iuſtitia partis. Modo non eſſet rationabile,quòd talis ſuperior ad iuſtitiam vnius ſubditi. in alterius præiudicium,ex iure ipſius ſubditi aliquid attentaret,imò † nec debet dare audientiam vni parti in alterius præiudicium, niſi iſta audita & vocata, quia debet eſſe medius inter eas,vt c.j.de re iudi. lib.vj. & de iuſti.& iur.l.j.§.iuris præcepta.ff. Sed in ſecundo membro ſecundi caſus ipſe ſuperior vtitur iure ſuo ex officio mero. Et ita nemini iniuriam facit,vt ff.de iniur.l.iniuriarum.§.j.Præterea tūc non eſt ipſe medius, neque iudex, quia ipſe ſolus eſt, & pars: iuxta not. Inn. de verbo. ſigni. ex parte. & in primo membro ſecundi caſus,cum agitur contra partem ſpecialiter, ibi non vtitur ſuperior ſolum de iure eo reſiden.imò incurrit in ius alterius,ideo nihil de facto agit,& male.C.de iure fiſ.l.prohibitum. Aut ipſum vocat,& audit,& habeo propoſitū. Modo concluſio noſtra clare cadit ſub ſecundo membro ſecundi caſus principalis,ergo &c. Et ſimile eſt in ſtatutis,in quibus non requiritur vocatio ſubditorum, licet eis bene præiudicet. Et quòd ſit cum bona informatione ad ea procedendum. C. de legi. l.humanum. Et quod teneatur probationes admittere, nec ſe opponentem audire, vt partem, adhuc melius colligitur, & notat Inn.de cenſi. venerabili. in gl.magna.& de verb.ſig.ex parte.in gloſſ.magna. imò per ibi no.non expedit admittere quem,vt partem,ſed bonum eſt audire ad ſuipſius informationem extra iudicialem. Et ita fuit concluſum per dominos Cardin. commiſſarios in facto canonizationis do.Caroli,videlicet per do. Alba. Flori. & ſancti Angeli tunc commiſſarij, quibus aſſenſit dominus meus ſancti Euſtachij dicit quòd alij domini cardinales in conſiſtorio in hoc etiam concordarunt.

a ¶ Negotium canonizationis. *Nota quòd non licet venerari aliquem pro ſancto, niſi ſit canonizatus per ſanctam Romanam eccleſiam,extra de reliquiis & venera.ſan. c. j.in fin. An autem eccleſia Romana poſſit errare in canonizatione, vide Felin.in c.venerabili.de teſti.col.j.*

CONCLVSIO DCLXXII.

De reli.& venera.ſanct. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Probabilia allegans eſt audiendus.*

2 *Cauſa exiſtente probabili & veriſimili, excipiens audiendus.*

Extra rotam:ſi domino papa,vel eius commiſſatio ſuper facto dictæ canonizationis, a vt in concluſione ſupra proxima dicitur,procedente comparet aliquis, ſe dicens eſſe fidelem catholicum, & ſe opponat, & dicat,quòd talis proceſſus † agitandus non eſt, ſeu quòd tales teſtes recipiendi non ſunt, 1
ſeu quòd ad talem canonizationem non eſt procedendum, ſi probabilia alleget, audiendus eſt, & ſi vult dominus papa, vel commiſſarius, licet ad hoc procedens de neceſſitate minime teneatur ſecundum aliquos. Ita videntur poſſe deduci ex no. Inn. de præſump.c.dudum.de appel.c.conſtitutus. ij. de conceſ.præb.c.propoſuit.Nam prout deducit Inno. in locis præalle.ſuperior habens iuriſdictionem, & valens ad ſui officij executionem ex natura ſua extraiudicialem,puta ad prouiſionem beneficij procedere iudicialiter, vocatis quorum intereſt, ſi eligit magis procedere ſecundum naturam negotij, puta extraiudicialiter, poteſt non admiſsis exceptionibus procedere ad executionem officij ſui,nec reuocabitur factum ſuum ex eo ſolo, quia excipientes non audiuit,licet caſſari poſſit probata veritate cauſarum,ſaluo,quòd à dicta executione ex cauſa probabili,& vera fuerit ante factum appellatū. poſtea probata cauſa collatio, quæ alias non fuiſſet caſſa, ſed caſſanda propter præcedentem appellationem legitimam, ipſo iure caſſa erit:quia in contemptum appellationis legitimæ non debuit ſpernere cauſam probabilem,& veram, ſed debuit ſaltem per ſe inquirere,& cognitor de cauſæ veritate ceſſare. Effectus vero eſt, quia hoc caſu non impeditur ſecunda electio,vel prouiſio iſta non caſſata, & aliàs impeditur, vt patet exemplum in prouiſione facta homicidæ.Et hinc eſt quòd vt dicit Inno.† maximè,ſi 2
cauſa probabilis alle. ſit veriſimilis & dubia, bonū eſt excipientem audire,prout iſta deducit Inn.in locis præalleg. & præſertim in d.c. conſtitutus. Cum enim talis executio officij ſit extraiudicialis,vt dixi, ab ea ceſſandum non eſt propter contradictionem cuiuſcunque,vt C.de bi.vendi.pig.impe. non poſ.l.j. C.de reſcin.vend.l.ſi maior.ff.pro emp.l.pen.not.In. in c.dilecti.de ma.& obe.in gloſſ. ad quid valet. poſt prin.vbi reperies multos alios effectus appellationis extraiudicialis à prædictis facientes ad prædicta.Bonum eſt tamen nihilominus audire propter rationem.c.j.de ſer.non ord.Et quia melius eſt ante tempus occurrere,&c.l.ſi.C.in quibus cau.in integ.reſt. non eſt neceſ. Et quia vbi maius periculum.&c. ff. ad Car.l.j.§.ſed & ſi quis.& c.vbi periculis.de elec. lib.vj. Attamen licet expediat audire, non debet quis admitti,vt partem faciens, ſed ſolum ad informandum extra iudicium animum ex officio procedentis.dixi ſuprà in fine præcedentis concluſionis.

a ¶ Dictæ canonizationis. *Nota ſecundum Innoc.in c.eodem. de reli.& vener.ſanct. quòd canonizare aliquem,eſt regulariter ſtatuere,quòd aliquis honoretur pro ſancto. Quæ autem requirantur in canonizatione,reſpondet idem, quòd regulariter probationes de fide, & excellentia vitæ, & miraculis eius. extra,de teſti.c.venerabilis fratri noſtro.*

CONCLVSIO DCLXXIII.

De reli.& venera.ſanct. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Excipiens qui non excipit bono zelo non eſt audiendus.*

ETiam extra rotam: quòd licet ſit dictum circa
conclusionem præcedentem, quòd in caſu di-
ctæ concluſionis bonum eſt audire excipientem, &
1 probabilia allegantem, tamen ſi apparet, quòd † ex-
cipiens non excipit bono zelo, quem habeat ad ec-
cleſiam & ad fidem, ſed potius ex odio, quod habuit
aduerſus mortuum, vel ex inimicitia, quam habet
aduerſus illos de genere mortui, de cuius canoniza
a tione [a] agitur, ille non eſt aliqualiter audiendus, ſed
potius totaliter repellendus. de re iudi. c. cum I. &
A. de appell. ex inſinuatione. de accuſa. repellantur.
& c. cum oporteat. cum c. ſeq. & quæ not. in c. proxi-
mè alle. & in concor. ibi no. & de ſimo. licet Heli. c. fi.
& c. ſuper tuas. cum ibi no. & allega. vtrobique. de
excuſ. tuto. inſt. §. inimicitiæ. iiij. q. iij. §. item in crimi
nali. ff. de arbi. l. licet. in auth. de teſti. §. ſi vero quis
dicat. & C. eod. auth. ſi dicatur. iij. q. v. accuſatores.

a ¶ De cuius canonizatione. *Adde, quòd ſolus papa canoni-
zat ſanctos. de reli. & venera. ſanct. c. primo. qui quidem papa,
quod valet, facit non valere, & econuerſo. extra, de exceſſ. præl.
tantu. Item nulli legi ſubiacet. extra. de ſupplen. negligen. præla.
licet xj. quæſt. j. peruenit. Et ſententia eius facit ius. extra de iu-
dicus. in cauſis.*

CONCLVSIO DCLXXIIII.
De præbendis. Rub.
SVMMARIVM.
1 *Fama & cōmunis reputatio validat probationem.*

1 SI impetrans † beneficium, expreſſit illud non
excedere certam taxam, ad hoc probandum fa-
ma ſufficit, & communis reputatio. per not. Ioann.
And. in c. excep. vt lit. non conteſt. lib. vj. & in quæ-
ſtione per eum diſputata ſuper regula, infamibus.
eo. lib. Per quæ apparet, quòd ſuper narratis in im-
petratione gratiæ. in quibus principalis intentio nō
fundatur, ſufficit probatio minus plena. Tamen
quia iſta aſſertio eſt negatiua, quæ ſui natura non
probatur. l. actor. C. de prob. & quę de ſui natura in-
eſt. vt l. rerum. cum ibi no. ff. ad leg. Fal. ideo non ge-
neratur, ſi onus probandi tranſit in aduerſarium,
præſumptio inſurgens ex communi reputatione ex
natura dictæ negationis coadiuta. arg. C. de proba-
tioni. l. ſiue poſſideris. ſicut in caſu alio, requirente
tamen vrgentem probationem, vtputa, quia contra
ius. ponit Ioan. Andr. in quæſtione per eum diſputa-
ta ſuper quarta, per rectorem contra epiſcopum
præſcribenda, in regula, ſine poſſeſſione. de regul.
iur. lib. vj. De fama qualiter probatur, plene per Bar.
ff. de quæſtio. l. de minore. §. corrupta. & per Henri-
cum Bohic. de probatio. c. cum cauſam. & de ſponſa.
in præſentia.

CONCLVSIO DCLXXV.
De probationibus. De præbendis. Rub.
SVMMARIVM.
1 *Expreſſio nō mutat formam, & facit ius commune.*

SI impetrans beneficium, illud aſſerуit curam nō
habere animarum, huius negatiuę probatio ſibi
non incumbit, quia de iure ita eſt. quòd nullum be-
neficium habet curam, niſi habeat populum, vel
clerum, quod non ponitur in facto per aliquam par
tem. Item, quia aſſertio hic tacite intelligebatur. vt
cap. fi. de præb. & cap. cum in illis. libro vj. eod. titu.
1 ergo † expreſſio non mutat formam. de conditio. &
demonſtr. l. condi. quæ extrinſecus. & facit ius com
mune. de quo ſupra.

CONCLVSIO DCLXXVI.
De hæreticis. Rub.
SVMMARIVM.
1 *Contumax an vt hæreticus condemnandus.*
2 *Præſumptio an quem faciat hæreticum.*
3 *Velut, dictionis explicatio.*
4 *Non hæreticum vt hæreticum condemnare eſt om-
nino iniquum.*
5 *Præſumptio violenta venit ex propinqua facti cir-
cunſtantia.*

COntumax [a] vt † hæreticus eſt condemnandus. a
iuxta cap. excommunicamus. §. qui autem. de 1
hære. & eod. tit. cap. cum contumacia. Etiam poteſt
damnari poſt mortem de verbo eſt indubitatum
per cap. ſane profertur. xxiiij. quæſtio. ij. & per l. ex
iudiciorum. ff. de accuſ. iuncta l. Manichæos. C. de
hæret. & extra. eod. c. vrgentes. Sed de præſumptio
habet concluſio idem pro concluſione alleg. d. no-
ſter. ff. de bo. eorum, qui mortem ſibi conſci. l. iij. in
princip. & C. de hæret. l. Manichæos. §. pe. de hæret.
accuſatus. in princip. lib. vj. & iura multa, in quibus
quis ſola † præſumptione eodem modo, & ad ean- 2
dem pœnam damnatur. C. de adulte. l. ſi quis adulte-
rium. Ita quia non condemnantur, ſed declarantur
condemnati. per auth. Gazaros. in fi. de hære. Primo
quia licet c. cum contumacia. in fi. dicat, quòd, velut
hæreticus, talis condemnandus eſt, tamen exponi-
tur verbum illud, velut, tanquàm expreſſiuum veri-
tatis, ſecundum Archidia. & Ioan. And. ibidem hoc
notantes. Secundo, quia illud verbum, † velut, non 3
deſignat fictionem contrariam veritati, vt ſic talis
fictus hæreticus cenſeatur. ſed potius deſignat præ-
ſumptionem, non dico vehementem, quia illa non
ſufficeret, & quia illam inducit ſola contumacia in
cauſa fidei. ſed violentam, vt ibi no. Ioan. And. vide-
licet in dicto cap. cum contumacia. in prima gloſſ. Et
ideo præſumptio talis ſufficit pro probatione, etiam
ad effectum condemnationis ſequendæ, vt no. de ſi-
mo. c. cum inſinuatum. in vlti. glo. & de præſumptio.
literas. in gloſſ. penult. Nec mirum, quia probatio, &
teſtimonium etiam procedit ex præſumptione, quæ
habet, quòd in ore duorum, vel trium ſtat omne ver
bum. de teſta. cum eſſes. cum ſi. Tertio, quia aliter
ſententia, quę ferretur tanquàm contra hæreticum,
iniuſte ferretur, niſi reputandus eſſet verus hæreti-
cus: quia † iniuſtum eſſet non hæreticum, vt hæreti- 4
cum condemnari. Nec contumacia poteſt dici per
delictum hæreticæ prauitatis ſecundum ſe. Modo
pœnæ debent adæquari delictis. vt l. ſancimus. C. de
pœnis. Quarto hoc probo, quia ſi contrarium dice-
retur, hoc eſſet maxime propter hoc, quia non tam
deberet procedi acriter contra præſumptum hære-
ticum, ſicut contra illum, de quo directo conſtat,
quòd eſt hæreticus. propter not. de præſumpt. quia
veriſimile. in vlti. gloſſ. in fi. Et videtur c. inter ſolici-
tudines. de pur. ca. quæ tamen opi. non approbatur.
vt not. Ioan. And. poſt eum. aliàs ibidem. & in ca. ſi
accuſatus. in princi. de hære. lib. vj. in nouella. Sed
hoc dici non poteſt pro eo, quòd hoc dictum Inno.
non tangit modum procedendi, quo ad ſententiam
ferendam

ferendam vel non ferendam: quia ita bene proceditur ad ferendam ſententiam † ex præſumptione, [b] ſicut ex probatione directa, vt dictum eſt. Sed tangit modum procedendi, quo ad pœnæ imponēdæ qualitatem, aut quantitatem, vt ex eius dicto apparet. Et quòd hoc ſit verum, quòd ex ſola præſumptione violenta damnetur quis ad mortem, caſus eſt in c. ſi epiſcopus. de hæret. vbi epiſcopus, qui reiecta propria eccleſia inſtituit ſcienter hæreticos, eoipſo præſumitur præſumptione violenta participare in hæreſi, & condemnatur vt hæreticus, etiam poſt mortem per eandem viam. facit c. filij, vel hæredes. eod. titu. lib. vj iunctis, quæ ibi no. in iij. glo. De iſta quæſtione vide pleniſſime. de hære. c. cum contumacia. libro ſexto.

5 b

a ¶ Contumax. *Nota, quòd contumacia dicitur hæreſis. c. ſi qui presbyteri. lxxxj. diſtin. Et contumax dicitur infidelis. xxxviij. diſt. nullus. Et de hoc vide gloſſ. xo. xij. diſtin. ſi papa. Vide etiam Panor. in c. j. de iudi.*

b ¶ Præſumptione violenta. *Not quòd præſumptio violenta venit ex propinqua facti circumſtantia. diſt. xlvij. quorundam. Adde, quòd plene probat, licet recipiat probationem in contrarium: vt patet xxviij. q. j. nec aliqua. & c. cauſam. & c. propoſuiſti. de probatio.*

CONCLVSIO DCLXXVII.

De hæret. De iudic. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Delictum patris non nocet filijs.*
2 *Mortuus non poteſt citari, nec contumax reputari.*
3 *Sententia lata contra matrem non obeſt filio: ſecus vbi condemnatio reſpiceret publicam vtilitatem.*
4 *Hæretici in condemnatione quatuor perſonæ requiruntur.*
5 *Mortuus in iudicio ſtare non poteſt.*
6 *Sententia contra hæreticum debet ferri iudicialiter & parte vocata.*
7 *Sententia diffinitiua edicto peremptorio non propoſito, nulla eſt ipſo iure.*
8 *Contumax in vno articulo non cenſetur contumax in alio*
9 *Delicti per commiſſionem an bona poſſint confiſcari & excludi hæres.*

IN tali proceſſu fiendo poſt mortem, maximè ad ſententiam audiendam vocandi ſunt illi, quorum intereſt: videlicet filij, & hæredes. Sed videtur quibuſdam dicendum contrarium. Primo, quia cōtra talem non eſt ſententia condemnatoria neceſſaria: igitur nec aliqua vocatio, conſequentia videtur clara, antecedens patet, quia iam talis condemnatus eſt per auth. Gazatos. in fin. C. de hæret. vbi patet, quòd illa auth. iam talem condemnauit anno lapſo, quæ quidem auth. eſt probata infra eo. c. inquiſitionis. lib. vj. in princi.
1 Secundo, quia † talis ſententia poſt mortem ferenda in perſonam defuncti, filiis & hæredibus obeſſe non debet: ergo vocandi non ſunt illi, quorum non videtur intereſſe, conſequentia videtur nota. probatur antecedens per l. eius, qui delatorem. in princ. ff. de iure fiſ. Vbi dicit text. quòd ſi delatus de termino corruperit delatorem, pro conuicto habetur. Sed ſi præmoriatur obeſſe non debet hæredibus. Ex qua l. Barto. ff. de verbo. obli. l. cum filius. in princi. recipit hanc concluſionem, quòd vbi quis propter ſolam fictionem: vel præſumptionem eſſet de crimine condemnandus, non nocet hæredibus, licet fortiter ſit contra l. ſecundam. in princi. ff. de bo. eorum, qui ante ſen. mortem ſibi conſci. Ibi enim reuera contra hoc eſt caſus ſecundum intellectum gloſſ. in cap. filij, vel hæredes. Tertio, quia quando proceſſus tangit vnum principaliter, & vnum per modum conſequentiæ, ſufficit bene procedere contra illum, quem principaliter tangit, ſeu ad id, de quo principaliter, etiam omiſſis ipſis conſequentiis. Et patet quia ſententia lata cōtra illum, contra quem, ſeu ſuper illo principaliter præiudicat omnibus, qui veniunt per modum conſequentiæ, vt ff. de inoffic. teſta. l. Pamp. §. ſi. iuncta l. ſibi oppoſita ff. de except. rei iudi. l. 4. & vera ſolutione approbata in d. §. ſi. per Cy. C. qui res iudi. no l. 4. & per hoc ff. de libe. agno. l. 4. §. fina. cum l. ſeq. Modo ita eſt, quòd principaliter ſententia eſt ferenda cōtra mortuum. Et pro hoc facit, quod not. gloſſ. in d. cap. ſane probatur. vbi ſoluendo contrarium de hoc, quòd † mortuus non poteſt citari, nec contumax reputari, dicit ſpeciale eſſe hoc ſecūdum eum. Dicit etiam, quòd Archidiaconus aliter ſoluit dicendo, quòd imò in perſona cenſetur contumacia perdurare, nec alios tangit, niſi per modū conſequentiæ, igitur, &c. Facit pro iſta ratione, quod no. Bart. ff. de verb. obli. l. cum filius. Vbi dicit, quòd in concernentibus priuatam vtilitatem condemnatio facta contrà illum, quem principaliter tangit, non obſit illis, quos tangere poterit per modum conſequentiæ. vt C. de fal. mo. l. j. & ibi no. ſcilicet † quòd ſententia lata contra matrem non præiudicat filio. Pro quo C. de fi. inſtrumen. l. ſi veteris, & quod no. Cy. qui accuſa. non poſ. circa finem. tamen vbi condemnatio reſpiceret publicam vtilitatem ſecus. C. vbi cau. fiſ. l. j. & notat glo. in homicidio. ff. ad Syl. l. in conuentione. facit C. ad l. Iul. maie. l. ſi quis. Vbi ſententia lata in patrem habet effectum inferendæ pœnæ in filium ſine nouo proceſſu. & l. ſi. eod. titu. & l. ex iudiciorum. ff. de accu. de hære. c. cum ſecundum. Item quod ibi vltra not. Bart. d. quòd licet hoc ſecundo caſu de conſilio & vrbanitate poſſet vocare illos, quos tangeret per modum conſequentiæ, vt ſuprà de inoffi. teſtam. l. ſi ſuſpecta. & C. de lit. conteſtatio. auth. nunc ſi hæres. & not. in ſimili Pet. & C. de aduo. di. iudi. l. j. circa fin. hoc tamen de neceſſitate non eſt fiendum ſecundum eum. Plus, & quarto dicebat do. Fran. quòd alios videlicet filios, & hæredes non tangat; videtur, quia iam bona omnia ipſo iure confiſcata ſunt per commiſſionem ipſius delicti, quę probatur ex dicta præſumptione violenta. vt c. cum ſecundum. de hære. lib. vj. iuncta auth. Gazaros. alleg. igitur amplius vocandi non ſunt. Hæc autem motiua ſcripſi contra morem proprium propter dictū Fran. in eis, ſed potius propter ea aliqualiter dubitātem, licet mihi dubia minime videantur. Attēdo igitur ad quæſtionem noſtram, quam veriſſimam, & indubitatiſſimā puto, & eam deduco contrariis rationibus, quæ ſequuntur. Primo, quia ſententia hoc caſu iudicialiter eſt ferenda, ergo † neceſſaria ſunt quatuor perſonę: patet conſequentia per c. forus. §. in omni. extra. de verb. ſigni. antecedens ſupponit concluſionem, & probant iura; quæ ponunt verbum; condemnetur etiam poſt mortem. de quibus patet in concluſione proxime præcedenti. Suppoſito ergo, quòd ſint neceſſariæ quatuor perſonæ, dic mihi, quæ ſunt illæ.

2 3 4

Iudicem habes ex officio procedentem: teſtes, ſeu
alias probationes habes, videlicet cõtumaciam ex-
communicationis,& obſtinationem annalem, quæ
vicem probationis obtinent, & per conſequens lo-
cum teſtium tenent.in d.c.cum contumacia.Famam
vero habemus loco actoris.vt c.qualiter. ij.de accu.
poſt princi.& de ſimo.licet Hely.poſt priu. & procu
ratorem reipublicæ, videlicet procuratorem fiſca-
lem: quia intereſſe publicum principaliter hic verſa
tur.vt ff.de pub.vect. & commiſ. l. licitatio. §. quod
illicite.Modo dic mihi,quis erit reus? certè non mor
5 tuus,quia mortuus † in iudicio ſtare non poteſt. in
auth.de nup.§.deinceps. colla.iiij. ergo fateri opor-
tet,quòd viuus. Si viuus,ergo viuus cuius intereſt,
cum illi, quorum non intereſt, in iudiciis minime
audiantur regulariter.vt c.non ſolet. ij.q.vj. cum ſi.
& ſi admitterentur, præferrentur ſaltem illi, quo-
rum intereſſet principaliter.ff.de ſepu.vio.l.ſepulcri.
& ff.de accu.l.ſi plures.Modo non eſt aliquis viuus,
cuius tantum interſit,ſicut eſt filius,vel hæres pro-
pter pœnas quæ eis infliguntur. C. ad l. Iul. ma. l.
quiſquis.extra de hære.c.excommunicamus. §.cre-
dentes.& cod.tit.c.quicunque.lib.vj. Et bona,quæ
eis auferuntur.vt c.cum ſecundum. eod.titu.alleg.
Ergo oportet,quòd illi,vel interſint,vel propter cõ-
tumaciam abſint, alioquin iudicium, & ſententia
eſſet nulla. C.quomodo,& quando iudex. l.ea quæ.
Et quod ſit tale intereſſe, propter quod admittendi
ſint tales, probatur de bo. eorum, qui mortem ſibi
conſci.l.vlt.§.fi.& extra.de hæret.c.filij.vel hæredes.
Nec obſt.auth.Gazaros. in fi. quia licet condemna-
tio noua ſit neceſſaria.vt probat auth. Gazaros, ta-
men ſententia declaratoria bene eſt neceſſaria, an-
tequàm nominatim pro hæreticis publicentur.pro-
batur de hære.c.cum ſecundum.in fin. Nec mirum,
quia auth. Gazaros, punit ſententiam generalem,
quam profert contra omnes, quæ,&c. Modo licet
quilibet veniens contra ſtatutum, vel ſententiam
hominis promulgantis pœnam,vel ſententiam gene
raliter contra prohibitionem facientes ipſo iure ſta-
tim pœnam, vel ſententiam ipſo facto incurrat, ta-
men nunquàm eſt habendus,vel nominandus, ſeu
denunciandus pro tali, niſi per ſententiam declare-
tur,& probatur in d.cap. cum ſecundum.in fine.in
authen.de inceſ.nupt.§.primo.xxiij.q.v.ſi vos. & C.
de ligu.Et hoc bene not.recte in ſimili. Archidia.c.
pro humanâ.in fin.in gloſſ.quia ſufficit.lib.vj.& co.
lib.de pœ.ſuper ver.infamis.c.fœlicis.Sententia ve-
6 ro talis declaratoria criminis † debet ferri iudiciali-
ter,& parte vocata,vt probatur in elemen.præſenti.
de cenſi.in gloſſ. quæ eſt ſuper ver. conſtiterit. Et
hoc tenuit expreſsiue argumen. ſuper dicto verſic.
infamis. Et idem videtur tenere ipſe Archidiaco.in
cap.ſimili.de electio.quòd ſit. lib.vj.in gloſſ. Sic ſu-
pra.Et per hoc ſublata eſt prima ratio domin. Fran.
Nec ob.quòd dicit reſpondendum ad c.filij,vel hę-
redis.ſimpliciter,ſed tribus concurrentibus, de qui
bus ibi cauetur, quia ſalua pace hoc non dicit text.
ſed bene dicit ſuppoſito certo facto,quòd ibi expri-
mitur non admitti filios,vel hęredes huiuſmodi ad
probandum certum articulum, videlicet furorem,
niſi ceſſantibus tribus caſibus ibi expreſsis: non
quia admittendi non eſſent ad omnem legitimam
defenſionem allegandum: puta ad impugnationem
probationum illorum trium caſuum. vt ibi not.Io.
And. Sed pro eo,quia altero de tribus ibi expreſsis
poſito in eſſe,intentio agentis eſt adeò magna præ-
ſumptione adiuta,quòd probatio contraria præſu-
mitur calumnioſa, & repellitur. vt ibi pulchre de-
ducit Io.mo.Et hoc principaliter probatur,quaſi ex
eodem fundamento,quia diffinitiua† ſententia lata 7
edicto peremptorio non propoſito, nulla eſt ipſo iu
re.vt l.j.§.item cum edicto.ff.quæ ſen. ſine appel.re-
ſcin.Sed conſtat.quòd edictum peremptorium con
tra mortuum proponi non poteſt,cum ſiuis peremp-
torij [a] ſit vt compareat, & ſuas defenſiones iuris, a
vel facti proponat,aut ſaltem appellet. ff.de iudic.l.
& poſt.§.fin.& C.de iudi.l.properandum.§.cum au
tem.& quorum appella.non reſcin.l.j.& per conſe-
quens via veniendi ad finem etiam eſt impoſsibilis.
ff.de ſpon.l.oratio.cum ſimi.ergo oportet,quòd pro
ponatur contra vnum,ergo contra filios, vel hære-
des per proxima dicta in alia ratione. Nec valeat di-
cere, quòd videatur velle in eadẽ contumacia mor-
tuus perdurare: tum quia poſt mortem deſiit velle,
vt C.de ſacroſanct. eccle. l. j. tum quia † contumax 8
etiam in vno articulo, non cenſetur contumax in a-
lio ſequenti articulo. imò ad illum nihilominus eſt
citandus.vt not.gloſ.ab omnibus approbata.extra,
de do.c.cum qui.libr.vj. Nec debet dicere, quòd ſit
ſpeciale, quia licet hoc ſit ſpeciale, quòd poſt mor-
tem procedi poſſet, tamen quòd extendamus illud
ſpeciale ad iſtud aliud ſpeciale, quòd nullum per-
emptorium ad audiendum ſententiam ſit proponẽ-
dum,non dicit l.ergo.arg.ff.ſolu.matr.l.ſi vero.ff.de
act.& oblig.l.in honorariis.§.ſed cum reciſa.& l.ius.
ſingulare.ff.de legi.& per hæc non obſt.no.gl.& Ar
chid. quia vel exponenda ſunt ſecundum præmiſſa,
vel de iure non procedant. Tertio principaliter,
quòd iſta eſt regula,& maximè iuris ciuilis,& cano
nici: quando aliquis actus eſt iudicialiter expedien-
dus,& non appareat perſona certa,contra quam de-
beat expediri, ſed poſsint eſſe veriſimiliter plures
quos expeditio tangit,& quorum intereſt,ſeu poſ-
ſet præiudicium generari, nunquam debet, nec po-
teſt procedi ad talem iudicialem expeditionem, niſi
propoſito generali edicto, per quod citentur gene-
raliter illi,quorum intereſt. vt ff. de adop. l.nam ita
diuus,de mino.l.in cauſæ. §. cauſa cognita. §. ſi mi-
nor ſe abſti.authen. ſi omnes. ff. de re iud. l.de vno-
quoque.de ma. & obed. c.inter quatuor. extra, de
elect.c.fi.li.vj.Super quo vide omnino Inn.extra,de
procu.c.in noſtra.in gloſſ.qualiter recipiuntur.ver.
dic ergo petitionem. Modo in caſu noſtro certa per
ſona,contra quam procedi poterat, amplius non ap
paret,& poſſunt veriſimiliter eſſe multi,quorum in-
tereſt,videlicet illi de genere, vel hæres,& qualiter
intereſt,prius dixi,igitur,&c. Nec obſt. quod dixit
Bat. in l.cum filius. per l. eius qui delatorem. quod
ſupra præmiſi, quia illud dictum licet ponat regu-
lam,tamen fallit in crimine læſæ maieſtatis, & in la
tronibus,& furibus.vt not.gl.in l.ij.ff.de bo.eorum,
qui ante ſent.conſci.ſibi mor. & in crimine hæreſis.
ſecundum ipſum Bartol.qui hoc not.in dicta l.ij.di-
cens l. Manichæos. quantum ad hoc corrigi cum
gloſſ quia ibi agitur de præſumpto hæretico, per c.
cum ſecundum.allega. Et de hoc eſt caſus in l.ſerui
filij, vel hæredes. cum gloſſ. quia ibi agitur de præ-
ſumpto

ſumpto hæretico,& tamen gloſſ.notat hæredem admitti ad defenſionem ne bona perdantur. Et certe
b non minus deber [b] priuilegiata accuſatio hæreſis eſſe, quam ſimplicis furti, in quo loquitur d.l.ſecũ. Præterea poſſum dicere, quod l.eius, quæ loquitur in criminalibus, in quibus bona non auferuntur, niſi per ſententiam, quæ ſententia ſi feratur ex præſumptionibus magis eſt temperanda. per not.in ca. quia veriſimile, de præſumpt.in fi. per Innoc. potiſſimè contra illos, quos non tangit ita principaliter. qui magis venia digni ſunt, quia morbo alieno laborant, ſed nos qui loquimur in caſu, in quo bona per delicti commiſsionem amittuntur, ideò præſumptio probans in principali, in ſequela neceſſariò probat. ff. de procurator. l. Pomp. §. ſed & ſi. & de rei vendicat. in fundo. Sed ſecundum hoc ſaltem fateri oporteret ſallentiam eſſe in caſu l.ij. in princ. alleg. ideò alia ſolutio gloſ. & Bart. eſt ſecurior. Et per hoc eſt ſublata reſponſio ſecunda. Quarto principaliter hoc probatur, quia in actu iudicialiter expediendo primò, & principaliter vocandi ſunt illi, quorum principaliter intereſt, vt probatur in l. ſepulchri. & l. ſi plures. alleg. & melius, & clarius in c. fi. de elect. lib.vj. Vbi dicitur, quòd ſi apparet principalis contradictor, cuius principaliter interfuerit, ille primo, & principaliter eſt vocandus. Modo licet ante mortem non intereſſet principaliter filiorum, & hæredum: tum quia ſupererat pater, cuius principaliter intererat: tum quia nondum erat apertum eis ius ad illud ſuccedendi. C. de pact. l. vlterius, tamen poſt mortem, eorum principaliter ſolum intereſt: tum quia apertum eſt eis ius ſuccedendi in bonis, niſi obſtent crimen, & accuſatio. Et ita ſunt contradictores, & competitores principales in bonis: tum quia non ſupereſt ille, cuius principaliter interfuerat: tum quia cenſentur eadem perſona cum defuncto, ac eum repreſentare videntur. vt l. fin. in fine. C. de impube. & ali. ſubſti. & in authen. de iureiurand. à mo. præſti. in princip. colla. v. Et per hoc colligitur ratio tertia in contrarium facta, quia iſti, quorum intereſt, ſunt illi, quos non per conſequentiam, ſed principaliter tangit. De hoc an admitti deberent vltro ſe offerentes nullus vnquam dubitauit, quia imò illi, quorum ſpecialiter non intereſſet, imò prorſus extranei ad defendendum mortuum, qui ſe defendere nequit, admitti deberent. vt ff. de libera. cau. l. benignus. argument. ff. de appellationib. non tantum, cum ſimil. Nec obſt. id quod quarto in contrarium dicebatur, videlicet
9 quòd † per delicti commiſsionem ipſo iure bona confiſcantur, quia dico, quòd hoc verum eſt. Sed dico, quòd quouſque ita declaretur per ſententiam, hoc dubium eſt. item primo ab hæredibus ſciendum eſt, ſi hoc fateantur. ff. de iudic. l. ſi debitor. quòd ſi ſic, reſtat ſententia, ſeu præceptum ſine magna cauſæ cognitione proferendum, quia in confitentem nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando. ff. de confeſſ. l.j. & iij. ſi neget, iudicialiter conuincendus eſt. Poterit enim dicta ficta contumacia non obſt. eam per probationem contrariam excuſare probando, quòd ille legitime fuit impeditus, vel non apprehenſus fuit. Vt conſueuit dici in c. contumacia. & probatur in c. filij. cum ibi not. Et in dubio ſaltem circa iudicialia abſens condemnandus eſt, vt l. abſentem. ff. de pœ. ij. q. j. nos in quenquam, imò requiritur vocatio, vt aſſertione partium iura pandantur. C. vnde vi. l. fin. Et ſi tantum protraxi calamum in materia non forte adeo dubia, parcatur illi, cuius dubitatio huic protractioni forte non adeo vtili cauſam dedit. Facit pro prædictis, id quod ſeruamus iuxta cap. ſi hi, contra quos. vt lite pend. lib. vj. & cle. j. eod. titu.

a ¶ Finis peremptorij. *De effectu peremptorij, & quicquid de peremptorio dici poteſt, vide per Spec. titu. de citatione, quaſi per totum.*

b ¶ Accuſatio hæreſis. *Hæreſis quid eſt, & vnde dicatur. nota, in ſumma Azo. Goff. & Hoſtien. de hære. & per Archid. de ve eodem. c. ad apoſtolica §. ij. lib. vj. Adde iuxta Paulum j. Corint. xj. quòd oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant.*

CONCLVSIO DCLXXVIII.

De hæreticis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæretici mortui an teneatur comparere pro mortuo, & eum defendere.*

SI apparent filij, vel † hæredes, aut alij, quorum 1
intereſt principaliter, illi omnino ſpecialiter ſunt vocandi. per c. fin. de elect. lib. vj. Et hoc placuit domino Nicol. de Cremona, & domino Roberto de Stratone auditoribus, prout mihi prima facie apparebat. Et pro hoc de excep. rei iud. l. j. ff. vbi ſecundum vnum intellectum apparet, quòd defenſio vel vocatio legatarij non obeſt hæredi ſuper viribus teſtamenti, quia hæres eſt ille, qui eſt principalis, qui principaliter eſt vocandus, quem intellectum approbat Cyn. poſt C. qui res iudi. non no. l. j. in ſua magna diſtinctione, & dominus Bartol. in dicta l. j. ff. de re iudicata.

CONCLVSIO DCLXXIX.

De hæreticis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia requirit contemptum, nec cadit in mortuo.*

COncluſio ſuprà præcedens † locum habet, 1
etiam ſi edictum peremptorium [a] vere ema- a
naſſet, & in perſonam illius, qui poſtea mortuus extitit, perſonaliter executum fuiſſet, dummodo termino edicti pendente mortuus fuerit ille ſic; quòd non potuerit perſonaliter comparere. Ratio eſt, quòd quando diſpenſatio delata in tempus termino pendente ante ſui complementum eſſe peruenit in caſu, à quo non poteſt incipere, vitiatur: vt promiſi tibi tali die Stichum ſeruum dare, interim moritur, auferetur mihi facultas dandi, & quòd ab initio hominem mortuum minimè promittere potuiſſem, ſtipulatio vitiatur. ff. ſi cert. petat. l. quod te. de verbo. obligatio. l. incendium. C. ſi cer. pet. quia illud loquitur in origine generis ob hoc, quòd genus perire non poteſt. Vnde ſi poneretur pro poſsibili, quòd poſtquam tali die promiſi tibi ſeruum in genere dare, & mortui eſſent omnes ſerui, extincta eſſet obligatio ex identitate rationis. Præterea quia effectum ſuum debet ſortiri edictum aduenient e die ſua. ff. de verborum ſignificatione.

l.cedere diem. Et tamen tunc non poteſt, quia effe-ctus eſt citatum non comparentem conſtituere cõ-tumacem. Modo mortuus non poteſt eſſe hic contu-max, quia contumacia requirit contemptum. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l.j. in prin. de re iudic. l. contumacia primo reſponſo. & §. primo. & mor-tuus non poteſt cõtemnere. Item probatur hoc per l. contra pupillum. §. j. qui ad mains. ff. de re iud. ergo tempore, quo debet ineſſe producere effectũ ſuum, hoc non poteſt, ergo non valet. C. de cadu. rollend. l. iſta. §. quòd ſi in medio: cum ſi. facit l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nup. Præterea negotia ſunt ponde-randa, & conſideranda ſecundum tempus, in quo fiunt, & expediuntur. vt ff. de ſern. expor. l. moueor. cum ſimili. Modo tempore ferendæ ſententiæ cauſa non concernit mortuum principaliter, reuera cum, quo ad veritatẽ, huiuſmodi ſententia in nullo ipſum liget, vel ſibi præiudicet. xxv. diſtinctin. qualis. & de cele. miſ. cum Marthæ. in fi. de quo per Hoſti. & Io. And. de ſenten. excommu. c. à nobis. Et ibi plene per Henricum.

a ¶ Edictum peremptorium. *Not. quòd edictorum aliud eſt monitorium, aliud commentandle, aliud citatorium, aliud perem ptorium, de quo hic, de quibus omnibus vide ff. de iudi. l. ad peremptorium.*

CONCLVSIO DCLXXX.

De procuratoribus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus & concluſus, citato non comparente per ſe, nec per ſuum procuratorem in iudicio præſentem, valet.*

1 SI citatus † legitime[a] conſtituit procuratorem ad
a cauſam, & miſerit procuratorem ad curiam, & ille qui habebat procuratorium, tamen in procura-torio non nominatus, ad mandatum auditoris, illud mandatum produxit in iudicio, in quo procurato-rio apparent nominati duo de principalibus procu-ratoribus Romanæ curiæ, de quibus tamen nullo modo apppatet, quòd alliquis eorundem ſuſceperit onus. Et his non obſtan. proceſſum fuit per audien-tiam, pro eo, quòd dictus citatus nec per ſe, nec pro-curatorem comparebat etiam vſque ad ſententiam incluſiue, dictis duobus procuratoribus in procura torio nominatus, ſeu eorum aliquo minime citatis, ſeu interrogatis, an vellent aſſumere onus huiuſmo di procuratorij, nihilominus valet proceſſus. Ratio quia citationes per audientiam fiunt ad iſtum finem, vt ſi principalis, vel eius procurator, qui accepit o-nus, & procedere velit, eſt in curia præſens, compa-reat, igitur illi imputetur, qui audientiam non cuſto dit, vel qui minus diligentem elegit. Et quia onus iſtud ſpectat ad citatum, vt faciat diligentiam, quòd eius procurator onus accipiat cum effectu, & veniet ad cauſam, non autem ſpectat ad illum, qui citari procurat, ergo. Et in hoc omnes concordarunt præ-ter vnum, cuius motiuum erat leue, & finaliter in contradictione non perſiſtebat.

a ¶ Citatus legitime. *Nota quòd citationem non debet committere bonus index, niſi prius videat petitionem actoris, an ſit honeſta; & authe. ita dicit Old. in l. cum clericis. & Bal. repetit .... dignum. C. de epiſc. & cle.*

CONCLVSIO DCLXXXI.

De procuratoribus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Frater pro fratre an poſſit agere.*
2 *Cautio tunc habet locum, cum dubium eſt de mandato.*
3 *Spiritualia non recipiunt æſtimationem.*

IN cauſis beneficialibus, & alias ſpiritualibus nõ admittitur perſona coniuncta: vtputa frater † ad agendum pro fratre, imò nec ad citationem impe-trandum: quia, quo ad huiuſmodi ſpiritualia, non curatur de coniunctione, vel cognatione huiuſmo-di, vt extra de iudi. ſi animum. lib. vj. & ad Trebel. l. ille, a quo. §. tempeſtiuum. imò nec cum cautione ad-mittitur, quia vbi certum eſt quem admitti non de-bere, nec etiam cum cautione admittitur, cautio † tunc demum locum habet, cum dubium eſt de mandato. C. de procur. l. j. & ibi no. Cy. Et in hoc om-nes concordarunt, & ita ſeruari mandarunt, prout ſeruatum, & ordinatum fuerat ab antiquo. Allega-tur, quia ſpiritualia † non recipiunt æſtimationem. j. q. prima. quàm pio: de pact. cum pridem. Sed facit contrà, quia loquitur in cauſa beneficiali. Facit etiá tex. cum ſua glo. in contrarium. de conſtitu. cum M. in prophanis tamen dicit do. Guil. ſecus allegans le-cta, & not. de procur. c. j. de reſcript. nonnulli. & ex parte decani. 1 2 3

CONCLVSIO DCLXXXII.

De conceſſio. prabend. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti delatio non habet locum in ſpiritualibus.*
2 *Iuramenti ſupplementum non habet locum, niſi vbi eſt probatio ſemiplena.*

SI impetrans in forma pauperum dixerit ſe obti-nere vnam parochialem eccleſiam, cuius taxam dixit non excedere xv. libras, vt ſecundum ordina-tionem domini noſtri moderni impetrare poſſet in forma pauperum, & probat per vnum teſtem ſuper dicto non exceſſu communem reputationem, & fa-mam, ſufficit, maximè cum ſuo iuramento in pro-bationis ſupplementum. Sed fuit oppoſitum con-trà. Primo, quia † iuramenti delatio non habet lo-cum, vt videtur in his ſpiritualibus, per not. Ioann. And. de eo, qui mit. in poſſ. eum qui. Secundo, quia † iuramenti ſupplementum non habet locum, niſi vbi eſt probatio ſemiplena. C. ſi certum petatur. l. in bonæ fidei. Ad primum dicebatur, quòd illud ve-rum circa principalia conſtitutoria iuris, & tituli, ſecus de alijs ſolum tollentibus dubium ſurreptio-nis, maximè, quia non exceſſus eo ipſo debet de iure communi præſumi, niſi probetur exceſſus, ita quòd ſtylus requirens huius articuli probationem, vide-tur nimis rigoroſus, ſecundum dom. Corſien. Item dicebatur, quòd hic non habetur copia alterius pro bationis. Sed plus placuit prima ſolutio propter re-miſſionem ſolitam dari probationibus faciendis. Sed vt ſit finis litis, ſtatur dictæ tali quali probatio-ni dicta præſumptione coadiutæ. arg. c. filij de hære. lib. vj. Ad ſecundum dicebatur, quòd hic ſemiple-na probatio eſt probatio plena ſecundum naturam 1 2

negotij,

negotij.de qno agi.Ideo ex identitate rationis ſemi plenitudo ſemipleng prohationis recipit ſupplemẽtum iuramenti illius,maximè qui debet omnino ſcire vnum,ſicut in propoſito noſtro: & quia iſtud eſt de leuibus,& quaſi eoipſo probatũ,non opponitur.

CONCLVSIO DCLXXXIII.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſuper re, ſuper qua quis diſponere non poteſt an valeat.*
2 *Verba narratiua non inducunt obligationem.*
3 *Confeſsio quando confitenti praiudicet.*
4 *Impetrans an teneatur probare tempus ſua acceptationis.*

a QVanquam de appellatione à diffinitiua [a] per ſcripturam non conſtet in actis, ſi tamen illa pars, quæ dicitur appellata impetret ſuper ipſa appellatione commiſsionem,poſtmodum coram auditore per ipſum impetrato det libellum,in quo petat duo:videlicet pronuntiari male appellatum: ſecũdò ſententiam confirmari, videtur per hoc confiteri fuiſſe in forma,& tempore debito appellatum,& ſibi præiudicat talis confeſsio,adeo,quod auditor ſine alia probatione talis appellationis poteſt dictam ſententiam confirmare,ſi alias fuerit confirmanda. Ratio primi,quia qui aliquid confitetur, ex conſequentia confiteri videtur illud quod ex illo de neceſsitate infertur. vt c.dudum. Rotongen de elect. vbi eoipſo,quòd electus confitebatur archidiaconatum Ambianen.viſitare,inquirere, & excommunicare,ex conſequentia confitebatur, quòd dignitatem,vel perſonatum habebat.modo ipſe reus,qui dicitur appellatus,confitetur appellatum in commiſsione,& talis cõfeſsio ſibi ſemper præiudicat,vt patet per no.Io.And.de iureiur. in c.cum portionibus. lib.vj.in nouella,in princ.Item confitetur ſentẽtiam per auditorem præfatum confirmari poſſe in hoc, quod diſpoſitiue hoc fieri petiit.Ex quibus ſequitur dictam appellationem eſſe talem quæ deuoluat per ea, quæ deduxi ſupra vna con. quia ſi appellatum non foret, appellatio non deuolueret, & tranſiſſet ſententia in rem iudicatam:& per cõſequens ſuper confirmatione, vel infirmatione in vim appellationis pronuntiari non poſſet,per cle.ſi appellationem. de appel. Vide etiam ſuper hoc ſupra. Sed diceres,
1 quòd † non valet talis confeſsio ſuper re,ſuper qua non poteſt ipſe confitens diſponere, vt no.do.Bart. ff.de verb.obli.l.ſciendum.ff.de caſtren.pecu.l.ſi forte,quia lex illa, & dictum huiuſmodi intelligũtur, inquantum huiuſmodi confeſsio concerneret præiudicium alterius,quam ipſius confitentis.Sed ſi nõ concerneret,niſi præiudicium ipſius confitentis,ſe-
2 cus. Nam verba † narratiua non inducunt obligationem,& tamen probant, ſeu confeſsionem inducunt:quæ pro veritate habetur.ff.depo. l. Publia. in fi.Item non poſſum facere,quòd dominium rei meę in te ſine traditione transferatur. vt l.traditionibus. C.de pact.& tamen ſi cõfiteor rem certã eſſe tuam, quæ tamen mea eſt, in mei præiudicium confeſsio pro veritate habetur,licet dominiũ vere non transferat,not.Cy.C.de iur.& fact.igno. l. cum falſa. Sic
3 ergo in propoſito erit. Et ideo ſi † confiteor litem eſſe conteſtatam in cauſa mea,confeſsio in mei præiudicium pro veritate habetur.ſecundum Inno.licet gl.videatur contra.de proba.quoniam contra.aliàs eſt vt lite non conteſt.quoniam frequenter.Plus voluerunt aliqui dicere,quòd poſtquam pars confitetur appellatum,non oportet probare, quod infra x. dies niſi pars opponat probationem.per c.Romana. §.ſi vero vocatus.de appel.lib.vj.Vbi videtur requiri oppoſitio partis. Et pro hoc facit, quòd habetur ſuprà vna concluſione. Sed non placuit aliis, quia quis etiam partem non habens tenetur probare omnia cõſtitutiua formaliter iuris ſui, ſine quibus ius habere non poteſt,vt no.Compo.de elec. non poteſt dilectus,niſi. & ibi probatur. Modo tempus eſt de forma eſſentiali ipſius appellationis. vt auth. ei qui.
§.ſi vero vocatus.alle.Nec obſt.quòd † impetrans ha 4
bet probare tempus ſuæ acceptationis, licet ſit de forma.no.Inn.de conceſ.præb. qui cunctis.& Paul. cle.vna.eo.tit.quia ſtatim à tempore vacationis,licet non incipiat currere,valeat fieri acceptatio.Sed hic oportet appellare infra x.dies à tempore ſententiæ, niſi ponatur,quod contra abſentem,&c.& tũc præſumitur ignorantia illo caſu, ſicut alio, & certum eſt ſemper quando incipit currere hoc tempus. Secus ibi.Et quod dixi in acceptatione, idem puto in tempore.c.quia diuerſitatem.in fi. de conceſ. præb. & eod.tit.c.nulla ex identitate rationis, & de iure fundatur intentio conferentis, licet ius reſtingat in caſu negatiuo.ergo illa probanda eſt in modum exceptionis,ergo,&c.

a ¶ A diffinitiua. *Not.quòd diffinitiua ſententia cum maxima deliberatione ferri debet.xj.q.iij.cum apud & c.ſeq. C. de pœ. l. qui ſententiam. Adde,quod ſuper appellatione interponenda dantur dies x.ad deliberandum.xij.q.vj.anteriorum.*

CONCLVSIO DCLXXXIIII.

De ſenten.excom. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata an dicatur ſententia diffinitiua appellatione ſuſpenſa.*

RES iudicata [a] de qua poteſt opponi contra petẽtem beneficium abſolutionis ad cautelam, a
non dicitur ſententia diffinitiua appellatione ſuſpẽſa,ſed ſolum intelligitur de eo iudicato,quod nulla eſt appellatione ſuſpenſum,quod intelligo ſiue pręcedat appellatio,ſiue ſequatur,dummodo ſit de caſibus,de quibus non ſit de iure ſpecialiter prohibitum appellare.videtur text.ff.de cond.inde.l.eleganter.§.pe.Ratio eſt,quia ſententia,à qua eſt appellatum pendente appellatione vim rei iudicatę nondũ habet,quia per appellationẽ eſt ſuſpenſa.ff. ad Tur. l.j.facit ff.de re iud.l.iiij.§.condemnatum.Et ita not. Accur.ff.de re iudi.l.j. ideo text. communiter vtuntur hoc ver.manifeſta offenſa,vt c.ſoli. & c.venerabilibus.§.ſecus.de ſen.excom.in vj.pro eo.quòd manifeſta contumacia,vel in non comparendo.vt d.§.ſecus.vel in non reſtituendo.de verbo.ſigni.ex parte. & l qui reſtituere.ff.de rei vend. cenſetur manifeſta offenſa.Sed non dicitur manifeſte offendere,qui nõ paret iudicato,à quo appellauit, ergo,&c. De quo aliqui prima facie mirabantur,ſed hoc clariſsimum.

a ¶ Res iudicata. *Res iudicata quando dicatur, vide Bartol.in rubri.C.de re iud & in l litigatoribus. C.de appel.per Felin.in rubri.extra.de re iudi.in prin.*

CONCLVSIO DCLXXXV.

De ſenten.excom. Rubr.

Licet

Licet appellationi renuntiatum fuerit, nihilominus occaſione illius, dummodo ſit bona ex forma, & tempore, & probabilis, poteſt peti abſolutio ad cautelam, per c, licet. de ſent. exco. lib. vj. Et quòd inſtrumentum productum non iudicialiter, & parte non vocata ad dicendum contra, ad impediendum abſolutionem ad cautelam nihil facit, quod not. In. de ſent. excom. ſolet. iuncto de teſti. in nomine domini. comparando teſtium, & inſtrumentorum productiones. Nec obſt. auth. ſi quis in aliquo documento. & quòd non valet tale procuratorium non expreſsis nominibus propriis canonicorum nomina capituli conſtituentium, niſi cum notario ſit ſigillatum. Et quia hoc alibi plene tractaui non inſiſto.

CONCLVSIO DCLXXXVI.

De prebendis. *Rub,*

Petrus habens eccleſiam parochialem S. Martini curatam, & expectans ad collationem Cenomanen. epiſcopi etiam cum cura, vel ſine cura eccleſiam ſancti Ioannis vacãtem per mortem Guil. acceptauit, & de ea ſibi fecit per ſuum executorem prouideri. Quod conſiderans Bernardus dictam eccleſiam ſancti Martini, tanquam talem, quę per dictam aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis ſperabatur vacare. ſi per dictam aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis, vel alio quouis modo eam vacare contigerit. impetrauit à papa. Poſt hoc apparuit ſpecialis reſeruatio dictæ eccleſiæ ſancti Ioan. quæ fuerat prius ſemper occulta, & ideo pro iſta vice gratia Bernardi nõ potuit ſortiri effectum. Poſt hoc dictus Petrus, quandam aliam eccleſiam parochialem ſancti Vincentij vacantem, & cadentem ſub gratia acceptauit, & fecit ſibi de ea prouideri. Quod attendens quidam Nic. dictam eccleſiam ſancti Martini, tanquam vacantem per obitum, per aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Vincentij à domino papa impetrauit, & forte cum clauſula, ſeu, ſi quouis alio modo vacaret. Fuit, quęſtio, cui dictorum dominorum, videlicet Bernardi, vel Nicolai dicta eccleſia ſancti Mar. deberetur. Et tenuerũt domini omnes concorditer nemine diſcrepante, quòd deberetur Bernardo primo impetranti, & non Nicolao impetranti ſecundo eccleſiam prædictam. In contrarium fuit vt dicitur, do. Martinus de Salua, pro eo, quòd ab acceptatione, & prouiſione eccleſiæ ſancti Io. dicta gratia quodammodo dependebat, quæ tamen acceptatio, & prouiſio ipſo iure non valebant. Sed domini non curarunt, quia non dependebat gratia Bernardi à validitate acceptationis, & prouiſionis ipſius, ſed potius a ſpe ipſius validitatis, quæ non deerat: item, quia ſi non valuerit primus modus, locus fuit ſecundo per clauſulam: alio quouis modo. Præterea, quia clauſula: vel alio, non ſolum concernit non vacationem quam perſonam propter aliam cauſam quam nullitatem acceptationis, quam propter nullitatem: Nec ſubeſt ratio aliter dicendi, ergo vniuerſaliter. per no. gl. de elect. vt circa. lib. vj. Alle. no. per Lap. de reſcr. c. ſuſceptum. lib. vj. Et dicitur quòd ita tenent collecta. Io. de lig. in c. de mulcta. de præb.

CONCLVSIO DCLXXXVII.

De hæreticis. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In criminibus proceditur ad inſtar priuatorum iudiciorum*

2 *Contra contumacem abſentem in criminibus an ſententia ferri poſsit.*

IN cauſa concluſionis ſuprà præcedentis, quòd ſi
citatus ſuper fide non comparuit, & fuit contu-
max, & poſtmodum ſtetit in dicta excommunicatio
ne obſtinatus per annum, ita quòd anno elapſo non
reſtat, niſi ſententia declaratoria, [a] & tunc moritur, a
nihilominus habet locũ dicta conclu. ſcilicet, quod
vocandi ſunt filij, vel hæredes, quorum nunc prin-
cipaliter intereſt. Primo, quia † in criminibus proce 1
ditur ad inſtar priuatorum iudiciorum, pręter caſus
exceptos, vt l. abſentem. ff. de pœn. Modo in priuatis
iudiciis, etiam concluſio in cauſa, & omnibus para-
tis ad ſententiam promulgãdam, pars nihilominus
ad audiendam ſententiam eſt citanda de neceſsita-
te, vt ff. quæ ſenten. ſine app. reſcin. l. j §. item cum ex
dicto. & C. quomodo, & quando iudex. l. eã quæ &
l. ab eo. & l. conſentaneum. & C de iud. l. properan-
dum. §. ſi quidem. cum §. ſeq. qui non diſtinguunt,
ergo &c. Facit, quia concluſio facit omnia eſſe para-
ta ad ſententiam, vt c. auditis. de procu. & c. cum dile
ctus. de fi. inſtr. & c. ſignificauerunt, de teſti. Secun-
do hoc fortificatur, quia vbi maius periculum, &c.
ff. ad Cat. l. j. §. ſed & ſi quis. Tertiò quia imò vide-
tur de iure cõmuni nedum dictam vocationem eſſe
neceſſariam, imò vltra, † quòd contra abſentem, & 2
contra contumacem ſententia in criminibus ferri
non debeat. ff. de accu. l. ſi abſentem. & C. de accuſa.
l. ſi accuſatoribus. l. abſentem. & l. fi. eod. tit. arg. ff. de
requi. re. l. j. licet ſit ſpeciale in criminibus minorem
pœnam relegationis requirentibus. Non dico, quo
ad vocationem, ſed quo ad non condemnationem
abſentis, vt dicta l. abſente. ij. reſponſo. Quarto. quia
ſpeciale eſt in contrarium, ſcilicet tribus concurren
tibus, videlicet inſtructio cauſæ, & cauſa abſentiæ
reipublicæ parte abſente, & quòd pro abſente erat
ſententia ferenda, ſecundum Ia. But. & Iaco. Are. C.
ad l. Iul. de adul. ergo. In contrarium eſt ius commu
ne. ff. ad municipa. l. j. in fin. Et ſi ſit ibi ius commune
ſecundum Cyn. tamen vnum eſt, quòd caſus ille lo-
quitur, quando pro abſente, & contra præſentem
in crimine ſententia eſt ferenda. Sed hic eſt contra,
& magna ratio diuerſitatis, quia in caſu l. quamuis.
ſi abſens præſens voluit aliquid ad impediendam
ſentẽtiam allegare, hic ſecus, ergo, &c. Quinto quia
licet ille, contra quem proceditur habeat contra ſe
iuris præſumptioné, imò probationem etiã notoriã
ſufficientem ad eius condemnationem: tamen ſi illa
præſumptio iuris, vel probatio notoria poteſt ali-
quas probationes excuſationis habere, omnino vocã-
dus eſt accuſatus, vt ſciatur ſi aliquas excuſationes
probabiles poterit allegare, vt probatur. de præb. c.
licet epiſcopus. lib. vj. iuncto c. de mulcta. eod. titu. in
antiquis. de re iudi. c. paſtoralis. facit cap. cum eccle
ſia Sutrina. de cau. poſſeſ. auditis. de præſcri. & c. de
quarta. aliàs ſequeretur, quòd ſtatim ferri deberet
ſententia pro eo. cuius intentio fundata eſſet de iu-
re communi alia parte non audita contra iura proxi
me allega. Modo ita eſt, quòd licet hæc præſumptio
c. cum contumacia. ſit ſufficiens ad condemnatio-
nem, tamen poteſt legitimas, & probabiles proba-
tiones,

ctiones, excuſationes, & defenſiones habere: puta furorem, vel abſentiam in remotiſsimis, aut captiuitatem, vel infirmitatem, ergo, &c. Cum ergo nūquàm emanauerit citatio ad huiuſmodi excuſationes, vel defenſiones allegandas, fateri oportet, quòd vt proceſſus iuſtificetur, terminus iſte ad audiendam ſententiam habet hoc, quod comparēs in termino poſſit allegare defenſiones huiuſmodi, & probare ſi quas tales habet. Ex quo ſequitur, quòd cauſa non plene audita, & ita non ſumus in caſu l. quamuis. C. ad l. Iul. de adult. ſed potius in caſu l. j. de requi. re. ff. hinc eſt, quod notauit glo. de iureiur. ad noſtram. ij. in notoriis citationem eſſe neceſſariam, videlicet ad dictum effectum, probatur ſatis de appella. cum parati. & de diuor. c. porro. & ij. q. j. deus omnipotēs.

a ¶ Sententia declaratoria. *De ſententia declaratoria vide per Bart. in l. eum, qui delatorem. de iure fiſci. vbi dicit, quod ille eſt primus textus, qui fecit ſibi honorem poſt doctoratum. Vide etiā per Alexan. & Are. in l. is. qui bonis. de ver. oblig a.*

CONCLVSIO DCLXXXVIII.

De hereticis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata abſque legitimo defenſore non praiudicat illis, ad quos legitima defenſio dicitur pertinere.*
2 *Hæres repræſentat perſonam mortui teſtatoris.*
3 *Obligatio perſonalis contracta ex delicto non tranſit ad hæredem.*
4 *Expreſſum principale ſi non teneat, nec tenet tacitum acceſſorium.*
5 *Edictum peremptorium ſoluitur morte.*
6 *Crimina morte extinguuntur.*
7 *In pœnalibus & exorbitantibus non fit extenſio.*
8 *Hæreſis propter ſuſpicionem non eſt quis poſt mortem accuſandus. & num 9.*
10 *Non credens in vnam ſanctam eccleſiam, an ſit hæreticus.*
11 *Corpus hæretici mortui relinquitur brachio ſeculari, & per brachium ſeculare comburitur.*
12 *Grauius proceditur cōtra præſentem & auditum, quam contra abſentem inauditum.*
13 *Accuſatus de crimine mortem ſi inferens, habetur pro confeſſo.*
14 *Ex præſumptione an quis damnari poſſit.*
15 *Propoſitio artis, licet indefinita, valet vniuerſalem.*
16 *Pœna de neceſſitate delictum præſupponit.*
17 *Contumacia non æquiparatur hæreſi.*
18 *Præſumptio non purgata nec excuſata, an facit quem hæreticum.*
19 *Præſumptio hæreſis non notat certam ſpeciem vel qualitatem hæreſis, ſed ſolum ſignat factum.*
20 *Mutatio facti rem de qua agitur, non immutat.*
21 *Ens & verum conuertuntur.*
22 *Probatio conueniens naturæ materiæ eſt ſufficiens.*
23 *Probatio ex præſumptione procedens an ſit ſufficiens.*
24 *Quænam ſit differentia inter fictionem & præſumptionem.*
25 *Corpus excommunicati an ſit exhumandum.*
26 *Hæreticus peccans in vno articulo fidei, an peccet in omnibus.*
27 *Quaſi, velut, veluti, tanquam, hæ verborum ſignificationes recipiuntur ſecundum naturam materiæ in qua ponuntur.*
28 *Iudicia omnia tendunt ad declarationem regulariter.*
29 *Reus, ante ſententiam, ſemper poteſt allegare ſuas defenſiones.*
30 *Status negotij cùm eſt mutatus occaſione moræ, non eſt locus purgationi.*
31 *Præſumptio violenta an ſit ſufficiens ad condemnationem.*
32 *Mors ciuilis tollitur per mortem naturalem.*
33 *Clauium contemptus an inducat præſumptionem hæreſis.*
34 *Deficiens in purgatione, an cenſendus hæreticus.*
35 *Inſtantia cauſæ criminalis an tranſeat in hæredem.*
36 *Edictum peremptorium quare proponatur.*
37 *Iudicium idem de toto quod de parte.*
38 *Sententia lata extraiudicialiter non habet vim rei iudicatæ.*
39 *Hæres an repræſentet perſonam defuncti quo ad vitia.*
40 *Hæreticus an poſsit hæredem inſtituere.*

PRoxima conclu. & conclu. dclxviij. ſupra præce-
dens etiam locum habent, ſi citatio ad audien-
dum ſententiam emanaſſet, & citandum perſonali-
ter apprehendiſſet, dummodo citatus pendente ter
mino citationis ſit vita functus. & iſta eſt concluſio
dclxxx. ſupra præcedens. Saluo, quòd addit de caſu
concluſionis ſupra proxime præcedentis. Et hoc de-
duco ſic † quia ſententia lata abſque legitimo defen 1
ſore non præiudicat illis, ad quos legitima defenſio
dicitur pertinere. ff. ſi quis ingē. eſſe di. l. j. & de col-
lu. dete. l. cum non iuſto. Et hinc eſt, quòd vt ſenten
tia contra hæredem lata ſuper reciſione teſtamenti
præiudicet legatariis, oportet, quòd cauſa fuerit per
hæredem defenſata. vt ff. de inoff. teſta. l. Papinianus.
§. meminiſſe. & l. qui repudiantur. §. fina. ff. de euic. l.
ſi ideo. & C. de peri. & com. rei ven. l. j. Modo ſi ex iſta
citatione ſine alia vocatione ferretur ſententia, tem
pore ſententiæ cauſa non haberet aliquem defenſo
rem, ergo, &c. Secundo hoc idem probo, quia ſi dice
remus dictum peremptorium emiſſum ante mor-
tem, &c. ſufficere, aut nos conſideremus eius effe-
ctum reſpectu defuncti, & hoc non per ea, quæ cir-
ca concluſionem dclxxx. allegaui. Aut reſpectu filij,
vel hæredis, & hoc nō, quia aut cōſideraremus perſo
nam filij, † vel hæredis, vt repræſentatiuā ipſius mor 2
tui. Aut tanquā tertiam perſonā ratione ſui proprij
intereſſe vocandā ad cauſam. Sed primū dici nō po-
teſt, quia † obligatio perſonalis contracta ex delicto, 3
ſuper qua cōtra defunctū iudicium fundabatur, nō
poteſt facere talem tranſitū: licet alias inſtātia bene
transfundatur de perſona teſtatoris in perſonā hæ-
redis. vt l. inter eos. ff. de fideiu. de perſona patris in fi
lium, & de perſona teſtatoris in hæredē. C. ex delic.
defunc. l. vna. C. ne filius pro pa. per to. & ſi filij pu-
niantur, hoc eſt, ex delicto patris, vt legitur, & not.
C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. Si conſideretur, vt perſo
na tertia, &c. tūc dicta citatione nō arctatur. Tū, quia
nec mens, nec verba hoc patiūtur. Tum, quia ſi non
† tenet expreſſum principale, nec tacitū acceſſoriū. 4
l. fi. ſi pen. appel. mor. inter. C. Item hoc videtur eſſe
determinatum per l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudic. vbi
videtur text. quòd † edictum peremptoriū ſoluitur 5
morte. & circūducitur. Facit ff. de iud. l. poſt edictū.
§. j. facit, quia omnes rationes concluſionis ſupra
proxime

prnxime hic locum habent.ergo,&c.Redeo ad con-
cluſionem dclxxvij. nam domino noſtro papæ pri-
ma facie,argumentariue tamen, vt dicebat,contra-
rium videbatur. Primo, quia iſta eſt regula, quòd
6 † crimina morte extingnuntur, quæ reperitur falle-
a re in hæretico vero [a], qui damnatur poſt mortem.
xxiiij q ij.§ his authotibus.C. ſi reus, vel accuſatur
mor.fu.per to.xxiij.diſtinctio.quorundam.xxij.q.iij.
admonere.Sed in ficto hæretico, ſeu præſumpto nõ
reperitur prædicta regula fallere,ergo, quo ad fictũ
hæreticum, vel præſumptum regulæ erit ſtandum.
arg.ff.de regn.iuris.l.j.& eorum quæ notat Dy. eod.
titu.lib.vj.in Rubrica.Si enim reperiretur hoc cau-
tum,hoc maxime videretur per c.ſi quis epiſcopus.
de hæretic.vel per c.filij.eod. titu. lib.vj. Sed hoc eſt
falſum,vt videtur. Primo, quia c.ſi quis epiſcopus.
non loquitur de hæretico vero vel præſumpto, ſed
de fauore, imò & de epiſcopo inſtituẽte extraneos
non fautores,nec loquitur de accuſatione, vel da-
mnatione,ſed de anathemate, ergo. Item quia in c.
filij.loquitur de vero hæretico,ſecundum eum. Se-
7 cundò confirmatur ſic,† quia in pœnalibus,& exor-
bitantibus non fit extenſio.de elec. ſtatutum. lib.vj.
de re.non ſolum, & in c. conſtitutionem. lib.vj. ſed
iſte caſus eſt huiuſmodi,ergo. Tertiò hoc confirma
tur,quia ita reperio in crimine læſæ maieſtatis,quia
licet lex in illo crimine generaliter dixiſſet, de illo
poſſe fieri accuſationem poſt mortem.de accuſ. l.ex
iudiciorum. tamen poſtea iuriſconſultus declarat,
id locum nõ habere in caſu extenſo, videlicet vltra
duo capita prima illius l.eod.titu.l.fin.Quarto vide-
tur hoc idem poſſe probari per c.accuſatus.§.porro.
8 de hære.lib.vj.cum ibi no.Io.mon. vbi propter † ſu-
ſpicionem, vel fautoriam hæreſis, non eſt quis poſt
mortem accuſandus. Quinto,quia verbum, velut,
poſitum in c.cum contumacia,ex proprio ſignifica-
tu deſignat ſimilitudinariam comparitionem, &
ſtandum eſt in dubio proprietati verborum. Sexto,
quia nõ dicit,hæreticus declaretur,ſed dicit, quòd
pœna hæretici damnetur. ergo ſupponit, quòd non
ſit verus hæreticus. Septimo quia ſi talis contumax
ſtatim poſt annum non condemnatur, ipſe poſt an-
num ſemper poſſet venire, & purgare ſuam contu-
maciam,& condemnationem euitare, vt not. Ioan.
Andr.& Hoſtien.de hære.excommunicamus.§ qui
autem.ſuper ver.damnetur. Sed ſi eſſet verus hære-
ticus,ipſe abſque adiuratione hæreſis ex tali purga-
tione ſententiam non euitaret, vt extra. de hære.c.
quia ad abolendam.§.j. & eod.titu. c accuſatus. Et
quicquid ſit, ſaltem propter præſumptionem, ne-
dum magnam,quæ citationem induxerit,aut vehe-
mentem,quę ex contumacia orta fuit.ſed vehemen
tiſſimam, ſeu violentam, quæ ex pertinacia annali
cum aliis præmiſſis inſurgit, purgatione opus fo-
ret,argumen.de præſum.literas.de purga. cano. in-
ter ſolicitudines.Octauo ſecundum dominum ſan-
cti Euſtachij, quia ſi viueret corpore, poſſet etiam
legitimas ſuas defenſiones allegare,ac pręſumptio-
nibus præſumptiones tollere, iuxta no.Inno. de eo
9 qui fur.ordi.ſuſce.c.innotuit.in fi. Mors enim† hanc
facultatem ſibi aufert ergo & effectum condemna-
tionis,qui ferri non debet,niſi huiuſmodi defenſio-
nibus auditis.C.ſi per vim,vel alio modo.l.fi. Item
poſſet contumaciam purgare,vt præmittitur, quod
mors excludit.Nono ſecundum eum, quia illa ſuſpi
cio, vel præſumptio. vnde fit condemnatio, ſecun-
dum c.cum contumacia. non oritur ex aliquo erro-
re certo circa articulum fidei certum vere, vel præ-
ſumptiue. Poſſibile enim eſt, quòd ſuſpicio prima
dans actionẽ citationi, erat orta propter fautoriam
hæreticorum. quæ reuera non eſt hæreſis, nec con-
cernit,quantum in ſe eſt,plus vnum articulũ,quàm
alium.Item poteſt oriri ex contemptu clauium,vt c.
grauem. qui contemptus poteſt eſſe in illo qui non
credit articulum, In † vnam ſanctam eccleſiam. ſi- 10
cut & contemptus cuiuſlibet præcepti eccleſię.Mo-
do talis confuſio propter eius incertitudinem, ec-
cleſiæ non eſt ita ſcandaloſa, nec ita exaggeranda,
nec ita periculoſa. Decimo ſecundum eum,quia ſe-
cundum conſuetudines Franciæ corpus † mortui, 11
qui poſt mortem damnatur,vt hæreticus, relinqui-
tur brachio ſeculari,& per brachium ſeculare com-
buritur: modo ſi viuus damnaretur ſtatim poſſet re
dire ad fidem,& confiteri errorem contumaciæ, &
talem pœnam euitare, vt c.ad abolendam. §.j.alleg.
quod remedium mors excludit:ergo iniquum eſſet,
quòd damnaretur. Dicebat tamen, quòd talis non
tenetur confiteri ſe in fide errasse, quia de hoc non
conſtat vere,ſed ſufficiat, quòd confiteatur contu-
maciam ſuam,& quòd offerat obedire mandatis iu-
dicis ſui.Plus dicebat ſoluendo ad c. inter ſolicitudi-
nes.de pur.c.quòd ibi proceſſum fuerat contra prę-
ſentem in ſuis defenſionibus exauditum. & ideo ibi
ad purgationem compellebatur. Hic vero nullus
proceſſus factus fuit contra hunc,niſi citatio prima
inducens contumaciam, & citatio ſecunda ad ſen-
tentiam audiendam.Grauius enim,vt dicit † proce- 12
dendum eſt contra præſentem, & auditum, quàm
contra abſentem inauditum. Vndecimo idem proba
bat ſic,quia iudicandus ex pręſumptionibus mitius
iudicatur.no.gl.c.inter ſolicitudines.& Inno.de prę-
ſump.quia veriſimile probatur per Inno.in c.afferte.
& facit C.de epiſc.& cle.l.ſi quis non dicam rapere.
cum ibi not.per Cyn. & C. ad l.Cornel. de ſicca.l.ſi
quis eum telo.etiam cum ibi no.per Cy. Idem dom.
Greg.in contrarium allegabat:primo,quia Archid.
idem videtur notaſſe in c.cum contumacia.exponẽ-
do verbum:velut.Reſpondet do. Greg. quòd ſolus
eſt, & loquitur contra rationem, & proprietatem
verbi.Secundo de hoc videtur eſſe text.in c.accuſa-
tus.j reſponſo.vbi crimen relapſus ex ſola præſum-
ptione iudicatur. Tertio inducit l.in princi.ff.de bo.
eorum, qui mortem ſibi conſci. vbi † accuſatus de 13
crimine ſe interficiens,habetur pro confeſſo de illo
crimine,& poſt mortem eodem modo ex illo crimi-
ne proceditur, ſicut ſi in vita fuiſſet directe,& plene
probatum. Quarto inducit iura, quæ dicunt,quòd
ex præſumptione † æquæ bene, & eodem modo, & 14
ad eandem pœnam quis damnatur, ſicut ſi eſſet di-
recte probatum crimen contra eum,vt C.ad l.Iul.de
adulter. ſi quis adulterium.Quinto inducit l.Mani-
chæos.§.pen. de hære. C. vbi ex præſumptione quis
damnatur,vt hæreticus. Sexto inducit auth.Gaza-
ros.in fi.C.de hære.confirmatam in c.inquiſitionis.
eo tit.in vj.Vbi patet, quòd talis præſumptus hære-
ticus non eſt damnandus, Imò iam damnatus, ita
quòd hic non agitur de ſententia proferenda con-
demnatoria, ſed ſufficit declaratoria, id eſt quòd
exponatur:

exponatur:damnetur id eſt declaretur eſſe damna-
tus. Quid dicendum? domi. Greg. licet hoc dubium
magnum reputaret, ſed ſe non declarauit. Sed do-
mini Mediolañ. Pictaui. Viuarieñ. & ſancti Angeli
cardinalis, Nicol. de Cremon. auditor. Martinus de
Salua referendarius. Iaco. de Seua. & Iaco. de Ianua
aduocati, & ego Ægid. eorum minimus fuimus in
opinione ſecunda, cum mea concluſione ante dicta:
licet dominus meus dominus ſancti Euſtachij eſſet
contra per motiua prædicta. Motiua huius partis
noſtræ vide ſuprà circa dictam concluſionem, &
hic ſuprà proxime tacta ſunt. Tamen vltra ea, vel
magis clare poteſt iſta pars ſecundum dictos domi-
nos ſic deduci. Primo, quia ca. contumacia ponit re-
gulam, quòd velut hæreticus talis damnetur, ergo
per omnia velut hæreticus condẽnabitur, niſi quan-
tum reperitur de iure contrarium cautum eſſe. patet
15 conſequentia: quia † propoſitio artis, licet indefi-
nita, valet vniuerſalem, vt not. gloſ. vt circa. de elect.
lib. vj. & Dyn. in rubri. de regu. iur. lib. vj. ſed hæreti-
cus damnatur poſt mortem, ergo iſte. Secundo, quia
aut eſt cenſendus verus hæreticus, & habeo propo-
ſitum. aut non, & tunc non debet ſibi imponi pœna
16 hæretici, quia † pœna de neceſſitate delictum præ-
ſupponit, & ſibi debet coadæquari. C. de pœ. l. ſan-
cimus. Tertio, quia aut præſumitur de ſolo delicto
contumaciæ per ſe conſiderato, aut præſumitur ex
crimine hæreſis. Sed primum dici non poteſt: tum
17 quia nulla † contumacia poteſt eſſe tantum delictũ,
b ſicut hæreſis, [b] & per conſequens nulla contuma-
cia requirit tantam pœnam. conſequentia patet,
quia dictum eſt, quòd pœnæ debent commenſurari
delicto. tum quia pœna contumaciæ per non com-
paritionem non purgaretur, vt probatur C. de iudi.
l. [illegible]mus. & ff. ſi quis iudi. non ob. l. vna. in princip.
cuius contrarium patet per deductionem ſeptimæ
rationis alterius partis ſuprà factã. Quarto hoc pro-
batur, quia iudex nũquàm debet procedere ad ſen-
tentiam, quouſque ſibi clare ex actis conſtet de veri-
tate illius, ſuper quo vult ſententiam ferre, vt ff. de
offic. iudic. l. illicitas. §. veritas. & de teſti. c. ſigni fica-
uint, cum ſi. Sed ſuper crimine hæreſis, & eius pœ-
na poteſt ex tali præſumptione ferri ſententia. ergo
18 talis † præſumptio non purgata, nec excuſata facit
perclare conſtare de hæreſis crimine. Quinto quòd
probatio præſumptionis violentæ eſt ſufficiens pro-
batio, etiam in materia criminali, vt l. dolum. C. de
dolo. & d. l. qui alternum. ergo cenſetur clara proba-
tio. patet conſequentia per l. fi. C. de probat. Sexto.
19 quia præſumptio hæreſis non notat certam ſpe-
ciem, vel qualitatem hæreſis, nec in ipſa hæreſi ali-
quid mutat, quo ad ſpeciem, vel etiam quo ad qua-
litatem, ſed ſolum ſignat factum, quo plene & dire-
cte probat l. per quod ipſam hæreſim præſumit, ſeu
habet pro plene probata, & adeo quòd mandat pro-
nũtiari ſuper ea, tanquàm ſuper plene probata: ergo
dicta hæreſis ſic probata cenſetur vera hæreſis, &
habetur pro vera, & vere probata. Patet conſequen-
20 tia [illegible]um quia † mutatio facti, ſeu qualitatis intrinſe-
cæ, ſeu extrinſecæ, rem, de qua agitur, non immu-
tat. licet enim id pluribus viis, vel modis fieri valeat,
non tamen refert, quo modo fiat, dummodo fiat.
Quid enim refert de eo, quod probandum eſt, quo-
modo probetur, ſiue probetur per teſtes, ſiue per in-
ſtrumẽta, ſiue iudicia, aut præſumptiones. Certe ni-
hil. Poſt quàm enim iſta ad eundẽ effectum tendunt,
cenſentur æquipollentia ita, quòd inter ea nihil re-
fert, de proba. licet. ff. ſi cer. pet. l. certum. Septimo,
quia aut huiuſmodi hæreſis, quam præſumptam ap-
pellas, eſt vera hæreſis, & habeo propoſitũ, aut non
eſt vera hæreſis, & ſi ſic, ergo non eſt hæreſis, quia
† ens, & verum conuertuntur. v. methaphiſicæ: aliàs 21
eſſet dicere, quòd diuerſitas in modo probandi di-
uerſificaret rem probandam contra illud, quod di-
ctum eſt in ratione proxime præcedenti. Et ſi non eſt
hæreſis, ergo non eſt præſumpta hæreſis: licet poſsit
eſſe præſumptio, quòd ſit hæreſis, quæ hæreſis non
eſt. Octauo, quia † probatio conueniens naturæ ma- 22
teriæ eſt ſufficiẽs, vbi videlicet alterius naturæ pro-
batio probari non poteſt, licet in alia materia non
eſſet ſufficiens, vt ff. de proba. l. ſi arbiter. & no. Inn.
de verb. ſigni. c. veniens. & c. quid per nouale. Modo
in iſta materia non poteſt haberi probatio, niſi per
prǽſumptiones, quia id quod probandum eſt in ani-
mo hominis conſiſtit: videlicet male de fide ſentire.
Vnde poſſet eſſe, quòd ore confitens ſe eſſe hæreti-
cum, non eſſet hæreticus. not. xj. q. iij. non ſolum. &
eſt glo. ij. Et quantomagis eſſet hoc poſsibile de illo,
quem teſtes dicerent hæreticum eſſe. Modo quæ in
animo conſiſtunt, directe non probãtur, ſed per præ-
ſumptiones, quæ ex exterioribus actibus colligun-
tur. not. Inno. de teſtib. cauſamq;. & Cy. C. de dolo. l.
dolum. alle. & ibi probatur. ergo † probatio ex præ- 32
ſumptione procedens eſt hic bona, & ſufficiens, &
recepta à iure. Sed caue, ne ſis ita ſimplex, quòd cre-
das præſumptionem probare, vel probari, quia illa
iuris eſt, [c] & per conſequens non probat, nec pro- c
batur, ſed ſemper certa eſt. ff. de iur. & fact. igno. l. ij.
Sed bene dicas, quòd clare, & directe probatur ali-
quod factũ, ex quo clare, & directe probato ius præ-
ſumit aliud factum faciens ad propoſitum, de quo
agitur, quod quidẽ factum aliud non probab. le eſt
directe occaſione dictæ præſumptionis, dictam &
directam probationẽ ad factum iſtud indirecte tra-
hentis, per dictam directam probationẽ dicitur in-
directè probari, prout totum colligitur ex no. Inno.
in d. c. cum cauſam. de teſti. & Cyn. in l. ſiue poſside-
tis. C. de proba. vbi plene tractat materiam præſum-
ptionum. Si ergo alia probatio hic nõ poſsibilis, niſi
indirectè, quæ mediãte iuris præſumptione ex quo-
dam intrinſeco facto inſurgit, quid ad rumbum de
diuerſitate factorum, ſiue an ex iſto, vel ex illo facto
inſurgat hæc præſumptio. ego non video vere. Nono
hoc idem probo, quia vt no. Cy. in d. l. ſiue poſsidetis.
& ita dicũt breuiter omnes gloſſatores, & ſummiſtæ.
iſta eſt † differentia inter fictionem, & præſumptio- 24
nem, quia fictio proprie ſumpto vocabulo ſemper
eſt contra veritatem, licet non cõtra poſsibilitatem
iuris, vel naturæ. Patet primo C. de rei vxo. actio. l.
vna. in princ. C. de ſent. pa. l. fi. inſtit. quib. mo. ius pat.
pot. §. ab hoſtibus. Patet ſecundum ff. ex qui. cauſis
ma. l. denique. & ff. de capti. & poſtli. reuer. l. in bello.
§. factæ. & nota. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. ſi eius.
ad fi. Sed præſumptio ſemper licet in caſu dubio, eſt
aſſumptio alterius partis veræ, & veritati aſsiſtit, &
ita procedit ff. de ſta. bo. l. ingenuũ. ff. de re iud. cum ſi.
ergo ſi ſic ius præſumit, & vult ſtare præſumptioni.
Decimo, quia præſertim in materia, quæ non poteſt

directam probationem habere, id quod probatur per præſumptionem, verum eſſe cenſetur, & replicatur. caſus eſt ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris. l. filium. C. de nup. l. ſi vicinus. ff. de proba. l. j. iuncta l. Lucius. ff de condit. & demonſtr. Vndecimo poteſt induci, quod ſi ſola præſumptio ſufficit ad damnandum vnum ad pœnas grauiſsimas, ergo fortius idem in mortuo. quia ibi non agitur de pœna temporali, & amiſsione bonorum. Inducebat dominus Nicol. illud ſpeciale, quod de probatione liberorum not. Archi. in c. ſane profertur. xxiiij. q. ij. quia ibi not. eſſe ſpeciale, ſcilicet quòd in hoc crimine probent dicti liberi, quia non idem contra vſurarium, & tamen loquitur ibi de accuſato poſt mortem, & ibi etiam ponitur caſus c. ſi quis epiſcopus. alle. Nunc videamus qualiter contraria diſſoluentur, ſeu potius taliter qualiter & ſaluo omni meliori iudicio euadentis. Et primo ad primum, & dico quòd imò fallentia locum habet in caſu iſto, quia debemus talem reputare verum hæreticũ per prædicta, & maxime, quia de hoc eſt caſus in c. ſane profertur. alleg. Et ſi vis, poteſt ad diſſolutionem vti contrario argumento per argumentum primum huius partis ſupra proxime factũ, & tamen dicitur, quòd ca. ſi quis epiſcopus. non loquitur de hæretico vero, vel præſumpto. Dico quod ſi contra talem poteſt procedi poſt mortem, fortius contra præſumptum hæreticum, quia propter maioritatem criminis hoc in crimine hæreſis, ſicut in duobus principalibus capitibus læſæ maieſtatis eſt ſtatutum. Item dico, quòd illa eſt vna ſpecialis fautoria, videlicet inſtituere hæredem illum, quem ſcit inſtituens eſſe hæreticum, quæ ita magna eſt, quòd ius ibi præſumit hæreticam prauitatem, quia talis inter præſumptos hæreticos nominatur. in c. ſane profertur. allega. ſicut ille, qui recipit conſolationem ab hæretico in morte per manus impoſitionem. per hoc præſumitur eſſe de credentibus, de quibus de hæreti. c. excommunicamus. ij. §. fin. & c. filij. alleg. Nec obſt. quòd ibi loquatur. & c. etiam de epiſcopo inſtituente extraneos non hæreticos, quia iſta lectura eſt expreſſe contra glo. & contra Ioan. And. in nouella, & ab omnibus legentibus reprobatur. Nec poteſt ſuſtineri de iure, pro eo, quia tales non ſunt excommunicati de iure, quod reperiam: licet ſecus de fautoribus hæreticorum, vt capit. excommunicamus. §. credentes. de hæreti. Non enim reperio, quòd epiſcopus inſtituens alium, quàm eccleſiam ſit excommunicatus, & tamen poſt mortem ab homine excommunicari nó poteſt, nec c. à nobis in magno. de ſent. excom. Nec obſt. quod ibi, non loquitur de condemnatione hæretici, ſed de excõmunicatione. ſeũ anathemate, quia re vera illud anathema quod dicitur de hæreticis poſt mortem, non eſt aliud, quàm condemnatio hæretici mortui, quæ fit poſt mortem. patet, quia loco condemnationis tam in veris, quàm in præſumptis hæreticis canones antiqui vtuntur hoc ver. condẽnatione permixto, & accipiunt vnum pro alio, vt patet diſcurſu illius cap. ſane profertur. Præterea, quia alias fruſtra emanaſſet per modum caſus ſpecialis ille text. & fruſtra inter alios caſus ſimiles fuiſſet annumeratus in c. ſane profertur, quia
15 excommunicatio † etiam mortui in omni caſu etiam poſt mortem fieri poteſt ad effectum exhumandi corpus de terra benedicta. per cap. à nobis. Nec mirum, quia de re mortui bene cognoſcitur, & iudicatur per modum declarationis ad effectus. qui poſſunt concernere viuos; vt ff. de rei vendic. l. vtique. cum ſimi. Ad id, quod dicitur de cap. filij, quod loquitur de vero hæretico. certe fateor. Sed dico, quòd non conſtat directe de vera hæreſi recipientis conſolationem per manus impoſitionem ab hæretico in morte, ſed solũ præſumptiue, quia poſſet eſſe, quòd alia intentione dictam conſolationem, & manus impoſitionem reciperet, quàm animo credendi erroribus, licet præſumat ius talem id feciſſe animo credendi, ſicut præſumit ius contra talem cõtumacem annalem, & pertinacẽ in tanta pertinacia ideo perſtitiſſe, quia male ſenrit de fide. Et ita eſt ibi caſus pro nobis. Ad ſecundum dico, quòd hic non fit extenſio aliqua, imò procedit ex verbis, & mente, vt dixi, quia talis, vt dixi, verus hæreticus eſt cẽſendus. Ad tertium ego dico, quòd hic non fit aliqua extenſio mundi, quia caſus iſte cadit ſub mente, & proprietate verborum. Non enim eſt extendere propoſitionem artis etiam indefinite loquentem, ſi pro omnibus eius ſuppoſitis recipiatur, imò eſt eius mens, & verborum proprietas, quòd ita fiat, vt not. glo. de elect. vt circa. & Dyn. de re iudi. lib. vj. maxime etiam, quia in verbis deficiẽtibus caſus incluſus ſub mente etiam venit ſub conſtitutione pœnali, etiam pœnam infligente ipſo iure nec cenſetur eſſe extenſio, vt ecce capitulum Carpieñ. priuat ipſo iure electum appellantem, vel contra quem appellatur, ſi certo tempore non veniat, & proſequatur, &c. Nec loquitur in prouiſo, vel poſtulato, & tamen lex dicit hunc caſum includi ex mente abſque extenſione. de elect. ſi poſtquã. in fin. & ibi not. ſuper ver. mente, in fin. facit lex C. de adul. l. ſi poſtulauerit. § ratio. de edendo. l. quidam. §. nummularios. & quod not. de temp. ordi. ca. j. in glo. quid etiam. lib. vj. & idem not. Archi. de pœ. diſt. j. c. pone. Facit ad hoc c. licet can. de elect. lib. vj. coniuncta cle. vna. de offic. vica. & quod ibi no. in glo. fi. & quod no. Ioan. And. de elect. lib. vj. ca. fin. ſuper glo. ij. in nouella. & quod notat Accurſi. ff. de re iudi l. quæ propter: & in auth. vt hi qui ſe ob. ha. prohib. res minoris. §. j. in gl. nunquid. Dico enim, quòd omnes hæreſes mundi tendunt ad idem, videlicet contra fidem [d] quæ vna eſt, vt in extrauaganti. d
vnam ſanctam. & contra Deum vnum, qui vnus eſt. & ideo, qui peccat † in hæreſi ſuper vno articulo fi- 16
dei, cenſetur peccare in omnibus, ideo omnes abiurat. de hære. c. accuſatus. gl. j. lib. vj. & ita ſunt omnes eiuſdẽ rationis. Sed in crimine læſæ maieſtatis ſunt plura capitula diuerſarum rationum, & generum, ſiue ſpecierum, & quæ committuntur in diuerſos. Nam eſt vnum capitulum, quod committitur in perſonam principis. Aliud, quod cõmittitur in rempubl. Alia quæ veniunt per modum extenſionis, & non cõmittuntur directe in principem, nec in rempubl. & iſta ſunt alterius ſpeciei, & rationis, quàm duo prima. Ideo non mirum, ſi conſtitutio mere pœnalis loquens in duobus capitulis primis, ad alia ſe non extendat, vel ſi conſtitutio generaliter loquens ad illa duo capitula reſtringatur. Et ita loquitur l. fin. ff. ad leg. Iuliam maieſtatis. Ad quartum dico, quod §. porro, non loquitur de hæretico vero, vel præſumpto, ſed in fautore, idem dico, quod de dicto Io. Mo. ibi poſito. Modo fateor, quòd non debet pœnalis

conſtit

conſtitutio loquens in hæretico extendi ad alium ca-
ſum alterius rationis, & ſpeciei, videlicet ad caſum
fautoriæ, ſicut dixi de caſu l.fin.ad legem Iul.maie-
ſtat.ff.Sed dices,quòd ca.ſi quis epiſcopus.& ca.filij.
loquuntur in alijs duabus ſpeciebus fautoriæ. Sed
dico tibi, quòd verum dicis. Dico tamen, quòd ali-
quæ ſunt fautoriæ ita magnæ, & mali generis,quod
ius ex eis, & vltra id, quod ſonant, præſumant ve-
ram hæreſim, vt ſi epiſcopus hæretico intantum fa-
neat,quòd ipſum relicta eccleſia ſua hæredem inſti-
tuat in ſua vltima voluntate:vel ſi infirmus ad mor-
tem tantam cum hæretico familiaritatem, & confi-
dentiam habeat,quòd in morte ab eo recipiat conſo-
lationem per manus impoſitioné,præſumitur,quòd
nedum fauere vel familiaritatem habere voluerit,ſed
quòd ideo intantum fauerit, vel conſolationem ab
eo ſic receperit, quia credidit erroribus eius.vt in
cap.ſi quis epiſcopus.& cap.filij.allega.Sed aliæ ſunt
fautoriæ non adeo infectæ, & malæ, quòd ius reci-
piat tantam præſumptionem ex eis,quòd iudicet ta-
les eſſe hæreticos,licet male de eis ſuſpicatur.Et de
iſtis loquitur §.porro.cum ibi not.per Ioan. Mo. Ad
quintum dico, quòd ſignificata horum verborum,
27 † quaſi, velut, veluti, tanquam, recipiuntur ſecun-
dum naturam materiæ,in qua ponũtur,iuxta quam
ſermones ſunt ante omnia ſecundum philoſophum
inquirendi.ff.loca.l.ſi vno anno.Vnde ſi natura ma-
teriæ habet quòd recipiatur comparatione,vel ſimi-
litude, tunc recipiendum eſt.vt ff.de vſuſiuct.earum
rerum, quæ vſu conſu.l.ij.ff.ſoluto matrimonio.l.ſi
cum dotem.§.ſi mulier.extra, de iudic.nouit.ibi.tan-
quam ethnicus,& publice peccans.de exceſſ.præla.
cum graue, ibi: tanquam membrum putridum. Si
verò natura materiæ habet, quòd exemplum, vel
deſignet veritatem, quaſi in modum cauſæ,quia ab
effectu multum bene arguitur ad ſuam cauſam.ar-
gumen.xxij.quæſtio.ij.quod ait.xxiij.quæſtio.v.ca.j.
& probant rationes omnes, & iura ſupra alleg. Nec
reperio dictam expoſitionem Archidia.ab aliquo re-
probari.Ad ſextum dico,quòd dicendo conſequens,
videtur ſatis neceſſarium includere antecedens.vt
ff. de procura. l.ad rem. & l.ad legatum.ff.de ſerui.
ruſti.prædi.l.iij.§.ſi iter.ff.de acquir. hæredi. l.illud.
C.ne.ſeruus hære. inſtit.l.pe. Modo in ſententia fe-
renda ſuper crimine duo ſunt regulariter. Primum
eſt delicti declaratio quod præcedit per modũ cau-
ſæ.Secundum eſt pœnæ impoſitio,quæ dicitur voce
condemnatio, quod ſequitur ad primum, ſicut ſe-
quitur effectus ad ſuam cauſam, ſicut dicimus in
perſonalibus, quòd ſententia debet declarare obli-
gationem, & inducere condemnationem, licèt to-
tum poſſet ſimul fieri, & in realibus debet primo
declarari dominium, & poſtea cõdemnare ad reſti-
28 tutionem.Nec mirum,quia omnia † iudicia tendunt
ad declarationem regulariter, quia iudex non de-
bet dare nouũ jus partibus, ſed declarare iam com-
petens.vt ff.de rei ven.l.ſed ex diuerſo.ff.ſi ſer.ven.
l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. Ergo dicendo,quòd con-
demnetur vt hæreticus, videtur dare poteſtatem
eum hæreticum declarandi.Vel aliter dicendo,quòd
ſententia debet eſſe ſimpliciter declaratoria, per
auth. Gazaros.in fin. Et quòd exponetur verbum,
condemnetur, id eſt,declaretur condemnatus pro-
pter naturam materiæ.Ad ſeptimum caue,quia di-
ctum,de quo hic arguitur,non eſt vſquequaque ve-
rum. Si enim intelligis de purgatione iſtum operan-
te defectum, quòd non declaretur poſt dictam pur-
gationem eſſe hæreticum, dico, quòd bene dicis,
quia nunquam fuit ita hæreticus malus, quin ſi di-
gne pœniteret, ſubito deſineret eſſe hæreticus. vt
xxiiij.quæſtio.j.hæc eſt fides. Vbi de hoc eſt in quæ-
ſtione vltima.dicit apoſtolus. & ca.qui in eccleſia.ij.
Idem puto,quò ad pœnæ corporalis mutationẽ,&c.
quia etiam ſtatim poſt pœnitentiam ſententia hæc
induceret. vt cap.ad abolendam.§.j.allega. Si vero
tu vis tollere pœnæ mutandæ impoſitionem, puta
pœnam carceris, & declarationem, ſcilicet præte-
ritæ hæreſis reſpectu effectus dictæ pœnæ mutatæ,
tunc auté in purgatione huiuſmodi excuſatur con-
tumacia,& pertinacia nude,& probabiliter,vtpote,
quia erat infirmus,vel furioſus, vel captiuus,vel ta-
liter abſens, quòd non cognouit edictum citato-
rium,licet falsò diceretur ad eum perueniſſe. Et tũc
dico, quòd bene euitatur totum, ſcilicet ſententia,
& quæuis impoſitio pœnæ. Et ſic procedit dictum
viij.poſitum. in capitu. excõmunicamus.§.j.ſuper
verſic.damnetur. in nouel. Ratio, quia ante † ſen- 29
tentiam reus ſemper poteſt allegare ſuas defenſio-
nes.Et ſi illas allegauerit, & probauerit condemna-
tionem euitabit. vt probat cap.filij.allega. Aut ipſe
in nullo excuſat contumaciam ſuam, ſed forte eam
confitetur: dicit tamen,quòd non animo male opi-
nandi de fide hoc fecit, & offert ſe ſtare ſuper hoc
mandato iudicis,& eccleſiæ. Et tunc dico, quod ni-
hilominus non euitat iſtam ſententiam, videlicet,
quin declaretur eſſe hæreticus, & quòd etiam non
euitet pœnæ mutatæ impoſitionem, videlicet pœ-
nam carceris de rigore iuris. Et hanc opin.quicquid
dicatur tenent Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap.excom-
municamus.§.j.alle.reprobãdo, quo ad hoc dictum
viij.per auth.Gazaros, allega.niſi quantum de rigo-
re iuris. Ratio quia cum violenta præſumptio, ſu-
per qua fundatur capit. cum contumacia. reſpiciat
tempus præteriti anni, & purgatio concernat tem-
pus præſens,non poteſt eſſe ſufficiens ad elidendam
dictam aliam præſumptionem violentam, cum non
percutiat ad tempus ſuum. Et quia valde eſt poſsi-
bile,quòd tunc fuerit hæreticus,& non modo.Nam
quando † moræ occaſione ſtatus negotij eſt muta- 30
tus,non eſt locus purgationi.vt probatur ff.de act.&
obli.l.traiectitiæ.§.deinde.& per l.quas vincit.alleg.
ſi bene inſpiciantur & hoc probatur, videlicet.ff.de
ope.le.l.mancipiorum.& de præbend.ſi tibi abſenti.
Modo ita eſt hic, quia propter moram oria eſt præ-
ſumptio veræ hæreſis, imò forte ſi neget veram hæ-
reſim,eſt in periculo,quòd non reputetur vere pœ-
nitens,poſtquam per dictam præſumptionem iuris
probatur hæreſis temporis præteriti contra eum.
& videtur text.in cap.ad abolendam.§.j.in fin. Item
miror,quòd ſaltem negetur hoc caſu purgationi lo-
cus eſſe, quia videtur mihi eſſe contra principia iu-
ris. Nam negari non poteſt, quòd ſola præſumptio
vehemens,licet non violenta, nec ſufficiẽs ad con-
demnationem inducit effectum purgationis, etiam
in crimine hæreſis,vt probatur ad literam de præ-
ſump.c.literas. & facit c.inter ſolicitudines.alleg.de
purga.cap. Pro eo enim,quòd talis præſumptio non
eſt violenta, nec per conſequens ſufficiens ad con-

demnationem inducendum, requiritur purgatio, c tanquam remedium ſubſidiatium, quo remedio 31 opus non eſt. cum eſt præſumptio violenta, † quia illa ſufficit ad condemnationem.vt de ſimo.cap.inſinuatum.cum ibi notatis.ſuper vltima glo.& tamen negari non poteſt, quin ex ſola cōtumacia orta fuerit præſumptio vehemens. & ex pertinacia annali violenta ſecundum omnes ſcribentes,ergo ſi negare condēnationem. ſaltem viribus oportet fateri purgationi locum fore,quia ſola negatio citati non poteſt tollere ſic ſubito præſumptiones ambas, ſicut nec tollit in iuribus allegatis. ¶ Ad octauum dico,
32 quòd ſicut mors † præcludit plures modos defenſionis, ita tollit plures modos punitionis, vtpote mortem ciuilem, & temporalem, ac pœnam carceris. Item licet poſt mortem damnetur mortui memoria.& bona publicentur in hoc caſu. & tamen in hoc plus puniuntur illi de genere, & habentes ſuccedere adhuc viuentes, quàm ipſe mortuus,& magiſtum affligitur ipſe mortuus ſecundum veritatem. Viui vero admittuntur ad defenſionem ſecundum omnes.vt ff.de lib.cau.l.j.ij.& iij.& l.liberius.eo.titu. & de appel. non tantum. & de bonis eorum.l.iij.§.fi. & de iure fiſ.l.res quæ.ad leg.Iul.maie.l.fi. Sic ergo video.quòd contra pupillum furioſum,& abſentem cauſa reipublicæ fit proceſſus grauior, videlicet miſsio in poſſeſsionem. Dico grauior reſpectu abſentis,quā hic reſpectu mortui.Præterea quid mihi dices, nunquid in directa accuſatione contra atteſtationes,& probationes directas forſan falſas daretur viuo defenſio,& tamen illa poſt mortem excluditur, nec impedit excluſio poſt mortem accuſationem,ergo,&c. Ad nonum dico, quod ergo procedit
33 ex errore certo, videlicet † ex contemptu clauium, quod inducit vehementem præſumptionem hæreticæ prauitatis.vt cap.grauem.de pœ. Præterea quia non refert an contra vnum articulum ſpecialiter an contra Deum,vel fidem in genere erretur:quia ſemper eſt idem defectus,quia fides tota eſt vna. Et qui peccat in vno, omniū eſt factus reus.vt prædixi per cap.accuſatus.§.j.allega. Item quia hic non attenditur ſolum ratio ſcandali, imò magis attenditur ratio periculi, ne vna mala ouis inficiat totum gregem. xlv. diſtinct. ſed illud. xxiij.quæſtio iij.reſecandæ. de regu.ea quæ.in fin.primi reſponſi. Ad decimum dico,quòd in tali ſtatu,in quo quis moritur,cenſetur ſemper reſiſtere voluiſſe, ſi vixiſſet, de cap.maiores. de bap. C. de vſufruct. l.ambiguitatem. Et idcirco, quia amplius non eſt locus remedio per pœnitentiam, ſecurius procedi poteſt ad terminos illius qui nec pœnituit, nec pœnitere poteſt declarationem & punitionem. Ad vndecimum dico, quod ſecundum veritatem illa Innocen. in cap.quia veriſimile. & gloſ.Bern.in cap.inter ſolicitudinem.communiter
34 reprobatur: imò dicit ibi Hoſt.quòd deficiens † in purgatione.& ideo condemnandus,verus hæreticus eſt cenſendus, & vt talis, pœna ordinaria puniendus, niſi pœnituerit, &c. quia qualitercunque probetur hæreticus, hoc ſufficit ſecundum eum. Et ita not.Hoſtien.ibidem,& cap.cum P.eo.tit.& cap.qualiter.ij.de accu.& Ioan.And.poſt eum.Item quia hoc non concernit tempus, vel modum ad ſententiam procedendi.Sed cōcernit,dum eſt ſententia ferenda modum pœnam infligēdi,ideo nil ad rumbum.Non obſt.not.Cy.in l.ſi quis non dicam rapere.& l.ſi quis cum telo.quia loquuntur in delicto non conſumpto ſecundum omnes.

Redeo ad concluſionem dclxxvij.& dclxxxviij. de vocatione illorum, quorum intereſt,&c. ¶ Circa quod ſciendū,quòd domini Pictauieñ. Mediolaneñ. Viuarieñ.& ſancti Angeli cardinalis,& do.Martinus de Salua, fuerunt in opinione, quòd tales de neceſſitate vocandi non eſſent,licet domini Mediolañ.& Viuarieñ. Cardinales, & domi. Martinus de Salua prædicti bene faterentur ſecurius eſſe,& expedientius ante factum ipſos vocare.Sed dominus noſter, & dominus meus domi.Cardinalis ſancti Euſtachij, & domini Robertus de Feracone,Nicolaus de Cremona,& domi.Franciſ.laudo, auditores, & domini Iaco.de Sena.& Ioan.de Ianua aduocati, & ego eorum minimus,fuimus in opinio.quod concluſiones prædictæ dclxxvij.& dclxxxviij.eſſent veræ. Motiuum principale primæ partis fuit, quia † inſtantia 35 cauſæ criminalis non tranſit in hæredem,ſed potius durat cum mortuo, quia damnatur mortuus & memoria eius, & cōcernit mortuum principaliter,ergo omnibus præiudicat.Nec poteſt dici edictum circunduci,quia illud habet locum,cum inſtantia tranſit in hæredem, nec eſt ferenda ſententia contra mortuum. Allegabatur ca.vt hi,contra quos.vt lit.pend.lib.vj. ¶ Motiuum alterius partis noſtræ fuit iſtud,quia aut conſideramus intereſſe mortui, aut conſideramus intereſſe viuorum.Si primò,adhuc,poſtquam caret omni ſpeciali, & principali defenſore,edictū † per- 36 emptorium proponendum eſt, vt ſciat iudex, an ſit aliquis cognatus,affinis,vel alius,qui defendere velit, per l.hoc autem.§.j.ff.de ho.auth.iudi.poſ.l.cum proponas.in vij.q.quia prædicta loquuntur in prædicto maiore, qui potuit citare ad domum,vt l.iij.§. ſed ad domum.ff.de damn. infect.vel qui poteſt dimittere procuratorem.l.necnon in princ.ff.ex quib. cau. maio. Sed hic ſecus. ſed l.benignus.ff.de lib. cau.Si conſideremus intereſſe, & præiudicium illorum,qui viuunt,habent locū argumenta facta circa dictas concluſiones. Et hoc potiſsime,quia licet viuente principali videretur eos iſtud concernere per modum ſequelæ. Modo iſtud eos concernit principaliter, & multo principalius quàm aliquos alios, quia principales competitores ſunt in bonis, & eſt eis apertum ius,& non ante. Nunc non habet alium defenſorem cauſæ, & ante habebant, ita quòd ceſſantibus nunc rationibus, & cauſis, quarū ceſſabat prius vocandi neceſsitas, locus huiuſmodi vocationum eſſe debet per communia iura. Et per hoc motiuum tollitur motiuum contrarium. Nec ob.c.vt hi, contra quos.quia dicitur ibi vocandos non eſſe illos, quorum intereſt,quia imo conſueuimus eos vocare, & credo quòd de neceſsitate vocandi ſunt,quia idē † ipso iudicium de toto, quod de parte, poſtquam 37 non reperio ratione diuerſitatis inter totum & partem,vt de rei ven l.quæ de tota. & ff.de v ſuris.l.qui ſit. Modo ſi ab initio, reſpectu totius litis,cauſa beneficialis non reperiret defenſorem, tunc ageretur contra certam perſonam, & vocandi eſſent omnes, quorum intereſſet per edictum.vt c.fi.de elect.lib.vj. ergo idem in parte proceſſus fiendus mortuo eo cuius principaliter intereſt, quia aliter ſententia non ferretur iudicialiter,quia non ferretur cōtra partem certam,

38 certam, vel incertam, ſed † potius extraiudicialiter.
Et ita vim rei iudicatæ non haberet. Nec valet dice-
re, quòd pro eo, quòd non tranſit inſtantia directe in
hæredem, ſit non circunductum edictum: quia imo
eſt iſta potiſsima vna ratio, quare neceſſario circun-
datur, quia mortuum non poteſt arctare, nec conſti-
tuere contumacem, nec per conſequens in eius per-
ſonam aliquem operari effectum. Sed ſolum erat du-
39 bium propter hæredē, quia † repræſentat perſonam
defuncti, in vitiis, & omnibus, vt ff. de diuerſis &
temporalibus præſcriptionibus. l. cum hæres. Et ideo
videbatur propter eum durare edictum. Modò lex
illo caſu dicit non durare, ergo fortius nec in iſto
durabit. Nec valet dicere, quòd quia mortuus tan-
gitur principaliter, & dānatur, præiudicet aliis, quia
colorem haberet ſi mortuus defenderetur, ſed eo in-
defenſo iniquiſsimū eſſet, quòd ſententia lata con-
tra indefenſum, vbi vel alteri nocere deberet, præ-
ſertim in crimine. ff. de requirendis reis. l. j. de pœnis.
l. abſentem. & C. de accuſa. l. ſi accuſatoribus. & l. ab-
ſentem. & l. fi. & C. quomodo, & quādo iudex. l. con-
ſentaneum. l. ab eo. & l. ea quæ. & ff. ſi quis ingenuus
eſſe dicatur. l. j. & de colluſione detegēda. l. iij. & ff. de
inoffi. teſta. l. qui repudiatur. §. fin. & l. Papinianus. §.
meminiſſe. & ff. de euic. l. ſi ideo. & C. de periculo, &
commodo rei venditæ. l. j. Pro parte noſtra allegabā
id, quod probatur clare per l. proxime alleg. videlicet
quòd ea quæ fiunt in cauſa, non nocent abſentibus,
niſi cauſa legitime ſit defenſata, præſertim in crimi-
nibus per iura prædicta, quæ clare hoc probāt. Item
allegabat dominus noſter, quòd ad hæredem perti-
net agere pro iniuria facta famæ teſtatoris vt l. j. §.
quoties. ff. de iniuriis. Et quòd hæredum ſpecialiter
hoc intereſſet, hoc allegabat, & hoc ſpecialiter l. res
quæ. in princ. ff. de iure fiſ. & l. fi. ff. ad l. Iul. maieſtatis.
facit etiam l. iij. in fi. ff. de bonis eorum, qui mortem
ſibi conſciuerunt. Et dicebat, quòd aliter fruſtra
emanaſſet c. filij. Dicebat do. Viuarieñ. quòd fruſtra,
40 & male vocarētur hæredes, cū eos negemus, † quia
dicimus illum eſſe hæreticum, & per conſequens il-
lum hæredem habere non poſſe. Dixi, quòd imò lite
pendente, & donec poteſt de contrario conſtare per
legitimas defenſiones allegādas, & probandas, non
debemus hoc dicere. per no. gl. & Inno. de teſtib. c. ſi-
gnificarunt. de cauſ. poſſeſ. & propriet. ca. paſtoralis.
Alioquin cauſa non cognita, & inaudita iudicare-
mus, cum adhuc ſub iudice lis eſt, cuius euentus ad-
huc dubius eſt. ff. de pecul. l. quod debetur. Dixit ta-
men d. Nic. hanc practicam expedire, videlicet quòd
non vocentur ſpecialiter hi, vel illi, ſed generaliter
illi, qui poſſunt, & debent de iure vocari, ſeu admit-
ti, quod valde placuit domino noſtro.

a ¶ Hæretico vero. *Nota, quòd ad rationem hæretici veri duo concurrūt. vnum eſt in ratione, hæreſis initium alterum in voluntate, id eſt, hæreſis complemētum, vt quia pertinaciter a fide deuiat, & talis proprie dicitur hæreticus verus, & de illo dicit apoſtolus ad Titum iij. Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita. Adde, quod hæreticus eſt non qui errat, ſed qui errorē ſuum pertinaciter defendit. Et nota, quòd ille non eſt hæreticus, qui licet dubitet de fide, & ſcrupulum habeat conſcientiæ, tamen habet firmitatem animi. nec perſeuerat in quadam pertinacia, ſed confirmat ſe cum fide eccleſiæ. vt notat abbas in cap. j. de hæreti.*

b ¶ Sicut hæreſis. *Adde, quod nullum peccatum eſt hæreſi grauius. xxiq. quæſt. v. q. quid in omnibus. xxiiq. quæſt. iij. quid autem. xxiq. quæſt. iij. primum.*

c ¶ Illa iuris eſt. *Nota, quòd præſumptio iuris, & de iure operatur plura, de quibus late per Fel. in c. quanto. in vlti. col. de præſumpt. & inter alios effectus quos operatur vnus eſt, videlicet vt condemnatus ex præſumptione iuris, & de iure non poſſit appellare, quia habetur pro confeſſo, & conuicto: & conuictus, & confeſſus non appellat. l. ij. C. quorum appella. non recipi. vt per Hipp. de Mar. ſingu. cxvj. incip. præſumptio.*

d ¶ Contra fidem. *Nota, quòd hæreticus proprie eſt, qui falſam de fide opinionem inuenit, vel inuentam ſequitur. xxiiij. quæſt. j. hæc eſt fides. & quæſt. iij. hæreticus. Adde, quòd imò etiam qui circa fidem dubius eſt. extra. eo. cap. j. & intelligi debet dubius, qui determinate perſiſtit in dubietate. Secus de illo, qui de fide cum dolore cordis tentat de quo ſupra.*

e ¶ Requiritur purgatio. *Nota, quòd purgatio canonica licita eſt, & diuerſimode exercetur. ij. quæſt. v. per totum. & an deficiens in purgatione puniatur, vt conuictus, vide per Abba. in c. inter cæteros. de accu. Adde, quòd quemadmodum deficiens in purgatione punitur vt conuictus, ita & contumax in purgatione aſſumenda. vt patet ex c. tua nos. de coha. cleri. & mulie.*

CONCLVSIO DCLXXXIX.

De accuſationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In crimine læſæ maieſtatis ipſo iure bona non veniunt confiſcanda.*

IN crimine † læſæ maieſtatis [a] bona non confiſcan- 1
tur ipſo iure. vt l. quæſitū. ff. qui & à qui. ma. li. non a
fi. & inſtit. de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. §. per contrarium. & ibi not. licet ſecus in crimine hæreſis. & aliis criminibus, de quibus in c. cum ſecundum. de hære. lib. vj. & ibi probatur, quod eſt notabile, ſecundum dominum noſtrum. Idem not. domi. Bar. ff. de iure fiſci. l. imperator. licet Dyn. contra, quem ibi reprobat Bar. licet etiam do. Ioan. And. in gloſ. cap. cum ſecundum. in fin. de hæretic. lib. vj. contrarium teneret, & male. Vide omnino de materia huius concluſionis ſupra.

a ¶ Læſæ maieſtatis. *Nota, quod graui pœna puniuntur conuicti crimine læſæ maieſtatis xv. quæſt. iij. ſane. Adde, quòd nulli de ſe confeſſo creditur contra alium, niſi in crimine læſæ maieſtatis. xv. quæſt. iij. nemini. & C. de accuſa. l. ſi. n.*

CONCLVSIO DCXC.

De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio facta iudicialiter, ſiue extraiudicialiter nocet confitenti.*
Fallit ſi confitens fuerit furioſus. numero 2.
Item ſi coactus confeſſus fuerit. nume. 3.
Item ſi per errorem confeſſus fuerit. nume. 4.
Item vbi veritas eſt contraria confeſsioni. nume. 5.
Item ſi verba confeſsionis proferuntur non animo confitendi. nume. 6.
Item ſi confeſsio fuerit extraiudicialis. nume. 7.
Item ſi confeſsio fuerit facta in abſentia partis. n. 8.
Itē vbi quis ſpe futuræ numerationis cōfitetur. n. 9.
Item vbi confeſsio eſt facta ſuper eo quod quis non poteſt diſponere. nume. 10.

COnfeſsio † emiſſa iudicialiter, vel extraiudicia- 1
liter [a] facta probat cum deliberatione in præ- a
iudicium confitentis. probant communia iura. C. de non numerata pec. l. generaliter. ff. depoſiti. l. Publia. ff. de confeſsis. l. j. C. eo. l. vna. extra. eo. c. cum ſuper. & c. ex parte. de exceſsi. prælato. quàm graue.

a ¶ Iudicialiter, vel extraiudicialiter. *Confeſsio. iudicialis an præiudicet confitenti, vide Panor. in cap. ex parte. de confeſs. An autem confeſsio extraiudicialis præiudicet in abſentia partis, vide eundem Panor. in cap. ſi cautio. de fide inſtrumen.*

SEQVVNTVR fallentiæ.

2 Prima fallentia eſt.† ¶ Si perſona, quæ confitetur, habeat aliquem defectum, qui impediat ipſum effectualiter cõfiteri, vt quia furioſus, vel mente captus, vt de ſucceſsionibus ab inteſtato.c.j.vel pupillus nõ habens autoritatem tutoris, vt ff.de confeſsis.l.certum.§.in pupillo. In alio autem minore, vel non valet, vel datur reſtitutio.vt d.l.certum.§.penul. Super quo dic, vt not.Cyn.C.de confeſsis.l.vna.circa principium.& in vltima quæſtio.de confeſsione adminiſtratoris qualiter noceat domino. dic vt not.Innô.vt lite non conteſt.cap.j.& c.quòd quibuſdam.de fideiuſſoribus. & per Henric. de confeſsis.ex parte.in tertia diſtinct.& per domi.Barto.ff.de confeſsis.l.certum.§.ſed an & ipſos. & per Iacob. & Pet.ff.ſi quis ius dicenti non obtempe.l.j.§.ſed ſi procurator.& ibi etiam plene per Bart.& forte infrà dicam.& Cyn.de confeſsis.l.vna.in xiiij.quæſt.

3 Secunda fallentia.† ¶ Si non ſponte, ſed coacte eſſet quis confeſſus. ff. de confeſsis.l.j.§.diuus. niſi in confeſsione ceſſante metu, & violentia vltro perſeueraret.vt dicta l.j.§.ſi quis vltro. & notat Cyn.C.de quæſtio.l.fin.in v.quæſt.

4 Tertia fallentia.† ¶ Vbi per errorẽ quis confitetur.& non ſcienter.De quo dic, vt no.Bar.de confeſsis.l.nõ fatetur.& per Cy.& Iac.Butri.C.de iuris, & facti ignorantia.l.error.& per Cy.C.de confeſsis.l.vna.in xiiij.q.& per canoniſtas.de confeſ.ca.vlti.& ibi per Henri.in vlti.diſt.& forte infrà dicam.

5 Quarta fallentia.† ¶ Vbi veritas contraria, de qua conſtat, aut rei confeſſatæ, ſeu eius cauſæ incertitudo.fauor, vel fraus, ſeu iuris, vel naturæ impoſsibilitas ipſi confeſsioni aduerſatur. De veritate contraria habes ff.de interrogatoriis actionibus.l.✱ confeſsionib.& l.is cuius.& ff.ad l. Aquil.l.inde Neratius.§.fin. Dixi de qua conſtet, quia confitenti incumbit onus probãdi, vt l.inde Neratius.§.fi.allegat.& hoc probaro cõſtet de errore.Ideo locus eſt reuocationi.vt C.de confeſsis.l.vna. circa princ. lecturæ huius.j. De incertitudine rei confeſſatæ eſt caſus.C.de confeſsis. l.certum.j.reſponſo. De incertitudine cauſæ videlicet non expreſſatæ in confeſsione, eſt tex.ff.de probat.l.cum de indebito.§.fin. extra de fid.inſtru.ſi cautio quod habet locũ in perſonalibus. & ita procedit quod not. Spec.tit.de confeſsis.§.nunc dicendum.ver.ſi autem non fuit cauſa, &c.ſaluo quòd facit probationem ſemiplenam, etiam in perſonalibus, vt ibi not.Spec & Accur.C.de conuen.fi.debi.l.vlti.lib.x.Sed ſecus in realibus, & eſt text.ff.de confeſsis.l.certum.§.ſed & ſi fundũ.Ratio diuerſitatis eſt iſta, quia in vna re non poſſum habere, niſi vnicum dominiũ, & ex vnica cauſa, vt l.vbi autẽ non apparet.§.fi.ff.de verb.oblig. & inſtit.de act.§.ſic itaq;.Sed in perſonalibus ad eandem rem poſſum habere plures obligationes, & ex pluribus cauſis.ff.de actio.empr.l.non eſt nouum.cum ſimi.Ideo non mirum, quòd in realibus non eſt, neq; eſſe poteſt aliqua incertitudo in re cõfeſſata, cum res, de cuius dominio agitur, eſt certa.argu.ff.de libe.& poſthu.l.nominatim.& de teſt.✱.licet ex quadam.Sed in perſonalibus eſt incertitudo ſuper re cõfeſſata, videlicet ſuper debito, vel obligatione.arg.l.cum incertus.ff.de lega.j.ergo non mirum, ſi vna propter incertitudinẽ vitietur, & alia non, vt l.certum.in princi. & §.j.alleg. in ſimili.per l.& eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.per hanc l.dicunt Cyn. & Per.C.de probat. l.non epiſtolis. & hi in cap.ex parte.de confeſ.in realibus cauſam non requiri.Et quod ideo valet in eis cõfeſsio ſine cauſa.vt ff. de probat.l.quidam.& l.vlti. Sed ratio præcedens videtur mihi clarior. Eodem modo facit c.abbatem.de re iudic.lib.vj.Hinc eſt, quòd opinio vnius ſubtilis doctoris non procedit, qui dicebat, quòd de iure canonico confeſsio emiſſa ſine expreſsione certæ cauſæ bene valet in perſonalibus. Dicebat enim, quòd ratio §.fin.l.cum de indebito, fuit, quia non omnes cauſæ obligationum de iure ciuili pariunt actiones.vt ff.de pact.l.iuriſgentiũ.§.ſed cum nulla, quòd nõ procedit de iure canonico.per no.de pact.c.j.& eo.tit.quotiens.xij.quæſt.ij.quicunque ſuffragio.& c.quia Ioan.de iureiuran.c.ex parte.de reſcri. Sed non valet, quia imo eſt alia ratio dicti §.fi.videlicet certitudo obligationis in confeſsione deductæ. Item habet hoc locum in obligationibus, nõ autem in liberationibus.vt ff.de pact l.tale pactum.in prin.& in authen.de teſtib.§.licet.colla.vij. Intellige quo ad effectum probandi. Secus enim quo ad effectum liberandi, ſi pars præſens non eſſet.dicam infrà Ratio diuerſitatis eſt fauor liberationis vt l.Arrianus.ff.de actio. & obligatio. & l.fauores.ff.de regul.iur. imò & alia poteſt eſſe, quia plus deſtruit negatio, quàm affirmatio ponat, quia negatio deſtruit totũ, quod ſequitur eam, vt ff. de rebus dub.l.is qui ducenta.§.vtrum. Ideo ſi profiteor te non teneri mihi in decem, certe ſateor te in nulla cauſa teneri, quia ſequitur, non teneris, ergo ex nulla cauſa teneris, quia ſi teneris, reuera ex aliqua teneris. Modo qui ex toto negat, ſuam negationem incertam non facit, ergo ceſſat ratio §.fin.l.cum de indebito. allegat.in cauſa liberationis. Et ideo non eſt mirum, ſi ceſſat etiam deciſio illius iuris. Idem etiam puto in aliis pactis ſuper liberatione factis, quæ ſecũdum omnes non habent aliquam diſpoſitiunem tacite, vel expreſſe, vtpote ſi confiteor te ſoluiſſe. Ratio, quia multiplicatio obligationum nunquàm præſumitur. argu.ff.de proba.l.cum de indebito.§.j. Et quia præſumitur ſolutio facta ad effectum liberationis obligatioñ.grauior ff.de ſolu.l.j.& §.ad hæc.alleg. Primum tamen pactum de lege tale factum ſecundum communem opinionem habet in ſe diſpoſitionem tacitam liberatoriam. No.hoc in ca.ex parte.allega. argu.per l.iuriſgentium.§.prætorum & l.ſi pactum.ff.de probat.& nihilominus, quòd licet tale pactum factum in abſentia partis, non valeat ad obligationem, valet tamen ad liberationem. Facit ad ſequentia valde bene. Caue, quia etiam fallentia habet locum in extraiudicialibus, quia in iudicialibus ſtandum eſt concluſioni iam dictæ, etiam ſi fiat in iudicio confeſsio ſine cauſæ expreſsione. Ratio, primo, quia non eſt text. loquens in confeſsione iudiciali, qui ponat fallentiam contra regulam concluſionis noſtræ antedictæ. Secundo, quia text. dicunt indiſtincte confeſsionem iudicialem valere, nec dicunt, an cum cauſa, vel ſine cauſa. vt ff. de interrog. act. l.j.& l.voluit.§.quod autem. & ff. & C. de confeſ. per to.imo ſatis hoc probatur in l.certũ.§.& ſi alia.ff. de confeſ. Tertio, quia in iudiciis quaſi contrahitur.ff.de pact.l.iij.§ idem ſcribit. Modo obligatio

contra

confeſſio ... cauſam non requirit. Sed confeſsio extraiudicialis non parit obligationem. vt d. l. Publiani in fi. Et iſta eſt vna ratio diuerſitatis inter iudicialia, & extraiudicialia ſecundum Pet. in d. l. generaliter. C. de non num. pec. in iij. quæſt. Sed alia ratio poteſt reddi, quòd maior, quòd ratio, quare confeſsio facta de re incerta non valet, non fuit, quia res incerta deberi non poſsit quia imo poteſt. vt ff. de legat. j. l. cum incertus. & l. legato. ff. de iure dot. l. cum poſt. §. gener. Sed fuit, quia confeſsio facta de re incerta, non videtur facta bene deliberate. Ideo voluerunt iura, quòd talis negatio obeſſet confitenti. Item, quia agi non poteſt in perſonalibus, niſi certa cauſa expreſſa, vt extra. de lib. obla. cap. fin. & de cenſi. cap. peruenit. & C. de edic. diui Adria. l. vlt. & ff. quando di. le. ce. l. vlt. hoc legatum. Facit ff. de iureiur. l. duobus. §. colonus. & de inſtit. l. habebat. ar. ſu. ce. l. ſi colonus. Modo confeſsio non parit effectum obligationis regulariter. vt l. Publiani, in fi. ſed bene probationis, vt ibi. Probatio autem fieri non poteſt, niſi primo detur libellus ſuper modo agendi, ac lis ſuper eo conteſtetur, vt extra. vt lite non conteſt. per totum. Dari autem non poteſt libellus ſuper incerta obligatione. vt probatum eſt. Nec ſuper incerta poteſt ferri ſententia. inſtit. de actio. §. curare. C. de ſent. quæ ſi. ex cer. quant. per totum. xj. q. iij. graue. Sed caue, quia confeſsio facta iudicialiter parte præſente ſuper incerto, bene præiudicat in effectu. Ratio eſt, quia iudex debet compellere eum captis pignoribus, vel per cenſuram, ſi ſit eccleſiaſticus, ſuam confeſsionem declarare, vt d. l. certum. §. j. cum ibi not. in glo. Vel debet haberi pro confeſſo, ſi non reſpondeat certum vt cap. ij. de confeſſ. lib. vj. Vide ſuper hoc Cy. C. de iuram. calum. l. ij. §. quòd ſi actor. & Bart. in d. l. certum. §. j. Aliud de confeſsione facta extra iudicium propter cauſam, quæ ſuprà, & infra ſequitur, ſed quia ceſſat iudicis officium, & non competit actio ad compellendum ad faciendum confeſsionem certiorem. Si vero detur libellus ſuper incerta obligatione, confeſsio illam non probat, quia extra propoſitiones artis male argui poteſt ab indefinitiua ad ſingularem, vt colligitur ex not. Dyn. in rubr. de re iudic. lib. vj. in glo. & glo. in c. vt circa. de elect. eod. lib. Non enim ſequitur: debeo tibi decem, ergo debeo tibi ex cauſa mutui, vt de ſe patet. nec poteſt operari confeſsio, niſi propoſita, & probata iudicialiter, quia nullus extra iudicium poteſt ſibi ius dicere. C. de iudic. l. nullus. Sed prędicta ceſſant in confeſsione iudiciali. Nã illa refertur ad cauſam, ex qua agitur, quia quæ in præfa. &c. vt l. Titia. §. idem reſpõdit. ff. de verb. obl. & facit l. ij. & iij. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. licet ſi actum eſſet generaliter, & admiſſus fuiſſet libellus, licet fieri non deberet, iuxta l. fin. C. de ann. excep. putarem valere talem confeſsionem, pro eo, quia parit obligationem, & facit hæc auctoritas iudiciorum, quam non debet quis deludere. ff. de iudic. l. ſi prætor. Facit: quia non valet talis confeſsio, niſi parte præſente ſecundum communem opinionem, vt d. l. certum. §. ſi quis abſente. Sed dicetur infra. Modo non eſt veriſimile, quòd corã iudice, ſeu parte præſente quis dicat contra ſe indeliberate, vel male: arg. C. ar. ... t. l. h. Ideo de vagatione in iudicio, non video, quo ad hoc curandum fore. Et ita per prę miſſa clare apparet, qualiter valet confeſsio facta cũ cauſa, vel ſine cauſa in iudicio, vel extra in perſonalibus, vel realibus, in obligationibus, vel liberationibus de fauore, vt ſi confiteor me eſſe ſeruum tuum, fauor libertatis impedit, ne confeſsio obſit. C. de lib. cau. l. interrogata. & l. parentes. Quod intellige, niſi confeſsio fieret iudicialiter, & contentioſe, vt l. iubemus. eod. tit. Et ita not. fi. glo. j. cap. ex parte. alleg. & Accur. l. vna. C. de confeſſ. & ibi per Cy. de frau. vel iuris impoſsibilitate vel naturæ. Dic vt not. glo. ac etiam doct. omnes cum glo. in l. vna. & cap. ex parte alleg.

Quinta fallentia. † ¶ Si verba confeſsionis non proferuntur propter ſe, nec animo confitendi, vt ſi crederem te eſſe fratrem meum, ſcribo tibi epiſtolam, in qua te nomino fratrem meum, & voco te ad paternæ hæreditatis diuiſionem, talis epiſtola non probat te eſſe fratrem, quia dicta nominatio non fiebat propter ſe, nec animo confitendi. Et talia verba apud quoſdam appellantur narratiua, non diſpoſitiua. Alia vero, quę probant, appellantur diſpoſitiua: non quia obligationem diſponant, ſed quia confeſsioné inducunt. Et probatur dicta fallentia. C. de probat. l. non epiſtolis. & l. non nudis, & C. de teſta. mili. l. ex his verbis. & ff. famil. herciſc. l. qui familiæ. & C. de teſta. l. neque profeſsio. & C. de cau. ſal. adiect. l. j. & ibi per Cy. poſt Pet. diſtinctione magna. 6

Aliam fallentiam † ponunt quidam in extraiudicialibus, quia dicunt confeſsionem extraiudicialem, etiam quo ad effectum probandi, non prę iudicare. Quam opi. ſequitur Hoſtien. extra. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. fin. per illud cap. fin. Eandem opin. ſequitur Io. in ſumma xv. q. vlt. & Hugo ea cauſa. q. v. presbyter. Sed iſte intellectus Hoſtien. non procedit, quia veritas eſt in contrarium ſaluis fallentiis, de quibus ſupra, & infra dicam. Et eſt caſus in l. Publia. in fi. & l. generaliter, alleg. & tenent glo. Accur. & Bernar. in c. ex parte. & l. vnica. alleg. Inn. & Ioan. And. de ſucceſſ. ab inteſt. l. fi. alleg. Iac. Pet. & Cyn. l. generaliter. & l. vna. alleg. & extra. de iureiur. cap. j. in cle. Nec cap. illud fi. obſt. per not. ibidem per Innoc. vel quod dicit ibi, quòd non probat ſufficienter, forte procedit attento modo agendi: quia, vt dicit ibi Hoſtien. non agebat ibi abbas ex donatione inter viuos, ſed cauſa mortis, quę ibi per talem confeſsionem non probatur. Vide de hoc alter not. per Dy. in regula. Quod ſemel placuit. lib. vj. 7

Aliam fallentiam † ponunt communiter quaſi omnes gloſſatores: videlicet in caſu, in quo confeſsio fieret in abſentia partis. alleg. ff. de interro. actio. l. fi. & ff. de confeſſ. l. certum. §. ſi quis abſente. Hanc opinionem ſequitur Accur. in d. l. fin. & l. vna. C. de confeſſ. & C. de conue. fiſ. de. l. fin. lib. x. & ff. de probat. l. cum de indebito. §. fi. & Ber. & Hoſtien. in c. ex parte. de confeſſ. Pet. vero, & Cy. poſt eum. C. de non num. pecu. l. generaliter. in quarta quæſt. & Henric. Bohic in d. cap. ex parte. in prima diſtinctione, fatentur dictam fallentiam in vno caſu ſolummodo: videlicet dummodo in contentioſo iudicio per modum contentioſæ iuriſdictionis procederetur: quia vt valeret cõfeſsio, requireretur præſentia partis, & ita procedũt. l. fi. ff. de inter. act. & dictus §. ſi quis abſente. Et eſt ratio: quia talis confeſsio hoc caſu parit obligationé. vt l. alle. & probatur. idem ſcribit, alle. & 8

abſenti non requiritur obligatio. vt §. alteri, inſtit. de inut. ſtipu. quia eius conſenſus requiritur. vt l. ſi abſenti. ff. de dona. & de præb. ſi tibi abſenti. lib. vj. Secus vero ſecundum eos, vbi fieret confeſsio, etiam in iudicio, dummodo procederetur per modum voluntariæ iuriſdictionis, quia talis confeſsio valet etiam ad obligandum. Et iſtud membrum poſuit Cyn. poſt Pet. C. de epiſc. & cler. auth. generaliter: & d. l. non nudis. Et ſic intelligunt l. tem pup. ſal. fore. l. non quaſi. & de magi. conue. l. j. §. exigere. & dicta auth. generaliter. Ratio diuerſitatis inter iſtos duos caſus ſecundum eos eſt iſta, quia cum agitur contentioſe inter partes, vt in primo caſu, quęlibet pars per ſe proſequitur. vt l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Ideo non oportet, quòd iudex in aliquo ſuppleat perſonam partis. Sed vbi proceditur voluntarie, vt in ſecundo caſu, non vocatur abſens pars. Ideo opus eſt, quòd iudex ſuppleat perſonam abſentis ſecundum eos. In extraiudicialibus vero dicti docto. dicunt, quòd quo ad effectum probandi, de quo præſens concluſio intelligitur, non requiritur in confeſsione præſentia partis, imò probat confeſsio extraiudicialis facta etiam in abſentia partis. Probatur primo ſic, quia quòd præſentia partis ſit neceſſaria vltra caſum prænotatum, non reperitur iure cautum. ergo §. conſideremus. alleg. & l. illud. C. de collat. fa. ij. q. v. conſuluiſti. de tranſlat. epiſc. inter corporalia. §. ſed denique. Secundo, quòd de vno dicitur, &c. C. de procurat. l. maritus. ff. de iudic. l. ſi prætor. de præſumpt. cap. nonne. iij. l. fi. ff. de interro. actio. & §. ſi quis abſente. loquuntur in confeſsione iudiciali, ergo ſecus in extraiudiciali. Tertio, quia ceſſante ratione. l. &c. ff. de iure patr. l. adigere. §. quãuis. Modo ratio iurium dicentium in confeſsione iudiciali requiri partis præſentiam, eſt, quia illa parit obligationem, quæ non poteſt quæri abſenti, vt dictum eſt. alleg. ff. de verb. obliga. l. j. de actionib. & oblig. l. conſenſu. inſtit. de oblig. quæ ex contractu naſc. Modo iſta ratio ceſſat in extraiudiciali, quia illa nõ eſt obligatoria. vt l. Publia. in fi. Quarto, quia in depoſitione teſtis, quæ valet etiam ad probationem, non requiritur præſentia partis. facit not. de teſta. c. ij. Quinto, quia in vltimis voluntatibus, quæ fiunt in abſentia partis. ff. de legat. ij. l. cum pater. §. ſurdo. & C. quando di. leg. ce. l. fin. valet confeſsio etiam ad obligandum ſe ex cauſa appoſita, vt ff. de libe. leg. l. legaui. §. vlt. C. de fal. cau. l. j. & tamen arguitur de iſtis ad illa. de leg. j. l. ſeruum filij. §. cum qui. & de conceſſ. præben. quia cunctis. verſi. ſed exiſtit. arg. ff. de leg. iij. l. qui chirographum. Et licet ex vltima voluntate diſpoſitiua quæratur abſenti, non tamen ex enuntiatiua. Ideo arg. procedit, quod intelligit Pet. de confeſsione non tendente, niſi quo ad effectum probandi, quia ſi tenderet ad effectum diſponendi obligationem, vel liberationem, ſecus, per præmiſſa. allegat ff. de pact. l. tale pactum. & de do. l. nuda. & de ſol. l. ſi cum Cornelius. quod intelligit, quo ad effectum diſponendi, volens dicere. Secus quo ad effectum probandi, etiam in confeſsione ad diſpoſitionem tendente. quod dictum Cyn. puto notabile propter vnum, quod ſtatim ſubdam infra. quid dicendum videtur? dicta opin. Pet. inquantum recedit à glo. mihi placet. niſi confeſſus vellet in aliũ caſum declarare, videlicet quòd dixiſſet per errorem, vel per truffam, &c. per not. Inno. de elect. per inquiſitionem. de iudi. at ſi clerici. de hęre. ab inteſt. cap. fin. quod tamen probare haberet, quia verba prima facie ſemper debent recipi in ſenſu, quem ſonant. ff. de ſupell. lega. l. Labeo. & l. ſi quis in ambiguo. ff. de reb. dub. Aut ergo oportet, quòd probet ſe aliter intellexiſſe, vt dixi. Aut, quòd recipiat verba proprie in eo, quod ſonant, & dicat ſe verum dixiſſe, & habeo propoſitum. Aut dicat ſe falſum dixiſſe, & tunc allegat ſuam turpitudinem, & ſuam temeritatem, quæ puniri debet. vt ff. de act. emp. leg. Iul. §. j. & l. j. ff. ad Turpill. Et hanc rationem ponit Iac. But. C. de iuris, & facti igu. l. error. in vlt. quęſt. ad mendacium, & non eſt audiendus, vt l. generaliter. C. de non num. pecu. quæ in effectu hanc rationem ponit. argu. de ſer. pig. da. ma. l. ſi creditoribus. & l. ſi poſt mortem. ff. de adopt. Sed nunquid eſt verum dictum Petr. in hoc, quod dicit, quòd fallit concluſio in iudicio contentioſo? Et certe gl. videtur hoc modificaſſe in d. §. ſi quis abſente. vbi videtur velle ſentire, quòd in caſu, in quo contracto eremodicio poteſt fieri ſententia pro abſente, poteſt etiam confeſſio abſenti prodeſſe. Ratio quia §. ille ſi quis abſente. fundatur in iſta ratione, quia abſenti ſententia non datur, contrahitur autem hodie eremodicium, vt C. de iudi. l. properandum. §. ſi quidem de dolo & contu. c. cauſam que. & cap. prout. Et hanc opinionem ſequitur Pet. §. de confeſſ. l. vna. in vj. quæſt. Et Cyn. etiam videtur eam ponere generaliter, non ad caſum, &c. Nec valet dictum cuiuſdam licentiati, qui inſiſtit dictæ reſtitutioni, quia dicit, quod non contrahitur eremodicium, nec fertur ſententia pro abſente, nec contra eum, niſi ipſo abſente per contumaciam. Sed non valet hoc, quia non plus debet adferre contumacia abſenti, quàm nõ contumacia. l. ſiue hæredi. ff. de neg. geſt. & cap. eum qui. de pręb. libro vj. imò forte pro abſente non contumace, qui cauſa in totum inſtructa, & concluſione facta in cauſa ſe abſentat, poteſt hodie ferri ſententia. vt l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult. ponendo quòd ibi non ſit caſus ſpecialis reſpectu reipublicæ, vt ibi tenet Cy. Solum ergo, quo ad hoc, conſideretur. quòd lex hodie habilitauit iudicem, etiam contentioſe procedentem ad quærẽdum obligationem abſenti. arg. l. properandum. §. j. iuncta l. actum. C. de iureiur. quod eſt notabile, ſi ſit verũ. Sed miror valde, quòd doctores non tetigerunt, an confeſsio facta pro abſente, quæ de iure ſtorum ſibi non prodeſt, quo ad obligationem pariendã. an ſibi proſit, quo ad probationem inducendam? Videtur tamen in hoc ſentire, quòd non in hoc, quòd ſimpliciter dicunt cõfeſsionem nõ valere. Sed puto ſaluo meliori iudicio, quòd imò ad effectũ probandi bene valet. Primo quia non ſequitur, non valet ad obligandũ, ergo non ad probandum, vt patet in confeſsionibus extraiudicialibus. Et facit optime, quod no. Cy. de confeſsione. ad deliberandũ ſupra eo. ver. quod intelligit Cy. quod ideo ibi dixi eſſe notabile dictum. Fortius id probo, quia & ſi non valet talis confeſsio, vt iudicialis, valere tamen debet, vt extraiudicialis. prout pulchre not. Inno. de elect. per inquiſitionem. in glo. magna. auctoritates enim iudiciorũ ſibi obeſſe non debent, imò debent reddere eam magis auctorizabilem, & ſolennem: quia in iudicio præſumitur quis loqui

magis

magis deliberate, quàm extra. Non obſt. l. fin. ff. de interrog. actio. quia clare loquitur de effectu obligandi. Nec obſt §. ſi quis abſente. quia etiam de illo loqui videtur in hoc, quòd reddit rationem de obligatione non quærendo patrono abſenti ex confeſſione liberti, & de ſententia non ferenda pro abſente, ex qua quæritur actio. l. actori. alleg. Et etiam ſi poteſt intelligi, vt concordet cum aliis iuribus, & cum principiis iurium. C. de inoffic. don. l. vna. & de elect. cum expediat. lib. vj. Nec valet reſpõſio, quam dant glo. ad l. Publia. in fi. dicentes, quod loquitur ibi de confeſſione, quæ fit per nuntium, vel per epiſtolam, quia illud ponderari deberet, quo ad effectum contrahendæ. vt l. j. §. fin. ff. de contrah. empt. non quo ad confeſſionem inducendam, quæ nihil parti abſenti re uera acquirit, ſed neganti repugnat. l. generaliter, alleg. Et ita procedit l. Publia, in fi. vbi non quæritur obligatio, quia verba enũtiatiua erant. vt l. Lucius. ff. de conſtit. pec. fac. quia ſecundum do. Hug. & Bart. ſunt certi caſus, in quibus non ſimpliciter, abſque dubio confeſsio facta in abſentia partis in iudicio nocet, vtputa ſi non ſimpliciter, ſed in libello, vel in poſitionibus, & exceptionibus actor, vel reus altera parte abſente afferant aliquid. per l. cum præcum. C. de lib. cau. Item ſi in commiſsione id exprimatur, per no. Ioan. And. in cap. inquiſitioni. de iureiur. lib. vj. in nouella. Et non video rationem magnam ſpecialitatis in iſtis. Prædicta poſuit Hug. in cap. ex parte. & Bart. in d. §. ſi quis abſente. & ibi latius vide.

9 Sexta fallentia. † ¶ Vbi quis ſpe futuræ numerationis confitetur, & hoc ſiue in obligatore, ſiue in liberatore. Nam in obligatore non obeſſet effectualiter, niſi vſque ad biennium. In liberatore, non niſi vſque ad xxx. dies, & habet locum aliquibus, videlicet quinque concurrentibus, vt hoc probatur C. de non num. pec. l. in contractibus. & C. de do. caut. non nu. l. fin. & authen. ibi poſita. inſtit. de litte. obl. per totum. Sed caue, quia ſi fieret dicta confeſsio, etiam in caſibus huius fallentiæ, iudicialiter, & contentioſe reſpondendo poſitionibus, non eſſet locus fallentiæ, ſed potius regulæ, quia cum iudicium redderetur in inuitum, non eſt veriſimile, quòd voluntarie ibi confiteretur ſpe futuræ numerationis. ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. Et hoc not. Cyn. in d. l. in contractibus. poſt Pet. Item caue, quia prædicta locum habent, vt ſonant, cum impugnantur. Ideo confeſsio, quia dicitur facta ſpe futuræ numerationis non ſecutæ. Secus vero, ſi impugnaretur, quia ſi eſſet aliter actum, quàm dictum, & ita per ſimulationem, vel per dolum, quia tunc exceptio non eſſet temporalis, ſed perpetua, ſed in ea incumbet onus probandi excipienti, & ita effectualiter ſtatim obeſſet confeſsio. Et ita procedit, quod in contrarium notat Lamber. C. eo. l. vna. Et ita non eſt verum, quòd fauorabilior ſit actio, quam exceptio ſecundum Iac. Butr. qui ita intellexit, & ſoluit ad omnia iura. in l. generaliter, & in l. contractib. alleg. quod Pet. & Cy. non cogitauerunt, nec Henric. ſaltem, quantum verba eorum ſonant.

10 Septima fallentia. † ¶ Vbi confeſsio eſt facta ſuper eo, quod quis non poteſt diſponere, ſeu cui non poteſt renunciare, nam tunc non valet confeſsio, vt notat Bar. ff. de verb. oblig. l. ſciendũ. & ff. de caſtren. pec. l. ſi forte allegetur. ff. de noua. & dele. l. doli mali except. §. diuerſum. & quod not. C. de in integ. reſti. mil. l. de tutela. Itẽ allegatur l. j. & ij. C. de iu. ha. fiſc. lib. x. Vbi non præſumitur ſubhaſtatio tempore vendi tionis interueniſſe pro eo, qui requirit temporum interualla tunc interueniſſe non potuiſſe. Sed etiam hoc diſtingue, quia aut eſt ſimpliciter impoſsibile de iure, vel de facto id, ſuper quo emanat confeſsio, & tunc procedat iſta fallentia per ea, quæ not. ſunt in fallentia quarta. Aut eſt poſsibile, ſed eius omiſſio, vel renuntiatio non eſt poſsibilis ipſis partibus, & tunc aut quæritur, an valeat confeſsio in præiudicium alterius, vt pote eccleſiæ, vel minoris, vel alterius perſonæ. Et ſic procedit l. ſi forte. cum ibi no. de caſtren. pec. quia pater ibi donata iut. pecu. occupare t. ff. de acquit. hære. l. placet, niſi dicerent ut eſſe caſtrenſia. Aut agitur de præiudicio ſolius confitentis, & tunc dico, quòd regulariter ſibi præiudicat, per ea, quæ notaui conclu. dclxxxiiij. Saluo, quòd ſi eſt minor. vel non valet, vel reſtituitur, ſecundũ not. ſupra in fallentia prima. probata tamen quo ad reſtitutionem prima læſione. per ea, quæ not. Cyn. C. de confeſſ. l. vna in vltima quæſt. Et attende quòd conclusio noſtra in criminibus locum habet reſtringendo ad perſonam non patientem defectum vt in fallentia prima, & aliis, vt in ſecunda, & tertia fallentiis prælibatis. & dic de ſecunda, vt not. Io. An. ij. q. j. nos inquam. & Bar. de diuor. ex litteris. vbi per Hug. Nec habet locum reuocatio poſt perſeuerantiam in criminibus. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſi. in fi. C. de pœ. l. qui ſententiam. xv. q. v. presbyter. C. de appel. l. j. do mino. l. auxilium. De tertia fallentia habeo xv. q. vj. cap. j. xxxj. q. ij. Lotharius. ff. de quæſtio. l. j. §. diuus. de confeſſ. l. nõ fatetur. & d. l. error. & d. c. ex parte. Facit pro regula de elect. per inquiſitionem. de confir. cap. j. ij. quæſt. vij. quicunque. Nec habet locum reuocatio in confeſsione ſponte, & ſemel tantum, deliberate tamen facta. not. cap. vt noſtrum. vt eccleſiaſt. benefi. & Archid. in d. c. nos inquam. & cap. licet. de iureiur. lib. vj. de appellat. c. poſtquam. lib. vj. facit l. generaliter. alleg. C. de reb. cred. l. ſi quis. in fi. propter vitandam variationem, quæ ibi appellatur iniquitas. Facit ff. de ſta. hom. l. liber homo. qui ſatiſdare cog. l. de die. §. fi. de dona. l. quidam in iure. Nec obſt. cap. ex litteris. alleg. quia forte eſt in matrimonio ſpeciale, vel fuit ibi perſeuerantia, vel primo confeſsio fuit facta ad partem, vt ibi not. Hoſtien. & alij. Vel dic aliàs, vt ibi not. Ioan. And. Fallit etiam regula, vbi cauſa iracundiæ, vel indeliberate emiſſa fuit confeſsio. vt ff. de reg. iur. quod calore. l. ij. diſt. ſi quis iratus. quod prædixi de confeſsione facta in criminibus, modifica omnino, & reſtringe per ea, quæ notaui, & ſcripſi infra in vna concluſione.

CONCLVSIO DCXCI.

De confeſſis. Rubr.

SVMMARIVM.

1. *Confeſsio præiudicans quo ad probationem an præiudicet quo ad obligationem.*
2. *Verba enuntiatiua an obligationem inducant.*
3. *Confeſsio emiſſa ad obligationem etiam ſine verbis diſpoſitiuis expreſsis operatur diſpoſitionem obligationis.*

Licet

1 LIcet † confeſsio præiudicet, quo ad probationẽ
non tamen quo ad obligationem, niſi verba
diſpoſitiua obligationis in ſe contineat. Iſtam con-
cluſionem deducit Cyn. poſt Pet. tam quo ad regu-
lam, quàm quo ad exceptionem. in d. l. generaliter.
C. de non nu. pec. in j. quæſt. & Hoſtien. in d. c. ex
parte. de confeſſ. in prima diſtinctione probat Pet.
2 regulam, tum † quia verba enunciatiua obligatio-
nem non inducunt. C. de teſtam. milit. l. ex his ver-
bis. tum, quia iſte non eſt modus obligationis indu-
cendæ. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. patre.
& l. offerre. §. placet. ff. de act. & oblig. tum quia iura
videntur hoc dicere in l. Publia. in fi. alle. patet exce-
ptio. quia ceſſat ratio regulæ, & habet locum ratio
contraria, quia verba diſpoſitiua diſpoſitionem in-
ducere debent. vt ff. de pact. l. j. cum infinitis. Secus
eſt tamen in pacto liberationis, quia ſi ſit tale, fateor
te non teneri. Communis opi. habet, quòd pariat li-
berationem. per l. tale pactum. & l. iuriſgentium.
§. præterea. ff. de pact. Ratio diuerſitatis. l. fauora-
biliores. de reg. iur. licet de hoc vltimo non ſim cla-
rus. Primum ſecundum Pet. & Cyn. C. de non num.
pec. in vltima voluntate locum habent, ſaluo quòd
3 confeſſio † ibi emiſſa ad obligationem, &c. etiam ſi-
ne verbis diſpoſitiuis expreſsis operatur diſpoſitio-
nem obligationis. vt ff. de lega. ij. l. vnum ex familia.
§. fin. & de interro. act. l. de ætate. §. qui interrogatus.
& C. de fal. cau. adiec. l. j. & l. pen. Et ſaluo ſecundo,
quòd non requirit cauſæ adiectionem ad oblig. &c.
ff. de lega. ij. l. Lucius. §. quiſquis. Nec plus poteſt re-
uocari ſecundum eos, quàm emiſſa inter viuos. imò
nullo modo per hæredem, ſi ſint iurata per teſtato-
rem. ff. de lega. iij. l. cum quis decedens. §. codicillis.
C. de probat. auth. quod locum. Vide Cyn. in d. l. ge-
neraliter. in concluſionibus vij. viij. ix. x. xj. & xij. &
per Hugo. in d. cap. ex parte.

CONCLVSIO DCXCII.

De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio erronea facta in iudicio reuocatur.*
Fallit vbi reus contra quem agitur rei vendicatione confeſſus eſt ſe poſsidere, & non poſsidebat & hoc vterque ſciebat.
Item vbi aduerſarius non poteſt prætendere intereſſe.
2 *Error iuris non excludit latam culpam.*
3 *Confeſsio erronea ſcienter facta in iudicio præiudicat in probabilibus.*
4 *Errorem allegantì incumbit onus probationis.*

1 ERronea † confeſsio facta in iudicio, vel extra,
reuocatur, ſaltem vſque ad ſententiam, docto
de iuſto errore. vt ff. de interro. actio. l. de æta. §. qui
iuſto. & §. fin. & ff. de confeſſ. l. non fatetur. C. de iu-
ris, & facti ignor. l. error. & extra de confeſſ. cap. fin.
Dixi de erronea, quia ſecus regulariter in confeſ-
ſione ex certa ſcientia facta, quia illa regulariter
non reuocatur. vt ff. de donat. l. quidam in iure. &
leg. Iulianus. ff. de confeſſ. & l. qui Stichum. eod. tit.
Fallit quo ad præparatoria iudiciorum in duobus
caſibus. Primus eſt ſi reus, contra quem agitur rei
vendicatione, confeſſus eſt ſe poſsidere, cum tamen
non poſſideat, & actor, & reus hoc ſciebat, vt l. is qui
ſe obtulit. ff. de rei vendic. Fallit ſecundo in eiſdem
præparatoriis ante lit. conteſt. vbi aduerſarius ex re-
uocatione non poteſt prætendere intereſſe. vt ff. de
interro. actio. l. de ætate. §. fin. Et intelliguntur capi-
tula aduerſarij per lecta. & not. de rei vendi. in l. ſi
autem. Et intelligitur de iuſto errore, vt infrà ſequi-
tur, & probatur in d. §. qui iuſto. Sed non intelligo
de ita iuſto, qui excludat leuem, vel leuiſsimam cul-
pam, ſed Bart. ſic intelligit. Hinc eſt, † quod error 2
iuris non excludit latam culpam, vt l. error. C. de iu-
ris, & facti ignoran. quam Bart. ſic intelligit. & hinc
eſt, quòd quia error iuris non excludit latam cul-
pam. ff. de iuris, & facti igno. ideo in iudicio non ex-
cuſat. vt l. non fatetur. alleg. & huiuſmodi ſententiæ
eſt glo. ff. de noxa. l. electo. §. neque. & in c. ex parte.
allega. quia debuit conſulere peritiores. l. vi bono-
rum. ff. de bo. p. ar. l. quod quis. ff. de reg. iur. Dyn.
dicit hoc verum poſt lit. conteſt. Secus ante, in re-
gula c. ignoran. ia. quod tenuit glo. ff. de dona. l. qui-
dam in iure. Sed Pet. dicit, quòd imò admittitur re-
uocatio confeſsionis ex errore iuris poſt lit. conteſt.
ope reſtitutionis. Allegat caſum ff. de confeſſ. l. cum
fideicommiſſum. facit, quia error iuris louat in
damno vitando. l. error. Sed ſi error facti poſſet ipſo
iure reuocari ſine ope reſtitutionis, vide ſuper hoc
glo. ff. de interro. actio. l. de ætate. §. Celſus. quam po-
nit Archid. xxxij. q. j. cap. apoſtolus. Sed Iac. de But.
in d. l. error. dicit, quòd imo intelligitur l. cum fidei-
commiſſum. de errore facti. Et tenet glo. quòd iuris
error in iudicio indiſtinctè præiudicat, per l. error.
alleg Bart. videtur inſiſtere opi. Dyn. in l. non fate-
tur. alleg. Et dictam opi. Dyn. etiam approbare vide-
tur Cy. in d. l. error. Ideo ſecurior eſt ſequenda, quæ
communiter approbatur. Sed ſi eſſet probabile du-
bium iuris, in quo errans ſecutus eſſet opin. docto.
minus veram putarem opin. Petr. ſed ſatis æquam,
quia talis excuſaretur ab expenſis. Sequitur: in iudi-
cio, vel extra. In hoc conueniunt, quòd vterque er-
ror ante ſententiam reuocatur. Sed diſconueniunt,
quia error iuris ſufficit in extraiudiciali. vt l. cũ fa ſa.
C. de iuris, & facti ignor. & ibi not. per glo. & Cyn.
& alias facit ff. de iur. & facti ignor. l. regula. Iacob.
But. in l. error. aliam differentiam ponit, d. quòd ſem
per † in iudicio confeſsio erronea facta ſcienter præ- 3
iudicat in probabilibus, quia loco probationis eſt. vt
C. de iura. calum. l. ij. §. quod obſeruari, quia non ha-
bet effectum inductiuum, ſed declaratiuum. Sed in
extraiudicialibus habet effectum etiam inducti-
uum, ſeu declaratiuum. Ideo in his, quæ per con-
ſenſum confitentis induci poſſunt, confeſsio præiu-
dicat, etiam facta à ſciente, vt ff. de acqui. poſſeſſ. l. iij.
§. in admittenda. & l. id quod. §. differentia. eod. tit.
& ff. de pact. j. reſpõſo. In aliis ſecus, vt in l. cum falſa.
Sed hoc periculoſum dictum propter cõclu. dcxcij.
præcedentem. Sequitur, reuocatur, & interim præ-
iudicat. C. de libe. cau. l. iubemus. Dixi ſaltem vſque
ad ſententiam, quia regulariter poſt ſententiam ſe-
cus, vt l. error. alleg. Et hoc verum, niſi fuiſſet iuſtiſ-
ſimus error omnem culpam excludens, quia tunc
poſt ſententiam per viam reſtitutionis in integrum
ex generali clauſula: ſi qua mihi iuſta videbitur, vt
ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. ſi ex cauſa. & l. cum
fideicommiſſum. alle. ſecundum Iac. de But. & alios.

Dixi

Dixi poſteà: doƈto de errore,&c.le.& no.de conceſſ. cap.fin. Ratio ſecundum Iac.de Butr. quia præſumitur mente cogitaſſe, quod l verbo expreſsit. ff. de ſuppel. leg. l.Labeo. aliàs eſſet allegare ſuam temeritatem punibilem. ff.de actio.empti. l.Iul. §.j. ideo
4 †errorem allegantiincumbit probationis onus.ff.de prob.l.ei qui dicit. Palatium tamen admittit continuo huiuſmodi reuocationem de errore,non docto etiam vſq; ad ſententiam diffinitiuã tertiæ inſtantiæ.

CONCLVSIO DCXCIII.

De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *In facto proprio non præſumitur error.*
2 *Iura nemo præſumitur ignorare.*
3 *Confeſsio facta coram arbitro recepto, cenſetur facta iudicialiter.*

IN caſu concluſionis ſupra proximè docet de errore, qui probat rem ſe aliter hibere nifi in caſu, in quo errorem in proprio facto, & de damno vitando non tractaret, vel in caſu, in quo erraret in iure. Pro concluſione ſunt glo.in d.l.fatetur.& d §. qui iuſto.& d.l.cum de indebito.circa princ.videtur text. de iur.& fac.ignor. l.ſi poſt diu ſi men. licet contrariam glo.habeamus ff.de leg.j. l.ſi res obligata. & Dy.in c.j. præſumitur. de reg.iur.lib vj.& glo. de nouat. ff.ſi quis delegauerit. Et ibi diſtinguitur error in facto proprio, ſiue in facto alieno. Patet concluſio quo ad regulam. Primo in reuocatione confeſsionis procuratoris,ſeu alterius,&c. vt Lecteram.alleg ff.de confeſſ.§.ſed an ipſos.& ibi glo. Patet ſecundo dicta cõcluſio quo ad regulam in confeſsione ipſius reuocantis,cum error verſatur in facto alieno.arg.ff.pro ſuo.l.fin. & l.ſi quis delegauerit. alleg. Patet tertio etiam in facto proprio,cum tractatur de damno euitando extra iudicium. l.ſi poſt diuiſionem. alleg. & l.ſed et ſi me præſentem. ff.de condi.indeb. & glo.in l.cum de indebito.ff de probat.in princ. Patet quarto concluſio quo ad ... iam in præparatorijs iudiciorum, vt d. §.iuſto. cum glo.j Exceptio vero prima regulæ patet in iu-
1 dicio,& extra iudicia, quia †in facto proprio non præſumitur error. ff.ad Velleia. l.quanquam.& atg. ff.pro ſuo l.fin.Et ideo oportet probare circunſtantias, ex quibus error præſumatur, vt perſuaſio aduerſarij.l.fin.quando de pec.anna.eſt act.& l.hominem.pro luo.temporis longinquitas. ff.de acquiren. poſſeſſ. peregre. in princ. & per Dyn.in c.præſumitur. allega. vel dum negotium eſt implicitum. ff. de confeſſ.l.penul.ff.de pact.l.emptor.§ Lucius. Secun-
2 da exceptio regulæ patet,quia†præſumitur de quolibet.quòd non ignoret iura,vt ff.ad Trebel.l.ſi hæres ab eo in fine.& quòd conſuluerit peritiores.l.ij. ff.de iur. & facti ignor. & l.vi bonorum. ff de bon poſſeſſ. Ideo oportet, quòd ignorantia iuris ex aliquibus circunſtantiis veriſimilibus præſumatur, iuxta doctrinam, quam dat iuriſconſultus in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.j. ff.de adult.puta ex circunſtantiis iſtis, videlicet ex qualitate perſonarum, & qualitate rerum. Si vero confeſsio haberet iuris errorem expreſſum, eo ipſo de errore conſtaret,vt l. inſtrumentorum. ff.de auro & argen.lega. & l.confeſsionibus.ff.de interrog.act.& C.de confeſſ.l.vna.

enim ibi not.in glo.ibi,niſi ius,vel natura repugnet. vt C.de iuram.calum.l.ij.§.quòd obſeruari. Ideo dicit, quòd confeſsio facta emiſſa ſuper malo intellectu vnius l.non præiudicat confitenti: ſecus ſi poſitio,cui reſpondetur,eſſet iuris cõſuetudinarij. quia illud probandum eſt,vel ſtatuti municipalis,vel extrauagantis ipſius principis. per l.cum perlatum. ff.de re iudic.quam intelligit Bart. in extrauag. fac. extra de fide inſtrum.cap.paſtoralis.cum ibi no.Et
3 cenſetur† fieri confeſsio iudicialiter, quę coram arbitro recepto, ſine pœna, vel cum pœna tamen manente pacto. per l.cum antea. alias ſecus, quia incidendo in pœnam reuocatur poſsit,licet non iudicialis. l.j.ff.de arbit. Aliud in arbitramento,quia tranſactio eſt.niſi eſſet cuius laudum,ſicut ſententia executioni mandaretur,quia tunc videretur iudicialis, videtúrque iudicialis facta coram notario, in vim cuius notarius vigore ſtatuti facit præceptum,&c. ſecundum Bart. cuius præcepta ſunt iudicial literam.

CONCLVSIO DCXCIIII.

De confeſſ.procur. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio procuratoris facta de mandato domini, domino nocet,ſi eum procurator non purgauerit.*
2 *Confeſsio extraiudicialis cenſetur voluntaria.*
3 *Procurator ſciens & voluntarie producens falſa inſtrumenta. non nocet domino.*
4 *Sententia & confeſsio ambulant pari paſſu.*
5 *Culpa vnius non debet obeſſe alteri.*

FActum. † ſeu confeſsio non doloſa,nec voluntaria procuratoris ex mandato domini præcedente,vel eius ratihabitione ſequente,ac negligentia,ſeu contumacia,vel imperitia procuratoris euſdem circa eidem procuratori commiſſa,quæ domino expedirent,vel per ſe gereret,quæ eidem neceſſaria forent,tanquam negligentia,aut contumacia, vel imperitia ſimplex, ſi ignorauit, vel tanquam contemptus quo ad neceſſaria,ſi ſciuit,aut purgare potuit,& non purgauit, in iudicialibus,& extraiudicialibus domino nocent. Dixi: factum, quia de omiſsione poſtea in alia conclu. Dixi:ſeu confeſsio, non quòd confeſsio non ſit factũ,vt l.licet. & l.verbum facere.ff.de verb.ſignifi. Sed quia quo ad iſtam materiam confeſsio eſt factum ſingulare,ſpecialiter notandum.arg.ff.de iniu.l.item apud Labeonem. §.hoc edictum. Dixi:non doloſa,quia dolus,& colluſio procuratori ſpecialiter non mandatur, ſi de eo conſtaret effectu obeſſe domino non deberet. vt C. vnde vi. l.meminerint. & l.fin. C.de acquir.poſſeſſ. Dixi : in effectu.quia ſi poteſt recurſum habere per acta mandati contra procuratorem ipſo iure ſibi præiudicat alioquin in ſubſidium contra dictam confeſsionem directa reſtitutio ſibi datur.arg. C.de iudi. l.properandum. §.fin. & ff.de eo, per quem factum eſt. l.fin. Dixi: ſi de eo conſtaret, quia non præſumitur, & qui dolum allegat, &c. l.quoties. §.qui dolo.ff.de probat.Dixi:nec voluntaria,vt puta ſi veniret voluntariè ad iudicem,& non interrogatus, vel iuſſus ab eo, vel à parte ad confitendum vero ſe offerret. Et licet doct. hoc intelligant, vbi proceditur per modum voluntariæ iuriſdictionis, & ſic intelligunt. ff. de confeſſ. l. vna. & plenius hoc notat Cyn. poſt Pet. C.de iura.calum. l.ij. circa primam

primam oppoſitionem. Et de hoc etiam notat Batt. in dicto §.ſed an & ipſos. & Henricus in dicto c. ex parte. Tamen idem credo, vbi per modum contentioſæ iuriſdictionis, & offertur vltro confeſsio per modum, quem dixi, pro eo, quia videtur mihi quo ad hoc ſatis identitas rationis. Et quia dominus ad hoc non teneretur, & ita magis videtur feciſſe ex voluntate, quàm ex neceſsitate, & magis ex dolo, quàm ex bona fide. Fateor tamen quòd iſtud mem-
2 brum dubium mihi remanet. Caue tamen, † quia confeſsio extraiudicialis magis adhuc cenſetur voluntaria, & ideo illa præiudicare non debet. Et ita intelligatur §.ſed an & ipſos. & videtur caſus de in integ. reſti. cap. ſi aduerſus. libro vj. à contrario. quia ibi loquitur de confeſsione facta in iudicio ſolum, & ibi notat Ioan. Aodr. & ita oot. glo. in cap. ex parte. alleg. Præmiſſa intelligitur in caſu, in quo non haberet ad talem coofeſsionem ſpeciale mandatum. Iſtud membrum ponit Cyn. in d.l.ij.C.de iura. calum. quia ſi haberet eſſet indubitatum, vel ratihabiio ſequeretur per ſequentia. Ex hoc enim venit, quod proxime dictum eſt, quia talis confeſsio voluntaria non comprehenditur ſub generali mandato, ſecundum Pet. & alios do. prædictos. Et ita ſi voluiſſem, potuiſſem totum hoc comprehendere ſub ſequentibus verbis. Sed ſpecialiter volui id notare, quia materia iſta eſt vltra alias notatu digna, ſpecialiter per hoc edictum ad id, quod dixi de confeſſione voluntaria, quæ non videtur mandata. Facit, quod not. Inno. in cap. j. vt lit. nnn conteſt. circa me-
3 dium magnæ glo. vbi not. quòd ſi † procurator ſciens, & voluntarie producit falſa inſtrumenta, non nncet domino, & aliàs bene colligitur ex dictis Innoc. ibidem dicta concluſin. vide omninn ad materiam iſtam, quam habes ſuprà in vna concluſione. Dixi etiam: non voluntaria, vt idem daretur intelligi, vt confeſsio neceſſaria, quam faceret prncurator reſpondendo libello, vel poſitionibus aduerſarij, aut interrogationibus iudicis, caderet ſub generali mãdato, & domino noceret, quia dominus ſi præſens eſſet, ad eam teneretur, & procurator non tenetur reſpondere, niſi id, quod credit eſſe verum, vt ff. de re iudic. l.iiij. in princ. & §.tutor. ff. de procura. l. non ſolum. in princ. C. de iura. cal. l.ij. §.quod obſernari. extra, vt lite nnn conteſt. cap. j. de confeſſ. cap. fin.
4 de re iudic ſuborta. Ratio. quia † ſententia & confeſsio ambnlant pari paſſu. ff. de re iudic. l. poſt tem. & l. certum. §.ſed & ſi fundum. Modo ſententia lata contra procuratorem, nocet domino. vt ff. de proc. l. Plaucius. & de re iudic. l. ſi ſe non obtulit. in prin. & §.ſi tutor. Et hoc, niſi velit reuocare confeſsionem probando contrarium, iuxta ea, quæ dixi in concluſione proxime præcedenti. Ratio diuerſitatis inter hunc caſum, & ſuprà proxime præcedentem eſt iſta, quia confitendo voluntarie quis videtur dnnare velle, quod nñ poteſt. ff. de pactis. l. contra iuris ciuilis regulas. §.ſi filius. Sed tamen per modum iuriſdictionis cnntentioſæ cenſetur id facere inuitns. arg. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §.j. & agnoſcere bonam fidem, vt ff. de adminiſtrat. tut. l. quotiens. §. ſicuti. l. actus ſui. & l. proinde. ij. §.ſi procurator. ad leg. Aquil. reſpondet Pet. quòd licet dicat ibi procuratorem teneri, non excludit dominum. Ex omnibus enim cauſis tenetur procurator non in confeſsione voluntarie facta. Et habent locum iſta etiam, ſi contrahat, vel quaſi in nomine domini, non in contractu ſententiæ. vt l. Plaucius. l. proinde. §.ſi procurator. ff. ad leg. Aquil. alleg. Bart. vero intelligit dictum §.ſi procurator. in confeſsione voluntarie facta. Et habent locum etiam iſta in tutore ſecundum Barto. dummodo iudicium eſſet ceptum cum tutore. Secus ſi cũ pupillo cum auctoritate tutoris, quia tunc nnn teneretur tutor reſpondere. vt d. §. ſed an & ipſos. & d. §. quod obſeruari. Dixi: procuratoris, quia de facto domini non dubitatur. de tutore dic ibidem ſaluis notatis Pet. C. de his, qui vt indign. l. Polla. & ibidem Cyn. de confeſsione adminiſtratorum eccleſiæ. Vide Cy. in l. vna. C. de confeſſ. & l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccl. Melius per canoniſtas in c. præſentium. de reſti. lib. vj. & de in integr. reſtit. ſi aduerſus. eod. lib. & per Archid. xxij. diſtinct. de Conſtantinopolitanis, de tuto. per Bar. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. l. vna. §.fin. & per Iaco. Butri. in d.l. Polla. Fac. quia not. Innoc. de præſcript. cum olim. in fi. prælati habent meliorem adminiſtrationem, quàm alij adminiſtratores. Item, quia ſecus in facto defenſoris, vel alterius mandato carentis, vt ff. de interrog. actio. l. ſi defenſor. §.j. Idem in procuratore fines mandati excedente. ff. de cond. inde. l. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. l. iij. §.ſi procurator. ff commo. l. argentum. de ope. noui nunt. de pupillo. §.ſi plurium. j. reſponſo. de exceptio. doli. l. apud Celſum. §. quis non tutor. C. de procur. l. ſi procurator. Ratio, quia alterum alterius odio, &c. de inoffic. teſtam l. ſi quis in ſuo. in fi. Nec † culpa vnius debet obeſſe alteri. l. me- 5
minerint alleg. & regula non debet. lib. vj. Et ſic poteſt intelligi de appellat. ſignificante. & ff. mand. l. ſi diligenter. & de offic. deleg. c. cum olim. & cap. cum dilecto. & de reſtit. ſpol. Piſanis. quia nec hoc caſu procurator, quod intelligo, niſi ratum habuerit, vt ſtatim dicetur. Hinc eſt, quòd quia delictum non comprehenditur ſub generali mandato, ideo ex eo non tenetur dominus, qui ſpecialiter non mandauit per ſtatim dicenda. Dixi: ex mandato domini præcedente, ſi mandatum fuit ſpeciale, etiam in delictis eſt indubitatum. ff. de interrog. actio. l. qui ſeruum. ad fin. primi reſponſi. alleg. Bat. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §.j. & ibi glo. ff. de condit. indeb. l. ſi procurator. in princ. & ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l.j. §.ſi procurator Bart. facit etiam de elect. cap. ſi compromiſſarius. in vj. & ff. de vi & vi arm. l. qui vi à me. & §. quoties. & §. deieciſſe. Sic poteſt intelligi ff. de digni. l. quotiens. lib. xij. & ff. ne vis fiat ei. l.j. §.ſi domini. & C. de accuſ. l. non ideo. cum ibi not. quod intellige in vno eodemque iudicio, & non in alio, licet ſecus in domino confitente. not. Compo. & Io. Andr. de elect. poſt inquiſitionem. Idem puto ceſſante ſpeciali mandato, ſi habuit generale, ſub quo directe cadit factum procuratoris. Nec repetitur a generalitate exceptum, quia tunc id cenſetur commiſſum fuiſſe ſpecialiter, quia tantum operatur generalitas in omnibus ſuis ſuppoſitis non exceptis, quãtum ſpecialitas in ſuo caſu ſpeciali. l. ſi duo. ff. de adminiſtr. tut. Dico: non exceptis, propter caſus non excep. not. per Ioan. mo. in regula, in generali. lib. vj. Et facias quo ad hoc differentiam inter caſus, & caſus. vt facit glo. in cap. non poteſt. de procurat. in

clem.

clem. & Ioan. Andr. de reſcript. cap. ſedes. in nouella. Idem puto de non durante incluſ. in mandato incluſis, tamen per modum conſequentiæ neceſſaria, vt ff. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. cum ſimil. Dixi: vel eius ratihabitione ſequente confirmatum, quia iſta ratihabitio mandato comparatur, vt C. de Macedo. l. fin. & ſic ratum habentes alienam culpam ſuam faciunt, no. j. q. iij. ſic itaque. facit l. ſi procurator. de condi. indeb. alleg. xxvij. q. v. ſi quis ſc. lxxxiij. diſtinct. quid prodeſt. de ſentent. excom. cum quis. lib. vj. de re iudic. ratihabitio. & cap. ratum. Et ratum habens hoc caſu, quo ad commodum tenetur etiam ratū habere, quo ad onus. vt ff. de except. doli. l. apud Celſum. § de auctore. Idem ſi lucrum ad eum perueniſſet ex dolo, quia de lucro teneretur. vt d. l. apud Celſum. §. illa. & ff. de dolo. l. non debet. cum § fin. cum l. ſeq. & ff. de tribu. l. iij. §. Iulianus. Dixi: vt negligentia, ſeu contumacia, vel imperitia. Iſta conſiſtunt in non faciendo. Imperitia reſpicit principaliter ea, quę concernunt expedienda domino, de quibus dicam ſuper illis verbis, quæ domino expedirent. Contumacia reſpicit ea, quę concernunt mandatum ſuperioris, factum ad inſtantiam alterius partis, de qua ſtatim dicam, in ver. procuratoris negligentia. Negligentia vero communius eſt ad vtrumque. Dixi: procuratoris, vt non includam propriam contumaciam domini. Vnde dicit Bart. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. j. §. ſi procurator. quòd contumacia radicatur in illo, qui debet aliquid facere, & non facit. Et ideo ſi dominus eſt ille, eius eſt contumacia, non procuratoris. ff. man. l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. Simile in l. ſi cum filius. §. in hac. & l. ad diem. ff. de verb. oblig. Vnde contradicit, quòd ſi domino eſt iniunctum, & ipſe mittit procuratorem, & procurator non facit, contumacia eſt domini, alleg. etiam ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. pen. ibi not. licet propter caſum contingentem in perſonam procuratoris, dominus excuſaretur, ſicut ſi contigiſſet in perſona ſua, vt C. qui petant tut. l. cum à matribus. de pign. cap. ſignificantibus. Facit, quòd dominus patiatur propter contumaciam procuratoris. C. de dignit. l. quoties. alleg. vbi patitur miſsionem ex primo decreto, quę non eſt adeo magni prę iudicij. Item ſi non appellauit procurator infra decem dies. ff. quando appel. non ſit nec. l. j. licet ſi ſuccurratur quandoque ſecundum formam. l. elegan- ter §. pen. ff. de dolo. Dixi: circa eidem procuratori commiſſa, quia circa alia ſecus, vt in alio membro dixi. Dixi: quæ domino expedirent. Ideo ſi omiſerit producere iura, dare obiectus in termio, appellare, vel emere rem meliorem pro pretio minori, aut abſtinere ab emptione talis rei, &c. nocet imperitia domino. ſic ff. de procur. l. defectus. cum ſua materia. ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea. l. ij. vt lit. non conteſt. cap. j. cum ibi not. ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. j. §. ſi vero. & l. ciuitates. de appel. ſæpe contingit. ij q vj. §. biduum. ver. ſi aduerſus. & d. l. j. in fi. quando appellan. ſit. & d. cap. ij. de confeſſ. lib. vj. de procurat. l. non ſolum. §. j. cum ibi not. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. nullam. C. de acquir. poſſ. l. fin. ij. reſponſo. & l. quoties. C. de eroga. mili. an. l. fin. lib. xij. ff. de ædi. edi. l. quòd ſi nolit. §. mancipium. de verb. oblig. l. ſed ſi ex ſtipulatu. de electio. cupientes. §. quòd ſi per xx. lib. vj. Ratio, quia dominus ex ſua culpa videtur pati pœnam, quia procuratorem eligit minus peritum, & diligentem, iuxta nota. in d. cap. ſi compromiſſarius, in glo. poterunt facere. Facit ff. de min. l. cum mandato. in fi. & inſtit. l. ſed & ſi quis à procuratore. in fi. l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. ij. reſponſo. alleg. ff. de procurat. l. non cogen. cum l. ſequen. licet recurſum habeat dominus contra procuratorem per actionem mandati. C. mand. l. ſi à procuratore. & l. ſi inanis ſit actio. & l. nam is. ff. de do. & c. Odoardus. de ſolut. Imputet ſuæ culpæ dominus. argu. regulæ, quod quis. Facit etiam ff. de contrahen. empt. l. iij. & d. l. apud Celſum. §. illa. & cap. quæſitum. & d. cap. ſuborta. & dicto cap. ſæpe. de cau. poſſeſſ. cap. cum olim. ff. de tribu. l. procuratoris. & l. illud. & d. l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. & l. ędiles. §. & notandum. eod. tit. Dixi: neceſſaria, &c. vt excludam voluntaria, &c. probant iura omnia ſuprà proxime alleg. quare excludo voluntaria ſuprà ſuper ver. nec voluntaria. Dixi: tanquàm negligentia, &c. vt excludam pœnam grauiorem propter delictum infligendum, vt excommunicationem, vel mulctam, vt l. j. §. ſi quis procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & quod quiſque iur. l. iij. §. ſi procurator. & de procurat. §. ſi proprio. §. adeo. l. meminerint. alleg. C. de acquir. poſſeſſ. l. fin. j. reſponſo. ff. de dam. infec. l. ſi quis miſſum. de re iudic. l. neque iuriſdictio. ff. de procur. l. neque ignotis. mand. l. ſi mandato. in princ. de lib. cau. l. in ſeruo. de except. doli. l. ſi procurator. in authent. de eccle. tit. §. ſi quis in ſua domo. Non obſtat C. de his, quib. vt indign. l. Polla. §. à pupillis. cedendo ibi actioni liberatur. alleg. Innocen. ad hoc ff. quando ex fac. tut. l. j. ff. de adminiſt. tut. l. fi. Ideo propter contumaciam procuratoris non perdit dominus beneficium appellandi, ſecundum Bar. tenet Innoc. vt lite non conteſt. cap. j. nec condemnatur in expenſis, ſi dominus citatus ad cauſam miſit procuratorem, & ille fuit contumax ſecundum do. Bart. licet Innoc. contra, vt lit. non conteſt. cap. j. probat. l. vnica. ſi quis ius dicenti. in fine. Ratio, quia delictum eſt cauſa condemnationis expen. quod non venit in generali mandato. ff. de his, quæ fi. in frau. credit. l. ſi pater. & ff. de cond. indeb. l. ſi procurator. alleg. etiam ſic alleg. Bart. ff. de adminiſtr. tut. l. non ignotum. licet repelli poſsit dominus non refundendo expenſas. Sed credo, quòd dictum Inno. procedit vbi dominus fuit citatus ad totam cauſam, & ita ſeruamus ex prædictis, licet Bart. dominum non pati miſsionem ex ſecundo decreto propter contumaciam procuratoris dicat, quia nimis magni præiudicij eſt. vt ff. ſi ex noxa. cauſ. aga. l. iij. & l. hoc amplius. in fi. de dam. infect. & ff. quemad. teſta. l. j. in fi. Dixi: ſi non purgauit, &c. C. de except. & tranſact. mi. an. l. j. lib. xj. & l. ij. C. de fal. iudi. de procur. l. non ſolum. in princip. vt lit. non conteſta. cap. j. in princ. vide in Specul. tit. de execu. ſent. §. j.

CONCLVSIO DCXCV.

De confeſſ. prælati. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio prælati agentis an præiudicet eccleſiæ, etiam ſi fiat ſine conſenſu capituli.*
2 *Prælati an ſint legitimi adminiſtratores ſuarum eccleſiarum, & monaſteriorum.*
3 *Prælatus an poſsit agere ſine conſenſu ſui capituli.*

1 CONfeſsio † prælati agentis præindicat eccleſiæ ipſo iure, etiam ſi ſine conſenſu capituli agat. Conſilia. Iſta concluſio licet hic ponatur in numero, fuit obtenta anno lxxv. de tempore domini Viuatień. cardinalis tnnc contradic. auditore. Sed hic ponitur ex certa cauſa. Circa quod breuiter dico, quòd conclusio iſta dnas habet partes. Circa primam dico, quòd prima pars dependet ab vno alio dnbio, videlicet ſi prælatus dicitur adminiſtrator legitimus ſuæ eccleſiæ, quo ad effectum agendi, vel non, & ſi eſt adminiſtrator legitimus, & in qnibus cauſis ſit adminiſtrator legitimus. Et in hoc concernit materiam ſecundæ partis conclnſionis. Dico enim in cauſis, in quibus prælatus eſt adminiſtrator legitimus eccleſiæ ſuæ in agendo, confeſsio ſua præiudicat eccleſiæ ex modo, quo præindicat confeſsio adminiſtratoris alterius legitimæ, videlicet ſi ſit facta in iudicio, & per modnm iuriſdictionis contentioſæ, & abſqne concluſione & fraude, iuxta ea, quæ dixi ſupra in vna concluſione. & circa eam, & hanc concluſionem probant iura clare. vt extra, lit. non conteſt. cap. j. de confeſſ. cap. vlt. de re iudic. cap. ſuborta. de poſſ. præ. ad hoc. de cap. mo. cum dilectus. de elect. dudum. ij. Sed ibi contra aliqualiter. licet enim prædicta iura in ſyndico, vel procnratore loquantur, fortiori ratione vrgent in prælato; qui maius ius ratione ſnæ legitimæ adminiſtrationis ſibi competentis iure ſuæ prælaturę habere cenſetur, quàm dicti procnratores & ſyndici. Patet, qnia procuratorem conſtitnit, & renocat. de procnr. cap. j. de iudic. cauſámque. not. Archid. de teſti. præſentium. Hanc concluſionem poſuit Cyn. poſt Pet. in l. vna. C. de confeſſ. in xv. quæſt. De iſta parte eſt caſus in cap. ſi aduerſus. de in integr. reſtit. lib. vj. Si intelligatur de confeſsione prælati, quod aliqualiter videtur ſonare glo. Si vero non eſſet legitimus adminiſtrator ipſius cauſæ, & litis, tunc ſecus eſſet dicendum per rationem contrariam. Et hanc ſecnndam partem poſuerunt etiam domini Pet. & Cy. in loco præalleg. & glo. qnæ dicit, quòd requireretur conſenſus ſui capituli. Ita notatur xxij. diſtinct. de Conſtantinopolitana. in pen. glo. per cap. j. de procurat. & cap. cauſámque. de iudic. & Archidiac. & glo. videtur ſequi dicta glo. in cap. præſentium. alleg. Videamus igitur in quibus cauſis ſpectat hoc caſu legitima adminiſtratio ad prælatum. Et breuiter ad

2 iſtam qnæſtionem reſpondet text. quòd † prælati ſunt adminiſtratores legitimi ſuarum eccleſiarum, & monaſteriorum, ac congregationum, ac pro eis in iudicio ſtare poſſnnt defendendo. vt cap. edoceri. de reſcrip. & agendo. vt cap. cum deputati. de iudi. & probat. l. qnod cuiuſque vniuer. no. l. ciuitates. Excipit tex. vnum caſum, videlicet ſi bona prælaturæ à bonis congregationis ſunt diſtincta omnino. vt in cap. edoceri. in fi. quod exponit Innoc. omnino, id eſt, etiam quo ad adminiſtrationes. Nam ſola diuiſio non tolleret prælato legitimam adminiſtra-

a tionem,[a] niſi poſt diuiſionem bonis congregationis à bonis prælaturæ diſtinctum eſſet de adminiſtratore prouiſum, vt pulchre ponit Innoc. in d. cap. edoceri. Sed dices, ſi ita ſit, quòd adminiſtratio legitima pertineat ad prælatnm, videtur, quòd debeat eam exercere cum conſenſu ſuæ congregationis. argum. de procurat. cap. j. & de iudi. cap. cauſámque. Sed vt dicit Innoc. hoc non reperitur, quòd adminiſtrator legitimus teneatur de iure cum conſenſu alterius ſuam adminiſtrationem exercere. Et ſoluit valde bene ad dicta ad alia iura. Concludit tamen, quòd in ardnis tenetur requirere conſilium in iudicio, ſicut extra. cap. nouit. & cap. quanto. de his, quæ fi. à præla. Et iſta eſt veritas, ſalno quòd aliqui dicunt, quòd imò debet habere conſenſum, & hoc conceditur gratia collationis. Sed nihilominus hoc non obſtante dico, quòd ſi agat prælatus ſine conſenſu ſui capituli, vel conuentus, valet quod facit. & hoc ſine dubio in non arduis. per cap. edoceri. & cum deputati. & etiam in arduis, licet cap. propter ſuum conſenſum non adhibitnm poſſet contradicere, & petere, quòd irritaretur, quòd factum foret eius conſenſu ſpreto ipſo ignorante, quia iſta eſt regula, quòd qnando expeditio alicuius pertinet primo ad aliquem iuri ſuo, licet ex poſtfacto forma ſibi adiiciatur, ſecundum quam debet facere, videlicet de conſilio, vel conſenſu alterius, quòd valet quod facit, dicta forma, ſeu dicto conſenſu non adhibito. Hanc regulam videtur poſuiſſe glo. ordi. in clem. j. de iure patro. ſnper ver. prohibentes. & Inno. de reb. eccle. non alien. dudum. lib. vj. Vbi dicit, quòd vbi conſenſus requiritur, hæc eſt regula, quòd ſufficit, quòd interueniat ex poſtfacto, & tamen ſi actus primns eſt nullus, hoc non ſufficeret, vt ipſemet dicit. & probat cap. auditis de elect. Et prædictam regulam ſatis probant. cap. ij. & iij. de his quæ fi. à præla. cnm ibi not. Modo certum eſt, quòd adminiſtratio de iure communi ſoli prælato [b] eſt commiſſa: licet b ſuperuenerint iura arctantia pręlatum ad requirendum conſilium, vel conſenſum, igitur, &c. Faciunt not. per Innoc. & alleg. de arbit. cum olim. Et per hoc ſecunda pars ipſius concluſionis eſt expedita, & conclnſio ex toto verificata, præterquam in vnico caſu excepto, de quo ſuprà.

a ¶ Legitimā adminiſtrationem. *Adde quòd adminiſtratio legitima, & libera eſt, quando quis poteſt in iudicio agere, & conueniri, & etiam extra iudicium de aliqua diſponere. Vide cap. ex literis. de prob. & ibi Innoc.*

b ¶ Soli prælato. *Adde, quòd adminiſtratio prælatorum maior, & liberior eſt, quàm aliorum adminiſtratorum. extra, de dona. cap. cæterum. & not. per Innoc. in fi. de præſcrip. cap. Veniens.*

CONCLVSIO DCXCVI.

De litis conteſt. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Lite in prima inſtantia conteſtata, an etiam in ſecunda debeat conteſtari.*

AVditor † ſecundæ inſtan. litem non tenetur conteſtari, niſi velit. Conſilia. Iſta fuit etiam de tempore Viuatień. Sed an præſens fuerit, & in eo concordauerit, non recordor. Sed ipſam intellige, dum altera pars eſt abſens per contumaciam, & altera non. Et hoc tenet Spec. & Archid. Et ita mandauit auditoribus ſeruari Clemens quartus, vt recitat Spec. Vide ſuper hoc Archi. de vica. cap. ij. lib. vj. Hoc breuiter probant tex. in §. illud. l. fi. C. de temp. appellat. & cap. per tuas. de appell. quia in hoc, quòd ponunt ius ſpeciale in caſu contumaciæ, videntur innuere ius commune in contrarium eſſe. vt l. j. in fi. ff. ad municip. Et ita non procedunt in contrarium, not. per Innoc. de offic. deleg. cum contingat. vide Ioan. ſuper hoc de teſta. Raynal. in nouella. Contu- 1

maciam

maciam intelligo, etiam ſi pars contumax in curia ſit præſens, quia tunc apprehendi poteſt, & eſſe vere contumax, & per conſequens ex contumacia magis punibilis. l. & poſt edictum. §. fin. ff. de iudi. quia hoc eſt priuilegium appellationis. cap. per tuas. ergo ne eſt auferendum, nec eſt reſtringendum. de re i ... ultum. ff. de conſtit. pri. l. iij. Quid ſi eſt appellatum a interlocutoria? dic aut in vna inſtantia quæris, an ſuper articulo grauaminis ſit neceſſaria lit. conteſt. Et dic, quòd non, quia in vna inſtantia vna lit. conteſt. eſt ſufficiens. Et ita mandauit auditoribus palatij Clem. iiij. vt recitat Spec. & Archid. in d. cap. ij. de iuram. calum. & probatur, de appell. interpoſita. Aut quæritur ſi coram iudice appellationis omiſſo articulo appellationis. iuxta cap. cordi. de appellat. lib. vj. vel expedito pronuntiando male proceſſum. iuxta cap. vt debitus. de appell. procedi ... t ſuper negotio principali. An tunc ſit coram illo iudice neceſſaria lit. conteſt. Et tunc dic, aut fuerat coram primo lis legitime conteſtata, aut non. Primo caſu non eſt neceſſaria lit. conteſt. Secundo caſu neceſſaria eſt. Ratio eſt, quia aut litis conteſtatio in ... ſa ſemper eſt neceſſaria, vbi ſeruatur ordo iuris, vt ... a, vt lite non conteſtata. per totum. & non p ..., quia hoc non reperitur iure cautum. Item quia iudex appellationis, qui ſuccedit loco iudicis primi, debet facere ea, quæ habuit facere iudex primus vt l. mortuo. ff. de iudic. & dicto cap. interpoſ... Modo primus debuiſſet litem conteſtari, vbi ... m fuiſſet conteſtata, & alias non igitur idem ... & ſic de aliis ſimil. Qu... ne menti perpe..., & in iſto articulo non dubitabis.

CONCLVSIO DCXCVII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Impedimento primo remanente, totum adhuc remanet impeditum.*
2 *Veri taciturnitas vitiat gratiam.*
3 *Priuilegium ſeu reſcriptum per principem conceſſum, an ſit contra ius commune.*
4 *Sub generali gratia an comprehendatur dignitas maior poſt epiſcopalem.*
5 *Collatio facta per papam crimino ſo valet.*

Conclusio extra rotam. Pro qua cōdenda concluſionem præmitto, ſuppoſito iſto facto, videlicet quòd Rodolphus de Coradone vtriuſque ... doctor habens gratiam de canonicatu ſub ... tione præbendæ, dignitatis, perſonatus, vel ... eccleſiæ Trecoreñ. canonicatum, præben... & cantoriam dictę eccleſiæ vacan. vigore dictæ ... r de facto acceptauit, cum de iure non poſſet: ... quia canonicatus, & præbenda, ac cantoria ... aliter reſeruata, vtputa per reſeruatio..., ... e qua conſtat: tum quia quo ad cantoriam, q... cantoria eſt dignitas poſt epiſcopalem maior in eccleſia Trecorenſi, & iſtam acceptationem facti ... exponi domino noſtro formæ gratiæ, & acce... antedictæ nun facta mentione, quòd gra... ... haberet, vel non haberet de digni... ... epiſcopalem maiori. Et hoc expoſito, ob... domino noſtro ſibi de canonicatu, & præ... ... dictis ſpecialiter prouideri, tanquam ſpecialiter reſeruatis, reſeruationem obtinendo, etiam ex preſsione facta in literis, quòd dicta cantoria erat dignitas maior poſt epiſcopalem, & curata. opponitur contra literas, antequam expediantur per cancellariam, vt non expediantur, vel poſtquam fuerint expeditæ, nec expeditio executioni mandetur, quòd talis prouiſio non valet, pro eo, quòd in literis expectationis antedicta fuit excepta dignitas maior poſt epiſcopalem, & de hac exceptione in ſupplicatione, & literis huiuſmodi prouiſionis non fit mentio: quæritur vtrum talis oppoſitio, ſeu exceptio ſit bona, & ſufficiat ad impediendum literas, vel executionem antedictas. ſaltem quo ad cantoria. Et primo videtur, quòd exceptio, ſeu oppoſitio talis ſit bona, & ſufficiens, quia quando alicui obſtant plura impedimenta, licet fiat ſibi gratia de ſublatione vnius, non propter hoc tollitur ſibi aliud, & ideo adhuc alio remanente totum remanet impeditum. vt ff. de ſer. vrb. præd. l. ſi dominus. de fil. presby. cap. ſecundo. de auctor. & vſu pal. cap. ex tuarum. de priuileg. cap. paſtoralis. Modo dicta acceptatio non valebat ex duplici capite. Primo, quia gratia ſe non extendebat ad dignitatem huiuſmodi maiorem poſt pontificalem. Secundo, quia cantoria ante erat reſeruata, & non erat ſublatum, niſi ſecundum impedimentum. ergo † primo impedimento adhuc remanente totum adhuc remanet impeditum. Tertio, 1
quantumcunque in gratia aliquid exprimitur, vel tacetur, quo non expreſſo, vel non tacito papa gratiam denegare potuiſſet, gratia eſt ſurreptitia, & nulla. de elect. dudum. & cap. ad audientiam. ij. & de præben. dudum. lib. vj. Modo ita eſt, quòd hic videtur expreſsiſſe quod virtute dictæ acceptationis ſibi dicta cantoria deberetur niſi reſeruatio obſtaret, quod eſt falſum, quia ex alio capite acceptatio non valebat, puta, quia dicta dignitas cantoriæ ſub dictis literis non cadebat. Item tacuit, quòd dignitas maior poſt pontificalem fuiſſet in literis ſpecialiter excepta, quæ ſi fuiſſent expreſſa, ac non tacita, mouiſſent principem ad non concedendum, ergo, &c. Contrarium puto, quia aut vitiaretur dicta gratia † prouiſiua propter falſi expreſsionem, 2
aut propter veri taciturnitatem, cum de poteſtate collatoris, & habilitate prouiſi, ſeu vacatione minime dubitetur. Sed neutrum horum poteſt dici. Dico primo, quòd non poteſt dici dicta gratia defectuoſa propter falſi ſuggeſtionem, quia ſi diceretur hic fuiſſe facta ſuggeſtio iſtud eſſet in hoc, quòd ſuggeſtum videatur eſſe, acceptationem pro eo ſolo fuiſſe vitioſam, quia beneficium erat reſeruatum. Sed breuiter dico, quòd hoc nullo modo videtur papæ fuiſſe ſuggeſtum, quia non ſequitur: hoc impediuit, ergo non illud. cum plura poſsint eſſe impedimenta, quorum quodlibet per ſe eſſet ſufficiens, vt probant iura ſuperius alleg. facit cap. cum pro cauſa. de ſentent. excommunic. Dico ſecundo, quòd non poteſt dici dicta gratia ſurreptitia propter veri taciturnitatem, quia ſi hoc diceretur, hoc eſſet propter hoc, quòd tacitum eſſet in gratia, quòd in gratia, vigore cuius fuit facta acceptatio, excepta fuerat dignitas maior poſt pontificalem. Sed hoc non obſtat, quia nunquam vitiat gratiam illius taciturnitatis, quod ex narratis, & eorum forma poteſt, & debet veriſimiliter princip. eſſe no-

tum: ſed ſic eſt in propoſito, ergo, &c. Patet primum, quia quando quis facit actum, qui poteſt certo obſtaculo impediri, ſi fiat ob taculum illud, & ſit in eius poteſtate illud tollere, eſto quòd nec de hoc aliquid dicat, nec de hoc aliquid ſibi dicatur, videtur ipſe velle tollere illud. vt ff.de excuſat. tutorum. l.idem Vlpianus.§ fin. & ff.de re iudicata. l. quidam conſulebant. & C. de neceſſariis ſeruis hæredib. inſtituen. l.penult. Ad quid enim oporteret aliquid dicere alicui, quod per ſe veriſimiliter fieri debet. certe fruſtra. vt ff.de actio. empti. l.prima. in fine. & l.ea quæ. ff.de ædil.edicto. l.j. §.ſi intelligatur. cum ſimilib. ibidem alleg. Et pro hoc facit, quod not.Iacob.Petr.& Cyn. C.ſi contra ius, vel vtil.pub. l.omnes. circa princip. videlicet, quòd licet reſcriptum non valeat contra legem, tamen ſi facta eſt talis narratio facti in reſcripto, quod princeps cognoſcere potuit huiuſmodi reſcriptum eſſe contra legem, licet de hoc in reſcripto nil dicatur expreſſe, ſeu quòd non dicat.non obſtan. tali l.valet reſcriptum. Item facit, quod dicit Inno.de reſcrip.
5 cap.primo. priuilegium, † ſeu reſcriptum conceſſum
a per principem [a] valere, eſt ius commune tollere, licet de illa non faciat mentionem. quia in ſcrinio pectoris præſumitur illud habere. l.omni. C.de teſta. Item pro hoc facit quod not.Ioan. Andr. in glo.ſua de conſtit.cap.j.libro vj. quòd papa faciendo nouam conſtitutionem, generalem conſtitutionem contrariam videtur velle tollere, pro eo quòd præſumitur illam ſcire, etiam ſi de ea mentionem non faciat. Item fac.quod not.Felin.in tract.ſuo.de rer.permut. quæſt.iij. vbi dicit, quòd impetratio beneficij ex cauſa permutationis obtenta, non valet, ſi beneficium eſt reſeruatum, & de reſeruatione mentio non eſt facta, niſi reſeruatio illa eſſet generalis, & publice nota. quia tunc præſumeretur, quòd papa illam ſciuiſſet, & tunc expreſſio neceſſaria non fuiſſet. Minor propoſitio dictæ rationis ſatis videtur eſſe clara, videlicet, quòd ex forma narratorum papa debuerit ſcire veriſimiliter, quòd in gratia prima excipiebatur dignitas electiua, quia iſtud eſt notorium ex ſpeciali conſtitutione plus quàm notoria, quòd in omnibus huiuſmodi literis ponitur dicta clauſula exceptiua. In notoriis verò admonitio, ſeu expreſſio neceſſaria non eſt. Hinc eſt, quòd licet emptor debeat euictionem venditori denunciare, tamen vbi eſſet notorium, denunciatione opus non eſſet. vt ff.de ac tio emp. l.emptorem. ſecundo reſponſo. Item hoc alia ratione ſecundo deduco ſic, quia aut dices papam fuiſſe deceptum in hoc, pro eo, quòd credidit, quòd forma ſibi expreſſa ſibi hoc importet, & ſub ea dignitas talis comprehenderetur. Aut pro eo, quòd ipſe putauerit, quòd in gratia prima fuerit facta expreſſa mentio, quòd dignitas huiuſmodi maior etiam comprehenderetur ſub ipſa, quia non videtur, quòd ex alio decipi potuiſſet. Sed neutrum dici poteſt, ergo, &c. Dico enim primo, quòd primum dici non poteſt, quia hoc eſſet ponere errorem iuris in principe, quod eſſet abſurdum. vt cap.j.de con ſti. libro vj. Certum enim eſt
4 † de iure ſ[illegible] modo ſecundum conſtitutiones domini noſtri, quod ſub generali gratia non comprehenditur dignitas maior poſt pontificalem, etiam ſi non apponeretur clauſula exceptiua, vt habent ordinationes papæ Ioan.xxij. per omnes dominos ſummos pontifices ordinate confirmatæ, & conſtitutio domini noſtri moderni data in cancellaria. Dico præterea, quòd nec ſecundum dici poteſt, quia non eſt veriſimile papam voluiſſe diuinare. vt l.ſi putator. ff.ad leg. Aquil. Secundo quia veriſimile eſt, quòd papa debuerit idem iudicium facere de eo, quod ſibi non apparebat, & de eo quod non erat. vt l.in lege. & l.Rutilia Polla. ff.de contrahen.empt. Tertio, quia veriſimile eſt, quòd debuit dominus noſter præſumere, quòd non fuerit poſita aliqua clauſula in literis primis, per quam in eis huiuſmodi dignitas maior comprehendi valeret: tum, quia hoc non eſt conſuetum, imò prohibitum fieri, nec credo factum adhuc fuiſſe de tempore domini noſtri moderni: tum, quia ita eſſet veriſimile, quod dictus Rodulphus de hoc feciſſet mentionem in iſtis ſecundis literis, vt eas faciliter obtinere potuiſſet: quia quilibet præſumitur eſſe diligens in modis ſibi acquirendi. argum. ff.de arbit.tut. l.ſi defectus. & ff.de probatio. l.cum de indebito. in princip. & in fine. & l. ſi pactum. eodem tit. Concludo igitur in præmiſſis, papam in conceſſione dictæ gratiæ nouæ prouiſiuæ non fuiſſe in aliquo circumuentum, & per conſequens dictam gratiam minime propter ſurreptionem vitiari. Tertio principaliter hoc probo ſic, quia licet falſæ expreſſiones, quæ mouere potuiſſent principem veriſimiliter ad facilius concedendum, regulariter vitiet gratias, quia literæ habent tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur: tamen non omnia tacita, quorum expreſſio mouere potuiſſet ad denegandum gratiam, vitiant, ſed ea ſolum, de quibus reperitur expreſſum, vel de quibus iure eſt certum, quòd eis expreſſis papa gratiam nullatenus conceſſiſſet. Et hinc eſt, quod licet papa non ita libenter daret beneficium magni valoris, ſicut modici valoris, huiuſmodi videlicet modicæ dignitatis: tamen ſi dat capellam maximi valoris, valore tacito, huiuſmodi talis modicæ dignitatis valet gratia, nec ex taciturnitate huiuſmodi vitiatur: licet ſecus, ſi minorem valorem expreſſiſſet. vt not. glo. in clement. j. de præben. alleg. Facit, quòd † collatio facta per papam crimino ſo, valet ipſo iure, per nota. Innocent. 5 de conceſſ.præben. propoſuit. & probat capit.inter dilectos.de except.prælat.& cap.accedens. de accu. & tamen ſi fuiſſet crimen expreſſum papæ, hoc valde potuiſſet commouere ad denegandum. de ætate. & qua.eam te. cum ſimilib. Modo ita eſt, quòd hic non poſſumus dicere literas huiuſmodi impugnari poſſe ex falſi ſuggeſtione, quia hic non reperitur aliquod falſum expreſſum, vt prædictum eſt, & non eſt certum de iure, quòd ſi fuiſſet expreſſum, quòd in primis literis non fuiſſet adiecta dicta clauſula exceptiua, papa propter hoc dictam nouam gratiam denegaſſet, imò veriſimiliter magis eſt de contraria attenta dignitate impetrantis, & quòd gratia iſta noua non fundatur ſuper aliquo in re ipſius, ergo, &c. Ad rationes factas in contrarium faciliter reſpondetur. Et primo ad primam dicitur, quòd hæc eſt gratia nouum ius concedens, non impedimentum tollens, & inquantum tolleret impedimenta, videretur vtrumque tollere, vnum expreſſe, & aliud tacite. per prædicta.

Ad

Ad ſecundam rationem reſponſum eſt per primam
rationem huius partis.

a ¶Per principem. *Not. tamen, quòd princeps poteſt ex ſola voluntate contra ius poſitiuum diſpenſare. Vide Innoc. in cap. cum ad monaſterium. de ſta. regu. Abb. in cap. cum literis. de in integr. reſtit.*

CONCLVSIO DCXCVIII.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio xij. annorum an ſit ſufficiens vt aliqua eccleſia vniat monaſterio.*
2 *Impetratio in præiudicium partis non facienda.*

1 SVppoſito, quòd cauſa †commiſſa ad inſtantiam
abbatis, & conuentus ſancti Petri coutra Ioan.
presbyterum ſuper eccleſia parochiali ſancti Martini,
quam monaſterium poſſedit tanquam vnitam,
per xij. annos proxime præcedentes, & ratione dictæ
vnionis ad ſe, & dictus Ioan. ratione cuiuſdam
prætenſæ collationis ad ſe pertinere prætendunt,
decretaq; citatione per auditorem curſor ad inſtantiam
monaſterij contra Ioannem impetrat gratiam
à papa iure deuoluto, non faciens mentionem de
commiſsione, & decreto citationis prędictæ, eadémque
die fit executio citationis ſimpliciter per curſorem
ad dicendum contra dictam commiſsionem
tenore commiſsionis ipſi Ioan. citato non explanato
per curſorem. Nec apparet quid pręceſſerit, an citationis
executio, an vero econtra, valet dicta impetratio.
hoc eſt, quòd non eſt ſurreptitia occaſione
præmiſſa non obſtante. cap. cauſamque. ij. de teſtib.
quia vt ibi not. Hoſtien. non intelligitur illud c. niſi
2 de impetratione † facienda in præiudicium partis
ſuper eo, de quo litigatur. Modo hic ſecus, quia ſi
vnitum eſt, non vacat. Si non vacet, impetratio non
valet. de conceſſ. præb. cap. j. non obſt. cap. ij. vt lit.
pend. in clem. Tum quia, quòd præceſſerit executio,
tenetur probare excipiens. per not. glo. cap. fin.
in clement. de reſcrip. & Cyn. poſt Iaco. C. de probatio.
l. cum te. ff. de negot. geſt. l. eum qui. per glo.
Tum quia citatio non habuit plenam certitudinem
cauſæ, &c. vt d. clem. ſi tamen præceſsiſſet plena citatio,
forte ſecus propter præiudicium abſolu. de
quo C. de rei vend. l. fin.

CONCLVSIO DCXCIX.

De reſcriptis. *Rubr.*

IN caſu concluſionis ſupra proxime prædicti temporis
xij. annorum curſ. deuolut. eſſe probatum,
fac. quia debuerit ordinarius inquirere. de offi. ord.
cap. ordinarij. lib. vj. de priuile. cum perſonæ. eod. lib.
maxime propter papales conſtitutiones vniones
prohibentes, non obſtat poſſeſsio, quia non nunc,
ſed in princip. dicti curſ. negligentia eſt attendenda,
ſed in impetrante habente modo acceptare, dicta
poſſeſsio longa curſ. menſis impediret, & excuſaret.
Ægidius Belſemeræ.

CONCLVSIO DCC.

De iure patro. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Tollere facultatem præſentandi, eſt tollere perceptionem fructuum & ſtatum poſſeſsionis immutare.*

SI poſſeſſor comitatus, ad comitatum ſpectat
ius patronatus, & præſentandi, in cuius iuris
poſſeſsione eſt ipſe comitatus, & erat ipſe vltimus
comes tempore mortis, licet ipſe poſſeſſor comitatus
nunquam alias præſentauit, modo iure & nomine
ipſius comitatus præſentauit, valet præſentatio
iure, & ratione dictæ poſſeſsionis iuris præſentandi
ipſi comitatui per eum poſſeſſorem competente.
per not. Innocen. de reſtit. ſpol. literas. in fine.
vbi not. Innoc. idem de poſſeſsionis beneficio poſſeſſori
competenti, quam tamen poſſeſsionem non
apprehendit, quia hoc non obſtante ipſe pro ea
agit, non ſuo, ſed beneficij nomine. fac. not. de iure
patro. cap. ex literis. not. Innoc. quòd cum iure vnibili
tranſit ius iſtud, de eo mentione non facta, licet
ſecus in fundo. Modo conſtat pro regula, quòd
ducatus, & comitatus ſunt nomina adminiſtrationem
habentium, vniuerſitatem iuris, &c. de prohi.
feu. alie. per Federi. §. præterea ducatus. not. glo. de
voto. cap. licet. quod intellige, niſi ipſe ſit in poſſeſſione
mala fide, tempore quo præſentat: licet fateor,
quòd ſola litis, vel guerrę motio, aut alia quæuis
denuntiatio non facit verum bonæfidei poſſeſſorem
[a] eſſe poſſeſſorem malæfidei, quo ad hoc, a
quando valet, nihilominus valet præſentatio poſt
per talem facta, niſi ex alio capite inſurgat præſumptio
malæfidei, quicquid alij dicant. Et colligitur
hæc concluſio ex dictis Innoc. poſitis in capit. conſultationibus.
de iure patr. Ratio, quia propter prohibitionem
talis quis non debet omittere vti iure
ſuo. Vide ſuper hoc de dictis Innoc. de maior. & obedien.
cap. dilecti. Poteſt enim eſſe, quòd lis iniuſte
ſibi mouetur: & quòd ea non obſtante habet iuſtam
cauſam ſuam poſſeſsionem defendendi. Nec debet
quis prætextu litis motæ à ſua poſſeſsione deſiſtere.
vt ff. de petit. hæred. l. illud. ff. de lega. ij. l. qui ſolid.
§. etiam. imò ſi in hoc impediretur, fieret attentatio,
& innouatio in præiudicium litis. vt lit. pend. cap. j.
& ij. & cap. fin. Vide per Innoc. vbi ſuprà. Et licet denuntiatio
fiat ex cauſa probabili, ſi vera eſſet, & aliquid
veriſimilitudinis habeat. & ita facit rem dubiam,
ſecundum not. C. de procurat. l. j. per Cyn. tamen
non ſufficit, quia quis non tenetur de facili
credere aduerſario ſuo. Nec obſt. C. de rei vendic.
l. ſi domum. & l. certum. ff. de peti. hæred. l. item veniunt.
§. à quo. quia loquitur in alio caſu, videlicet
quo ad fructus conſeruandos propter dubium, &
loquitur de fructibus, qui conſeruari poſſunt, poſtquam
enim res dubia eſt, mala fide ageret, ſi fructus
non conſeruaret; nec per hoc perceptio fructuum
ſibi impeditur, & ita nec per hoc ſtatus poſſeſsionis
ſibi turbatur. Sed in caſu noſtro loquimur in fructu,
qui conſeruari non poteſt, ne diutina vacatio
inducat ipſi beneficio diſpendium. Item loquimur
in fructu, qui percipi non poteſt, niſi percipiendo
conſumatur. not. Innoc. de reſtitu. ſpoliat. in literis.
vbi de hac materia plura, ita † quòd tollere facul- 1
tatem præſentandi, eſſet tollere perceptionem huius
fructus, & ſtatum poſſeſsionis immutare, quod
fiendum non eſt, vt prædictum eſt, ergo, &c. Non
intro difficultatem, an faciat fructus ſuos bonæ fidei
poſſeſſor lite etiam conteſtata. licet enim teneatur
reſtituere, an non, quia opus non eſt, licet putem,
quòd ſit. Et ita not. duæ glo. ff. de rei vendic.

tione rei principalis per temporum diuerſitates. argum. de teſti. ca. cum tu. & C. de fur. l. manifeſtiſsimi. maxime, quia non eſt veriſimile, procuratorem voluiſſe contra producta per eum venire. produxit enim in facto iſto inſtrumentum poſſeſsionis adeptę ante litem, & confirmationem antedictam per dictum reum, & confeſsionem, & confirmationem, & aſſertionem dictæ partis ſuæ principalis voluiſſe aliquid ex certa ſcientia confiteri: maxime quia non eſt veriſimile, dominum id voluiſſe mandare ſub clauſula generali, & ideo non eſt veriſimile, procuratorem id potuiſſe, & præſertim, quia verba, dominus, &c. poſſunt habere bonam interpretationem ſi recipiantur cum iuris effectu. vt ff. quod quiſque iuris. l. j. in fin. ſcilicet quo minus potuerit habere cum effectu, quia non videtur verſum, quod non durat verſum. ff. de in rem verſo. l. pro patre. §. verſum. facit tamen dubium not. Barto. ff. de verbo. obliga. l. qui ante. vbi videtur notare, quod interpretatio cap. cum tu. quæ habet locum in teſtibus, inſtrumentis, & iuris diſpoſitionibus, non habet locum in diſpoſitionibus, confeſsionibus partis eiuſdem, quia primæ probant, & ſecundæ non, ſecundum domi. Corſien.

CONCLVSIO DCCIII.
De cauſa poſſeſsionis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio, & facultas percipiendi an confirmet poſſeſsionem.*

1 SI in caſu concluſionis ſupra ſi † reus confirmatus prædictus in dicta confirmatione expreſsit, quòd fuit poſſeſsionem pacifice aſſecutus. ſecundo quia fructus percipiebat, ſi primũ probat hoc modo, videlicet per chordas, & veſtimenta, &c. infra eccleſiam fuit in poſſeſsionem inductus. ſecundum non probat, nihilominus non propter hoc ſua confirmatio eſt ſurreptitia. quia ſi habuit poſſeſsionem,
2 ergo facultatem liberam fructus percipiendi,[a] niſi aliud appareat. vt l. in bonæfidei. ff. de acquirend. re. domi. quod ſi eſſet, de hoc deberet per partem excipi. Si ſic præſumitur, quòd perceperit. vt l. ſi defunctus. C. ſi arbi. tute. & l. cum de indebito. de probatio. ff. Præterea quid ad rumbum, an percipiat, cum percipere poſsit, & cum perceptio obſtante reſeruatione ſit infecta, quanquàm in apprehenſione fuit ignorata, non video. tamen Corſien. fuit in opinione contraria, quia ſecundum eum dictæ conſequentiæ non ſunt neceſſariæ. replicaui tamen iſta non fore plene probanda, per notata in capit. exceptionis. & regula, infamibus. tamen hoc non eſt ſine dubio.

a ¶Fructus percipiendi. *Nota, quòd fructus percipiendi dicuntur duobus modis, ſicut & fructus percepti: de quibus vide per Specu. titu. de fruct. & intereſſe. §. j.*

CONCLVSIO DCCIIII.
De præſcriptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Titulus errore facti fulſitus dat cauſam præſcribendi.*

2 *Iuſtus error habetur pro titulo.*

SI appareat in caſu dccj. concluſionis ſupra præcedentis conceſsio epiſcopi, quæ dicatur facta cum conſenſu ſui capituli, de quo conſenſu non apparet, & ſequatur tempus ſufficiens ad præſcriptionem, illud ſufficit. Nam talis † titulus errore facti 1
fulcitus dat cauſam præſcribendi: videlicet ſi epiſcopus donat, & vt dicit de conſenſu ſui capituli, & ita credit monaſterium, & ita procedit, quod notat glo. de conſuet. cum dilectus. de præſcrip. de quarta. & præſumitur talis error per cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. Facit, quia † iuſtus error [a] habe- 2
tur pro titulo. ff. pro emp. l. ij. §. ſi à pupillo. & §. ſequen. & ff. pro lega. l. fin. & iuſtus eſt hic error facti. l. ij. ff. de iur. & facti ignorantia. Maxime propter lecta, & notata in capit. ea noſcitur. Super quo tamen vide dominum Barto. ff. rem ratam ha. l. actor. Secus ſi in iure errasſet. Et ita procedit, quod notatur in d. ca. ij. de his quæ fiunt à præla. argu. de iuris & facti ignorantia. l. iij. & l. regula. & de vſucap. l. ij. §. ſi à pupillo. & l. vbi lex. & l. nonnunquàm. probant notatã Archidia. x. quæſtio. iij. cognouimus. Et ita notat Paulus in clemen. j. de rebus eccle. non alie. in ſua vltima gloſ. & ibi vide plene. Aliqui domini voluerunt dicere, quòd requiritur ſubſcriptio clericorum, pro quo videtur text. xij. quæſtio. ij. ſine exceptione. & notat Innocen. in capit. dudum. de rebus eccle. non alie. lib. vj. de alia ſubſcriptione loquitur. Idem dixerunt quidam domini de tractatu per capi. tua. in fin. de his, quæ fiunt à præla. Sed dic de hoc, vt in concluſionibus domini Neapolitani, quæſtio. lviij. Quod dixi conſenſum capituli interueniſſe, intelligo quo ad effectum excludendi malam fidem in recipiente. Et ita procedit opinio Pauli, vt præſcriptio currat. Sed quo ad effectum validandi alienationem perpetuam ſecus. Et ita procedit opinio Bart. in dicto §. ſecus. licet ſecus de alienatione temporali. vt cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. Et ita procedit, quod ibi not. Quod intellige. niſi opponatur per partem conſenſum non interueniſſe. Et ita procedit, quod no. Innoc. in d. c. ea noſcitur.

a ¶Iuſtus error. *De errore iuſto, & minus iuſto, & iniuſtiſsimo. vide Alberi. de Roſa ff. pro ſoluto. l. ſi exiſtimans & not. in gloſ. C. de inceſtis nup. l. quis contra legum.*

CONCLVSIO DCCV.
De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Patronus donans eccleſiam, an cenſeatur donare ius quod in ea habet.*

2 *Condemnatio iudicis in eo quod continetur in petitione actoris eſt nulla.*

3 *Eccleſia eſt indiuiſibilis.*

SVppoſito, quòd eccleſia parochialis ſpectet ex canonico titulo pleniſsime ad monaſterium, videlicet ad ſpiritualia omnia, & temporalia, ac ipſorum omnium plenum, & liberum exercitium, & fructuum perceptionem omnium, ſaluo quòd debent habere ſecum vnum capellanum ſecularem, qui per eos epiſcopo præſentetur, & ab eo recipiat curam, & in decenti habitu ſacramentum euchariſtiæ portet infirmis, & etiam quòd ibi monachi vſi fuerunt per ſeipſos exercitio curæ, & vicariatu ſacramenta miniſtrando: ſi moritur capellanus, & impetratur eccleſia, tanquàm vacans per ipſius mortem, impetratio valet, vt ſupra in vna concluſione, & per ea, quæ ibi dixi in fin. & vt gra-

ɀia papæ valeat, & in aliquo ſortiatur effectum.cum
papa fuerit ſine dubio intentionis aliquid confe-
rendi,argumen.de priuileg.ſi papa.de verbo.ſigni-
ficatione,abbatem.de leg.j.ſi quando. Facit, quòd
1 ſi † patronus donet eccleſiam, cenſetur donare ius,
quod in ea habet,vt de donatio.cap.paſtoralis.& de
iure patrona.cap.cura. Plus dixerunt quidam do-
mini, & plurali numero, quòd ſi in libello talis im-
petrans contra monaſterium generaliter tria petie-
rit:videlicet dictam ſuam poſſeſsionem pronuntiari
canonicam, & declarari dictam eccleſiam ad eum
pertinere, ſibíque adiudicandam fore,ac dicto mo-
naſterio nullum ius competere ſuper dicta eccleſia:
dictus iudex facta fide de præmiſsis, debet decla-
rare libellum.& ſuper iure dicti capellani ferre ſen-
tentiam ſuper aliis impetranti ſilentium imponen-
do,& hincinde compenſando expenſas. Pro primo
allegat.ff.de lega.ij.l.qui ſolidum.in princip.ff. famil.
hercifcun.l.in hoc iudicio. & not. Cyn.C.ſi aduer-
ſus rem iudic.l.j. Pro ſecundo de expenſis allega-
bantur not. Innocen. de dolo.capit.finem.in gloſſ.
magna.vet.item nota, quòd ſi in ſententia licet ni-
mis. Facit contra Innocen.de plus pe.cap.vno.in fin.
vltimæ gloſ. Sed in primo duo domini ſubtiliter il-
lud dictum impugnarunt,vt prima facie videbatur.
2 Eſt enim certum † de iure, quòd iudex, qui con-
demnat in eo, quod non tenetur in petitione acto-
ris,male, & ſatne agit. vt ff.de euict.l.fundus.& C.
de fideicommiſſa.li.l.fin. Modo conſtat, quòd ius,
quod habuit præmortuus capellanus ſub generali
eccleſiæ petitione,non comprehenditur,ergo in illo
iure condemnatio fieri non poteſt. Quòd non com-
prehendatur probo ſic, quia aut comprehenditur
tanquàm pars rei petitæ:vt in l.qui ſolidum,in prin.
3 allega. & hoc non, quia † eccleſia eſt indiuiſibilis,
& partem non habet, nec ipſa, nec ius incorporale,
quod in ea habetur, partem habet.vt de præbend.
maioribus.& capit.dilecto.de conſtitu.capit.cum M.
cum ſimili. Aut comprehenderetur per reductio-
nem proprietatis verborum ad improprietatem, ſi-
cut de impetratione proxime dixi. Et certe hoc dici
non poteſt, quia ſicut ius monaſterium non exclu-
deret, ſi mentem talem libellans haberet, quod ta-
men per expreſſum excludit. Poſtquã enim nullus
prætendit in eccleſia ius, niſi monaſterium, & iſte
impetrans ab eo ipſo, quòd impetrans expreſſe mo-
naſterium in libello ex toto excludit, cenſetur velle
libellum intelligere de directo,& principali iure re-
ctoriæ.argumen.ff.ſi ager vect.l.ij. Facit, quia libel-
4 lus debet eſſe clarus [a] de natura ſua.ff.de rei vendic.
l.ſi rem. Et licet ab initio declaratio relinquatur
actori.ff.de iudic.l.ſi quis intentione ambigua.& l.
inter ſti.§.j.ff.de verborum obligatio.quod dicti duo
domini conſulebant, videlicet, quòd diceretur illi
actori per dominum auditorem, quòd dictum li-
bellum declararet, & in caſu, quo non declararet,
fieret interpretatio contra eum.vt in regula.contra
eum.libr.vj.& ſaltem debent in dubio accipi verba
in proprio ſenſu,vt inſtitu. de iure naturali §.quo-
ties.ff.de lega.iij.l.non aliter. maxime in odium de-
clarare valentis. ff. de interroga.act. l.de ætate.§.qui
tacuit. Coniunge cum iſto, quòd ſi libellus debet
eſſe clarus, adhuc ſententia debet eſſe clarior §.cu-
rare.inſtitu.de actio. Et quia non videtur, quòd ius
illius capellani conſiſteret in ipſo corpore eccleſiæ,
ſeu in principali eius regimine,ſed eſt ſicut quædam
capellania, vel vicaria in eccleſia conſtituta ad rele-
uamen rectoris in aliquo ordinata,ſicut videmus in
multis eccleſiis huiuſmodi capellanias,vicarias,&
præbendas etiam cum animarum cura, ſeu pote-
ſtate audiendi confeſsiones conſtitutas. quibus ta-
men non dicitur prouideri aliquo modo de eccle-
ſia,ſed in eccleſia. Et hanc differentiam notat gloſſ.
in clemen.j.de præbend. licet ſecus putarem, vbi
monachi carerent exercitio curæ per ea, quæ dixi
ſupra in vna concluſione. Hoc ſuppoſito dicebant
domini, quòd ſi recuſat ille declarare, abſoluatur
monaſterium ab eius impetitione, & condemnetur
in expenſis, quod tarde fiendum foret. Et ſi fieret,
bonum eſſet ſententiam taliter declarare,quòd ap-
pareret modus, & cauſa pronuntiantis eiuſdem, ſi
ſe declararet. Dicebant, quòd pronuntiaretur, ſe-
cundum quòd alij domini ſupra proxime ante præ-
dixerant.

a ¶Libellus debet eſſe clarus. *Adde tamen, quòd libellus in vna, & eadem concluſione poteſt pro parte eſſe aptus, & pro parte ineptus: pars tamen inepta non vitiabit aptam: vt Lud. Ro.conſil.cclxv.in j.col.ver prætereà.*

CONCLVSIO DCCVI.

De renuntiatione. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiare facto & tacitè ſuæ appellationi quis dicatur.*

2 *Appellatio legitima iudicis iuriſdictionem ſuſpendit.*

3 *In facto quæ veniant conſideranda.*

SI ille qui à ſententia diffinitiua contra eum per
auditorem cameræ apoſtolicę lata ad ſedem apo-
ſtolicam appellauit, poſt appellationem comparet
coram eodem auditore, & producit iura ſua,vt ſibi
oſtendat ſuam ſententiam fuiſſe iniuſtam ad iuſtum
finem, quòd idem auditor ad dictæ ſententiæ exe-
cutionem non procedat. per hoc ſuæ appellationi
renuntiare non videtur. Ratio eſt,quia † tunc quis 1
renuntiat facto, & tacitè ſuæ appellationi, cum fa-
cit actum contrarium ſuæ appellationi,vt in eo con-
trarietas euitetur.vt de appel. ſolicitudinem. in fin.
vt ecce † appellatio, ſi ſit legitima, iudicis iuriſdi- 2
ctionem ſuſpendit. vt de ſentent. excommu.cap.per
tuas.& habet effectum talis ſuſpenſio,quòd talis iu-
dex,à quo eſt appellatum,& cuius iuriſdictio ſit per
appellationem ſuſpenſa, non poteſt in cauſa vlte-
rius procedere, & ſi procedat, nullus eſt ipſo iure
proceſſus.vt capit. licet. de ſenten.excommu.lib.vj.
& cap. per tuas. allega. Et idcirco ſi appellans cum
tali iudice, à quo ipſe appellauit, procedit ad ali-
quem actum, qui non poſsit expediri, niſi virtute
iuriſdictionis huiuſmodi ſic ſuſpenſæ, tunc vel vi-
detur velle per factum contrarium ſuæ appellationi
renuntiare. vt de conſtitu. cum M. vel eſſe ſibiipſi
contrarius, quod non creditur in dubio, nec per-
mittitur in expreſſo: vt cap. ſolicitudinem.in fin.al-
legat. Et ita procedit cap.gratum.allega.de offic.de-
legat.de teſtib.cum veniſſet. Modo producere iura
ſua, non eſt procedere cum tali iudice ad actum,
qui non poſsit, niſi in vim iuriſdictionis expediri,
quia hoc poteſt coram non iudice, & extra iudi-
cium.

1 cium. Præter [illegible] quia [illegible] intentus conſiderandus eſt in facto. ff. de don[illegible] in fin.cum l.ſequen.& l. ſed an ultro. in princip.ff.de negotiis geſt. Modo iſte producebat, vt non fieret executio. Modo ad idem tendit ſua appellatio, & ita bene fa.notata Innocen. de appel.dilecto.in fin. gloſ. & Paul. in cle.ſi ante.de geminatione appellationis. Præterea, quia ſi producto poſſet reſpicere plures intentiones, & fines, reſpiciendus eſt tamen in dubio ille, qui minus obeſt producenti: puta, quia non eſt veriſimile in dubio, quòd quis tacite ſuæ appellationi renuntiare velit, niſi bene appareat per contraria iuta præmiſſa: intelligas, niſi petiiſſet à iudice tali, quòd pronuntiaret, vel interloqueretur ſuper executione non fienda, vel quòd citaret partem ad dicendum contra. Cum enim talia non poſſint fieri à iudice, niſi in vim ſuæ iuriſdictionis, quæ iam dicitur eſſe ſuſpenſa, apparet. quòd tales actus contrarij ſunt huiuſmodi ſuſpenſioni, & per conſequens appellationi prædictæ, per clarum fundamentum ſuperius allegatum.

CONCLVSIO DCCVII.

De accuſa. De iudic. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Informatio facta ſuper infamia teſtium eſt extraiudicialis.*

AVditor cui eſt commiſſum, quòd ſi repererit citandos de contentis in commiſ. ſibi directa publice diffamatos, decernat contra eos citationem 1 perſonalem,& qui ſuper huiuſmodi infamia [a] teſtes [illegible], non obſt.hoc abſque ſpeciali mandato,etiam [illegible]ſtantiam procuratoris huiuſmodi citandorum generaliter deputati ad cauſas, non poteſt recipere teſtes ſuper bona fama. Ratio eſt triplex. Prima 1 quia iſta eſt extraiudicialis informatio. ergo &c. Hanc rationem proſequitur, vt dixi ſuprà. in vna [illegible]luſione. Secunda ratio,quia natura huius cauſæ procuratorem non admittit. Et ita fuerat ante deciſum per tres concordes interlocutorias in palatio apoſtolico, vt dicebat in conſiliis dominus Guillardus auditor. Item tenuerunt domini, ſi talis procurator vellet allegare cauſas abſentiæ. Nec obſt.l.ſeruum quoque.§.publice.ff.de procura. quia intelligitur de procuratore habente ſpeciale mandatum ad huiuſmodi excuſationem, ſeu cauſas abſentiæ proponendas, & de procuratore poſt datam citationis deſtinato ad hoc ſpecialiter. Sed iſtam rationem deſtruit dictus §.publice.ſi bene videatur. Sed alia ratio poteſt eſſe, quia non ante citationis conceſſionem, ſed poſt eius executionem, & reportationem ſunt talia alleganda, quia exceptio accuſationem præſupponit, cum ſit eius excluſio.ff.de except.l.ij. Præterea de hoc ſolet ſemper ſpecialis commiſſio impetrari.

a ¶ Huiuſmodi infamia. *Nota, quòd duplex eſt infamia, vna, qua eſt iuris canonici, qua eſt mortalis peccati, vel excommunicationis, & hæc tollitur, quantum ad culpam per pœnitentiam, & abſolutionem .vj.quæſtio.j.illi qui. ſed quantum ad infamiæ notam, ſi ſunt clerici, non tollitur, niſi per papam, ij. quæſtio iij. capitu. Euthenium §.proxi.alia eſt infamia iuris ciuilis iij.quæſtio.vij.infamis § porro. Et huiuſmodi infamiam non poteſt delere, niſi ciuilis iudex, cui eſt legem condere.eo.c. Euthenium.§.proxi.*

CONCLVSIO DCCVIII.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Probans tertius litigans ſe, ante latas tres ſententias conformes, habuiſſe poſſeſſionem, & doceat de iure ſuo, an repellendus, vel admittendus.*

SVppoſito † quòd Petr.contra M.ſuper beneficio obtinuit tres diffinitiuas ſententias in pentorio, 1 & poſſeſſorio.& fecit fieri executorias,& proceſſus, & poſt hoc reperit A.intruſum, & obtinuit à papa poſtmodum, narrando tamen intruſionem factam fuiſſe tam lite pendente,quàm poſt ſententias antedictas, quòd per executorem dictæ ſententiæ, quo ad poſſeſſorium contra dictum A. executioni mandarentur, perinde acſi contra eundem A.fuiſſent promulgatæ, quodque hoc videns ipſe A.expoſuit domi. Nicol.ſe poſſeſsionem huiuſmodi ante dictas ſententias habuiſſe,& ſe poſſe ſtatim docere de iure ſuo,& obtinuit mandari auditori palatij coram quo cauſa primo pendebat,quòd ſi reperiret,quòd ante ſententias huiuſmodi poſſeſsionem habuiſſet.ipſum ſuper pentorio ante executionem audiret. Sed ſi reperiret, quòd poſt ſententias habuiſſet hanc poſſeſſionem, eum non audiret, quouſque ſententiæ huiuſmodi fuerint contra eum executioni mandatæ, onus probandi, quod poſt ſententias incumbit ipſi P.adeo, quòd ſi nihil probaret, audiri debet A.& retardari executio. Ratio eſt,quia de iure communi ſententia lata inter P. & M. non debet præiudicare ipſi A.cum diuerſæ perſonæ & ex diuerſo iure ſe fundent,nec vnus ab alio habeat cauſam,nec poſsit prohibere alium reperiri: vt ff. de re iudica.l.ſæpe. cum ibi not. & eod.titu. capit.quamuis.in antiquis. Fallit ſecundum quoſdam in vno caſu: videlicet ſi ille A.poſſeſſor fuiſſet factus lite pendente,vel poſt ſententias,vel ſi non fallit, hoc voluit papa, quia ſub illa tacita conditione: ſi preces veritate nitantur. de reſcript.cap.ij.ergo ſtabitur regulæ, niſi probetur exceptio,per nu.in cle.literas.de reſcrip.licet fuiſſent contra aliqui domini ſine vrgenu tamen motiuo. Et ſi dicas, conſtat A. nunc poſsidere, & quòd ante non poſſederit,eſt negatiua,quæ probari non debet:vt l.actor.C.de probat. Dico, quòd imo, vbi eſt directa cauſa intentionis.vt probatur ff.de verbo.obliga.l.in illa.& ibi plene not.per Bart.modo ſic eſt in propoſito eius, veniat per modum exceptionis contra intentionem de iure communi tam fundatam,ergo,&c.

CONCLVSIO DCCIX.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Probationes exactæ quibus in cauſis non requiruntur.*

IN caſu proximæ † concluſionis ſi probet P.quòd M.durante lite & tépore ſententiæ pro poſſeſſore 1 habebatur publice, & notoriè, eo ipſo ſatis ſe exonerat à probatione negatiuæ, attenta natura materiæ, de qua agitur, quæ non requirit probationes ita exactas.vt no.ff.de re iudic.l.à diuo.§.ſi ſuper. Item præſump

præſumptio faciens pro negante, ipſum releuat ab onere probandi. vt not. idem Barto. in l. in illa allega. arg. C. de proba. l. ſiue poſsidetis. cum ibi no. iuncto, quòd cum non ſit poſsibile duos inſolidum poſsidere. vt l. certo. §. ſi duobus. ff. commo. & ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. ex pluribus. Ita non videtur poſsibile eſſe communem opinio. de poſſ. M. quando fit indirectè opinio contraria de A. argu. ff. de procur. l. Pomp. §. ſed & ſi.

CONCLVSIO DCCX.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Partis cognitio non dependet à natura executionis, ſed à natura exceptionis oppoſitæ per partem.*

SI executor ipſius P. datus contra A. vigore dictarum literarum narrãtium A. fuiſſe tam lite pendente, quàm poſt ſentẽtias intruſum, vt in vna concluſione ſuppoſitum eſt, non facta inquiſitione de veritate dictorum narratorum proceſsit, monendo eum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto. quòd à poſſeſsione infra xvj. dies deſiſteret, & propter hoc fuerit appellatum, & cauſa appellationis auditori commiſſa, non obſt. hoc, poterit proceſſus huiuſmodi impugnari, quia cauſarum cognitionem non præmiſit, dummodo coram auditore poſtea conſtet de veritate cauſarum. Et ſumitur fundamentum ex not. Innoc. de præſumpt. dudum. & glo. cle. j. de offic. delega. & no. Paul. de conceſ. præben. cum ei, quem. in cle. Mouit etiam domi-
1 nos, quia, quòd executor habeat recipere † partis cognitionẽ in aliquo caſu, non venit à natura executionis, ſed potius à natura exceptionis oppoſitæ per partem. vt patet ex literis, & not. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. Item mouebantur quia aſsignatio termini xvj. dierum habebat conditionem tacitam, licet non expreſſam, ſi non veniret infra terminum ad allegandum rationes, & cauſas, quare non deberet fieri executio contra eum. Sicut enim venit infra terminum ad appellandum, ita venire potuit ad allegandum cauſas in contrarium, ſi quas habebat.

CONCLVSIO DCCXI.

De re iudicata. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Res aliqua vendicata ab aliquo ſciente domino & ſe non defendente præiudicat domino.*

2 *Sententia lata inter certos an præiudicet alijs.*

3 *Contra reum datur actio ratione ſolius detentionis.*

SEcundum dominos Robertum de Siracone, & Nicolaum de Cremona auditores, ſi in caſu concluſionis ſuprà præcedentis tempore litis agitatæ inter P. & M. A. poſſediſſet beneficium, de quo P. contra M. tanquam contra poſſeſſorem agebat, & ſciuiſſet, quòd illo modo P. contra M. ageret. latæ ſententiæ contra M. ipſi à quo ad poſſeſsionem præiudictum attuliſſent, & afferre deberent. Et dicebat dominus Robertus, quòd ita fuerat obtentum præſente reuerendiſsimo patre domino Petro ſancti Euſtachij diacono cardinalis in conſilijs coram bonæ memoriæ domino cardinali Gulie l. dudum habitis. Et quòd Paul. hoc tenet in c. ſuam. de pe. & allegabat c. quia vero. de iudi. c. ſig. ff. cauti. de reſcrip. Per quorum iurium allegationẽ puto, quòd in caſu illorum conſiliorum poſſ. [illegible] tertius, à reo condemnato poſſeſsionem ha[illegible] quia ſi illa iura bene faciunt, aliter non bene facerent. Alleg. [illegible] Nic. [illegible] ſi clericus. de præbend. lib. vj. cum ſua gloſ. quæ dicit, quòd illi impetranti pro eo præiudicatur, quia cum de ſuo præiudicio ageretur, ſciens ſe opponere neglexit, allegans ſimile in ca. quamuis maxime. quia illa oppoſitio conſiſtebat in agendo, quæ grauior videtur: iſta in defendendo, quæ videtur minus grauis, ſecundum eum. pro hoc allego tres gloſ. Innoc. Prima eſt in c. ſuper eum. in glo. magna, quaſi in medio ſecundæ columnæ illius gloſ. ver. idem videlicet & res aliqua. Vbi dicit, quòd ſicut dicitur in l. ſæpe. quòd agitato † iudicio cum liberto patrono ſerenti 1
præiudicat: ita idem videtur, ſi res aliqua [a] vendicetur ab aliquo, qui eam non poſsidet, ſed tenet. Nam a
ego poſſeſſor debeo me offerre defenſioni eius, & niſi me offeram, fit mihi præiudicium, quo ad poſſeſsionem. vt ff. depoſiti. l. bona fide. Licet ſecus, ſi ille reus poſsidebat, quia tunc non admitteretur ad defenſionem. nec fieret mihi præiudicium. vt not. vt lit. non conteſt. quoniam. §. ſi autem & §. fi. Secundo allego pro hoc aliam gloſ. eiuſdem Innoc. in d. gloſ. magna poſt princi. tertiæ col. eiuſdem gloſ. mag. ver. per iſtam autem decretalem. in prin. & ex quo & ibi: ex quo, &c. ibi vide. Tertio allego aliam gloſ. Innoc. de re iudi. c. quamuis. in gloſ. j. vbi videtur dicere id, quod dicit tex. quòd ſententia ÷ lata inter certos. alijs a
non præiudicat, eſt intelligendum quo ad actionem, vel exceptionem patiendam. Nam ſecus, quo ad poſſeſsionem. Sed certe illa glo. non habet hunc intellectum, qui ſibi imponatur quia intelligitur de præiudicio mutatæ poſſeſsionis de perſona rei condemnatæ in alium grauiorem. patet, quia allegat hoc Inno. in eadem glo. Probo eandem concluſionem ratione, quia in caſu c. cum ſuper non fit præiudicium, quo ad proprietatem, vt ibi apparet in fin. & ita non eſt de caſibus comprehenſis ſub c. quamuis. & tamẽ ibi præiudicatur, quo ad poſſeſsionem, ergo illi, cui res iudicata inter alios non obeſt quo ad proprietatem, dummodo ad eum, & non ad reum condemnatum poſſeſsio pertineret, in poſſeſsione præiudicatur, ſi ſciuit cauſam agi, & eam nõ defendit, nec appellauit. Secũdo probo [illegible], quia ſi ſpeciale hoc diceres in caſu c. cum ſuper. aut hoc diceres pro eo, quòd ad Oneten. epiſcopum priori loco, & ad monaſteriũ ſecũdo loco illius cauſæ defenſio pertineret. Aut pro eo, quòd cauſam habuiſſet à monaſterio epiſcopus Oneten. & neutrum dicere poſsis, quia ſic præiudicaretur in proprietate. vt c. quamuis. & l. ſæpe. alleg. Aut quia Oneten. epiſcopus potuiſſet prohibere monaſterium defendere, & hoc non eadem ratione, qua ſupra. per d. l. ſæpe. Aut vt dicit Bart. in d. l. ſæpe. quia videretur Oneten. epiſcopus dediſſe facultatem agendi ipſi mona. & hoc non eadem ratione, quia in illo caſu tenet idẽ Bart. quo ad proprietatẽ præiudicium generari. Et ſic intelligit opi. Guer. quam non puto reprobatã eſſe. Etiam, quia non videtur, quòd aliquis de dictis quatuor caſibus in caſu dicti c. cum ſuper, valeat proprie applicari. Et quia ſi ſic deciſio eius eſſet, vel contra c. quãuis, vel contra l. ſæpe. quod non eſt credendũ. Aut tu poneres rationem ſpecialitatis, quam ponit Innoc. in c. quamuis. de re iudic. in princ. ſecundæ columnæ mag. glo. in ver. argumento

etiam eius, quod dictum eſt ibi, ad hoc eſt argumen-
tum, quia ſicut Oueteñ. potuit agere contra Aurien-
ſem, ſi poſsideret, &c. quòd non eſſet ei ius exercere
iura epiſcopalia: multo fortius, quando ei petebat,
debebat excipere. Et certe tunc habes idē hoc caſu,
quia ſi Petrus poſſediſſet ab initio, de quo agit Al-
phonſus, contra eum agere potuiſſet, & per conſe-
quens eo agente potuiſſet venire ad cauſam, & exci-
pere, ne ſibi fieret præiudicium in poſſeſſorio, prout
& hoc ſatis ponit Innoc. in d.c. cum ſuper. ergo cum
ratio ſpecialitatis non appareat in hoc caſu, idem eſt,
maximè, ſi ratio Innoc. poſita in d. ca. cum ſuper. in
dicto ver. per iſtam autem decretalē. ibi. ex quo enim.
3 quia ex quo iura volunt, quòd contra reum † ra-
tione ſolius detentionis detur actio. vt l. officium. de
rei vendic. quòd etiam fiat executio, ne iudicium ſit
illuſorium, ſit bona, & per conſequens generalis.
idem videtur in propoſito, ſi aduerſarius dixit ſe
poſsidere, cum reuera non poſsideret. quia quo ad
litem pro poſſeſſore habetur, maxime cum per par-
tem, & iudicem pro tali reputetur. vt ff. de rei vendi.
l. is, qui ſe obtulit. allegabatur pro iſta parte dictum
Archi. in c. vno. de eo qui mitt. in poſ. lib. vj. & opin.
Guliel. de monte Lau. qui idem dicitur tenuiſſe in
cle. vt calum. de re iudic. Ægid. In contrarium facit
generalitas. §. fin. l. ſæpe. allega. Vbi dicitur valde ge-
neraliter, quòd ſi fundum Titius à te petierit, quem
ego, ſed non ex perſona Titij. ad me pertinere dico,
quamuis contra Titium me ſciente iudicatum ſit,
nullum tamen præiudicium patior, quia neque ex
iure, quo Titius victus eſt, vendico, neque ego potui
interdicere Titio, quo minus iure ſuo vteretur. hoc
dicit. ſi ergo nullum præiudicium, ergo nec quo ad
poſſeſsionem. Inducitur regula generalis negatiua,
quòd res inter alios acta, aliis non præiudicet, quæ
non reperitur vitiari hoc caſu, etiam quo ad poſſeſ-
ſionem, vt videtur. tu cogitabis. Caue, quia do. Fran.
dicit, & loquitur, probabiliter ſolui poſſe ad capitu-
lum. cum ſuper. quia loquitur in caſu, quo agitur
contra perſonas, quæ vendicantur, & de quarum
poſſeſsione agitur, ita quòd duo faciunt pro actore,
& quia de re tertij agitur. Sed in caſu noſtro ſecus.
Domini ſunt multum contrarij, quia do. Guliel. ſe-
quitur do. Fran. Alij volunt deliberare, & ego.

a ¶ Vendicetur. *Nota, quòd vendicatio poteſt ſumi ſtricte. & large, vt vult Panor. in c. venerabilis. in prin. de excep.*

CONCLVSIO DCCXII.

De re iudicata. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ plena cognitio non poteſt agitari tempore fe- riarum ſine ſpeciali mandato.*

2 *Proceſſus validatur partibus tacite cōſentientibus.*

SI ſententia pro P. fuit lata contra M. & executor
velit eam exequi contra A. qui poſſeſsioni incum-
bit, & A. dicat eam de iure non exequendam, quia
neſciuit cauſam agi, & P. dicat contrarium, maxime
virtute quarundam commiſsionum papalium exe-
cutioni ſpecialiter directarum, ſuper quibus opor-
tebat cauſæ cognitionem habere, talis articulus non
poteſt ſine ſpeciali mandato expediri durantibus fe-
1 riis, pro eo, quia † cauſæ plenam cognitionem requi-
rit, cum in hoc articulo agatur de pleno præiudicio
in poſſeſſorio contra illum, quanquam forte nullo
iure ſententia debet exequi, modo in intruſione poſ-
ſeſsionis requiritur plena cauſæ cognitio. vt C. ſi per
vim, vel alio modo. l. fi. & de præben. c. licet. ij. lib. vj.
& ita no. §. ſi ſuper rebus. per ea, quæ ibi notaui. Non
obſt. quòd dicitur communiter idem iuris. & fortio-
ris, quo ad hoc de executione ſententiæ, ſicut de ſen-
tentia, cum executio magis debet habere rem para-
tam, quàm ſententia. vt l. minor annis xxv. cui fidei-
commiſſum. ff. de minor. quia dico, quòd verum eſt
in caſu, in quo debet fieri executio contra eum, con-
tra quem ſententia lata eſt, & contra quem de iure
claro, & per ſententiam declaratio ſententia eſt fe-
renda. ſed vbi agitur de executione fienda contra
alium, tunc eſt quaſi vna noua inchoatio litis pro-
pter perſonæ mutationem. ff. de excep. rei iudi. l. cum
quæritur. & requiritur alia cauſæ cognitio, quàm
prima. ergo, &c. Sed ſi partes † tacite, vel expreſſe, 2
vel tacite videlicet non contradicendo in hoc con-
ſentirent, proceſſus ex hoc validaretur, prout omnes
tenuerunt. ff. de fer. l. j. cum ibi nota.

CONCLVSIO DCCXIII.

De regulari. De præbend. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta monacho de eccleſia parochiali etiam de conſenſu abbatis, ſine diſpenſatione non valet.*

2 *Monachus mundo mortuus eſt.*

3 *Reſuſcitatio monachi miraculoſa.*

COllatio † facta monacho de parochiali eccleſia 1
conſueta clericis ſecularibus aſsignari, etiam de
conſenſu abbatis, abſque diſpenſatione, ipſo iure
non valet. Conſilia. Iſta concluſio fuit obtenta alias,
ſed ex cauſa eam pono hic. de materia habes gloſſ.
xvj. quæſt. j. in ſumma. lv. diſtin. c. j. & c. pro vtilitate.
xvj. quæſt. j. c. teſtis. & ca. ij. de ſta. mo. vbi dicitur no-
tari concluſio in tertia gloſſ. Ber. & in ſecunda gloſſ.
Inno. & ibi aliquid per Hoſt. & Ioan. And. & ibi alle-
gantur dicta iura. vide etiam lecta. & not. in c. quòd
Dei timorem. eo. tit. & ibi plene per Ioan. And. Et ibi
etiam vide Hoſt. qui hoc ibi tractat plene. & ipſe, &
Ioan. Cal. tenent contra concluſionem, & præſer-
tim vide, quæ ibi not. in vna gloſſ. & ea, quæ ibi not.
Ioan. Cal. in diſtinctione, quam ibi per modum ad-
ditionis ponit, vbi contrarium noſtræ concluſionis
tenet ipſe Ioan. Cal. & ipſe Hoſtien. idem tenet, vt
not. Ioan. Andr. eo. c. quòd Dei timorem. propter of-
ficium prædicandi, & idem tenuerūt Hugo, & Bern.
prouincialis. Idem tenet Federic. de Senis in conſiliis
ſuis. pro concluſione noſtra tenet quidam, videlicet
do. Ioan. de Ligna. probat, quia † monachus mundo 2
mortuus eſt, licet Deo viuat. xv. quæſt. j. monachus.
& ca. placuit. & c. generaliter. ſed per aſſumptionem
ad parochialē eccleſiam reſuſcitatur, & † iſta reſu- 3
ſcitatio eſt miraculoſa. vt igitur reſurgat, & actus ci-
uiles exerceat, eſt opus diſpenſatione [a] ſuperioris. a
Dicit etiā, quòd iſta diſpenſatio non debet fieri ſine
cauſa vtilitatis, vel neceſsitatis. Opponit Hoſti. quia
de iure cōmuni aſſumitur in epiſcopum, & mortuus
tūc reſurgit. Reſpōdet, quòd habetur pro mortuo,
non quo ad actus regulares. & nō ob. quòd dicitur,
quòd l. cōmunis habilitat, & reſuſcitat. dicit papa,
quòd epiſcopus diſpenſat poteſtate ſibi data à lege.

Quid ſi ad collegiatam præfici velit ? gloſſ. cle.j.de
elect. ſecundum illum dominum non firmat. Dicit
tamen dici poſſe,ſecundum Hoſtien.videlicet idem,
quod concluſio habet,quòd cum capitulo diſpenſa-
tio fienda eſt. Si de ſocio habendo quæris,iunge quæ
habes de capellis mo.c,fin.cum ibi not.quid dicen-
dum ? Io.And.in cle.j.de elect.in gl.dicunt quidam.
circa princi.videtur ſtare eum opin. Hoſt.Ioan.Cal.
Feder.de Senis.Hug.Ber.prouincialis,& Goff.

a ¶Opus diſpenſatione. *Nota, quòd diſpenſatio prohibita eſt, vbicunque non poteſt fieri ſine manifeſta declaratione eccleſiæ, item vbicunque non eſt iuſta cauſa diſpenſandi.j.quæſtio.6.y. ſalo.& c.ſi ſtſa.extra,de elect.c.innotuit.§.multa.& §.fin.*

CONCLVSIO DCCXIIII.

De teſtibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Probationis definitio.*
2 *Probatio dependet à iuramento & depoſitione.*
3 *Sacramentum dat robur depoſitioni.*
4 *Probatione non facta excluditur pars.*
5 *Iudicis officium non expeditur niſi parte petente.*

SI dato peremptorio termino,ad probandum te-
ſtes producti fuerunt , & iurauerunt, ſed non
depoſuerunt,& ſtetit per producentem,quominus
deponerent,lapſo termino,& parte opponente exa-
minari non potuerunt. Spec.hanc tenet titu.de teſti.
§.qualiter.ver.is quoque.Iacob.de Are.in l.damni.§.
Sabini.ff.de dam.infect. & Archid. & Ioan. Andr.in
nouella. de except.c.pia.aliquid per Archi.xxx.q.ſi.
c.licet. Iaco.de Butr.contra in l.ſi quando,C.de teſt.
1 probatur concluſio, quia † probatio eſt oſtenſio rei
dubiæ per argumenta faciens fidem.not.ſuper ru-
brica.C.de proba.& not. Azo in ſumma.ergo patet
argumentum,quia ſola depoſitio eſt id,quod oſten-
2 dit,Secundo , quia † ex duobus ſimul inſurgit pro-
batio:puta ex iuramẽto,& depoſitione.vt l.teſtium.
ff.de teſti.ergo vno deficiente, totum deficit.vt l.te-
ſtium.§.j.ff.de teſti.de excu,tut.l ſcire oportet.ff.de
repu.l.ſi.ff.de iti.actúq; priua.l.j.§.hoc autẽ. Tertio,
quia confirmans trahitur ad tempus confirmati,&
non econuerſo. vt l.ſi.fundus. in princ. ff.de ſolu.l.
3 vero. C.ad Macedo.l fin.modo † ſacramentum dat
robur depoſitioni. vt l.iuriſiurandi. C.de teſti. ergo
præmiſſa confirmant.l.certarum.§.ſimiles ff.de iure
codicillo.vbi codicilli teſtamento cõfirmati ad tem-
pus teſtamenti non trahuntur. Quarto, quia depo-
ſitio non habet neceſſariam conſequẽtiam ad ſacra-
mentum,ergo ad illud tempus non trahitur.proba-
tur conſequentia.ff.quæ res pign.ob.poſſ.l,pe.& l.j.
& l.poſterior.in princ ff.qui potio.in pign.ha.& d.l.
potior.§.ſi colonus.patet antecedẽs, nam teſtis non
cogitur deponere,eo ipſo quòd iurauit.ſed compel-
litur iurare , & deponere ratione veritatis inueſti-
gandæ. Quid plura?terminus non eſt datus ad teſtes
producendum,& iurare,ad recipi faciendum,ſed ad
4 probandum, ergo † probatione non facta,excludi-
tur pars.C.de accuſa.l.ſi ea.ff de iudic. ad perempto-
rium.cum l.ſequen. & C.de remi.pig.l.ſi eo tempo-
re.C.de ingen. manum. l.diffamari.ff.de ope.liber.l.
mancipiorum.extra de reſtit.in integrum.c.coram.
de except.c.paſtoralis.Iacob.de Butri.qui eſt in con-
traria opin.in dicta l.ſi quando.C.de teſti.ſic diſtin-
guit,aut eſt terminus ad probandum , & tunc ſuffi-
ciat, quòd teſtes iurent ,cum teſtimonij fides ad iu-
ramentum reducatur.vt l.ſi quando. allega.& l.aſſe.
ff.de hæredib.inſtit. Interdum aſsignatur terminus
ad habendum probatum. & tunc debuit, &c. Con-
firmatur primum mẽbrum huius diſtinctionis no-
ſtræ concluſioni aduerſans. Primo,quia vnum pro-
pter alterum , &c. vt l.cum Paulus.& l.cum ſeruus.
ff. de condit. & dem. ſed fides teſtimonij eſt ſacra-
mentum.vt l.iuriſiurandi.allega. Secundo, quia ad
primordium ſequentia referuntur. vt l.j.C.de impo.
lucra.deſcrip.& l.ſed & ſi is.§.ſi initium. C.de eden.
& l.iij.§.ſcio.ff.de mino.& ſa.op.quod no.in l.vnica.
ff.de poſ.quæ ex teſta.mili.tu per teipſum cogita diſ-
ſolutionem iſtorum. Sed fortius obſtat,& videtur,
quòd concluſio non procedat, ſed ſibiipſi contra-
dicat , quia vbi non ſtat per partem producentem,
ſibi non imputatur,vt concluſio habet, & not.Dyn.
in dicta l.vnica. C.de bo. poſ. quæ ex teſta.mili.vt ff.
de cõd.inſti.l.ex fratribus.C.de vſu.l.ſi pro te.Modo
nihil eſt,vt videtur,quod litigatori imputari debeat,
cum non ad eum pertineat examinatio teſtium, ſed
ad iudicem.C.de teſtib.l.nullum. & l.vlti.C.de fide
inſtrumen. authen. apud eloquentiſsimum. facit C.
de tempo. appel.l.fin. §. illud.in fin. Secundo dico,
quòd imò poteſt bene ſtare per partem, licet enim
teſtes non examinẽtur per partem,ſed per iudicem,
tamen pars habet ſolicitare,& implorare iudicis of-
ficium,vt id expediat , vel expediri faciat. hoc enim
regulare , quòd iudicis † officium non expeditur, 5
niſi parte petente.vt ff.de oper.no.nun.l.de pupillo.
§.qui opus.& de damn.infect.l.iiij.§.hoc autem edi-
ctum.& dicta l.j.§ magiſtratibus.& quod plene not.
per doc.ff.de iuriſd.omn.iud.l.j.vnde ſi per iudicem,
vel aduerſarium ſteterit, ipſo iure non nocet,ſi alias
datur reſtitutio,vt colligitur ex not.in dicto cap.pia.
per Innocen.Ioan. Andr.& Archi.& per Innocen.de
re iudic.cum Bertoldus.

CONCLVSIO DCCXV.

De donatione. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Non præſumitur fraus , niſi appareant aliqua vr-
gentia indicia fraudis.& nume.2.*
3 *Alienatio facta de iure fiſci, non dicitur facta in
fraudem creditoris.*
4 *Contractus factus in fraudem quis nam dicatur.*
5 *Simulatus contractus quis nam dicatur , & quot
modis dicatur.& nu.6.& quot eius ſpecies.nu.7.*

NOn per hoc ſolum, quòd donator poſſeſsionũ
poſt donationem per eum factam inſiſtit con-
tinuo poſſeſsioni vſque ad mortem, poteſt dici do-
natio facta in fraudem,vel contractus ipſe donatio-
nis eſſe fictitius. nam † non præſumitur fraus , niſi 1
appareant aliqua vrgẽtia indicia fraudis.vt l.dolum.
C.de dolo. Ideo qui dolum allegat. dolum probare
tenetur.ff.de probat.l.quoties.ff.de dolo.nec probar
hoc eſſe, quod &c. l.neque natales.C.de proba.poſ-
ſibile eſt, quòd donauit ſine fraude, & quòd de vo-
luntate donatarij in poſſeſsione remanſit , vel forte
mutata voluntate contra ipſius voluntatem,& actio
inſtituta eſt. inſtitu. de dona.§.proficiuntur. & l.ſi
quis argentũ.Item etiam,quia † fictiones & ſimula- 2
tiones non præſumũtur,niſi appareat cauſa,propter
quam

quam factæ ſint, & per quam præſumi debeant. vt
ff. de re amo. l. ſi mulier. io prin. & ff. qui & à qoibus.
l. ſed ſi maritus. §. fin. vbi eſt hoc expreſſe & expreſ-
3 ſius extra de renun cap. ij. lib. vj. Ideo dicit † exalie-
nationem non poſſe dici in fraudem creditotis,
quæ noo fuit facta de iurc fiſci. l. j. Sic nõ poteſt dici
a dooatio cauſa mortis, [a] niſi obſter aliquod peticu-
lum mortis. vt ff. de donatio. cauſa mortis. l. j. cum l.
ſeq. Sed qoaliter ſoluetur ad l. ſupcruacuum. ff. qui-
bus modis pign. vel hyp. ſol. Cette do. Barto. de ſaxo
ferraro in qoodam conſilio ſuo ſolueodo, quòd
vltra hoc, quòd teoebat poſſeſsiooem, ſuberat ibi
cauſa: videlicet quòd excludẽdo creditotem, quam
creditot allegabat propter quam ibi venditio præ-
ſumitur ſimulata. Vide ad hæc ea, quæ ſctipſit Bart.
ff. de dona. l. poſt contractam. vbi nota, quòd ad pręe-
ſumendum donationem factam in fraudem opor-
tet, quòd aliquid ſemper interueoiat, quod det cau-
ſam huic præſumptioni aduerte, qoia inter contra-
ctum violentum, & contractum fictitium eſt diffe-
4 rentia. Nam dicitur † cootractus factus in fraudem,
qui vere eo animo agitur, vt vere valeat. & perma-
neat prout agitur, ſed ideo agitur, vt alius per eum,
ſeo eius occaſione decipiatur, vt ff. de his quæ in
fraud. credi. alie. ſunt. per totum. hoc autem allegare
non poſſunt, qui taliter contraxerunt ſeu huiuſmo
di participes fraudis fueruot. C. de reuoca. donatio.
l. cum confiteatur. & de ſeruo da. pign. ma. l. ſi cre-
ditoribus. nec ipſius voluntarios hæres. l. cui ipſe
non habet neceſſe relinquere. vt not. C. de his, quæ
in frao. pat. l. ij. Sed certe ille contractus irritus dici-
tur probatis his, quæ ad fraudem probari habent,
& etiam hæres neceſſarius contrahentis, id eſt, cui
contrahens neceſſe haberet relinquere, ſi in eius
fraudem fuit contractus factus, poterit dicere con-
tractum fraudulentum. vt dicta l. ij. C. de his, quæ in
fraod. patro. & ibi no. & C. qoæ in fraud. credi. per
totum. Et ita loquitur dictus §. ſuperuacuum. Sed
5 ſimulatus † cootractus dicitur, quando ſimulatur
certus cootractus fieri, & noo fit, ita ſicut ſimulà-
tur, vt C. plus valere quod agitur, per totum. ff. de
contrahend. empt. l. nuda. & ff. de regul. iuris. l. ima-
ginaria. C. de diſtra. pigno. l. & qui ſub. C. de aqua
plu. arcen. l. emptor. C. ſi quis alteri, vel ſibi quam-
uis. & l. cum propria, & hoc caſu tam ipſe ſit con-
trahens, quàm eius hæres etiam voluntarius poteſt
dicere, talem contractum eſſe fictitium per dicta iu
ra, dummodo fraudem ſuam oon allegent, ex qua
ſe iuuant, qoia tunc obſtarent iura prædicta, & l.
poſt mortem. ff. de adop. Et circa hoc ſciẽdum, qoòd
6 tribus modis † poteſt dici contractus fictitios, ima-
ginarius, & ſimulatus. Vno modo tamen vnus con-
tractus celebrari ſimulatur, & tamen io veritate agi
tur, quòd alius celebretur. ſic loquitur totus titolus
plus valere, quod agitur. & ff. de contrahen. empt. l.
empti fides. & huius natura eſt, vt non impediatur
inquiſitio ei, cui acquiri debet fienda, ſi ex cauſa,
quæ vere agebatur, poterat acquiri. vt dicta l. empti
fides. & ſi certi. pet. l. ſi ex pretio, & no. l. nuda, allega.
& l. imaginaria. alleg. Secundo modo dicitur contra-
ctus ſimulatus, quia licet vere agitur, quòd ſic fiat,
tamen agitur, quòd cito diſſolutio contractus fiat.
vt l. iiij. §. ſi ab ignoto ff. de manu. teſta. & iſtius ſimu
lationis oatura eſt, vt debeat hæc expreſſe per pa-
ctom agi. vt d. §. ſi ab ignoto. Tertio modo dicitur
contractus fictitius, ſeu ſimulatus, quando ex men-
te non procedit, id eſt, quando agitur inter partes
quòd contractus nullus ſit, & de hoc loquitur l. nu-
da. & l. imaginaria, alleg. & ff. de ri. nup. l. ſimulatæ. &
de aqua plu. arcen. l. emptor. vt faciunt quidã quan-
doque propter effugiendum onera, vel debita fiſca-
lia. Ex præmiſsis duo concluduntur. Primum eſt,
quod cum ſimulationis ſint tres † ſpecies, allegans 7
agendo, vel excipiendo contractum, vel inſtrumen-
tum eſſe fictitium, & non deſignans ſpeciem fictio-
nis, noo eſt audiendus, quia aduerſarius ſic redde-
retur incertus. facit ff. de eden. l. j. §. j. & de rei vendi.
Pomponios ſcribit ſi frumentum: niſi quæ loquun-
tur in agente. Idem in excipiente. ff. de flu. l. j §. ab
eo. ff. de leg. j. l. Titiæ textores. in princ. Idem in pro-
bante, qoia non debet obſcure probare. ff. de neg.
geſt. l. cum actom. in fi. & ibi not. de no. oper. nuntia.
l. non ſolum. §. ſed vt probari. & ibi not. in glo. ſuper
verſi. qood probatur. & eſt expreſſum extra de pro-
bat. c. io præſentia. facit optime quod not. Ioan. An.
in gloſſ. de exceptio. pia. lib. vj. ſuper verbo, ſpeciem.
Secondo concluditur ex præmiſsis, quòd tali dicen
ti inſtromentum, vel cõtractum eſſe fictitium, non
ſufficit exprimere ſpeciem fictionis, niſi declaretur
cauſa, ex qua colligi valeat initium huiuſmodi fi-
ctionis. ratio, quia cum ex ipſo actu de per ſe noo
inferatur ipſa fictio, vt concludit de iure intentio,
addere poteſt id ex quo inſurgat indicium ſimula-
tionis, ex qua concludi valeat ipſa fictio per prædi-
cta. facit, quia intentio debet de neceſſitate vrgere.
vt l. ad probationem. C. de probatio. ne tibi dicatur
non probare hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.
Dicunt quidam in caſu noſtræ concluſionis tolli
dubium fictionis, ſcilicet, ſi donans nomine dona-
tarij ſe cõſtituiſſet poſsidere. per l. quiſquis. C. de do
na. & l. quidam. ff. de rei vend. & l. quod meo. & l. qui
pignoris. §. j. & l. ſequen. ff. de acqoi. poſſ. in quibus
id videtur expreſſum, quod procederet, ſi nulla
cauſa pręſumendi fictionem alias appareret, quia ſi
ſubeſſet cauſa huiuſmodi, ita bene præſumerem il-
lam clauſulam, qua dixit donans ſe conſtituere no-
mine donatarij poſsidere, appoſitam in fraudem, &
fictitiè, ſicut de contractu ipſo, oiſi ſequeretur tra-
ditio corporalis. argum. de hoc. C. de ſuffrag. l. j. Et
eodem modo dicerem de clauſula renunti. doli, &
fictionis. argu. ff. de nooa. l. doli. ver. diuerſum. Tertio
concluditur ex præmiſsis, quòd ideo non dicitor
donatio fictitia, vel in fraudem, quia de omnibus
bonis, vel maiori parte ſit facta, niſi ſubſit aliqua
caoſa fraudem præſomendi, & per hoc non obſtat
l. omnes. §. Locius. de his, qoæ in fraud. cre. vide Bar.
in cõſilio prædicto, quod iocipit: Petrus Nicol. dona
uit, ſi hęres. vbi reperies magnã partẽ de præmiſsis.

a ¶ Donatio cauſa mortis. *Quotuplex ſit donatio cauſa mortis, & quomodo poſſit reuocari, vide Bar. in l. ij. ff. de dona. cau. mor. & ibi multa ad iſtam materiam.*

CONCLVSIO DCCXVI.

De accuſationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *In cauſis in quibus ſententia poteſt ferri contra abſentem, poteſt procurator admitti.*
2 *Abſens an puniri poſsit.*

3 *Sacrilegij crimen non ſemper requirit pœnam relegatione maiorem.*
4 *Verbum vniuerſale recipit reſtri[illegible]ionem.*

SI clericus contra laicum intentauit crimen ſa-
a crilegij[a] criminaliter, & eum admiſit per procu-
ratorem ad cauſam vſque ad cooclnſionem incluſi-
ue venitq; ſententia abſolutoria ferenda pro laico,
non poteſt ad impediendam ſenteotiam, vel pro-
ceſſum præcedentem annullandum opponi cōtra
procuratorem, quòd noo poſsit in cauſa huiuſmodi
procurator admitti. Primò, quòd non ad impedieo-
dam ſententiam, per l. quamuis indubitati. C. ad l.
Iul. de adult. vbi videtur caſus quòd ſententia abſo-
lutoria poteſt ferri in crimine adulterij pro abſente,
& contra præſentem, ergo & in perſonam procura-
toris fortiori ratione, facit pro hoc, quia communis
1 opinio habet, † quòd in cauſis, in quibus ſententia
poteſt ferri contra abſentem, poteſt procurator ad-
mitti. l. per ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura.
ergo idem ſi pro abſente, quia magis iura ſunt ex-
tenſiua in fauorem abſentium, quàm in eorum læ-
ſioné. vt l. abſentem. ff. de pœnis. Prætcrea, quia ceſ-
ſat ratio, quare procurator non poteſt in criminibus
interuenire. vt l. penult. §. ad crimen. ff de publ. iudi.
2 videlicet, quod ſententia eſſet eluſoria, † quia non
poteſt abſens puniri, &c. quæ hic ceſſat. Et hanc con
cluſionem tenuit Iaco. de Are. & do. Ioan. Nic. Autel.
epiſcopus, in l. quamuis indubitati. C. ad leg. Iul. de
adult. Et per hoc non obſtat, quod ibi no. Fran. Ac-
cur. & Cyn. poſt eum, videlicet, quòd iſta exceptio
opponi poteſt in qualibet parte litis, quod confir-
mat Ioan. An. de iudi. c. j. lib. vj. in nouella. quia illud
intelligitur verum regulariter. Fallit in caſu, in quo
iam eſſet concluſum, & ſententia abſolutoria pro
abſente ferenda per prædicta. Dixi ſecundo, quia
prædicta oppoſitio præcedentem proceſſum non an
nullet, & ſic abſoluatur opi. gloſſ. l. quamuis, alle-
gatæ. & Ber. Ioan. mo. & Archi. ac gloſſ. Ioan. Aod. in
dicto c. j. de iudic. lib. vj. quæ habet, quòd exceptio
iſta eſt dilatoria. & ita determinat Ioan. And. ibidem
in oouella. Item probatur dicta concluſio, quia non
3 omne crimen † ſacrilegij requirit pœnam relegatio-
ne maiorem, & tamen in his ſolis criminibus, & di-
ctam pœnam requirentibus habet locum prohibi-
tio. §. ad crimen. ſecundum communem opin. & do-
cto. opi. vt not. in §. publice. & l. j. §. ſed ad ea. ff. quan-
do appel. per alium exer. poſ. & per Cyn. C. de accu.
l. reos. & C. de iniur. l. fi. licet Iaco. & Pet. & do. Ioan.
Nicol. in dictis legibus, & do. Bart in d. §. ad crimen.
vbi pleniſsime per eum de iure teneant contrarium
eſſe verius, maxime per l. fi. C. de inint. coniuncta l.
fi. ff. eod. tit, & per §. ad crimen. qui loquitur indiſtin
cte. & per §. ſed ad ea. recipiendo vſque incluſiue, ne
idem fruſtra bis repeti videatur, & bene videtur pro
bari per l. fin. C. de iniur. quia oedum dicit illuſtres
eſſe priuilegiatos, vt in cauſis iniuriæ per procura-
torem ſe defendant, ſed vltra dicit, quòd nullus a-
lius poteſt in cauſa huiuſmodi per procuratorem
admitti. dicere autem hoc eſt reſtringere ad vnicum
caſum. l. vnica. C. de fa. lib. eſſet diuinare ad l. Et ſi vis
ſcire, qualiter colligitur ſolutio Guihel. de Cun. ad
iſtam l. & qualiter pulchre ſoluitur dictus §. publi-
ce. vide omnino Barto. in dicto §. ad crimen. ad l. ab-
ſentem. reſpondet dominus Nicolaus quòd illa l. lo-
quitur de punitione delicti, quod eſt ootorium iu-
dici, videlicet de delicto coutumaciæ, vt ibi patet.
& in tali ceſſat ratio l. abſentem. & habet locum l.
quamuis. C. ad l. Iul. de adulte. Et iſte eſt vnus caſus,
io quo ponitur abſens. l. vna. ff. ſi quis ius dicen. non
obtemp. l. j. Non autem loquitur de pœna delicti iu-
dici ignoti, & quod notum fieri non poteſt, niſi
parte præſente. Certos autem caſus, io qui-
bus damnatur abſens, vide per Barto. io dicto §. ad
crimeo. & prædicta intellige in caſu, quo pœna eſt
corpori, vel perſonæ infligenda: alias ſecus ſecun-
dum prædictos, quia tunc ratio iuris ceſſaret. In con
tratia opinione ſunt Iacob. de Are. Odoff. Guil. de
Cun. & Iacob. de But. Ideo ſecurior eſt, per præmiſ-
ſa, quid ſi fereoda eſſet condemnatoria, diſtinguen-
do ſecundum gloſſ. & doc. vt ſuprà dictum eſt, cum
referebat quidam, vt Io. de Lig. ſuprà c. proximo di-
ſtinguebat, vtrum ex cauſa accuſatoris interueniret
procurator, & tunc valeret proceſſus: an ex parte
accuſati, & tunc ſecus. licet dubium hoc reputaret,
tamen in caſu noſtro, videlicet interuenit ex parte
accuſati, & eſt ſententia abſolutoria pro accuſato
ferenda, minus eſt dubium, vt videtur. C. de do. l.
ſancimus. & ibi per Cyo. & ff. de ver. oblig. l. j. §. ſi ſti-
pulans. ver. præallega. Non obſt. §. prohibemus. ſed
magis cootrarium probat, quia hoc ibi facit decre-
tum totum ſimul ioficiens. C. facit tamen, quòd va-
leat renuotiatio. not. in dicto c. dudum. Nec obſtat,
ſi dicas, non eſſe conſtitutiones alias iohabilitantes,
quàm extrauagans, execrabilis. quia hoc eſt falſum,
quia c. licet canoo. minores inhabilitat, & c. com-
miſſa. inhabilitat tenentes vltra anoum non promo-
tos, & tituli de fil. presbyte. & de corp. vi. alios inha
bilitat. & c. quicunque. de hære. & c. fœlicis. & cle. ſi
quis ſuadente. & ſententia hominis iohabilitat, vt
de ſe patet, quinimo non valet ratio, per no. pulcher
rima Alexandri. non obſtante. ver. qualitercuoque
vacantia. † quia verbum vniuerſale recipit reſtrictio- 4
nem. C. de ſacroſan. eccle. l. j. & ff. de oper. noui nunc.
l. j. §. nuntiatio. cum ibi not. per Barto. vel melius dic,
quòd conferendi facultatem hic non impedit defe-
ctus proueniens ex parte modi vacaodi, ſed proue-
niens defectus ex accideoti ad modum vacandi, ſu
per additio. ſcilicet reſeruationis. ſimile in c. ex tua-
rum. de autho. & vſu pallij. cum ſimilibus.

a ¶ Crimen ſacrilegij. *Sacrilegij crimen ad quem iudicem ſpe-
ctet, ad eccleſiaſticum, an ſecularem, vide doc. in c. ſi clericus
laicum. Et dic, quod contra ſacrilegum poteſt tam iudex eccle-
ſiaſticus, quàm ſecularis procedere, quando agitur ciuiliter ad
reſtitutionem rei ſubtractæ. Item quādo agitur ciuiliter non ad
pœnā corporalē, ſed ad pecuniariā, iuxta c. quiſquis. xvij. q. iiij.*

CONCLVSIO DCCXVII.
De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ex fundatione cōſequitur ius patronatus.*
2 *Collegium non eſt deterioris cōditionis quam laicus.*
3 *Epiſcopus an poſsit de omnibus beneficiis ſua diœce-
ſis diſponere.*
4 *Iuri communi per conſuetudinem ſæpe derogatur.*
5 *Per ſequentia præcedentia interpretantur & re-
ſtringuntur.*
6 *Ius primogenituræ competens ex conſuetudine vel
ſtatuto eſt tranſmiſsibile ad filium & ad hæredem
ipſius primogeniti.*

7 *Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem. Fallit in iure primogenitura.*
8 *Debitum in diem, & ſub conditione, etiã ante diem & conditionem, tranſmittitur ad hæredes.*
9 *Ius primogenituræ eſt ius reale.*
10 *Eius eſt nolle cuius eſt velle.*
11 *Legis prouiſio vel pacti nemini poteſt auferri.*
12 *Tarde comparentis minor eſt contumacia, quam nullo modo comparentis.*

COllationes præbendarum eccleſiarum colle-
giatarum à cathedralibus inferiorum de iure
communi pertinent ad collegia ipſa, & prælatos
ipſorum ſimul. Ioan. Cal. hanc opinionem multum
tenet in c.cum eccleſia Vulterana. de elect. repu-
tans hoc ſatis probari in c.ea noſcitur. de his, quæ
fi.à præla. per hoc etiam induci poteſt c.ex inſinua-
tione. de ſimo. de hoc per Archi. xij. q. j. §. vltimo. In
contrarium allegabatur c. quoniam vt ait. de vi. &
bone. cle. & c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben.
d. Fed. de Senis in conſiliis ſuis conſilio primo, pri-
5 mam tenet opin. probatur ratione, quia † ex funda-
tione patronus conſequitur ius patronatus. & ſi ibi
eſſet, ad eum præſentatio pertineret, ſecundum o-
mnes, per lecta. & no. de iur. pat. c. nobis. & per Ioan.
And. eo. tit. c. poſtulaſti. ſuper fin. vltimæ glo. Modo
omnia bona præbendarum ſunt ipſius eccleſiæ in
communi quo ad proprietatem, vt de teſta. c. rela-
2 tum. §. nomine igitur. facit, quia † collegium non
debet eſſe conditionis deterioris, quàm laicus, qui
non niſi de gratia contra iuris principia ius patro-
natus acquirit, quia illud ſpirituale cenſetur. vt c.
quanto. de ordi. iudi. & iurium ſpiritualium non eſt
laicus capax: vt c. cauſam. de præſcri. c. bene quidem.
xcvj. diſt. & c. ij. de iudi. cum ſimil. pro hoc facit, quia
ideo capellania fundata in eccleſia, vel parochia ex
meritis eccleſiæ ſpectat ad præſentationem recto-
ris, ſi non ſit ibi patronus, pro eo, quòd de bonis, &
iuribus eccleſiæ parochialis fundatur, vt legitur, &
no. de eccle. ædific. c. ad audientiam. licet pro hoc al-
legetur gloſſ. expreſſa. de elect. ſciant cuncti. lib. vj.
in glo. iiij. Ioann. Andr. quæ eſt ſuper verbo, ſpectat.
Quid dicendum? dominus archiepiſcopus Corſien.
& quidam alij dubitant de iſtis cõſiliis. primo, quia
3 de iure communi eſt clarum, quòd † epiſcopo ab ini
a tio eſt data poteſtas iſta de omnibus beneficiis [a] ſuæ
diœceſ. diſponendi, etiam conferendi. hanc regulam
ponit gloſſ. ordinaria in cap. quanquam. de elec. lib.
vj. addens quòd ab illa regula non eſt recedendum,
niſi quantum reperitur de iure expreſſum. ar. xcvj.
diſt. vbi nam. in auth. de crimine. §. conſideramus. &
regula. quæ à iure. cum ſimi. & probatur dicta regu-
la. xj. q. j regenda. xvj. q. vlti. omnes baſilicæ. de offic.
ordi. conquerente. & de inſtit. ex frequentibus. lo-
quuntur de inſtitutione, intelligitur tamen de inſti-
tutione vim collationis habente, quia alia pertinet
ad Archid. vt de offic. Archid. c. ad hoc ſi in quadam.
& c. vt noſtrum. eo. tit. Modo non reperio ab hoc iu-
re primitiuo receſſum, nec hoc ius ablatum epiſco-
pis, nec collegiis datum, quo ad canonicatus, & præ
bendas, licet bene, quo ad capita ipſorum collegio-
rum. per c. congregatio. xvj. q. vlt. & c. ſicut procedit.
de elect. de conſue. cum dilectus. de verb. ſigni. c. ab-
batе. & gloſſ. c. ſciant cuncti. Nec obſtant allegata
iura in contrarium, quia non loquuntur diſpoſitiue,
ſed narratiue, & factum poſſibile ſupponunt, ſicut
econtra in d. c. quia diuerſitatem. poſt principium. in
verſic. mandamus. in princip. Sæpe † enim iuri com- 4
muni hoc caſu per conſuetudinem derogatur, & a-
lio modo, de quo ſtatim dicam. Fateor tamen, quòd
ſi daretur, & probaretur, quòd præbendæ fuiſſent
fundatæ de bonis eccleſiæ communibus, tunc præ-
ſentatio earum ad capitulum pertineret, ſicut ad pa
tronum in ſimili caſu, vt probat ratio ſupra ad hoc
inducta. Sed nunquid præſumi debet, quòd de bo-
nis eccleſiæ fundatæ fuerint? domini fuerunt in ma-
gna parte, quòd ſic. per dictum c. relatum. licet poſ-
ſit eſſe contrarium, per not. Innoc. de probat. literis.
& in eo. c. relatum. §. in nomine. vbi autem ſecun-
dum vnum intellectum. Sed pone ab initio funda-
tur eccleſia. & in capite, & in membris cum canoni-
bus, & præbendis per eundem fundatorem laicum,
qui non retinet ſibi aliquod ius patronatus, & hoc
caſu omnia bona præbendarum ſunt ipſius congre-
gationis, quo ad proprietatem. vt d. §. in nomine &
c. quoniam vt ait, allega. nec per hoc fundat capitu-
lum, ſeu collegium intentionem ſuam de iure com-
muni. quod conferre, ſeu præſentare debeat huiuſ-
modi præbendas. domini in maiori numero tenue-
runt quòd ſic. imò ca. quoniam vt ait. directum om-
nibus epiſcopis videtur probare contrarium in eo,
quòd dicit quod certum in eis valeat ponere nume-
rum clericorum. & per eandem viam facit l. in ec-
cleſiis. C. de epiſcop. & cleri. in fi. Sed aliqualiter fa-
cit ſecunda ſolutio gloſſ. §. ſi quis oratorij domum.
C. de ſanct. epiſco. ibi poſita. Nec enim ipſi de colle-
gio fundarunt, nec de eorum bonis, ſed de bonis
fundatoris fundatæ fuerunt. Ideo non ſubeſt ratio,
quæ eſt in fundatore patrono, nec locum habet ra-
tio c. ad audientiam. l. de ædi. eccle. alle. & per conſe-
quens ſtabo diſpoſitioni iuris, cum hoc caſu non
reperiatur receſſum ab eo, vt prædixi. vt C. de appel.
l. præcipimus. in fin. & C. de teſtam. l. ſancimus. nec
valet, vt videtur, ratio Ioan. Cal. quæ habet. quòd
iſtud, ſicut alia negotia eccleſiæ communia abſque
requiſitione epiſcopi gerere debet collegium. per
no Inno. Pe. & Ioan. And. de iura. calum. c. imperato
ris. ſuper glo. pen. & poſt Hoſtien. de inſtit. c. ij. ſuper
ver. communiter. per Ioan. And. quia ibi loquitur de
negotiis pertinentibus ad adminiſtrationem colle-
gij, ſeu menſam eorum, non ſic de collationibus be-
neficiorum, per prædicta ad c. in eccleſiis. de præb.
lib. vj. dico, quòd loquitur narratiue, non diſpoſiti-
ue. Et hanc altercationem not. text. loquens ſub di-
ſtinctione. de reſcript. c. cum aliquibus. lib. vj. tu co-
gitabis. Quarto ſuppono, quòd quinta clauſula lo-
quens de factis, ſolum loquitur de vtraque dicta-
rum duarum ſucceſſionum permixtim, videlicet de-
ſcendentium, & collateralium, & illa ſuppoſitio pa-
tet ex terminis, & probat duas ſuppoſitiones pro-
xime præcedentes. Quinto ſuppono, quòd ſexta
clauſula loquitur ſolum de ſucceſſione collateraliũ,
de qua loquuntur clauſulæ tertia, & quarta, & re-
ferenda ſunt duntaxat, quod probo rationibus, quæ
ſequuntur. Prima ratio eſt, quia diſpoſitio interpre-
tatiua, ſeu declaratiua refert ſe ſolum, & duntaxat
ad caſus ſub interpretata, ſeu declarata comprehen
ſos. vt no. in auth. de fi. an. dota. inſtr. na. circa fi. coll.
iiij. & ibi ſuper hoc etiã vide Io. An. in nouel. & eo. tit.

c.procurator. in prima gloſſ. & ſuper ea in nouella.
lib.vj.imò potius reſtringitur,vt probat l.pe.ff.de au.
& argen.lega.l.quęſitum.§.j.vt,ſi legatus ſit fundus
cum ibi exiſtentibus,id eſt familia,& quæ ibi erant,
dicta expoſitio,id eſt familia &c.facit,quod dictum
legatum adeo reſtringatur,quòd aurum, & argen-
tum ſub eo amplius non comprehendantur. Modo
conſtat,quòd dicta clauſula ſexto poſita fuit ſolum
ad interpretationem dictæ tertiæ clauſulæ in eo,
quod dicebat ſeruatis gradibus, &c. ergo cùm illa
clauſula ſolum loquatur de ſucceſsione collatera-
lium.vt patet ſupra ſuppoſitione tertia, ergo & iſta
vj. clauſula etiam de illa ſucceſsione intelligi debet.
Secunda ratio, quia & ſi verba narratiua de iure di-
ſpoſitionem non inducant,maxime illa,quę propter
aliud proferuntur,& propter ſe, vt ff.famil. hercif.l.
quæ familiæ.& C.de teſt.mili.l. ex his non ipſa, ſed
potius ea quæ inducunt diſpoſitionem, intuenda
ſunt,vt authen. ſi quis in aliquis documento. & hoc
maxime.vbi de verbis diſpoſitiuis apparet. vt extra,
de fid.inſtrum.c.j.cum ſimi.Modo conſtat,quòd di-
cta verba, quòd ſicut inter has perſonas volumus
gradus ſeruari, vt ſcilicet prior gradus poſteriori
gradui pręferatur,ſunt verba narratiua,& non pro-
feruntur propter ſe,ſed propter ſequentia verba:ſic
in eodem &c.Et verba illorum diſpoſitiua ſunt illa,
ſeruatis gradibus, &c. poſita ſuper tertia clauſula.
ergo non iſta, ſed illa conſideranda ſunt, ſed illa
ſolum referuntur ad ſucceſsionem collateralium.
5 ergo &c. Tertia ratio, quia † per ſequentia præce-
dentia interpretantur, & reſtringuntur. vt l. nam
quod liquide.§.fi.ff.de pen.lega.& ff.de leg.j.l.ſi ſer-
uus plurium.§.fin.in fi. Et hoc potiſsime verum in
caſu,in quo præcedentia adducuntur propter ſequen
tia, & vt in eis diſpoſitionem inducant. nam quan-
do propter aliud confœderatur illud, propter quod
vt ff.de noua.l.cum eum. modo illud,quod in eadem
clauſula ſequitur de præpoſitione priuati in gradu
eodem, non refertur, niſi ad ſucceſsionem collate-
ralium.quod patet,quia de ſucceſsione deſcenden-
tium ſpecialiter, & expreſſe prouiſum fuerat in clau
ſula ſecunda. ergo iſta generaliter ad iſtam partem
expreſſe,& ſpecialiter, prout videtur iam referri nõ
debet:ar.ff.de verb.oblig.l.doli clauſula.& de pœnis.
l.ſanctio legum.C.de pact.conuen.tam ſuper do.l.fi.
no.Ioan.mo.de conſtitut.c.j.lib.vj. Non obſtat ſi di-
cas,quòd verbum volumus,non no.ſuperiorem ex-
preſsionem.ſed potius interiorem voluntatem,quę
poteſt eſſe ſine verbis.ff.de acquir. hæredi. l.pro hæ-
rede.de conceſſ.præb.c.cum ei quem.in fin.in cle.di-
co enim, quòd in contractibus non attenditur vo-
luntas, quæ non eſt in contractu expreſſa: vt ff. de
verb.oblig.l.quicquid.& l.ſi à colono.eod.tit. modo
iſte contractus erat feudalis,nec reperitur in pactis
alia expreſsio voluntatis, quàm illa, quæ dicta eſt.
ergo.&c. Præmiſsis in facto quinque ſuppoſitioni-
6 bus antedictis ſuppono primo in iure,quòd ius † pri
b mogenituræ[b] competens ex conſuetudine, vel ſta-
tuto tranſmiſsibile eſt ad filium, & ad hæredem
ipſius primogeniti,etiam in caſu,in quo huiuſmodi
primogenitus viuente eo, de cuius ſucceſsione agi-
tur,moreretur. Iſtam quæſtionem ponunt & dedu-
cunt dicti dom.Old.& Ioann.And. in locis ſuperius
allegatis. Ratio principalis eſt, quia licet in iure,
quod debet competere ex vltima voluntate,hoc fit,
quòd illud antequam competat, non tranſmittitur
ad hæredes.vt C.de cadu.tollen.l.vna. §. pro ſecun-
do. pro eo, quòd dependet à voluntate teſtatoris,
quæ † ambulatoria eſt vſque ad mortem. C. de ſa- 7
croſanct.eccle.l.j.& de adi.lega.l.iij.in fin.§.le.ſe.ta-
men vbi requiritur aliquod debitum alicui ex bene
ficio lega. vtputa ex conſuetudine, priuilegio, vel
ſtatuto, contrarium totum eſt,pro eo, quòd non
dependet tunc ex voluntate teſtatoris ambulato-
ria, quia nec teſtator poteſt hoc ius ipſi primogeni-
to auferre,vt patet per ea,quæ not.ij.q.j. quàm peri-
culoſum.& per Hoſt.& Ioann.And.c.licet. de voto.
imò eſt in omni euentu debitum, licet in tempus in-
certum deferatur. ſic ff. de condit. & demon. l.j. &
tanquam æs alienum debitum.vt not.gloſſ.in ſimili.
ff.de collat.bo.l.j.§.ſi impuberi. & probatur hoc in l.
ſi arrogaretur.ff.de adopt.& l.j. §.ſi impuberi. alleg.
ſimul iunctis cum not. in §. ſi impuberi. allega. per
quas apparet, quòd impubes arrogatus quartam,
quæ ſibi debetur in bonis patris arrogantis ex con-
ſtitutione diui Pij tranſmittit ad hæredem, etiam ſi
viuo patre adoptiuo decedat, quia licet non com-
petat in actu, competit tamen in habitu, & tale ius
bene tranſmittitur, ſicut dicitur de querela. C. de
inoffi.teſta.l.ſi quis filium.fa.ff.de aſsigna.liber. l.iij.
in fin.cum ij.l.ſe.facit ff. de inoff. teſta. l. Papinianus.
§.ſi quis impubes.C.de liber.& eorum libe.l.j. Item
pro hoc,quia circa ea,quæ competunt filio, vt filio,
non vt hæredi, non conſideratur perſona patris. vt
ff.de interdict.l.iij.& ibi plene per Bart. ff. de ſena.l.
ſi emancipatum.§.fin.& ibi not. in vltima gloſſ. ſed
illud, quod debetur primogenito à iure communi,
vel ſpeciali,non debetur ſibi, vt hæredi, ſed vt filio,
quia ſibi auferri non poteſt. fa.C.de la.liber.tollen.
l.vna.§ ſed & ſi ſub conditione. & C. de proxi.ſacr.
ſcrin.l.ſi quis in ſacris. lib. xij. per hoc tollitur argu.
de lega. iij. in omnibus. & regula. priuilegium. quia
priuilegia etiam tranſeunt ad filium.C.de excu.mu.
l.ſordidorum. & ibi not.& in l.in omnibus.no.quòd
non habet locum in filio. Præterea hic perſona non
eſt cauſa priuilegij,ſed primogenitura,ergo,&c. ar.
ff.de mino.l.non ſolum. & l. minor. §. fin. cum l. ſe-
quen.C. ad Velleian. l.hæredes. facit pro hac tranſ-
miſsione in argu.ff.de ſuis, & legiti.hæred.l.ſi pro eo
pluribus. C. de iure delib. l. cum antiquioribus. in
prin.facit bene,quia per venditionem poteſt tranſi-
re patre viuo in ſingularem ſucceſſorem.c.quàm pe
riculoſum. j. q. vij. optime facit, quia † debitum in 8
diem,& ſub conditione,etiam ante diem,& condi-
tionem tranſmittitur ad hæredes.C.vt ab hærede,&
contra hære.acti.incipit.ff.de act.& oblig. l.is cui. fa-
cit pro iſta æquiparatione, quia maius ius quæritur
ex beneficio principis.vt l. beneficium. & parifica-
tur pacto.l.pacto.& contra.C.de fide.l.fin. Nec ob-
ſtat l.j.& l.cum hæres meus. ff.de condi. & demonſt.
quia illud ſpeciale eſt in legato, pro eo, quòd lega-
tum datur propter meritum legatarij, & affectio-
nem, quam habuit ad eum teſtator. ff. mandati. l.
idémque.§. ſi.pro ſocin.l.nec adiecit.de adi.lega.l.iij.
§.j.& C.de codicil.l. fin.§.penult. Modo mortuo le-
gato ceſſat affectio, quia hæres, quo ad hoc, mor-
tuum non repræſentat.l.in omnibus. ff.de regul.iur.
cum ſimil.De ratione diuerſitatis inter contractum,
& vltimas

& vltimas voluntates, quo ad hoc. vide glo. inſtit. de verb. oblig. §. ex conditionali. ſed in caſu noſtro fortius, quod competit ratione primogeniturae, non eſt perſonale, ſed reale, cum in vnius perſonam non faciat fidem. vide Old. vbi ſupra. Per hoc ſoluuntur argumenta multa. Secundo ſuppono, quòd id, quod dicitur in ſuppoſitione proxime præcedenti, locum ſibi vendicat in caſu, in quo iure primogeniturae ex pactis primæ conſtitutionis, ſed in feudationibus ceſſantibus à ſtatuto, & conſuetudine, huiuſmodi ſoli primogenito deferretur. Iſta ſuppoſitio patet ex præcedenti, arguendo ex identitate rationis, maxime, quia legis prouiſio, & prouiſio ex contractu deſcendentes recipiunt bene æquiparationem. vt ff. de pact. l. non impoſsibile. facit, quia verba prolata à contrahentibus recipiunt ſuam interpretationem ſecundum ius. Ideo ſi verbum arbitrium, quod à iure ſuam habet interpretationem. vt ff. de verb. oblig. l. continuus. §. j. proferatur à contrahentibus, eodem modo etiam intelligitur, videlicet ſecundum quod de iure arbitrandum eſt, videlicet arbitrio boni viri, non pro libito voluntatis. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. de contrahend. empt. l. hæc venditio. ff. locati. l. ſi in lege. ff. de regulis iuris. l. in perſonam. §. generaliter. Modo ſi eſſet verbum primogenitus, prolatum à lege, fieret interpretatio, quam dixi in ſuppoſitione præcedenti, ergo, &c. facit de iureiurand. c. ſi cum ſimilib. Plus dico, quòd iſta eſt multo minus dubitabilis, quàm præcedens ratio, quia iſta regula minus clara eſt de iure, quod debitum conditionale, vel in diem ex contractu deſcendens, eſt tranſmiſsibile, etiam ante diem, & conditionem ad hæredes. vt C. de actio. ab hæred. & contra hære. l. vna. & inſti. de verbo. obliga. §. ex conditionali. licet ſecus ſit de conditione, & die incerta, vt prædixi. Et hoc facit ratio diuerſitatis, quam inter iſta ponit Accur. in §. conditionali. quia dicit quòd in contractibus interuenit vltra factum donantis, vel promittentis factum illius qui ſtipulando ſibi & hæredi ſuo vult acquirere, & ſtipulari. vt l. ſi pactum. ff. de proba. quod non eſt in vltima voluntate, vbi non interuenit, niſi vltima voluntas teſtatoris. ergo à ſimili, hoc ſi potuit. l. diſpoſitio, in qua non interuenit, niſi voluntas principis, fortius hoc operabitur conuentionalis diſpoſitio, in qua non interuenit voluntas ambarum partium, maxime, quia iſta conuentionalis diſpoſitio in indiuiſibilibus habet concomitantiam legis canonicæ, & diuinæ, vt apparet per not. Ioan. And. in dicto cap. licet. de voto. ergo plus debet operari, quàm ſola l. canonica, vel diuina, quia triplex funiculus difficile rumpitur. vt extra. de treug. & pac. c. j. & ſaltem difficilius, quàm vnus ſolus. ff. de lib. leg. l. iij §. fin. in authen. de conſang. & vteri. fra. §. j. quæ ſituatur C. de communi ſucceſsione. & incipit. itaque. Tertio ſuppono, quòd ſi lex, conſuetudo, vel pactum ſolum haberet ſucceſsionem ex primo ſtipite deſcendentium, locum fore in regno, & non vltra progrederetur aliquid de alio modo ſucceſsionis exprimendo, nihilominus obtineret, quòd in duabus ſucceſsionibus proxime præcedentibus eſt expreſſum. quòd probo ſic, quia lex diuini iuris defert in indiuiſibilibus ſucceſsionem
c nem primogenito, ' vt deduxit Hoſtien. in dicto c. licet modo regnum de iure eſt indiuiſibile. vt l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alie. per Fed. ergo regni ſucceſsio defertur primogenito à lege diuina. ergo transfertur ſtatim per ſuppoſitionem primam. probo fortius, quia antequam ſecundus filius naſceretur, ius ſuccedendi primogeniturae fuit ipſi primogenito à lege, conſuetudine, vel ſtatuto, aut conuentione feudali quæſitum, ergo per natiuitatem primogeniti non debuit eidem minui, vel auferri, per not. Ioan. Andr. in regul. ſine culpa, in quæſt. ij. per eũ ibidem diſputata. Præterea, quia ambobus deberi non poteſt, cum ſit indiuiſibile, & non poſsit eſſe cuiuſlibet inſolidum: vt l. ſi incerto. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. Et rationabilius eſt, quòd ſit primogeniti, quàm ſecundogeniti. argumen. de maior. & obedien. cap. j. & regula qui prior. lib. vj. Modo veriſimile eſt, quòd talem ordinem voluerit conſiderari huiuſmodi l. conſuetudo vel pactum. argumen. ff. de hæred. inſtitu. l. qui ſoluendo. & extrà. de præb. cap. mandato. Modo hoc poſito pro conſtante, quòd à lege, conſuetudine, vel pacto ſit primogenito primo acquiſitum huiuſmodi ius, fateri oportet illud fore admiſsibile per duas ſuppoſitiones præcedentes, ergo, &c. Quarta ſuppoſitio quæ ſequitur ex tribus proxime præcedentibus eſt iſta: videlicet quòd primogenitus non venit ad ſucceſsionem huiuſmodi regni, tanquam primogenitus inter deſcendentes à ſtipite primo. ſed potius tanquam primogenitus filius dicti primogeniti, & tanquam eius perſonam repræſentans, quia licet ius primogeniturae tranſmittatur in eum, tamen ipſa primogenitura non tranſmittitur verè, vt de ſe apparet: ergo ſolo habito reſpectu ad perſonam. in qua verè non eſt primogenitura reſpectu ſtipitis primi, non ſuccederet, ſed habito reſpectu ad præſentationem, de qua ff. de verb. ſigni. l. liberorum. in fine. ſecus. ſimile. ff. de collat. bonor. l. iij §. portiones. & l. ſi nepotes. eodem tit. Item ſimile de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. j. §. ſi ergo defunctus. colla. ix. iuncta authen. itaque. C. communia de ſucceſ. & C. de legit. hæred. authent. poſt fratres. ratio huius repræſentationis eſt identitas fictitia eorundem. C. de agnic. & cenſi. l. cum ſatis. & de impu. & aliis ſubſti. l. fin. inſt. de ſtipu. §. ei qui. & ita habet locum id, quòd perſonam eius repræſentans, & in locum eius ſuccedens vtitur eodem iure, &c. regula. cum quis in ius. facit optime, argument. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. facit C. de emancipat. libe. l. fin. Ex his formo quartam rationem, quia poſita clauſula in fin. non refertur, niſi ad ea, ad quæ poteſt congruentius adaptari, ſi omnia vniformiter non concernet. l. talis ſcriptura. in fin. de legat. primo. & probatur in iuribus pro contrario allegatis. de reſcript. c. olim. & ff. de poſtu. l. j. §. deinde. & ex qui. can. maio. l. ſed & ſi. §. deinde. modo ſic eſt hic. ergo, &c. Item probat hoc pronomen hanc certitudinem deſignans. ff ſi certum peta. l. certum. poſitum in tertia clauſula, & hic repetitum. Ex præmiſsis quatuor ſuppoſitionibus clariſsime infertur ex multiplicibus capitibus noſtram principalem quæſtionem per teipſum. Sed contra dictas quatuor ſuppoſitiones vltimas opponitur dupliciter. Primo, quia ſi lex, conſuetudo, ſtatutum, vel pactum hanc ſucceſsionem transferant, vt probant ſuperius allegata, quando dictum eſt ſupra,

quòd tranſmittat primogenitus in filium ſuum,
non videtur.quia ex diuerſis cauſis, eidem nou ac-
quiritur dominium eiuſdem rei.de fide inſtru.inter
dilectos.§. cum igitur. Secundo opponitur, qnia ſi
tranſmuttere poteſt ex iure perſonæ ſuæ,ergo & au-
10 ferre,quia † eius eſt nolle, cuius eſt velle. in regula
iuris.ff. Item quia vitium perſonæ ipſius primoge-
niti nepoti obſtatet,contra l.ſi maocipatum. §.fi. al-
leg.& l.iij.ff de interdi.& rele.alleg. Ad primum di-
co, quòd lex, conſnetudo, ſtaturnm, vel pactum
transfert actiue, & primogenitus paſsiue. ſic vide-
tur, quia à patre in filinm hoc ius per legis diſpoſi-
tionem detiuatur, ſic licet quis per ſe ſuas perſona-
les actiones perſonales directas in alium transferte
non poteſt:vt ff. de pecu. l. quis ergo caſus. & ff. pro
ſocio. l.iij. cum l. xij. tabulatum tranſportat eas in
hæredes.vt C.ſi certum.l.j.& vt ab hæredi.l.vna.Sed
hæc eſt diffetentia. quia prima tranſmiſsio eſt ne-
11 ceſſatia, quia † legis prouiſio, vel pacti nemini po-
teſt auferri.vt regula,indultum.& l.ſicut C.de actio.
& obli. ſecus in vltima voloutate in caſu ſecundo.
per l.conficinntur.§. j.ff. de iure codic. Ad ſecun-
dum fateor, quòd ſi filius primogeniti non poſſet
venire ex perſona patris, pro eo, quòd pater à die
ſuæ natiuitatis,& ſemper fuiſſet inhabilis,eo, quòd
in eo cadere non potuiſſet vnquam hoc ius primo-
genituræ actu,nec habitu, quòd tunc primogenitus
præferetur. Ratio, quia in eo,quod nunquam fuit,
repræſentatio haberi non poteſt, vt de ſe patet: &
ceſſante tali repræſentatione ſeruandus eſt ordo
graduum. Præterea, quia ſublato impedimento,
quod ſecundogenitum in huiuſmodi ſucceſsione
impediebat, effectus ipſius eòam ceſſare debet per
iura communia, ſed ſublato ex toto primogenito,
quo ad hoc tollitur impedimentum ſecundogenito.
igitur.& ita procedit argumentum.ſed ſi aliquo tem
pore fuiſſet habilis,ſecus:quia ſtatim quando naſci-
tur primogenitus, quæretur ſibi ius in ſucceſsione,
& quanquam illud perderet ex poſt facto, tamen
deferetur ad primogenitum eius. l.iij.alle. non ob-
ſtante primo dicto huius diſtioctionis. l. ſi emanci-
patas. §. fin. quia loqoitur in quodam iure, in quo
vnius præoccupario alieri noo obeſt, hic ſecus. &
alia non venerit,primo,quia hoc ſonat verbum ſub-
lato,quod eſt participium,maxime, quia de vno di-
cit,de alio eoipſo denegat,& econtra. l.ſi prætor.& l.
maritus.ſecundo,qnia ſequitur ibi verbum poſt ad-
uentum,quod videtur referri ad tempus, vbi veoe-
tir, vel illud præcedens, ex quibus concluditur,
quòd ſi neutra pars tunc venerit, ſed lapſis xx. vel
xxx.diebus, poſt illud tempus veniſſet vna pars alia
parte minime veniente.Iſte caſus ex verbis literæ di
cti c.ſtatuimus.ver.ſed ſi pars. non decideretur, ſed
quia non eſt veriſimile, quod voluerit text. ex men-
te decidere illum caſum,modo mens ex natura ma-
teriæ debet colligi ex ratione illius c. & iuris coro-
munis, ſed ſi à fine temporis arbitrarij noo compu-
taremus,hoc caſu ex mente huiuſmodi xx dies,eſſet
dare infinitos caſus,in quibus loco xx.dierum, da-
rentur xl.quandoque centum, ſi altera pars tarde
veniret, per quod protogaretur lis contra naturam
materiæ,& rationem decreti,& iuris communis.igi-
tur,&c. Præterea,quòd ambæ concluſiones ſint ve-
ræ, & id quod ſequitur ex eis ſimul ſumptis, quòd
pars comparens, & iudex ſolum debet inſpicere an
dicta tria tempora lapſa fuerint,probatur clare hoc
modo. pone, quòd me exiſtente in curia appellat
procurator meus in partibus,vel contra me appella-
tur, & caſu ad me venit inſtrumentum appellatio-
nis,quid dices hoc caſu? certe fateri oportet,quòd
ex mente ſufficit lapſum dictorum trium tempo-
rum expectare.vel pone.quòd appellaui Romæ,cu-
ria exiſtente Auinion. & ſtatim curia de Auinion.
Romam acceſsit,nec me mouit de Roma,quid dices
tunc?Concludo ergo ſolum conſiderandum eſſe la-
pſum trium temporum prędictorum.Secunda con-
cluſio eſt, quòd ſi pars comparens omittit compa-
rere poſt dicta tria tempora ex toto lapſa, etiam per
vnum integrum annum,& vltra,poteſt nihilominus
poſt annum à lapſu dictorum temporum trium com
putand.comparere,& procedere in caſu appellatio-
nis per audientiam contradictarum, vt principalis
concluſio ſonat. hanc concluſionem deduco valde
clare ſic, quia quandocunque aliqua cauſa benefi-
cialis, vel prophana, ciuilis vel criminalis per cita-
tionem huiuſmodi hominis,quo ad totam cauſam,
de ſpeciali domini noſtri mandato in partibus legi-
time executam.ad eandem curiam eſſet legitime de-
uoluta, haberet locum hæc concluſio, vt contraria
practica docet. ergo idem io citatione iuris,de qua
in c.ſtatuimus. alleg. quia non videtur,quòd minus
debet operari citatio iuris,quam hominis.Ratio ra-
tionis eſt, quia in cauſis plene, & totaliter ad cu-
riam per citationem iuris, vel hominis deuolutis,o-
mnes citationes fieodæ,ſunt fiendæ in curia per au-
dientiam ad ſingnlos actns.operatur enim principa-
lis citatio in partibus facta primo ad totam cauſam,
quòd pars teuetur ſubire iodicium in tota cntia, &
per citationes in audientia exequendas ad ſingu-
los actus reſpondere,& audientiam ſeruare,vt pra-
cticæ continuæ experientia docet, ita qoòd omnes
citationes inuoluendo in vna citatione iuris vel ho-
minis ab initio facta incluſæ fuerunt,& per ſingulas
citationes poſtmodum in curia factas ad ſingulos
terminos diſtinctę fiunt,vt probat c.ſtatuimus.cum
ibi not.& dixi plene, & totaliter per citationem iu-
ris,vel hominis ad curiam deuolutam, quia per ap-
pellationem,& ipſius intimationem ſecundum for-
mam cle. cauſam. bene ſit deuolutio cauſæ ad cu-
riam,quo ad hoc, quòd in curia, & non alibi cauſa
tractanda ſit ammodo,ſed non eſt plena adhuc hæc
deuolotio quouſque per citationem iuris, quæ re-
quirit dictorum temporum lapſus, pars arctetur ad
certum tempus in cauſa huiuſmodi apud ſedem apo
ſtolicam litigare. Tertio retardatio proceſſus etiam
annalis non eſt modus tollendi dictam plenam de-
uolutionem,vel eius plenitudinem diminuendi, igi-
tur,&c.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iuri s.l.patre fo
rioſo.cum ſimi. Præterea, quia de hoc non poteſt
pars conqueri:quia quanto fuit amplius expectata,
tanto ſibi maior gratia facta fuit, arguendo per re-
gulam philoſophi, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter,
& magis ad magis,& maxime ad maxime,nec cauſa
patitur in hoc damnum, imò acceſsit rationem,
quia ex noua citatione cauſa prorogaretur, vt de ſe
patet, quia fateor quòd ex retardatione cauſa ha-
buit damnum, propter quod ſuperior poſſet. ſi vel-
let, ſuper hoc contra partem vtranque ex officio
prouid

prouidere, ſed nnn deberet ob hoc ad vnius partis inſtantiam alieri pœnam imponere, quia amborum contumaciæ compenſantur. vt l ſi ambo. ff.de compenſa.& ff.ſol.matr.l.viro.fa.de excep.cum eccleſia. de ſen.olim.xxv.diſt.c.fi.in fi.de vſu. quia fruſtra.de re.iur.cum pa.no.Spec.de app.§.nunc breuiter. ver. eſt autem & alius, in fin. Et hoc tamen probant for-
12 tirer ſupradicta,& maxime quia tarde † comparentis minor eſt contumacia, quàm nullo modo comparentis.Nunc reſtat reſpondere ad rationes in contrarium factas. Ad primam dico, quòd obſeruatio temporum conſiſtit in duobus. Primo quidem in comparendo in curia infra tempora, vel ſaltem poſt lapſum eorum,& hæc ſub pœna proceſſus, caſu tamen quo alia pars compareret, & procedere vellet. Secundo in hoc conſiſtit obſeruatio antedicta, quòd pars diligens,& comparens expectet eorūdem temporum lapſum,nec ante præcurrat, quia ſi hoc faceret,proceſſus videretur contra non contumacem factus, & non teneret.etiam probatur vtrunque in dicta decret.ſtatuimus. & concernit vtrunque,appellantem, & appellatum, vt de ſe patet. Et hoc eſt, quod voluerunt dicere dicti dom. doc. & ſi das eis alium intellectum, male intelligis & hoc modo intelligendo nihil ad propoſitum facit,quia dedi ſatis bonum intellectum. Ad ſecundam rationem dico, quòd illa facit contra, vt patet in ſecunda ratione primæ concluſionis ſuprà per me poſitæ, & in aliis pluribus locis huius concluſionis principalis dixi de hoc. Ad tertiam rationem, quòd hic pro forma ſtudioſè non adiicitur,quod arreptio itineris fiat infra menſem, ſed pro forma ſtudioſa adiicitur dictorum trium temporum lapſum. vt patet ex dictis argumentis.pro hoc not.Inno.de reſcrip.cum dilecta, in gl.no. ordinem. & quod ſtudioſe non adiiceretur, quòd quęlibet pars iter arriperet.patet tamen,quia vna non arripiente alia procedit. Item quia non ſonant illa verba niſi in admonitionem. Nam aſsignatio termini, imò ipſa appellatio, & nedum appellatio, imò citatio ipſa iur. & nedum illa citatio,imò ius naturale, quod dat vnicuique voluntatem faciendi, quod ſibi libet, niſi vi, aut iure prohibeatur, vt inſtit.de iure perſo.§.j. ergo in facultatem, & admonitionem, & non in formam ſonant.argumen. de off. ordi.cap. licet in corrigendis. & de reſcript. cum aliquibus.lib.vj. Licet fateor, quod ipſa arreptio itineris, & comparitio infra terminum iuris fienda, imponitur ſub neceſsitate cauſatiua. quia aliter incurreret pœnam proceſſus. Ad quartam rationem dico,quòd terminus iuris,qui conſtat ex tribus temporibus,vt prædixi,& non alius hoc obtinet vim peremptorij.Dico quoad pœnam proceſſus incurrendam, non autem ad hoc, quin poſtea procedi poſsit, vt dixi. Ad quintam rationem dico, quòd licet citatio, de qua loquitur c.ſtatuimus. terminum habeat in hoc certum, quin præueniri non poteſt,& poſt quem procedi poteſt,& non ante: tamen terminus huiuſmodi non habet certitudinem in hoc,quòd de neceſsitate pars præſens habeat tūc cauſam inchoare, imo vltra ſi vult poteſt partem ſpectare.vt dixi. Ad vj. dico, quòd tollitur abſurditas,quia ſi vtraque pars ſit præſens, vtraque poteſt agere quando vult. Item ſi appellatus non vult agere,poteſt appellantem indirecte cōpellere ad agendum,per l.diffamari.C.qui.ad liber.procla.non licet. Ad vij.rationem reſpondeo,quòd hoc dictum Inno. intelligitur de re non integra:ſecus vero re integra, prout idem Inno.ſe exponit in alia gl. Ad viij.rationem dico,quòd ex eo capitulo,in quo quis committitur in l.non iuuat ſe de l.ſed bene in alio.& ita not. gl.Ioan. And.de renuntia.ex eo quod.lib.vj.per cap. Raynutius. & Raynaldus. de teſta. licet ergo quo ad iter arripiendum non datur ſibi aliud tempus, quia quo ad l.non videtur ſibi obſeruaſſe, ſi tamen vtendo duplicitate. vel alias negligentia alterius partis non venientis ſatis cito veneris,alias ex ipſa l.quo ad alia capitula, videlicet quo ad proceſſum ſe iuuabit. Et hæc ſufficiant.

a ¶ De omnibus beneficiis,&c. *Quid ſi papa mandat alicui conferri præbendam vacantem, vel vacaturam. & epiſcopus, & capitulum,ad quos ſpectat collatio, alteri conferant incluſionem mandati apoſtolici. Dicitur,quòd collatio nulla eſt & tenentur ei pro quo papa ſcripſit ad fructus annuatim. extra. de præben.inter cætera.& c.dilectum filium. Et per Goff. in ſumma de præbend in fine.*

b ¶ Ius primogenituræ. *De hoc iure primogenituræ vide per Albe.pulchra & ſubtilia.c.de dona inter virum & vxo. l ven. & in proœmio digeſtorum,§.diſcipuli.& in lib.Oldr.c.cclxxij. & cccij.*

c ¶ Succeſſionem primogenito. *Nota. quòd primogenitus, etiam ſi nullus naſcatur poſt eum.extra.de verborum ſign cap. Ioſeph.& de iure primogenitura inter reges.principes, & nobiles. & quæ ſint dignitates indiuiſibiles, vide plene per Abb.in cap.ex inſinuatione.de iure patro.*

CONCLVSIO DCCXVIII.

De appellationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Terminus decem dierum an detur ad proſecutionem appellationis complendum, an verò ad huiuſmodi proſecutionem inchoandum.*

SI papa cum cancellaria exiſtente in Anania, & audientia palatij exiſtente in Roma,ferat ſententiam, & parti cōdemnatæ viua voce illico ab eadem ſententia appellanti dat apoſtolos reuerentiales,[a] & a
præfigat terminum decem dierum ad appellationem proſequendam, & infra dictos decem dies appellans arripiat iter per ſe,vel alium ad eundum Ananiam pro impetrando commiſsionem aſsignari ſuper appellatione ſua prædicta,talis arreptio itineris,& proſecutio eſt ſufficiens,& deſertionem excuſat:licet domini Fran.& Ber.contra.Ratio domino-
rum fuit iſta, quia † iſtud tempus datur non ad pro- 1
ſecutionem appellationis complendum, ſed ad huiuſmodi proſecutionem inchoandum. Modo ſatis inchoat proſequi, qui facit præparatoria, abſque quibus proſecutio ipſa non poteſt fieri, quia idem iudicium de termino, & de via ſententię quoad terminū perueniri nō poteſt.vt l.oratio.ff.de ſponſalib.

a ¶ Apoſtolos reuerentiales. *Nota quòd dicuntur apoſtoli reuerentiales ſeu reuerendi, quando ob reuerentiam ſuperioris appellatio defertur. vt c.j.de appella.lib.vj. in glo.*

CONCLVSIO DCCXIX.

De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *In generali conceſsione non veniunt ea quæ ſunt concedenti ſpecialiter reſeruata, nec ſpecialiter prohibita.& nu.2.*

NVntius apoſtolicus,cui ad perſonam ipſius, & eius officiū honorādū ad prouidendū animatū

ſaluti conceditur, quòd obtinentibos beneficia minus iuſte io prouincia, ad quam ille nuntius deſtinatur, poſſet reſignationes recipere, & obtinentes ad eadem beneficia, ſeo quæuis alia habilitare, ac cum eis pro camera apoſtolica ſuper perceptis fructibus concordare, & de huiuſmodi beneficio etiam qualitercunq; vacan. perſonis eiſdem prouidere, niſi ſint àliqua talia beneficia generaliter reſeruata, vtputa per extraua. execrabilis. Ioan. xxij. illa conferre poterit, licet aliqui contra. probatur primo, quia hæc poteſtas data eſt iſti nuntio, quæ reuera recipit magnam reſtrictionem, vt extra, de præben. is cui conceditur. quia non eſt motu proprio facta, cum non dicatur hoc in literis. vt c. ſi motu. in fin. de præben. lib. vj. non eſt magis fauorabilis, quàm poteſtas à iure data ordinarijs, vt xj. q. j. peruenit. cum ſimi. quæ noo recipit dictam reſtrictionem, vt cle. & ſi ab apoſtolicæ. in fin, de offic. ordin. tamen illa oon concludit beneficia reſeruata ſecundum omnes. ergo. &c. Item quia poteſtas data legatis de latere generaliter, quæ oon eſt minos fauorabilis, illo modicum includit papæ ſpecialiter reſeruata. de officio leg. c. quod tranſlationem, cum ibi oo. Item nec ſpecialiter data. vt c. dudum. de præben. lib. vj. Item nec poteſtas data executori, licet comprehendat deuoluta. vt cle. ſi de beneficio. de præbend. oon tamen includit ſpecialiter, vel generaliter reſeruata, ſecundum omnes. Item videtur caſus in c. ij. de præben. lib. vj. licet loquatur in vno genere reſeruationis generalis, quia idem iuris hodie cenſetur in alijs, & eadem eſt ratio in omnibus, ergo & videtur fortè id poni cauſa exẽpli, & ita nõ reſtringit, vt l. j. §. quod vulgo ff. de vi, & vi arm. pro eo, quia tũc aliæ generales reſeruationes
1 noo erant notæ. Ratio, † quia io generali conceſsione non veniunt ea, quæ ſunt concedenti ſpecialiter reſeruata, vt ff. cui mand. eſt iuriſd. l. j. primo reſponſo. de mi. l. illud. ff. de pigno. l. generali. & d. c. quod tranſlationem. cum ibi no. & regula, in generali, cum ibi not. & quod not. ij. q. v. quæ de cauſa. & quæ not. Ioan. And. in prædicto c. ij. de præb. lib. vj. in nouel.
2 facit etiam, quia † io generali conceſsione noo veniuot ſpecialiter prohibita. vt ff. de ritu nup. l. quanquam, j. reſponſo. & C. de acc. l. fallaciter. no. Io. mo. io regula. in generali. ſub exemplo xxxij. ſed collatio beneficiorum reſeruatorum ſpecialiter omnibus alijs à papa ſunt prohibitæ. ergo addunt aliqui aliud motiuum, vtputa, quia papa alio iure confert reſeruata, quia iure proprio, alio iure confert alia, quia iure communi, & in dubio cenſetur vti iure communi. ſed oon ioſiſto, quia reuera tantum ius, & tale habet papa in collatione non reſeruatorum, ſicut aliorum. patet ſatis ex no. in c. ij. de præben. lib. vj. Et per hoc dixit Fe. in tractatu ſuo. de re. perm. q. ij. & Alex. in c. vno. de re. permu. lib. vj. q. j. partis quartæ, quod ſi detur poteſtas ſpecialis legato recipiendi renuntiationes ex cauſa permut. & beneficia reſignata ex cauſa huiuſmodi conferendi, conferre non poteſt beneficia reſeruata, & ſi tenemus reſeruationem non includi ſub gratia facta motu proprio, quod videtur ſecurius, quia motus proprius non ampliat, ſed fortificat, nec includit ibi veriſimilia contra mẽtem. dixi ſupra concluſione ſeptingenteſima triceſima tertia: vbi plene excuſsi materiã motus proprij, ſi opponitur de fauore, qui ſaluti animæ, reſpondeo, quia id concernit renuntiationem, quam puto etiam abſque collatione, per ea, quæ no. de offic. delegat. c. deliberatione. §. prohibemus. In contrarium facit, quod ibi notatur per Archidiacon. & Ioann. Andr. in nouella. vbi not. renuntiationem oon teneri, & facit quòd communis determinatio plurium determinabilium ad omnia vniformiter referenda eſt. ff. de volga. & pupil. ſubſtitu. l. hoc iure. C. de impub. & alijs ſubſti. l. quamnis. ergo verbum beneficia, ſeo conceſsio poteſtatis, ad collationem, & renuntiationem vniformiter referentur. Sed caue, quia facit prm §. prohibemus. inutile trahit ad ſe vtile. Sed obſtat regula communis data in diſsimilibus per Dyn. in regula, vtile, per l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quotidia. & æſtiuali.

CONCLVSIO DCCXX.

De confeſsis *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio extraiudicialis an plene probet.*

1 Licet † confeſsio etiam extraiudicialis regulariter probet. de quo dic, vt habes ſupra concluſione dclxiij. tamen ſecus eſt in delictis, in quibus confeſsio extraiudicialis delictum plene non probat, quo ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ, probatur extra, de exceſsibus prælato. quam ſit graue. vbi presbyter beneficiatus confeſſus crimen adulterij ſe commiſiſſe, non deponitur, nec priuatur beneficio, ſed ſolum ſuſpenditur. & ibi no. per Inn. & Hoſtien. fic ſuper crimine bene indiceretur purgatio, [a] vt ibi etiam not. gloſſ. quem approbat Bart. expreſſe. ff. ad l. Iul. de adul. l. capite quinto. quòd cõfeſsio talis extraiudicialis non plene probat, niſi quo ad effectum confitentem ſubijciendi torturæ, quæ glo. eſt not. valde. Et poteſt forte eſſe ratio, quia in delictis clariores probationes eſſe debent. vt l. fio. C. de probat. Modo poſsibile eſt, quòd ita fuerit confeſſus, & tamen non ita commiſerit, & quòd confeſſus fuerit, non quia fecerit, ſed forte animo diffamandi mulierem, aut maritum eius, aut forte animo ſe iactandi, & glorian di: vt d. c. quàm ſit. vel forte animo mentiendi, vt ſunt multi voluntariè maxime in talibus mentientes. Sed caue, talis ſic mentitus diffamans, vel ſe iactans, ſe glorificans de peccato etiam per ſe non commiſſo, ex huiuſmodi mendacio, diffamatione, iactantia, ſeu gloriatione incurrit nouum genus delicti requirens certam pœnam, quæ non probata huiuſmodi confeſsione, etiam ſine accuſatore, tanquam pro notorio infligenda eſt, vt probat dicta decretalis, quàm ſit graue.

a ¶ Indiceretur purgatio. *Not. quòd purgatio, qua contra aliquem debet indici, debet eſſe orta ex mala ſuſpicione, qua generet ſcandalum, vt colligitur ex c. tua not. de cohabi. cle. & mulie.*

CONCLVSIO DCCXXI.

De proba. De iniur. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Iniuriæ æſtimatio, carens omni probatione quomodo taxari debeat.*

1 Ad † æſtimationem iniuriæ, [a] quæ per probationes legitimas haberi non poteſt, debet deueniri iſto modo: quia iudex debet primo conſideratis omnibus qualitatibus, & circunſtãtijs omnibus, quę poſſunt

poſſunt augere, vel minuere huiuſmodi æſtimationem, ſuo iudiciali arbitrio taxare certam æſtimationem huius iniuriæ, ſeu certam quantitatem, non vt in illa condemnet, ſed vt infra illam, ſeu in illa, & non vltra pars per ſuum iuramentum huiuſmodi æſtimationem declaret. Et ita intelligitur quod habetur. ff. de iniur. l. ſi vnus. §. ſeruus meus. & in conſti. §. ſ. Et poſt huiuſmodi taxationem pars in ipſa quantitate taxata, ſeu infra eam, declarabit per ſuum iuramentum huiuſmodi æſtimationem. & ita intelligitur l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. & ita intelligitur extra. de iniur. c. olim ſcribentibus. & de offi. ordin. c. canonici. lib. vj. cum ibi no. in glo. Nec facio quo ad hoc differentiam, an agatur ex l. Cornelia, an vero ex actione prætoria, licet gloſſ. eam faciat in d. l. iniuriarum. Sed ſequor in hoc But. qui in d. l. iniuriarum. dictam gloſſ. quo ad hoc reprehendit, licet non ita declaret: fateor tamen, quòd ſi pars agens vult agere æſtimationem, probare debet qualitates, ex quibus æſtimatio ſuum poteſt recipere iuramentum. Et ita intelligo §. pœna. inſti. de iniur. cum ibi no. Bonum exemplum huius primæ taxationis, & ſequentis iuramenti declarationis habes C. vnde vi. l. ſi quando. & extra. quod me. cau. ſuper eo. ſecus tamen in iuramento in litem, quia ibi licet poſſet taxatio iudicialis præcedere, tamen non eſt hoc neceſſarium ibi, ſicut hic, vt patet ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. peoult. & in l. in actionibus. §. j. eod. tit. In vero in hoc rationem diuerſitatis cogitabis, primum vero in expen. taxatio locum habet, licet eo in de iure C. non præcederet taxatio de neceſſitate, ſed ſequi poſſet. vt C. de iud. l. ſancimus. tamen de iure authenticorum ſequi non poteſt, vt in auth. de iudi. §. oportet quæ ſituatur. C. de iudic. ſuper dicta l. ſancimus. & alias incipit. ſed hodie, ſed alias incipit. poſt iuſiurandum. Sed diceres, qualiter procederet practica hodierna, quia poſt iuramentum taxamus? certe reſpondeo, & dico, quòd duplex eſt taxatio. Vna eſt, quæ habet vim pronuntiationis, nec etiam reuera ipſius condemnationis fiendæ, ſed habet vim limitationis ipſius iuramenti per partem præſtandi, & ita debet procedere iuramentum, quia vltra illam iurare non licet, & ita loquitur authen. poſt iuſiurandum. Alia eſt. quæ habet vim condemnationis, & illa eſt, quàm facimus poſt iuramentum. & de illa non negat, quin fieri poſſit poſt dictam authen. Sed bene dicit, quòd ſi bene, hoc eſt infra taxationem iuramentum eſt in minori, condemnatio fieri non poteſt. quod intelligit Innocen. ſuper eo. alle. niſi taxatio primo per iudicem reuocaretur, quia tunc poſſet. quod intelligit cum cauſa in minus condemnatio fieri per l. alleg. videamus. circa fio. iuncta l. quod iuſſit. ff. de re indic. Sed dic qualiter ſuſtinetur factum noſtrum, quia iſta prima taxatione non vtimur iſto modo, quia ſemper infra certam ſummam deferimus iuramentum, quod ſic faciendo duos actus ſimul facere videmur, ſcilicet ſummam, vltra quam iurari non poſſit, taxare, & iuramentum deferre. ſic ff. de acqui. hære. l. illud. cum ſimi.

a ¶ Aeſtimatione iniuriæ. *Iniuria dicitur multis modis, ſed proprie pro contumelia. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quacunque. §. iniuria. dic ſt ibi.*

CONCLVSIO DCCXXII.

De appellationibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus in quo ſunt obſeruati omnes termini ſubſtantiales an valeat.*
2 *Intellectus verbi, ſeruare.*
3 *Ius ſpeciale quando introducatur contra ius commune.*
4 *Poſt peremptorium quis abſque reſtitutione non admittitur.*
5 *Edicto citationis circunducto non proceditur niſi parte de nouo citata.*
6 *In legem qui peccat, nō gaudet beneficio ipſius legis.*
7 *Verba legis ſic interpretanda ciuiliter quod nullam iniquitatem includant.*
8 *Quis puniri non debet in alio quàm deliquerit, nec plus quam deliquerit.*
9 *Citationis effectus non dicitur circunductus auctore citationis tempore non comparente.*

SI appellatus appellationem beneficialem contra ſe ad apoſtolicam ſedem interpoſitam, ſibi tamen non intimatam, licet poſt menſem à die interpoſitionis eiuſdem computand. deuenerit inſtrumentum appellationis ipſius ad manus ſuas, poſt xj. menſes à dicta interpoſitione computandos, ad dictam ſedem inchoauit proſequi, & per audientiam contradictarum abſque alia citatione, vel intimatione facta ad partes vſque ad concluſionem incluſiue fuit proſecutus † terminos ſubſtantiales alias legitime obſeruando valet proceſſus, ſecundum do. Nicol. Fran & Ber. & Pe. in qua concluſione conſenſerunt alij duo domini, videlicet Guil. & Guil. Sed do. Ro. & Benedic. contra. & dom. Corſien. remanſit dubius. Motiua dominorum Ro. & Bene. ſunt iſta. primò, quia Comp. Archid. & ſequaces. & in c. j. de elect. lib. vj. videntur tenere, quòd ita tenetur appellatus ſeruare tempora decret. primæ alleg. ſicut appellans, modo verbum, † ſeruare, debet intelligi cum effectu. vt l. j. § fi. ff. quod quiſque iur. cum ſimi. vt nedum intelligatur de lapſu ipſorum temporum, ſed intelligatur magis de expeditione hotum, quæ infra illa tempora ſunt fienda. Secunda ratio eorum eſt iſta, quia ratio c. ſtatuimus. de elect. lib. vj. alleg. eſt iſta, vt diuturnitate vacationis beneficiorum occurratur: modo ſi non ſeruarentur tempora, ceſſaret ratio. ergo. Tertia ratio eſt, † quia contra ius commune ius ſpeciale introducitur cū certa forma ceſſante forma huiuſmodi ceſſat illud ius, quia ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. modo c. ſtatuimus. alle. inducit ius ſpeciale ſub certa forma, videlicet ſi infra certa tēpora certæ expeditiones fiāt, quod no. verbum infra ibi poſitum, ergo, &c. Quarta ratio, † quia poſt peremptorium a quis abſque reſtitutione non admittitur. de reſtitu. in integ. c. coram. de excep. c. paſtoralis. Sed iſta tempora vim habent terminorum peremptoriorum. Quinta ratio, † quia edicto citationis circunducto non proceditur, niſi parte de nouo citata. vt ff. de iudic. l. & poſt edictum. §. j. ſed actore non comparēte in termino intris edictum circunducitur. vt d. l. & poſt edictum. §. j. &c. Sexta ratio, quia bene arguitur in iure ab enitatione abſurdi. vt C. de furt. l. ſi quis. ff. de ſet. cor. l. j. & de neg. geſt. l. Pompo. & ſolu. mar. l. diuortio. ff. de excu. tut. l. ſcire. §. aliud. & de reg. iur. l. aliud. §. abſurdum. & C. de teſta. l. conſulta. ſed foret abſurdum, ſi appellatus dormiret, quòd appellans eius diſpendio vagari

gari deberet perpetuo in incerto expectando. facit
quia malitiis hominum debet obuiari, vt l. ſi fundo.
ff. de rei vendi. Septimo hoc probatur per Innocent.
qui in dicto c. ſtatuimus. not. expreſſe, quod ſi pars
iter non arripuerit infra menſem, vel non expecta-
uerit xx. dies. non habet locum proceſſus illius con
6 ſtitutionis. Octauò, † quia qui committit in l. con-
temnendo ipſius obſeruationem, non debet gaude-
re beneficio ipſius l. ff. de mino. l. auxilium. cum ſi.
pro hoc ſciendum, quòd duo tempora per decre.
hic ponderantur. Primum tempus itineris arreptio-
nis interpoſitæ, pro quo datur menſis, qui currit à
die appellationis interpoſitæ, & intimatæ, vt not. de
intimatione Archi. & alij in c. ſtatuimus. alle. Secun
dum tempus eſt expectationis, & illud xx. dierum,
& incipit currere ab aduentu alterius partis ad cu-
riam. de primo tempore eſt text. in d. ca. ſtatuimus.
in fin. j. reſponſi. ibi cum dicit, quòd à die abitionis
iter arripuerit infra menſem. De ſecundo tempore
eſt text. in eo c. in princi. ſecundi reſponſi, cum di-
cit, ſi pars aliqua non venit poſt xx. dies poſt aduen-
tum alterius expectata. &c. Aliqui vero addunt ter-
tium tempus intermedium, videlicet inter duo tem-
pora ſupra dicta, quod arbitrarium vocant, per §.
quòd ſi per xx. c. cupien. de ele. lib. vj. Sed certe glo.
Ioan. And. ſenſit contrarium in d. c. ſtatuimus. ij. re-
ſponſo. in princ. in gloſſ. quæ incipit. æquior tempo-
ris computatio. & idem not. gloſſ. in d. §. quòd ſi per
xx. quæ incipit. rationabilior, &c. Quid dicendum?
7 breuiter puto contra glo. vt deduxi ſuprà. ratio † eſt,
quia verba legis debent ſic interpretari ciuiliter,
quòd nullam iniquitatem includant. iiij. diſtin. erit
autem lex. & probant iura ſupra alleg. pro abſurdi-
tate tollenda, nam iniquum foret quem aſtringi à
tempore itineris arreptionis de loco, vbi degit ad
Romanam curiam accedere ante tempus, quo iux-
ta iudicis, ſeu boni viri arbitrium conſideratis con-
ſiderandis iri ſolet, & commode poteſt duplicitate
non vtendo. vt ff. de ver. oblig. l. continuus. §. j. & ff. ſi
quis cautio. l. j. argum. eod. titu. l. ij. §. quod autem di-
xerimus. & ff. de pigno. act. l. ſi ſeruus. & ff. de ædil.
edict. l. ſi quid venditor. ergo ſi citius, quàm more ſo
lito iri ſolet, ſeu poteſt, iuerit vna pars, quòd eius
computatio tempore xx. dierum ſuæ expectationis
vna cum tempore ſuæ itinerationis totum ſimul
non conſtituat huiuſmodi arbitrium temporis, hoc
non ſufficit, vt ſi ſolet iri in vj. menſibus. l. fin. ff. de
dila. & quadruplicitate vſus mutando equos, & iti-
nerando cum curribus, & dormiendo in itineratio-
ne, ſicut faciunt curſores portantes proſpera noua,
iuerit in vij. ſeptimanis, & expectauerit poſtea xx.
diebus, & ita quaſi duobus menſibus, & quinque
diebus pro aliis tribus mēſibus, & xxv. diebus pro-
cedi poterit contra non contumacem, quod eſt ini-
quum. Non enim licet ſic præcurrendo ſuum aduer
ſarium ſupplantare. de appel. ſępe in fin. & c. oblatæ.
cum ſimi. circa medium. argum. xvj. diſ. placuit ff. ad
Turpil. l. ij. §. ſi autem. ij. Intelligatur autem aduen-
tus huiuſmodi de aduentu ſecundum communem
itinerandi vſum facto, vel ſaltem de tali aduentu, cu
ius tempus coniunctum cum xx. diebus non faciat
minus, quàm ſit arbitrarium tempus. Et in hoc ſit
differentia inter computationem §. quòd ſi per xx.
& dicti c. ſtatuimus. & in hoc ſaluentur dictæ duæ
gloſſ. & tollatur iniquitas dicta. Et hoc verius puto,
quod licet nouum prima facie videatur, tamen eſt
menti tenendum. His præmiſsis pono tres conclu-
ſiones. Prima eſt, quòd pro eo ſolo non impeditur
pars aduerſa ad curiam veniens in alterius partis
non venien. contumaciam, dummodo res integra ſit
appellationem proſequi, quòd infra menſem iter
non arripuerit veniendi, ſed potius poſt menſem
lapſum: & iſta concluſio concernit primum tem-
pus. Iſtam concluſionem videntur expreſſe tenere
Hoſti. & Archi. & Ioan. And. in d. c. ſtatuimus. ſuper
ver. infra menſem. & etiam alia citatione, vel intima
tione minime requiſita, quia dicti doct. aliam cita-
tionem, vel intimationem non requirunt: & pro
hoc poteſt in rationem allegari. ff. ſi quis cau. l. & ſi
poſt tres. ff. de op. leg. l. mancipiorum. & extra. de
præben. ſi tibi abſenti. lib. vj. & faciunt no. ſupra. Et
hanc rationem deduco, quia ſi contrarium dicere-
tur, aut hoc diceretur, quia per hoc induceretur de-
ſertio appellationis: aut quia per hoc impediretur,
vel circunduceretur citationis effectus, quia recte
percipiendo ad medullam aliud non apparet, ſed
nullum horum poteſt dici, ergo, &c. Primum ſiqui-
dem dici non poteſt, quia hoc eſſet contra concor-
dem opinio. doct. omniū. Secundo, quia dictus men-
ſis non adiiceretur ſolum ad proſecutionem appel-
lationis, ſed adiicitur coniunctum ad proſecutio-
nem appellationis, & negotij principalis, vt ibi pa-
tet, & ibi no. per Inn. cuius eſt iſta ratio: ergo vtrūq;
debet vniformiter inſpicere. argu. ff. de vulg. & pup.
ſubſt. l. hoc iure. & C. de impu. & aliis ſubſti. l. quam-
uis. & tamen nullus diceret fuiſſe de mente papę pri
uare partem non arripientem iter infra menſem ob
hoc ſolum à proſecutione iuris ſui. & contrarium
tenet glo. Ioan. And. in c. ſtatuimus. & §. quòd ſi per
xx. alle. in gl. duabus ſimilibus ſupra alleg. ergo, &c.
Nec per hoc poteſt dici quòd impediatur per hoc ci
tatio iuris, ſeu eius effectus. Ratio eſt, quia quot ſunt
perſonæ citatæ, tot ſunt citationes diuerſæ & ab in-
uicem ſeparatæ. ff. de verb. obli. l. ſcire debemus. nec
ab eo per conſequens limitatur. argum. C. de dona.
inter vi. & vxo. l. maritus. & ff. de calum. l. fin. quia a-
lias ſequeretur, quòd tempora ſeruans non poſsit
procedere contra non ſeruantem, contra mentem
decre. & verba. ergo per hoc, quòd ego appellans
non ſeruo primum tempus, hoc eſt, non arripio iter
infra menſem, non minus arctantur alij ex huiuſmo-
di citatis ad ſeruandum, ſi volunt euitare contuma-
ciæ pœnam. Præterea, quia citatio ad cauſam non
concernit, niſi comparitionem, & tempus compari-
tionis in cauſa. licet ergo deliquerit pars in iter arri
piendo, dummodo non delinquat in comparendo,
effectu ipſius comparitionis puniri non debet, ſed
ſolum effectu termini dati ad iter arripiendum, illū
perdit, nec alius ſibi datur. probatur conſequentia,
quia † quis nō debet puniri in alio, quā delinquerit, 8
nec plus, quā deliquerit: vt C. depoſiti. l. ſancimus. &
ſi aliud diceretur, ſequeretur ꝙ non ſeruās primū tē
pus. nō eſſet expectādus in ſecundo. ergo. Præterea
nullū ius reperitur talē pœnā imponēs, igitur pœna
impoſita cōtēremur. ad l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat.
Itē nō † poteſt dici circūductus citationis effectus, 9
cū author citationis tēpore nō cōparet in cauſa. vt l.
& poſt edictum. §. j. alle. ſed hic ſecus, quia comparet
appella

appellatus in termino, qui actor eſt, quia in hoc in cauſis beneficialibus quilibet poteſt eſſe actor, & reus. Secunda ratio ſit iſta, quia ratio cap. ſtatuimus. ſeu eius arctationis non fuit fauor ſingularis ipſarum partium, ſed magis natura cauſæ, quæ requirit accelerationem ſecundum omnes ſcribentes, præſertim Archid. & facit de elec. c. inter vniuerſos. & cap. ne pro defectu. & c. vt circa. lib. vj. & de appella. c. oblatæ. Modo ſi periret, vel circunduceretur citatio iuris, cauſa nihilominus remaneret apud ſedem apoſtolicam terminanda. per cle. cauſam. quę ad deuolutionem huiuſmodi obſeruationem non requirit, & ita requiritur alia citatio noua, & per hoc celeritas impediretur, & protogatio induceretur contra mentem, & rationem decret. ita quòd datetur occaſio per remedium decret. impediendi finem, ad quem principaliter tendit, contra l. ſi miles. ff. de teſta. mil. Pręterea, quid intereſt appellantis, aut ipſius cauſæ, vel beneficij appellatum iter arripuiſſe, vel non arripuiſſe infra menſem, dũmodo debito tempore in curia ſe repræſentet? certe nihil, imò magis cauſæ, & beneficio obeſſet, ergo licet in aliqua culpa fuerit, quam non reputo multum põderandam, quia in re propria abſque cuiuſcunque præiudicio, vt præfertur. arg. ff. ſol. matr. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. non propter hoc debet omittere, quin puniatur culpa appellantis, quæ per culpam prædictam appellati non purgatur. maxime, cum ſit multo maior. facit quia cauſa principalis eam puniendi remanet, videlicet fauor cauſæ, & beneficij. fa. inſtitu. de nup. §. affinitas. ff. de condit. & demon. l. cum tale. §. legato. cum ibi no. Tertia ratio, quia quando lex ſpecialis prohibet illud, quod alias iure communi non eſſet prohibitum, ſed permiſſum, & pœnam adijcit contra facienti, actus contra prohibitionem factus pœna præſtitus validus eſt ipſo iure. vt l. fi. in princ. de diuorr. not. Cyn. C. de legi. l. non dubium. in vlti. quæſtio. de cuius materia vide per eum. C. de ſepul. viola. l. qui ſepulcra. & per Bartol. in l. ſcio. ff. de pœnis. licet ergo ius ſpeciale cap. ſtatuimus. mandet iter arripi infra menſem, & per conſequens ſecundum te, licet non fateor, tacite inhibere videatur, ne aliter fiat: tum quia certam pœnam adijcit, videlicet de pœna proceſſus in contumaciam facti, ergo dicere non debemus proceſſum huiuſmodi valere, quia non eſt veriſimile, quòd eadem conſtitutio addat pœnam pœnæ, ſi non dicat. vt d. l. ſcio. cum intellectu ſuo, quem ibi dat Dyn. & Batt. poſt eum. & Per. & Cy poſt eum in l. non dubium alleg. in ſimili. Secunda concluſio eſt, quòd ſi pars comparens poſt omnia tria tempora ſupradicta ex toto lapſa, videlicet poſt menſem tempus arbitrarium. & xx. dies, venit ad curiam, & ſtatim poſt eius aduentum incepit procedere per audientiam, valet proceſſus: nec ideo vitiatur, quòd comparens non expectauit per xx. dies a die dicti aduentus ſui computandos alteram partem, hanc concluſionem proſequere, vt dixi ſuprà. Item pro eiuſdem concluſionis clariori deductione ſuppono duo ad euidentiam. Primum eſt, quòd verbum venit, poſitum in ver. ſed ſi pars. non concernit omne tempus, ſed refertur ſolum ad tempus, in quo pars quælibet, quæ in fine menſis dati ad iter arripuiſſet, commode venire potuiſſet: quia illud tempus incertum eſt ex natura rei. vt l. interdum. ff. de verborum obligationibus. & l. continuus. §. primo. eodem titu. allega. alias omnino intelligeretur contra literæ mentem, quia ſi ſic veniret poſt inchoatum proceſſum, totum rueret contra mentem, vel nullum eſſet. argument. ff. de legat. ſecundo. l. vxori. primo reſponſo. Secundum ſupponendum eſt, quòd verbum, ſed ſi pars, ſupponit vnam partem iam veniſſe, tunc videlicet, cum dicit, alteram partem non veniſſe: ita quòd loquitur in caſu, de quo loquitur prima ſuppoſitio proxime præcedens: venerit vna pars.

a ¶ Poſt peremptorium. *De effectu peremptorij, & quicquid de peremptorio dici poteſt, vide Specul. titul. de citatione. §. iij. per totum.*

CONCLVSIO DCCXXIII.

De feudis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an poſſit facere conſtitutionem per quam vni parti ius auferatur, illud in aliam transferẽdo.*
2 *Hoſtienſis lucerna iuris canonici.*
3 *Conſtitutio principis quando non habeat vim legis.*
4 *Declaratio legis facta in iudicio, parte non vocata, non valet.*
5 *Declaratio legis nil noui iuris inducit, ſed ſolum detegit quod prius erat.*
6 *Obeſſe non debet quod non ratione, ſed errore factum eſt.*
7 *In re dubia capienda eſt interpretatio benignior.*
8 *In papa debet vigere omnis puritas.*
9 *Labor improbus vincit omnia.*
10 *Vna via quod prohibetur, alia via non debet eſſe permiſſum.*
11 *Priuilegia licet de ſui natura ſint contraria iuri, ſunt tamen ſecundum ius interpretanda.*
12 *Sententia diffinitiua cum cauſa cognitione lata per principem, ſi reperiatur male lata & per errorem, in melius reformari debet.*
13 *Sententia lata ex falſa allegatione retractanda.*
14 *Priuilegium obtentum ex falſa cauſa eſt nullum.*
15 *Donatio cauſa mortis totum ſuum effectum ſolum refert in tempus mortis.*
16 *Diſpoſitio conditionalis futura, & mero cauſali conditione ſuſpenſa non poteſt aliquem ſortiri effectum ante huiuſmodi conditionis euentum.*
17 *Ius quæſitum ex contractu ſiue in re, ſiue ad rem, ſiue pure, ſiue ſub conditione eſt tranſmiſſibile.*
18 *Appellatione filiorum continentur nepotes.*
19 *Statuta an accipiant extenſionem ad caſum non comprehenſum.*

ETiam de extra Rotam, circa quæſtionem ſecundam, quòd dicta declaratio dicto nepoti in effectu obeſſe non debet. quòd deduco pluribus rationibus, quæ ſequuntur. Prima ratio † eſt, quia 1
princeps non poteſt ſine cauſa facere conſtitutionem, per quam ius meum mihi auferat, illud in aliũ transferendo. no. Ber. Compo. Inno. extra de conſti. quæ in eccleſiarum. & ipſe Inno. de immu. eccl. quia plerique. ac Iacob. Pe. & Cyn. in l. reſcripta. de preci. impe. offe. faciunt not. per eos. C. de quadri. præſcri. l. bene à zenone. Et eſt ratio, quia iſtud eſſet de directo venire contra naturalem rationem iure diuino fundatam, contra quam non valet aliqua conſtitutio poſitiua. extra de conſuetud. cum tanto. C. eo.

l.ij.& iiij.diſtinct.erit autem lex.Innoc. plus dicit in
dicto c.quia plerique.quòd generalis conſtitutio nec
ab initio, nec ex poſt facto poteſt includere talem
caſum. Modo conſtat, quòd talis conſtitutio eſt con-
tra ius, de quo dixi in concluſione ſupra proxime
præcedenti, vt ibi deduxi, & per conſequens tendit
de directo, vt ius primogenituræ auferatur dicto ne-
poti, & in dictum ſecundogenitum transferatur,
ergo ſaltem, quoad præiudicium dicti ſecundigeni-
ti, valere non poteſt. Et pro iſto non modicum vide-
2 tur facere, quod not. Hoſtien. † lucerna iuris cano-
nici, & Ioan. And. tuba veritatis poſt eum, in c.licet.
de voto & voti redemp. videlicet, quòd conſuetudo
non poteſt tollere ius huiuſmodi primogenituræ ei:
cui alias competere debet, & idem recitatiue ap-
probat ipſe Ioan. And. in q.ij. per eum diſputata ſu-
per regula.ſine culpa.lib.vj.in princ.primi membri.
Et tamen ſi iure poſitiuo hoc induci poſſet, conſue-
tudo dummodo præſcripta hoc induceret, dum-
modo alias irrationabile non foret.vt c.fin.de con-
ſuet.alleg.quia hodie ſaltem per illud c.ſunt omnes
conſuetudines rationabiles, & præſcriptæ, etiam
aduerſus ius commune, per l.communem ſuperio-
rum approbatæ. Secunda ratio eſt, quia dicta decla-
ratio, etiam ſi valeret, non deberet dici l.communis,
ſed quædam ordinatio ſpecialis inter ſolas partes,
inter quas promulgata eſt, vendicans ſibi locum:
igitur ad eius promulgationem prouocare debuit,
& conſentire iſte nepos, de cuius præiudicio princi-
paliter agebatur, & patet conſequentia, quia iſtud
eſſet regulare, quia quantumcunque princeps facit
aliquid ſpeciale pro vna certa parte, contra aliam
certam, etiam extra iudicium, non per modum ge-
neralis conſtitutionis, debet vocare partem, contra
quam ordinate diſpoſuit, & id facere de conſenſu
ſuo, & aliter non. hinc eſt, quòd, ſi princeps ve-
lit libertum reſtituere natalibus, debet vocare pa-
tronum, vel filium patroni, & hoc facere de eius
conſenſu, & aliter non poteſt de iure, pro eo, quod
patronus, vel patroni filius, maxime ratione ſucceſ-
ſionis.de qua in §.ſed noſtra.inſti.de ſucceſſ.lib.ma-
gnum poteſt prætendere intereſſe.iſte eſt caſus legis
pen.& l.fi.ff.de nata.reſti.facit ff.de manu.teſta. l.pe.
& ff. de adop. l. nam ita diuus, vbi hoc tenet Iacob.
de But. & Bart. poſt eum. dum videlicet de præiudi-
cio graui in reſcriptis, vel impetratione agitur. facit
etiam ff.de iure ann.aure.l.diuus.& de libe.cau.l.j.ff.
de pact. l.fin. Et hoc maxime probat l.in præiudicio
graui.C.de preci.impet.offe. l.quoties. ſicut in pro-
poſito in perditione vnius maximi regni. probatur
antecedens. primo per l.ij. C. de legib. vbi videtur
3 eſſe caſus, quia ibi dicitur, quòd † ſiue ſuggeſtione
præſentis, ſiue relatione abſentis princeps pro vno
contra alium aliquid ſtatuat, non habet vim legis
communis, ſed magis priuilegij, niſi ſecundum glo.
diffinitiue cauſa cognita partibus præſentibus pro-
nuntiat, aut faciat ſtatutum redigi in corpore iuris:
ſed iſta ceſſant hic.ergo, &c. Secundo probatur hoc,
quia ſtatutum de per ſe probat legem eſſe commu-
nem, niſi appareat aliter de mente principis, quia
hoc voluerit.no.glo.§.ſed quod principi. inſtitu.de
iu.na.gen. & ciui. & probat l.ij. alleg. mens autem
colligitur per modos traditos à lege, vt ſi per ſenten
tiam, &c. vt dixi C. de legib. l.final. vel ſi illud fecit
redigi in corpore iuris. C.de no. co. compo. in con-
ſtit.vna.§.fin.circa fin.vel ſi ad venerabilem cœtum
iudicum, vel docto.legentium illud pro l. deſtituet:
aut ſi per modum edicti, vel generalis legis id fa-
ciat: vel ſi pro lege in ſimilibus caſibus id præcipiat
generaliter obſeruari: aut ſi motu proprio forte illud
nemine ſolicitante promulget.vt legitur C. de legi.
l.iij.modo prædicta hic omnia ceſſant. ergo facit ar-
gumentum vulgatum.de l. patre furioſo. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alien. iuris. hic autem nepos voca-
tus non fuit.ergo, &c. Tertia ratio, quia dices, quòd
dicta † declaratio eſt iudicialis, ergo non valet parte 4
non vocata, & inaudita. ij.q.j. nos in quenquam.ff.
quæ ſentent. ſine appellat. reſcinduntur. l. j. §. item
cum ex edicto. imò plus tenet Cyn. poſt Pet. & alij
in dicta l. iij. C. de legib. quòd ſi fuiſſet facta parte
vocata, ſed abſente per contumaciam, non faceret
ius generale, ſed ſolum obeſſet parti vocatæ. per l.
qui ſuperſtitis.in fi.ff. de inoffic.teſtamen. facit eod.
titu.Papinian.§.meminiſſe.ff.de euict. l.ſi ideo. C.de
pericu.& commod.rei vendi. l.j. aut dices, quòd eſt
extraiudicialis, & tunc aut dices, quòd valeat, tan-
quam habens vim ipſius declarationis: aut quòd
valeat, tanquam habens vim conſtitutionis noui
iuris. Si dicis, quòd non poſsit valere, niſi vt vim
habens meræ declarationis: tunc dico, quòd non
valet, nec obeſſe poteſt: quia talis declaratio eſſet
erronea, atque falſa, per ea, quæ dicta ſunt circa
concluſionem proxime præcedentem. declaratio
† enim nihil noui iuris inducit, ſed ſolum detegit, 5
quod prius erat.vt l.adeo.§.cum quis.in fi.de acquir.
rer.do.& ſi ſerui.vend.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. ſed
id, quod non eſt, nullo modo detegi poteſt, & mate-
ria fundamenti ceſſante nihil valet ædificium.extra,
de presbyte.non bapt.veniens.& j.q.j. cum Paulus.
neque enim † obeſſe debet, quod non ratione, ſed 6
errore factum eſt.vt l.quod non ratione. ff.de legib.
& l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.omnium iudic. Si
vero dicas, quòd valeat, vt vim habens conſtitutio-
nis iuris noui, ſequitur quòd ad tollendum ius iam
acquiſitum per ius antiquum, videlicet per ius pri-
mogenituræ, facta eſſet, quod non eſt præſumen-
dum in principe, & præſertim in papa. argu. de re-
ſcript.ſi pro te.& cap.quamuis.de præben.ſi apoſto-
licæ. lib. vj. & quia hoc forte de iure non poſſet per
rationem primam, maxime, ſi ius habuit nepos ex
infeudatione papali, & pactis, & conuentionibus ibi
appoſitis. modo princeps tenetur ſeruare pacta,
quæ ipſemet iniuit cum ſubdito, nec poteſt venire
contra, ſaltem de iure, vt probat Cyn. poſt Guil. de
Fund. C.de legib.l.digna vox.per c.j.extra, de prob.
quod ibi videtur approbare Ioan. And. ſaltem reci-
tando. Item, quia ſi ſic, verbum declarationis ſtaret
nimis improprie, quod non eſt in dubio ſuſtinen-
dum.ff.de exerci.l.j. §.in re igitur dubia. de lega. iij.
l.non aliter.cum ſimi. Quarta ratio eſt, quia in caſu
dubio pluribus occurrentibus circa intentionem di-
ſponentis interpretabilibus, quarum vna eſt veri-
ſimilis, & honeſta: alia turpis, & inhoneſta: altera
vero ſimilis, & honeſta, illa veriſimilis, & honeſta
recipienda eſt. Ideo dicit regula iuris, quòd inſpici-
mus ſemper in negotiis, quod eſt veriſimilius. vt re-
gula, inſpicimus.de regulis iuris.lib.ſexto. Et regu-
la, in obſcuris. eod.titu.cum ſi. Et dicit alia regula,
quòd

7 quòd in re † dubia capienda eſt interpretatio, quæ benignius reſponſum affert.ff.de reg.iuris.l.capienda.& l.ea quæ.§.in re ergo dubia. cum concordant. & probantur iſta ff.pro ſocio.l.merito.de dona.inter virum & vxo.l. Quintus.extra.de procurat.capit.j. de præſumpt.dudum.& de præben.niſi eſſent.Modo hic occurrunt in dubia interpretatione dictæ declarationis quatuor imaginationes. Prima eſt, quia verba prima facie ſonant, quòd papa Bonifacius erronee declarando contra concluſionem proxime præcedentem. & iſta eſt omnino inueriſimilis,vt C. de teſta.l.omnium.& extra.de conſtitu.cap.j.libr.vj. Secunda imaginatio eſt, quòd papa Boniſa.habuit mentem etiam ſi opus eſſet faciendi nouam conſtitutionem, & tollendi per conſequens ſine cauſa illius primogenituræ nepoti ius iam quæſitum.& iſta

8 certe non eſt honeſta, in papa † potiſsime, in quo debet vigere omnis puritas. de dona.cap.per tuas.& pro hoc bene facit text. in iiij.colum.de ali.feu.cap. vno.§.j.in fin.vbi dicit text.quòd eccleſia cultrix,altrix, & auctrix iuſtitiæ non patitur contra iuſtitiam aliquid in ſe, vel alterum fieri, priuatus vero ſæpe obuiat iuſtitiæ. Tertia imaginatio eſt, quòd domi. Boniſa.non errauerit in iure,nec habuit inhoneſtam intentionem, ſed errauit in facto:vtputa,quia ad ſiniſtram informationem crediderit ita eſſe in pact. infeudationis.Et iſta certe eſt honeſta,& veriſimilis: quia veriſimile eſt, quòd papa ignoret ea,quæ in facto conſiſtunt, ſicut ignorat quilibet quantumcunque prudens.vt ff.de iuris, & facti igno.l.ij.& maxime, quia referebat ſe ad dicta pacta,vt ſuppoſitum eſt in facto. Quarta imaginatio,quòd importunitas dicti Caroli regis ſupplicantis tanta fuit, quòd literæ abſq; plena papæ examinatione, quaſi per quandam inaduertentiam propter diuerſas occupationes,fuerunt expeditæ. Et iſta adhuc magis eſt honeſta,quàm duæ primæ.Dicit enim lex,quòd plerunq; propter importunitates petentium nonunquã non concedenda conceduntur.vt C.de pe.bono.ſubl.l.j.

9 & ij. iuxta illud: Labor † improbus vincit omnia. ergo recipiatur tertia imaginatio,vel quarta,vel ſaltem altera earundem.Nec mirum,quia,quod proxime dixi de dicto Carol. cum dictus Carolus haberet vnum filium, & nepotem ex altero, & videret nepotem bene prouiſum de vno notabili regno, licet non dato per eum, ſed veniente ex ſucceſsione materna, volebat ſuo proprio filio etiam prouidere de alio regno, non curauit de exhæreditate nepotis propter prouiſionem antedictam, & vt quaſi ſibi ſuccederent duo reges: & quia hoc non poterat facere per ſeipſum. vt ff. de interdict. & releg.l.iij.voluit hoc facere per papam per medium declarationis antedictæ, quod ſibi non profuit,vt præfertur,&

10 merito:quia quæ † vna via prohibentur,alia via non debent eſſe permiſſa.ff.de tuto. & curato.da.ab his.l. ſcire oportet.cum concordan.& pro præmiſſa quarta ratione facit regula iuris,quæ dicit,quòd quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt.vt in propoſito eſt oſtenſum, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis.ff.de regulis iuris.l.quoties.minimum autem iniquitatis habet interpretatio proxime dicta. ergo &c. Quinta ratio eſt, quia in priui-

11 legiis.quæ etſi de natura † ſua ſunt contra ius,fit interpretatio ſecundum ius,maxime vt minus obuiet. vt ff.de vul.& pupil.ſubſtitu.l.ex facto.C.de inoffic. teſta.l.ſi quando. extrà, de deci.capit.ij.libr.vj.fortius eſt hoc in ſententiis, & declarationibus, quorum naturæ repugnat fieri contra ius: quia verba ſemper penes materiam propriam inquirenda ſunt. ff.loca.l.ſi vna.cum ſimili.probat l.ſecunda.de offic. proconſ.& leg.primo reſponſo.& extra,de reſcript. cum aliquibus.libr.vj.& ita loquitur ad literam cap. cum eccleſia veſtra.§.idémque.& facit cap.cum dilect.de conſuetu. Modo iſta declaratio fiebat iuxta, vel ſecundum, aut inſtar, vel prout in dictis pactis, & conuentionibus oppoſitis in infeudatione continetur. Iſta autem verba poſſunt accipi cauſatiue,vel conditionaliter. Si cauſatiue,hoc erit contra ius,de quo ſupra concluſione proxima præcedenti.Si conditionaliter, hoc erit recte ſecundum ius.ergo conditionaliter,& non cauſatiue debent recipi.& quòd duplicem ſenſum conuenienter habere poſsint dicta verba. text. eſt de verborum ſignificationibus. abbate. Nec obſt. illud cap.vbi accipitur interpretatio contraria: quia loquitur in materia priuilegij, in quo papa fuerat intentionis aliquid dandi, quod fieri non poterat, niſi acciperentur cauſatiue.ſed hic non loquimur in priuilegio,nec in caſu veriſimili ſic papam voluiſſe aliquid dare, ſed in declaratione, quæ de natura ſua nihil habet aliquid de nouo producere, ſed duntaxat ſecundum ius iam productum declarare, vt prædictum eſt, vt ſic cenſeatur, ſicut priuilegium conceſſum ad inſtar, de quo dicit Innocen. de fide inſtrumen. inter dilectos.in gloſſ. addi.& Archidiac.in cap.ſi papa.de priuileg.libr.vj. quòd illud non probat, niſi oſtendatur illud priuilegium,ad cuius inſtar aliud dicitur eſſe conceſſum. Confirmatio, quia legatum relatum ex toto ad falſam demonſtrationem non valet ipſo iure.ff.de conditio.& demonſt.l.tali.§.fin.cum l.ſequen.ergo arg. §.diſponat.in authen. de nup.iuncto, quòd cauſa.l. præſumitur finalis.ff.de iure patr.l.adigere.§.quamuis.& l.fin.C.de dona.inter vi.& vxorem. alleg.No. Ioan. Andr. de tenun. poſt tranſlationem.facit ff.de fal. ſi quis obrepſerit. de his qui non à do.ma.l.fin.

Sexta ratio eſt,quia ſententia † diffinitiua lata cum 12
cauſæ cognitione per principem, qui facit ius.vt l. fin.C de legi. etiam ſi ab ea non fuerit appellatum, ſi reperiatur male lata, & per errorem,in melius reformatur per principem ipſum,vel ipſius in principatu ſucceſſorem, vt de reſtit.in integr.cap.cum ex literis. ergo fortius: & declaratio facta ſine aliqua cognitione per errorem, poterit & debebit per dominum noſtrum reformari in melius. fa. xxxv.q.ix. cap.veniam.& cap.ſententiam.cum concordan.ibidem allegatis, facit etiam, quia ſententia † lata ex 13
falſa allegatione retractanda eſt.C.ſi ex fal.inſtrum. l.j.& ij.& ſi ſcienter pars, quæ obtinuit huiuſmodi allegationem,fecerit,ſibi ſuccurritur ipſo iure,vt ff. de iudic. l. ſi prætor.§.Marcellus. ſecundum vnum intellectum gloſſ. ibidem poſitum, quam approbat ibidem domi.Barto.non tamen curatur,an ſcienter, vel ignoranter, ſi abſens, contra quem proceditur, non ſit contumax in culpa,vt ff.de ædili.edict.l.j.§. ſi cauſa.hinc eſt,quòd not.Innocen.de fide inſtrum. inter dilectos.priuilegium † obtẽtum ex falſa cauſa 14
nullum eſſe,& tamen fortius in declaratione,cui error iuris plus obeſſe debet, vt dixi.negari enim non

poteſt . quin cauſa reſtitutionis propter falſam alle-
gationem ſit iniquitas , & iniuſtitia in ipſa ſenten-
tia ex dicta falſa allegatione inſurgēs,æquitas enim
contraria eſt illa ſola , quæ dat cauſam reſtitutioni.
vt l.quòd ſi minor.§.fin.ff.de mino. Modo licet ini-
quitas non vitiet ſententiam ipſo iure,vitiat tamen
iuris declaratione: vt d. cap. cum tanto. & cap.etir
autem.allega.ergo reſtat ſimpliciter , illam declara-
tionem reuocandam fore per domi.noſtrum , non
tanquam iniuſtam , ſed potius tanquam nullam, &
erroneam.dico tamen id non poſſe fieri, niſi per pa-
pam.C.de legi.l.ij.§.j.& l.fin.quia ante papalem de-
clarationem facit præſumptionem,cōtra quam non
admittitur probatio. not. Iacob.& Cyn.in dicta l.te-
ſcripta.De tertia concloſione dic vt ſupra.De quarta
quæſt.ſatis dictum eſt. Redeo ad materiam prima-
rum duarum cōcluſionum proxime præcedentium,
& ſecundæ ſuppoſitionis pro illius deductione ſu-
pra factæ : & oppono : quia diſpoſitio cuius effectus
differtur in tempus , conſideratur ſecundum illud
tempus , & ideo ſi ſponſus donet ſimpliciter . valet
b donatio , [b] quia reſpicit præſens tempus , ſed ſi ſic
donet quòd donatio ſuum effectum ſortiatur , &
differatur in tempus , matrimonium vitiatur , quia
ſolum refertur ad tempus illud eius effectus , quo
fieri non poſſet. vt ff. de dona. inter vi.& vxo l.cum
hic ſtatus. §. ſi ſponſus. & C. de dona.ante nupt.l.
quod ſponſæ.& ita econtra, ſi fiat donatio ſimplici-
ter tempore matrimonij inter coniuges, non valet,
quia reſpicit præſens tempus.ſi tamen differatur,vel
referatur eius effectus in tempus mortis,vel diuor-
tij,pro illo tempore,& non ante conſideretur,& va-
let donatio. ff. de pact.do.l.Beblius.in fin.& de do.
inter vi.& vxo.l.ſi eum.§.fin.cum l.ſequen. Et hinc
15 eſt , † quòd donatio cauſa mortis ſuum totum effe-
ctum ſolum refert in tempus mortis. Ideo pro illo
tempore ſolum conſideratur perſona donantis,an
videlicet tunc capere poſsit. de dona. cauſ.mort.l.
mortis cauſa do.ſa.ff.de ma.teſt.l.libertas. primo re-
ſponſo. & ff. de verborum obligatio. l.quotiens in
diem. Modo ſi conſideremus tempus ſucceſsionis,
in quo refertur effectus feudalis diſpoſitionis, tunc
reperiemus filium, qui fuerat primogenitus,capere
non poſſe,cum tunc ſit mortuus,& reperiemus aliū
filium tunc capere poſſe,ac primogenitum in ætate,
& gradu proximiorem, &c. Confirmatur ſecundo,
quia participia præſentis,vel præteriti temporis,re-
lata ad verba futuri temporis ad futurum tempus ef-
fectum ſuum prorogantia,ſuum tempus referunt ad
tempus futurum importatum per verba,ad quæ ta-
liter referuntur , vt cle.ſi de beneficio. de præbend.
& in cap.ſicut.de verborum ſignifica.libr.vj.cum ibi
not.& per Ioan. Andr.in nouella.ff.de ſer.vrba.præ.
l.ſi ſeruitus. & l. ſi ita fuerit.ff.de leg.iij. Modo hoc
participium,primogenitus, vel hæc oratio,in gradu
proximitatis primus, referuntur ad verbum, ſucce-
deret.ergo pro tempore quo erit locus ſucceſsioni,
ſuam , & ſui temporis interpretationem recipiunt,
ergo. &c. Tertio probo ſic : quia verba contrahen-
tium ſic ſunt in ſenſu proprio recipienda , quod ex-
tra illum ſenſum proprium non recipiunt exten-
ſionem. vt ff. de verborum obligatio.l.quicquid.&
l.ſi à colono.& ff. de arbit.l.non diſtinguemus.§.de
officio.modo hoc verbum , ſuccedent , poſitum in
conuentione infeudationis,poteſt referri ad impro-
priam interpretationem.videlicet ad habitum , ſeu
potentiam ſuccedendi , vel ad propriam , puta ad
actum ſuccedendi. probantur hæc ff. de verborum
ſignificatio. l.qui actionem. & l.minus. ergo in du-
bio ad propriam referetur.facit ff.ſi ager vectiga.l.ij.
inſtitut.de iure natu.§.quoties. Quarto hoc probo
ſic , quia conditionalis † diſpoſitio futura, & mere 16
cauſali cōditione ſuſpenſa,non poteſt aliquem ſor-
tiri effectum ante huiuſmodi conditionis euentum.
vt ff.de conditio.inſtitut.l.ſi quis ita hæreditatem.&
extra.de conceſſ.præbend.cap.ei quem.in clemen.j.
primo reſponſo. cum concordan. Nec mirum, quia
nec venit, nec ceſsit ante dies eius.vt l.cedere diem.
ff.de verborum obligatio.modo conſtat, quòd feu-
dalis ordinatio, ſeu diſpoſitio , vigore cuius admitti
debet primogenitus,vel nepos ex primogenito,quā
habes ſupra circa dictam concluſionem in clauſula
tertia,eſt ſuſpenſa iſta caſuali conditione de futuro,
videlicet ſi illum , qui pro tempore fuiſſet rex, ſine
prole legitima ſui corporis mori contingeret,ergo
ante mortem regis non poteſt in primogenito eius
hæc diſpoſitio aliquem operari effectum, ſed eſt ſo-
lum conſiderandum , quis illo tempore, quo mor-
tuus eſſet rex , fuiſſet in ætate, & gradu anterior,
cuius non fuit primogenitus morte priuatus, nec fi-
lius eius, vt de ſe patet. Quinto hoc probatur ſic,
quia iſtud dari ſolet pro regula , quòd dum res ante
ſuum eſſe completum peruenit ad caſum,à quo non
poſſet incipere. habetur perinde , ac ſi nunquam in-
cepiſſet. vt ff.de ſerui.l.pro parte. & ff.ad leg. Aquil.
l.huic ſcripturæ. §.fin. cum l.ſequen.& ff.de verbo.
obliga.l.penul.§.& ſi placeat.& ff.de duo.reis.l.ean-
dem.§.penulti. Modo ſi ab initio iſte primogenitus
nunquam fuiſſet in rerum natura , tempore ſaltem
quo poſſet eſſe ſpes de ſucceſsione regni, certum
eſſet,quòd ille nepos nullum ius haberet, cum non
poſsit excludere patruum, niſi ex eius perſona. Et
certum eſt quòd ille primogenitus pendente ſpe,&
ita ante completum eſſe huius veræ, & actualis ſuc-
ceſsionis deceſsit , ergo &c. Sexto , quia veriſimile
eſt,quòd in diſpenſationibus,quæ inter peritiſsimos
cum maxima maturitate aguntur , verborum con-
geries magna ſuperaddita non ſit poſita ad ſolam
ſuperfluam repetitionem præcedentium , ſed po-
tius veriſimile eſt , quòd poſita ſunt ad nouum effe-
ctum operandum. vt in conſtitu.vna.§.quibus.C.de
no.co.comp.fa.cap.ſi papa.& l.ſi quando.cum ſimil.
Modo ſi non faceremus interpretationem , niſi ſe-
cundum ius , vt prætendit pars nepotis, ſuffeciſſet
dicere,quòd haberet in regno homo talem gradum
ſeruato tamen ſemper ordine primogenituræ,prout
de iure , & ſexu ſemper maſculino in eodem gradu
prælato. ergo quod appoſita ſit vltra tanta verbo-
rum congeries non videtur factum , niſi vt inquan-
tum verborum proprietate à iure communi receda-
tur. argum.C.de pact.conuen. tam ſuper.l.fin.quia
non apparet , quòd alium effectum operari poſsit.
Septimo,quia diſpoſitio generalis, quæ terminatur
in vno , licet omnia ſuppoſita , ipſius generis ex vi
orationis videatur complecti , vt dicit l.Mæuius.§.
duobus.ff.de legatis ſecundo. & hoc quaſi ſub de-
claratione futuræ declarationis, vel euentus,vt di-
cit lex ff.qui & à quibus ma. non fi.l.ſi.l.iij.tamen ſe-
cundum

cundum veritatem, nullum ſuppoſitorum determinate ſub ipſa diſpoſitione comprehenditur, & probatur ff. de verbo. obligat. l. ſi duo. & de ſolu. l. qui. §. Stichum. ſecundo reſponſo. & de leg. j. l. cum incertus. & eod. titu. l. continuus. §. illud. & l. inter ſtipula. §. ſacram. Et eſt differentia inter generalem, & alternatiuam, vt probant prædicta iura. Et hic eſt, quòd illud ſuppoſitum, in quo per ſequentem declarationem, vel caſuum euentus terminatur, ipſa diſpoſitio habeatur perinde, ac ſi fuiſſet ſpecialiter, & determinate ſub diſpoſitione comprehenſum. vt extra. de reſcript. paſtoralis. in fin. tamen pro eo, quòd in tali generali diſpoſitione non comprehenditur determinate, aliquid de ſuppoſitis illius generis, ſi ante declarationem, vel euentum eſſe deſinat, vel mutet ſtatum, habetur perinde, ac ſi ab initio non fuiſſet ſub generalitate comprehenſum. vt ff. de ſol. l. cum quis. §. qui hominem. & dicto §. Stichum. & ff. de adi. leg. l. qui hominem. & dicto §. ſacram. allegat. & probat optime elemen. ſi de beneficio. allega. vbi patet, quòd ſi expecto in genere ad collationem epiſcopi, & aliquod beneficium vacans, ſpectãs ad illam collationem, deſinat interim ad eam ſpectare, quia deuoluatur ad capitulum, non debebitur mihi. facit etiam, quia ſi expecto in genere ad primum beneficium certæ collationis vacaturum, quod duxero acceptandum ſine præfixione certi temporis, & peodente deliberatione mea ordinarius confert, quia beneficium tale mutat ſtatum, amplius ex illa vacatione mihi deberi non poteſt, vt de conceſ. præbend. quia cunctis. ver. ſubiunctum. lib. vj. Modo dicta diſpoſitio feudalis, de qua loquitur dicta clauſula tertia, eſt generalis, & incerta, quia refertur ad illam de pluribus, qui tempore, quo erit locus ſucceſſioni, erit prior in gradu, & primogenitus in ætate, & licet ſit maior ſpes de primo filio, tamen poteſt eſſe, quòd eam non capiet. vt inſtitu. de re. diui. §. illud quæſitum. in fin. ergo hæc incertitudo generalis facit, quod nullus. nec primogenitus, nec alius cenſetur ab initio determinate ſub diſpoſitione comprehendi, & per cõſequẽs, ſi præmoriatur habetur perinde, ac ſi non fuiſſet aliqualiter ab initio comprehenſus. faciunt iura vltimarum voluntatum. C. de cadu. tollen. l. vna. §. ſin autem ſub conditione. & alia ſupra allegata. Accedo ad ſolutiones rationum. Primo ad primam dico, quòd ego contentor, quòd inſpiciatur tempus, quo poteſt dicta diſpenſatio ſuum operari effectum, illa duo diuerſa tempora conſideranda ſunt. Primus concernit ſucceſſionem. Secundus effectus conſiſtit in ſucceſſione actuali, quorum deductio patet ex prædictis. Circa tamen primum effectum caue, quia effectus ille licet in filio primogenito ſit quaſi immutabilis, quia ſiue ipſe ſuperſit, ſine filium dimiſerit, qui ſuperſit incommutabiliter ius ſuccedẽdi remanet apud eum, per prædicta: ſed ſi nondum extarent filij primogenito facto rege, frater eius ſecundogenitus haberet in habitu hoc ius ſuccedendi, ſed non incommutabiliter, quia ſi naſceretur filius fratri primogenito regi facto, ille haberet hoc ius, & auferret primo, vigore tamen l. communis. Ad formam ar. eum dicis, quòd tempore ſucceſſionis actualis non eſt in rerum natura primogenitus pater nepotis, cum ſit mortuus, fateor quòd vere non eſt in rerum natura: ſed dico, quòd repræſentatiue eſt in rerum natura, quia repræſentatur in perſona nepotis filij ſui. vt l. liberorum. in fin. ff. de verborum ſignificatio. Tu dicis: ergo non poteſt ſuccedere, quia ille, qui non eſt, non ſuccedit. Reſpondeo, & dico, quòd videtur ipſe ſuccedere, eo ipſo, quòd alius, qui tanquam perſonam ipſius repræſentans vice, & loco ſui ſuccedit, vt in authen. cum ceſſante. C. communi. de ſucceſ. Tu dicis: talis fictio repræſentatiua ſonans impropriatatem licet caderet in vltimis voluntatibus, vel legis interpretationibus, non tamen ita in contractibus, vbi non venit, niſi id, quod expreſſe, & propriis verbis comprehenſum eſt, vt deducit ſecunda ratio. Reſpondeo, & dico, quòd ſi in vltimis voluntatibus, ergo fortius in contractibus: quia plus ſe ad tempus mortis referunt vltimæ voluntates, quàm contractus, vt in aliis ſupra deductum eſt. probat l. vna. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. tollen. coniuncto §. ex conditionali. inſtitu. de verbo. oblig. Ratio C. de act. & obli. l. ſicut. coniuncta l. iij. in fin. ff. de adi. & tranſ. lega. in fin. cum l. ſequen. Dico ſecundo, quòd ſi in lege interpretatiue hæc repræſentatio admittitur, ergo hic, cum ſit lex ſpecialis locata à principe inter certas partes. §. ſed quod principi. & l. ij. C. de legi. allega. Item, quia & ſi pactio eſt, vel contractus, tamen cum hoc eſt l. iuris communis, quæ per contractum huiuſmodi coadiuuatur, vt dixi ſupra. Item poſtquàm contrahentes contrahunt ſecundum ius, veriſimile eſt, quòd voluerunt, quòd verba eorum intelligantur ſecundum ius, & ſecundum illud ſi poſſunt interpretantur, ſi non poſſunt, referuntur ad factum. vt de verbo. licere habere, probat text. de verborum obligat. l. ſtipulatio iſta. §. j. & §. qui. & §. hæc quoque ſtipulatio. & in l. in illa ſtipulatione per te non fieri. eod. titu. Et pro hoc etiam optime facit, quia licet natura conditionis ſit in facto conſiſtere, & referri ad factum. vt ff. de condit. & demon. l. qui hæredi princi. & l. Mæuius. eod. titu. tamen ſi verba in conditione adiecta poſſunt referri ad ius, & interpretari ſecundum ius, ad ius referuntur, & ſecundum ius interpretantur. vt ff. de ſolu. l. ſi ſeruus x. & ff. de condit. inſtitu. l. ſi mulier. §. j. & not. Bart. ff. de condit & demon. l. Mæuius. allega. Modo verbum, ſuccedunt, eſt verbum iuris, vt de ſe patet. ergo interpretatur ſecundum ius: ſed de iure ita eſt, quòd filius in ſucceſſione perſonam patris repræſentat, ergo, &c. Dico tertio, quòd ſi conſideremus naturam contractus de per ſe, natura illa hoc habet, quòd † ius quæſitum ex contractu, ſiue in re, ſiue ad rem, ſiue pure, ſiue ſub conditione, eſt tranſmiſſibile, vt in præcedentibus habetur. Vel dic, & melius, quòd ſi conſideremus contractum in ſe. hæc reputatio, ſeu proprietas bene admittitur in contractu, quia ſi promitto tibi tali die dare centum, vel ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, & interim moriaris, hæredi tuo tanquam te repræſentanti competit actio, licet verba ſtipulationis ad te dirigantur. Et ideo non refert an dicam, promitto tibi, quòd ſoluam tibi, vel promitto tibi quòd ſoluam tibi, vel hæredi, vt d. l. ſtipulatio. § quæſitum. in fin. Præterea, quia non eſt pactum ſimplex, [b] ſed potius eſt lex pacto coadiuta, vt dixi. Præterea, quia poſtquàm ius incommutabile, & tranſmiſſibile de natura ſua fuit quæ-

17

b

ſitum ad iſtam ſuccesſionē, ad primogeoitum traoſ-
fuſum videtur illud in ſua ſuccesſione, vt io præce-
denribus dixi. Et ita videtur hic magis agi de ſuc-
ceſsione primogeniri, quàm patris, ſeu aui. Et per
hoc tertia ratio ſoluta eſt, quia verba cōtrahentium
etiam contra proprietatem eorum recipiunr bene
intentionem ſecundum ius, vt dictum eſt ſupra. per
eandem viam eſſet ſolota ſecunda ratio, quia cenſe-
tur nepos ſecundogenitus, cum vice eius, & vt per-
ſonam eius repræſentans ſic ſuccedat. Ad quartam
dico. quòd illa condiöo noo adiicitur huic caſui, ſed
potius caſui loquenri de ſucceſsione collaterali. & ſi
adiiceretur, non obſtaret, quia talis conditio tacite
ineſt, & ita non facit conditionem. vt l. conditionem,
quæ extrinſecus. ff. de condit. & demon. & ſi faceret
conditionem, adhuc non obſtaret, quia dico, quòd
referretur ad ſucceſsionem actualem. & in illa ſem-
per ſuccedit tuoc primogenitus, vel tunc primoge-
nitum repræſentans, vt dixi in ratione præcedenti.
Ad quintam, non capio bene qualiter faciat, quia
ſecundum veritatem oec ſucceſsio in perſona pri-
mogeniti completor, nec in perſona nepotis impe-
ditur, ſed potius inchoatur, & completur. Ideo aut
æquiparat ratio, aut non concludit, &c. Ad ſextam
rationem dico, quòd tertia clauſula non ſuperfluit,
ſed addit de collateralibus, de quibus non fuerit
actum. Et ſi per verba prolixiora, quàm poſſet fieri,
tamen per clariora. Ad ſeptimam rationem dico,
quòd eoipſo quòd naſcitur filio primus filius, eo-
ipſo ſecundum legem communem, cōſuetudinem,
& diuinam quaſi ordinationem ſucceſſor declara-
tur, cum talis ſit ammodo immutabilis. not. Hoſtien.
in cap. licet. Nec obſt. quòd poſsit eſſe quòd ſucceſ-
ſionem non capiet nec per ſe, nec per filium de ſuo
corpore deſcendentem: quia talis caſus malus for-
tunæ odioſæ non eſt ſperandus. de verbo. obligat. l.
inter ſtipula. §. ſacram. Pro præmiſsis facit determi-
natio quæſtionis. quam mouet Barto. ff. de verborum
ſignificatio. liberorum. in qua quærit, ſuppoſito
quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd fœmina filia noo ſuc-
cedat extantibus filiis maſculis, ſed ſi contenta dote
contingit, quòd aliquis deceſsit relicto nepote ex
filio maſculo, an ille nepos ſuccedat in totum, & fi-
liam excludat. Iacob. de Butri. in quadam ſua diſpu-
18 tatione determinat, quòd ſic: quia appellatio † filij
continet nepotes ex propria ſignificatiooe ſecūdum
eum. & ita not. gloſſ. iostitu. qoi dare tut. po. §. fin. vbi
dicit, leges in contrarium loquentes referri ad com-
munem modum loqueodi. Idem not. in authen. de
noo eli. ſecundo nuben. §. cum igitur. in gloſ. quæ in-
cipit: ac appell. hæc probat Iacob. de Butri. quia pro-
pria ſignificatio ſomitur ab alluſione vocabuli. vt ff.
ſi cer. peta. l. ij. §. appellata. & ff. de verborum ſignific.
l. tigurij. l. pupillus. §. territorium. ſed ſecuodum al-
luſionem vocabuli appellatio filij cōprehendit ne-
potes. vt l. liberorum, allega. vbi dicitur, quòd filius
dicitur ἀπὸ τῆς φιλίας, id eſt, ab amicitia, amore, &c.
Præterea per gloſ. alleg. dicitur quòd interpretatio
illa, quæ habet appellatione filiorum non contineri
nepotes, ſumatur ſecundum vſum communem lo-
quendi, ſed talis vſus non eſt intellectus proprius,
ſed figuratus, & interpretatiuus. vt ff. de fuu. inſtru.
l. cum de lanionis. §. aſinam. de ſuppel. leg. l. habeo.
Præterea communis vſus loquendi non poteſt alte-
rare proprium ſignificatum, vt ſupra de vſufruct. &
re. quæ vſu conſu. l. ij. & facit d. l. liberorum. ver. ſed
& Papirius. vbi dicit oepotem interim noo extendi.
ad idem facit l. iuſta. de verbo. ſignifica. Secundo ad
principalem quæſtionem allegat aliam ratiooem
domi. Iacob. de Butri, quæ etiam ſi prima ceſſaret,
vrget ſecundum eum, quia cum ſtatutum non di-
ſponat, vtrum beneficium datum filio per ſtatutum
porrigatur ad nepotes, hoc iuri commuoi relinqui-
tur, & tameo de iure communi certum eſt, quòd
beneficium, priuilegium, vel hooor, qui datur filio,
regulariter tranſit ad oepotes, vt C. de quæſtio. l.
milites. & l. diuo Marco. & de pœ. l. decurioonum. &
de ſenato. l. emaocipatum. & de priuileg. do. l. j. Ter-
tio hoc idem probat, quia filio ſublato de medio
nepos eius locum teoere incipit. inſtitut. de exhæ-
red. libe. §. poſthumorum. & de hære. quæ ab inteſta.
deſe. §. noo filius. ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. §.
videndum. allega. ad hoc, quòd ſurrogatum in lo-
cum alterius, &c. vt l. j. §. hæc. ff. ſi quis teſta. li. eſſe
iuſ. fue. Idem determinat domious Barto. quòd ſicut
nepos in ſucceſsionibus obtinet locum patris, &
primi gradus, licèt ſit in ſecundo gradu. allegat. in
authen. de hære. quæ ab ioteſta. deſe. §. ſi autem ibi,
illud palam eſt, quia io locum patris defuncti, &c.
De hoc dixit Bartol. ſe plene dixiſſe io l. ij. §. j. ff. de
ſuis, & legit. hæredib. Sic in priuilegio conſequen-
do ſecundum eum, vt quod ex perſona ſua non
cooſequitur, conſequatur ex perſona patris. Sed
cootra, quia † ſtatuta noo accipiunt exteoſiooem 19
ad caſum oon comprehenſum, dicit Bartol. quòd
imò bene paſsiue, quia ius commune ſe extendit
ad illud. allegat. l. j. §. j. de mu. & ho. & quæ ibi dixi.
hoc dictum, quia ſtatuta noo extenduntur actiue
ad diſponendum alium caſum non comprehen-
ſum, ſed in caſu, in quem diſponunt, bene patiun-
tur ſtatuta, quòd lex commuois interpretatiue, &
declaratiue ad illum caſum ſe extendat: vt ſi lex mu-
nicipalis ſtatuit circa munera, quæ oon habeant cu-
ram, niſi perſonæ abſque erogatiooe patrimonij,
lex iuris communis extendit ſe ad illud diffinieodo
illud perſonale, & diſponendo de illo, tanquàm de
munere perſonali. vt l. j. §. j. ff. de muneri. & ho. Item,
ſi dicit ſtatutum, quòd filius poſsit facere teſtamen-
tum, certe lex ſe extendit ad illud, vt intelligatur,
quòd poſsit facere legitime, & ſecundum leges, vt
ſic ex eo adeatur hæreditas, & falcidia detrahatur,
& vt omnes leges loquentes de teſta. locum habeāt:
vt l. j. §. ij. ad leg. Fal. & ita dicit Bartol. in d. l. j. §. j. ff. de
mu. & ho. & plenius io l. omnes populi. ff. de iuſti. &
iure. per eum repetita. & probatur ff. de hære. ioſtit.
l. ex facto. & C. de iooffic. teſta. l. ſi quando. Idem de-
terminat Iacob. de Are. vt recitat Barto. in quadam
ſua diſputatiooe, iſta ratiooe, quia ratio ſtatuti eſt,
vt agnatorum ſalua ſit benignitas, quæ agnatio con-
ſeruatur in filiis maſculis. vt inſtit. de legit. agna. ſuc-
ceſsio. ergo eadem ratione io nepote. Sed prior ra-
tio magis placet Barto. cum ratio Bart. Iacob. de Are.
non ſit expreſſa in ſtatuto.

a ¶ Valet donatio *Nota, quòd donatio propter nuptias eſt, quod ſponſus ſponſæ donat quando ab ea dotem recipit. extra. de do. inter vi. & vxo. c. nuper. Et vide ibi Hoſtien. & Goſ. in ſum. & Specu. & C. de dona. ante nup. per totum.*

b ¶ Pactum ſimplex. *Quandam pactorum diuiſionem vide per Barto. in l. pacta nouiſsima. C. de pact.*

CONCLVSIO DCCXXIIII.

De feudis. De accuſa. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallo rei crimine læſæ maieſtatis dominium an applicetur fiſco, an verò ad baronem reuertatur directum dominium & nume. 7. & 9.*
2 *Peccatum nocentis, non nocet innocenti.*
3 *Alienatio in potentiorem eſt prohibita.*
4 *Vaſallus intrans religionē, an eius feudum tranſeat ad religionem.*
5 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
6 *Mater damnata de publico crimine, an filius priuetur hæreditate.*
8 *Alienari prohibita an in confiſcatione tranſeant.*

1 PRo introductione quæſtionis quæro, an † ſi in
crimine læſæ maieſtatis vel alio quis damnetur,
2 & ob hoc bona ipſius publicentur, feudum,[a] quod
tenet à barone, fiſco applicetur: an vero ad baronem
directum dominium reuertatur? Quidam dicunt,
quòd debet pertinere ad fiſcum, videlicet quo ad
vtile dominium. & hoc tenet Spec. ti. de feu. §. quoniam.
verſi. xl. Et primo perſuadetur ſic. Nam à iure
humano imperatorum dominia deſcenderunt. viij.
b di. quo iure. quia dominus omnium eſt imperator[b]
vt l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iac. & l. bene à zenone.
C. de quadri. præſcri. ergo non eſt hæc, niſi
quidam naturalis reuerſus fauorabilis. Ratio quia
caſus videntur expreſſi. ff. ad l. Iul. maieſtatis. l. fin. &
C. eo. l. pe. & in auth. vt nulli iudices. colla. ix. in fi. In
quibus dicitur omnia bona damnatorum hoc crimine
cōfiſcari. Tertio videtur de hoc text. in ratione
cum glo. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus.
vbi patet, quòd ſi poſsidens fundum vectigalē, ſine
cenſualē non cauet de damno infecto, propter eius
contumaciam fit miſsio in poſſeſsionem iuris ſui. Et
idem in feudatore emphy. & libellorum, vt ibi not.
Quarto hoc videtur tenere glo. Cyn. & Iaco. de Are.
in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. In ſimili videtur,
quòd ſi emphyteota, ſiue vaſallus inuadit, cadit à
iure ſuo, & transfertur in inuaſum, per dictā l. Bar.
& alij tenent totum contrarium, dicentes, quòd licet
vaſallus illud directum dominium perdat, tamen
non applicatur fiſco, ſed ad dominum reuertitur:
2 primo, quia propter † peccatum nocentis, innocenti
pœna inferri non debet. Ideo dicit lex, quòd alieni
pura mariti, criminis infortunio res vxoris cōſtringi
non debet. C. de dona. inter vi. & vxo. l. res vxoris. in
princ. facit ff. de pu. vec. & con. l. dotem. §. ſi dominus.
vbi dicitur, quòd ſi mandante, vel ſciente domino
nauis illicitæ merces impoſitæ fuerint, nauis confiſcatur.
Secus verò, ſi ignorante, licet inuectores pro
delicto proprio capite puniantur. facit auth de eccle.
ti. §. ſi quis in ſua. C. de inoffic. teſt. l. ſi quis in ſuo. &
C. de pœ. l. ſancimus. extra. de conſt. cognoſcentes. de
his, quæ fi. à præla. quæſiuit. lvj. di. ſatis peruerſum.
3 Secundo hoc probatur ſic, quia † alienatio in potentiorem
eſt prohibita, ne domini conditio deterior
fiat. C. locati. l. ſi quis curialis. & l. milites. & C. de
alie. mu. iudi. cau. facta. l. fi. eod. titu. extra. c. ij. Modo
princeps eſt potentior, tum quia excellentior, tum
quia magis priuilegiatus. xvj. q. ij. ver. humanum eſt.
arg. ff. de alie. iudi. mutan. cauſa facta. l. ij. §. j. reſponſo.
Tertio probatur, quia dānato, vel deportato ſeruo,
vel filio, & bonis publicatis eorum peculia domino,
vel patri non auferuntur, vt de bo. dam. l. j. & l. ſi filius.
pro quo facit in argu. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis
presbyt. vbi patet, quòd ſi bona clerici inteſtati ſuæ
eccleſiæ applicātur, nihilominus peculium patrono
debitū, aut res ratione ſeruitutis aſcriptitiæ domino,
obnoxia domino, vel patrono redditur. Quarto probatur
per leges quæ dicunt, quòd ſi bona liberti publicātur,
nihilominus remanet patrono ſuum ius patronatus
ſaluum. vt ff. de bo. libe. l. ſi in libertum. &
ff. de bo. dam. l. fi. §. ſi in libertinum. facit l. quæ dicit,
quòd ſi res emphyteotica in emphyteoſim conceſſa
aliquo modo peruenerit in imperialem domum, vel
in aliquam curiam, eccleſia, quæ illam conceſſerit,
poterit eam vēdicare infra biennium. in auth. de non
alie. & emphyt. §. j. Quinto de hoc videtur text. in x.
col. quib. cau. feu. amitt. l. vnica. ſi vaſſal. feu. priu. cui
applic. vbi videtur text. quòd ſi vaſſallus feudo priuetur,
partim & ad agnatos, vel ad dominum reuertitur
per eandem viam. facit c. ſi vaſſallus culpam. in
ti. ſi de feu. defunct. mili. con. fuer. & de eo, qui inter
fratres domini ſui. ca. j. de prohib. feud. alie. per Fede.
l. imperialem. §. illud. in quib. Barto. reputat caſum.
Sexto pro hoc inducit, licet priuetur vaſſallus non
tamen tranſeat in fiſcum: quia † dicit text. quòd ſi 4
vaſſallus religionem ingreditur perdit feudum, ſed
non ob hoc tranſit ad eccleſiam. vt ſi de feud. mili.
con. fue. ca. qui clericus. & de milit. vaſſal. qui ar. bel.
depoſu. c. vno. & de benefi. fra. ca. vno. in fin. licet alij
aliter diſtinguant, vt no. Cyn. C. de ſacroſ. eccl. auth.
ingreſsi. vbi glo. tangit. Septimo hoc probatur, quia
cauſa, propter quam datur hoc vtile dominium feudale,
ipſi vaſſallo eſt quædam ſeruitus perſonalis,
quam domino præſtare habet. in x. coll. qui. cau. feu.
alie. c. j. & quæ ſit pri. cau. benefi. am. etiam obligatio
fidelitatis, in qua tenetur vaſſallus domino, quæ etiā
mere perſonalis eſt, vt ea. collat. de forma fideli. ca. j.
de noua fideli. forma. ca. j. Modo ita eſt, quòd ſeruitus,
& obligatio antedictæ in fiſcum[c] tranſire non c
poſſunt: tum quia mere perſonales ſunt, vt proxime
dictum: tum quia operæ vnius hominis aliæ ſunt ab
opere alterius: vt l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. re.
ergo non tranſit vtile dominium, quia ſeparari non
poteſt à ſua cauſa, & facit totum illud generale. quòd
† ceſſante cauſa ceſſat effectus: & illud aliud, quod 5
datū ob cauſam, illa ceſſante, repetitur. Octauo hoc
probatur, cum ſpecialiter prohibetur alienari. publicatione
bonorum ad id peruenire non poteſt, & ideo
ſi teſtator prohibuit ſeruum alienari, & in caſu, quo
contra fieret, dedit ſibi fideicōmiſſariam libertatem,
nedum voluntaria, imò etiam neceſſaria alienatio,
etiā per modum bonorū publicationis, prohibetur.
vt dicit l. de fideicom. lib. l. rogo. & l. cum vero. eo. tit.
Modo feudum prohibetur ſpecialiter alienari. vt l.
imperialē. alle. igitur, & c. Nono, & vltimo inducitur,
quia æquitas dictat, quòd res redit ad eum, à quo
emanauit. Ideo dicit l. ſi duobus competat ſeruitus
aquæ ducendæ per eundem fundum, & riuum, &
vnus vtitur, & alius non, non vtens amittit, nec ius
ex vſu alterius ſibi conſeruatur, ex hac æquitate, vt
ſaltem pro parte non vtentis ad fundum ſeruientem
libertas redeat. ff. quēadmo. ſeruitus amitt. l. aquam.
in fi. Ideo dicit lex, quòd expulſis hoſtibus, res quas
ceperant, non publicātur, ſed redeant ad priores dominos,
licet publicarentur, ſi hoſtium forent. vt l. ſi

quid in bello.& l.ſi captiuus.cum ibi not.ff.de cap.& poſtl.reuer. Vltimo poteſt induci l.communis, quæ dicit,quòd ſi ſeruus communis accuſati,vel alterius, in quo accuſatus habet ſolū vſumfruc.ratione quæſtionis de eo contra accuſatum melius habendæ publicetur,non publicetur, niſi ius, vel pars accuſati, ne alteri præiudicetur.ff.de adulte.l.ſi poſtulauerit. §.iuber.ſed iſta lex magis facit pro prima parte. Tertia opinio fuit quorundam,qui dicunt,quòd tranſibunt ad fiſcum,& tenebit fiſcus.donec ille vaſſallus moriatur, ſeu potius, quandiu ille tenuiſſe deberet, & poſtea ad immediatū dominum reuertetur. probant per iura,quæ probare videntur, quòd vbi quis eſt alienare prohibitus,ſi ex ſuæ perſonæ neceſsitate alienet, nō tenet ille,in quem alienat,vltra tempus, in quo alienans tenere poſſet.Ideo ſi vnus de familia tenet rem prohibitā extra familiam alienari,& bona eius veniant,emptor non tenet, niſi pro tempore illius,&c.ff.de leg.ij.l.peto.§.prædium. & l.vnū ex familia.§.ſi ex familia.eod.tit.& ideo dicit lex,quòd ſi
6 mater † rogata à filio hæreditatem reſtituere,damnetur de publico crimine, & bona ipſius publicentur,quandiu ipſa viuit,bona pertinēt non ad filium, ſed ad fiſcum. ſed poſt mortem eius redeant ad filium.vt l. Statius.§.fin.ff.de iure fiſci.ſic ſi vxor. cui legatus eſt vſufructus villæ vſque ad quinquennium,moritur interim, habebit,qui alias de iure habere debet: ſed poſt quinquennium habebunt hi, quibus poſt quinquennium eſt legatum.vt l.vxori vſufructum villæ.ff.de vſufruct.lega.Item pro hoc optime facit lex, quæ dicit, quòd ſi prælatus eccleſiæ à rege, vel imperatore tenens feudum, culpam committit, propter quam feudo priuari debet, donec viuat priuatus erit, & ad regem vel imperatorem pertinebit:ſed poſt eius mortem redibit ad ſucceſſorem.l.vnica.§.fin.de cap.Corra.collat.x.& facit authen. vt nulli iudic.in §.quia vero. Præterea vide omnino hæc de pœ.cap.in quib.diſtinct.j.& Bartol. ff.de damno.infect.l.ſi finita.§.ſi de vectigal. His ſic ſparſis elicio modo hanc concluſionem, quòd inquantum concernit præiudicium vaſſalli damnati, & illorum,quibus ipſa damnatio habet de iure præiudicare,bona feudalia veniunt in confiſcatione generali facta ab homine,vel à iure,& non alias,neque vltra, & per hoc in ratione omnes prædictæ tres opiniones concordantur. per hoc enim, quòd in pœna damnari, &c. ſatisfit primæ opinioni:per hoc vero, quòd non in pœnam domini, ſatisfit ſecundæ. per hoc enim, quòd non vltra, &c. ſatisfit tertiæ. Primum probant rationes primæ opinionis.
7 Item pro hoc, quia ſicut ex pœna, † quæ nocenti infligitur, & innocenti afflictio inferri non debet, vt deductum eſt, ita vtilitas inde ſurgens ad nullam perſonam priuatam, etiam innocen.non offenſam in caſibus non expreſsis pertinere debet, ſed potius ad rempublicam. vt C. de mo. mulcta. l.iij. & eſt ratio, quia offenſa reſpicit vigorem reipublicæ, de quo C. de Iudæ. l. nullus. & ideo intereſſe punitionis eiuſdem ad ipſam rempublic. pertinet. vt l.licitatio.§.quod licite.ff.de publica. & l.ita vulneratus. in fine.ff.ad legem Aquil. ideo ad burſam fiſcalem reipublicæ pertinere debet vtilitas huiuſmodi intereſſe, non ad aliquam priuatam. Modo, ſi aliter diceretur, ad dominum immediatum non offenſum, non ad burſam reipublicæ pertinet vtilitas huiuſmodi vtilis dominij, poſtquam enim iſta duo ſunt diuiſibilia, videlicet rectum dominium, & vtile, ſi diuiſa remaneant in fauorem reipublicæ abſque magno præiudicio domini, dominus turbari non debet. vt dicta l. ſi poſtulauerit. §. iubet. Secundo hoc ego deduco, quia fiſcus habet pro ſe intentionem iam fundatam: puta, quòd ad eum debeant omnia bona, iura, & actiones ex confiſcatione pertinere. vt l.iij.cum infinitis.C.ad legem Iuliam.de vi publi.vel priua. nec reperitur. l.aliqua excipiens iura, vel bona fiſcalia, ergo in eis ſtabo regulæ, quia qui excipit à regula iam fundata, exceptionem probare tenetur. Nec facit l.imperialem. cum ſimilib. Primo, q[illegible] licet prohibeat vaſſallum alienare, & eum puniat, ſi contra faciat: tamen non inhibet, ne ab eo alienetur inuito, ſicut fit in confiſcatione quantum eius præiudicium tangit, ſicut lex, quæ inhibet alienari id, quod teſtator voluit manere in familia, non inhibet, quòd vrgentibus creditoribus poſsit ab eo vendi, & alienari inuito pro tempore ſuo.l.peto. §.prædium. allega. & l. fin.ff.de fun.do. Item, quia l.illa imperialem.& aliæ ſimiles præcedunt leges de confiſcatione loquentes, quæ tractant de commodo burſæ imperialis, cui non eſt veriſimile imperatorem, per l.ſequentem de hoc non loquentem expreſſe præiudicare voluiſſe.vt l.ſicut.§.non videtur. quibus modis pig. vel hyp.ſol.quia ius principis ſemper videtur exceptum.de iureiurand.c.api.veniens.& dicta l.imperialem.in fine. quod enim faciebat imperator in l.imperialem. in fauorem dominorum inferiorum, non eſt veriſimile, quòd in ſui odium voluerit retorqueri,cum hoc non dicat in regula.in generali.cum ibi not. per Ioan.Monac.& l.inquiſitio.C.de ſolu.& l.generali.ff.de pigno. Faciunt not.Ioannis Andreæ. in quæſtione, quam diſputauit in regula, cui licet. Præterea quia certum eſt, quòd in alienatione neceſſaria non loquitur, cum ſucceſsionem in feudum non interdicat, &c. Præterea, quia ſurrogatus in locum alterius, vt regula, cum quis in ius. & regula, is qui in ius. Modo princeps hoc caſu ſuccedit in locum. vt l.iij.de via public.allegat.ergo. Nec obſt.iura feudorum per Bartol.allegat.quia loquitur de delicto commiſſo in dominum, [d] propter d
quod licet feudum amittatur,tamen bona non confiſcantur.vt dicit Specul.vbi ſupra & bene.loquitur enim de feudi priua.in ſpecie, quod non eſſet opus, ſi bona omnia publicarentur: quia cum vniuerſitate tranſirent. Item patet, quia dicit poſſe pertinere ad agnatum, vel ad filium de domini voluntate,quod non eſſet poſsibile, ſi bona omnia publicarentur, potiſsime propter crimen læſæ maieſtatis. Item quia in l.imperialem. §.illud. per eum allegat. dicitur, quòd vaſſallus poteſt inferiorem dominum contra ſuperiorem iuuare, quod non poteſt intelligi de principe, quia ille ſemper excipitur, vt ibi dicitur in fine. Item non diſcutit ut ad dominum vel fiſcum pertineat, ſed diſcutitur, an ad dominum, vel ad filium, vel ad agnatum. ergo ſupponit, quòd ſit in illis caſibus, qui de eis diſponit. ergo de illo non diſponit, & referendum eſt ad caſum poſsibilem, videlicet circa confiſcationem, vt leges legibus concordentur. l.vna. C. de inofficio.

dot.&

dot. & cap. cum expediat. libro vj. de elect. Ad id au-
tem, quod dicit Bartol. de ſeruitute, & obligatione
8 perſonali, dicam infra. Ad id. † quòd ſpecialiter alie-
nari prohibita in confiſcatione non tranſeunt. l. ro-
go. & l. cum vero. reſpondeo, quòd illud ibi dicitur
fauore libertatis. vel potius dic, quòd ibi erat le-
gata libertas ſub conditione, ſi exiret manus, ſeu
ſeruitutem hæredis. Modo idem eſſet hoc tale feu-
dum, quod non poſſet tranſire in aliquam perſo-
nam de natura ſua eo modo, quo infra dicam. Dixi
in concluſione: & illorum, quibus, &c. quia quan-
do bona confiſcantur, intentio eſt præiudicare illis,
quibus bona deberentur, ſi confiſcatio non fieret,
quia eo ipſo, quòd fiſco applicantur, tollitur eis o-
mnis via in eis ſuccedendi. arg. ſumpto à contrario,
vt l. Pompo. §. ſi & eis. ff. de procur. patet C. ad leg.
Iul. maieſt. l. quiſquis. vbi filij à ſucceſſione, & bo-
nis parentum excluduntur, &c. & ſuccedit fiſcus
loco eorum, vt dixi, & non alias. Quæro qualiter
hoc exempletur. Secundo, quomodo nihilominus
totale præiudicium tolli poteſt? Pro primo ſic di-
ſtingue. Aut damnatur quis ad vltimum ſuppli-
cium hoc expreſſo, vel tacito, quia damnatur de
crimine in quo pœna à lege ſtatuta eſt ſupplicium,
& ita ad vltimum ſupplicium damnati videtur.
vt l. j. §. calum. ff. ad Turpill. cum ibi not. per Bart.
& bona ipſius etiam à lege, vel homine confiſcan-
tor tacite, vel expreſſe, vel alio modo. Primo caſu
ſubdiſtingue, quia aut feudum eſt talis naturæ,
quòd non durat, niſi ad vitam vaſſalli, nec eſt tranſ-
miſsibile in ſucceſſorem aliquem, vel perſonam
aliam: vt in iiij. collat. de feu. iur. vel coml. Vel eſt
tranſmiſsibile in certos ſucceſſores, ſed de illis nul-
lus ſupereſt. Et tunc hoc caſu puto feudum reuerti
ad dominum immediatum, & non tranſire in
fiſcum. Ratio eſt, quia morte vaſſalli feudum do-
mino aperitur, vt præſupponitur. Modo talis con-
demnatio mortem vaſſallo ſtatim infligit, ſaltem
quoad buna: quia ſtatim ſic condemnatus amittit
ciuitatem, & libertatem, & efficitur ſeruus pœnæ.
vt l. quo ad ſtatutum. & l. qui vltima. ff. de pœnis.
Sed dices, imò ſtatim contracto capitali crimine
videtur perdidiſſe bona, vt not. glo. Ioan. Andr. in
cap. cum ſecundum. de hære. libro vj. per l. donatur.
ff. de donationib. & tamen nondum eſt mortuus ci-
uiliter, nec feudum domino apertum. ergo ſaltem
pro illo tempore debet fiſcus habere. Reſpondeo,
& dico, quòd dicta glo. quo ad hoc eſt falſa: quia
reuera non perdit, niſi poſt ſolum ipſo iure. Et de
hoc eſt caſus in l. quæſitum. ff. qui, & à quibus ma-
numiſſ. lib. non fiant. & inſtit. de hæred. quæ ab in-
teſta. defe. §. per contrarium. & ſcripſi ſupra in vna
concluſione, licet fatear, quòd ſtatim in iſto cri-
mine adminiſtrationem perdit, & eſt ſpeciale, vt
dicta l. donatio. In aliis ſecus, vt l. poſt contractum.
ff. de donationib. in crimine hæreſis loquitur cap.
cum ſecundum. & ita non obſt. ad propoſitum. er-
go redeundo patet, quòd ſi fiſcus caperet hoc vti-
le dominium iam directo domino conſolidatum,
in hoc vaſſallum non puniret, nec eius liberos, vel
ſucceſſores, ſed ipſum dominum directum inno-
centem, quod eſſet iniquum. Pro hoc optime fa-
cit l. ratio. & l. cum vero. de fideicommiſſ. libert. al-
leg. quia ſicut libertas ibi debebatur ſeruo ſub con-
ditione, ſi hæredis ſeruitutem exiret, ita deberet
domino illc regreſſus ad vtile dominium, ſub con-
ditione, ſi vaſſallus ciuiliter vel naturaliter morere-
tur, &c. ergo per eandem viam facit l. iiij. de bonis
damnatorum. cum glo. l. iij. eodem tit. Aut eſt tale
feudum, quod poteſt tranſmitti in certas perſo-
nas, ſeu ſucceſſores, vt collat. de feud. quod non
habet propriam naturam feud. capit. vno. Et tunc
aut aliquis de illis perſonis ſucceſſorum, in quas
alias tranſiret de iure hoc feudum, ſupereſt. Et tunc
quandiu perſona, ſiue perſonæ huiuſmodi ſuper-
erunt, erit apud eos dictum feudum. Sed illis ex
toto deficientibus domino aperietur. & ad eum re-
uertetur. Ratio eſt, dum ſuperſunt illæ perſonæ,
fiſcus loco earum ſuccedit: quia condemnatio, quo
ad hoc, eis præiudicat, vt prædixi, nec agitur tunc
principaliter de præiudicio ipſius directi domi-
ni. ſed illis deficientibus aperitur de iuris diſpoſi-
tione illud feudum domino, & tunc fieret ſibi præ-
iudicium, quod non debet fieri: ſicut in ſimili, ſi
papa fecit tibi gratiam ad collationem epiſcopi, ſi
cum capitulo conferat, non valebit, quia præiudi-
caretur capitulo, minus, ſi capitulum ſolum con-
ferret. vt de præbendis. cap. cum illis. & rap. mandа-
to. libro vj. & ne ſede vacan. cap. vno. eodem lib. Sed
ſi collatio epiſcopi deuoluatur ad capitulum non
poterit executor prouidere etiam propter præiudi-
cium capituli. Et ſi collatio capituli deuoluatur ad
epiſcopum, poterit tunc executor prouidere: quia
tunc præiudicium ceſſat. vt clement. ſi de beneficio.
de præben. Et hoc optime probat d. l. Statius. §. fin.
& d. l. pero. §. præd. & d. l. vna. de capitulis Corra. al-
leg. & d. l. vſumfructum villæ. & etiam §. [illegible] al-
leg. & ita ſeruata eſt tertia opinio valde plane. Nunc
recipio ſecundum caſum principalem, videlicet, vbi
quis non damnatur tali delicto, &c. Et tunc dico,
quòd bona de iure talium delinquentium non
confiſcantur, vt in authentica, bona damnatorum.
C. de bonis damnato. nec per conſequens poteſt
ſibi vendicare locum præſens. quod fallit vbi lex
in pœnam ſpecialiter vult bona huiuſmodi con-
fiſcari, vt auth. inceſtus. C. de inceſtis nupt. & not.
Pet. poſt Cyn. in d. auth. bona. & tunc poſt mortem
vaſſalli habetur eadem diſtinctio, quę in primo caſu
ſupra facta eſt. Sed † ante mortem putarem, quòd 9
vtilitas huius vtilis dominij debet auferri ipſi vaſ-
ſallo, & dari fiſco, & ſtare apud fiſcum, quouſque
feudum domino aperietur ſecundum naturam
illius & not. vltra dictam leg. Statius. §. fin. cum aliis
iuribus in proximo membro alleg. & per rationem
illius membri. Et in hoc etiam patet ſaluatio tertiæ
opinionis. Et ideo in concluſione ponuntur iſta ver-
ba, & non vltra, &c. & facit bene l. iiij. & l. vna. ff. de
bo. dam. Nunc ad ſecundam concluſionem accedo,
videlicet quo reſpondetur, quia reuera affertur do-
mino immediato præiudicium, quia habet impera-
tor ſibi non ſeruire, nec ſibi teneri ad fidelitatem,
vt vaſſallus. C. de epiſcopis & clericis. l. ad ſimili-
tudinem. & l. quiſquis. & C. de decur. l. nullus qui
vxo. libro x. Sed obſtat l. penult. eodem tit. quia id
videretur facere, quod per alium faceret. ff. de vi,
& vi armata. l. iij. §. deieciſſe. extra. de reſtitut. ſpolia-
torum. cum veniſſent. Item non eſt reſponſum ad
obligationem fidelitatis, quæ non cadit in fiſco.

Item non eſt reſpõſum ad hoc, vt quis non eſt compellendus inuitus habere ſocium. vt ff. pro ſocio l. actione. §. ſocietas. præſertim maiorem ſe. vt ff. de alimen. iud. cauſa fac. l. iij. §. j. Item videtur principi ignominioſum, ſi teneretur alteri per ſe, vel alium ſeruire, & tamen ad hoc teneretur. l. fiſcus. ff. de iure fiſci. Ideo Carolus fecit legem, quòd nullus alterius vaſſallus poſsit eſſe, &c. hoc Spec. vbi ſupra. Quid ergo dicendum? dicit Spec. vbi ſuprà, quòd iſtis inconuenientibus alternatiuis modis ſubueniendum eſt. Primus eſt, quòd feudum vendatur, & princeps pro æſtimatione ſubtilis, & dominus pro æſtimatione ſui directi dominiorum partes recipiant, per l. qui fundum. §. j. ff. de lega. ij. vbi dicitur, quòd ſi teſtator partem prædij à republica per eum emptam Titio legauit, & poſt eius mortem imperator venditionem reſcindi, & pretium hæredi reſtitui iuſſerit, de pretio habebit partem legatarius pro æſtimatione partis legatæ, & partem hæres. Sed dices, quomodo inuitus compellitur quis vendere ſuum directum dominium, contra l. dudum. C. de contrahen. empt. l. dudum de in. delib. l. nec emere. Sed bene reſpondetur, quòd illud eſt priuilegium fiſci. vt l. j. C. communi re alie. & l. vtero. C. de præd. mino. etiam quantumcunque modicam partem habeat in re. vt l. vna. C. de vendi. re. fiſc. cum priuatis communi. & præſertim ex cauſa. vt l. item ſi verberatum. §. j. in fi. ff. de rei vend. & l. ſi fundus. j. reſpon. ff. loca. & condu. & l. Lucius. ff. de euict. modo non eſt modica pars vtile dominium, ergo, &c. Secundus modus eſt, quòd princeps vendat ſuum vtile dominium huiuſmodi ei, qui velit, & poſsit ſeruire domino feudi. iuxta l. vnam. §. ex eadem l. x. col. tit. de lege Corradi. Tertius modus, quòd dominus vendat.

a ¶ Feudum. *Nota quòd feudum eſt conceſſio rei immobilis facta pro homagio. ſupra. de ſimonia. ex delegato. an autem feudum poſsit alienari ſaluo iure domini, vide Lud. Rom. ſing. cccccxij. incip. tu habes.*

b ¶ Imperator. *Adde quòd imperator, quamuis totius mundi dominus ſit, quo ad iuriſdictionem, & protectionem, non tamen intelligitur dominus rerum particularium, vt not. glo. & Bart. in procem digeſtorum.*

c ¶ In fiſcum. *Nota quòd fiſcus eſt ſaccus, vel locus, in quo publica vectigalia reponuntur. C. de muner. l. omnibus. & l. in prouincijs. Vel ſecundum alios, fiſcus eſt camera ſiue burſa regis.*

d ¶ De delicto commiſſo in dominum, *adde quòd ſicut vaſſallus amittit feudum propter delictum: ita etiam dominus proprietatem feudi. in lib. feu. de contro. inu. do. & emp. cap. domino autem imperitè.*

CONCLVSIO DCCXXV.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1. *Probationes impertinentes ſunt omnino reycienda,*
2. *Articuli non bene ſpecificati in prima instantia poterunt melius ſpecificari in ſecunda vel tertia.*

a SVper articulis non admittendis, vel iam repulſis non debet recipi teſtes[a] affuturi. Et hoc verum, ſi ſunt repulſi, vel repellendi ex defectu materiæ.
1 Nam probationes † impertinentes ſunt omnino reiiciendæ. l. ad probationem. C. de probat. cum ſimil. & ea ratione, qua pro prima inſtantia repelluntur, ea ratione in ambabus aliis inſtantiis repellẽdi ſunt, cum defectus materiæ contemat inſtantiam totius cauſæ, non ſolius inſtantiæ. Secus vero, ſi propter lapſum termini, vel ex defectu formæ, quia male ſpecificati. Ratio, quia teſtes affuturi non ſolum recipiuntur reſpectu illius inſtantiæ, ſed reſpectu totius litis, quia cauſa abſentiæ ad omnes inſtantias eſt vniformis. Et ideo ante inchoationem totius litis recipiuntur, vt dicit, quoniam frequenter. vt lite non conteſt. Modo † articuli non bene ſpecificati in prima inſtantia, poterunt melius ſpecificari in ſecunda, vel tertia: & non dati in termino in prima, poterunt in ſecunda, vel tertia dari. Et ſi auditor voluerit deliberare, ſi articuli ſunt tales, ſuper quibus debent teſtes huiuſmodi affuturi recipi, eis arreſtet ſub pœna excommunicationis, ne illicentiati, & quouſque depoſuerint, non recedant: & ſi contra arreſtum, & pendente deliberatione receſſerunt, dominus auditor non grauabit, quia ſuper hoc punctio potuit eſſe dubium iuris & facti, quia potuit eſſe negligentium non viſum. Item, quia non debuit cogitare auditor, quòd recederent contra arreſtum, & ſe excommunicari permitterent. Et in hoc concordarunt omnes. Ideo appellatio inde ſecuta, fuit ab omnibus illegitima reputata. Si tamen in hoc grauaſſet, renuit maior pars, quòd non potuiſſet reponere, quia cum teſtes receſſerint, grauamen videtur irreparabile, & ita videtur eſſe locus cap. cum ceſſante, licet æquitas maneat in contrarium, quia per hoc, quòd renouat eo modo, quo faceret alter, videtur ſatisfactum rationi. cap. cum ceſſante. Item, quia per hoc mala ſuſpicio ceſſat. Sed hoc dominis non placuit.

a ¶ Teſtes. *Au, & quando teſtes ſint reducendi ad concordiam, vide Bar. & alios doct. in l. Gallus. §. iſte caſus. de lib. & poſth. Et quoties poſſunt teſtes produci, nota in ſum. confeſſ. q. clxxix.*

CONCLVSIO DCCXXVI.

De ætate & qualitate. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1. *Annus xiiij. inceptus, an habeatur pro completo.*

SVpposita ordinatione domini noſtri moderni, quæ habet, quòd præbendæ cathedrales non niſi habentibus annos xiiij. conferuntur, † annus xiiij. 1
inceptus non habetur pro impleto. vt l. ſi cui legetur. ff. de leg. j. ff. de mino. l. ij. §. minorem autem. Nec obſt. ff. de mu. & ho. l. ad rem, quia ibi in refectione, hic vero in augmento temporis attenditur.

CONCLVSIO DCCXXVII.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1. *Defectus ætatis an reddat quem inhabilem ad acceptandum beneficium, ſi diſpenſationem impetrauerit à papa.*

SI exiſtens † in xiij. vel in xiiij. ætatis ſuæ anno 1
impetrat canonicatum, & præbendam, ac theſaurariam eccleſiæ cathedralis, expreſſum non obſtan. de defectu ætatis, & facta ſecum diſpenſatione, hoc modo non obſtan. quod ſis in xiij. vel xiiij. ætatis tuæ anno. Volen. nihilominus, quòd & ſi theſauraria ſit dignitas talis ſuper dicto defectu recum diſpenſet, quo ad theſaurariam antedictam, non propter hoc ſecundum maiorem partem dominorum valet gratia, quo ad canonicatum, & præbendam, ſuppoſita conſtitutione de qua in concluſio. ſupra proxima continetur. licet dominus F. & ego contra. Prima pars fundatur per capit. non poteſt,

poteſt, in fi.de præb. lib.vj. & ele.j. de præb.in fi. & per nor.de fil.presby.veniens. Secunda pars fundatur, quia ſi narraretur defectus ætatis, ſufficeret, per l.quidam.ff.de re ind.& l.pen.C.de neceſſ.ſer.hęred. inſtit.qui da.tut.teſta.po.in princ.cum ſimil. & ff.de excuſ.tut. l.idem Vlpianus.fac.not. C.ſi contra ius,vel vtili.publ. l.fin.& per Cyn.& per Ioan.And. poſt Ber.& alleg.extra.cap.ſtatutum.§.j. ſuper verſi. literarum.in glo.pœnæ papa in literis.cum ibi alleg. ergo idem fortius in non obſtantia, quæ nondum narrat imo tollit. Et quia doct.certi de non obſtantia ſolum de narratione dubitarunt. Nec obſt.clauſula vltima: quia papa non habens pro dubio ſurreptionem, non inhabilitatem, nec diſpenſationem requirentem, quæ prouenit de conſtitutione ſua, quæ eſt certa. Et quia certa in literis exprimebatur ſuper inhabilitate iuris communis, quæ requirit diſpenſationem ratione dubij occaſione dignitatis, de qua non conſtabat ſub conditione, ſi dignitas eſſet ſuper huiuſmodi theſauraria diſpenſari. Et ideo non obſt.regula, quæ de voo.ff.de iud.l.prætor.quia ſeparato tum ſeparata debet eſſe ratio. ff.de cond.& demonſtr. l.pater ſe. in fi.

CONCLVSIO DCCXXVIII.

De appellationibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Notario an credatur ſuper omnibus contentis ſub proprij verbi ſignificatione, etiam ſi ſit verbũ iuris.*
2 *Terminum à iure indultum appellanti ad ſuam appellationem proſequendam non poteſt minuere appellatus.*
3 *Inuitus agere quis non compellitur.*
4 *Abſque citatione non proceditur in iudicio.*
5 *Perſonaliter apprehenſus non poteſt recedere ſine licentia.*
6 *Pars parti cedere non tenetur.*
7 *Quicquid reperitur alteri conceſſum, in pari caſu reo conceſſum videtur.*

SI in cauſa prophana appellatio ad ſedem apoſtolicam interiecta, fuit recepta à iudice, datiq; apoſtoli reuerentiales ſine termini præfixione, & ab appellato admiſſa cum termini præfixione, facta tamen per ipſum ſolum appellatum, adeo deuoluitur cauſa, quòd appellatus abſque alia citatione contra appellantem in partibus exequenda poteſt contra ipſum appellantem apud dictam ſedem apoſtolicam per audientiam contradictarum procedere, per cap. cordi. de appellat. lib.vj. & quòd inſtrumentum, in quo notarius narrat diſpoſitiue, qualiter ipſo, & teſtibus præſentibus, & vocatis appellatus dictum terminum per eundem appellatum proſecutioni huiuſmodi appellationis coram iudice abſente appellante præfixum, & in dicti appellantis plenam deduxerit notitiam, probat ſufficienter in appellantis notitiam dictam præfixionem perueniſſe, pro eo, quia vbi ipſa termini præfixio, ſeu ipſe terminus cum ipſius qualitate, & quantitate fuiſſet eidem appellanti plene explicatus, non diceretur in eius notitiam perueniſſe, ſaltem plene, cum indiuidua per huiuſmodi qualitates concomitantes in notitiam deducantur. cap.abbate ſane. verſi.pen. de re iudic. lib.vj. & l.vbi autem non apparet. in princ. de verb.
1 oblig.& l.j.§.edete.ff.de edendo. Notario †verò creditur ſuper omnibus contentis ſub proprij verbi ſignificatione, etiam ſi ſit verbum iuris. l.j.C.de contrah. & com.ſtip.& l.ſciendum.ff.de verb.obl.& no.C.de vſur.l.j.per glo.Nec ob.d.l.vbi autem.§.ſi quis vinũ. ff.de verb.obl.Per quem §.videretur ſufficere, quòd intimando dixiſſet inter terminum, quem præfixi coram iudice. Pro quo facit ff.de re iudic.l.ait prætor. §.ſi iudex. C.de ſent.quæ ſine cer.quan. l.iij.ff.ſi cer.pet.l.certum.ff.de lib.& poſth.l.nominatim. Dico, quòd aliud eſt ſtipulationem[a] in ſe eſſe certam a
reſpecto naturæ: aliud eſt eius certitudinem deduci in notitiam certæ perſonę: vt l.cum ad præſens.cum duabus legib.ſeq.& cum ibi not. Modo primo caſu loquuntur iura proxime alleg.Secundo caſu loquitur concluſio noſtra. Dubito tamen de prima parte huius concluſionis pro eo, quòd Innoc.Ioan.mo. & Goi. in Spec.tit.de appel. §.qualiter. ad fin.dicont, quòd appellatos non poteſt præfigere terminum proſecutionis appellationis ipſi appellanti. Ratio duplex. Prima, quia nimis eſſet graue.quòd appellans terminum ſuæ appellationis proſequendum à reo meriri deberet.vt l.die.in prin.ff.qui ſatiſ. Ratio
ſecunda eſt, quia terminum † à iure indultum ap- 2
pellanti ad ſuam appellationem proſequẽdam non poteſt minuere appellatus, quia hoc non reperitur ſibi à iure permiſſum, licet hoc ſit permiſſum ipſi appellanti. c.perſonas.de appell. & iudici ex cauſa. vt c.ſit.& c.abbate.eod.tit. Nec videtur permitti debere de bona æquitate, quia alteri per alterum deterior conditio afferri non debet.vt regula,non debet. cum concor. ibi alleg. facit regula. indultum. lib.vj.cum ibi not.& l.ſi idem.in fi.ff.de iuriſd.omn. iudic. Tertiam rationem addo, quia licet reperiam bene quandoque.l.citare.vt c.j.de elect.lib.vj.& iudicem, vt ff.ſi quis ius dicen.non obtem.l.vna.& partem ſeipſam.vt cap perſonas.alleg.tamen quòd vna pars aliam citet citatione, quæ poſſit eam cõſtituere contumacem, non videtur hoc conceſſum, per l.non eſt ſingulis.ff.de reg.iur.& l.nullus.C.de iudæ. quia ſic eſſet dare parti, quòd ius ſibi diceret contra partem in partis alterius præiudicium. contra l.extat. ff.quod met.cau.& l.ſi quis in tantũ.C.vnde vi.cum
ſimil. multis. Quarto addo rationẽ, †quia quis non 3
compellitur inuitus agere. C.nemo age.com.per totum.niſi indirectè.& per iudicis officiũ. l.diffamari. C.de ingen.manumi.Pars tamen ad hęc per ſeipſam aliam non poteſt compellere contra regulam prælibatam, quia hoc non reperitur ſibi permiſſum. ergo,&c.& tamen ſi,&c.appellaos compelleretur agere.ergo,&c.Quid dicendum: Breuiter videtur mihi ſic dicẽdum, quòd iſtud dubium aliud pręſupponit, cuius expeditio debet præcedere, quod eſt iſtud. Vtrum in cauſis de neceſſitate apud apoſtolicam ſedem, & non alibi tractandis ſufficit intimatio decreta, & intimata ad partes, ac etiam ad curiam reportata, continens proceſſum de proxi. fiendum, & iam factum, ſi quis factus eſſet, vna cum citationibus per audientiam pro exequẽdis, an verò præciſe requiratur citatio in partibus exequenda? Et quo ad hoc, dico, quòd puto, quòd ſit neceſſaria in partibus citatio exequenda, in caſu huius dubij, quia iſtud eſt
regulare, quòd †abſque citatione non proceditur in 4
iudicio. l.de vnoquoque.cum ſimilib. ff.de re iudic. Et quòd citatio, debet exequi in perſona propria,

aut

aut procuratoris, vel in loco habitationis. vt l.iiij.
§.prætor ait.ver.ſed ad domum. & ibi not.per Bart.
ff.de dam.infec.extra.de elect.& cauſam quę.in cle.
de do. cauſam quæ. cum ibi not. Quod autem alle.
vel alibi citatio, hoc eſt contra ius. ideo ſi reperitur
ſtatutum aliquo caſu ſeruandum eſt in terminis
ſuis.ff.de lega.j.l.quod vero.& de accuſ.l.in honore.
§.ſed cum reciſa.extra, de re.cap.conſtitutionem.&
cap.non ſolum.& regula, quæ à iure. & regula, quæ
in argumentum. libro vj. Modo quòd citationum
executio fiat per audientiam ſtatutum eſt in caſi-
bus de conſuetudine, in quibus quis eſt citatus in
partibus ad totam cauſam ab homine, vel à iure, vel
in curia perſonaliter apprehenſus, non autem ob-
ſeruatum alias reperitur, ergo, &c. quia de primo
ratio eſt, quia iam citatus eſt ad totam cauſam, &
ad omnes actus. Ideo tales citationes ſunt ſolum
coadiutoriæ primæ generalis citationis, & operan-
tur diſtinctionem terminorum. Ratio in ſecundo
5 caſu, quia † perſonaliter apprehenſus non debuit
recedere ſine licentia. vt cap.j. de iudi. cum ibi not.
per Ioan.Andr. in nouella, ammodo præſumitur la-
titare. & iuxta pulchre not.Bar.in d.§.ait prætor.&
Innoc. cap.fin. de eo, qui mit.in poſſ. vbi not.quòd
licet ad diffinitiuam non poſſit procedi abſque ci-
tatione, quæ perſonam apprehendat, illud verum,
niſi perſona fuiſſet ſemel apprehenſa, quia tunc
præſumitur latitare, & ſufficeret citare ad domum:
ſed iſta alleg.ceſſant, ergo. Pono enim quòd papa
cauſam, quæ inter me, & te pendet Pariſiis coram
epiſcopo Pariſien. te exiſtente Pariſiis, hic Romæ
ad mei inſtantiam committit huiuſmodi cauſam au-
ditori cognoſcendam.& terminandam facta men-
tione de dicta lite, & eius ſtatu, ac certa ſcientia,
certum eſt tunc hic, & non alibi tractandam fore, &
tamen nullus diceret, quin citatio requireretur ad
partes, & quòd intimatio non ſufficeret ſaltem par-
tis. Præterea licet ſufficeret intimatio iudicis (quod
non credo) tamen ſecus de intimatione partis, quia
6 † pars parti credere non tenetur. apparet ex not.
Bar.in materia proteſtationis.in l.non ſolum.§.mor-
te. ff.de no.ope.nun. Alij habent in l.prouinciali.
§.ſed & ipſi prætori.& iſtud conſolidat quatuor ra-
tiones proxime pręcedentes, & poteſt facere quintã
rationem. Quid ergo dicemus? Certe ſaluo ſemper
meliori iudicio, puto nihilominus concluſionem ve-
ram. Pro qua vnum ſuppono, quòd beneficium ap-
pellationis eſt adeo appellanti, & appellato commu
ne, quòd nedum appellanti, imò etiam & appellato
competit, & facultas huiuſmodi appellationem pro-
ſequendi. vt l.omnem honorem. C.quando prouoc.
non eſt nece. melius. C.de temp.appella.l.fin. §.peo.
imò etiam appellante inuito poteſt proſequi appell.
vt not.Cyn.in d.l.omnem. & l.per hanc. C.de temp.
appell. facit C.de appell. aut appellatione ceſſante.
& ff.de contrarab. l.poſt mortem.in fi.& potiſsime,
quando ex conſenſu, & petitione appellati princi-
pale negotium ad papam deuoluitur, quia tunc in
huiuſmodi deuolutione tantum operatur conſen-
ſus, & petitio appellati, quantum appellatio appel-
lantis. vt d.cap.cordi. cum ibi not. Secundo ſuppo-
7 nendum puto, quòd † quicquid reperitur actori
conceſſum, in pari caſu reo conceſſum cenſetur,
etiam ſi non dicatur, in regulá, non debet actori. &
l.petente. & l.terminato. & ff.quod quiſque iuris.
l.j.& ij.& extra.de mut.pec.cap.vno. Hoc ſuppoſito
patet cõcluſio ſupra proxima, quia ſi appellans ſuæ
propriæ proſecutioni appellationis, videlicet per
eum interiectæ, poteſt terminum præfigere. vt cap.
perſonas.& etiam appellatus appellante tacente po-
teſt ſuam propriam proſecutionem eiuſdem appel-
lationis facere, vt patet per primam ſuppoſitionem,
ergo poterit ſuæ propriæ proſecutioni dictæ appel-
lationis, non dico proſecutioni appellantis, ſed di-
co ſuæ propriæ proſecutioni ipſiuſmet videlicet ap-
pellati terminum præfigere per ſecundam ſuppoſi-
tionem. Caue, quia vnus dę dominis hanc rationem
ſoluit valde aperte, dicens, quòd illud, quod licet
actori, licet reo. Vbi eſt per omnia æqualitas: vt ecce
ſicut appellatus poteſt petere iudicem appellatum,
quia hoc voluit appellans: ita appellans pœnitendo
poteſt reuerti ad iudicem, à quo appellauit, quia hoc
voluit appellatus, & præſumitur, quòd hoc velit. Ita
in propoſito permittitur appellanti ſuæ proſecutio-
ni terminum præfigere, quia præſumitur, quòd hoc
velit appellatus, vt ſi arctetur appellans, & ſua ap-
pellatio per non proſecutionem deſeratur, vel vt
ſaltem ob citius tempus datum à lege appellanti ad
proſecutionem perueniatur in præiudicium appel-
lantis. Sed non eſt veriſimile, quòd placeat appel-
lanti econtra, quia ceſſat ratio prædicta, & ſemper
tenderet ad præiudicium appellantis, quæ contra
priuilegium iuris dantis ſibi longius tempus per
factum arctaretur. Modo licet ſit veriſimile, quòd
in fauorabilibus quis libenter conſentiat, tamen
non ita in odioſis. vt l.inuitus. cum ibi not. per Cyn.
C.de procurat. ergo non eſt rationis identitas vtro-
bique, cum ſequendo opinionem aliam, quam ta-
men pro nunc non puto periculoſam. Pro ea facit,
quia Innoc. fatetur, quòd poſſet proſequi citatio-
nem contra appellantem obtinendo. Et certe hoc
fateor. Sed dico, quòd longus eſſet, & inutilis iſte
circuitus, ergo euitandus. vt l.dominus teſta. ff.de
condit.indeb. quanquàm fateor illum modum eſſe
ſecutiorem propter tantam auctoritatem iſtorum
doct. Qualiter ſoluentur quinque rationes ſuprà
tactæ in contrarium. Ad primam dic, quòd hic non
metitur appellans tempus ſuæ proſecutionis ex
perſona appellati, ſed metitur ipſe appellatus ex
propria perſona ſua ſuæ proſecutionis tempus, ſicut
econtra appellans metitur proſecutionem ſuæ pro-
ſecutionis ex perſona ſua propria. Fateor tamen,
quòd indirecte, & cauſatiue cogitur proſequi ap-
pellans, eo ipſo, quòd ſequitur appellatus. Sed idem
in appellato, ſi proſequatur appellans. Nec valet
etiam iſta ratio ex alio capite, quia præſupponit
appellantem eſſe actorem, & appellatum eſſe reum,
cum ſæpe ſit econtra, & ſæpe ſit vterque actor: vt
cum ſuper beneficio litigatur, quilibet adiudica-
tionem petit: & aliter dicere eſſet dare occaſio-
nem fugiendi ſemper appellanti, & nunquàm pro-
ſequendi. Ad ſecundam rationem dico, quòd per
iſtam præfixionem appellati, de qua proxime di-
xi, non diminuatur aliquid de tempore iuris dato
appellanti, nec arctatur ſub pœna deſertionis ve-
nire ad proſecutionem, ſicut ex propria ſua præ-
fixione arctaretur. vt capitulo, cum ſit Romana.
nec aliàs grauaretur de huiuſmodi præfixione,
niſi

niſi in hoc, quia indirecte cogitur ire ad defendendum ſe contra proſecutionem appellati. Sed de hoc grauamine non debet conqueri, cum ius iſtud ſtatuitur in eius perſonam contra appellatum: & tamen ius debet ſeruare æqualitatem inter eos, per iura alleg. & facit optime totus tit. ff. quod quiſque iur. alleg. & ita ſunt clara motiua do. ſublata. Ad tertiam rationem dico, quòd iſta non eſt citatio partis, ſed iuris, vel ſi eſt citatio partis, iſta eſt conceſſa à iure, quia ſi conceſſa eſt appellanti, ergo & appellato in pari caſu, per prædicta. Ad quartam rationem dico, quòd hoc modo non compellitur agere appellans, ſed defendere, ad defenſionem vero trahitur bene quis inuitus, vt l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. obligat. Ad quintam rationem dico, quòd iſte eſt ſpecialis caſus à iure permiſſus, per prædicta. Ad aut. hent. appellatione ceſſante. C. de temp. appellat. quod videtur velle, quòd appellatus poſſet proſequi tunc demum, cum de biennio ſolum ſupereſt menſis, quia dico, quòd illud authenticum ponit caſum magis ſpecialem, videlicet, vbi nulla præceſſit termini præfixio, nec citatio: ſed apud locum, vbi eſt index appellationis, appellans minime reperitur ibi abſque alia citatione, vel præfixione procedere in cauſa appellationis propter periculũ lapſus termini. Et ita non præiudicat huic caſui, nec loquitur in hoc caſu.

a ¶ Stipulationem. *Quod ſit ſtipulatio, & quare dicatur ſtipulatio, & quæ ſint de ſubſtantia ſtipulationis, vide Bart. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. vbi Alexand. & Aret.*

CONCLVSIO DCCXXIX.

De reſcriptis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio ad cauſam impetrata à filiofamil. exiſtente in poteſtate patris, an valeat.*

2 *Iudicia omnia ex ſui natura ſunt abſolutoria.*

3 *Aditus iudiciarius ex quibus cauſis alicui auferatur.*

4 *Serui perſona an regulariter ſit habilis ſtandi in iudicio.*

5 *Filius in iudicio an poſſit quicquam acquirere patri.*

1 COmmiſſio impetrata † ad cauſam, facta auditori palatij ad inſtantiam filiifam. in poteſtate patris conſtituti valet: maxime, ſi filius ante lit. con-
a teſta. emancipetur, [a] & emancipatus ex donatione facta per patrem vigore dictæ commiſſionis agat. Vel ſi non eſt emancipatus de conſenſu patris in bonis, in quibus patri non acquiritur vſufructus, agat. Ratio eſt, quia non ius ipſius impetrantis commiſſionem impetrationem non inficit ipſo iure, dummodo perſona impetrans ad impetrandum aliàs non reperiatur inhabilitata de iure: quia ſi ſic, tales exceptiones contingentes negotium principale poſſent obiici contra literas. & lit. conteſta. impedirent contra caſum exceptionis, de lit. conteſt. lib. vj. vbi caſus eſt. de re iudicata. c. abbate. quia ibi fuit impetratus iudex delegatus pro parte monaſterij illius ius non habentis. patet, quia poſt lit. conteſta. ibi ius competit, & valet proceſſus. Nec mirum, ſiue ius habeat impetrans, ſiue non, iuriſdictio eſt neceſſaria, per quam hoc declaretur, videlicet illum ius habere, vel nõn habere, cum æquè ad abſolutionem, ſicut ad condemnationem iuriſdictio ſit neceſſaria: maxime, cum omnia † iudicia natura 2
ſua ſunt abſolutoria. vt inſtit. de perpe. & temp. act. §. fin. Nec mirum, quia commiſſiones ſunt communes. vt l. j. C. de diuer. reſcrip. Et contrarium dicere, eſſet inducere aut impetrationem commiſſ. non valere, aut impetrantem omnino ins habere, quod eſſet abſurdum. ergo modo de iure non reperio filiumfa. inhabilitatum ratione patriæ poteſtatis, ſeu ad ſtandum in iudicio, ſeu ad commiſſionem huiuſmodi impetrandam: imò reperio, quòd in omnibus caſibus pro alio, & pro ſe in caſibus, in quibus ſibi competit ius agendi, agere poteſt, & in iudicio comparere, imò & in omnibus caſibus conueniri. vt l. filiusfam. §. ſed & ipſe. de procur. & ff. de act. & obl. ſi filius, in ſecundo. Nec mirum, quia contrahit, & quaſi contrahit in omnibus. vt l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & in iudicio quaſi contrahimus. vt l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Sed oppo. de l. ſi filius. & l. longius. ff. de iudi. quia ibi ſpeciale, ergo. In contrarium eſt ius commune. l. j. in fi. ff. ad mun. Item oppones de l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. Sol. dic, quòd ex triplici † capite alicui tollitur adi- 3
tus iudiciarius. Primo ex eo, quia actionem non habet. vt l. ſi pupillus. §. fin. ff. de nego. geſt. Secundo modo, quia licet actionem habeat, tamen eius exercitio caret: ſicut videmus in adulto curatorem habente, qui licet habeat actionem, tamen quia adminiſtratorem habet curatorem, ſuæ actionis exercitio caret. vt l. j. & ij. C. qui le. per. ha. facta in iudicio. argum. C. de in integr. reſtitut. mino. l. ſi curatorem habens. Melius exemplum eſt in prodigo. vt l. is cui. ff. de verb. obligat. & l. certi condictio §. item quæri poteſt. ff. ſi cer. pet. Tertio modo, quia † inhabilis eſt 4
perſona ad ſtandum in iudicio, ſicut ſeruus regulariter. vt l. quod attinet. de regu. iur. & pupillus, ſeu minor. vt l. cum minores. C. ſi aduer. rem iudi. & l. acta. §. fin. ff. de re iud. & l. non eo minus. C. de procur. hoc ſuppoſito, quia ceſſante tertio caſu, illi de duobus caſibus primis non repelluntur ab agendo, quia non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Sed pro eo, quia non habent ius agendi, ſeu ipſius iuris adminiſtrationem, & tales non impediuntur commiſſiones impetrare, præſertim ſi non eſt in eis in ſecundo caſu, in omnibus, licet bene in caſu, de quo agitur, adminiſtratio interdicta. Non enim videtur plus obeſſe debere hoc, quòd exercitio careat, quàm ſi actione, & actionis exercitatione ſimul caret. Modo ſecundo aduertendum eſt, quòd de iure digeſtorum. primo erat † clauſus iudiciorum 5
aditus ipſi minori, quia totum quærebat patri. vt l. placet. ff. de acquiren. hæred. Ideo actiones omnes, & earum exercitium ſoli patri competebant ſaluis caſibus. vt l. ſi filius. & l. ſi longius. ff. de iudi. & l. filius. j. reſponſo. ff. de procura. & l. ſi filius. ff. de actio. emp. & caſtren. pec. vt l. ij. ff. de caſtren. pecu. De iure vero C. data fuit in peculio aduentitio proprietas actionis ipſi filio, & exercitium patri. vt l. j. C. de bo. ma. & hac ratione vſufructus qui acqui. patri. vt l. fi. §. vbi. C. de bon. quæ libe. Iſtud regulariter verum, quia de iure C. in caſu datur actionis exercitium filio, licet patris requiratur aſſenſus. vt d. l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. Modo ſi conſideremus duos primos iſtorum caſuum, illi non concernunt

inhab

inhabilitatem filij, ſed defectum iuris ſui, vel exercitium ipſius iuris. Et minus tertius caſus, qui magis eſt pinguis. ergo, &c. facit pro præmiſsis, quia non reperitur ius inhabilitans, & edictum non eſt de permiſsis, ſed potius de prohibitoriis.ergo intelligitur eſſe permiſſum. vt l.necnõ.§.quod eis, inquit. ff ex quib.cauſis maio. l.j. ff.de teſti.& l.ab ea parte. ff.de probatio. Quid enim ſcitur, dum impetratur commiſsio, qualiter agetur, an ex caſtrẽſi, vel quaſi, an eum conſenſu, vel ſine? Et hoc eſt fortiſsimum argumentum, quia ſufficit, quòd in iudicio interueniat iſte conſenſus. ergo non requiritur, quòd ante in commiſsionis interpretatione præcedat. Nec ob. cap. nonnulli. de reſcriptis. quia hic pro alio non impetrat, ſed pro ſeipſo. Item pro hoc, quia non refert. quis reſcriptum impetret. vt l.j. & l.vniuerſis. C.de prec.impera.offer. Et tangit hoc magis ſurreptionem, quàm nullitatem commiſsionis.vt cap.ſuper literis. de reſcript. Et ita tolluntur not. glo. de ſcientia,& ignor. principis concedent-s.in l.vniuerſis. alleg. Nec obſt.cap.j. de reſcrip. lib.vj.imò facit contra. quia ſi inhabilitas, de qua ibi dicit, non obſt. ante illud cap. vt omnes tenebant per ante in cap. pia.& fuit iure nouo id inductum per dictum cap.j. Scrus erit in alleg.per l.j.ad finem.ff.ad munic.Item quia illa inhabilitas non venit ex defectu iur.agendi, ſed ex periculo commiſsionis cõmunis.ergo,&c. Vltimo hoc fortiter roboratur, quia ſignationes huiuſmodi commiſsionum non ſunt niſi quædam diſtributiones, & ideo non quæritur quis impetrauerit, ſeu qualis[a] fuerit, an excommunicatus, vel procurator ſine mandato: quia ſemper commiſsiones valent, & nec reciperentur huiuſmodi oppoſitiones de ſtylo palatij à tempore, de quo eſt memoria obſeruata. ergo &c.

a ¶ Emancipetur. *Nota, quòd emancipare eſt à poteſtate, manu, & iure patria poteſtatis dimittere, vel liberare. Et dicitur filium emancipatum, qua à tuto, & poteſtate, vel manu patris eſt relaxatum, & ſui iuris effectum.*

CONCLVSIO DCCXX.

De procuratoribus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ius agendi non habens an procuratorem conſtituere poſsit.*
2 *Impetratio commiſsionis an ſit de actu iudicij.*

1 SI filiusfa. ante † emancipationem ad agendum in certa cauſa, in qua nondum ius agendi habere poterat, procuratorem conſtituit, & poſtea emancipatus fuerit, & ius agendi, & conſenſum patris obtinuerit, procurator huiuſmodi ſine alio ſpeciali mandato agere poterit, & erit proceſſus bonus, & validus de iure: & per eadem motiua, & præſertim, quia perſona patris ſufficit tempore iudicij: fortius ſecundum me, quia ius agendi non habens bene procuratorem conſtituit ad agendum. Et ſi diceremus ſecundum opi.Iac.de Are. & Cyn.quòd ſufficeret conſenſus etiam poſt factum, vt ipſi not. in §. neceſsitatem.minus haberet dubium. Et ſi tenerem, quòd proceſſus habitus cũ filiofa.agente, vel defendente in omni cauſa ciuili validus eſſet ipſo iure, licet repelli poſsit ex defectu iuris agendi, & ſi non repelleretur. deberetur contra eum ſententia ferri, ſicut in quolibet maiori ſine actione agente, vt l.non putarem.ff.famil.hercisc. non crederem forte nimis curare in iure: quia facilius reſponderetur ad omnia iura. Aliqui volebãt dicere, quòd † impetratio commiſſ. non eſt de act.iudicij.not.Inno.de probat.quoniam contra.nec procuratorium extra iudicium factum ratione eadem, vel fortiori: & per conſequẽs, quòd iſta facta per filiumfa. tanquam contractus extraiudiciales, bene valent, ſicut not.Iac.de But.de procuratore conſtituto à minore, & iudicio habito cum procuratore, qui ob hoc dixit iudicium validum ipſo iure. in l.non eo minus. alleg. ad l.oratio. ff.de ſpon. Reſpondetur, quòd ipſum procuratorem debere omnino admitti ad agendum vigore commiſsionis, & procuratorij, non eſt ſequela neceſſaria earundem. Sed eſt iſta ſequela, videlicet iudi.cognitio habenda eſt ſuper hoc.ergo per not.Bar. ff.de auct.tut. l.j. poſt Dyn. 2

CONCLVSIO DCCXXI.

De foro competenti. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patriæ poteſtatis eſt à poteſtate ſeculari, & non eccleſiaſtica introductum.*
2 *Emancipatio facta coram iudice laico non derogat libertati clericorum.*
3 *Clericatus non liberat quem à patria poteſtate.*

EMancipatio clerici filiifam. facta coram iudice ſeculari ipſius patris, valida eſt. Prima ratio eſt, quia emancipatio eſt actus ipſius patris, & non filij. vt l.j. C.de emancip. liber. ergo eſt ſolennizanda à iudice patris, & non à iudice filij. Facit, quia † ius patriæ poteſtatis[a] eſt à poteſtate ſeculari, & non eccleſiaſtica introductum.inſtit.de pat.poteſt.in prin. Secunda ratio eſt, quia ille eſt in actu voluntario iudex, qui in actu contentioſo iudex eſſet. Ideo dicit Innoc.de renunc. cap.quod in dubiis. in fine. quòd ille recipit renunciationem beneficij à volente, qui poſſet deſtituere inuitum. Sed vbi filius poſſet petere per iud.patrem ad emancipandum compelli, in his caſibus apud iudicem patris agendum foret. vt l.antet ordinem. C.de iuriſd omn.iud. & cap.ſi clericus laicum.de foro compet. Si dicas econtra.poſſet apud iudicem filij in certis caſibus. Dicam vt in quo poſſe per not.Cyn.in l.ſi prædium. C.de præd. mino. quæ optime facit ad hanc quæſtionem, quæ omnia volo hic pro repetitis haberi. Ideo ſi agatur in inſinuatione, donatio. vel alienatione rei eccleſiaſticæ, aut de tranſactione ſuper alimentis, per no. Cyn.in l.ſi prædium. adiri debebit iudex illius, de cuius alimentis, vel donatione, aut alienatione agetur. Nec conſiderabitur illud, in quod effectus trãſfertur. Facit not.de præben.is cui.lib.vj.de verbor. ſignific.ſicut.eod.lib. Tertia ratio eſt, ſi filij conſenſus in emancipatione ſit neceſſarius, cum factum patris. qui ſe habet per modum agentis, eſt præpotentius facto, qui tenet locum patientis ergo deber conſiderari in dubio. vt l.quem. ff.de rebus dub. & l.ſi non ſunt. §. perueniamus. ff.de auro & argen. lega. Quarta ratio eſt, quia † exemptio clericorum tendit ad libertatem eorum, ſed huiuſmodi emancipatio non derogat huiuſmodi libertati, ſi coram laico fiat, imo eam auget. ergo. Quidam quintam rationem addunt, quia cap.ſi diligenti. loquitur in 2

iuriſd

iuriſdictione contentioſa. Sed non eſt forte ſuffi-
ciens dictum, quis poteſt dare tutorem pupillo cle-
rico, non eſt ſimilis materia. Sed de hoc vide per
Cyn. in auth. presbyteros. ſituata ſub l. generaliter.
C. de epiſc. & cler. vbi tenet, quòd iudex eccleſiaſti-
cus. de hoc habetur aliquid de iudic. ſi annum lib. vj.
3 vbi eſt text. quòd † clericatus non liberet à patria
poteſtate.

a ¶Patriæ poteſtatis. *Patria poteſtas quot modis ſoluatur, vide Bar. in l. ateus in poteſtate ff. quę ſunt ſui, vel alie. iur. Adde quod certi ſunt modi, quibus liberatur quis à patria poteſtate, de quibus Spec. tit. de tut. § ij. ver. ſed quæritur.*

CONCLVSIO DCCXXXII.

De libelli oblatione. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione dominij an contineatur vtile dominium.*
2 *Ceſsionis actione nemo agere cenſetur, niſi de ceſsione faciat mentionem.*
3 *Actionum realium quatuor genera.*
4 *Vtile dominium an tranſeat in ceſsionarium.*
5 *Ius ex quo oritur Publiciana quaſi dominium appellatur.*
6 *Verbum, quaſi, quid importet.*

a SI ceſsionarius [a] rei & actionum cui non eſt tra-
dita poſſeſsio rei, agat contra poſſeſſorem nar-
rando in libello rem ad ſe pertinere iure dominij,
vel quaſi, & vt talem eam petens adiudicari de dicta
ceſsione in libello mentione non facta, ſi tamen do-
cet de dominio, & de ceſsione cedentis, licet de
ſuo proprio dominio, vel quaſi aliter non docet,
obtinere nihilominus adiudicationem debet. Pro-
1 batur, † quia appellatione dominij in libello, conti-
netur, & venit vtile dominium, ſecundum Dy. Guil.
de Cu. Iac. de Beluiſo, & Bar. qui Bar. hoc notat ff. de
except. rei iudi. l. inter. §. eandem. licet glo. & Pet. de
bella pertica contra. vt ipſe Bart. ibi not. & glo. ibi.
Pet. alleg. pro ſe. l. argentum. §. ſi fundem. de except.
b rei iudic. Et quia verbum dominium [b] intelligitur de
directo. vt l. j. §. quæ in perpetuum. ff. ſi ager vectig.
vel emphyt. pet. Alij probant ſuam opinio. per l. per
dictum. §. eandem. ibi. nam in qualicunque, &c. &
per l. ſed & ſi pignori. §. item ſi iurauerit. ff. de iure-
iurando. & per l. quibus diebus. §. dominus. ff. de
condit. & demonſtrat. & l. ſtipulatio iſta. §. huius
qui. de verborum obligat. de hoc per Dyn. inſtitu.
de actio. §. aliæ. & per Iaco. de Beluiſo in authent. de
litig. In contrarium allegaui notata domini Iacob.
de Butr. in l. emptor. C. de hæred. vel actio. vendit. &
l. qui ſtipendia. C. de procurat. vbi tenet expreſſe,
2 quòd † nunquam quis cenſetur agere actione ceſ-
ſionis, niſi de ceſsione faciat mentionem. Item alle-
gaui rationem, quia quando ſunt plures actiones
inter ſe, diſtinctę, ex principiis diuerſis procedentes,
vna intentata, non propter hoc videtur intentata
alia. vt l. j. in fine. primi reſponſi. ff. ſi menſor ſal. mo.
dix. Ideo ſi vnam intentat, & ſuccumbat, poteſt
aliam intentare. Nec obſt. except. rei iudic. l. ſi ma-
ter. §. j. & ij. & §. eandem. ff. de except. rei iudic. cap.
examinata. de iud. Tunc vero eſt certum, quæ actio
intentatur, quando nomen eius exprimitur. vt l. cer-
tum. ff. ſi certum petatur. Vel cum factum, & con-
cludendum medium certæ actionis exprimitur,
quia per eius principia, & finem concludendi me-
dium bene cogitur. vt cap. dilecti. de iud. hinc eſt,
quòd quia diuerſæ cauſæ diuerſas actiones perſo-
nales pariunt, oportet exprimere cauſam agendi in
perſonali in libello. cap. fin. de libel. obl. Secus in
reali vbi dominium eſt cauſa ſufficiens, vt plene
not. in cap. ij. eod. tit. de libel. obl. Sed vbi ſecundum
diuerſitatem principiorum diuerſæ reales actiones
oriri poſſent, vt rei vendicatio, & Publiciana: dice-
rem taliter factum debere ſpecificari in libello, quo
ſciri poſſet qua actione ageretur, argumento iden-
titatis rationis. Item, quia alias reus deliberare non
poſſet. vt l. j. ff. de eden. in prin. & l. edicta. C. eod. &
authent. auferatur. C. de lit. conteſt. & dicerem per
conſequens, quòd ſi factum exprimeretur, ex quo
deberet oriri rei vendicatio ſolum, quòd nunquam
comprehenderetur Publiciana, nec econtra. Et hoc
expreſſe tenuit dom. Bart. in d. §. eandem. & ſatis ap-
paret ex not. glo. Ioan. Andr. de re iudic. cap. abbate
ſane. libro vj. & pro hoc alleg. Bart. l. minor. §. j. ff. de
euict. Modo ad propoſitum dico, quòd nos † habe- 3
mus quatuor genera realium actionum: videlicet
directam rei vendicationem, quæ oritur ex domi-
nio directo. item vtilem rei vendicationem, quę ori-
tur ex vtili dominio competenti emphyt. Publicia-
nam, quæ oritur ex quaſi dominio. vt §. aliæ. alleg.
item vtilem rei vendicationem, quæ non naſcitur
ex vtili dominio, quod ſine traditione per ceſsio-
nem nõ tranſit. l. traditionibus. C. de pact. & l. ſi fun-
dum. ff. de fundo. ſed propter æquitatem ceſsionis
ceſsionario datur à lege. iuxta C. de actio. & obl. l. j.
iuncta l. vltima. C. de hære. vel actio. vend. Modo his
ſuppoſitis apparet, quòd etiam ſi vera eſſet opi. Bar.
Dyn. Guil. & Iac. de Bel. nihilominus ex libello præ-
dicto non poſſent elici, niſi tres actiones primæ: vi-
delicet duæ primę, quæ oriuntur ex quaſi dominio,
& quarta, quæ oritur ex dominio directo, vel vtili,
& tertia, quę oritur ex quaſi dominio ipſius agentis,
ſed ex quadam æquitate ratione ceſsionis. vt l. quo-
ties. ff. de præſcr. verb. ex dicto libello reſultare non
poteſt de facto ceſsionis, vnde reſultat dicta in ipſo
libello mentione non facta. Quòd † autem vtile do- 4
minium non tranſeat in ipſum ceſsionarium, tenet
Dyn. in cap. pro poſſeſſore. de reg. iur. lib. vj. & Iac.
de Butr. in d. l. emptor. & Bar. in l. j. ff. de actio. & obl.
in ij. quæſt. licet Cy. aliter videatur velle. C. de hære.
vel act. vend. l. fi. & glo. licet obſcure. ff. famil. hercíſc.
l. plane. alleg. Quod autem dicta vtilis actio ſit da-
tiua, non natiua. determinat Bart. in d. l. j. ff. de actio.
& obligat. in d. ij. quæſtione. Vide Cyn. de actio. &
obligat. l. prima. in ij. & iij. quæſt. poſt Pet. quod non
tranſeat vtile dominium, & not. glo. in l. ſine culpa.
ff. de rei vendic. facit l. huius rei. & l. ſi rem. ff. de rei
vendic. per quas Bart. reprehendit Petr. dicens iſta
eſſe multum neceſſaria propter libellum, per hoc
ſuccincte hanc quæſtionem contra concluſionem
noſtram determinans ſecundum ſe, vt videtur. Nec
poteſt imaginari, quòd videatur agere velle actione
directa ſibi conceſſa, tum quia ſic alieno nomine
ageret, quod non videretur in dubio. not Bart. ff. de
noui ope. nunt. l. j. §. nuntiatio. & ibi plene. tum quia
agit ex ſuo proprio dominio, vel quaſi, non ex do-
minio, vel quaſi, cedentis, nec de ceſsione mentio-
nem facit. Fuit reſponſum per dominum Nico.

5 mulrum aperte. Et licer ius, † ex quo oritur Publiciana quaſi dominium appelletur. vt §. aliæ. alleg. tamen nou per hoc ſequitur, quin ius competens ceſſionario quaſi dominium valeat appellati. Et ſi nou quaſi dominium directum, tamen quaſi dominium vtile. per not. Cyn. in l. fin. C. de hære. vel actio. vend.
6 poſt Pet. Verbum † enim quaſi, notat improprietatem veritati contrariam, ſimilitudinariam tamen. vt l. ij. ff. de vſufr. ea. re. quæ vſu conſu. & ff. ſolu. mat. l. cum dotem, in fine. Modo qui actionem habet ad rem, quaſi rem habere dicitur. vt l. qui actiunem. ff. de reg. iur. Modo ceſſionarius iſte babet actiouem ad habendum hoc dominium. ergo & ſicut appellatione dominij venit etiam vtile ſecundum dictos doctores: ita etiam appellatione quaſi dominij venit quaſi vtile ex identitate rationis. Modo verba libelli iu fauotem libellantis latam recipiunt interpretatiunem. vt l. ſolemus. ff. de iudic. & l. inter ſtipul. §. Sticbum. ff. de verb. oblig. quod mihi placet.

a ¶Ceſſionarius. *Nota quòd ille dicitur ceſſionarius, in quem transfuſa eſt obligatio, vel nomen. & debet certiorare debitorem quòd nomen eius in ipſum transfuſum ſit, ipſum notificando, vel oſtendendo inſtrumentum, & legendo, & copiam, ſi velit habere, dando. vt l. nomen. qua res pign. oblig. poſſ. C.*

b ¶Dominium. *Quid ſit dominium, & quotuplex, vide Bart. in l. ſi quis. ff. de acquir. poſſeſſ. in §. differentia.*

CONCLVSIO DCCXXXIII.

De libelli oblatione. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus procedens ex præſumptionibus an ſit validus.*

2 *Confeſſio non recipit verborum extenſionem.*

SI in libello narro fundum ad me pertinuiſſe, & pertinere conſueuiſſe, & peto illum mihi adiudicati, valet libellus: licet in libello in narratione non dixerim pertinere, &c. Ratio, quia ſufficit,
1 quòd † libellus procedat ex præſumptio. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. Nec obſt. not. Cyn. C. de eden. in l. edita. in iiij. quæſt. & glo. & do. Bart. ff. de confeſſ. l. certum. quia illa intelliguntur, vbi iu libello quis ſignat abnegationem: hic ſecus, quia poſtulat præſentem adiudicationem. Nec obſt.
2 glo. l. certum: quia loquitur † io confeſſione, quæ non recipit verborum extenſionem, quia præiudicaret confitenti, quod non eſt veriſimile ex eius mente procedere. Sed nos loquimur in libello, qui recipit extenſionem. vt dixi in quæſt. proxime præcedenti. Nec obſt. l. ſi adulterij. §. idem Pollioni. vbi nun ſatisfacit erroris exiſtentia etiam notoria, niſi allegaretur. quia allegari videtur cum præſumptiones, ex quibus oritur in libello, vel exceptionibus, exprimuntur. per dictum §. Lucium. vt in d. §. idem Pollioni. not. Bart.

CONCLVSIO DCCXXXIIII.

De impetrat. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Coniunctiua quando reſoluatur in diſiunctiuam.*

2 *Iuris ignorantia non præſumitur in principe.*

3 *In alternatiuis ſufficit alteram partem eſſe veram.*

4 *Actus vacandi eſt actus priuatiuus, qui non priuat, niſi reperiat habitum, quem priuet. & num. 7.*

5 *Dictio, &, eſt copulatiua. dictio verò, etiam, implicatiua.*

6 *Sequentia ſunt per præcedentia moderanda & interpretanda.*

SI impetrans certum beneficium tanquam vacans per decr. execrabilis. expreſſit etiam quòd incumbens poſſeſſioni contra dictam decre. tenuerat poſſeſſionem, & illud beneficium, quod parochiale exiſtit. & curam habet animarũ, per annum, & vltra pacifice non promotus, & probat impetrans huiuſmodi non promotionem, &c. ſed non probat modum vacandi per dictam decreta. execrabilis. non adiudicabitur ſibi beneficium. In contrarium fuit alleg. quia, quando † ad obtinendum aliquem 1
effectum plura etiam copulatiue adiiciuntur in reſcript. quorum tamen quodlibet de per ſe eſt ſufficiens ad effectum huiuſmodi obtinendum, reſoluitur coniunctiua in diſiunctiuam: & ſufficit de altero facere fidem. vt cap. inter cæteras. & cap. olim. de reſcrip. & cap. ex parte, eod. tit. Sed hic ſunt expreſſi duo modi. Vnus per decre. execrabilis. alius per decret. licet canon. quorum quilibet de per ſe eſt ſufficiens. ergo, &c. eo enim ipſo, quòd factum exprimens modum vacandi exprimitur, modus vacandi videtur expreſſus, cum † iuris ignorantia non ſit in 2
principe alleganda. vt l. omni. C. de teſta. & cap. j de conſtitut. lib. vj. & ſatis colligitur ex not. per Cy. poſt alleg. C. ſi contra ius, vel vtili. publ. l. fin. de eo, qui narrauit in impetratione reſcript. factum, ex quo ius reſiſtens reſultat, quia hoc ſufficit, vt ibi nota. Sicut ſufficit narrare factum, ex quo notorie inſurgit reſeruatio generalis, ſecundum Fed. de Se. in tract. de rer. permut. Secundo, quia † in alternatiuis 3
ſufficit alteram partem eſſe veram. vt l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. inſt. de hæred. inſti. §. pen. de reb. dub. l. ſi is, qui ducenta. §. verum. & l. ille aut ille. ff. de verb. ſignific. Sed dicti duo modi hic cenſentur appoſiti alternatiue, & non copulatiue. Et hoc probatur dupliciter. Primo, quia repugnantes ſunt. patet, quia quòd ſemel vno modo vacauit, huiuſmodi vacatio per nouam prouiſionem non ſublata, amplius alio modo vacare non poteſt, quia † actus vacandi eſt actus priuatiuus, qui non priuat, 4
niſi reperiat habitum, quem priuet. vt l. Titius vſufruct. ff. de condit. & demonſtrat. ergo non poſſunt copulatiue ſimul ſtare. vt l. vbi repugnantes. & l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. ergo recipiuntur diſiunctiuè, vt verba principis ad intellectum poſsibilem referantur. arg. de fide inſtrum. cap. inter dilectos. §. cæterum. & de præb. cap. ſi motu. lib. vj. & l. ſi quando. ff. de lega. j. & vt res valeat. l. quoties. de verb. ſignifi. & facit l. falſa. in fi. ff. de condit. & demonſtr. Tertio hoc probat quidam, quia licet † dictio, &, quæ non 5
eſt implicatiua, inducat copulam, non tamen dictio, etiam, quæ implicat. alleg. not. in l. ſi hæredi plures. & l. ille aut ille. alleg. Sed non video, quòd multum faciant. Modo hic ponitur dictio, &, implicatiua. Quid dicendum? Dico ſtandum nihilominus cum concluſione prędicta. Ratio principalis eſt iſta, quia vno ex duobus repugnantibus pure, & diſpoſitiue, & legitime aſſerto: aliud repugnans eoipſo tacite videtur eſſe negatum. Ideo qui dicit rem eſſe meam, dicit ad alium non pertinere. vt l. Pomp. § ſed & ſi. ff. de procut. & econtra. vt l. cum quæratur. C. vnde vi. probat l. illud. ff. de acquit. hær. Modo concurſus plurium modorum ſupponitur impoſsibilis, & repugnans,

pugnans,vt prædictum eſt. ergo vno modo pure,&
diſpoſitiue aſſerto, omnes alij modi cenſentur eſſe
negati. Modo impetrans hic pure,& diſpoſitiue aſ-
ſeruit modum vacandi per decret.execrabilis. ergo
negauit modum vacandi per decret.licet canon.Nec
per ſequentem orationem poteſt in dubio cenſeri
aſſertum,quòd pręcedenti diſpoſitioni eſt negatum.
arg. ff.de ritu nupt. l.quanquam. in princ. quia eni-
tanda eſt contradictio. & verba ad concordiam re-
6 ducenda,& † ſequentia per præcedentia moderan-
da, & interpretanda. vt l.non eſt nouum.ff.de leg.
& l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de leg.j. & cap.cum ex-
pediat. de elect. lib.vj. maxime, quando ſequentia
ſecundum contrarium neceſſario non includunt ſi-
cut hic. Nam non ſequitur: tenuit per annum non
promotus, ergo vacauit. per decret.licet canon.niſi
addatur, tenuit. & canonice tenuit. Nam, vt dixi,
7 †priuatio habitum neceſſario pręſupponit:vt l.vna.
§.j.ff.de iniuſto rup.& irrito teſta. Pro hoc ſunt ſub-
lata vno verbo omnia argumenta in contrarium fa-
cta. Sed diceres: ad quem effectum ſit de non pro-
motione expreſsio,cum modum vacandi non notet?
Reſpondeo, quòd fit ad aggrauandum perſonam
poſſeſſoris, & per conſequens ad inducendum pa-
pam ad facilius contra eum procedendum, & gra-
tiam concedendum. Et ideo, cum forſan ſit de ex-
preſsis, requirit verificationem etiam probata va-
catione. per decre.execrabilis. Et faciliſſime reſpon-
detur ad cap.inter cętera.per not. in cap.olim.alleg.
Non inſiſto cum de iſta concluſione aliqui domini
ex improuiſo dubitarunt. Sed ſalua ſemper reue-
rentia tantorum doctorum & patrum, non video
occaſionem dubitandi, ſuppoſita deciſione c.ſuſce-
ptum.de reſcr.lib.vj. Sed forte imbecillitas ingenij
mihi, quo ad hoc, intellectum obumbrat.

CONCLVSIO DCCXXXV.

De exceptionibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Reus in exceptione eſt actor.*
2 *Propoſitio exceptionis & propoſitio actionis æqui-
parantur.*
3 *Poſitiones licèt aſſerant & narrent, non tamen con-
cludunt.*
4 *Concluſio ſiue petitio in propoſitione exceptionis
non eſt neceſſaria.*
5 *Ceſſante ratione legis, ceſſat lex.*
6 *Exceptio rei ad quem finem tendat.*
7 *Intentiones agentium ſecundum naturam ſubiectæ
materiæ, de qua agitur, conſiderandæ.*
8 *Arma reorum impugnatiua actoris quænam ſint.*

SI in termino aſsignato per auditorem pertinere
ad videndum abſolui partem actricem ad cau-
telam, ipſa pars rea prius tamen ad dicendum cau-
ſam, quare non debeat actor abſolui ad cautelam,
minime citata det poſitiones, & articulos conclu-
dentes de materia offenſæ manifeſtæ, & rei iudicatę;
nec dicat, quòd excipiendo illos porrigat, nihilomi-
nus tamen videntur talia excipiendo ſufficienter
propoſita: adeo, quòd ſi auditor his repulſis abſol-
uit, ipſe grauat, & ab eo ob hoc legitimè appellatur,
dummodo aliàs non peccet in materia, nec in for-
ma, nec ſint ratione calumniæ, vel ex alio capite re-
pellendi. Sed in primis videtur, quòd concluſio non
procedat, quia quando aliquid poteſt proponi ad
multos fines ſpecie differentes, non ſufficit propo-
nere niſi dicatur, ad quem finem ſpecifice propona-
tur, ne aduerſarius obſcurus remaneat, & incertus:
& hoc ſiue agendo. vt ff.de eden.l.j.in prin.& l.Pōp.
ſcribit.in fi.de rei vend. ſiue excipiendo. vt l.j. in fi.
ff.de ſtu. & l.Titiæ textores. in princ. ff.de lega.j. &
quod ſuper hoc pulchre not.Ioan.Andr. extra. de
except. cap.pia. lib.vj.ſuper ver.ſpeciem.in glo.ſiue
probante. vt de probat. in præſentia. ff.de neg.geſt.
l.cum actum.in fi.& quòd ibi not.de ope.noui nunt.
l.non ſolum. §.ſed & probari. & quod ibi notatur,
maximè per Bart.C.de petit.hæred. l.ſi poſt moram.
Modo articuli de re iud.& manifeſta offenſa poſſunt
dari ad finem probationis adducendi ſuper nego-
tio principali, vel ad finem lit.conteſt. impediendi.
vt cap.exceptionem.de lit.conteſt.in vj. & ad finem
impediendi abſolutionem ad cautelam. vt de ſent.
excom. cap.ſolet.& cap.venerabilibus. §.ſecus.cum
§.ſeq.lib.vj.qui fines ſunt omnes ſpecie differentes,
ergo generalis propoſitio per auditorem merito re-
pulſa. facit cap.cum dilectus.de ord.cogn. Secunda
ratio eſt, quia † reus in exceptione eſt actor, & eius 1
partes ſuſtinet, vt ei æquiparetur.vt ff.de probat.l.in
exceptionibus.in princ.de noui ope.nunt. l.ſi prius.
cum ibi not.de excep.l.j.ergo † propoſitio exceptio- 2
nis, & propoſitio actionis æquiparantur. Modo li-
bellus non valet, ſi ſolam habeat narrationem, niſi
etiam habeat concluſionem, ſeu petitionem. Proba-
tur ad literam, de elect. dudum. Rothō. & de lit.
conteſt: c.vno. vbi per reſponſionem ad poſitiones
ſuper principali negotio datas non fit lit.conteſt.pro
eo, quòd † poſitiones licet aſſerant, & narrent, non 3
tamen concludunt, neque petunt.& ita not.Hoſt.in
d.c.vno.& Io.Andr. ibi enim recitat in nouel. Et eſt
ratio ſecundum eum, quia libellus datur, nedum vt
reo actionem edat, ſed etiam vt iudex ſecundũ eum
ſententiam ferat, vt l.fundus. ff.communi diuid.vi-
detur expreſſum.C.de fideic.liber.l.fi.nec ob.c.cum
veniſſent.de inſtit. quia loquitur de proceſſu coram
principe agitato, cuius præſentia omnia purgat. vt
cap.j.de tranſact.& l.omnes;C.de reſt.vt not.Io.An.
ſuper d.c vno.ſuper fi.vltimæ glo.poſt.Inno.& Hoſt.
His non obſtantibus concluſioni noſtræ ſtandũ pu-
to, quam ponit ad literam do.Bar.de excep.l.j. & ij.
& iij.quæſt.licet ratio, quæ ipſum monet in iij.quæſt.
in propoſito meo iudicio non ſit bona. Pro cuius de-
ductione pono duas concluſiones. Prima eſt, quòd
†concluſio, ſiue petitio in propoſitione exceptionis 4
non eſt neceſſaria. Primo hoc probo, quia non repe-
ritur in lege expreſſum. ergo non ponendum. vt §.
conſideremus.in auth.de trien.& ſem.collat.iij.imo
plus, leges plures reperiuntur formas excipiendi de-
clarantes, in quarum tamen nulla concluſio, ſeu
petitio annectitur, quod tamen factum foret, ſi fien
dum eſſet §.ſinautem ad deficientes.C.de cadu.tol:
& ſic inducuntur.ff.de procu.l.itaque.ff.de act.emp.
l.pendentem.in fi. j.reſponſi. ff.de excep. l.fundi.&
l.fundum.& ff.de except.rei.iud. l.ij.& de publ.iud.
l.interdum. cum infinitis. Fortiter coadiuuo, vt vi-
detur, quòd cum iura de materia exceptionum lo-
quentia non ponant hoc, videlicet, quòd in exce-
ptionis propoſitione cõcluſio ſiue petitio requira-
tur, imò magis contrariũ innuant, vt prædixi. argui,

ſeu probari non poteſt hoc, niſi ex ratione iurium, quę in actionis propoſitione requireretur, hoc videretur, ſicut ſecunda ratio partis contrariæ deducebat. Sed reuera illo modo hoc probari non poteſt. igitur, &c. Quod ita probari non poſsit oſtendo.
5 Nam ceſſante † ratione legis, ceſſat lex. vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. ergo fortius. l. extenſio: vt l. à Titio. ff. de verb. obl. Sed ratio, quę eſt in libello, ceſſat in exceptione. ergo. Quod ceſſet oſtédo. Pro quo aduertendum, quòd duplex eſt ratio, quare libellus non eſt neceſſarius. Prima eſt, vt actionis genus reo edat, & de ea clare certificet. ff. de eden. l. j. in prin. & C. eod. l. edita. & C. de lit. conteſt. auth. offeratur. Secunda ratio, vt iudex, qui ſuum officium non debet regulariter exhibere niſi ad partis poſtulationem: vt l. j. §. hoc autem. vt ibi plene per Bar. & l. cũ poſtulaſſem. ff. de dam. infe. ſecundum formam petitionis ſententiam formet. vt l. fundus. l. fi. C. de fidei. liber. alleg. Et propter primum requiritur, quòd taliter factũ narretur, quod actio & cauſa agédi ſpecialiter deſcribantur. vt c. dilecta. de iudi. cum ibi not. & c. j. & ij de libel. obl. cum ibi not. & c. iij. eod. tit. l. Propter ſecundum requiritur forma petitionis, vt in iuribus alleg. modo ad propoſitum dico primo, quòd ratio locum habet, ideo opus eſt factum aliter declarari, quòd ex eius declaratione reſultet materia bona, & ſufficiens ipſius exceptionis. Et illud eſt, quod voluit Bar. in d. l. j. de excep. in iiij. quæſt. Et ita procedit, quod habetur ff. de ſtu. l. habeo. & quod not. Ioan. And. in d. c. pia. ſuper ver. ſpeciem. Secundo dico, quòd ſecunda ratio nõ habet locum in excep.
6 quia † exceptio tendit ſolum ad elidendum intentionem actoris, vt pro eo non pronuntietur ſecundum formam ſuæ petitionis, & vt reus ab ipſa actoris petitione abſoluatur. vt l. ij. in prin. ff. de except. Modo ad iſta conſequenda reus non habet neceſſe petitionem porrigere, quia ſufficit actoris petitio, quia ſuper ea iudex ſuam ſententiam abſolutoriam formare debet, ſi reperiat actoris intentionem non probatam, vel per exceptionem eliſam. not. pulchre Inn. de offi. deleg. cum contingat. Si ergo ratio legis loqueretur in libello, quo ad petitioné in exceptione ceſſet. ceſſabit legis extenſio, vt prædictum eſt, ergo, &c. Si tenerentur not. Io. j. quæſt. iiij. quia præſulatus, & per aliquos alios in cap. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & ibi tangit aliqualiter Ioan. And. in nouel. faceret pro. Item ſi teneretur opin. Innoc. poſita in d. c. vno. de lit. conteſt. quam tamen reprobat Hoſtien. & tangit ibi Ioan. And. in nouel. etiam faceret pro. Secunda concluſio, quo ad hoc, eſt iſta: quando ad partis actricis inſtantiam ad videndum pro ipſa parte actrice certum articulum iudicialiter expediri, & reo eſt certus terminus aſsignatus, & reus comparens in termino dat certos articulos, & poſitiones, quorum materia ſi probata foret, eſſet ſufficiens ad elidendum intentionem actoris circa articulum illum, quanquam ad multos alios fines materia talis dari poſsit, & quanquam reus ita dando ſe an aliquo non declaret, nec aliud dicat: cenſetur tamen ſpecialiter hoc caſu dediſſe ad iſtum finem, videlicet excipiendi, ne ille articulus ſecundum intentionem actoris expediatur. In iſta concluſione concordat Barr. in dicta l. j. iij. quæſt. iij. Et ita intelligo eius dicta, licet ratio eius mihi non placeat, vt prædixi. Ratio huius concluſionis eſt, quia
intentiones † ipſorum agentium ſecundum natu- 7
ram ſubiectæ materiæ, de qua agitur conſiderandæ ſunt. & recte probatur. in l. vulgaris, ſi vno anno. in princ. ff. de loca. cum concor. fac. de fide inſtru. cum inter dilectus. §. cæterum. & de ord. cogn. cum dilectus. & de teſta. ſi pater. lib. vj. not. Cyn. C. de prædi. rura. l. fin. lib. x. Modo in iſto termino non agitur in ſuppoſito, niſi in huiuſmodi articulo, ergo quicquid tunc dicunt. vel faciunt partes: ad iſtum articulum ſolum referenda ſunt. Item in iſtu articulo interuenit actor, vt proſequatur ſuam illius articuli expeditionem: reus vero, vt eam impugnet. Modo
† arma reorum impugnatiua actoris ſunt exceptio- 8
nes. vt inſtit. de except. in princ. ergo animo impugnandi, & per conſequens excipiendi videntur dictæ poſitiones, & articuli eſſe dati. Et per iſta reſponſum eſt ad duas rationes in contrarium allegatas. Dixi in concluſione, prius tamen non citata, &c. quia ſi prius eſſet citata, adhuc ſibi obſtaret termini lapſus. vt cap. coram. de reſtit. in integ. & cap. paſtoralis. de excepr. cum ſimil. Caue tamen, quòd nõ allegetur nullitas excommunicationis ex defectu iuriſdictionis, quia tunc exceptio de re iudic. vel offenſa manifeſta admittenda non foret, niſi primo manifeſte de iuriſdictione conſtaret, vt pulchrè not. Innoc. in cap. ſolet. alleg. in glo. ſua magna additionali, poſt princ. ſecundæ col. & ibi ratio, cui iudicio meo reſponderi non poteſt. & hoc ſequitur in concluſione infra proxime ſe.

CONCLVSIO DCCXXXVI.

De exceptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nomen rei iudicata non habet, niſi ſit lata à iudice competenti.*

2 *Sola iuriſdictionis negatio an faciat iuriſdictionem dubiam*

3 *Deductio exiſtentia iuriſdictionis debet notorietatem continere.*

4 *Fama & communis opinio non habent originem à certa ſcientia.*

Fallit in paſsione Chriſti. & num. 5.

PEtitioni abſolutionis ad cautelam non bene opponitur except. rei iudic.[a] vel exceptio manife- a
ſtæ offenſæ ex ſola non petitione rei iudic. cõtractę, in caſu videlicet, vbi ex defectu iuriſdictionis, vel erroris. vel expreſsi nullitas allegatur: vel quia poſt appellationem legitimam dicitur excommunicatio lata per illum, cuius iuriſdictio non negatur, ſed potius à partibus approbatur, & per conſequens non ſufficit in exceptione deducere exiſtentiam iuriſdictionis, ſed oportet vltra deducere notorietatem iuriſdictionis euſdem, quóſque ad deductionem notorietatis huiuſmodi non ſufficit deducere exiſtentiam, & exiſtentiæ publicam vocem, & famam ſimul. Iſta concluſio habet tres partes. Prima pars eſt Innoc. in cap. ſolet. & ibi ratio, cui iudicio meo
non eſt reſponſio, quia † ſententia nomen rei iudica- 1
tæ non habet, niſi ſit lata à iudice competenti. C. ſi non à compe. iudi. per totum. Aut enim conſtat manifeſte de iuriſdictione, aut de non iuriſdictione: aut non conſtat manifeſte de vno, nec de altero, ſed dubium

dobium eſt. Primo caſu non poteſt peti hoiuſmodi abſolutio ex defecto iutiſdictionis, cum de ea conſter manifeſte. Nec ſecondo caſu, cum tunc de nollirate excommunicationis conſtet manifeſte. Tertio ſolo caſu, videlicet, cum de iutiſdictione dubitatur, eſt locus petitioni huiuſmodi. Sed tertio caſu non poteſt dici res iudicata manifeſta. nec per conſeqnẽs offenſa non parendi ei, qoia nullo modo ſciri poſsit, an ſit res iudicata, niſi ſciatur iuriſdictio illius, qui eam tulit. ergo nec vnius ſine altero poteſt eſſe noti-
2 tia maoifeſta. Caue tamen, qoia, an † ſola iutiſdictionis negatio faciat iuriſdictionem dubiam, eſt videndum. Circa quod dico ſic, quia aot intentio negantis fundata eſt ex diſpnſitione iuris communis, & tunc ſola negatio facit rem dobiam, quia probabilis, imò iam probata: vt ſi ille, qui de iure commuoi non eſt iudex, excommunicauit: & ita procedit l. iij. C. qui. ad liber. procla. non licet. Aut econtra iotentio iudicis, & eius iuriſdictio fundata eſt de iure commuoi, & tunc negatio eſt improbabilis, & per conſequens non facit rem dubiam, ſecundum not. Cyn. C. de procur. l. j. Et hoc verum, niſi allegaret, & probaret exceptionem ſaltem ſemiplenã, & tunc redderet iuriſdictionem dubiam, & per conſequens oon rem iudicatam, & offenſam. not. Cyo. in d. l. j.

¶ Seconda pars couclusionis noſtræ non ponitur expreſſe per Inno. & vnum ſupponit, & aliud diſponit. Supponit enim. quòd etiam ſi ioriſdictio negetur per peteotem abſolutionem ad cautelam, nihilominos tamen poteſt excipi de re iudicata, & manifeſta offenſa, dummodo in exceptione exiſtentia iuriſdictionis dedocatur. Secundo diſponit, quòd
3 deductio † exiſtentiæ iutiſdictioois debet notorietatem contiuere. Primum patet. Tum quia tex. dicit contra petentem abſolutionem ad cautelam, vult ſimpliciter poſſe excipi de manifeſta offenſa, & re iudi. ergo & poterit iſto caſu: aliàs eſſet dicere, quòd ſola negatio vnios partis tolleret ius alterius, quod eſſet iniquum. Tum quia hoc caſu ceſſat ratio Inno. quia conſtito de iutiſdictione eius, non ceſſat ratio, vt dixi. Pręterea quia ſatisfit iuri, cum talis exceptio infra octo dies ſit probanda. & ita ooo plus impediretur proceſſus, quàm aliàs. ergo, &c. Secundo patet, vbi quis habet probare notorietatem, non ſufficit probare veritatem, vt ipſe Inno. ponit in caſu noſtro in d. cap. ſolet. Modo hoc caſu probanda eſt notorietas. ergo, &c. Tertia pars concluſionis, quæ fuit valde dubia apud multos, & quaſi apud maiorem partem, apud me eſt ſatis clara. Nam non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. neque natales. l. non epiſtolis. & l. ad probationem. C. de probat. licet modo hoc ſit bene, quòd nihil poteſt notorium eſſe, niſi verum: vt not. Innoc. in cap. tua. de cohab. cler. & mu. tamen poteſt aliquid eſſe verum. & de illo eſſet publica vox, & fama, & tamen non eſſet notorium. Ratio eſt, quia vt not. Innoc. io d. cap. tua. iſta eſt differentia inter communem opinionem, & publicam famam. Et dicit Innoc. de verb. ſignific. veniens. ad fi. in ſe dicitur continere manifeſtum, &
4 notorium, quia † fama, & communis opinio non habent otiginem à ſcientia certa, ſed plerunque à ſuſpicatione ſola, & incerto authore. vt de conſecr. diſtinct. iij. cap ſtatutum. aliàs ſanctum. Sed manifeſtum, & notorium ſemper procedunt à ſcientia certa: non dico vnius, vel doorom, ſed totios populi, vel maioris partis. Hinc eſt, quòd licet teſtimonium ſuper notorio ſit ſuper ſcientia certa, tamen teſtimonium ſuper communi opinione eſt ſolum ſuper credulitate. Ideo licet communis opinio poſsit eſſe de longe præteritis, tamen notorium non eſt, oiſi de præſentibos, vel proxime præteritis. vt not. Innoc. ibi in d. cap. veniens. Fallit, quando † hu- 5
iuſmodi certa ſcientia eſt in memoria populi certitudinaliter reſeruata, ſicut de Chriſti paſsione. Vide Ioan. Cal. in commento cap. veſtra. in deſcriptione notorij. Modo ad propoſitom, ergo poteſt eſſe verum, qood ponitur, & probatur per duos teſtes tanquàm verum, qoi nihil de notorietate ſcirent deponere, & probare, nihilominus cõmunem vocem, & famam per illos, qui de veritate dubitabant. imò per præmiſſa patet, quòd etiam idem teſtes poterunt deponere, videlicet de veritate, & fama, & nihilomious notorietatem igoorare, aliàs negare. per hoc credidi vnam abſolutionem cuioſdam domini, qui repulſus tali exceptione conceſſa fuerat, & à qua extiterat appellatum ſuſtioere, nõ obſtañ. quòd notorietas iuriſdictionis probaretur per duo inſtrumenta ſuper confeſsione partis facta iudicialiter confecta, qoia dicebator dicta duo ioſtrumẽta non probare, pro eo. quia licet pro ordinario producta fuiſſent, tamen pars non fuit citata ad dicendum contra, nec petita citatio huiuſmodi, nec negata, modo talis defectus per iudicem appellationis ſuppleri non poterit, obſtan. clem. appellanti. de appell. ſed qoaſi noo potui exaudiri, ſed non video cauſam.

a ¶ Exceptio rei iudicatæ. *Nota quòd exceptio rei iudicata non poteſt opponi. quando ſit ſuper eadem re, & quando eſt ex eadem re, & quando eſt ex eadem cauſa, & eadem perſona.*

CONCLVSIO DCCXXXVII.

De præbendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Recepti auctoritate apoſtolica in canonicos, iure ſuæ receptionis, & ratione ſui canonicatus præferuntur omnibus & alijs alia auctoritate venientibus, & collatio alteri facta eſt nulla.*

2 *Cui competit optio, electio, vel acceptatio extraiudicialis, etiam ſi in termino, ad id faciendum ſibi præfixio, ſit negligens, nihilominus poſt terminum re integra id facere poteſt.*

CAoooicus ſub expectatione præbendæ papalis poſt menſem poteſt præbendam vacantem acceptare, dummodo res ſit integra, vt quia non ſit collata alteri, nec ſit alios impetrans apoſtolicus, cui non currit dictos menſis. Contra concloſionem videtur cap. ſi clericus. de præben. lib. vj. à contrario, quia io eo, quod dicit, quòd poteſt aliam vacaturam acceptare, de ea, in qua fuit negligens, negare videtur, arg. ff. de iud. l. cum prætor. cum ſimil. Præterea, quia hoc videtur tenere glo. in clem. com ei quem. de conceſſ. præb. in fi. vlti. glo. Sed pro concluſione eſt glo. in d. cap. ſi clericus. & probatur ratione, quia
† recepti auctoritate apoſtolica in canonicos iure 1
ſuæ receptionis, & ratione ſui canonicatus in præbendis vacantibus omnibus, & alijs alia auctoritate venientibus præferuntur, & eas vacantes, vt ſibi debitas, petere poſſunt: & ſi petant collatio alteri

poſtea facta nulla eſt ipſo iure:vt cap.eum qui.& cap.
ſi qui.& cap.ſi poſtquàm.de præb.lib.vj.& de reſcr.
tibi qui. lib.vj. Nec mirum, quia hic ſunt duo iura
in eadem perſona concurrentia , videlicet receptio-
nis , & canonicatus , & vires literarum apoſtolica-
rum,ergo habetur perinde,ac ſi in diuerſis perſonis
reſiderent.vt l.tutorem.ff.de his,quib.vt indig. Mo-
do ita eſt , quòd ſi non haberet , niſi canonica-
tum,abſque temporis limitatione prębendam nolli
alij de iure debitam petere poſſet.ergo,&c. vt in iu-
ribus allegatis. & cap.ſi clericos. alleg. Item probat
2 ratio. nam cui iure ſuo competit†optio,electio, vel
acceptatio extraiudicialis, ſi præfigitur ſibi termi-
nus ad hoc faciendum , & in illo ſit negligens,poſt
terminum re integra poteſt id facere. ff.de opc.leg.
l.mancipiorum.& cap.ſi tibi abſenti.de præb.lib.vj.
& quod not.Inn.in cano.quaſi recte ſimile.de elect.
cum in cunctis.in glo. dum menſium.in fi. Dixi: in
extraiudicialibus, propter hoc,quia in iudicialibus
eſt contrarium, propter iudiciorum auctoritatem,
quando tamen terminus peremptorius ſtudioſe aſ-
ſignatur.vt de reſtit.in integr. cap.coram. & de ex-
cept.paſtoralis. Et dixi ſtudioſe,propter not.mea in
vna conclu.ſuprà. licet etiam in iudicialibus non ſit
hoc clare expeditum Nec obſt.cap.ſi clericus.quia
intelligitur,dum ſubauditur,videlicet, ſi iam alteri
collata erat, quod finis literæ innuit.& vt iura iuri-
bus,& rationi concordent. Glo.vero clemen.intel-
ligatur eodem modo. Vel cum eſt alius impetrans
aut reſpecto habito ad vires gratiæ. Dico tamen,
quòd executor non poteſt prouidere obſtante for-
ma mandati.vt cap.ei cui.de præb lib.vj. Si enim ad
gratiæ totalem extinctionem hoc determinat.cap.ſi
clericus. fortius quo ad ſpeciei de genere ſubtra-
ctionem,quia quo ad alios gratia remanet firma, &
ita non agitur de præiudicio tantum. Pro conclu-
ſione facit bene not. argum. in d.cap. ſi clericus. &
cap.ſi tibi abſenti. alleg.

CONCLVSIO DCCXXXVIII.

De prabendis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante praiudicio , ceſſat ratio prohibitionis, & infectionis.*

2 *Conceſsiones priuilegiorum licet recipiant interpretationem reſtrictiuam & limitatam,non tamen recipiunt interpretationem deſtructiuam.*

3 *Reſcriptum gratioſum per quod praiudicium alteri afferatur, an ſit ſemper inualidum.*

4 *Collationes beneficiorum ſunt actus legitimi.*

5 *Conditio appoſita in poteſtate granati , videtur granato data poteſtas etiam non implendi.*

6 *Gratia ſolum refertur ad ea , qua de iure communi non competunt.*

SI quia tu obtinens præbendam Rothoma. ob-
tinuiſti gratiam à papa de præbenda Pariſienſi
certo modo vacatura, te offerens in aſſecutione Pa-
riſien. dimittere Rotho. impetraui tuam præben-
dam Rothoma. dum ipſam vacare contingat , per
aſſecutionem antedicta.& poſtea à papa impetrauſ,
quòd poſsis dictam præbendam permutare cum
alio beneficio,& nihilominus præbendam Pariſien.
aſſequi de mea impetratione mentione non facta,
huiuſmodi impetratio tua ſecunda eſt nullius mo-
menti, tanquàm ſurreptitia. Sed contra concluſio-
nem videtur primo,quia cum principis priuilegium
late interpretando vergeat in alterius præiudicium,
ſeu aliquo caſu vergere poſſet,ſed ſtricte reſtringē-
do ad certum caſum, in illo valere poſſet abſque al-
terius præiudicio,non eſt tunc nullum ipſo iure,ſed
valet. Sed reſtringitur ſic,vt non præiudicet.Sic lo-
quitur c.tibi qui. & cap.quamuis. de reſcr. & c.cum
in tua.de conſuet.lib.vj.& cap.ſuper eo.de offic.de-
leg.c.licet in corrigendis.de offic.iud.ord. de auth.
& vſu pal. cap.ex tuarum.de deci.cap.ex multiplici.
Et ita loquitur l.ij. §.merito. & §.ſi quis à principe.
ff.ne quid in loco publ. Nec mirum, quia caſu,quo
ceſſat † præiudicium, ceſſat ratio prohibitionis , & 1
infectionis.ergo.&c. per iura communia , quæ ha-
bent , quòd ceſſante cauſa, &c. Modo tua ſecunda
impetratio,de quo ſupra,poteſt ſortiri effectū abſq;
præiudicio tuo iure impetrationis:videlicet in caſu,
in quo vacatio per modum per te expreſſum nō po-
tuerit euenire. Pone enim,quòd modus primus à te
expreſſus,per quem præbenda Pariſien. ſperabatur
vacare , erat per contractum matrimonij de Titio
eam obtinente fiendum. Iſte modus eſt reducibilis
ad impoſsibilitatem multis modis, vt ſi Titius effi-
ciatur profeſſus religionis. vt c. beneficium. de reg.
iur.lib.vj.vel in ſacris ordinibus conſtitutus.vt cap.
vno. de voto. lib.vj. Vel renuntiet. vt c.ſuſceptum.
de reſcriptis. lib.vj. vel moriatur:quia mortuus non
contrahit.Vel ego primo moriar,vel renuntiem gra
tiæ meæ , quibus caſibus mea gratia poſſet ſortiri
effectum iſtum, videlicet , quòd etiam ſi mea impe-
tratio ex aliquo de capitibus prætactis non poſsit
ſortiri effectum,nihilominus per vnam regulam da-
tam in cancellaria. præbenda ipſa Rothomagenſis
remaneret affecta ſic quòd reſeruatio permutatio-
nis fienda in partibus impediretur , quod impedi-
mentum tollitur per conceſsionem dictæ tuæ ſe-
cundæ impetrationis, & iſte eſt magnus effectus,vt
videtur. Præterea apparet alius effectus maximus,
quia ſi præmoreretur , tolleretur impedimentum
oblationis , & mandati de dimittendo Rothoma-
geo.ergo,&c. Secundo hoc idem probo ſic,quia li-
cet†conceſsiones priuilegiorum,cuiuſmodi eſt iſta, 2
recipiant interpretationem reſtrictiuam , & limita-
tam, vt iuribus omnibus ſupra alleg. ff.de vulg. l.ex
facto.C.de teſtamen.l.ſi quando.de electio.cap.cum
eccleſia veſtra.de decimis.cap.ij. libro vj.de priuile-
giis. cap.abbates. & cap.ne aliqui. tamen non reci-
piunt ita interpretationem deductiuam. ff de lega.j.
ſi quando.ff.de verb.obligationib. l.quoties.ad mu-
nicipa. l.j. in fi.de verb.ſignificat. abbate. de priui-
leg. cap.motu. etiam ſi ſequi inde debeat aliquale
præiudicium tertij. vt cap.ad apoſtolicæ. de priui-
leg. lib.vj. cum ſimil. Ita intelligit glo. dictum §.ſi
quis à principe. vbi dicit,quòd modicum præiudi-
cium poteſt auferre, &c. Item not. in l. nec auus.
C.de emancip.libe.& l.quotiens. C.de præci.impe-
ra.offe. vbi hoc probatur, videlicet, modo hic per-
mitteret ex toto, gratia,& interpretatio, quam dixi
nullam , videretur præiudicium poſſe adferre , er-
go,&c. Pro concluſione tamen videtur argui ſic,
quia†reſcriptum gratioſum,per quod pręiudicium 3
alteri afferretur, a ab initio eſt inualidum,vt probant a

iura

iura allegata.& maxime in d.l.quoties & de reſcrip. conſtitutus. Non enim eſt, nec eſſe præſumitur de more ſeu de mente principis hoc.vt §.ſi quis à principe.& §.merito. & l.nec auus.allegat. maxime dum ignorat. vt ff. de pact.l.tres fratres. & de transact.l. cum Aquiliana. & l.ſed mater.C.de inoffic. teſtam. nam.iſta duo per gloſ. in d.cap.ſuper eo. modo ſic eſt hic. Nam gratia mea totaliter extingueretur, ſi tua ſecunda impetratio effectu præſens,& pura, præſentem ſortiretur effectum. Facta enim renuntiatione, ex cauſa permutationis tolleretur omnino ſpes vacationis expreſſa in literis meis, ergo, &c. Nam ſecundum hoc eſt omnino peremptoria, & non dilatoria iſta. Et ita recte habet locum l.quoties. allega. nec poteſt dici permutatio pendere ex futuro euen-
4 tu quia † collationes beneficiorum ſunt actus legitimi, qui non dependent.vt de elect.cap.ij.cum ibi not.lib.vj.& ex huiuſmodi penden.multa inconuenientia ſequerentur:præſertim in beneficiis habentibus curam, & excommunicati poteſtatem, quia ſic penderet excommunicatio contra cap.praeterea. de appella.& ibi notata per Innocen. Præterea quia non poteſt afferri præiudicium minus, videlicet dilatorium.vt cap.tibi qui.& cap.quamuis. alleg.ergo multominus peremptorium, quod grauius eſt.vt l. quoties.alleg. Et hæc ratio videtur fortis prima facie,ſi bene videatur. & inducatur cap.quamuis.per hoc patet primam rationem eſſe ſublatam,quia ipſa perremptio ſpeciei eſt præiudicium totale,quod ſtatim afferrur, quia permutatio non poteſt eſſe in ſuſpenſo, ſicut eſt dictum.nec obſt.ratio ſecunda,quia in perplexo melius eſt illi,qui iam haber non auferri, quam ei auferri, & alteri. dari. quia non deberet vnum altare diſcooperiri.vt aliud cooperiatur.vt l. aſſiduus.§.except.C.qui po.in pign. ha.& l.vt virtutum præmia.C.de ſta.& ima.quid dicendum?in contrarium fortiter facit, quia tu potuiſſes abſque alia impetratione ſuperioris dictam præbendam Rothomagen. renuntiare, & ſuperior renuntiationem admittere. & tamen per hoc ſolum mea gratia perimeretur ex toto, ergo ex impetratione non inſurgit mihi hoc præiudicium, & per conſequens ratione talis præiudicij ſurreptitia reddi non poteſt.Primum patet, quia papa mihi talem gratiam concedendo, non fuit intentionis, impedire te in renuntiando, nec ordinarium in renuntiationem recipiendo, nec tibi, nec ordinario talia iuris communis beneficia auferre.per iura ſupra alleg.Ideo tenent Ioan. And. Paul. & Gezel. in clemen. de reſcript.literas.quod propter gratiam vnio non impeditur.Quando enim conditio ponitur in poteſtate grauati diſpoſitio ipſa adeo debilis eſt, quòd licet grauato eam deteriorare. vt l. qui balneum.§.amplius.ff qui pot.in pig.ha. & cap.ſi pro te.de reſcript.lib.vj.Modo ita eſt de iſta, quia in poteſtate ſua erat aſſequi. Eo enim ipſo,quòd
5 † conditio apponitur in poteſtate grauati, videtur grauato data poteſtas etiam non implendi.vt l.cum ab eo.verſi.ſi vero ſub conditione.ff.de contrahend. empt. imò & contraueniendi.vt l.ſi gratuitam.§.j.ff. de præſcri.ver. Nec obſtant iura, quæ dicunt,quòd ſi per te ſtat.quominus habeas poſſeſsionem ſecūdi incompatibilis. &c. cap.commiſſa.de elect.lib.vj.& de præbend. licet epiſcopus.eo.lib. quia loquitur in eam prouiſo, qui voluntarie poſtquam prouiſioni conſentit, reſilire non poteſt. Nos loquimur in nondum prouiſo, qui ſolo conſenſu non poteſt reſilire. vt cap.ſi electo.de electio.lib.vj.& cap.gratiæ.de reſcript.in clemen. Nec obſt.quòd te obtuliſti dimiſſurum, quia plus facis, ſi ante dimittis. Nam licet primum neceſſarium, iſtud non neceſsitatum remanet voluntarium. Patet ſecundum dictum principale huius articuli per capi.ſuſceptum aliæ.de reſcript.lib.vj. Patet tertium dictum, ſcilicet modus, ſeu conſequentia ipſius argumenti, quia † gratia in 6
dubio ſolum refertur ad ea, quæ de iure communi non competunt.vt capit. cum aliquibus.de reſcript. lib.vj.& cap.licet.de offic.ordina.& ff.ad municip.l.j. Modo de iure communi competit facultas renuntiandi, licet non permutationis impetratio, ergo non ad renuntiationem.ſed ſolum ad permutationis conſummationem referri debuit impetratio, & ſi referretur ad id, quod de iure communi alias competeret ſurreptitia vocari non poſſet. Sed dices, quòd, quia renuntiatio fit cauſa permutationis, & propter eam fit.quod aliter non fieret,non ipſa renuntiatio.ſed permutatio eſt attendenda.Nam quando vnum propter aliud attenditur, ſolum id propter quod,& reputatur ſolum vnum.vt l.ſi.ff.de dona.& l.filio ff.de condi.& demon.tu cogitabis.

a ¶Præiudicium alteri afferretur. *Nota, quòd præiudicium alteri affertur, ſeu contra alterum committitur, quando lite pendente pro altero ſententiatur, & quando vna parte abſente altera auditur, & quando quis contra ius condemnatur, & quando quid furtiue vſurpatur, item per quodlibet factum iniurioſum.*

CONCLVSIO DCCXXXIX.

De probationibus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio cum reputatione dominij an præſumptionem ſufficienter inducat.*
2 *Traditio iuſta, cauſa traditionis vera poſſeſsio, & amiſsio poſſeſsionis, requiruntur vt quis probet ſe verè dominum.*
3 *Iuſtus error quis dicatur.*
4 *Dominium an ſine traditione transferri poſsit.*

SI à te vendico [a] caſtrum,quod poſsides.& quod nunquam ego poſſedi, tanquam ad me pertinēs iure dominij,vel quaſi,& probo per teſtes,quòd pater meus poſſedit, ac dum vixit, habitus, & reputatus fuit pro domino publice, & communiter,ac notorie,non ſufficeret, probo ita,quòd abſolui debes à petitione mea,niſi aliud proben. Ratio eſt. Aut diceres hoc caſu dominium eſſe probatum, aut quaſi. Sed neutrum potes dicere,ergo,&c. Primo non potes dicere, verum dominium eſſe probatum, quia licet illud ſit opinio Placen.quòd poſſeſsio † cum tali 1
reputatione dominij præſumptionem ſufficiēter inducat. per l.litibus. & l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi. lib.x. & l.Titia.ff.de ſolu. Tamen doct. eam reprobant. in l.cum res.C.de proba.per Cyn.& Barto.in l.quidam in ſuo.in fin.ff.de condit.inſtit.Vbi glo.de hoc tangit. Vbi dicit Barto.in effectu, quòd vbi dominium reducitur principaliter ſiue per actionis, ſiue per modum exceptionis, poſt actoris intentionem iam fundatam, oportet plene probare: nec ſufficit poſſeſsio, vel fama, vt ff.de rei vendicatio. l. in rem. & l. is qui deſtinauit. & l.ita ſi fur ff. ſi

cert. pet. & C.de non nu.pecu.l.j.& quod ibi not.&
C.de proba.l.ſiue poſsideris.& quod not.eo.tit.l.iiij.
l.cum res. niſi cum agitur contra violentum. vt l.ſi
quis empt.C.de preſcrip.xxx.ann. Secus ſi inciden-
ter,&c.vt no.l.ſicuti.§.ſi quęratur.ff.ſi ſer.ven.& d.l.
quidã in ſuo.& faciunt no.Cy.C.quæ ſit lon.conſue.
l.ij.in iiij.q.princ.in fi.ij.q.nec obſt.ff.ad leg.Aquil.l.
item Mela.§.pen.quia & de contrario conſtabat, &
hoc ſi poſitio præſens eſt.Secus enim ſi de præterito,
vt in caſu noſtro.& l.quæ nondum ſunt.§.quod di-
citur.ff.de pig. & quod no.C.de ſolu.l.mater.& not.
Cyn.in d.l.cum res.& quæ ſolent not.per doct.inſti.
de act.§.item Seruiana.Item ſecus,ſi per modum ex-
ceptionis ante fundatam intentionem actoris,quia
tunc poſſeſsio ſufficit.vt l.ob maritorum.& ibi glo.
C.ne vxor pro marito.de priuileg.fiſci.l.j.& ibi gloſ.
facit de ſol.l.Titia.& l.litibus.hic alleg. Sic intelligi-
tur no.in l.cum res.& l.iiij.de proba.C.& l.at qui na-
tura.§.ſi cum.ff.de neg.geſt.ſecũdum eum.Item non
potes hoc dicere de quaſi dominio cauſato primo in
perſonam patris, & tranſlato etiam abſque aditione
in perſonam filij.vt l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu.Aut
de quaſi dominio creato de nouo in perſonam filij.
Sed neutrum dici poteſt. Primum enim dici non po-
teſt. Nam quatuor in citatione huius actionis neceſ-
2 ſario requiruntur,ſcilicet traditio † iuſta,cauſa tra-
ditionis, vera poſſeſsio, & amiſsio poſſeſsionis. De
duobus primis, & de quarto eſt text.ff.de pa.l.j.& ij.
& iij.& per to.& §.aliæ.inſtit.de act. Tertium deter-
minant doct.in Cyn.in d.l.cum res.quia vſucapioni
æquiparantur.vt l.ſiue.§.hæc actio.ff.de publ.in qua
hoc requiritur.vt l.fi.ff.pro ſuo.licet fallat in caſu.vt
l.ſi ergo.§.partus.ff.de pub.& l.ſed & ſi res.§.ſi pe-
tenti.& l.ſiue autem.in princi.& §.j.& ij.ff.de pu.&
ibi eſt aliquod,quod loco traditionis habetur.Modo
licet hic probetur poſſeſsio,non tamẽ probatur tra-
ditio facta ex cauſa. ergo nec valet depoſitio cõmu-
nis opi.& famæ: tum quia illa non refertur ad quaſi
dominium probãdum, ſed ad dominium,& in illius
probatione eſt ſufficiens ſecũdum omnes.tum quia
ſi ad quaſi dominium, vel eius vera principia refer-
retur,tamen plenam probationem non faceret,cum
vix valeat ſemiplenam. ſecundum not.ff.de teſti.l.iij.
§.eiuſdem.& per Spec.tit.de fama. Sed diceres forte,
quòd iſta communis opinio,reputatio,& fama facit
communem errorem qui habetur loco tituli.vt ff.de
publ.l.ſed & ſi.§.Marce.& §.ſi à minore.& pro emp.
l.ſecunda.§.ſi à pupillo.& §.ſe.Sed non ob.leges præ-
dictæ, quia loquuntur, & intelliguntur de iuſto er-
3 rore.vt l.Celſus.de vſuca. iuſtus † autem dicitur er-
ror, quando ſubeſt iuſta cauſa errandi.vt l.nec vlla.
ff.de pe.hære.in prin.& patet in omnibus legib.alleg.
Modo quòd poſsidẽs, qui habetur pro domino per
omnes,& per publicam vocem, alius ab ipſo poſsi-
dente ipſum dominum reputans à communi opi-
nione, & fama, habet iuſtum errorem,cum ille tunc
in facto proprio erret.l.fin.ff.pro ſuo.Hinc eſt,quòd
licet poſſeſſor poſsidentis poſſet illam communem
reputationem ſi poſsideret, vel ſi à poſſeſsione ceci-
diſſet, ſibi pro titulo allegare. l.qui in alterius.ff.de
regul.iur.tamen ipſe poſſeſſor,vel eius perſona hoc
allegare nõn poteſt. per prædicta.& hanc diſtinctio-
nem ponit in effectu pulchre Bart.ff.de vſu.l.Celſus.
Secundum vero membrum principale dici non po-
teſt, tamen æquiparatione ſuppoſita publicatione,
& vſucapione.de qua ſupra per l.nihil.C.de hæred.
tamen quia licet in tranſlatione dominij. & per con-
ſequens quaſi dominij. Fallunt regulæ,quia traditio
non requiritur.vt l.cum hæredes.ff.de acquir.poſſ.
in princip. l.fin. C.communia de leg.l.cum pater.§.
ſurdo.& l.legatum. de leg.ij.cum in creatione noua
dominij, vel quaſi dominij non reperio eas fallere.
Nec obſt.l.cum ſponſus.§.is cui.ff.de pub.quia debet
intelligi vt ibi not. in princip.gloſ.per l.ij.eod.titu.
nec obſt.quo in eo.§.not.in fin.quia illud reſiſtit in
prima,& ita tenet Ioan.licet Pet.& Ioan.Vaalin con-
tra, de quo per dictum Ioan.Vaalin in repetitione,
quam fecit de §.petenti.in l.ſed & ſi.ff.de pub.De hoc
tamen diſputat gloſ.ff.de pub.l.ij.& iij. Prætera ad-
uertendũ eſt, quòd ius Publicianæ eſt valde debile.
Et ideo ſublato ſibi pede fortiori, imò quaſi ambo-
bus pedibus, & quaſi totali ſuo fundamento,vide-
licet traditione ex iuſta cauſa, & poſſeſsione, non
mirum,ſi ruat totum,quia ſi nullum ius agẽdi nun-
quam competiit, nec mihi, nec authori meo, quòd
abſque principiis creari poterit, eſſet mirabile. Se-
cus in dominio, quod † fuit iam creatum, & quod 4
ſine traditione transferetur, & de quaſi dominio
idem, quia in perſona authoris verum ius dominij,
vel quaſi, & ius agendi rei vendicatione. vel Publi-
ciana iam competiit.ergo,&c. Vide tamen Guliel.de
Cug.& Bar.in iuribus proxime allegat. Et ita tenet
Bartol.vt proxime dictum eſt in l.j.ff.de pub.l.cum
ſponſus.§.is cui.

a ¶ Vendico. *Nota, quòd vendicare eſt coram iudice dicere, vel intendere rem eſſe ſuam, vel allegare. vt quando quis dicit, hæc res eſt mea. & eſt idem, quod intentare: ſcilicet ad hoc ſolum intendere, vt res ſua declaretur, & ſibi dominium applicetur.*

CONCLVSIO DCCXL.

De confeſsis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio partis aduerſæ in ſui præiudicium an plene probet.*

SI ad tui † defenſionem in caſu concluſionis pro- 1
ximè præcedẽtis dares etiam in euentum, ſi con-
ſtaret te poſsidere, dummodo conſtet de euentu,
quòd cum in patrẽ meum haberes forſan tanquam
comes in ſubditum ratione comitatus iuriſdic.ordi-
nariam, ratione diffinitiuæ ſententiæ per iudicem
tuum in patrem meum latæ propter delictum eius
per iudicem tuum prætenſum,in modum executio-
nis eiuſdem ſententiæ dictum caſtrum per dictum
iudicem tuum captum,& tibi applicatum fuerit,eo-
ipſo videris confiteri,quòd quantum in te eſt,repu-
taſti caſtrum iſtud ad patrem meum pertinere:adeò
quòd tua talis confeſsio vna cum atteſtationibus,de
quibus cauetur in concluſione proxime præcedenti,
ſatis probãt caſtrũ ad me de iure dominij, vel quaſi
pertinere.ſic quòd debeo coram te ſententiam adiu-
dicatoriam obtinere,niſi doceas ſententiã iuſte latã:
quia vſus iudiciorum obtinuit, quòd ſola credulitas
partis cõtra quã ſufficit abſq; alia probatione.Ideo
talis reſpõſio de tali credulitate facta poſitioni ple-
nam confeſsionem, & de vſu iudiciorum operatur.
Ratio, quia veniens contra talem credulitatem ca-
lumniaretur, & ita veniret contra calumniæ iura-
mentum, & ſic ſuam turpitudinem proſequeretur,

&

& per cóſequens non eſſet audiendus.vt l.eum pro-
fitearis.C.de reuoca.dona.& l.ſi creditoribus.C.de
ſeruo pign.da.mor.Modo talis allegans titulum ſuæ
ſententiæ allegat ſe habere cauſam, & titulum ab
authore, & per conſequens ſe credere authori ius
competiiſſe, aut ſe iniuſte detinere.vt l.fin.C.vnde
vi.quod eſſet turpe dictum, vel allegatum. Et per
hoc reſpondetur ad l.à diuo Pio.§.ſuper his.ff.de re
iudi.& ad illud generale:non probat hoc eſſe, quòd
ab hoc contingit abeſſe.cum ſimili.Et in hoc omnes
vnanimiter concordauerunt me aperiente.prædicta
intellige vera,niſi dicta poſitio per partem aduerſam
eſſet negata, quia tunc non poſſet ſe iuuare de ea.vt
not.Ioan. Monach.& Archidia.& Ioan.Andr.in no-
uella.de confeſ.cap.ſtatuimus.lib.vj.tamen ſi negata
fuiſſet, primo poſſet negatio declarari. & declaran-
do reuocari.vt not. prædicti docto.in loco præalleg.
Et ita fuit conſultum.

CONCLVSIO DCCXLI.

De feudis. De dona. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſideratio & contemplatio proprie refertur ad mentem.*
2 *A primaria verborum ſignificatione contra communem conſuetudinem non receditur.*
3 *Nati ex damnato coitu an ab omni prorſus beneficio excludantur.*
4 *In beneficio an fienda interpretatio.*
5 *Differentia inter contractus nominatos & donationem ob cauſam.*
6 *Lex fauorabilis,imo nec odioſa, non reſtringenda.*
7 *Feudi donatio pro ſeruitio certo an ſit donatio.*
8 *Abſenti donari an poſſit,ſine intermedio epiſtola.*
9 *Verbi, poſſe, explicatio.*
10 *Falſa demonſtratio non vitiat ſtipulationem.*
11 *Inferior à principe non poteſt diſponere contra legẽ.*
12 *In feudo non ſemper requiritur ſucceſſio hereditaria vniuerſalis ſed particularis,& ex pacto.*
13 *Spurij an poſſint inueſtiri de feudis, & ad honores promoueri.*
14 *Liberi affinibus in ſucceſſione præferuntur.*
15 *Illegitimi affinibus in ſucceſſione præferuntur.*
16 *Naturalis affectio ſanguinis plus in afficiendo imprimitur quam ciuilis & accidentalis.*
17 *Actus agentium vltra mentem eorum non debent extendi.*

SVppoſito quòd magiſter, & conuentus hoſpita-
lis ſancti Ioan.Hieroſolomi.donans certum ca-
ſale in feudum nobile pro certo ſeruitio P.de Iaco.
& ſuis liberis, & affinibus ſuis, & deſcendentibus
ab eis, adiiciens etiam hanc clauſulam in donatis:
cæterum volen. vos proſequi gratia ampliori ordi-
namus,& volumus ex certa ſcientia Catharinam fi-
liam veſtram, & alios filios veſtros naturales, & eo-
rum heredes, & eorum quemlibet in perpetuum
poſſe ſuccedere in dicto feudo in totum, vel in par-
tem, ſicut prædicti liberi,& affines.prout vobis pla-
cuerit ordinare. item ſuppoſito, quòd Catharina
erat ſpuria, & quòd ſciebant. item ſuppoſito, quòd
P.habebat filiam legitimam Ioannem, quam dedit
in vxorem Gregorio de Leone,ſibi in dotem conſti-
tuens medietatem dicti caſalis, & quòd Ioanna ha-
buit ex dicto Greg.Claram filiam legitimam,quæ
poſt mortem dictorum matris,& aui pro recompen-
ſatione amplæ dotis, quæ ſibi à Greg.patre diceba-
tur etiam conſtituta, eidem Grego.patri donauit,&
quitauit de conſenſu, & voluntate dictorum magi-
ſtri,& conuentus dictum totum caſale,& omne ius,
quod in eo habebat, & poſt deceſsit ſuperſtitibus
tamen Gregorio,& Catharina prædictis.Præmiſsis
non obſt.dicta Catharina præfato Grego.eſt in feu-
do,ſeu caſali huiuſmodi præferenda.Et ita pronun-
tiaui reuocando vnam ſententiam in contrariũ prius
latam.Pro videnda veritate huius cõcluſionis prin-
cipalis pono ſex concluſiones particulares,quæ ſe-
quuntur.Prima eſt,quòd licet iſta conceſsio directa
in perſonam Catharinæ ſuo caſu facta fuerit Catha-
rinæ in fauorẽ,& contemplationẽ dicti Petri patris,
tamen non cenſetur à dicto Petro, nec à ſubſtantia
eius, ſed potius ex dictis magiſtro, & conuentu, &
eorum ſubſtantia prouenire.Iunge notata in quadam
concluſione, per quæ oportet iſta modificare, quia
licet iſta ſit via brocardica,& plura habeat iura,pro
vtraque tamen parte iſta eſt veritas, quòd cum vni
donatur, legatur, vel promittitur, contemplatione
alterius acquiritur illi,cui relinquitur, non illi, cu-
ius contemplatione, &c. & ita cenſeri debet ff. pro
ſocio.l.qui ſocium.qui in eum.in fi.Et ita no.do.Bar.
poſt Gul.de Cu.ff.ſo.ma.l.ſi vero.§.item quicquid.in
materia ambaſiatorum. licet fallat in caſu, in quo
conſtat de contraria voluntate donantis,&c.videli-
cet, quòd donet alteri,cuius contemplatione vtilitas
acquiritur.Et hunc caſum ponit gloſ.in d.l.ſocium.
in fi. Nam tunc breui manu cenſetur tranſire de vna
perſona in aliam.vt l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.Secundo
caſu fallit,vbi recipiens recipit nõ vt ipſe,ſed quaſi,
vt perſonam alterius repræſentans. Et ita loquitur l.
ſi vero.§.item quicquid.ff.ſolu.matri.alleg. Et ita po-
teſt loqui à cõtrario.l.debitor.§.fi.ff.ad Treb.Tertio
caſu fallit. vbi recipiens eſt talis, per quem poſsit,&
conſueuit de iure communi acquiri illi, cuius con-
templatione,&c.Et ſic loquitur l.ſi plures.§.j.in ar-
rogatoria.ff.de vulg.& pup.ſub.& l.profectitia dos.
ff.de iu.do.& l.aditio.in princip.ff.de acquir.hære.&
quod no.in l.cum oportet.in princi.C.de bo.quæ li-
ber.& ff. de vſu leg.l.& ſi quid.ff.de acquir.rer.do.l.
liber homo. Et eſt ratio, quia cum ille poſsit alij ac-
quirere, & ſcit hoc donans, ſi mentem hanc habeat
donans, quòd ſibi quærat, poterit ſi quòd alij quæ-
rat,alij quæretur, modo ab eo, quod contempletur
quis,mens præſumitur, quia conſideratio,† ſeu con- 1
templatio proprie refertur ad mentem.& hoc, niſi
cõſtaret,quòd nihilominus vellet recipienti acquiri,
quia tunc non eſſet locus coniecturæ. l.continuus.
§.cum ita.ff.de verbo.obliga.Sed vbi non conſueuit
acquiri,etiã ceſſat iſta præſumptio, quia † veriſimile 2
eſt,quòd contra conſuetudinem communem,& vſum
quis in dubio non recedit à primaria ſignificatione
verborum.vt l.Labeo.ff.de ſuppel.leg. Vide qualiter
ſoluitur ad not.Bart.ff.de dona.cauſa mor.l.qui pre-
tio. quæ reuera tamen nihil faciunt, & ſolue per te.
Ex iſta concluſione infero, quòd licet dictus Pet.
de Iac. dictæ filiæ ſuæ ſpuriæ Cathari. forte de bo-
nis ſuis nihil donare poſſet. dixi forte, quia l.j.C.
de na.liber. licet ad hoc allegetur; hoc non probat:
quia ponit caſum ſpecialem etiam in filijs legitimis
locum habentem, ſcilicet in hominibus in certis

dignitatibus conſtitutis, ſuſcipientibus filios natu-
rales, vel legitimos ex mulieribus humilis ſtatus, vt
ibi patet, ſi forte hoc probatur. authen. licet patri. in
3 fin. eod. titu. ibi, cum dicit. ſed † qui ex damnato ſunt
coitu, ab omni prorſus beneficio excludantur. &
authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. cum multis ſi.
tamen non ob hoc vitiatur dicta conceſsio inquan-
tum dirigitur in perſonam ipſius Catharinæ, per
prædicta. Nam Catharina eſt talis, per quam non
poteſt acquiri, cum ſit ſpuria. Item quia hæc diſpo-
ſitio non eſt conſideranda pro tempore, in quo, ſed
potius in quo eius effectus dirigitur, videlicet poſt
mortem P. quo caſu omnis huiuſmodi fictio ceſſat.
argu. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſi
ſponſus. & C. de dona. inter vi. & vxo. l. quod ſpon-
ſæ. ff. de hæred. inſtitu. l. quod tempus. Item quia pro
tempore vitæ ipſius P. illa fictio non conſideratur,
quia fictiones ſic extra ordinariæ, & ſubſidiariæ, vbi
veritas reperitur, de fictione non curatur. per com-
munia iura. l. in cauſæ. cum ſimilib. Modo expreſſa
ordinatione ad eum pertinet, quandiu viuit, nec ex
pluribus cauſis ſimul pertinere poteſt. vt ca. inter di-
lectos. extra, de fide inſtrumen. §. cæterum. & ff. de
acqui. poſ. l. iij. §. ex pluribus. Item quarto, quia non
eſt veriſimile, quòd talem voluntatem, & intentio-
nem habuerit, per quam ex toto iudicium ſuum nul-
lum, & inefficax quo ad hoc redderetur. vt ff. de teſt.
4 mi. l. miles. Et quia in beneficio † non eſt facienda
interpretatio, vt res pereat. vt l. j. in fin. ff. ad munic.
capit. abbate, de verbo. ſignifica. & l. quoties. & l. ſi
quando. ff. de operis lib. Modo quo ad Catharinam
valere non poſſet aliquo caſu illo modo, ſed alio mo-
do ſecus, ergo, &c. Et miror quomodo ad tam per-
nitioſam interpretationem talis ſubtilitas Brocardi-
ca, & volubilis animum clare, vt videtur, à ratione
naturali abſtrahere poſſet. ita diffuſe ſcribo, quia ego
vidi vnum magnum dominum contra Catharinam
nimis in hoc ſe fundare, ſane de l. ſi pretio. ff. de do-
na. cauſa mortis. & notatur ibidem per gloſam, &
per Bartol. & de l. nec fratris. C. eo. vbi notatur. per
gloſ. & Cyn. ¶ Secunda concluſio eſt, quòd dicta li-
beralitas dicti magiſtri, & conuentus, ac etiam pa-
ctum dicti Petri pro ea recipientis potuerunt acqui-
rere dictæ Catharinæ, licet abſenti, & ſine nuntio,
vel epiſtola, ſeu alio ſimili miniſterio. De prima par-
te concluſionis caſum reputo in l. quoties. C. de do-
na. quæ ſub modo, in quo omnes doctores caſum
reputant, videlicet, quòd ſi dono tibi, vt in certum
caſum, vel poſt certum tempus veniat ad Titium in
fauorem mei donantis, & liberalitatis, quam facio,
datur Titio vtilis actio, & valet donatio reſpectu
ipſius. vt ibi not. Cyn. & per Ioan. Nicol. & alios. Nec
obſt. ſi dicatur, quòd eſt donatio ob cauſam. Pro
5 † quo ſciendum, quòd inter contractus nomina-
tos, & donationem ob cauſam de qua loquitur ti. C.
de dona. quę ſub modo. l. j. eſt longa differentia. Nam
donatio cui adiicitur aliquid, à donatione ob cau-
ſam diſtingui debet. Nam quædam eſt, in qua prin-
cipaliter attenditur liberalitas ipſius donantis, licet
adijciatur aliquod ſeruitium fiendum, quod tamen
non adiicitur principaliter, vt cum rei datæ pretio
compenſetur, quia tunc hanc liberalitatem exclu-
deret. vt l. fin. ff. pro dona. Sed acceſſorie. vt deſignet
quandam recognitionem liberalitatis impenſæ. Et
iſta eſt vera donatio, licet habeat onus. vt l. j. C. de do-
natio. quæ ſub modo. & l. ea l. C. de præſcri. ver. & ff.
de donat. l. j. & habet locum l. ſpecialis, loquens in
donationibus. ſi quis argentum. C. de donat. Et ita
not. gloſ. in dicta l. C. de donatio. quæ ſub modo. Et
non mirum, quia attenditur, quo ad veram, & pro-
priam denominationem, id, quod præponderat: &
principalius, & potentius eſt in actu, cuiuſmodi eſt
hic liberalitas. vt l. quæritur hermap. ff. de ſtatu hom.
& l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de au. & argen.
lega. & l. j. ff. de author. tut. alia poteſt dici datio ob
cauſam, vt illa, in qua cauſa æſtimatur, & compen-
ſatur cum donatione, & in qua liberalitas non con-
ſideratur, iſta non poteſt dici proprie ob cauſam, ex
qua oritur actio ex l. ſi quis argentum. & oritur actio
præſcri. verbis, vel in factum, & condictio ob cau-
ſam, cum multis aliis, & in perſona iſtarum habet
locum l. quotiens. quia proprie donatio eſt. Iſtam
rationem approbant doct. C. de dona. ob cauſam. l. j.
in diſſolutione vnicæ opi. ibi ſignatæ. & in iij. quæſt.
in fin. & idem ponit Cyn. C. de pact. inter empt. l.
cum te. Et idem videtur approbare Barto. l. j. ff. de
donatio. Lex † enim fauorabilis, imo nec odioſa, & 6
reſtringibilis contra propriam verborum ſignifica-
tionem, potiſsime eius ratione durante reſtringen-
da non eſt. vt l. pupillus. §. in re ergo dubia. ff. de iudi.
ff. de lega. iij. l. non aliter. ff. qui, & à qui. ma. non ſi. l.
proſpexit. Licet fateor, quòd in ſecunda ſpecie lo-
cum non habet, quia reuera donatio non eſt vt præ-
dixi. Modo † feudi conceſsio pro ſeruitio certo [a] eſt 7
donatio, in qua liberalitas principaliter attenditur. a
vt de feu. da. in vicem l. commi. cap. j. facit l. donatur.
C. de dona. Facit, quia legatum etiam onus habens
dicitur donatio, eo quòd onus excedit. l. creditori.
de lega. j. Facit ſecundum domi. Franciſ. id quod do-
ctores tenent in feudo agi condictione ex l. ſi quis
argentum. Et ita tenent Mar. Subli. quib. mod. feud.
conſt. poſt colla. x. qui eum. Nec debet dici, quòd l.
quoties. habeat locum in donatione cauſa mortis,
quia illud eſſet diuinare contra naturam tituli, in
quo ponitur. Domini tenuerunt ſaluo do. Corſieñ.
& do. Ber. quòd de æquitate canonica † abſenti do- 8
nari poteſt ſine intermedio epiſtolæ, ſiue nuntij ec-
cleſiæ, vt not. lo. j. quæſt. vij. quoties. & cum eis con-
cordat do. cardinalis ſancti Euſtachij allegãs pro hoc
duos text. videlicet extra. de procur. cap. licet. lib. vj.
alleg. not. Inno. de præben. cap. j. lib. vj. Secunda pars
dictæ concluſionis patet. Nam non ſolum paciſcen-
do ſuper re ſua poteſt quis contra cõmunem regu-
lam alteri quærere. vt l. Publia. in princip. ff. depoſiti.
& not. Bart. ff. de verborum obligat. l. ſtipulatio iſta.
§. in ſtipulationibus. ſed etiam idem poteſt paciſcen-
do ſuper re, quæ de proximo, ſiue ſtatim ſua futura
eſt. vt in feud. de benefic. fœminæ. cap. vno. Vbi pa-
tet, quòd fœmina, dum inueſtitur de feudo, poteſt
per pactum expreſſum ſtipulari pro ſe, & filiis, &
filiabus ſuis, licet alias nullo modo poſſet. Et ita te-
nent doctores, & poſt eos Bartol. ff. de verborum
obligatio. l. quod dicitur. ſecundo per l. debitor. §.
fin. ff. ad Trebel. & per l. Caius. ff. ſolut. matri. &
per l. pactum. C. de pact. quæ hanc ſecundam par-
tem, videlicet, quòd ſuper re futura mea poſſum
alteri prorſus extraneo ſtipulari, tenet. idem Bartol.
in dicta l. quod dicitur. in fin. per dictum cap. vnum.

Pro

Pro quo facit eod. lib. titu. fin. de feu. fra. cap. j. & de
duo. fratri. &c. capit. j. per eandem viam, ſicut cap.
vnum. de benefic. fœminæ. Tertia concluſio eſt,
9 quòd verbum, † poſſe, poſitum in dicta clauſula,
cæterum, non importat ſolum facultatem, ſed im-
portat diſpoſitionem. primo, quia ita eſt in vltimis
voluntatibus, ſecundum quod not. in l. ſæpe. ff. de
offic. præſi. per l. fideiuſ. §. ſi quis ita. ergo idem in
beneficiis, & donationibus, in quibus eſt eadem ra-
tio, quia procedunt ex voluntate vnius, & puram li-
beralitatem concernunt. arg. l. qui chirographum.
de lega. iij. & l. ſi ſeruus plurium. §. eum qui. de leg. j.
allegat domi. Franci. diſſolu. l. ſi quis fundum. ff. de
contrahend. empt. ad l. diuortio. ff. de verbo. obligat.
10 quam ponunt doct. quia falſa † demonſtratio non
vitiat ſtipulationem, quæ vitiat venditionem: & ita
donatio, & ſtipulatio, & non venditio æquiparantur
vltimæ voluntati, licet etiam venditio quandoque
æquiparetur. l. qui chirographum. de lega. iij. allegat.
iuncta l. falſa demonſt. ff. de condi. & demonſt. Nam
ſicut legatum fit amore, &c. l. non adiecit. ff. pro ſo-
cio. ita dona. l. donare. C. de dona. & feudum. de feud.
dato in vicem leg. commiſ. cap. j. in fin. allega. Item
hoc clare probatur, quia hoc poſſe, videlicet relin-
quendi ſpuriæ, non poteſt contra l. communem
dari à principe ipſi patri, ergo caſu, quo moreretur
pater ſine legitima prole, verba iſta ex toto effectu
carerent contra mentem donantis. quod dici non
poteſt. per prædicta patet quòd dari non poſſet. pa-
11 tet, quia † inferior à principe non poteſt diſponere
contra legem. vt l. nemo poteſt. ff. de lega. j. & capi. ne
Romani. in princip. de elect. in clemen. Veriſimile
autem eſt, quòd illi ſe referre voluerint ad poſſibi-
lem ſenſum: vt capi. inter dilectos. §. cæterum. de fide
inſtrumen. allegat. Item hoc probatur adhuc cla-
rius, quia voluit hoc poſſe, tale eſſe ſicut poſſe alio-
rum liberorum, & affinium, quia dicit ſicut prædi-
cti liberi, & affines. ſed nullus dubitat, quin illud
poſſe liberorum ſit diſpoſitiuum. ergo, &c. Præter-
ea, quia ſequitur in fin. licet non fuerit ſibi ſcripta
clauſula diſpoſitiua, in qua donat, concedit omni-
bus, &c. quòd verbum poſſe, etiam in contractibus
referatur ad diſpoſitionem. fa. l. j. ff. man. licet ſecus
in iudicio ſecundum mod. l. non quicquid. & l. ſæpe.
& fa. not. domi. Iacob. de Butri. in l. j. C. quomodo,
& quando iudex. Non obſt. l. quæ dicit, quòd pater
non poteſt filio ſuo inceſtuoſo aliquid donare: quia
dico, quod verum eſt de bonis propriis. Et ita lo-
quitur l. j. C. de na. lib. Sed quando poſſit ſibi pa-
ciſci de bonis alienis, caſu, quo poſſit paciſci, lex
hoc non dicit, nec eſt ad hoc extendenda, cum ſit
odioſa, & contra ius. ergo iſte caſus relinquitur iuri
communi, vel l. ſi cum dotem. in princip. ff. ſolu. mat.
ergo valet ſicut pro quolibet extraneo, per prædi-
cta. Quarta concluſio, quòd verbum ſuccedere, po-
ſitum in dicta ſchedula intelligitur de ſucceſſione
tituli ſingularum proueniente immediate ex dicta
conceſſione feudali, non autem de ſucceſſione hæ-
reditaria, & vniuerſali. Primo, quia in verbis du-
biis taliter facienda eſt interpretatio, quòd conue-
niat naturæ negotij, de quo agitur, & rei, ſuper qua
agitur, & perſonis diſponentibus, & in quas effe-
ctus diſpoſitionis procedit. vt cap. ſi pater. de teſt.
libro vj. poſſem iura pro ſingul. allegare, ſed gratia
breuitatis omitto. Modo ita eſt, quòd verbum ſuc-
cedere, vtramque ſucceſſionem proprie compre-
hendere poteſt, vt probatur ff. de fideicommiſ. libe.
l. non tantum. in princip. & ibi not. per Barto. Si igi-
tur ſit dubium, pro qua accipiatur, facienda eſt in-
terpretatio, de qua ſupra. Modo quòd conueniat
negotio, de quo agitur, patet quia in † feudum de 12
primæuo, & proprio iure non habet locum ſucceſ-
ſio hæreditaria vniuerſalis, ſed particularis, & ex
pacto, vt in feudis. qui feu. da. poſ. §. j. tamen quia
pactum, & non voluntas vltima hic verſatur. Item,
quia ſuper re ſingulari & non vniuerſali iuris di-
ſponitur, & tamen eſt vniuerſum ius. ergo, &c. &
ita patet, quòd conuenit etiam rei, ſuper qua agi-
tur. Item, quòd conueniat perſonis, patet quia
Catharina non eſt ſtabilis ad hæreditariam ſucceſ-
ſionem, ſaltem ex perſona patris. Item nec eam ha-
bilitare ad eam poterant diſpoſitionem, quia con-
tra legem legare, ſeu diſpenſare non poteſt alius
quàm princeps in caſibus ſpecialiter non permiſſis.
per lect. & no. qui fi. ſint legi. per venerabilem. not.
Innocen. de tempo. ordina. cap. cum dilectus. in ad ſi.
quam recitat ibi Ioan. in nouella & recitat Archidi.
licet canon. de elect. lib. vj. Item not. Innocen. de fide
inſtrumen. cum P. tabellio. & tamen in donatione
ſingulari facta ſibi à magiſtro tanquàm extraneo in
caſu ſuo omnia iſta ceſſant, quia tunc legitimatio-
ne, & habilitatione, & legalitate opus non ſit, quia
† ſpurij poſſunt bene inueſtiri de feudis, imo & ad 13
honores aſcendere: vt ff. de decu. l. ſpurij. Secundo,
quia in dubiis præſumendum eſt diſponentes re-
tuliſſe ſe ad caſum ſibi poſſibilem, non autem ad
impoſſibilem. per l. ſi miles. & §. cæterum. allegat.
& hoc maxime in donatione late interpretanda. de
dona. cum dilecti. de deci. cum ex parte. maxime, vt
valeat, & verba de aliquo operentur, per iura com-
munia, quæ ſuperius allegaui multa. modo ſucceſſio
ſingularis erat eis poſſibilis, & alia impoſſibilis, vt
prædixi, & hoc ipſi ſciebant, quia publicum erat, &
notorium, & ſupponitur. ergo, &c. facit bene pro
iſta ratione, & pro materia. l. hæredibus. §. vlti. ff. ad
Trebel. cum ibi not. maxime pro Catharina, vt ex-
preſſio aliquid operetur, ſecundum quoſdam, &
quòd ſucceſſio particularis ſit propria ſucceſſio,
probant iura infinita, quæ cauſa breuitatis omitto.
¶ Quinta concluſio, quòd verba illa ſicut prædicti
liberi & affines, poſita in dicta clauſula: cæterum,
ſic ſunt interpretanda, quòd ante affines ſuccedere
debeat Catharina, certum † enim eſt liberos affini- 14
bus præponendos: quod tamen probo ſic, quia iſta
verba: vobis, & liberis, & affinibus veſtris, & deſcen-
dentibus ab eis concedimus, non faciunt Petrum, &
eius affines, & ab eis deſcēdentibus coniunctos ta-
liter, quòd ſimul, & pro partibus ſint ſucceſſuri:
tum, quia hoc eſſet quaſi impoſſibile: tum, quia cer-
tum eſt ipſos ſaltem P. voluiſſe præferri: tum, quia
poſtea ſubiungit liberos, & affines ſuccedere debe-
re, ergo non voluerunt eos ſimul admittere. ex quo
ſequitur, quòd illa coniunctio, &, non notat illam
coniunctionem, de qua in l. re coniuncti. ff. de leg. iij.
& l. triplici. ff. de ver. ſigni. ſed notat ordinem ſecun-
dum quem ſuccedere debent. ſic ff. de vſufruc. l. quo-
ties. de hære. inſti. l. qui ſoluendo. & deſcendit ordo ex
præſumpta affectione, quā inducit ordo ſcripturæ,
qui

in ſeparatis capitulis, inter quæ ſequela non eſt neceſſaria, non valet argumentatio ab vno expreſſo ad aliud non expreſſum. vt l. fin. ff. de calum. not. Dyn. & poſt eum Bart. ff. de autho. tut. l. j. Ratio eſt. quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. vt l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probatio. modo quanquàm diſpoſuit hic pater de dote filiæ, non tamen ſequitur, quòd cogitauerit de Catharina, nec verba diſpoſitionis hoc neceſſario includunt, & tamen hic in alterius præiudicium, videlicet Catharinæ, non videtur lata interpretatio eſſe facienda: præſertim, quia in dubio non eſt credendum illum Petrum ſuam propriam filiam Catharinam Gregorio ſibi in nullo attinenti in caſu mortis ſuæ filiæ, & liberorum einſdem voluiſſe præferre. argum. C. de fideiuſ. l. cum acutiſſimi, maximè quia pro ſolo tempore ſuo poterit expreſsio ſuæ diſpenſationis formaliter ſe extendere, ergo nec vltra tacitè. l. ex publici. cum ſimilib. & l. ſi certum. cum ſimilib. Præterea, quia ſi verba in ſuo proprio ſenſu habent plenum effectum, non videtur fienda verborum extenſio ad effectum alium directè non comprehenſum de capite proprio, vt l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. modo hic verba in ſuo proprio ſenſu habent ſuum proprium & perfectum effectum. videlicet, quòd durante vita patris dos erit in iure Ioannæ, & poſt eius mortem conſiſtit in iure Ioannæ: & Ioanna mortua aperietur illi, qui habebit ſuccedere ex diſpoſitione primæua, nec aliud facere poterat ipſe pater, ergo, &c. Item poſſet induci, quia hæc verba poſſent ſuccedere in totum, vel in parte, notant ſubſtantiam ſucceſsionis. Et hæc verba: licet liberi & affines, modum, ſeu qualitatem ipſius ſucceſsionis: ergo verba immediatè ſequentia, videlicet: aut ſicut vobis placuerit ordinate, ſignant non ſubſtantiam, ſed modum, aut qualitatem, vt fiat relatio ad immediata. argum. ff. de poſtu. l. j. § deinde. & hoc ſignat verbum, alio modo. ergo non potuit priuare ſucceſsione Catharinam, nec in toto nec in parte, dico directè, licet poſſet ordinare an poſt, vel ante liberos vel affines, ſeu cum eis ſuccedere poſſet, & tamen hic dicendo aliter, quàm ſit dictum, eſſet Catharinam excludere omni caſu à medietate caſualis, videlicet, quia nullo caſu ad eam poſſet amplius admitti, ergo, &c. Item, quia ſi voluiſſet ordinare illo modo, veriſimile eſſet, quòd ordinaſſet de toto, ſicut non eſt veriſimile, quòd quis velit decedere ſolum pro parte teſtatus: & quia quis opus non debet velle relinquere imperfectum: probant communia iura. Tertia verò pars concluſionis minus eſt dubia, quia non debet eſſe in poteſtate Claretæ tollere ius ipſius Catharinæ ſine cauſa, nec debet eſſe in poteſtate donantium perfectam donationem reuocare, non allego, quia ſunt communia iura. Nec potes dicere, quòd Gregor. tanquàm pater Claretæ in feudo iſto ſuccedat, licet tanquàm affinis excludatur, quia tanquàm pater non includitur in ſucceſsione, niſi comprehendatur vt affinis: quia conceſsio non comprehendit niſi Petrum, & liberos Petri naturales, & deſcendentes ab eis, &c. modo nec eſt ipſe Petrus de liberis Petri, nec de deſcendentibus ab eis, ergo &c.

a ¶ Pro ſeruitio certo. *Quale ſeruitium teneatur facere vaſallus, dic ſecundum quod conuentum eſt, alias ſecundum quod natura rei requirit ex conſuetudine. alias ſtatur iure communi.*

b ¶ In habentibus ſymbolum. *De habentibus ſymbolum vide Panor. in cap. præſentata. de teſtib. & in cap. cum homines de deci. Et expone ſymbolum, id eſt ſimilitudinem. Nam vnum ſimile citius conuertitur in ſuum ſimile, quàm in ſibi contrarium, vel non ſimile.*

CONCLVSIO DCCXLII.

De reſti. in integrum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio etiam quo ad omnia.*
2 *Minor reſtituitur etiam contra tertium poſſeſſorem.*
3 *Perempta actio quandoque reſtituitur.*
4 *Patris per deportationem an filius perdat ius patriæ poteſtatis.*
5 *Donatoris iure reſoluto, reſoluitur ius acceptoris.*
6 *Vnum ius ciuile aliud tollit.*
7 *Reſtitutionis beneficium latam recipit interpretationem.*
8 *Quod noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis euelli non debet.*
9 *Variatio in principe vituperoſa.*
10 *Illegitimus per papæ legitimationem an reſtituatur legitimitati.*

CONcluſio patet ex diſputatione concluſionis proximè ſequentis. Pone ergo: papa propter delictum per vnum notabilem laicum Imperatori immediatè ſubiectum commiſſum contra Romanam eccleſiam, & ipſius papæ maieſtatem, illum nobilem priuauit per proceſſus ſuos omnibus bonis ſuis, & ea ſtatuit publicari, & debitores ab omnibus obligationibus, qui illi nobili tenebantur abſoluit: poſtmodum illi nobili reconciliato papa eum in integrum reſtituit, etiam quo ad bona, & dictos proceſſus ſuos factos contra eum reuocauit. Quæritur an dictæ obligationes feudalis, & emphyteoſis, quæ fuerunt aperta iam dominis, ſibi videantur reſtituta, & ſi non, an papa hoc ſpecialiter facere debet. Et videtur primò, quòd ſint reſtituta: quia † reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, etiam quo ad omnia. vt ff. de min. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & de vſuris l. videamus. §. infamia. C. ſi aduerſus tranſact. l. j. & ij. C. de ſent. paſ. l. j. §. vltimo. melius facit ff. de minor. l. an cauſæ. §. fina. cum l. ſequen. vbi † minor reſtituitur etiam contra tertium poſſeſſorem, &c. modo non fieret repoſitio in caſu, quo ad omnia niſi etiam fieret quo ad omnia feuda, & emphyt. ergo, &c. maximè, quia expreſsio facta eſt de bonis, quæ debet aliquid operari. arg. l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtr. & l. expreſſa. ff. de reg. iur. verba enim debent operari. vt l. ſi quando. & cap. ſi papa. facit l. fin. in fi. C. de ſent. paſ. vbi dicit, quòd reſtitutio debet eſſe omnium bonorum per ſententiam amiſſorum recuperatio. Secundò videtur caſus de ſen. paſ. l. caſus. vbi dicitur, quòd licet ille qui actionem ſibi competentem contra ſuũ debitorẽ in iudicio mouit, fuerit damnatus, ita quòd eius bona, & actiones fuerint confiſcata. iuxta l. ij. C. de vi priua. tamen, ſi fuerit poſtea beneficio principis reſtitutus in integrum, prædicta actio cenſetur ſibi reſtituta: non enim eſt nouum, quòd † perempta actio re- 1 2 3

ſtituatur, vt ff. de noxal. actio. l. ij. In fine. de facili
enim res ad natiuitam ſuam reuertitur, quod eſt
valde æquum. ff. de pact. l. ſi vnus. §. quod in ſpecie. &
ideo dicit lex, quòd ſi libertus fuerit naturalibus re-
ſtitutus in totum: ita quòd patrono ius patronatus
auſertur. ff. de nata. reſti. l. ij. facit, quia non eſt omni-
no falſum, quod nõ caret reliquiis veritatis. & l. cum
filius §. hęres meus. ff. de leg. ij. Item non videtur, niſi
quædam redditio, ſicut dicitur de filio emancipato
arrogato per patrem ff. de libe. & poſthum. l. filio. in
prin. Tertio principaliter hoc probatur, quia quan-
do propter mutationem ſtatus perſonæ perditur a-
liquod ius, ſi reſtituatur ille ſtatus, reſtituitur illud
4 ius: & ideo dicit lex, quòd † ſi mutatur ſtatus patris,
puta, quia deportatur, perdit filius ius patriæ pote-
ſtatis, & pater etiam: ſed ſi patri reſtituatur ſtatus hu
iuſmodi, recuperatur hincinde ius patriæ poteſtatis,
vt l. alleg. C. de ſen. paſ. induci poteſt. l. fin. ff. de adop.
& in iſta ratione videtur text. ff. de iure patro. l. ſiue
libertus. vbi dicitur, quòd ſiue libertus, ſiue patro-
nus deportatur, perditur ius patronatus, ac etiam
ius petendi bonorum poſſeſſionem contra tabulas
in bonis liberti. Item in eadem ratione videtur text.
ff. ad Tertu. l. prima. §. filius. vbi dicitur, quòd ſi mor-
tua matre, & per eius mortem filio tunc libero, &
ciui Romano eius hæreditate delata ipſe filius ante-
quam dictam hæreditatem matris adiret, damnetur
& efficiatur ſeruus pœnæ, & poſtea beneficio prin-
cipis reſtituatur, maternam hæreditatem recuperat
per eandem viam. facit l. iij. § fi. l. ſeq. ff. de bono. poſſ.
contra tabu. & l. j. §. j. alleg. §. bonorum. ff. ad Tertul.
5 Quarto principaliter, quia † reſoluto iure donato-
ris reſoluitur ius acceptoris. Ideo dicit lex, quòd ſi
creditor rem ſibi pignoratã pignori dederit, & poſt
ipſi creditori ſatisfiat, & ſic ius ipſius reſoluatur,
tollitur etiam ius illius, cui pignori dedit. C. ſi pi-
gno. da. ſit. l. ij. & per eandem omnia. facit in feu. de
controuer. inue. §. rurſus. Sed ius papæ damnantis
& priuantis eſt reſolutum per reſtitutionẽ. ergo, &c.
Quinto hoc probatur, quia cum per rei mutatio-
nem ius perditur, & res poſtea reſtituitur, ius illud
etiam cenſetur reſtitutum. Ideo dicit lex, quòd ſi
habeo in domo tua ſeruitutem ſtillicidij, & illa tol-
latur, perditur, ſcilicet ſeruitus, ſed ſi domus noua
reædificetur, ſeruitus etiam reſtituitur. ff. de ſeruit.
vrb. præ. l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie. §. ſi ſubla-
tum. ff. de ſer. ru. præ. l. vnus ex ſociis. §. fi. Sexto pro-
batur hoc, quia conſtat, quòd princeps à iure habet
hanc poteſtatem, quæ poteſt dici ipſius priuilegium
ſpeciale: videlicet quòd damnatos poſſit reſtituere
nedum quo ad pœnæ euitationem. vt C. de ſen. paſ.
l. inuiſibilis. & l. ſeq. & quatuor ll. præcedentibus.
imò etiam quo ad honorem, dignitatem, iurium, &
bonorum recuperationem. vt eo. titu. § tutor. l. caſus.
& l. fin. ergo ſemper intelligitur tacita conditio ſal-
tem reſolutiua: videlicet ſi princeps non reſtituerit,
vt in ſimili, ea quę ſperat contrahere dat dotem, non
poteſt remanere, niſi matrimonium inde ſequatur,
vnde intelligitur tacita conditio. ſi ſequatur. ff. de iu-
re dot. l. ſtipulatione. Septimo, quia qui vult vnum,
quod velle poteſt, videlicet, quòd reſtituatur ad
bona, videtur velle illud, ſine quo illud ſequi non
poteſt, videlicet quòd auferantur his quibus per
priuationem aperta erant, vt l. illud. ff. de acquiren.
hæredi. cum ſe. facit recte in ſimili: quia vbi prin-
ceps facit aliquid, cui poteſt impedimentum ob-
ſtare, etiam videtur illud impedimentum tollere
velle. vt ff. de excu. tuto. l. idem Vlpianus ſcribit. §. j.
in fine. Octauo, quia omnis res per eaſdem cauſas
diſſoluitur, &c. vt c. j. de regulis iur. & l. Stichum, aut
Pamphilum §. naturalis. ff. de ſol. Item, & † vnum 6
ius ciuile aliud tollit. §. fin. inſti. de legi. ag. tu. & l. eas
cauſas. ff. de capi. di. per priuationem & ſententiam
principis hæc aperta ſunt, ergo per reſtitutionem
illa tolli poſſunt. facit l. j. §. adeo. ff. de pact. l. videa-
mus. §. iurare. ff. de in litem iuran. facit, quia vſque
ad annum videtur res integra, ſicut in bannito, cu-
ius bona annotantur. vt l. fin. ff. de requi. reis. facit
etiam, quia hoc † beneficium reſtitutionis [a] vide- 7
tur late interpretandum, & eſſe manſurum. ff. de a
conſtit. princ. l. iij. & argument. C. de fundo limi. l. iij.
libro xj. Nono, de hoc videtur tex. in clemen. quo-
niam. de immu. eccle. cum ibi not. ſuper verbo. in-
fectis. Decimo hoc probatur, quia ſublato princi-
pali, tolli videntur omnia, quæ immediatè, & ac-
ceſſoriè ab illo dependent. vt l. non dubium. C. de
legibus. cum concor. facit in ſimili, quod notat
Ioan. And. de præbend. libro vj. c. ei cui. ſuper prima
glo. vbi no. quòd ſublato ſtatuto eccleſiæ, per quod
inducta fuit impetrantis inhabilitas, illa inhabilitas
etiam tolli videbatur. Ad partem contrariam alle-
gatur primo, quia poſtquam dominis aperta ſunt
feuda, & emphyteoſis, & debitoribus apertæ libe-
rationes, non videtur amplius res in eodem ſtatu: &
ideo non videtur, quòd reſtitutio quo ad hoc pro-
ficere poſſit. per cap. vnum in feud. quid iuris ſit, ſi
poſt alienationem feudi vaſſallus id recuperet. vbi
dicitur, quòd ſi vaſſallus feudum ſine voluntate do-
mini alienet, domino aperitur illud feudum. Sed po-
ne, quòd poſtea illud ab emptore recuperat, nun-
quid per hoc feudum recuperari videtur? dicit tex.
quòd non pro eo, quia domino iam apertum eſt. ſic
dicit, quòd ſi homo liber ſe in ſeruitutem vendidit,
& poſt impetrat ſe manumitti, non per hoc reſtitui-
tur in totum ad priſtinum ſtatum ingenuitatis, ſed
remanet in ſtatu libertatis. de ſtat. ho. l. liber homo.
Secundo per oppoſitum quintæ rationis alterius
partis, quia videtur, quòd ius perditum propter rei
mutationem, re reſtituta non reſtituatur. Nam dicit
lex: ſi domus, vel inſulæ legetur vſufructus, & poſt-
ea domus, vel inſula ad aream reducatur, perit vſu-
fructus propter rei mutationem. Sed ſi in area rur-
ſus inſula, vel domus ædificetur, non reſtituitur. ff.
de vſufruc. l. qui vſufructum. in prin ff. quibus mod.
vſufruct. amit. l. quid tamen. in princ. facit ff. de leg. j.
l. ſi ita. §. j. per eadem facit l. quæ dicit, quòd ſi ſer-
uum alienum, aut domum, vel nauim alienam tibi
dare promiſi, & dominus ſeruum manumittat, vel
domum ad aream reducat, vel nauem deſtruat, li-
beror ad obligatione: & ſi poſtea in ſeruitutem redi-
gatur, vel domus, vel nauis nouiter conſtituatur,
mihi non reſtituitur obligatio. vt ff. de ſolu. l. qui res.
§. aream. & ff. de verborum obligationib. l. inter ſti-
pulantem. §. ſacram. Tertio hoc probatur, quia quod
† noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis euelli non 8
debet. vt l. quod noſtrum. ff. de regulis iuris. & in iſta
ratione fundatur l. quoties. C. de rei vendic. modo
per prædictos proceſſus ius iam quæſitum eſt do-
minis,

minis, & debitoribus, ergo, &c. Quartò hoc probatur, quia quod legitimè factum eſt, & plenè conſummatum, de facto ſuperuenienti retractari non debet, vt regula, quod ab initio. & regula factum legitimè. & l.quarta. C. de interdic. matrimo. Quintò hoc probatur, quia princeps ſi hoc etiam vellet, de iure non poſſet alicui auferre ius ſuum, ſeu iuſtitiam ſuam ſine cauſa. vt ff.de natal. reſtitu. l. quæris. & l.finali de na.feu.in princip.& quo tempore miles inueſti.pe.debe. cap.ſecundo. in princip. & C. de precib. Imperat.offerend. l.quoties. & l.reſcripta. & ita per Cyn. & ita notat determinatè dominus Bertrandus de Drocheo. in l.vnica.C.de ven. rer.fiſcal. cum priuatione communi. libro decimo. & Innocen.de conſtitut. cap.quæ in eccleſiarum.& cap.quia pleriqne. de immunit. eccleſ. ergo nec per indirectam viam huiuſmodi reſtitutionis hoc poteſt. argum.l.ſcire oportet. ff.de tuto. & curat. da.ab his.& C.de vſuris rei iudic. l.fin. §.finali. Sextò hoc probatur, quia quis contra factum ſuum venire non poteſt, maximè in præiudicium alterius, vt ff.de adopt.l. poſt mortem. & de ſeruo pigno. da.ma. l. ſi creditoribus. & maxime hoc in principe locum ha-
9 bet, quia † in eo variatio alteri iniurioſa magis eſt vituperoſa, quàm in alio. vt C. ne fiſ.rem quam ven. l.j. & ij. libr.xj. & C. de quadri. præſcript. l.bene à zenone. vbi probatur extra notata ibidem ratio præcedens, nec præſumitur id velle princeps: vt l. nec auus.§.merito. & §.ſi quis à principe, quæ vulgatæ ſunt. Modo hic retractaret factum ſuum in præiudicium dominorum, & debitorum.ergo,&c. Septimo hoc probatur per l.fi. C. de ſenten.paſ.vbi per reſtitutionem huiuſmodi nõ reſtituuntur medio tempore facta, ſiue geſta. Octauo, quia quando minor reſtituitur, non reſtituitur niſi ad id, quod in eadem cauſa permanſit. vt ff. de mino. l.quòd ſi minor.§.Sceuola. Nono, quòd non debet vni aliquid concedi per gratiam, vt alteri auferatur. vt C. qui po.in pig.hab.l.aſsiduis.§.empt. argumen. C.de ſta. & imag.l.fin.in princip. Decimo videtur gloſſ. ff.de libe.& poſthum.l.Gallus. §.ſed quid ſi tantum. in fi. magnæ gloſſ. vbi not. ſi pater filium inſtituit, & nepotem ſubſtituit, ſi poſt mortem aui deportatur filius, perdit ſucceſsionem pater, & nepoti aperitur: ſi reſtituitur filius, ſucceſsionem non recuperat, ne ius nepoti apertum eidem auferatur. Vndecimo facit not.qui fi.ſint legi.cap.per venerabilem. in gloſſ.
10 not.vbi not.quòd † ſi illegitimus per papæ legitimationem reſtituatur legitimitati, licet videatur quo ad honores temporales, non tamen quo ad bona. Et facit bene ratio diuerſitatis per Hoſtien. ibi not. & per Ioann.And. ibi poſita ſuper dicta gloſſ. ſecunda. facit per eandem viam, quod not. Ioann. And.de regulis iur.ſine culpa. in quæſtione ibidem diſputata, quòd legitimatio non præiudicat ſecundogenito ibi terminato. Duodecimo hoc probatur, quia quod ſemel nullum eſt, ipſo iure non poteſt vlterius in ſtatum adduci, niſi interueniant cauſæ habiles ad illud de nouo conſtituendum. vt ff. de teſtam. l. eius. & l.ſi filius. & ff.de legat.primo.l.cætera. §.primo. & C.de lega.l.ſeruus inſtitutus. & inſtitu. de leg. §. ſed in ſeruo. & not. Dyn. in regula. non firmatur. libro ſexto. modo cauſa conſtituendi obligationem de nouo, eſt conſenſus ipſarum partium. l. conſenſu. ff.de actio. & obliga. & §. naturalis. allega. qui non eſt in poteſtate principis. ergo, &c. Decimotertio hoc probatur, quia quando cauſa produxit ſuum effectum in ſuo iam conſummato eſſe, licet cauſa tollatur, effectus tamen manet: & ideo ſi moritur filio pater, non ideo moritur filius. tunc enim vitiatur res deueniens ad caſum, à quo non poteſt incipere, cum deuenit ad illum caſum ante ſuum completum eſſe. vt l. vt pomum. §. finali. eodem titulo. modo per priuationem prædictam dictorum proceſſuum ius domini, & debitoris ſunt in ſuo completo eſſe. ergo, &c. Decimoquarto hoc probatur, quia non plus videtur poſſe operari teſtamentum, quàm retractatio, imò minus. per not. in dicta l. fin. C.de ſenten.paſ. per Cyn. & per Bartol. diſſoluitur, l.ſi quis ex hæreditate. §.ſed ſi pater. ff. de iniuſt.rup. & irrit. teſt. ſed retractatio non habet locum niſi in his, quæ manſerunt in eodem ſtatu. vt l. ſi balneum. §.finali. ff. qui pot. in pigno.hab. facit cap. quamuis. de reſcript.libro ſexto. facit l.quoties. ff. de noua. in fine.& l.quoties. C.de rei vendi. cum ſi. & l. potior. primo & ſecundo reſponſo. ff. qui po. in pign. hab. & c.ſi pro te.de reſcript. libro vj. Hunc caſum ſpecialem, qui loquitur in conditione dependente à poteſtate grauati.

2 ¶ Beneficium reſtitutionis. *Reſtitutio in integrum an appelletur beneficium. Vide abba. in cap fin.eod.titu. Et an ſit beneficium reale, vel perſonale. Bart. in l. in cauſa. §.interdum. ff. de mino. & in l.ij. C.de fideiuſ.tut.*

CONCLVSIO DCCXLIII.

De reſtit. in integr. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps repræſentat rem publicam.*
2 *Adminiſtratio iuris ciuilis poſitiui principi commiſſa.*
3 *Obligatio naturalis non tollitur per abſolutoriam ſententiam principis.*
4 *Nomina damnatorum etiam cum confiſcatione confiſcantur.*
5 *Sententia priuationis lata circa primum extremum, circa ſecundum non operabitur.*
6 *Occupanti conceditur quod in nullius bonis eſt.*
7 *Reſtitutio reddit quod priuatio tollit.*
8 *Vnde naſcuntur iura, non debent iniuriæ exoriri.*
9 *Minor reſtituitur etiam mutato ſtatu rei.*
10 *Ius ſuum alicui auferre ſine cauſa eſt contra ius naturale & diuinum.*
11 *Reipublica honor in magiſtratuum honore conſiſtit.*

HIS ſuppoſitis concluſio extra rotam ſit iſta, quòd reſtitutio in integrum damnati facta per principem, puta per papam, vel imperatorem, operatur etiam quo ad iura & bona, quæ per ipſam damnationem ſolùm, hoc eſt abſque aliquo actu præcedente vel intermedio habili de iure, ad nouam eorundem bonorum, vel iurium tranſlationem, aut acquiſitionem, aut conſolidationem faciendam, aperta fuerint, quódque talem reſtitutionem poteſt papa, vel imperator facere expreſſe. aliam maiorem nõn debet de iure facere, niſi cauſa vtilitatis reipublicæ hoc expoſcat, & tunc læſo debet damnum de publico reſarcire. Iſta concluſio habet quatuor partes, & primas duas probant rationes ad vtranquè

parte ſupra facte & directæ. de prima parte eſt ca-
ſus.in l. fin. C. de ſent. paſ. quia ibi per deportatio-
nem erat apertum ius liberationis iuris patriæ po-
teſtatis filin. & tamen illud per reſtitutionem ſibi
aufertur, licet forte in præiudicium eius ex priuile-
gio iuris principi conceſſo à iure, & etiam ratione
caſus in l.libertus.alleg. & l.j.§.fin. cum l. ſequen. de
1 contra tabu.allega. Er ratio huius † priuilegij eſt,
quia principi, à quo repræſentatur reſpublica, ad
decorem ipſius reipublicæ iuſte deferuntur bo-
nores, etiam cum aliquali præiudicio priuatorum.l.
bene à zenone. alleg. & l.vna. de vendi.re.fiſca.alle.
& quia huiuſmodi bona, & iura, ex ſola principis
priuatione damnato ablata, & aliis aperta non ape-
riuntur eis ex æquitate iuris naturalis, vel gentium,
2 ſed potius ex rigore iuris ciuilis poſitiui, † cuius
adminiſtratio ex toto principi eſt commiſſa. Ideo
non mirum, ſi ſuper hoc potuerit per ſuas conſtitu-
tiones ordinare. & ſatis poſſunt hæc colligi ex nota-
tis Innocen. in cap.quæ in eccleſiarum. & cap.quia
plerque.allega.& facit l.bona fides.ff.depoſi. Ex iſta
prima parte concluſionis huius infertur, quòd ad
nomina debitorum, & ad obligationea vaſſallorum
extendit ſe huiuſmodi reſtitutio. Ratio, quia libe-
ratio iſta debitoris ab ipſis proceſsibus, & priuatio-
ne per eos inducta immediate procedit, nullo vide-
licet alio actu intermedio procedente, ſicut libera-
tio ſeruituris patriæ poteſtatis, & libertatis. vt l.vlti.
de ſent. paſ. & l. ſiue liber. de iure pa. & vni rationi
3 oppoſitæ reſpondeatur. Aduertendum eſt, † quòd
ſententia iſta principis priuatiua, & abſolutoria non
a tollit obligationem naturalem [a] quia hoc non vide-
tur poſsibile fieri, cum illa ſit naturalis, quæ non
tollitur per actum ciuilem ipſo iure. vt ff. de cond.
inde. l.Iulianus vnum debitorem. & l.quidam. ff. de
pœn.& l. ſi quod.de condi.inde. ff.ti.alleg.argumen.
pro hoc inſti. de iure naturali. §. ſed naturalia. & l.
eas obligat.ff.de cap.dimi. Cauſam enim notabilem
naturalem habet, videlicet conſenſum, quæ non
poteſt tolli, niſi per cauſam contrariam, id eſt, niſi
per conſenſum contrarium. vt l.Stichum. §.natura-
lis. alleg. & idcirco, ſi ius ciuile abſtulit huic natu-
rali obligationi effectus ſuos ciuiles per priuatio-
nem, non mirum, ſi per reſtitutionem eos ſibi poteſt
reſtituere, per dictum §.naturalis. & l.nihil tam na-
turale.ff. de regulis iur. & c.omnis res. de reg. iuris.
& ſi eſſet obligatio mere ciuilis, quæ per proceſſus
huiuſmodi protſus, & ipſo iure in totum tolli poſ-
ſet, etiam in totum poſſet reſtitui: quia ius ciuile be-
ne obligat, vt patet in ſententia. vt l.actori. C. de iu-
reiuran. Sed caue, quia obligatio non tollitur, licet
4 perſona ab ea eximatur. † conſiderandum enim eſt,
quòd nedum dominia rerum, imo etiam nomina
damnatorum cum confiſcatione ſecuta confiſcan-
tur. Ratio, quia ſucceſſor eſt fiſcus, & in eum, &
contra eum tranſeunt actiones. ad leg Iul.de vi pri-
ua.l.ij.in qua confiſcatione ſunt duo extrema, vide-
licet.damnati priuatio, & in fiſcum tranſlatio,. &
5 iſta ſunt capitula ſeparata. ergo ſententia † priuatio-
nis lata circa primum extremum, circa ſecundum
non operabitur.argumen.l.pater Se.in fin.de condi.
& demon. & l.fin.ff.de calum.quia iſta duo ſeparatas
cauſas, & rationes habent. Primum enim concernit
odium damnati. Secundum vero fauorem fiſci, &
ſequitur ſecundum ex primo. Ideo non debet tolli
per primum. vt l. qui hominem. in fin. ff. de ſolut. Nec
eſt veriſimile, quòd quia delinquenti aufert, velit
propter hoc auferre burſæ fiſcali, quæ non peccauit.
Ideo non videtur difficilis reſtitutio huius actionis,
ſaltem vtilis, quæ eidem operatur in effectu. Sed di-
ces, quòd reſtitutio ius fiſcale ad reſtituentem non
pertinens non debet tollere, quia non apprehendit
poſſeſsionem bonorum ipſius damnati, & habeat
locum prima pars noſtræ concluſionis. Ratio eſt,
quia ſi ad reſtituentem pertinet ius fiſcale, eſt indu-
bitatum: ſi ad alium, idem: quia hoc eſt priuilegium
principis, licet aliquali alterius præiudicio, vt dixi
ſupra. Sicut enim fiſco aperitur hoc ius, ita aperitur
hæreditas ſecundo in gradu, in caſu l.j. §. filius. ff. ad
Tertu. vt l.j.ff.quis or.in bo.poſ.ſerue.& tamen illud
ius aperitur. Secundo in gradu tollitur per reſtitu-
tionem. vt dicto §. filius. ergo idem in fiſco. Secun-
do caſu dico, quod habet locum ſecunda pars con-
cluſionis. Ratio eſt, quia ratio iuris naturalis ius
gentium habet, quòd in re habili ad poſsidendum
iure dominij vacante, apprehenſio corporalis animo
quærendi dominium, occupanti acquiritur. Et ſic
intelligitur: † quod in nullius bonis eſt, occupanti 6
conceditur. vt ff. de acquirend. rer. domi. l.j. & inſti.
de re.diui. §.feræ. quod enim nullius eſt, id naturali
ratione occupanti conceditur: ſaluo, quòd iura ci-
uilia volentia fiſcalem burſam impinguare, hæc bo-
na vacantia fiſcali burſæ applicarunt. C. de bonis
va.per totum.libro x.collatio.quæ ſunt regalia.circa
princip.ergo cum fiſcus rem damnati, quam vacan-
tem reperit, antequam apprehendat, eam ex cauſa
habili ad dominium de nouo acquirendum, acqui-
rit. ergo eſt locus ſecundæ parti ipſius concluſio-
nis. Sed ſi non apprehenderet camera fiſcalis, ſed ſo-
lum agnoſceret hæc bona, ſecus eſſet, quia licet do-
minium ſine apprehenſione tranſiret hoc caſu. vt l.j.
§. an bona. & l.imperator. & ibi per Dyn. & Bartol.
ff. de iure fiſc. & ff. de publi. l.commiſſa. tamen à ſola
ſententia priuatiua veniret hæc acquiſitio. Ideo per
reſtitutionem tolli poſſet: ſed apprehenſione facta
ſupereſt alia cauſa per ſe totaliter reparata. ergo, &c.
Sed dices: ſi quæſitum eſt dominium ex ſola agni-
tione per iura proxi. alleg. quomodo alia vice ex ap-
prehenſione quæri poteſt, contra l. iij. §. ex pluri-
bus ff. de acquirend. poſſeſ. & l.vbi autem. §. fina. de
verbo.obliga.& §.itaque. inſti. de act.de fid.inſtru,
inter dilectus. §.cæterum. Præterea, quomodo dici
poteſt res vacans, cuius dominium in alium iam trãſ-
latum eſt: non videtur poſſe. Præterea, quia hic non
ponitur ex parte fiſci animus acquirendi ex huiuſ-
modi cauſa, quia vacans. Sed dico, quòd licet ex hu-
iuſmodi cauſa non acquiratur dominium iam quę-
ſitum, quia naturalis cauſa eſt habilis ad acquiren-
dum. Ideo fortificat illud iam quæſitum, quod ita
forte eſt, ſicut ſi ex illa cauſa quæſitum foret, & pa-
tet ex diſpoſitionibus l. omnes. & l.ſicut. C. de præ-
ſcrip. xxx. vel xl.ann. ad l.in omnibus. & ad l. intra.
ff. de diuer.temp.præſcri.quam ponit Cy. de quadri.
præſcri.l.j. Sed caue, quia prædicta locum non ha-
bent in caſu, quo ius fiſcale ad reſtituentem perti-
net, quia in eius præiudicium reſtitutio ad omnia
etiam per eum poſſeſſa ſe extenderet. vt l. j. C. de
ſenten. paſ. quia in præiudicium concedentis be-

neficium

neficium late interpretatur. vt extrà de dona. cum
dilecti.& ibi per Innocen. & cap. pennuas. & de de-
ci.ex parte. Modo de verborum ſignific.cum tibi.ff.
de conſt. princip. l.iij. Nec obſtat ſi dicas.quòd iura
loquentia de reſtitutione, quo ad bona, fuerunt
edita ante tempus authenticæ, bona damnatorum.
& ita de tempore, quo bona damnatorum debebant
ad cameram imperialem pertinere. Dico etenim,
quòd & tunc prædicabatur tertio in caſu primæ
partis huius concluſionis, vt patet per iura pro iſta
parte ſuperius allegata. Caueo etiam, quia in omni-
bus non reperio apprehenſionem, de quo ſupra per
debiti occupationem. vt ff. de his, quæ in frau.credi.
l. qui autem. §. ſciendum. & l. pupillus. in fine. quo
caſu idem dicerem ſicut ſupra dixi, in alia occupa-
tione naturali per eandem rationem. Nec credo pon
derandam occupationem per litem conteſtat. de
qua ff. de procurat. l. pluribus. quia ibi prædicta ratio
ceſſat. De ſecunda parte concluſionis eſt caſus in l.
fin. C. de ſeoten.paſ.in eo, quòd dicit, quòd interim
contracta, & geſta per ſequentem reſtitutionem
non reuocantur. imo nec teſtamentum interim per
filium factum irritaretur, ſi filius ante reſtitutio-
nem moreretur, quia tunc recuperaret ſuum con-
ſummatum eſſe ante reſtitutionem: ſecus ſi poſt,
quia tunc adhuc penderet, prout ibi no. Cyn. poſt
7 Azo. Ratio eſt quia ſatis eſt, quòd † reſtitutio red-
dat, quod priuatio tollit. Item, quia res non eſt am-
plius integra. Item, quia negotium iam recepit ſuum
eſſe conſummatum. Et ita procedunt allegata pro
ſecunda parte. Item, quia ceſſat tunc ratio primæ.
b non enim à rigore iuris [b] ciuilis habet talis cauſam
proximam, & immediatam. ſed vel à contractu, vel
à quaſi contractu proprio. vt l. quæcunque gerimus.
ff. de actionibus & obligationib. vel à cauſa antece-
denti, ad quam actus refertur, vt tunc geſtus. vt l. ſi
rem. §. finali. ff. de pigno. actio. Iunge, quòd ſi hoc
poteſt facere tacite, vt præmiſſa omnia clare pro-
bant, quòd hoc etiam poteſt facere expreſſe. vt l.
certom. cum ſimilibus. Et ita procedit hæc ſecunda
pars concluſionis. facit l. ſecunda. C. ſi reus, vel ac-
cuſa.mor.fue. Ex iſta ſecunda parte ſequitur primo,
quòd ſi bona deportati per fiſcum damnantem, vel
alium, cui aperta ſunt, in alium alienata fuiſſent, quo
ad illa reſtitutio nihil valeret. Et eſt caſus in l. fina.
alleg. quia emptor vel donatarius tunc non habent
cauſam proximam à priuatione, ſed à ſuo contractu
proprio, & cauſa proxima, & immediata eſt atten-
denda. vt l. penultima. ff. de condict. ob turpem cau-
ſam. & hoc tenet Iacob. de Belui. in decima collatio.
titu. de feud. hic finitur. l. deinde incipit. regni con-
ſuetud. cap. domino Guertam. vbi gloſſ. tangit di-
ctam quæſtionem. Ad contraria ſoluit Iacob. de Bel.
dicens, quòd reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum re-
poſitio: hoc dicit verum de rebus exiſtentibus in
eadem cauſa, & in eodem ſtatu: aliter non. Et per
hoc ſoluit ad omnia contraria. ad l. in cauſæ. §. fin.
cum l. ſequen. ff. de mino. reſpondet, quòd illa lo-
quitur in eo, in quo recipit à minore, in quo non eſt
ſpes certa. Nos vero loquimur in eo, in quo recipit
ab eo, in quo eſt certa, maxime in principe. per l. ſe-
cundam. C. de quadri. præſcript. Modo maius eſt
habere ſpem certam, quàm incertam. vt C. de com-
pen. l. finali. ff. ad exhib. l. tertia. §. ibidem. Idem te-
net ibidem vir magnæ authoritatis hodie in iure ci-
uili dominus Bertrandus Caprioli Aurelian. de præ-
ſenti ordinariè legens in dicto capit. domino Guer-
tam. In fauorem tamen domini Bertrandi de Klea-
quin conestabularij Franciæ, cui rex dederat comi-
tatum Loogeuillæ ſibi per talem modum confiſ-
catum, & de reſtitutione huiuſmodi timebatur. vl-
tra præmiſſa non allegat, niſi communia: videlicet,
quia beneficium principis non deciperet. vt l. pri-
ma. C. de his, qui ve.æta.impe. Et † quia vnde naſ- 8
cuntur iura, non debent iniuriæ exoriri. vt l. memi-
nerint. C. vnde vi. iuncta l. bona fides. ff. depo. allegat
etiam l. ſi quando. C. de inoffic. teſta. l. ſecunda. §. ſi
quis à principe. & §. merito. ff. ne quid in loco publi.
fi. & maxime, ſi princeps hæc bona ſibi confiſcata
alteri dedit in feudum: quia vaſſallum non debet
feudo priuare ſine cauſa. in x. colla. quo temp. mili.
inueſti. pe. de ca. iij. de for. fide. capit. vno. §. fina. vbi
dicitur, quod dominus verſa vice tenetur vaſſallo
ad fidelitatem. pro hoc, de milite vaſſallo qui con-
tomax eſt. capi. vno. §. ſi vero. Solutionem vero con-
trariorum, quam facit dominus Iaco. de Bellnuiſu,
videlicet, quòd reſtitutio non operatur, niſi circa
res, quæ in ſtatu eodem remanſerunt. Comprobat
iſte dominus per hoc quod ſpeciale eſt in minore.
vt l. in cauſæ. §. finali. cum l. ſequenti. alleg. & l. vnica.
C. de repud. quæ in iudi. re. fi. videlicet, quòd reſti-
tuatur † minor mutato ſtatu rei. Ergo in contra- 9
rium eſt in ius commune. vt l. prima. in fine. ff. ad
municipa. Et ex hoc colligitur ſecunda ſolutio no-
na. ad l. in cauſæ. §. fina. alleg. Vel poteſt dici, quòd
reſtitutio minori competit, quia minor eſt læſus [c] ex c
iuris diſpoſitione, & per modum iuſtitiæ. Ideo pro-
uideri poteſt per contrahentem, quia iura ſunt cer-
ta. l. ſecunda. ff. de iur. & fac. ignorantia. & de facto
debuit inquirere contrahentes: maxime dico, præ-
ſenti, vel præterito, quod ſciri poteſt: ſed reſtitutio,
de qua loquimur, conceditur contra ius de mera
gratia, & incerta, & dependet à libera principis vo-
luntate. Ideo nec in iure, nec in facto præſenti, vel
præterito conſiſtat, ſed potius in futuro. non, ſi præ-
uideri non poteſt. Et non mirum, quòd hoc gra-
tioſum, & ſpecialiſſimum ſit reſtringibile. l. eius mi-
litis. ff. de teſtamento militari. Imputatur autem ei,
qui poteſt præuidere, &c. dicta l. qui cum alio. & l.
ſi domum. ff. loca. Et propterea illud eſt bene ſpe-
ciale in fauorem minoris, & bene reſtringitur: quia
intelligitur hoc caſu ſolum, quo primus emptor ſol
uendo non eſſet, & de quadam æquitate, quæ non
eſt hic. ergo, cum non ſit contra ius, non eſt exten-
denda. extra, de elect. cap. ſtatutum. lib. vj. de regulis
iuris. non ſolum. & c. conſtitutionem. & regula, quæ
à iure. eod. lib. cum ſimilibus. Item præfatus domi.
Bertrandus pro dicta ſolutione contrariorum do-
mini Iacob. inducit l. filij matri. §. filios, qui ſe nolle.
ff. ad Tertul. vbi dixit, quòd filius qui dixerit ſe
nolle hęreditatem adire, poterit nihilominus poſtea
mutare voluntatem: ſed hoc verum re integra, id
eſt, ante quam ſequens cognatus in gradu adierit:
quia ſecus, ſi adiiſſet, &c. per eundem modum po-
teſt induci ff. de op. leg. l. mancipiorum. & extra. de
procuratoribus. capitu. licet. libr. ſexto. & de præb.
ſi tibi abſenti. eod. lib. & notat Cyn. C. qui accuſare
non poſſunt. l. ea, quæ. & not. gloſſ. de inſtrumen.

poſt terminum.in clemen. ſæpe. de verborum ſigni. & ff. ſi quis cautio. & l. ſi poſt tres. cum ſimil. Et induci poſſet. ff. de vſufruc. l. qui vſumfructum. §. denique. de adim. & transfer. leg. l. ſi ſeruus. ff. de iure dot. l. ſtipulatio. Item ſecundò ex dicta ſecunda parte huius concluſionis infertur, qualiter debeat intelligi & modificari id, quod notat gloſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fi. magnæ gloſ. ff. de liberis & poſthum. videlicet. quòd ſi auus filium inſtituat, & ſubſtituat ſibi nepotem, & poſt mortem aui hæreditate non adita per filium, filius deportetur, & ita ius ſuccedendi amittat. & poſtea filius reſtituatur, dicit gloſ. illa, quòd non recuperabit hæreditatem auitinam: quia nepos fuit hæres, & non poteſt deſinere hæres eſſe. hoc enim intelligendum eſt per præmiſſa, ſi hæreditatem adeundo expreſsè, vel tacitè ſe immiſcendo agnoſcat, tunc etenim res non eſt integra, nec ex perſona damnati, nec ex ipſa damnatione, tanquam à vera cauſa: ſed potius ex auitina ſubſtitutione, & ipſius agnitione huiuſmodi hæreditatem auitinam conſequitur. Ideò per reſtitutionem ſibi auferri non debet, argum. ff. de adop. l. ſi arrogator. de vulga. & pupil. ſubſtitut. l. ſi plures. §. in arrogato. & de interdict. & releg. l. tertia. C. de decurio. l. diuo Marco. cum ſimil. Nec obſtat, ſi non fuiſſet deportatus, non fuiſſet apertum ius nepoti, quia illa non eſt propter hoc cauſa, ſeu occaſio, ſed potius ſolius conditionis implementum. Sic eſt in ſimili: expecto primam vacaturam, nunquid à canonico moriente, vel illis, qui dent ſibi mortem, vel ab actu ipſius mortis cõſequor beneficium? certè non, ſed à canonica inſtitutione, vt cap. beneficium de regul. iur. libro vj. facit pro, & contra plenè allega. per dominum Ioannem, poſt Bar. Brixieñ. qui videtur ſentire contrarium, & Hugo, & Ioan. qui videntur ſtare cum præmiſsis, in quæſtione Lazari reſuſcitati: extrà, de frigid. & malefic. cap. fraternitatis. ſuper ver. miraculum. de quo tetigit idem Ioan. de regul. iur. cap. priuilegia. in nouella, in quæſtione. Et ita dixit plenè prædictam opinionem in Lazaro reſuſcitato tenet Ioann. Andr. de iuris rigore veriorem, in dicto cap. fraternitatis. prædictam etiam opinionem in caſu noſtro tenet etiam ſubtilis doctor dominus Ioannes Calderi. in lectura ſua. ff. de regul. iur. l. ea, quæ raro. & ita procedit dicta gloſſ. quæ continuo allega. ab omnibus communiter approbata. Sed ſi nondum agnouiſſet nepos huiuſmodi hæreditatem, nec tacitè nec expreſsè, tunc reputarem rem integram. Et quod reſtitutio circa huiuſmodi hæredes ſuum effectum operetur, ratio eſt, quia ſi ex ſubſtitutione eueniente ſubſtitutionis conditione, ſubſtitutus hæreditatem non adiit, defertur hæreditas huiuſmodi ſubſtituto ex teſtamento, ita quòd ab inteſtato deficiente primo gradu defertur, & aperitur ius ſuccedendi in gradu, vt ff. quis ordo in bonor. poſſeſ. ſer. melius de ſucceſsio. edict. l. j. §. quibus. tamen ſi deficiat primus gradus per huiuſmodi damnationem, & poſtea re integra reſtituatur, recuperat ius ſuccedendi. l. prima. §. filius. ff. ad Tertul. l. j. in fi. cum l. ſeq. ff. de contra tab. ergo, &c. ſaluo, quòd hic poſſet imaginari, quòd in caſu gloſ. ſuitas valeret aditionem, ſed non poſſet dici, quòd nunquam auus habuit in caſu gloſ. nepotem in poteſtate. Et præterea idem poſſet dici in §. filius. qui cum loquitur generaliter, iſtum caſum includere poteſt. Ex iſta ſecunda parte ſequitur tertia modificatio dicti domini Bartol. poſita in dicta l. prima. §. filius qui. ff. ad Tertu. quia intelligit illum caſum quando ante reſtitutionem non eſt per alium apprehenſa hæreditas. per gloſſ. dicti §. & quid ſi tantùm. ſed intelligo illud dictum ad improprium ſenſum: videlicet, nedum in apprehenſione poſſeſsionis, ſed etiam de apprehenſione iuris, quæ fit per aditionem, quia & intelligit gloſ. in qua ipſa fundat, quia nedum per primam, imò & ſine ea per ſecundam quæritur hæreditas, & omnia dominia rerum, &c. de acquiren. poſſeſ. l. hæredes. & ex alia cauſa, quàm ex ipſa priuatione. Sed quid ſi ex perſona ipſius damnati, non præcedente alia cauſa, per priuationem habuerunt eius bona ſucceſſ. ab inteſtato, & ea apprehenderunt iuxta nouum ius authenticæ, bona damnatorum. poſt reſtituitur, nunquid habebit iſta bona per reſtitutionem? videtur quòd non, quia iura loquentia de reſtitutione ad bona præcedunt tempus dictæ authenticæ, bona damnatorum. quia ſunt iura codicis, ſecundum quæ omnia ad fiſcum pertinebant: vt C. de bon. damna. quaſi per totum. & ſibi tunc. & non alteri præiudicabat: ſed hoc caſu præiudicaretur aliis, ergo non videntur ad iſtum extendi caſum, cum non ſit eiuſdem rationis. Breuiter nihilominus puto, quòd in his habent locum omnia iura allegata, quia non eſt veriſimile, quòd Imperator concedendo dictam authenticam, ſuo priuilegio reſtituendi ad bona voluerit in aliquo derogare. Præterea, quia contra æquitatem, & rationem iuris naturalis ex rigore ciuili ipſius damnationis illa habent, ergo à contrario remedio reſtitutionis tolli potuerunt per prædicta: & quia nulla alia cauſa quærendi illa bona competit illis, niſi ex perſona, & ipſius priuatione. ergo, &c. per prædicta. & valde bene, quo ad hæc, facit opinio Bartholomæi, & in hoc concord. præfatus dominus Iuan. Calde. & do. Ioan. Nichoti Aurelieñ. epiſcopus in dicta l. fin. C. de ſent. paſ. Sed ſi ſucceſſores iſta bona alienaſſent interim, ſecus crederem, per prædicta. Et idem tenet præfatus Ioan. Cald. licet dictus dominus Ioan. Nichoti contra. in hoc vltimo credo. de ambobus do caſum expreſſum in dicta l. fin. nam ibi per deportationem filius conſecutus erat duo, videlicet, liberationem à iure patriæ poteſtatis, & dominia rerum paternarum, quæ ambo pater reſtitutus recuperat, niſi alienata ſint interim per filium, vt ibi apparet: & ita eſt ibi caſus expreſſus. Secundò quæro circa hoc, quid ſi hoc caſu ius fiſci pertineret ad alium, qui interim agnoſcit bona, & ita ſibi quæruntur ſine apprehenſione. vt l. prima. §. an bona. & l. imperator. ff. de iure fiſci. ſed nondum apprehendit, damnatus reſtituitur. nunquid bona huiuſmodi recuperabit à tali fiſco? Breuiter puto, quòd ſic, ſicut faceret à quolibet alio ſucceſſore, vt in dicto §. præcedenti. ſucceſſor enim eſt, & conſequenter ſucceſsionis hæc bona ſibi quæruntur. vt l. ij. C. ad l. Iul. de vi priua. alle. ita, quòd licet conſenſus in acquiſitione ſit neceſſarius, vt l. qui abſenti. ff. de donat. & c. ſi tibi abſenti. alleg. rum, quia ſuccedit in modum patientis, & recipientis, magis ponderatur cauſa agens: vt l. fin. ff. ſi pars hæreditatis petatur. Nec obſtat di-

cta modificatio dicti domini Bart. modo tertio illata, quia ibi cum conſenſu concurrit alia cauſa agens, quæ tamen ſine conſenſu non ſufficeret, cum conſenſus ſit neceſſarius ad perficiendum, vt dixi. Quarto ex eadem parte ſecunda ſequitur aliud videlicet, quòd ſi ſit tale feudum, quod perditur per damnationem, quòd ſecundum naturam, vel ipſius, vel ſuarum primæuarum conuentionum non poſſit transgredi perſonam vaſſalli, ſed ipſo mortuo naturaliter, vel ciuiliter ſtatim domino debeat aperiri, & vtile dominium ipſius vaſſalli conſolidari directio, per talem damnationem ipſe vaſſallus efficitur ſeruus pœnæ, & ita mortuus ciuiliter. & ſic dicta conſolidatio ſtatim ſuum totum, & completum ſortiatur effectum, illam conſolidationem reuocare non poteſt reſtitutio ſequens. patet per præcedentia, quia iſtam conſolidationem non conſequitur dominus directe, & principaliter ex ipſa damnatione, ſed potius ex natura feudi, vel feodali conuentione præcedenti. licet ipſa damnatio ſeruitutem irrogans. vt ff. de pœn. l. quo ad ſtatum. & l. qui vltro. aperiat viam huic conſolidationi in hoc, quod dat cauſam purificationi conditionis ipſius feudi, vt dixi ſupra in alio caſu. modo directa cauſa, & principalis, non conſecutiua, & occaſionalis eſt conſideranda. vt ff. de author. tuto. l. j. in princip. cum ſimilib. Nec obſt. illatio primæ partis concluſionis principalis ſuprà præcedentis, quia ibi liberatio debitoris principalis & directæ, ac ſolum, & duntaxat à dicta damnatione dependebat: hic ſecus, vt dixi. Præterea hic non pondero conſenſum, vel ſcientiam ipſius domini. Ratio eſt, quia vtile dominium vaſſalli, non eſt, niſi quædam ſeruitus iure domini. vt decima collatio. quibus modis feud. amit. in fin. modo ignorante domino liberatio ſequi poteſt. inſtitutio. quibus modis tolli. obligatio. in principio. Nec obſtat l. qui abſenti. regula. inuito. & notat Innocen. de conceſſio. præben. cap. primo. lib. vj. quia loquuntur in donationibus, & priuilegiis; hic ſecus. ita ſoluit gloſſ. quib. mod obliga. tol. in princip. allega. Si vero feudum non haberet talem naturam, ſed eſſet tranſmiſſibile ad ſucceſſores, vel ſententia non eſſet talis, ex qua mors ciuilis, vel naturalis irrogaretur, tunc ad fiſcum perpetuo pertinere debent, iuxta modum tamen, quem pleniſſime deduxi ſupra ccccccclxvj. quam omnino hic ex toto coniungas, dicerem primum, quod dixi in prima illatione primæ partis principalis concluſionis, & in ſecunda quæſtione tertiæ illationis eiuſdem concluſionis ſupra præcedentibus. Nec facio differentiam inter mortem ciuilem,
d & naturalem, [d] quo ad hoc, quia iſta omnino conueniunt, quo ad mentem iuris. ff. de liber. & poſthu. l. Galus. §. & quid ſi tantum. alleg. & l. ſi mater. C. de condi. inſtitu. Quæ dixi in feudo, intellige in emphyteoſi repetita. quia eadem ratio, per ea, quæ dixi circa dictam concluſionem ad fin. verb. prædictam concluſionem. &c. Et per iſta prima pars concluſionis eſt ſoluta. Nunc accedo ad tertiam partem con-
10 cluſionis, & paret illa tertia pars pro eo † quia alicui auferre ius ſuum ſine cauſa eſt contra naturale ius, & diuinum, quo cauetur, quod reddatur vnicuique quod ſuum eſt, nec lædatur alter in iure ſuo, ff. de iuſti. & iure. l. iuſtitia. §. inter præcedentia. & in decret. prima diſtinct. in princip. Ideo præter caſus expreſſos in iure principi conceſſos ex priuilegio iuris communis, hoc ſibi non licet. argumen. §. ſed naturalia. & communium iurium. Ita doct. notant. & Cyn. C. de precib. impera. offe. l. reſcripta. & dominus Bertrandus de Dioc. in l. vna. C. de vendica. rerum. fiſca. & Innocen. Hoſtien. & Compoſtel. de conſtitu. quia in eccleſiarum. & Innocen. eod. tit. & Hoſtien. de immuni. eccle. c. quia plerique. Caſus autem expreſſi à iure ſunt tres, vnus in l. ij. C. de communi re. alie. & l. vna. C. de vendica. rerum fiſc. alleg. Alius de quadri. præſcri. l. ij. Tertius in l. j. & fin. C. de ſenten. paſ. eo modo intelligendo, quo dixi. ergo vltra illos niſi reperiantur, alij ſtandum eſt regulæ.
Ratio autem dictorum trium caſuum eſt honor reipublicæ, qui in magiſtratuum honore conſiſtit. vt l. 11
omnem honorem. C. de appel. & c. vt debitus. extra. eod tit. Aegid. De quarta parte eſt text. C. quib. ex cau. ſerui præmium lib. accu. l. ij. cum multis ſi. Ideo conſulerem principi, quòd ab iſto modo caueret, ne fiſcalem ſuam cameram ex huiuſmodi negotiis obligationum diuerſarum generibus intricaret.

a ¶ Obligationem naturalem. *Quotuplex ſit naturalis obligatio, & quo iure procedat. Bart. in l. cum lex. de fideiuſſo. quo iure ſit inducta. in l. Stichum §. naturalis. de ſolu. Item qua ſit iſta obligatio naturalis, vide inſt. de oblig. vbi docto. examinant.*

b ¶ Rigore iuris. *Nota quòd rigor aliquando eſt exceſſiua, ſiue auſteritas iudicis & terror, quae non eſt obſeruandus, niſi vbi timetur exemplum mali. xlv. diſtinctio. illud. Aliquando vero rigor dicitur ſubtilitas iuris. vt hic, & tunc ſeruandus eſt. extra. de reſtitutio. ſpoliato. in literis.*

c ¶ Minor eſt læſus. *Si minor lædatur in cauſis ſpiritualibus, in quibus reputatur maior, an poſſit petere reſtitutionem in integrum. Vide Abb. in capi. ex parte. de reſtitu. ſpolia. colum. vj. & an minor ſi beneficio renunciauit, audiatur petens reſtitutionem. ibidem colum. vij.*

d ¶ Mortem ciuilem & naturalem. *Mors ciuilis an, & quibus caſibus æquiparetur morti naturali, vide Panormi. in cap. cum ſcis. de conuer. coniuga. Bald. in l. deo nobis. C. de epiſc. & cler. & Bartol. in l. j. §. ſilium ff. de contra tab.*

CONCLVSIO DCCXLIIII

De reſti. in integrum. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Res non integra quando eſſe dicatur.*
2 *Mora vnius non debet alteri eſſe damnoſa.*
3 *In iudicialibus latior interpretatio facienda, quàm in contractibus.*
4 *Cauſa finalis in actu principaliter attendi debet.*
5 *Circuitus in iudicio euitandus.*
6 *Interlocutoria, quo ad partem, licet tranſeat in rem iudicatam, non tamen quo ad iudicem.*
7 *Difficilius reuocatur quod cum maiori difficultate fit.*
8 *Reſtitutio in integrum ſola nititur æquitate.*
9 *Exceptiones dilatoriæ de ſui natura ſunt odioſæ.*
10 *De ſimilibus ad ſimilia arguendum.*

CONcluſio, quòd articuli de iure dantis crimen non ſapien. etiam in cauſa prophana poſt terminum peremptorium ad articulandum aſſignatum, re tamen adhuc integra, [a] dari per iudicem poſ- a
ſunt ſaltem de gratia recipi, & ad probandum admitti, non obſtante lapſu dicti termini peremptorij. Et antequàm ad vlteriora progrediatis, omnino vide, & hic præmitte concluſiones alias duas ſupra tactas, & quæ circa eas dixi, quia eas omnes volo hic pro repetitis haberi. Pro concluſione

facit l. mancipiorum. ff. de optio. legat. & capit. ſi tibi abſenti. de præbend. libro ſexto. & quod notat Cynus poſt alios inter quos principaliter Iacob. de Are. C. qui accuſare non poſſunt. l. ſi ea: quam opinionem, ſeu dictum, approbat Iacobus Butrig. per l. ſecundam. C. de dila. Sed in contrarium inducebat domi. Argentin. legem, omne. ff. de ſer. dicit tamen, quod illa opinio communiter approbatur, videlicet, teſtes in criminali cauſa recipi poſt peremptorium terminum datum ad probandum, dummodo re integra. & ſimile notat Ioan. Andr. de verb. ſignificatio. ſæpe contingit. facit l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. ff. de verborum obligationib. l. ſi quis ita promiſit. §. Seia. eodem titulo. l. ſi inſulam. & ff. de penu lega. l. j. & ff. ſi quis in ius voca. non ierit. l. ſecunda. §. finali. & quod notat Ioann. Andr. poſt Hoſtien. de reſtitut. in integrum. cap. coram. ſuper verbo, moram. Dicitur autem res non integra duo-
5 bus modis. † Primò, ſi eſt proceſſum poſt lapſum termini ad aliquem actum factum, ſiue negotium, ſeu effectum ipſorum articulorum contingentem: puta, quia ſeruatus eſt terminus ad videndum admitti articulos, ſeu repelli: vel plus, quia diſputatum eſt iam ſuper admiſsione, ſeu repulſione eorum: vel plus, quia iam eſt aſsignatus terminus ad probandum. tunc dico amplius rem non eſſe integram, poſtquam res modo aliquo præmiſſorum iam agi cœpit alias quantum ad hæc, res cenſetur adhuc integra, etiam ſi ad alios actus proceſſum fuerit, vt puta, ad producendum omnia, vel ad dicendum contra producta. & probantur iſta ſatis bene per ea quæ notat Cyn. in l. ſiue pars. C. de dila. & Ioannes Andræas poſt eum de appella. cap. ſignificante, rum, quia qualiter pendente dilatione ſi procedatur, videtur procedi ſuper materia dilationis, &c. & facit etiam per eandem viam not. Cyn. in dicta l. ſi ea, alle. & Barto. in l. mancipiorum. alleg. vide omnino Cyn. de pactis. l. ſi pacto, quo pœnam. de tranſact. l. ſiue apud acta. in penultima quæſtione. & l. ſi maior viginti quinque annis. & C. de procurator. l. nihil. & l. ſecunda. C. de conſor. eiuſdem litis. Bartol. in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligationib. allega. vbi ipſe plenariè tradit materiam purgationis moræ: nec mirum, quia ſi aliter diceretur, generaretur per moram partis negligentia alteri parti præiudicium graue. videlicet, quia ſaltem lis plus ſolito prorogaretur, & creſcerent labores, & ſumptus: quia occaſione articulorum nouiter datorum oporteret facere nouam diſcuſsionem ſuper eorum admiſsione, aut nouam dilationem dare ad eos probandum: quod ceſſat, quando non eſt proceſſum ad aliquod
2 de præmiſsis. ergo, &c. modo † mora vnius alteri non debet eſſe damnoſa, ſed ſibi ſoli. ff. ſi certum pe. l. quod te. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. & à contrario extra. de regulis iur. mora. cum ibi notatis. ff. de vſufruct. l. mora. Secundo modo dicitur res non integra, quando ſuperuenit factum aliquod, per quod læderetur ius aduerſarij ex admiſsione articulorum nouiter datorum plus quàm læſum fuiſſet, ſi dati fuiſſent in termino: vt pote, quia ſi tunc dati fuiſſent, alia pars etiam dediſſet ſtatim de materia contraria, & feciſſet tunc examinari aliquos teſtes, quos tunc habebat, qui modo longe receſſerunt, vel mortui ſunt. quia tunc ex mora prædicta pars altera læderetur: quod non eſt ſuſtinendum per proxima allegata. Sed præmiſsis ceſſantibus ſatis puto rem eſſe integram, etiam ſi tempus longum lapſum foret: & in hoc recedo à l. & ſi poſt tres. & à not. Hoſtienſ. in dicto cap. coram. ſuper verbo. moram. & §. Seia. l. ſi quis ita promiſerit. de verborum obligatio. allega. Probo, quia latior interpretatio facienda eſt in iudicio, quantum ad hoc, quàm in contractibus: quia in † contractibus ſecundum mentem 3
contrahentium iudicamus. l. in conuentionalibus. de verborum obligationibus. ſed in iudicialibus iudicamus ſecundum mentem prætoris terminos tales peremptorios præfigentis: qui quidem prætor ſemper habet oculum ad æquitatem. vt l. quòd ſi Epheſi. de eo, quod certo loco dari oportet. & ita probatur ex diſſolutione. l. ſi tres. ff. ſi quis cau. ad l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actionibus & obligationib. l. vtrobique. & in l. ſi inſulam. & §. Seia. allega. not. dominus Bartol. & tamen in extraiudicialibus eſt hoc, quòd attenditur ſolum, an res ſit integra, & an partis interſit, vt l. mancipiorum. & cap. ſi tibi abſenti. ergo, &c. Præterea, quia in iudicialibus caſibus, in quibus non eſt inobedienti per lapſum termini appoſita certa pœna, niſi de alterius partis intereſſe appareat, lapſus huiuſmodi non imputatur. vt l. ſecunda. in fine. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. cum concord. licet ſecus, ſi pœna eſſet appoſita. per l. & ſi poſt tres. allegat. & l. ſi cum dies. in fine. & l. Celſus. in principio. ff. de arbit. & ita diſſoluitur dicta l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actionib. & obligationibus. & l. ſi inſulam. ff. de verborum obligationibus. allegat. & tamen hic non erat appoſita certa pœna, quoniam nec hic interuenit principaliter, niſi factum iudicis. & in l. & ſi poſt tres. interuenit principaliter factum partis: & eiſdem modis ſoluitur ad §. Seia, allega. dictum vero præcedens intelligo, vbi ſequitur intereſſe partis alterius, &c. Tertio hoc probo ſic, quia † cauſa finalis 4
in actu principaliter attendi debet. l. ſecunda. ff. de dona. & l. fin. ff. de cond. ob turpem cauſam. Nec debent introducta ad vnum finem principaliter retorqueri ad alium, præſertim contrarium. ff. de adimen. legat. l. legata. ff. de ſolutio. l. qui hominem. in fine. modo aſsignatio horum terminorum peremptoriorum non fit ad finem intercipiendi partem, nec ad tollendum ſibi ius ſuum, ſeu ad eum impediendum in iure ſuo: abſit hoc. vt l. meminerint. C. vnde vi. l. ſecunda. in fine. C. de iudic. vi. tollend. ſed ſic ad abbreuiationem litium ſolum, & duntaxat: & ſatis patet in ratione in c. paſtoralis. de exceptionib. cum ibi notatis per docto. & tamen ſi re integra caſu, quo nil intereſt partis, dantur articuli, per hoc lis non prorogatur. Da oppoſitum: iam partis intereſt. & ſic dictum concluſionis non habebit locum. quinimò ex contrario detur magna occaſio prorogationum litis: quia admittitur pars ad docendum de iure ſuo, & doceret, & obtineret in iſta inſtantia, & ſi non audiatur in iſta, audietur in ſecunda, & ſi non, ſaltem in tertia, & reuocabuntur duæ ſententiæ præcedentes, & erunt factæ fruſtra expenſæ in primis cum laboribus grauibus. & ærumnis. Si vero docere non poteſt, videns forte ſe iuſte ſuccumbere, non appellabit. & ſi non eſſet audita, non eſſet ita certa pars de non iure ſuo, & haberet maiorem

occaſion

5 occaſionem appellandi. Præterea †per hæc euitatur
circuitus, qui, præſertim in iudicio, propter eo-
rum abbreuiationem eſt euitandus. vt l. dominus
teſtamento.ff.de condictio.indeb.iuncto cap. finem.
de dolo.cum concnrdan. Quid enim aliud quære-
re debet iudex, quàm vt abbreuiet litem? C.de iudi.
l. properandum. & ff. ſi certum petatur. l. quidam
exiſtimauerunt. Præterea, quia iudex principaliter
non debet quærere, niſi veritatem, & æquitatem.
vt C.de appellatio.l.eos.& l.quid ſi Epheſi. ff. de eo,
quod certo loco dari oport. cum ſimilibus. modo
poſtquam alterius partis non intereſt, æquius eſt
hic partem auditi, quàm indefenſam condemnari.
ij.q.j.nos in quenquam. Præterea, quia hic pars iſta
intendit de damno cum æquitate vitando. Alia vero
pars de lucro cum iniquitate captando. ergo potius
iſta audienda, quàm illa. quia non eſt par, nec eadem
ratio, lucra non capere, & damna ſentire. vt l.fin.C.
de codicillis.cum ſequen. Quarto hoc principaliter
deduco, quia hoc peremptorium non debet peri-
mere, vt videtur reſpectu iudicis, ſed ſolùm reſpe-
ctu partis, vt patet. quia iudex poſt peremptorium
poteſt expectare, imò & de nouo citare. ff. de iudic.
l.& poſt edictum. in princip. ſed iſtud eſt de gratia.
vt extra, de offic.deleg.c.conſuluit.& not.gloſ.xxiiij.
quæſtione tertia. de illicita. circa princ. magnæ glo.
6 Simile †de interlocutoria, quæ licet tranſit in rē iu-
dicatam, quo ad partem, non tamen quo ad iudi-
cem. ff. de re iudic. l. quod iuſsit. de appellatio. cum
ceſſante. cum ibi notaris. facit optimè, quod dicam
in fine rationis infra proximè ſeq. ibi. Præterea hoc
valde, &c. Quintò reducendo nos ad materiam ter-
tiæ rationis videtur facienda magna differentia in-
ter terminnm, qui ſtudioſè, & deliberatè, & cum
magna cauſæ cognitione non ad effectum litis ordi-
nationis, vel litis abbreuiationis, ſed ad effectum
peremptionis iuris alterius aſsignatur, & termi-
num, qui non præfigitur ita ſtudioſè, nec ita deli-
beratè, nec cum tanta cauſæ cognitione. Item, qui
non præfigitur ad effectum principaliter perem-
ptionis iotis alterius, ſed præfigitur principaliter
ad effectum litis ordinationis, & abbreuiationis, li-
cet ex conſequenti veniat quandoque peremptio
ralis qualis. Nam maiorem, & notabiliorem debuit
effectum habere prima aſsignatio, quàm ſecunda,
vt patet ex notatis Innoc. de reſcript. cap.cum dile-
ctus.in gloſſ.not.pro ordine. Attenditur enim plus
id, propter quod principaliter, &c. vt C. de inoffic.
7 teſtamen.l.ex his.cum concordan.& quod †cum ma-
iori difficnltate fit, difficilius reuocatur. vt C. de
teſta.l.ſancimus.iuncta l.tertia. in fine.ff.de adi.lega.
Exemplum de primo, in l. ſi eo tempore. in l. diffa-
mari.& l.ſi ea quæ. & l. mancipiorum. & cap. ſi tibi
abſenti.& de probat.cap.licet.cum ſimilibus. & cap.
coram. & cap. paſtoralis alleg. In caſibus dictorum
iurium ſtudioſe, & deliberate, & cum cauſæ cogni-
tione ad finem perimendi poſt terminorum lapſus
termini aſsignantur, vt poteſt clare videri text. ſin-
gulos diſcurrendo. Exemplum de ſecundo in ter-
minis palatij, qui aſsignantur ſecundum ordinatio-
nem, & vſum palatij ad producendum, ad ponen-
dum, ad declarandum, &c. tales enim termini ſunt
inuenti principaliter ad duos effectus, videlicet, ad
litis ordinationem, & ad litis abbreuiationem. quia
ante lites erant ſine ordine, & ſine fine: nec fiunt
cum magna deliberatione, ſeu cauſæ cognitione:
nec fiunt ſtudioſè ad finem perimendi, vt in ſeipſo
auditor quilibet experitur, & ſciunt aduocati, & pro-
curatores: licet quo ad aliquid ſint peremptorij ex
conſequentia: videlicet, quia ad ea, quæ ſunt agen-
da in illis terminis poſt illos terminos pars alios ter-
minos, vel dilationes petere non poteſt. & ſic intel-
ligo gloſſ. infra cap. de exceptioni. in clement. quæ
habet, quòd omnes iſti termini ſunt peremptorij. &
ita ſeruamus: tamen prædicti termini non ſunt prin-
cipaliter adinuenti de iure ad perimendum ius ipſius
partis, quia ſi ſic, fruſtra ſequeretur terminus ad
concludendum, qui eſt peremptorius allegationum
iuris, & facti, & principaliter ad hoc de iure inuen-
tus, de procuratorib. audit. de cauſa poſſeſsion. &
propriet.cap.paſtoralis.de fide inſtrument.cap.cum
dilectus, quòd fruſtra pater, quòd termini ad pro-
ponendum, & probandum peremptorium iam præ-
cedunt ſemper ipſam concluſionem. ergo, &c. licet
ergo diceretur in primo caſu partem poſt termi-
num audiendam non fore citatam, veniret ſine par-
tis læſione. vt not. Hoſtien. in dicto cap. coram. ta-
men in caſu ſecundo modo forte ſecus: dummodo
tamen non interſit partis alterius, vt dixi. quan-
quam tamen & in pluribus ſub primo caſu com-
prehenſis text. aperiant partem re integra ſimplici-
ter admittendam. vt l mancipiorum.& cap.ſi tibi ab-
ſenti. àlleg. quod fortiter vrget caſum noſtrum per
argumentum à minori ad maius. Præterea, hoc val-
de fortificatur per vnum dictum Specul. poſitum in
ſecunda parte titu. de dilatione. §.primo. verſic. ſed
quid ſi terminus. vbi dicit, quòd non obſtante ter-
mino præfixo reo ad omnes dilatorias proponen-
das, admittitur reus ad proponendum eas, ſi para-
tas eas babet, & abſque dilatione eas proponat. &
hoc de æquitate, b de qua in cap.conſuluit. allegat. b
licet ad petendum nouam dilationem admitti non
deberet.& ſic intelligit cap.paſtoralis. allegat. Et bre-
uiter pro parte videtur bene facere æquitas cano-
nica, de qua in cap.penultimo.de iudic. quicquid eſ-
ſet de rigore iuris ciuilis, de quo iure tamen cre-
derem idem per præmiſſa. Quid dicendum ad ea,
quæ videntur in contrarium facere? certe in pri-
mis videtur clare reſponſum per ea, quæ ſupra pro-
xime in ſexta ratione ſunt dicta. Sed vltra hoc ſin-
gulariter ad ſingula reſpondendo, ad l. ſi eo tem-
pore, quòd effectum peremptionis non dicit text.
per ſolum lapſum peremptorium re integra indu-
ctum fuiſſe, ſed dicit, quòd ſi edicto peremptorio
præcedenti ſecūdus creditor diſtraxerit, primus cre
ditor amplius non auditur. Nec mirum, quia per di-
ſtractionem, & poſt lapſum peremptorium veniſſet
primus creditor, volens ſtatim allegare & docere
de iure ſuo. text. non dicit, quòd tunc non audi-
retur, & dimittit illum caſum indeciſum, quem de-
bemus decidere per alia iura: videlicet per l.manci-
piorum, & cap. ſi tibi abſenti, alleg. Ad l. diffamari.
C. de ingen. manu. allega. eodem modo reſponde-
tur, quia ibi ſententia per præſidem fuit lata, ante-
quam admonitus agere vellet. l.mancipiorum. & c.
ſi tibi abſenti. facit pro parte iſta ad l.ſi ea. & c.licet.
allega.

allega. Et ad prædictum cap. paſtoralis. reſpondeo, & dico, quòd duo ſunt caſus ſpeciales, in quibus lapſus termini ſtatim præiudicat totaliter ipſo iure. Primus eſt in obiectionibus criminum, & obiectiuum. & ſic procedunt c. licet. & c. ſi ea. alleg. & quod not. Compoſt. in c. quod ſicut. de elect. & Ioan. And. ibi poſt eum in nouella. Ratio eſt, quia tales oppoſitiones ſunt odioſæ. Ideo æquitas dictans talia reſtringi, vt regula. alia. & c. vt circa. cum ſuis declaratoriis. de elect. libro vj. tollit contrariam æquitatem, ex qua ſolus rigor peremptorij maxime in iudiciis mitigatur, vt prædictum eſt. Sic in ſimili dicunt docto. aduerſus talem lapſum non competere

8 te reſtitutionem minori, quia † reſtitutio ſola nititur æquitate, & æquitas huiuſmodi in iſtis odioſis euitatur. ſic notat Innocen. extra. de in integ. reſtitu. cap. coram. in gloſſ. iuſtum fuit. & Specula. titu. de exceptionib. §. primo. verſicu. ſed pone datus eſt peremptorius terminus partibus. & ibi plene per eum poſt Compoſt. quem vide in c. quòd ſicut. alleg. & videtur tex. in l. auxilium. in princ. ff. de minorib. Secundus caſus eſt in propoſitione exceptionis dilatoriæ, & ſic procedit dictum c. paſtoralis. Ratio

9 huius eſt, quia † exceptiones dilatoriæ ſunt odioſæ de natura ſua, quia tendunt ad impediendum, vel protogandum ingreſſum litis, & eas odioſas vocat, & in numero odioſorum ponit Innocen. in dicto c. coram. Item, quia per earum repulſionem non affertur magnum præiudicium, ideo ceſſat æquitas, de qua dixi. Nec obſtat, quod Innocen. & Hoſtien. in d. c. paſtoralis. dicunt, quòd locum habet in peremptorio illud ca. quia poſſum dicere primo, quòd illud non eſt verum, quòd habeat locum in peremptorio, prout ibi notat Bartol. in j. gloſſ. Vel poſſum ſecundo dicere, quòd illud dictum Hoſtien. & Innoc. intelligitur de exceptionibus peremptoriis odioſis. quod patet per exemplum Innocen. quod ponit de exceptione excommunicationis in modum peremptorij oppoſita: ſecus vero de exceptionibus mere defenſoriis, quæ ſunt de iure partis, nec ſapiunt crimen, vel obiectum, vel de articulis datis per actorem, vel reum ad probandum ius ſuum ad effectum pro ſe ſententiam obtinendi, in quo caſu loquimur: quem caſum illi docto. non tangunt. ergo, &c. Vel dico tertio, & forte melius, quòd illud cap. paſtoralis. locum habet in caſu, de quo loquimur, quoad duo: quorum primum eſt, quòd poſsit in caſu noſtro dictum peremptorium aſsignari. Secundum eſt, quòd tale peremptorium, etiam in caſu noſtro, de iuris rigore partem excludit. & ita procedit dictum Innocen. & Hoſtien. Sed vltra hoc eſt vnum tertium, in quo caſus noſter differt à caſu cap. paſtoralis. videlicet, quòd in caſu noſtro licet pars ſit excluſa per lapſum peremptorij ipſo iure de rigore: tamen de benignitate, & æquitate quadam in caſu, in quo non præiudicatur alteri parti, iudex poteſt partem audire, ſed in caſu cap. paſtoralis, ſecus, quia ibi æquitas, vt dixi, ceſſat. Et quo ad iſtum tertium non intelligitur dictum Innocen. & Hoſtien. alleg. Sed forte quæreres, vbi eſt illa æquitas ſcripta? Sed tibi reſpondeo, quòd eſt ſcripta in l. & poſt edictum. & cap. conſuluit. & l. mancipiorum. & cap. ſi tibi ab-

10 ſenti. allega. cum ſimilibus. Iuncto, quòd † eſt de ſimilibus ad ſimilia arguendum, l. non poſſunt. ff. de legibus. cum ſimilibus. Vel poſſum adhuc, & forte melius, & quarto ſoluere: quia aut quæris, an pars negligens ex ſe, & ex iure ſuo poſsit petere, quòd ſui articuli dati poſt terminum admittantur: & tunc dico, quòd non: quia tunc peremptorium eſt, quo ad ſe, ipſo iure excluſa, adeo, quòd ſi non exaudiatur talis eius petitio, forte non poterit appellare: & ſic procedit c. paſtoralis. & ibi no. hoc verum, niſi per viam reſtitutionis. & ita procedit cap. coram. allega. Aut quæris, an iudex ex æquitate prædicta, quaſi ex gratia, poſsit articulos in caſu præmiſſo admittere lapſu dicti termini non obſtante: & tunc quòd ſic & ſic procedat noſtra concluſio, & quæ dicta ſunt circa eam. argumen. de ſimi. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. permittitur. & quod not. in cap. cum ceſſante. & l. & poſt edictum. & c. conſuluit. alleg. Nec obſt. ſi dicatur, quod per lapſum peremptorij quæritur ius alteri parti ad repellendum excluſum peremptorium, vt videtur, ergo illud ius per iudicem ſibi auferri non debet, vt de elect. cap. ab eod. libro vj. & regula. indultum. eodem lib. cum concor. quia dico, quòd imo non eſt acquiſitum aliquod ius firmum parti hoc caſu: ſed quæritur bene ius, dependens tamen à iudicis voluntate, vel gratia, & quaſi per conſequens ſub conditione iſta: niſi iudex æquitate dictante partem duxerit audiendam. ſic ff. de iure dot. l. ſtipulatione, ergo, &c. Ad c. coram. reſpondetur, quod ibi non dicitur, quòd quo ad effectum admittendi ad ſtatim dandos articulos, ſeu probationes iam paratas opus ſit reſtitutione. ſed dicitur ibi, quòd ſi pars, quæ habuit dilationem ad probandum, & non probauit, vult quòd ſibi detur alia dilatio, non eſt audienda, niſi per viam reſtitutionis in integrum. Et eſt ratio, ſi aliter fieret, induceretur litis prorogatio in præiudicium partis, quo caſu ceſſat æquitas, de qua dixi, & per conſequens tunc ceſſare debet concluſio noſtra in dicta æquitate fundata. ſi vero res non eſt integra, aut aliàs multum intereſſet partis, dicere tunc, quòd abſque beneficio reſtitutionis in integrum non eſſet pars vlterius audienda, per iura prædicta, & eſſet reſtituendus maior probato aliquo iuſto impedimento ex generali clauſula: ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. vel. prima. in fin. ff. ex quibus cauſ. ma. & minor, & eccleſia ex ſuo priuilegio ex iure ſuo clauſo, dummodo quòd ſua interſit aliqualiter colorent, per not. Innocen. de reſtitutione in integrum. cum ex literis. & Barto. de iureiuran. l. nam poſtea. §. ſi minor. Nec obſtat quod dicebat dominus Corſien. quòd ſicut datur ſecunda dilatio ad probandum cum aliquali cauſæ cognitione, abſque tamen reſtitutione. vt de teſti. cap. cum in cauſis. cum ibi not. & ſic in articulis, qui ſunt præparatorij ad probationes, quia dico, quòd cap. in cauſis. non loquitur de dilationibus per modum peremptorij, aſsignatur, quia ſic obſtaret cap. coram. allega.

a ¶ Re integra. *Nota quòd res integra dicitur reſpectu iudicij quando lis nondum ſuper tali recepta eſt, videlicet ante lit. conteſtat.*

b ¶ De æquitate. *Nota quòd æquitas eſt quædam conuenientia & quoddam temperamentum procedens ex cauſa a communibus regulis iuris. not. Bart. in l. j. ff de legib. Abbas in cap. ex parte. de tranſact. in cap. ij. de re iud. vbi dicit, quòd æquitas eſt ordinata iuſtitia, temperata dulcedine miſericordiæ.*

CONCLVSIO DCCXLV.

De probationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per papam alicui de eccleſia ſpectante ad collationem patroni laici, an ſit valida.*
2 *Motus proprius an probetur ſolum per literas.*
3 *Idem iuris de toto quod de parte.*
4 *Teſtes an ita probent, ſicut ſcriptura.*
5 *Defectus ætatis ex principis voluntate ſuppletur.*
6 *Hæredis inſtitutio requirit magnam ſolennitatem.*
7 *Miles liberam teſtandi voluntatem habet.*
8 *Papa habet omnia iura in ſcrinio ſui pectoris.*
9 *Ceſſante ratione, ceſſat extenſio iuris exorbitantis.*

1 LIcet † obſeruet Romana curia, quòd gratia papalis non poteſt probari, niſi per literas. cuius materia habetur per Archidiaco. & Ioan. Andræ. in procœmio ſexti libri. & aliquid tangitur in clementina. dudum. de ſepulturis. & quòd collatio facta per papam de eccleſia ſpectante ad præſentationem patroni laici non valet, niſi ex certa ſcientia papa laico patrono præiudicare intendit: tamen probata collatione papali de tali eccleſia ſpectante ad præſentationem patroni laici alicui facta per literas apoſtolicas, de huiuſmodi iure patronatus nulla facta mentione, per teſtes probari poteſt dicta certa ſcientia papæ. & ea probata per teſtes gratia non eſt ex eo capite inualida, nec ſurreptitia reputanda ſecundum maiorem partem dominorum conſilij: licet adeo magna pars fuit in opinione contraria, inter quos fuerat archiepiſcopus Corſien. Nicolaus, & Franciſcus: quorum authoritas, & ſcientia me exiſtentem in opinione huius concluſionis fecit, & non immerito dubitare, quòd videntur conſilia diuerſa quaſi per medium. Pro parte contraria concluſioni allegetur principaliter, primò, quòd eadem ſolennitas requiritur in probanda declaratione, ſine qua diſpoſitio remaneret nulla, & inualida ſimpliciter ipſo iure, ſicut in probatione ipſius diſpoſitionis principalis: licet ſecus, vbi diſpoſitio alias non fuiſſet ipſo iure nulla, ſed ageretur alias de qualitate vel quantitate declaranda. modo niſi conſtaret de huiuſmodi ſcientia, certe gratia eſſet ipſo iure nulla vt ſupponitur, & patet de offic. lega. c. dilectus. & de iure patro. c. cum dilectus. de præb. c. ij. lib. vj. per Ioan. monac. Archid. & Ioan. And. & ibi plenè. ergo non poteſt probari, niſi per literas. Primum probant ſic, quia ſi teſtator hæredem inſtituendo, vel legando non errauerit in corpore hæredis inſtituti, ſeu legatarij, vel rei legatæ, ſed errauerit ſolùm in nomine, vel cognomine, aut qualitate, vel quantitate, & errorem huiuſmodi poſtea declarauerit, poteſt probari poſtea huiuſmodi declaratio per duos teſtes: & abſque alia ſolennitate, quia ſine tali ſolennitate declarari poteſt. Et eſt ratio huius, quia abſque tali declaratione valebat in ſe talis inſtitutio, vel legatum, vt ff. de lega. j. l. ſi quis in ſuo di vocabulo, licet deficeret ſola probatio eius. vt l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel. & l. ſi fuerit. ff. de rebus dubiis. Ideo talis dicitur propria declaratio, quæ non diſponit, ſed iam diſpoſitionem detegit, & declarat. vt l. adeò. §. cum quis. ff. de acquirendo rerum dominio. & l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus vendice. Et eſt iſte caſus ad literam in l. hæredes palam. §. quod verò. & §. ſed ſi notam. ff. de teſtamentis. & tamen ſi teſtator ab initio errauit in perſona, ſiue corpore legatarij, vel hæredis, aut in corpore rei legatæ, ita quòd propter huiuſmodi errorem diſpoſitio à ſui initio, & in ſe conſiderata eſt ipſo iure nulla, & poſtea teſtator errorem huiuſmodi declaret, oportet quòd in declaratione tali ſeruet voluntatem ſolennitatis, quàm debuit ſeruare in diſponendo. Et eſt ratio, quia talis declaratio ſequens eſt additio, vel mutatio ſubſtantiæ rei, cùm ſit eius validatio, quod nullum erat, & ita non eſt noua declaratio, cum nō de nouo diſponit. & ita not. in d. §. quod verò. ſuper verbo, poſſe. & probatur ad literam dicta ratio huius membri per §. ſi quid poſt factum. in l. hæredes palàm. allegata. qui §. præcedit immediatè §. quod verò. Item probatur per §. quod verò. in fine. à contrario ſenſu ibi. nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat. pro quo facit ff. de lega. ſecundo. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. cum allegat. in dicto §. quod verò. alleg. ſuper verbo, ſignificat. Et videtur probari hæc diſpoſitio ad literam. in l. quoties. primo & ſecundo reſponſo. ff. de hæredibus inſtitu. Iſtam eandem diſtinctionem poſuit Cy. C. de codic. l. prima. & ibi ſcripſit, dicens: quòd ſi agatur ab initio de voluntate inualida confirmanda, requiritur eadem ſolennitas. Si verò de valida declaranda, ſufficiunt duo teſtes. §. ſed ſi notam. Et ponit dominus Barto. in l. qui ex liberis. §. teſtamen. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul. Secundò inducitur l. cùm proponebatur. cum ſua gloſ. & ecce quid dicit l. pone, teſtator inſtituit duos filios ſuos pupillos hæredes, & fundum per fideicōmiſſum reliquit duobus extraneis ſub conditione: ſi nauis ex Aſia venerit. & dictos duos extraneos pupillariter dictis filijs ſuis ſubſtituit, habens intentionem, ꝙ illos inuicem ſubſtitueret, id eſt, grauaret, vt qui eorū decederet ſine liberis, alteri ſuam partem fundi redderet, quod tamen ſcriptū non fuit, non quia dictū non fuerit, ſed quia omiſſum fuerit in ſcriptura errore ſcriptoris. dicit text. quòd hoc caſu ad dictæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ probationem cum coniectura [a] admittendum eſt, vt videlicet, quòd teſtator, dum ſic voluerit facere, vel ante, vel poſt ſuam intentionem declarauit, vel ſic faciēdo dixit, quòd ita vellet, &c. a

Sed qualiter probabitur coniectura? dicit gloſ. ſecundum Rogerium & Azonem, quòd probari debet eodem modo ſicut diſpoſitio principalis, & non aliter: videlicet ſi in nuncupatiuo teſtamento fiebat hoc per ſeptem teſtes: ſi in teſtamento in ſcriptis per ſolam ſcripturam: ſi in codicillis per quinque teſtes. & pro hoc inducunt l. fin. C. de fideiuſſ. ibi. cum enim, &c. licet fateatur gloſſ. quòd alij, videlicet Ioan. & Hugo dicunt, quòd non dum modis præmiſſis, ſed etiam alijs probari poteſt huiuſmodi coniectura: vt puta, ſi poſt teſtamentum coram dicto numero teſtium dixiſſet, per errorem, & obliuionem ſe omiſiſſe illam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſufficiet. vt infra de dote præle. Theopompus. & intelligunt l. contrariam. C. de fideiuſſ. l. fin. quando vult probare per teſtes principalem diſpoſitionem, non per coniecturas alias. Item tertio pro hoc inducitur gl. l. prima. C. de codicil. vbi dicitur, quòd

quòd ſi agitur de voluntate fideicommiſſi relicti in teſtamento confirmanda, requiruntur quinque teſtes, vt in codicillis. & idem not. ff. de ſecundis tabu. l. ſi quis ex liberis. §. teſtamento. Item pro hoc inducit domi. Bonifacius. ff. de lega. primo. l. ſi pluribus. ibi. niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſsimus eſſet, &c. Item quarto † pro hoc inducitur, quòd motus proprius non probatur, niſi per literas. de præbend. ſi motu. lib. ſexto. Item quinto inducitur, quia non extendit ſe gratia ad beneficium facta ad hoſpitale, niſi papa ex certa ſcientia hoc dixerit, vt de præbend. per literas. & tamen huiuſmodi certa ſcientia non probatur, niſi per literas, vt ibi not. per glo. & per Paulum. Item ſexto inducitur, quia † idem iuris eſt de toto, & de parte. vt l. quę tota. ff. de rei vendica. & tamen gratia, cuius videtur eſſe pars iſta certa ſcientia, non poteſt probari, niſi per literas, vt ſupponitur. ergo nec iſta ſcientia certa. Item ſeptimo pro hoc videtur caſus C. de fideiuſſor. l. finali. cum ibi not. per gloſſ. & Cyn. Item octauo pro hoc videtur text. in ratione, in dicta l. quoties. primo reſponſo. ff. de hæred. inſtitut. quia voluntas verum, & proprium fratrem inſtituendi non probatur per teſtes, ſi alium inſtituit, quem credidit eſſe fratrem. Et hāc partem videntur tenere in ſimili caſu Vincen. Ioann. And. ſupra de reſcript. cap. nonnulli. vbi vide in nouella ſuper glo. vt ſ. in fin. licet ergo. & Compoſtel. ibi. videntur tenere. ſa. no. Innocent. & Compoſtel. de reſcript. cap. ſignificante. In contrarium videtur primo, quia Barto. in dicta l. eum proponebatur. dicit, quòd quando quis vult probare diſpoſitionem directe, vel per coniecturas, requiritur, quòd probetur cum eadem ſolennitate teſtium, &c. & ita loquuntur lecta, & not. allegata pro alia parte. Sed quando quis vult probare qualitatem diſpoſitionis, ſufficit minor numerus. §. ſed ſi notan. & d. l. quoties. §. illo, ſed hic agitur non de diſpoſitione probanda, ſed de probanda qualitate. ergo, &c. Secundo hoc probatur, quia ſtatur regulæ, niſi ab ea reperiatur receſſum, & ſi reperitur eſſe receſſum per conſtitutionem ſpecialem, illa tanquam exorbitans, & ſpecialis extenſionem non recipit, etiam ex identitate rationis. vt ff. de legi. l. quod vero. & l. quod non. & ff ad munic. l. conſtitutionibus. & extra. de regu. iur. in regula. non ſolum. & c. conſtitutionem. & de reg. iur. regula. quæ à iure. & regula. in argumentum. & ſa. no. Ioan. And. eodem titulo in regula. quæ à iure. regula. odia. & regula. in pœnis. in quæſtionibus mercur. ibi per eum diſputatis: ſed conſtat, † quòd regulariter ita probant teſtes, ſicut ſcripturæ. vt l. in exercendis. C. de fide inſtru. & ff. & C. de teſtib. per totum. ergo licet ſtatuatur in caſibus non ſufficere probationem teſtium, ſed requiri probationem per ſcripturam, non eſt trahendum ad conſequentiā. Et per hoc tolluntur omnia allegata pro alia parte. Tertio fortius probatur hoc ſic, quia licet voluntas diſponentis concernens directe, & indirecte ipſam diſpoſitionem, ſine reſpectu rei, ſuper qua agitur, ſiue reſpectu perſonæ, ad quam tendit, ſeu ipſius voluntatis, talis declaratio non poſsit probari, niſi cum ea ſolennitate, cum qua ipſa diſpoſitio probanda eſt caſu, quo ſine tali voluntate, ſiue declaratione ipſa diſpoſitio eſſet ipſo iure nulla. Et ita procedunt tres primæ, & tres vltimæ rationes partis contrariæ. tamen voluntas diſponentis, quę concerneret directe & ipſam diſpoſitionem, & eius productionem, ſed potius ſublationem impedimenti, per quod poſſet reddi inualida à principio, vel ex poſtfacto, requirit talem ſolennitatem in probando. vt pone, teſtator fecit teſtamentum in ſcriptis, in quo legat rem alienam extraneo, niſi ſciat eam eſſe alienam, non valet legatum. C. de lega. l. eum alienam. poterit ne legatarius probare, quòd ſciuiſſet eam eſſ alienam? certe ſic. vt inſti. de leg. §. non ſolum. & ff. de lega. j. l. ſi res obligata. & non poteſt dici de probatione per teſtes, quia tunc mâle, & fruſtra oneratur legatarius de probando, cum ex apertione teſtamenti appareret. & paret per ibi not. quia quòd ſciuerit probatur per coniecturas. vt quia de proximo rem alienauit per ſeipſum. argu. ff. pro ſuo. l. fin. quæ coniecturæ ſcripturam non requirunt, nec earum probatio tantum numerum teſtium. eodem modo poteſt intelligi l. prædia. in fin. C. de fideiuſ. & l. voluntatis. eod. tit. & dicta l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. quæ optime probat, quia ſupponit in litera principis non fieri mentionem de defectu ætatis, qui † tamen ex principis voluntate ſuppletur. Sed ſubdit gloſſ. verum hoc, ſi princeps ſciuerit, probandum eſt. l. verius. ff. de probatio. & non per literas. de hoc nil dicentes. ergo per teſtes. vt inſti. qui. & ex quibus cau ma. po. §. j. de teſta. tu. §. j. & ff. de neceſ. ſer. hære. inſti. l. penul. tamen facit, quia † hæredis inſtitutio requirit ſolennitatem magnam. C. de teſtamen. l. hac conſultiſsima. Item facit bene c. j. de conſti. lib. vj. & quod not. Cyn. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. ſi præſcriptione. & ff. de exeu. tu. l. idem Vlpianus. in fin. fallit in caſibus, in quibus reperitur contrarium à iure expreſſum. Et ita precedunt rationes quarta, & quinta. Modo hic non agitur de voluntate diſpoſitiua probanda, quia certum eſt, quòd voluit gratiam facere: ſed agitur de voluntate impedimenti ſublatiua probanda, videndo, & probando, quod voluit patroni præiudicium non obſtare, quod voluerit eoipſo, quòd ſciuit, ne ſua gratioſa conceſſio ſit deluſoria, nam qui vult vnum, &c. ff. de acquiren. hære. l. illud. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. & ff. de iuriſdi. omn. iudic. l. ij. cum conco. & per iſta ſublatæ ſunt omnes contrariæ rationes. Ratio diuerſitatis inter dicta duo membra præcedentis diſtinctionis eſt, quia in primo membro agitur de ipſa diſpoſitione probanda, ſed non ſic in membro ſecundo, quia ibi non agitur de ipſa diſpoſitione probanda, ſed ibi agitur ſolum de probando impedimentum fuiſſe ſublatum, vel non obſtitiſſe. modo iura non induxerunt iſtam ſolennitatem ſcripturæ, vel numerum teſtium circa modum impedimenta tollendi, ſed ſolum circa modum ipſam diſpoſitionem inducendi. Quarto hoc idem probari poteſt per rationem primam alterius partis, quia per iſtam declarationem, & declarationis probationem nil de nouo datur, ſed prius de nouo ſignificatur datum. Nec facio differentiam, an declaratio huiuſmodi voluntatis probanda non præceſsit gratiæ conceſſionem, vel ſequatur, dummodo ſe referat ad tempus conceſſionis eiuſdem per prædicta, ſed ſi refert ſe ad tempus ſequens conceſſionem gratiæ, ſecus foret, quia tunc eſſet vera confirmatio, in qua eadem requirerentur ſicut in gratiæ conceſſione, per not. Arehid. in d.

in d.cap.ſi motu.facit, quia ſic confirmant doct re-
uera.§.interim.in authen.de defen.ciui.& ita locum
habet ratio contraria.§.quod vero. & §.quòd ſi no-
tam. allega. & ita recte procedunt gloſſ. l.j.C.de co-
dicil.& l.qui ex liberis.§.teſtamento.ff.de ſecundis
tabul.& not.Cyn.in dicta l.j.C.de codicil.& Cyn.in
dicto §.ſed ſi notam.& Bartol.in dicto §.teſtamento.
quæ ſupra poſui. Quinto confirmando prædicta vi-
dentur text.expreſsi.pone, Imperator literis ſuis dat
licentiam clerico in vna prouincia ad regendam tu-
telam vnius pupilli, transferendo domicilium ſuum
ad aliam prouinciā ſuam, nunquid videtur per hoc
ipſum abſoluere à tutela? dicit text. quòd ſic, dum
ſciat, quòd ſit electus. Sed nunquid de iſta ſcientia
oportet conſtare per literas? certe dicit text. quòd
non: ſed ſufficit, quòd aliter conſtet, dummodo li-
teræ habeant de tranſlatione per expreſſum, & ita
tollit impedimentum tutelæ, ſi ſciat, licet non ex-
primat. vt ff. de excu.tut.l.idem Vlpianus.in fin.&
ibi not.per gloſ.& per Bartol.qui hic allegat l.bono-
rum.C.qui admit.ad bono.poſ.fa.per eandem viam
inſtitu.qui, & à qui. cauſ. ma.non poſ. in princip.&
qui tut. date poſ.in princip.& C.de neceſ.hære.inſti.
l.penulti. Item pro hoc induco aliam l.quæ dicit, ſi
a miles [a] ſciens ſe habere filium, alium inſtituit, tacite
filium exhæredat, vt inſtitutionis impedimentū tol-
lat, licet de illo in teſtamento non faciat mētionem.
vt C.de mili.teſta.l.ſicut.& ff.de bo.lib.l.ſi patronus
teſtamento, in princip. & l. Paulus.§.fin.eod.titu.&
inſtit.de exhære.li.§.ſed ſi in expeditione. Sed quare
ſecus in pagano.vt l.nominatim.ff.de libe.& poſthu.
7 & not.in dicta l.certe. Ratio eſt, quia † miles habet
liberam teſtandi facultatem, prout ſibi placet. &
ideo eius voluntas, quæ in nullo coarctata eſt, ſolum
ſpectatur recte, ſicut in papa, dummodo de ea bene
conſtet.vt ff.de mili.teſta.l.j.& quaſi per totum: ſed
priuatus in filij præiudicium non habet liberam te-
ſtamenti factionem, ſed arctatur legibus, ne exhæ-
redet filium ſine cauſa, nec cum cauſa nominatim
hoc faciat.& hoc propter odium exhæredationis, &
exhæredantium, & fauorem filiorum. & ideo, ſi in
eo ſectas, non mirabile. Modo certum eſt, quòd vo-
luntas papæ, quæ non coarctatur legibus.vt ca.pro-
poſuit. de conceſ. præbend. ſolum operatur.vt l.j.§.
quod principi.ff.de conſtit.ergo militi, & non paga-
no hoc caſu nō immerito comparatus eſt. Sexto hoc
perſuaderetur hoc modo, quia ſi in certis ſpecialibus
caſibus eſt expreſſum, quòd de obſtaculo, vel impe-
dimento tollendo in ipſa diſpoſitione fiat mentio,
vt in exhæredatione, & motu proprio, & caſu cle.
per literas.ſupra dictum eſt. & idem eadem ratione,
vbi reperitur iure cautum, fiendam expreſsionem,
vt de cura, & dignitate.per cap.fin.de præben.& eo.
titu.lib.vj.cap.cum in illis.& cle.ſi dignitatem.& ho-
die per regulas cancellariæ. Idem de electione capi-
tis collegij, & principalitate dignitatis, &c. In con-
trarium, quo ad caſus alios ſub regula comprehen-
ſos, debemus ponere ius commune.vt l.ius ſingu-
lare.ff.de legi. & ff. ad municip.l.j.in fin.& debemus
in aliis caſibus ſub regula comprehenſis per tales ca-
ſus exceptos firmare regulam.vt ff.de pen.leg.l.nam
quod liquidæ. in fin. ſed laxando vnum dico, quòd
licet talis probatio non deberet admitti, tamen ſi
de ea iam conſtaret principi, contrariū diceremus: vi-
delicet, quòd ſufficeret per clemen.conſtitutionum.
de elect.in cle. Ratio, quia eoipſo iura † contraria, 8
quæ ipſe habet in ſcrinio pectoris, tollere videretur.
vt cap.j.de conſtitu.lib.vj.& pro hoc bene facit not.
Innoc.de reſcrip.cap.j & Cyn.poſt Iacob.& Pet.C.ſi
contra ius, vel vti.pub.l.fin. Poteſt reſponderi aliter
ad cap.ſi motu.quod facit pro nobis, quia illud quod
ibi dicitur, quantum ad hoc, eſt nouum, & rigoro-
ſum, vt ibi not.in fin.vltimæ gloſ.& ideo non recipit
extenſionem per rationem ſecundam huius partis,
imò probat in contrarium eſſe ius commune per ra-
tionem ſupra proximā. Item eſt alia ratio, quia mo-
tus proprius includit de neceſsitate vnam negatiuā
non coarctatam: videlicet, quòd nullus ſuper hoc
vnquàm papæ ſupplicauerit, vt not.in d.c.ſi motu.&
tamen talis vel impoſsibilis eſt ad probandum: vt l.
actor.C.de proba vel minus difficilis.vt not.in glo.
vlti.d.ca.ſi motu.ſed certa ſcientia, & vltima volun-
tas, de qua loquimur nullam negatiuam. ſed vnam
ſimplicem affirmatiuam includit, quæ probabilis eſt.
vt dicta l.actor.ergo, &c. Et caue, quòd licet fateor,
quòd motus proprius reddat gratiam fauorabilem,
& propter iſtum fauorem iuuat ad interpretationem
noſtræ concluſionis faciendam: tamen non propter
hoc ſequitur, quòd ſi motus eſt probandus per ſcri-
pturam, quòd iſta certa ſcientia, & voluntas ita pro-
banda ſit. imò magis contrarium: quia poſita cauſa
ponitur effectus, licet dicam, & fateor, quòd licet iu-
uet, non tamen eſt cauſa ipſe proprius motus, ſed po-
tius ipſa ſcientia eſt cauſa ipſius voluntatis, vt pro-
bant iura allegata. Item dico, quòd in caſu clemen.
per literas.non eſt eadem ratio, ſicut in caſu noſtro,
quia ibi agitur de maiori præiudicio: videlicet pau-
perum.item, quia per hoc gratia, quæ non eſt, niſi ad
beneficium, ad hoſpitale, quod non eſt beneficium,
extenderetur. hic ſolum agitur de generalitate non
extendenda: hic vero agitur de ſpecialitate non peri-
menda quorum ſecundum fauorabilius quàm pri-
mum. patet per no.Ioan.Monach.in regula, in gene-
ralitate.cum concord.& per conſequens non eſt mi-
rabile, ſi ceſſante † ratione, ceſſat extenſio iuris ex- 9
orbitantis. Ad alia de dignitate, & cura, & de quali-
tate electionis principalitatis & capitis collegij di-
co, quòd vel ſupplentur per dicta iura, & rationes al-
lega. Vel dico, quod contra ius ſcriptum itur, & in
his caſibus ſaltē dupliciter: vt ff. qui, & à qui.l.pro-
ſpexit. & ideo trahenda non ſunt ad conſequentiā.
per allegata ſupra in ratione ſecunda huius partis.
Non obſt.quod dicit, quòd pars gratiæ eſt hic ſubla-
tio obſtātiæ huius præiudicij: quia licet fateor, quòd
gratia abſque illa non poterit in eſſe produci: tamen
dico, quòd propter hoc non ſequitur, quòd ſit pars
gratiæ, imò totam ipſam gratiam cenſetur tanquàm
præambulatorium quoddam præcedere, ſaltem in-
tellectum eo modo, quo reſeruatio præcedit colla-
tionem. de præparatoriis enim alicuius negotij eſt
impedimenta tollere, quæ obſtare poſſent.vt l.iij.§.
qui iter.ff.de ſer.vrb.præ. Nec obſt.l.ſi.C.de codicil-
lis.quia loquitur de probando legato in teſtamento
relicto, vel voluntate in teſtamento legandi, quod
legatum requirit illo caſu ſolennitatem teſtamenta-
riam.vt l.ſi veritas. & l.ex teſtamento.C.de fideiuſ.
hic vero agitur ſolum de obſtaculo tollendo, & eius
procreatione, ergo patet ratio diuerſitatis ſupra in

rertia rationedictæ huius partis : & eius intellectus deductionem vide ibi per Cyn. Nec obſt.l.quoties. primo reſponſo. de hære.inſtir.quia ibi loquitur de errore in corpore rei legatæ vel perſonæ legatarum: & patet ratio ſupra in rertia ratione buius partis. Ad alia eſt reſponſum.

a ¶Cum coniectura. *Quid ſit coniectura, vide C.de fur.l.apud antiquos.ſuper verbo per coniecturam.& ff.de lega ij.cum proponebatur.in fin.*

b ¶Si miles. *Quis ſit miles, & quot requirantur ad militem, vide in l.milites.ff.ex quibus cau maio. Quæ ſint priuilegia militis, Barto in l.neque.ff de teſta.milit. Qualiter teſtari poſſunt milites, vide per Specu.tit.de inſtru.edi. Sed aduerte, quia milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs militaribus. & eſt ratio quare milites olim habebant multa priuilegia, quia inter cætera iurabant, ſe non euitaturos mortem pro republica, cui militabant, & a qua ſtipendia accipiebant.*

CONCLVSIO DCCXLVI.

De procu. De iudi. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Cancellaria non poteſt committere auditori palatij. cauſas ad curiam non legitime deuolutas, ſine ſpeciali mandato papæ.*
2 *Princeps non eſt aſtrictus legibus.*
3 *Auditores palatij in cauſis eis commiſsis cenſentur iudices delegati.*
4 *Proceſſus factus coram eo qui nullam habet iuriſdictionem eſt nullus.*
5 *Vſus iuriſdictionis in delegato non probat iuriſdictionem.*
6 *Cauſa ab effectu non trahit ſuam originem.*
7 *Sententia lata cum non iuſto contradictore, vim & nomen rei iudicatæ non habet.*
8 *Poſitio vnius contrariorum eſt reuocatio alterius.*
9 *Allegans contraria in iudicio non audiendus.*
10 *Terminus cui denegatur, via etiam ad terminum veniendi denegatur.*
11 *Tacitum non plus operatur quam expreſſum.*

SI auditor per cancellariam domini noſtri, ſine mandato tamen ſpeciali eiuſdem domini noſtri, in cauſa in curia non denoluta legitime deputatus, ad inſtantiam actoris legitime comparentis, contra reum abſenrem, comparentem tamen per eius procuratorem, limitatum tamé, videlicet ſolum ad cauſas tempore ſuæ conſtitutionis ad dictam curiam legitime deuoluras, pronuntiauit cauſam prædictam eſſe ad curiam legitime deuolutam, & non appellauerit prædictus procurator limitatus: vel ſi appellauit, appellationi renuntiauit tacite, vel expreſſe, & poſt hoc cum eodé procuratore limitato fuerit proceſſum per dictum auditorem vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, ſententia non valet, & proceſſus totus ipſo iure eſt nullus. Hanc concluſionem deduco ex duplici capite, & primo ex primo defectu iuriſdictionis ipſius auditoris, ſecundo ex defectu dicti procuratoris limitati. Primo ergo deduco ex defectu iuriſdictionis, &c. pro quo ſuppono, quòd
1 cancellaria † non poteſt committere auditori palatij cauſas ad curiam non legitime deuoluras ſine ſpeciali mandato domini noſtri: & ita tenemus, & probo, quia hoc eſt contra ius, quòd apud apoſtolicam ſedem tenetur quis venire de ſua prouincia pro litigando. not. Ioan. Monach.in regula, in generali.& Compoſt. de elect. ſtatuimus. ergo nullus poteſt facere præter papam, niſi in caſibus à iure conceſsis. patet argumentum, quia † ſolus princeps [a] poteſt 2
venire contra iura, quia omnes alij legibus ſunt li- a
gati. vt cap.j.de conſtit.lib.vj.& l.leges.& l.fin.C.de legi. ideo non poteſt inferior à principe contra ius diſpenſare, niſi in caſibus à iure conceſsis. not. Innoc. de remp.ordi.cap.dilectus.in gloſſ.adiicibili. Modo non conceditur illud à iure, niſi in cauſis ad curiam alias legitime à iure, vel ab homine deuolutis. ergo cancellaria in aliis committendis non valet. ergo ſi contrarium fecerit, cõmiſsio erit nulla. arg. de iure pat.cap.quod autem.de offic.vica.capi.ſua.de iudic. at ſi clerici.cum ſimilib. Ex quo infero, quòd dictus auditor vigore dictæ commiſsionis nullam iuriſdictionem, ſeu poteſtatem habebat. Secundo ſuppono, quòd auditores † palatij extra cauſas eis com- 3
miſſas nullam habent iuriſdictionem, & in cauſis eis commiſsis cenſentur delegati, nec aliquam iuriſdictionem ordinariam habent. Primum notorium eſt, & ſecundum ſequitur ex primo. per l.more maiorum.& l.quia.ff.de iuriſdict.omnium iudic.& l.j.§. quo mandatum.ff.de offic.eius, cui man. Nec obſt. quòd Spe. dixerit eos habere ordinariam in cognoſcendo, vt not.gloſ.j.auditor.de reſcript.in Clemen. quia vel illud refertur ad tempus, quo non fiebant diſtributiones, vel intelligitur de officio ordinario recipiendi commiſsiones omnes: quia omnes debẽt ei diſtribui, & non aliis, niſi dominis cardinalibus, ſine papæ mandato. His duobus præſuppoſitis probo ſic, quia † proceſſus factus, & ſententia lata ab 4
eo, qui iuriſdictione omnino caret, ſunt nulli ipſo iure: faciunt, & probant iura in prima ſuppoſitione alleg. de præben.cap.ſi.C.ſi non à competen.iudi.l.j. & ij.& per totum. modo proceſſus, & ſententia præuia, & interlocutoria, per quam talis auditor pronuntiet, ſe iuriſdictionem habere facti, & lati ſunt ab illo, qui ex toto iuriſdictione caret. probo, quia ſi iuriſdictionem aliquam habuiſſet, aut illa iuriſdictio à dicta concluſione proueniret, aut à lege, aut à pronuntiatione, quam fecit, aut à conſenſu ipſarum partium: ſed nullum horum eſt poſsibile, ergo &c. quòd primum dici non poſsit, patet per primam ſuppoſitionem. quòd ſecundum dici non poſſit, probo ſic: quia licet bene reperiam, quòd iudici, de quo certum eſt, quòd iudex eſt, & alias iuriſdictionem habet, ſed dubitatur de ſua iuriſdictione, an videlicet ad caſum, de quo agitur ſe extendat, lex dat iuriſdictionem, per quam poſsit ratione huius dubij cognoſcere, an in tali caſu ſua iuriſdictio vendicet ſibi locum, & dicitur quædam prorogatio legis. & quòd dicatur talis prorogatio not.gl.ff.ſi quis in ius voca.l.ij.& hoc multum facit pro me. quia prorogatio requirit præexiſtentiã iuriſdictionis prorogandæ. vt ff.de iudic.l.j.& ita procedunt l.ij.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& l.ſi quis aliena.ff.de iudic.& l. ij.§.ſed ſi dubitetur.eodem titu.& ff.ad municip.l.de iure.primo reſponſo. tamen non reperio, quòd priuatæ perſonæ omni iuriſdictione careant: tamé propter falſas, & minus rationabiles allegationes dubitatur, an iuriſdictionem habeat, vel non, quòd propter iſtud dubium lex det talem iuriſdictionem. Nec obſt.cap.ſuper literis.in fin.de reſcript.ſi duobus.de appella. quia vtrobique iudex iuriſdictionem habet: licet poſſet exceptione elidi, vt patet per vtrobique not.

not.nec quod Inno.in cap.ſuper.de eo, cui commit-
titur cauſa appellationis. & tamen appellatio fuit
nulla:quia pronuntiat appellatum, & iudicem eſſe:
quia ex tali commiſsione papali datur iuriſdictio,li-
cet poſsit per exceptionem ſutreptionis elidi.& ideo
non obſt. not. Innoc.in cap.ſuper literis.cap.ſi duo-
bus. allega. à contrario per prædicta. Non obſt. not.
Innoc.in cap.ſuper literis.& cap.Romana.§.contra-
hentes.de foro competen.& cap.præterea.de dila.de
ordi.qui iuriſ.habet in ſubdi.& ſuper nō ſubdi.pro-
nuntiat ratione contractus,vel delicti ſe iudicē eſſe,
quod poteſt,&c. quia illud cōfirmat primum mem-
brum dictæ diſtinctionis. Secūdum vero membrum
eiuſdem diſtinctionis probatur per not. Inno.in cap.
ſuper literis. de eo delegato, cuius literæ dicuntur
nullæ ipſo iure.vt, quia falſæ, vel ſurreptitiæ, quia
tunc quicquid fit,nullum eſt ipſo iure,ſicut in pro-
poſito.ergo,&c. allega.do.Ioan.not.de priuil.lib.vj.
cum perſonæ. vbi tenetur comparere priuilegiatus,
& tamen ſentētia ordinarij non teneret.fa.no.Hoſt.
in ſimili.de reſcript.capit.cum ordinem.Nec tertium
principale poteſt dici:videlicet, quòd pronuntiatio
5 ipſa de per ſe hoc faciat, quia † vſus iuriſdictionis in
delegato non probat iuriſdictionem,nec eam cauſat.
not.Inno.de reſcrip.cum dilecta.& d.c.ſuper literis.
Ratio per l.ij.§.quædam.ff.de interdi.& l.j.§.permit-
titur.ff.de aqua quoti.& æſti.& l.habemus.ff.de de-
6 curioni. Nec mirum, quia † ab effectu [b] non debet
b cauſa ſuam originem trahere,ſed ecōtra. Nec quar-
tum principale poteſt dici, videlicet, quòd conſen-
ſus partium hoc caſu det iuriſdictionem: quia aut
hoc fieret per modum propriæ conceſsionis.& hoc
non.vt l.priuatorum conſenſus.C.de iuriſdict.omn.
iudic.per modum tacitæ prorogationis,& hoc non:
tum quia prorogatio requirit præexiſtentiam iuriſ-
dictionis, quæ proroganda eſt. vt ff.de iudic.l.j.tum
quia procurator non prorogat ſine ſpeciali manda-
to.vt ff. de offic.delega. cum olim. in fin.tum, quia
hæc prorogatio nouam induceret deuolutionem.&
ad illam non eſt procurator conſtitutus.ſed hoc tan-
git ſequens membrum,ideo venio ad illud.Secundo
vero principaliter ex ordine oſtendo,quòd ex defe-
ctu poteſtatis dicti procuratoris limitati totum ruit.
de hoc tangit Bar.ff.quod fal.tuto.l.j.§.idem Pomp.
l.illa.§.videatur.tangit Spec.de reſcript.princip.§.j.
verſi.vlti.de ſenten.§.j.per Cyn.C.de procurat.licet.
per Innoc.de elect.nihil.qui videtur ibi contra.facit
C.de eo,qui pro tuto.neg.geſſ.vbi dicit tex.cum glo.
etiam ibi per doct. per Compoſt. & Ioan.And.de re-
ſcrip.ca.ſuper literis.& ibi in nouel.ſuper ſi.vlti.glo.
7 Et probo hoc dupliciter. Primo ſic,quia † ſententia
lata cum non iuſto contradictore,vim,& nomen rei
iudicatæ nō habet:nec illis poteſt præiudicare,quos
principaliter non tangit, vt l. cum non iuſto.ff.de
collu. detegen. ſed talis procurator, vt procurator,
non eſt legitimus contradictor, ergo domino non
præiudicat. probo minorem, quia ſub mandato ad
cauſas deuolutas limitatio non cadit exceptio non
8 deuolutionis:quia poſitio † vnius contrariorum, eſt
reuocatio alterius.l.vbi repugnantia.ff.de regulis iu-
ris. modo deuolutio, & non deuolutio contrarian-
tur. Nec obſt. quòd deuolutionem proſequi poſſet:
quia ſicut ex parte actoris ius actionis metimur.l.j.
in princip.ff.ſi pars hæ.ed. pet.ita ex parte rei meti-
mur ius conditionis, & defenſionis.vt ff.de proba-
tio.l. ij. & ff.de exceptio.l.j.& ij.modo. ita eſt, quòd
pars rea in contradictione, ſuper qua fuit interlo-
cutum,non proſequebatur,niſi non deuolutionem.
Secundo hoc probo ſic,quia quando procurator ge-
rit actum, quem non poteſt gerere vt procurator,
vel ſi poteſt, & non gerit vt talis, domino non præ-
iudicat.ff.de condict. indeb.l.ſi procurator.ff.quæ in
fraud. cred.l.ſi patet.ff.iudic.ſolu.l.ſed quòd de tu-
tore. ver. ſed & ſi tutor. modo talis procurator hoc
caſu geſsit actum non vt procurator,nec gerere po-
tuit vt procurator, probat ratio præcedens: ſed &
aliter probo,quia quando quis in officio conſtitutus
id facit, quod ſuo officio non contrariatur, non po-
teſt id faciendo facere, vt in tali officio conſtitutus.
vt ff. de offic. procura. Cæſa.l.j.§.j.ff.pro empt.l.qui
fundum. §.ſi tutor. & ff.de fur.l.interdum.§.qui tu-
telam. modo proſequi, quòd pronuntietur cauſam
non eſſe deuolutam, aduerſatur ſuo officio, quod
requirit deuolutionem. ergo, &c. Præterea ſecun-
do, quia allegans † contraria in iudicio non eſt au- 9
diendus.vt de appel.cap.ſolicitudinem.& C. de fur.
l.j.modo in eo, quòd interueniret,vt procurator di-
ceret,cauſam eſſe deuolutam: quia in non deuoluta
nullam poteſtatem habet, & tamen excipiendo de
non deuolutione diceret contrarium. totum ergo
debemus præſumere,quòd interuenit,vt priuatus: [c] c
quia non vult grauari, vt procurator, cum non ſit
procurator: quia videtur elegiſſe viam ſibi poſsibi-
lem.vt ff. de teſta. mil.l.ſi miles.& per not.Innocen.
de præſcrip.cum ex officij.Confirmatur tertio,quia
† cui terminus denegatur, via etiam ad terminum 10
veniendi deneganda eſt. vt ff.de ſpon.l.oratio.modo
iſti non erat conceſſa cauſa, quæ deuoluta non erat.
ergo nec iſta via ad terminum veniendi. Confirma-
tur quarto, quia ſicut procurator agit, & defendit
nomine domini, ita beneficiatus agit, & defendit
nomine beneficij: & tamen cum de hoc agitur, an
talis habeat ius in tali beneficio,cauſa tunc non agi-
tur nomine eccleſiæ, ſed potius nomine perſonæ.
not. Innocen. de reſtitu. ſpol.in literis. Nec obſtat,
quòd conceſſo vno omnia videntur conceſſa, ſine
quibus,&c. quia illud verum,vbi quod conceditur,
ad hoc tenderet, & vbi principalis conceſsio eſſet
certa.ſic procedunt l.ad rem.& l.ad legatarium.l.ſe-
cunda. de iuriſdictio. omni. iudic.l.tertia.§.qui iter.
ff.de ſer.ru.præ.capi.j.cap.præterea.cap.paſtoralis.de
officio delega. ſed hic procurator ad hoc non ten-
debat,&c. nec erat certum, quòd caderet ſub man-
dato. ergo. Tertio principaliter hoc probatur ſic,
quia non † plus poteſt operari tacitum, quàm ex- 11
preſſum. vt l. qui ad certum. ff.loca. nec refert quid
de æquipollentibus fiat. vt l. cum quid. ff.ſi certum
petatur.& modo ita eſt, quòd expreſſe pronuntian-
do cauſam eſſe deuolutam,pronuntiatur tacite pro-
curatorium eſſe bonum, & tamen, ſi ſuper hoc
pronuntiaretur, expreſſe domino non obeſſet.not.
Cyn.poſt Iacob. de Are. & alios moderniores.C.de
procu.l.licet.& Compoſt. & Io.And.in d.c.ſuper li-
teris.tamen iſta æquipollent,quia etiā pronuntiando
procuratorium hoc caſu eſſe validum pronuntiatur
cauſam deuolutam eſſe,quia qui vnum dicit,&c. ff.
de procur.l.Pomp.§.ſed & ſi.facit: deſtructo conſe-
quenti, neceſſario deſtruitur antecedens.

a ¶Sulus princeps. *Nota, quòd princeps hic vocatur papa, qui quandiu viuit, dicitur dominus, & poteſt aquare quadrata rotundis, falua violatione fidei. Not. Hoſtien. in cap. cum venisſent de iudic. Et quando voluntas principis ſit pro ratione, vide Feli. in cap. ſi quando de reſcrip.*

b ¶Ab effectu. *Nota, quòd effectus aliquando ponitur pro cauſa, vt manumiſſio pro cauſa manumiſſionis. ff. de manumiſ. teſta. l. qui potuere. Sed hic effectus eſt, quod ex re ſequitur. ff. ex quibus cau. ma. l. vij.*

c ¶Vt priuatus. *Nota, quòd priuatus homo dicitur non illuſtris. C. de appel. l. præcipimus. § fin. vel qui non eſt ex aliqua dignitate. C. loca. ne cus. in fin.*

CONCLVSIO DCCXLVII.

De pactis. De locato. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad non modicum tempus conſtituit ius in re.*

2 *Eccleſia non poteſt obligari per prælatum niſi ex vtilitate euidenti.*

SVppoſito, quòd domi. Guido Portueñ. epiſcopus Cardinalis, Hannibaldo ciui Romano de anno lxx. præfato Hannibaldo conceſſit in locationem ad xv. annos vnum caſtrum cum aliquibus poſſeſſionibus eccleſiæ Portueñ. cum poteſtate percipiendi, & exigẽdi omnes fructus ad penſionem annuam ducentarum librarum, ſeu florenorum abſque ſuperioris authoritate, vel abſque euidenti eccleſiæ Portueñ. vtilitate: locatio fuit perſonalis, & tenuit reſpectu perſonæ dicti domini Guidonis ad vitam eius. per cap. veniens. cap. decætero. & cap. contingit. de tranſact. & cap. niſi eſſent. de præben. Sed reſpectu eccleſiæ ipſo iure non tenuit, nec eccleſiam potuit obligare, nec ad ſucceſſorem tranſire, ſeu ſucceſſorem obligare ipſo iure. Ratio eſt, tum propter defectum ſolennitatis, tum propter defectum vtili-
1 tatis. Ratio primi, quia † locatio ad non modicum
a tempus [a] conſtituit ius in re. vt l. j. §. quod aurem ait. ff. de ſuperfi. & l. fin. ff. ſi ager vecti. ergo ſub vet alienationis, continetur. vt l. alienationis. ff. de verb. ſig. C. de re. eccl. non alie. Et dicitur non modicum tempus ſecundum vnam opinionem communiorem ad decem ann. atgu. C. de præſcri. lon. temp. primo reſponſo, in rubro, & nigro. not. gl. in l. fi. ſi ager vecti, allega. & ff. locati. l. quæro. §. interlocutorem. vel ſecundum aliam opinionem ad arbitrium iudic. not. gloſſ. in dicto §. quod autem ait. & cap. j. de re. eccleſ. non alie. in fi. in cle. arbitrari autem debet iudex ſecundum iura. arg. ff. de legi. non poſſunt ergo ad annos xv. per prædicta. maxime, quia conſuetudo, in qua ſe fundat gloſ. clemen. j. hic non apparet. Ratio
2 ſecundi eſt, quia † eccleſia non poteſt obligari per prælatum niſi ex vtilitate euidenti. C. de ſacroſan. eccle. auth. hoc ius. & l. fi. ff. de exercitoria. cuius probatio incumbit allegant. vt in iuribus allegat. not. Innoc. ne prælati vi. ſu. cap. querelam. probat cap. ij. de preca. de ſucceſſore non eſt dubium: quia cum non contraxit, nec quaſi: nec deliquerit, nec quaſi: nec poteſt per medium eccleſiæ obligari. plus dixerunt domini, quòd ſi ſucceſſor permiſerit colonum ſtare per aliquot annos in locatione, ſibi non præiudicat, etiam penſionem recipiendo, niſi ſciret locationem, nec tunc, niſi ſciret eam non tenere, & quemadmodum facta fuit. per not. Innocen. de materia prorogationis, in capit. prudentiam. de officio deleg. nec tunc, niſi pro tempore illo. vt l. item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum. ff. locati. not. Bart. in dicto §. qui impleto. plus dicunt quidam domini, quòd nec tunc, niſi vtetque in recondunctione alias tacite vel expreſſe conſenſiſſet, pro eo, quia alias noua obligatio non contrahitur. vt ff. de pact. l. j. nec poſt validabilis eſt reſpectu perſonæ, quæ in ea non fuit initiata, nec reſpectu eccleſiæ: tum, quia in ea nunquam valuit ipſo iure. extra. de elec. ca. auditis. & per not. Innocen. in dicto cap. prudentiam. de offic. deleg. & Ioan. Andr. in regula. rati. & regu. ratum. in mercuria. in concluſionibus item, quia cauſa confirmans, videlicet vtilitas, & ſolennitas non ſuperuenerunt, iuxta not. Dy. in regula. non firmatur. Nec obſt. §. qui impleto. quia ibi interuenerunt tria, videlicet, quòd obligatio ſemel fuit intimata inter eas, & inter perſonas vtriuſque, cuius obligationis teliquiæ operantur. vt ff. re. amo. l. ij. & iij. de quæſtio. l. vnius. §. ſi ſeruns. de decutio. l. fin. & ff. de lega. ij. l. cum filius. §. hæres meus. & ſcientia certa, ac permiſſio, &c. ſed primum non eſt hic, vt eſt deductum ſupra proxime. Nec ſecundum: quia per id, quod dictum eſt ſupra, quia potuit ignorare vitium, & defectum locationis itum, quia potuit differre litem ex multis cauſis. ſimile not. Innocen. de priuilegio. accidentibus. ad §. locationis. in authen. de alie. & empt. col. ix. vbi videtur dici, huiuſmodi locationes fieri poſſe ad voluntatem cõtrahentium, & quantumcunque tempus, dummodo non vltra xxx. annos, ſoluitur, quòd illud authen. non obtinet de iure canonico: quia non reperitur approbatum. iuxta not. Innocen. cap. dudum. de re. eccleſ. non alie. lib. vj. vel quòd ibi loquitur de eccleſiis Conſtantinopolitanæ ciuitatis, vel quòd loquitur de obligatione perſonali, quæ valet, vt prædixi, quod ſonat verbum contrahentibus, ibi poſitum. & tunc ibi expone ab ipſis venerabilibus domibus, id eſt, à prælatis ipſarum: vel illud intellige per modum reiterationis: vel ibi expone: quantumcunque, ſcilicet infra vitam prælati: ſed iſta ſolutio eadem eſt cum tertia. alias enim aſcendens ad xxx. annos eſſet perpetua. vt inſtitut. de perpe. & tempo. actio. in princip. iuncta l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcript. xxx. anno. quod non procedit, ſecundum omnes.

a ¶Ad non modicum tempus. *Locatio ad non modicum tempus inducit alienationem. ff. vbi hoc allegatur. Nota ad hoc de loco publico fruendo. l. j. §. ad hac. extra. de loca. cap. veſtra. extra. de re. eccleſ. non alie. §. vlti. lib. vj. Adde, quòd licet locatio dicatur translatio, non tamen dicitur alienatio.*

CONCLVSIO DCCXLVIII.

De reſcrip. De præb. Vt lite penden. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil innouandum.*

2 *Lite pendente an liceat principi ſupplicare.*

3 *Alienatio rei litigioſæ prohibita.*

LIcet per appellationem in cauſa beneficiali interpoſitam, & legitime intimatam, ac deuol-
uentem inducatur litis pendentia [a] ſimilis illi, de a
quo loquitur clement. ij. vt lite pendente. etiam quo ad impediendum impetrationem iuris noui, prout not. in dicta clemen. cap. j. & in cap. fi. in addi. vt lite penden. tamen impetratio beneficij reſeruati, de quo

de quo contra ordinarium interpoſita extitit appellatio talis facta ſine expreſsione talis appellationis, vel cuiuſcunque alterius pendentiæ litis, non propter hoc eſt ſurreptitia. pro quo ſciendum, quòd nos habemus vj. edicta. 1 Primum eſt, ne † appellatione pendente aliquid innouetur. de quo habetur, nil innouari appellatione interpoſita, in rubro, & in nigro. Secundum edictum eſt, ne lite penden. aliquid innouetur. vt in decre. lib. vj. & in clemen. vt lite penden. nil innoua. Tertium edictum eſt, ne lite penden. impetrentur à principe, vel eius referendariis iuſsiones, per quas iudex à iuris communis tramite recedere habeat, & ſecundum eas iudicare, vel procedere in cauſa, de quo in authen. vt in medio litis iuſſiones non fiant. §. j. & §. ſi vero. & per totum in rubro, & in nigro. Quartum eſt, ne lex. vel conſtitutio principis nouiter edicta ad cauſam pendentem, vel ad cauſam appellationis ſit trahenda, de qua in authen. vt cum de appella. cogno. in princip. & §. j. & ij. 2 colum. viij. Quintum edictum eſt, † ne lite, vel appel. pendente liceat principi ſupplicare, de quo C. ne lite penden. vel poſt prouoca. aut diffini ſen. vul. impe. ſuppli. in rubro, & nigro per totum. Sextum edictum eſt, ne lite, vel appel. penden. liceat nouum ius impetrare, vt extra. ne lit. penden. capi. j. & fin. & de teſt. cap. cauſam. quæſtio. ij. His ſuppoſitis pro concluſionis dilucidatione quæro de vno, videlicet, an vltimum edictum cadat ſub ſecundo. videtur quòd ſic. per capi. j. & fi. extra. vt lite penden. quia aliter inepte ſituarentur in titu. illo. Item hoc not. Innocen. in duobus cap. ſituatis. & Ioan. Andr. eodem titu. in clemen. ij. In contrarium videtur, quia licet alienatio 3 † rei litigioſæ ſit prohibita. ff. & C. de litig. per totum tit. tamen acquiſitio ipſius rei litigioſæ in perſonam alterius litigantium ipſorum non eſt prohibita, vt not. Innocen. in cap. fi. vt lite penden. in addi. & probatur, de rei vendic. l. ſi autem. §. j. l. ſi poſt acceptum. eod. titu. & probatur extra. de re iudic. cap. abbate. Breuiter diſtinguo, quia quæritur de impetratione, quæ non fit à communi domino, & tunc non ſit prohibita, nec cadit ſub aliquo vj. edictorum prohibitoriorum per proxime dicta. Aut quæris de impetratione à communi domino: pura. à principe, & tunc bene eſt prohibita, ſecundum Innocen. niſi fiat mentio de lite, vt ipſe not. in additione prædicta. & probant iura pro prima parte alleg. Ratio diuerſitatis ſecundum eum, quia licet veriſimile non eſt de principe, quòd velit liti præiudicare: ſed non eſt veriſimile de priuato, quòd propter litem velit à ſui iuris conceſsione abſtinere. Sed per hoc non eſt quæſtio noſtra diſſoluta. Et ideo, vt diſſolutio videatur, ſecundum membrum diſtinctionis prædictæ ſubdiſtinguo. Quia aut impetratio talis tollit ius partis alterius. vel illud attenuat, ſiue lædit: vel aut non attennat, vel lædit, nec tollit ius alterius litigantis. primo caſu dico, quod cadit ſub prohibitione ſecundi edicti. Ratio, quia tunc innouatur contra alterum litigantium ſuper re, de qua litigatur, in eo, quod ius alterius litigantis tollitur, vel in aliquo abſorbetur, & interimitur. cap. j. & fin. vt lite penden. quæ loquuntur de tollenti. & cap. cauſam, quæſtio. ij. de teſti. quod loquitur etiam de impetratione etiam in aliquo abſorbente. Aut loquimur in ſecundo caſu, & in iſto caſu dicere videtur Innocen. quòd adhuc impetratio facta in principe communi domino. quæ de lite mentionem non facit, ſit ſurreptitia, in additione prædicta dicti cap. fin. ſed in contrarium facit, quod ipſe not. in cap. j. & in cap. ſignificante. de app. videlicet, quod tunc innouatio prohibetur, cum per innouationem alteri præiudicatur. hoc idem not. gloſ. Ber. in capi. cauſam. quæſtio. ij. de teſti. allega. in gloſ. ij. cum glo. concor. ibi Tan. & Go. & Ioan. And. recitatiue. Quod dicendum dubito, ſed ſub correctione dico, quòd hic, aut vltimo caſu præiudicatur quo ad poſſeſsionem: vt puta, quia actori non habẽti ius in beneficio, de quo litigat contra poſſeſſorem impetret de nouo ius, [b] per quam impetrationem adiudicandum ſibi foret beneficium, & poſſeſſori poſſeſsio auferenda, & non facit mentionem de lite, & hoc caſu eſt prohibita impetratio, & cadit ſub edicto ſecundo. Ratio, quia nondum dicitur innouati, cum ius illius, contra quem litigatur innouatur. Et ita loquitur, imo etiam cum ſuper eius poſſeſsione innouatur. cap. j. & ij. vt lite pendente. Aut non præiudicatur alteri parti, etiam quo ad poſſeſsionem, & tunc ſecus. Circa prim[illegible] exemplum clarum eſt iſtud. ſi poſſeſſor impetrat ius nouum, qu[illegible] neuter ius aliquod habebat, tunc non præiudicat actori in iure ſuo, qui tunc ſupponitur, quòd ius non habet, nec in poſſeſsione, quia poſſeſsione caret. Exemplum ſecundum magis dubium, vt ſi ego expectatiuus litigo contra ordinarium detentorem de beneficio ſedi apoſtolicæ reſeruato, & ita in eo neuter ius habet, nec in re, nec ad rem, nec poſſeſsionem, quia ob decretum inficitur etiam poſſeſsio. argumen. decre. vt noſtrum. de appel. & vt eccle. bene. vt noſtrum. Et in primo caſu huius ſubdi. cadit dictum Innocen. poſitum in additione prædicta. In ſecundo vero caſu cadit dictum Innocen. poſitum in cap. j. & cap. ſignificante. allega. Ratio huius ſecundi dicti eſt, quia omnia talia edicta prohibitiua iudicialia intelliguntur, ſi partis interſit. ff. ſi quis in ius vocatus non ier. l. ij. §. j. & ff. quod quiſque iu. l. j. §. j. cum ſimili. Item, quòd nihil innouatur, cum nec ius, nec poſſeſsio aduerſarij in aliquo immutatur, & hoc caſu non cadit ſub edicto ſecundo. Item nec cadit ſub edicto primo ex identitate rationis. Item nec cadit ſub edicto tertio, quia loquitur de iure diſponente, non de diſpoſito, de quo loquimur nunc. Nec quartum locum habet per eandem viam. Nec quintum, quia loquitur de ſupplicatione habente vim appellationis, & per quam partis iuſtitia læderetur. Nec eſt aliqua ſpecialis conſtitutio contraria, cum loquimur in vera taciturnitate, nec apparet, quòd expreſſio omnino mouiſſet ad denegandum. Ex his determinatur concluſio noſtra: quia reus poſſeſſor impetrauit, dum actor omni iure in petitorio, & poſſeſſorio omnino carebat. & iſte caſus eſt clarus. Confirmatur, quia totum intereſſe, quod poteſt prætendi, eſſet de futuro caſu, videlicet, ſi ad actorem beneficium ſine vitio deueniret, quia non cogeretur teſtificare, niſi reus doceret de iure ſuo, vel de impetratione futura, cui via propter iſtam, ſi valet, præcluſa foret, quia dico, quòd talia futura, quæ ſe habent ad eſſe, & ad non eſſe mere contingentia non ſunt ponderanda, quia non habent ſpem de præſenti in aliquo iure bono fundatam. vt ff. qui ſatiſdare coguntur. l. ſciendum. §. penulti. ff. de in litem iurando.

l.j.ff.qui, & ex quibus cauſis. leg.Iulianus.ergo,&c. Confirmatio, quia aut impetratio vitiatur ratione innouationis,aut ratione ſurreptionis. Non primo, quia faciliter diceretur talis acquiſitio iuris noui. ſi per alterum de litigantibus fieret cum tertio,iuxta not.Innocen.in cap.cum M.de conſtitu.& per Ioan. Andr.de appella.non ſolum.libr.vj.ſuper verbo,reducendum: & hoc, quod ibi loquitur de attentatione, cum parte per tertium. facit, quia princeps proprie non attentat, cum ſit ſupra ius.vt cap.propoſuit.de conceſ. præben. & tamen ſi pars à tertio requireret, non foret attentatum, quia innouatio dicitur reſpectu iuris, vel poſſeſsionis partis, contra quam, non reſpectu iuris partis impetrantis. probatur in dicto cap. abbate. vbi eſt caſus. & not. Innocen. in cap.fin.vt lite penden. in additione. nec ſecundum dici poteſt: primo, quia eſſet contra opinionem gloſſ. Tan. & Ioan. Andr. in dicto cap.cauſam, quæſtio.ij.de teſti.allega.& Innocen.in capit.j. vt lite penden.& cap.ſignificante.de appella.pro eo, quod non intereſt actoris. Secundo quia eſſet hoc caſu ſine lege l[illegible] in materia odioſa, & reſtringibili. imo & contra rationem. per prædicta. Tertio, quia non eſt veriſimile papam poſſe moueri ad denegandum ex tali lite ſine aliqua cauſa rationabili mora, & cuius effectus non impeditur reſpectu alicuius partis per iſtam impetrationem: nec etiam ex non iure,ſeu ex non intereſſe alterius.

a ¶Litis pendentia. *Quando dicatur lis pendere, vide in cle. vt lite pendente, cum ibi not. Adde, quòd lite pendente res litigioſa in nullam partem transferri debet ante cauſa cognitionem. xj quæſtio.prima.cap. vltimo.xcij.diſtinct.ſi quis ordinatus.& cap ſequen.*

b ¶Impetret de nouo ius. *Nota, quòd impetrans ius iniquum, licet non vtatur, tenetur.quod quiſque iuris.l.iij.ff.*

CONCLVSIO DCCXLIX.

De teſtamentis. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator inter hæredes an poſsit prohibere ius accreſcendi.*
2 *Teſtatoris voluntas in omnibus debet obtinere primum locum.*
3 *Conditio impoſsibilis adiecta institutioni, habetur pro non adiecta.*
4 *Pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus quis decedere non debet.*
5 *Adiectio contraria actui vitiatur.*
6 *Omnis ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio.*

SI pater plures filios in ſua poteſtate habens ſin-
a gulos inſtituit[a] in certis rebus, & eos illis ſingulariter iuſsit eſſe contentos, multa poſtea legata relinquens, cenſetur deceſsiſſe teſtatus. videtur primo,quòd concluſio non procedit: quia licet pluribus in certis rebus inſtitutis cenſeantur vniuerſaliter inſtitui, hoc verum, ſi teſtator hoc expreſſe non prohibuerit.vt l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hære.inſtit. ſecus, ſi hoc expreſſe prohibuiſſet.vt l.quoties.§ ſi
1 duo. eodem titulo. facit, quia † teſtator inter hæredes poteſt prohibere ius accreſcendi.vt ff.de iniuſto, rup.teſtamen.l.penultima. ergo & prohibere hæredem inſtitutum in certa re, ne vltra illam capiat: quia illud aliud non videtur, niſi prohibere ius huiuſmodi accreſcendi.facit optime not.Barto.in l.penulti. §. ſi ex fundo. & §. ſi duo. allegatis. in quibus not. hoc ius accreſcendi per teſtatorem poſſe tolli, facit gloſſ.l.dominus fructus.§.j.ff.de vſufruct.facit, quia voluntas teſtatoris repugnantiam in ſe habens videtur vitiari.vt ff.de condit.inſtitu.l.ſi Titius. facit, quia † tales videntur habendi loco legatorum. 2
l.quoties.de hære.inſtitu.facit, quia voluntas teſtatoris debet in omnibus obtinere primum locum.vt in l.in conditionibus.ff.de condit.& demonſt. Concluſionem tamen probo,quia vbi conſtat teſtatorem voluiſſe relinquere vniuerſalem hæredem, & per conſequens decedere teſtatum, quæcunque adiectio per eum facta,huiuſmodi vniuerſalitati, & teſtatoriæ diſpoſitioni repugnans, vitiatur,& non vitiat, & trahit ad ſe teſtamentaria, cauſa tamen inteſtati. Sed ſic eſt in propoſito. ergo, &c. Maior probatur. quia ſi teſtator Titium vniuerſalem hæredem inſtituit,& † adiiciat inſtitutioni conditionem 3
impoſsibilem.vel exceptionem rei hæreditariæ, habetur pro non adiecta.ff.de conditio.inſtitu.l.j.& ff. de hære. inſtitu. l.ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit. excepto fundo. facit quia cauſa teſtamēti debet præualere. vt l.quandiu.ff.de acquiren. hære. facit, quia omnia iura conantur ſuſtinere teſtamenta. ff.de hæred. inſtitu. l.ex facto.§.j.& l.alterius. eod.titu.cum ſimili. facit, quia in hoc plus fauetur voluntati teſtatoris, quia ex legis diſpoſitione veniunt hære.ab inteſtato, non ex diſpoſitione teſtatoris.facit, quia aut adeunt in fauorem alicuius,& tunc eſt locus fideicommiſſariæ ſubſtitutioni teſtamento in ſuo vigore manente.vt ff.de lega.ij.l.peto.in princip.§.j. Si vero prohibitio non fit in fauorem alicuius, fit ſine cauſa,& irrationabiliter. & ita non valet.vt l.filiuſfamil.§.diui.ff.de lega.j.Hinc eſt,quòd not.gloſ.ff.de acquit.hæred.l.ſi ſeruus communis ab extraneo. in fi.quia ius accreſcendi cohæredi vniuerſali per teſtatoris diſpoſitioné auferri non poteſt. Ratio,quia teſtator non poteſt facere, quòd leges locum non habent in ſuo teſtamento.ff.de lega.j.l.nemo modo. l.vlt.quia † non patitur,quòd quis decedat pro parte 4
teſtatus,& pro parte inteſtatus.vt in regula,ius noſtrum non patitur. Simile, quia nec l.hoc patitur in hærede,vel legatario.vt ff.de acquiren.hære.l.j.& ij. cum gloſ. ergo. Nec mirum, ſi trahit eam cauſa teſtamenti,quia fauorabilior eſt,quàm cauſa inteſtati. vt l. antequàm. C.communia de leg. & patet bene per lecta. & not.in l.ij.ff.de acquit.hære.allega.facit optime in argu.ff.ſi vſufruct. peta.l.j.§.j. Hanc partem dicunt quidam Dy.& Cyn.formaſſe in additio. ſuper l.ſi ita quis hæredes.ff.de hære.inſtit.dicentes, quòd ſi teſtator inſtituit quem ex dimidia.& cauet, quòd venientes ab inteſtato habeant alias partes, quòd nihilominus totum habebit inſtitutus. Minorem ar.probo,quia ſpeciale eſt in filiofa.in poteſtate, patris conſtituto inſtituto in certa re,quòd pro hærede vniuerſali habetur.vt C.de hære.inſti.l.quoties. not. Cy.& probatur vt cum de appel.cogno.§.cæterum.col.viij.quia ibi dicit, quòd ſibi debet relinqui iure inſtitutionis, quòd ſi minus relinquit pater iubens illum eſſe contentum, nihilominus l.ſupplet. vſque ad legitimam, [b] etiam ſine onere.vt l.omni- b
no.& l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.teſtam. & eſt caſus de hoc in §.certum.alleg.modo l.diſpo-

ſitin non debet carere effectu, nec verbis impooi. C.communia de lega. l.ij. in fine.ergo ius, & beneficium vniuerſaliter habebit, quod ius in iurę accreſcendi conſiſtit. ergo non obſtat, quòd ſine onere habet. ergo non habet hæres, quia hæreditas ſecum onera habet, quia dicitur, ꝙ hoc per modum fallentiæ l. induxit in filio, eius fauore. & ideo non debet in eius læſionem retorqueri. vt l.nulla.ff.de legibus. C.eod. l.quod fauore. & ſi vltra legitimam iuriſdictionis capiunt, teoētur bene oneribus, ſed ab intra: ſecus ex priuilegio l. Secundo principaliter hoc deduci poteſt, quia videtur diſpoſitio facta per modum diuiſionis inter liberos. vt l.quoties. C.famil. herciſc. quæ valet iure teſtamenti etiam ſine ſolennitate. vt in auth. hoc inter liberos. C.de teſtam. Tertio pro hoc facit, quia videtur adiectio de non plus accipiendo adiecta fauore legatariorum, vt videlicet liberi occaſione Falcidiæ, vel aliàs nil detrahant de lega. quia nõ appareat alia cauſa. & iſta ſit probabilis, & recipienda eſt: & tamen tunc teſtamenti vigor ſtat, &c. Ad §.ſi duo. reſpondetur, quòd ibi non loquitur in hæredibus vniuerſaliter inſti-
c tutis. Sciendum eſt, quòd cum hęreditas [c] ſit quoddam vniuerſum ius, vt ff.de verb.ſignific. l.hæreditas. non poteſt quis hæres eſſe de per ſe in re ſingulari. Verum ſi teſtator inſtituit vnum ſolum, & in fundo, quia prima facie præſumitur voluiſſe decedere teſtatus, fit interpretatio ex eius mente, licet verba ſonent aliter: quòd ſit ille hæres fundi mentione detracta. vt §.ſi ex fundo. & vt potius valeat cauſa teſtameoti, quàm quòd trahatur ad inteſtatũ. Sed ſi vltra progreditur prohibendo, ne vltra capiat, apparet tunc, quòd nec ex verbis, oec ex mente poteſt procedere vniuerſalis inſtitutio. Ideo totum nihil valet, & idem eadem ratione in pluribus incertis rebus cum huiuſmodi expreſſione inſtitutis. & ita procedit §.ſi duo.alleg. & quod quo ad hoc not.Barr. ibi. & in §.ſi ex fundo. & l.pen. alleg. licet domious Argeñ.cootra, vt videtur dicere do.F.cum eo ſtans. quibus non aſſentio per prædicta. ſed ſecus, vbi mens teſtatoris, & verba clare ſapiuot primo vniuerſalem inſtitutionem, licet adiiciant ad hoc adiect.contrariam. quia tunc, vt dixi, illa vitiatur, & oon vitiat. vt l.ſi ita quis hęres inſtitutus fue-
5 rit excepto fundo. alleg. facit, quia adiectio † contraria actui vitiatur. ff.de preca. l.cum precario. in princip. extra de condit.appoſi.cap.fin. Ad l.penult. ff.de iniuſto teſta. reſpondet Argentinus, quòd ibi non eſt ratio, quare videtur teſtator tollere ius accreſcendi dando ſubſtitutum, quia ſi ſubſtitutus moreretur, & cohæres renunciaret, alteri accreſceret. not.Bart. ipſe ff.de leg.iij. l.coniunctim. aliàs eſt ff.de verbor.ſignific. l.triplici. ſed eſt ibi ratio fauor poſthumi. Sed certe ſalua pace domini Argent. hoc verum eſt, quia dando ſubſtitutum via ex conſequentia præcluditur iuri accreſcendi, quia ſi habet ſubſtitutus, qui ſuo caſu ſine dubio cohæredi præferendus eſt. C.de cadu.tolleo. l.vna. §.in primo. & §.pro ſecundo.cum ſimil. cohæredi non accreſcit, vt de ſe patet, verum quia ſubſtitutus pendet ex euen-
6 tu conditionis, quia omnis † ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio. vt l.j. & ij.ff.de vulg. & pup.ſobſti. ideo præcluſo iure accreſcendi pendet ex eadem conditiooe. Ideo illa deficiente locus eſt neceſſario iuri accreſcendi. argum. l.ſi quis ita hæreditatem. ff.de condit. & inſtit. Ideo male reprehendit Bart. Argent. Dico tamen, quòd dom Barr. ex alio capite male ſe fundat per l.illam, quia fateor, quòd teſtator ex cauſa poteſt tollere ius accreſcendi. dummodo ſic tollat, quòd remaneat cauſa teſtati in ſuo robore, vt ſi dat ſubſtitutum, quia ſubſtitutus habet cauſam videlicet fauorem ſubſtituti, & non immutat cauſam teſtamenti: & ita loquitur l.penul.alleg. vel ſi facit aliorum fauore, quia tunc operatur fideicommiſſum. vt l.peto.alleg. quod autem in pen. l.ceſſante ſubſtituto non habeat locũ ius accreſcendi, facit fauor poſthumi, qui rumpit ſolũ in ſui fauorem, non in fauorem hæredis. vt l.nam & ſi.§.rumpendo. ff.de iniuſ.teſt. Et eſt ibi caſus, in quo cauſa inteſtati trahitur ad cauſam teſtati fauore poſthum. Ad glo. l.dominus fructus. §.j. reſpondeo, quia §.ibi loquitur in fideicommiſſis particularibus, in quibus, ſicut in legatis, & aliis fideicommiſſis quibuſlibet, prohibitio iuris accreſcendi locum habet. vt l.Titius.§.qui habebit.ff.ad Trebell. non obſtat l.ſi Titius. quia ibi ſunt duæ inſtitutiones conditionales repugnantes æque potentes, quę concurſu ſe impediant: hic vero cauſa teſtati eſt potentior, vt prædixi ad l.quoties.C.de hæred.inſtit. Nec obſt. quòd voluntas teſtatoris eſt ſeruanda, quia verum eſt: talis, quæ non eſt irrationabilis, ſibiipſi repugnans, & infecta à iure, vt in propoſito, teneatur ergo opinio Bart. quo ad caſum §.ſi ex fundo. & §.ſi duo. alleg. Ægidius.

a ¶Inſtituit. *Nota quòd inſtitutio hæredis initium eſt teſtamenti, & dicitur inſtitutus non ſolum ſcriptus, ſed etiam nuncupatus. ff.de hæred inſtit. l.j.*

b ¶Vſque ad legitimam. *Legitima an ſit quota hæreditatis, vide Bart. in l.ex facto. l.ij. ff.de hæred inſtit. & in l.quoties. C.eod.tit.*

c ¶Hæreditas. *Quid ſit hæreditas, vide ff de lega. pra. l.nihil aliud. & de reg.iur l.hæreditas. Quæ autem continentur appellatione hæreditatis, dic vt ff.ad Trebell. l.poſtulante.*

CONCLVSIO DCCL.

De iure patro. De regularibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

5 *Monachus an admitti poſsit ad regimen eccleſiæ parochialis ſecularis. & num.3.*

2 *Natura regulæ monachalis deſcriptio.*

4 *Epiſcopus an liceat regulares ad ſeculares eccleſias parochiales promouere. & num.5.*

6 *Præſentatio regularis ad eccleſiam ſecularem parochialem facta abſque abbatis conſenſu an valet.*

PAtronus infra tempus iuris ad parochialem eccleſiam præſentans religioſum regularem iuri non ſatisfacit, nec excuſatur per hoc ex negligentia, nec per hoc lapſus temporis, ſeu deuolutio impeditur. Ad materiam huius concluſionis omnioo præmitto ea, quæ ſuprà ſcripſi circa vnam concluſionem, & quæ leguntur, & not in remiſsionibus ibi no. & præſertim per Io.And.poſt Hoſt. & per Io. Cal.in diſt.de ſta.regu. quòd Dei timorem. ſuper gl. verum. Circa hoc vltra præmiſſa ponunt quidam in primis concluſiones, quę ſequuntur. Prima cõcluſio eſt, ꝙ † regularem aſcendere ad regimen parochia- 5
lis eccleſiæ ſecularis repugnat regulę monachali, &

naturæ profeſsionis obuiare cenſetur. Ratio huius
eſt,quia monachus factus rector eccleſię parochia-
lis ſecularis, ſolutus eſt ab obedientia ſui abbatis.
not. Ioan. And. ibi poſt Hoſtien. in d.cap. quòd Dei
timorem. ſuper glo. vtrum. & tamen obedientia hu-
iuſmodi eſt vnum de tribus votis ſolennibus, circa
quæ diſpoſitio eſt difficilis. vt cap. cum ad monaſte-
rium. in fi. de ſtatu regula. & ibi monachi. Itē natura
2 † regulæ monachalis eſt ſilentium,[a] contemplatio,
a quies, ſeu clauſtrale otium, & abdicatio propriæ
voluntatis. vt cap. licet. de regulari. imò generaliter,
quòd mortuus cenſetur vitam regularem profeſſus,
quo ad omnia ſecularia, & mundana, vt C. de epiſc.
& cler. l. Deo nobis. & tamen promotus ad recto-
riam ſecularem, quo ad omnia dicta proxime, mu-
tat ſtatum. ergo, &c. Secundo probatur, quia per-
miſsio ſpecialis mutat aliàs regulam in contrarium.
vt l. j. in fine. ff. ad municip. & l. vna. C. de theſauris.
lib. x. modo ſpecialiter permittitur ex cauſa de ec-
cleſia parochiali ſeculari. vt cap. quod Dei timorem.
alleg. cum iuribus omnibus facien. pro hac parte,
ergo regula erit in contrarium ratione repugnan-
3 tiæ antedictæ. facit tertio, quia † antiqua iura ſecula-
res adminiſtrationes eccleſiaſticas monachos gene-
raliter prohibebant. xvj. q. j. ſi cupis. & cap. iuxta. &
cap. adiicimus. cum duobus cap. ſequentibus. & epi-
ſcopi cum conſenſu abbatis diſpenſatiue de paro-
chialibus eccleſiis id permittebant. vt eodem tit. &
quæſt. cap. cum pro vtilitate. & lv. diſtinct. c. priſcis.
ergo oportet, quòd generalis prohibitio propter di-
ctam repugnantiam procedat. Secunda concluſio,
4 quòd † hodie epiſcopis, & non inferioribus ab eis eſt
permiſſum, regulares ad ſeculares eccleſias paro-
chiales promouere. Prima pars concluſionis proba-
tur. xvj. q. j. cap. doctos. & cum multis ſequentibus.
& cap. moderamine. & cap. in parochia. cum multis
aliis cap. eod. tit. & quæſt. & cap. quòd Dei timore.
alleg. Secunda pars concluſionis probatur, quia de
his, quæ generaliter omnibus reperiuntur eſſe pro-
hibita, vt in concluſione proxime præcedenti, &
aliquibus ſpecialiter permiſſa in prima parte huius
concluſionis, dicendum eſt, quòd aliis, quibus non
permittuntur, ſpecialiter denegata cenſentur. vt
cap. quanquam. de elect. in vj. iunctis not. per Inno.
de conceſſ. pręb. quia diuerſitatem in materia in cap.
quanquàm. facit ff. de iudic. l. cum prætor. Et quia
ſtandum eſt regulæ, niſi quantum reperitur exce-
ptum, vt probant iura communia. modo. non repe-
ritur aliis cōceſſum, quàm epiſcopo. ergo, &c. Ter-
5 tia concluſio eſt, quòd epiſcopo † ſoli libere non eſt
permiſſum hoc, ſed vt poſsit hoc, requiritur de ne-
ceſsitate, quòd conſentiat abbas, ſeu alius ſuperior
regulatum ipſius regularis, &c. vt lviij. diſtinct. cap. j.
& ij. xvj. q. j. ſi quis monachus. & cap. cum pro vtili-
tate. & cap. ſi religioſus. de elect. lib. vj. Nec mirum,
quia per talem promotum aufertur obedientia ab-
bati debita, & tollitur ius monaſterij, & abbatis.
Ideo abbas conſentire recuſans, etiam ex cauſa ſuf-
ficienti, ab alio, quàm à papa non compellitur ad
conficiendum. Non obſt. de renuntia. admonet. &
Hoſtien. de iure patro. c. nullus. & Archid. de elect.
quàm ſit. lib. vj. & Ioan. mo. & Io. Andr. in d. cap. ſi
religioſus. Ex his concludunt dictam præſentatio-
6 nem non valere: primo, quia † facta abſque abbatis
licentia iuxta concluſionem tertiam. Secundo, quia
facta abſq; diſpenſatione epiſcopi, ſeu ab alio, quàm
ab epiſcopo. iuxta duas concluſiones primas. ſed in
veritate, ego valde dubius ſum. Primo quidem ſum
dubius de prima ratione, quia regularis ita modi-
cum habet volatum libere ad epiſcopatum, ſicut ad
parochialem eccleſiam ſine licentia ſuperioris: &
tamen non propter hoc eſt poſtulandus, ſed potius
eligendus. vt de elect. quàm ſit. in fi. & cap. quorun-
dam. & cap. ſi religioſus. & c. nullus. & ibi not. lib. vj.
& not. Ioan. Andr. de poſtul. præla. cap fin. licet Inn.
ibi contra. Item, quia poſt electionem factam de re-
ligioſo datur tempus arbitrarium ad petendum
iſtam licentiam à ſuperiore. vt d. cap. quàm ſit. in fi.
Item poſt illud tempus arbitrarium lapſum licentia
non obtenta datur iterum integrum tempus iuris
ad eligendum. vt cap. ſi electo. de elect. lib. vj. & not.
Archid. in d. c. quàm ſit. Circa ſecundam rationem,
ſeu defectum ſecundum etiam dubito, quia quaſi
omnes doct. & glo. ſaluo ſolo Ioan. de Lignano, vi-
dentur dicere, maxime in canonico regulari, quòd
diſpenſatio hominis non requiritur. ſed quòd eſt
diſpenſatio iuris communis. ſimile fac. de æta. &
qualit. cap. præterea. vt fuit dictum in vna conclu-
ſione ſuprà alleg. Præterea c. antiqua nedum ſe re-
ferunt ad epiſcopi prouiſionem. ſed etiam ſe refe-
runt ad electionem plebis. xvj. q. j. ſic vitæ. Item, quia
monachus eſt ille, in quem cadere poteſt ius præla-
turæ,[b] ſaltem abbate conſentiente, & epiſcopo or- b
dinante per prędicta. Igitur ſi patronus cum epiſco-
po ordinauerit, non poteſt dici negligens. per not.
Innoc. de conceſſ. præb. cum noſtris. Sed reueren-
diſsimus pater dom. P. Cardinalis ſancti Euſtachij
ſtans cum concluſione reſpondet, dicens, quòd li-
cet epiſcopus diſpenſatiue poſſet præſentatum ad-
mittere, videlicet aliis ſecularibus deficientibus. &
caſu, quo talis eſſet, de quo ratione prædicationis
eſſet vtilis eccleſiæ talis prouiſio. vt cap. priſcis. &
cap. pro vtilitate. & aliis capit. alleg. ac admittendo
præcedente cauſæ cognitione, aut rei notorietate,
videretur eoipſo diſpenſaſſe. iuxta not. Innoc. de fil.
presb. veniens. & ibi per alios etiam not. tum, quia
epiſcopus, non tamen niſi velit, maxime niſi de pręe-
dica. appareret, non videtur idoneus ſimpliciter pręe-
ſentatus. pro quo inducebat. cap. cum de beneficio.
de præb. lib. vj. & ideo non videtur iuri ſufficienter
ſatisfactum. argum. de offic. ord. cap. cum vos. cum
ibi not. ad glo. Inn. in cap. cum noſtris. dicitur, quòd
loquitur de eo, in quo cadit ius prælaturæ ipſo iure
ſine diſpenſatione, vt eſt homicida, excommunica-
tus, & irregularis. alleg. cap. poſtulaſti. de elec. ex-
commu. mi. de æta. & qualit. bonæ. de exceſ. præla.
inter dilectos. de accuſ. accedens. not. Compoſt. de
elect. quòd ſicut. & Innoc. de conceſſ. præb. propo-
ſuit. ſed hic ſecus dixit.

a ¶ Silentium. *Adde quòd ſilentium indiſcretum eos, qui erudiri poterant, in errore relinquit. xliij. diſtin. ſit rector. Et ſimplex conuerſatio abſque ſermone exemplo prodeſt tantum, ſilentio nocet. xliij. diſtinct.* §. j.

b ¶ Ius prælaturæ. *An autem monachus profeſſus iuri prælaturæ, vel eccleſiæ ſecularis teneatur ad ſtatuta ſui ordinis, vide Hoſt. in ſum. de ſtatu mona. & Innoc. quorum vnus dicit, quod ſic & alius, quod non: vterque tamen habet bonum motiuum. extra, de ſtatu mona. cap. quòd Dei timore. Vide illos, & concorda, ſi potes.*

CONCL

CONCLVSIO DCCLI.

De iure patronatus. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Ius præſentandi, eligendi, vel conferendi ante vacationem nulli competit.*

2 *Beneficium legitimationis à principe conceſſum filio ſpurio, facit eum habilem ad acceptandum hæreditatem quæ tempore legitimationis nondum erat delata.*

3 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

4 *Ius ſpirituale an cadat in laico.*

5 *Priuatus beneficio per ſententiam à qua appellat, an appellatione pendente poſſit per epiſcopum reſtitui. & num 8.*

6 *Pœnam & damnum qui excludit non videtur fraudem committere.*

7 *Omnia tacita non reddunt gratiam ſurreptitiam.*

9 *Res prorogata non cenſetur innouata per prorogationem.*

10 *Vno impedimẽto ſublato non videtur aliud ſublatũ.*

11 *In prælato requiritur reſidentia perſonalis.*

12 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*

SVppoſito in facto, quòd do.fe.re. Greg. papa xj. do. Martinum priorem cuiuſdam prioratus, quæ eſt dignitas curata in collegiata principalis, ſpectãs tamen ad præſentationem laici, promouit ad eccleſiam Siluen. tunc vacan. & cum eo tempore huiuſmodi promotionis, vel cito poſt eum, & ante vacationem dicti prioratus motu ſuo proprio diſpenſauit, quòd dicta promotione non obſtante, dictum prioratum vna cum dicta eccleſia Siluen. retinere poſſet vſque ad beneplacitum apoſtolicæ ſedis, non facta tamen mentione, quòd dictus prioratus ſpectaret ad præſentationẽ patroni laici, vt præfertur. dixerunt domini in reitetatis conſiliis duarum inſtantiarum, dictam diſpenſationem licet motu proprio factam, ſurreptitiam eſſe, & nõ valere. Pro iſta parte fuerunt latæ duæ ſententiæ, & nunc pendet tertia inſtantia, & terminus ad audiendum ſententiam in eadem. & in primis, quòd collatio non procedat, deducitur ſic: quia tunc in gratia principis eſſet ponderandũ præiudicium ſpei futuri iuris, cum ſpes illa eſt radicata in aliquo iure de præſenti competenti, & aliter non. modo talis non eſt ſpes iuris præſentandi ante vacationem patrono competens, ergo minor propoſitio videtur clara: quia † ius præ- 1
a ſentandi, eligendi, vel confetẽdi ante vacationem [a] in nullo competit. vt in c.j. & ij. de cõceſſ. præb. Maior vero propoſitio probatur per gl. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. cuius gl. inductionem, & verificationem vide ſupra in quadam concluſione, in ſecunda illatione ſecundæ partis illius concluſionis. pro qua glo. facit l. fin. C. de ſent. paſſ. Caue tamen quia alio modo d. glo. inducitur, videlicet in ea parte, in qua videtur dicere, quòd reſtitutio à principe conceſſa filio deportato, nepoti ex eo, cui ratione deportationis hæreditas ex aui diſpoſitione, ſi non foret reſtitutus filius, deferri debebat, ex ſubſtitutione auitina, videlicet ipſi filio, quo ad huiuſmodi auiunam hæreditatẽ habendam, ſi tempore reſtitutionis hæreditas non erit nepoti delata, ſeu quæſita. & fac. d. l. fi. & c. quamuis. de reſcr. lib. vj. & l. ij. & quod ibi no. ff. de decu. Item probatur dicta propoſitio maior per aliud exemplum. Nam † licet a
beneficium legitimationis à principe cõceſſum filio ſpurio non aufert hæreditatem iam quæſitam agnatis, de eis mentione non facta, ſecus tamen de hæreditate tẽpore legitimatis nondum delata. prout ponit Iac. de Are. in l. pe. ff. de nat. reſti. & do. Bar. in d. §. ſed quid ſi tantum. de quo plene per Io. And. in reg. ſine culpa. lib. vj. in ij. q. in mercurialibus per eum ibi formata. Et quòd talis ſpes attendi non debeat, alle. l. poſt. §. illud quæſi. ff. de lib. leg. Tertio hoc idem videtur probari per aliud exemplum. nam ſi libertus per principem reſtitutus ſit natalibus, antequam ſua hæreditas ſit delata patrono aufertur eis futurum ius ſuccedendi. vt l. etiam. §. j. ff. de bonis lib. Quarto pro hoc inducitur, quia ſi miliii, qui propter delictum. & per ſententiam ius teſtandi amiſit, conceditur ex priuilegio ius teſtandi, intelligitur conceſſum iure militari etiam in iniuriam filiorũ, & ſi de ipſis mentione non facta. vt ff. de iniuſt. rup. teſt. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum, & ibi per Bat. & melius facit ea. l. ſecundum planiorem intellectum: quia videtur loqui de præſeruatione iuris teſtãdi, ſicut de præſeruatione tituli non vacandi. Secundo principaliter hoc deducitur, quia ſi hic notari deberet præiudicium patroni, aut notaretur quo ad proprietatem iuris patronatus, aut quo ad poſſeſſionẽ: non poteſt dici primum, quia eam non perdit, nec ſibi negatur. Nec ſecundum, quia poſſeſſio hoc caſu non intepellatur, cum eius vſus nõ poſſit haberi, niſi in actu vacationis. ergo, &c. arg. ff. de iniuſ. rup. teſt. l. nam & ſi. §. poſt defectum. Confirmatur, quia omnia iura, quæ dicunt principis beneficium cum alterius præiudicio tacito non valere, loquuntur de præiudicio, quod imminet de præſenti, cum alias damnum vel præiudicium non dicatur proprie, niſi præſens. & ideo l. ſeu priuilegiũ, debet intelligi de præſenti. ar. ff. de hæred. inſtit. l. ex facto. Tertio principaliter hoc probatur, quia † ceſſante cauſa ceſſat effectus. ff. de iu. 3
pat. l. adigere. §. quãuis. modo vacatio eſt cauſa fiendæ præſentationis per patronum, quia alio tempore locũ habere non poteſt vt ſupponitur. Quarto, quia iura ſpecialia, & exorbitantia adeo ſunt reſtringenda, & tenenda in terminis ſuis, quòd non detrahantur de caſu in caſum. vt c. non ſolum. & c. conſtitutionem. de reg. lib. vj. reg. quæ à iure communi. eod. lib. & l. conſtitutionibus. ff. ad munici. Modo, quòd laicus [b] habeat ius præſentandi, & patronus eſt ſpecialiter, & exorbitans, & de gratia indultum laico. b
vt xvj. q. iij. c. ij. & ibi not. per Archid. & colligitur in c. ij. de iui. pat. cum ibi not. quia ius † ſpirituale non 4
cadit in eo. de iud. decetnimus. c. Maſſana. & c. facto ſancta. de elect. iuncto c. quanto. de iu. & non reperitur conceſſum ius præſentandi, niſi tempore præſentationis. & ita intelligitur de offi. deleg. dilectus. de iure patr. cum dilectus, cum ibi not. & no. c. ij. de præb. lib. vj. per Io. mo. Arch. & Nouell atorẽ, & lecta & not. in cle. per literas. de præb. Quinto principaliter hoc probatur, quia qui in re ſua iure ſuo vtitur nõ animo nocendi alteri, licet nihilominus ex conſequentia alteri noceatur, nõ poteſt improbari, quod facit. vt ff. de dam. infe. l. fluminũ. §. fi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arc. §. denique. Modo papa hic ſuper beneficio iure ſuo vſus fuit diſpenſando, & vacationis impedimẽtum tollendo, non autem diſpoſuit ſuper iure

inre præſentandi patroni, quia nondum erat eius
locus, nec illud agebat animo illi iuri nocendi. ergo
voluit, qnod fecit. per prędicta iura. Sexto principa-
liter hoc probatur, quia patronus in iſtum ſemel
conſenſit, & eius perſonam approbauit, igitur am-
plius reſilire nõ poteſt, nec in ſequenti diſpenſatio-
ne huiuſmodi eſt eius conſenſus neceſſario requi-
rendus. facit in ſimili, quia ſi criminoſus fuit electus,
& cõfirmatus, tacito crimine & irregularitate ipſius
prçlatus, ad quem etiam ius eligendi, vel cõfirman-
di non pertinet, poteſt diſpenſare, & valet diſpenſa-
tio, etiam facta electoribus, & cõfirmatoribus non
vocatis, pro eo, quòd ſemel in eum conſenſerunt. vt
patet de renun. c. niſi. §. perſonæ. & ibi no. per Inno.
in fi. c. Idem not. Inno. de elect. c. innotuit. in ij. glo.
Idem not. Inn. de fil. presb. c. veniens. circa medium
ptimæ glo. Septimo principaliter hoc probatur. ſi re-
ctor parochialis eccleſiæ eſt a leo in fine anni, quòd
promoueri nõ poteſt, nondum vacat eccleſia. vt l. in-
ſulam. ff. de verb. obl. & c. commiſſa. de elect. lib. vj.
poterit ne epiſcopus per ſui diſpenſationem non vo
cato patrono impedire vacationem ratione ſtudij,
& ſic præiudicare pattono, ſi præiudicium dici de-
beat? certe ſic. vt de elect. c. cum ex eo. lib. vj. vel po-
ne, poſtquam iudex prçfixit terminũ peremptorium
ad agendum, vel proponendum. aut probãdom. vt
l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. & c. paſtoralis. de excep.
eſt ita prope finem termini talis, quòd id non poteſt
perficere infra terminum, nũquid poteſt ſibi iudex
terminum prorogare, etiam aduerſario non conſen
tiente, ſic quòd pœna non currat? certe ſic: & idem in
c pœna conuentionali.[c] Et ita not. Bart. in l. cum ita
ſtipulatus. ff. de verb. obl. & probatur eod. tit. l. qui
Romç. §. Callimachus. in fi. §. Sed caue, quia loquitur
in arbitrio, & pœna incurrenda propter contẽptum
ipſius. Octauo principaliter hoc probatur per not.
glo. Io. And. poſitę in c. quamuis. de reſcr. lib. vj. quæ
5 glo. habet, quòd depoſitum † beneficio per ſenten-
tiam, à qua appellat, appellatione pendente poteſt
epiſcopus ad huiuſmodi beneficium reſtituere inui-
to patrono. ergo fortius poteſt papa id, de quo quę-
ritur, vt videtur alleg. id quidem non eſt ſic ponde-
randum, quod facto principis contingit. per l. inde
Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad l. Aquil. licet hoc nõ
probant rationes ſequentes fundantes partẽ iſtam,
& ſeq. per ſcriben. Nono principaliter hoc probatur,
quia papa poſſet in totum tollere conſtitutionem
ſuam poſitiuã, per quam inducitur hæc vacatio, nec
oporteret tunc vocari pattonũ, aut eius conſenſum
haberi, ſeu de eo fieri mentionẽ, ergo & per modum
diſpenſationis in parte. patet conſequẽtia per l. quæ
de tota. ff. de rei vendic. & ff. de vſu. l. qui ſcit. Caſus
probari videtur, quia libera videtur poteſtas quo
ad hoc in principe reſidere. vt c. de pœn. l. fin. ff. de
conſti. prin. l. j. §. j. arg. extra. de reg. iur. c. omnes res.
facit not. Inn. de conſtit quæ in eccleſia. & cap. quia
plerique. de immu eccl. Decimo hoc probatur, quia
ſi diceretur dictam gratiam nõ valere, aut hoc eſſet
ex defectu poteſtatis, aut propter fraudem, vel cul-
pam imperrantis, aut propter contrariam diſpoſitio-
nem alicuios iuris poſitiui ſuper hoc contrarium
ſtatuentis, aut propter ſurreptionem re ipſa inſur-
gentem, & ex veriſimilitudine mentis ipſius conce-
dentis. Primũ dici non poſſet, per ea, quæ dicta ſunt

in ratione proxime præcedenti. Secũdum etiam dici
nõ poteſt, primo, quia in gratia facta motu proprio
hoc non cadit. vt not. Nouellator in cap. ſi motu. de
præben. Secundo, quia idem, ſi non eſſet facta motu
proprio. Nam qui † pœnam, & damnũ excludit, non 6
videtur fraudem committere. vt ff. de lega. ij. l. cum
pater. §. Titio. & ff. ſi quis ali. teſt prohib. l. fi. Nec ter-
tium dici poteſt, quia iſte caſus non videtur iure
cautus. Nec obſt. c. cum dilectus. de iure patro. c. di-
lectus. de offi. leg. quia loquuntur in beneficio laici
pattonatus iam vacandi, in quo caſu eſt longa diffe-
rentia ad iſtam cauſam, quia ibi patrono iam ius
quæſitum eſt, quod ſine cauſa auferri non debet. vt
cap. ab eo. de elect. lib. vj. Hic vero ſecus. facit pro his
alleg. ſupra in ratione prima vnius partis. Nec quar-
tum poſſe dici videtur, quia † non omnia tacita red- 7
dunt gratiam ſurreptitiam, ſed illa ſolum, quæ vel
ſunt expreſſa in iure. vt c. ſi motu. c. cũ in illis. & c. ſi
dignitatem. de præb vel in non expreſsis loquendo
illa, de quibus eſt veriſimile de iure, quòd ſi papa il-
la ſciuiſſet, nunquam illam gratiam cõceſsiſſet. vt de
elect. c. dudum. ij. ad fi. & de præb. dudũ. lib. vj. §. nos
igitur. ver. conſiderantes. vt not. Inn. de cõceſſ. præb.
cum noſtris, modo nõ eſt de iure cautum, nec omni-
no veriſimile, quòd papa ſi hoc ſciuiſſet, propter hoc
gratiam dediſſet, imò magis totum contrarium eſt
verum, & certum, quia de iure præſentandi laici pa-
pæ fuit dictum. vt ponitur in facto. Et ibi idẽ, ſi non
eſſet dictum in facto. Ratio eſt. Nam quod dicunt
doct. in c. ij. de præb. lib. vj. & c. cum dilectus. alleg.
gratiam factam de tali beneficio laici patronatus, de
huiuſmodi iure mentione non facta, non eſt ſcri-
ptum in iure: ſed illud ex ratione ſumit. c. cum dile-
ctus. & c. decernimus. xvj. q. vlt. in quibus habetur,
quòd legatus, & ordinarius non põſſunt impedire,
& per conſequens eſt veriſimile, quòd nec hoc velit
papa, niſi de hoc ſciat, ſed illa iura loquuntur, & di-
cti doct. in beneficio iam vacanti, & in caſu, in quo
patrono iam ius quæſitum eſt, inter quem caſum, &
caſum, in quo ſumus, eſt maxima differẽtia rationis.
& ecce in ſimili: reſtitutio damnati facta per princi-
pem etiam quo ad bona, operatur præiudicium illis,
quibus bona deferri haberent, ſi fiat rebus ſtanti-
bus in eodem ſtatu. vt ff. de iure pat. l. ſiue libertus.
& ff. ad Tertull. l. j. §. ſi filius. qui. & ff. de contratab.
l. 4. §. ſi ſecus. tamen, ſi res non ſit in eodem ſtatu. vt
C. de ſent. paſ. l. fi. & hanc diſtinctionem poſuit Iac.
de Bel. in c. domino gueriam. tit. hic fi. lex. x. col. &
late ſcripſi ſupra in vna concluſione. Modo ante va-
cationem res eſt adhuc in eodẽ ſtatu, ſed poſt ſecus,
quia tunc patrono ius quæſitum eſt, ergo ex iden-
titate rationis hoc dici non poteſt, nec ex identitate
terminorum, vt de ſe patet, igitur ad idem induci-
tur. quia opi. Bart. Brix. in quæſt. dominicali. not. per
glo. in cap. quamuis. de reſcript. lib. vj. approbatam
per omnes, vt dixit Ioan. And. in nouella, quę habet,
quòd epiſcopus † inuito patrono poteſt reſtituere 8
depoſitum[d] per eum pendente appellatione depoſi- d
ti, videlicet remanente adhuc in eodem ſtatu: id
eſt, antequam depoſitio tranſeat in rem iudica-
tam, & loquitur de depoſitione vera, & iuſta, quia
alias reſtitutione opus non eſt: vt l. v. §. primo. ff. de
iniuſto, rupto, irrit. teſtam. licet ſecus ſtatu muta-
to. puta, ſi appellatum non foret, ergo apparet,
quòd

quòd ſit magna diuerſitatis ratio inter iſta. Tertiom
exemplum eſt, quia cum rector parochialis eccleſiæ
facto ſubdiacono prope finem aoni, dum non po-
teſt ad ſacerdotium promoueri, poteſt epiſcopus,
iuxta c. cum eo. de elect. lib. vj. cauſa ſtudiorum diſ-
penſare, dummodo non fiat in fraudem: licet poſtea
hoc non poſſet, quia primo caſu res eſt integra: ſe-
cundo caſu oon. ita tenet Archid. in cap. cum ex eo.
& ibi eius opinio per Ioan. Andr. in nooella. & per
dominium Pariſienſem clarius probatur. Quartum
exemplum eſt de not. Inn. io cap. veniens. & cap. niſi
cnm pridem. alleg. cum intellectu, quem ponit Pau-
los in cap. poſtulaſti. de cler. excom. min. & domious
meus Pap. epiſcopos poſt pa. videlicet quod diſpen-
ſare poſſet cum alias habente ius ipſo iure, licet di-
mittere teneretur: alias non, quia requireretur no-
ua collatio. Quintum exemplum ſume de xiij. ra-
tione infra ſeq. & bene faciunt iſta exempla ad pro-
poſitum. & primo primum, quia ſicut papa non prę-
ſumitur velle præiudicare patrono, ita non præſu-
mitur imperator velle tollere ius alterius. ff. de nat.
reſtit. l. j. & l. pen. & fin. & l. nec auus. C. de emancip.
lib. Item ſecuodom, & tertiom, & quartum exempla
bene faciunt, quia ſi fieret patrono præiudicium,
quòd ponderari deberet, illud præiudicium non
poſſet auferri per epiſcopum, quia ſolius principis
eſt poſſe tollere ius alterius, ſeu ei derogare. vt not.
glo. in cap. religioſus. de elect. lib. vj. facit regula. in-
dultum. cum coocor. Ex præmiſsis colligitur xj. ra-
tio. qua ſi, &c. aut hoc prouenire ex verbis, ſeu pro-
prus terminis iuris, vel gl. aut ex identitate rationis.
ſed nec ſic, nec ſicut ſupra. ergo fortifica, quia etiam
in exorbitante materia non arguitur ex identitate
rationis. vt de reg. iur. non ſolum. & c. conſtitutio-
nem. maxime, vbi non eſt idẽtitas omnino rationis,
vt bene colligitur, & not. in cap. j. de temp. or. lib. vj.
in gl. quid ecõuerſo. & hoc dico, qoia ſi eſſet omni-
no eadem ratio, dicerent aliqui eandem mentẽ eſſe.
per cap. ſi poſtquam. de elect. eo. lib. & not. glo. quid
econuerſo. de temp. ord. in vj. & per not. Accur. ff. de
reg. iur. l. ea, quæ. & C. de ſacroſan. eccl. l. illud. & ibi
per Cy. & Dy. de reg. iur. cap. j. in ar. lib. vj. Item ex
præmiſsis colligitur xij. ratio ad idem, quia epiſco-
pus ſimile præiudicium ſuo caſu poteſt auferre pa-
trono. ergo & papa, etiam de eo non faciendo men-
tionem, & omnia probantur, vt ſuprà. & egregie fa-
cit, quia ſuper iure ſuo diſponit, licet alteri noceat:
non dico directe ſed indirecte, vt alleg. fuit ſuprà. &
vltra facit l. quemadmodũ. §. j. ff. ad leg. Aquil. modo
directum præiudicium attenditur, & non indirectũ.
vt ff. de auctorita. tut. l. j. in princ. cum concor. Item
egregie facit quartum exemplum quartæ rationis
in fi. poſitom. Tertiodecimo hoc idem probatur,
9 quia res † prorogata, nõ cenſetur innouata per pro-
e rogationem, [c] ſed potius eadẽ reputatur, ſicut ante.
vt l. ſed ſi mouente. ff. de preca. & pro hoc etiã ff. de
iud. l. ij. §. & iudex. & ff. de arb. l. Labeo. §. pen. & l. ſi
cum dies. §. pen. modo hic papa fecit quandam tituli
prorogationem. nam ante finem temporis vltra tem
pus titulum extẽdit, non autem in tempus nouum
titulũ dedit: vt ff. de ſuſp. rur. l. iij. §. quæri. ergo idem
erit, vt per hoc tollatur id, quod do. Bar. no. de dam.
infec. l. iij. circa princ. Nec mirum, quia multa fieri
poſſunt per prorogationẽ, quæ non poſſunt fieri per
innouationem, ſicut patet de iuriſdictione delegata
ad tempus, quæ ante fioem temporis de conſenſu
partium prorogatur. vt d. §. ſed & iudex. & poſt tem
pus per partem oon innouatur. vt l. priuatorũ. C. de
iuriſd. om. iud. & pro hoc optime facit ff. de peculio.
l. peculiom. §. ſi ære. & quod not. j. quęſt. j. ordinatio-
nes. in fi. & de renon. poſt traoſlationem. ſuper verb.
nequeat. vel etiam ſi dicatur habere quaſi ex noua
cauſa, tamen non videtur neceſſaria noua cõceſsio.
arg. dicti §. ſi ære. In oppoſitum tamen, & pro con-
cluſione noſtra arguitur, & primo ſic, quia nedum
affertur alicui graue præiudicium, cum tollitur ſibi
ius, quod habet in præſenti, imo etiam, cum tollitur
ſibi ſpes firma, & propinqua habendi illud ius, &
pro hoc facit tex. pone: ſeruus meus hęres inſtitutus
viuo teſtatore occiditur, habeo actionem l. Aquil.
pro damno mihi dato contra occiſorem, nũquid in
æſtimatione damni venit hæreditas? certe non, quia
ſpes nec eſt firma, nec propinqua. ſed pone, quòd
erat inſtitutus ſub conditione cuius implęmentum
à poteſtate mea depeodebat, & quod fuit poſt mor-
tem teſtatoris penden. idem occiſus, nunquid hoc
caſu venit hæreditas in damni æſtimatione? certe
tex. quòd ſic. Et eſt ratio. quia hoc caſu ſpes fuit fir-
ma, & propinqua. iſte eſt caſus. ff. ad leg. Aquil. l. inde
Neratius. §. idem Iulianus. Et ideo alibi dicit text.
quòd ſi publicentur bona hæredis damnati teſti-
tuere hæreditatem alteri poſt mortẽ ſuam, ſcilicet,
quia ſic firma eſt ſpęs fideicommiſſarij, quòd ei au-
ferri non poteſt hæreditas per publicationẽ ei non
aufertur ſaltem poſt mortem: vt ff. de iu. fiſ. l. Statius.
§. Cornelio. in fi. per eandem viam facit. C. commu-
nia de lega. l. fin. §. nemo. & §. ſi autem ſub conditio-
ne. & auth. res, quæ ibi ſita: quæ iura videntur, quod
adueniente tempore, vel caſu, quo patronus pręſen
tare deberet, ſi iſta gratia non fuiſſet facta, gratia
tunc debet effectu carere, & ius patrono aperiri. Se-
cundo probo hoc ſic, quia ſicut ille, in cuius graua-
men, vel præiudicium mihi competit ius ſub condi-
tione, non poſſet illud ius mihi auferre, ſi iam per
conditionis purificationem foret mihi apertum. ita
non poteſt ipſe impedire conditionis eueutum. hinc
eſt, quòd ſi hęreditas legatarij, vel libertas relinqui-
tur ſub conditione: ſi decem dentur hæredi. non po
teſt hæres conditionem impediendo impedire reli-
ctum. iura pro hoc allegantur, in regula, cum non
ſtat. lib. vj. vt patet ff. de coodit. inſtit. l. iij. de cond.
& demonſtr. l. pupillus. & l. iuris ciuilis. C. de cond.
inſtit. l. vlt. cum ſimil. modo ius competens patrono
præſentandi eſt ad grauamen, & præiudicium ordi-
nariorum collatorum, nec illud poſſunt ſibi auſer-
re. vt cap. decernimus. alleg. & dependet illud ius à
conditione vacationis: vt cap. fin. de conceſſ. præben.
ergo illius conditionis euentum vacationum impe-
dire non poſſunt. ergo nec præſumitur de papa,
quòd hoc velit, niſi hoc dicat, quod ſi non faceret,
eſſet contra iura, & vteretur plenitudine poteſta-
tis, [f] quod in dubio non præſumitur, vt not. Innoc. f
de elect. cap. innotuit. in fi. facit, quia non debet eſſe
in poteſtate grauati à ſe excutere onus. vt ff. de
eo quod cer. loc. da opor. l. prima. & l. non vterque.
§. primo. Tertio idem probo ſic, vbi ſunt † duo im- 10
pedimenta, vno ſublato aliud non videtur eſſe ſub-
latum. vt ff. de ſeruitutib. vrbanorum prædiorom.
l. ſi

l.ſi domus.de fil.presb.cap.ij. de aucto. & vſu palij.
ex tuarum. de priuileg. cap.paſtoralis. modo hic vi-
dentur duo impedimenta. vnum de conſtitutione.
cap.cum in cunctis. circa principium. aliud de iure
patroni.ergo primo ſublato,ſecundum non videtur
ſublatum: maxime, quia vtrunque eſſe videtur ſu-
pra ius, & non poſſe fieri, niſi ex plenitudine pote-
ſtatis.modo licet papa vtitur plenitudine in vno ar-
ticulo, non ſequitur, quòd velit in alio, quia talia
tanquam odioſa ſunt reſtringenda, vt regula, quæ
à iure. non autem trahenda de caſu ad caſum. ff.de
libe.& poſth. cum quidem.de reſcr. cap. ſuſceptum.
libro vj. maxime in excogitato, vt cap.j. de conſtit.
lib.vj. Quarto idem probo,quia expediendo actum
permutationis epiſcopus vtitur beneficio iuris à
l.ſpecialiter ſibi non conceſſo. vt cap.quæſitum. de
ret. permut. & contra concilium Turoneñ. de quo
in cap.maioribus. de præben. & quia ibi poteſt in-
tereſſe patroni,ipſum vocare tenetur.vt not.Innoc.
de renun.quod in dubiis.& Ioan.Andr. in cap.vno.
de rer.permut.lib.vj. Et nec mirum,quòd iſta eſt re-
gula, quòd vbicunque gerendus eſt actus, qui aliis
poteſt præiudicare, vocandi ſunt: vt authen.quod
omnes. vt minor ab hære.ſe abſti. & ff.de mino. l.in
cauſæ.§.cauſa cognita, &c. etiam ſi princeps hoc
faciat. vt ff.de adopt. l.nam vt ait. & ff.de nata.reſtit.
l.pen.& fin. modo in caſu iſto potuit intereſſe pa-
troni, vt haberet priorem reſidentem, & eum in
propria perſona honorautem. quia melius ſeruitur
eccleſiæ per proprium prælatum, quàm per vica-
41 rium. Ideo iura in prælato requirunt reſidentiam
perſonalem.cap.licet canon.de elect.lib.vj. Ammo-
do propter maiorem dignitatem epiſcopalem in
prioratu non tenebitur perſonaliter reſidere,& ita
apparet de notabili intereſſe patroni. Quinto argui
poteſt ab idẽtitate rationis,quòd etiam poteſt fieri
in arbitrantibus. vt not.gloſ.ff.de reg.iur. l.ea, quæ
propter.& C.de ſacroſan.eccl. l.illud.& Dyn.in reg.
in argum.de reg.iur. lib.vj. licet glo.videatur notare
contrarium in l.ij.C.de patri.qui fil.diſtraxe.ſed ſol-
uitur ad illam glo. & ad l.illam ij.per Dyn.in dicta
regula.in argum. & ibi vide. & idem not.Cyn.quod
Dyn in dicta l.illud. Modo ratio,propter quam in-
troductum eſt, quòd beneficia laicorum ad eorum
præſentationem pertinentia eis ſpretis non confe-
rantur, eſt, ne turbati ex hoc ab eccleſiarum funda-
tionibus retrahantur: ſed eadem videtur turbatio,
eum certum habeant talia vacatura, nec de modica
temporis dilatione curare habeant. vt l.ſi debitori.
ff.de iudic. & l.quod dicimus. ff.de ſolu. Sexto,quia
quando ex aliqua cauſa præcedente oritur ſpes fir-
g ma[g] de certo effectu trahente conſequentiam ne-
ceſſariam ad cauſam ipſam de proximo producen-
do, habetur perinde effectu ſecuto, ac ſi tempore
cauſæ fuiſſet iam productus.vt ff.ad leg. Aquil.l.huic
ſcripturæ.§.j.& l.ait.& l.ita vulneratus.in prin.eod.
tit.clarus tex.l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.facit
ff.de verb.oblig. l.hoc iure.& l.cum ſtipulatus mihi,
& Proculo.eod.tit.perinde enim eſt vel iam de præ-
ſenti eſſe,vel de propinquo futurum fore,vt proba-
tur per ea,quæ leguntur & not.ff.de minori. l.iij.§.j.
Modo ſi iam vacaret, apparet de graui præiudicio
ipſius patroni,& non valeret,ſecundum omnes. er-
go,&c. vt ſic ratione cauſæ præcedentis beneficium
iam patrono cenſeatur affectum, ſicut ſolet dici de
beneficio pro certa perſona in euentum certæ vaca-
tionis per papam,vel eius executores ſpecialiter re-
ſeruato. Septimo,quia iſta eſt regula,quòd non eſt
veriſimile,quòd princeps velit præiudicare iuri ter-
tij pręſenti,vel futuro per priuilegij conceſsionem,
quam fecit,quia non eſt veriſimile,quòd hoc facere
velit in iniuriam tertij. vt C.de ſta.& imagi. l.fin. &
de emancip.lib.nec auus. & ff.ne quid in loco publ,
l.ij.§.merito.& §.ſi quis à principe.& extra.de priui-
leg. dudum. & de conſuet. cum dilectus. etiam per
modum diſpenſationis,ſeu reſtitutionis.vt ff.de nat.
reſtit. l.j.& pen.& fin.& l.nam,vt ait.& l.qui libera-
tur. & l.adoptio. ff.de adopt. imò nec hoc forte poſ-
ſet ſine cauſa.per not.Innoc. in cap.quæ in eccleſia-
rum. & cap.quia plerique. alleg. & C.ſi contra ius.
l.præſcriptione. Fallit in reſtitutione aduerſus pœ-
nam ratione delicti inflictam:quia princeps ex priui-
legio ſibi conceſſo à iure reſtituit ſibi damnatum,
etiam ad bona delata, & etiam quandoque alteri
quæſita.iuxta ea,quę plene ſcripſi ſupra in quadam
conclu. ergo. In contrarium eſt hoc caſu ius com-
mune, & habeo propoſitum. & facit optime, quod
tenet do.Pariſienſis in cap.quamuis. de reſcr. alleg.
reſtitutionem cõceſſam à principe per modum gra-
tiæ ad beneficiũ patroni præuenti,vel non pręuenti,
ante vacationem,vel poſt,non valere non facta men
tione de patrono laico. Ad primam rationem alte-
rius partis ſoluitur dupliciter. Primo per interem-
ptionem minoris propoſitionis:quia reuera hic ſub-
erat cauſa præſens, vnde trahebat originem prima
ſpes.de qua oritur ſexta ratio huius partis:videlicet
electio ad eccleſiam Silueñ. & conſenſus electi, &
conſtitutio poſitiua cap.cum in cunctis. decernens
vacationem prioratus infra ſaltem ad tres menſes
ad longius vna cum iure patronatus quodammodo
affinitate. vt prædixi in dicta ratione vj. Secundo
ſoluitur aliter per propoſitionis maioris declaratio-
nem,& modificationem. quia intelligitur iſto mo-
do:videlicet,niſi ſpes huiuſmodi ſit certa,& firma,
ac de propinquo: ſeu niſi effectus ſeparatus habeat
neceſſariam conſequentiam ad ipſam cauſam,ſicut
hic dixi in vj. ratione prædicta. Non obſt.primum
exemplum dictæ rationis primæ de reſtitutione:
quia eſto, quòd princeps in reſtituendo in totum
habeat generalem intentionem pręiudicandi omni-
bus collatoribus,& aliis,quibus nondum quęſitum
eſt ius in re:tamen ab iſta generalitate excipitur ſpe-
ciale præiudicium patroni laici. patet,quia ſi papa
collationes beneficiorum certorum in genere, vel
in ſpecie alicui conferat, vel ſibi etiam ſuo proprio
motu reſeruet,etiam omnibus collatoribus,& prę-
ſentantibus inhibendo ſpecialiter,& cum appoſitio-
ne decreti,[h] vt non conferant,vel præſentent,exci- h
pitur patronus laicus, niſi de eo caueatur expreſſe.
vt tenent omnes per lecta,& no.de offi.leg.dilectus.
de iure patro.cum dilectus. de præben.cap.ij.lib.vj.
vel aliter dic, quòd id, quod dicitur principem per
modum reſtitutionis in integrum præiudicare,
etiam quo ad bona deuoluta, nondum tamen per
agnitionem, immiſsionem, vel accepiationem vere
quæſita,habet locum in reſtitutione,quæ fit aduer-
ſus pœnam, quæ infligebatur ex delicto. & eſt in
pœnarum odium, & fauorem reipublicæ, & prin-
cipis

cipis hoc caſu ſpecialiter introductum, vt deduxi
ſuprà in quadam conluſinne ſæpius allega.& ita ſe-
cns in aliis.& dixi in vj. ratione huius partis. & facit
cap. qnamnis.de reſcrip.libio ſexto.Et nor.Ioannes
Andr. in nouella. cap. ſi nbi abſenn. libro ſexto. Ad
ſecundum exemplum de legitimatione husmodis
reſponderi poteſt, ſicut ad exemplum reſtitutinnis
eſt reſponſum, vel negari poteſt fnrſan opiuin Iaco.
de Ate.vel poteſt reſponderi,quòd ſpes,quæ eſt an-
tequam hæreditas ſit delata, nnn eſt propinqua &
certa, ſiue firma : quia mulra pnſſunt accidere, ne ca
piatur, vt inſti.de rerum diuiſ.§.interdum.vel quòd
non ita citn capiatur, nec mors bominis eſt ſperan-
da.C.de pact.l.fin. ff.de verb.oblig. l.inter ſtipulan-
rem.§.ſacram. Et hoc vltimo modo reſpondetur ad
tertium exemplum de reſt.liber. Ad quartum exem
plum de reſtitntinne priuilegij teſtandi eiſdem mo-
dis reſpondetur, quibus fuit reſponſum ad primum
exemplum:vel aliter dicendum, quòd illud præiu-
dicium filiorum nimis eſt indirectum,&obliquum,
& remntum, dubiúmque & incertum. Et ideo nnn
eſt idem, ſicut in caſu noſtro, in qun totum contra-
rium reperitur.Ad tertiam rationem dico,quòd va-
catio non eſt cauſa iuris præſentandi,& ſi cauſa fn-
re fingitur in eſſe de præſenti,pro eo, quòd finis ba
bet neceſſariam cnnſequentiam ad principium, vt
dixi in ſexta ratinne. Ad ſecnndam dico, quòd hic
non no. præiudicium patroni quo ad eius pnpprie-
ratem, vel pnſſeſſionem in ſe:ſed potius,quo ad fru
ctum ipſius iuris, qui fructus patrnnn auferretur,
quod nnn debet fieri, vt l.ſolum. §.meum. ff.de rei
vendic.& l.bonæ fidei.ff.de acquir.rerum domi. Ad
quartam ratinnem dicn, quòd licet ius exorbitans
videri eſſe queat, quòd in patrono cadat hoc ius
præſentandi, qnia de gratia eſt, vt ibi dicitur:tamen
poſtquam illud ius conceſſum eſt, non eſt exorbi-
tans, quòd non auferatur: quia de iure cnmmuni
eſt, quòd priuilegia nou auferantur, ſed ſunt man-
ſura, & perpetua, vt regula, decet. & regula, indul-
tnm.libro ſexto.& iiij.diſtinct.priuil.Nec eſt hoc pri
uilegium odioſum, imò ſaunrabile : quia in fauo-
i rem eccleſiarum,& motu pmprin [i] principis in cor-
pore iuris clauſum, iden non reſtringendum, ſed
potius extendendum, vt ff.de conſti.princip.l.bene-
ficium,& regula, odia. libro ſexto. Præterea, quod
exorbitans nou eſt hoc, quòd papa non concurrat
cnm patrnno in iure pręſentandi, quia imò cnncur-
rit:ſed quòd non velit iuri præiudicari, in dubio eſt
ſpeciale: ſed non eſt magis ſpeciale hoc caſu, quàm
illo, imò hæc ſpecialitas nnn eſt ſcripta, ſed deſcen-
dit à ratinne ſcripta generali, & vniformi ad caſum
iſtum, & ad illum, ergo,&c. Ad quintam ratinnem
reſpondeo, quòd illa ratio tangit poſſe, & conclu-
ſio tangit nolle, ergn non percurit ad concluſio-
nem : vel aliter, ſoluitur, quòd tunc licet in ſuo fa-
cere, quod alteri noceat, cum animo ſibi proficien-
di illud facit, & cum ſic faciendo directo in alieno
nnn immittit. Primum probatur per l.primam.§.de-
nique. ff.de aqua pluuia.arcen. Secundum probatur
per l.ſicuti. §. Ariſto. & l.ſi quando. §. finali.ff.ſi ſer.
vendice. ſed hic vtrunque deficit, quia non animo
ſibi, ſed alteri prnuidendi fiebat. Item, quia per
hoc in alieno immittitur in boc, quòd tnllitur ſpes
vacationis directæ, vt dixi. Ad ſextá rationem quòd

dicta gl.Inn. & Hnſt.poſita in cap.innotuit.de elect.
& cap.niſi cnm pridem.§.perſonæ.de renun. & cap.
veniens.de fil.presby. habet duplicem modificatio-
nem.Prima modificatin eſt, ſi talis macula, quæ per
diſpenſationem tnllebatur, nnn impediebat, ſeu tol
lebat, vel infectum reddebat titulum ipſn iure.Nam
alias ſnla diſpenſatin titulum non daret, vt cap.nnn
poteſt.de præben.lib.vj.niſi diſpenſans haberet poſ
ſe ius dandi in titulo, cuius contrarium ſupponit In-
noc.& de hoc expreſſe faceret mentionem ſupplen-
do defectum, vel titulum dando:& ita expreſſe mo-
dificauit Ioan.Andr.de elect.dudum illo.ſuper glo.
talis electin. Secunda mndificatio eſt, videlicet, ſi
defectus inerat tempore inſtitutionis. Nam ſi poſt
ſuperueniſſet, nihil foret imputandum eligentibus
præſentati vel cnnfirmati, qui bonum ab initin ele-
giſſet, ſi poſtea factus eſſet nullus : nec idem cen-
ſetur, quod primn, quia alias cenſerentr res bona
aliena deteriorata: vt ff.commod.l.iij. §.ſi reditus. &
hæc ſimplex, & aliud hoc, vt tale nnr.gl. poſt Ioan.
mnnac.in clem.dudum. de ſepult.in fine. Præterea,
quia † quæ de nnuo emergunt, nnuo indigent auxi- 12
lio vt ff.de interd.act.l.de ætate.cum ſimil. Et colli-
gitur hæc ſecunda modificatio ex dictis Innoc. qui
ſolum fundat ſe in hoc : quia in eo ſemel cnnſeo ſe-
runt, nno poſſunt reſilire:vt cap.inter canonicos.in
fine.hic autem ſuperuenit ex poſtfacto canſa nouæ
vacationis reducentis toralem titulum ad non cau-
ſam,&c. Ad ſeptimiam ratinnem faciliter reſponde-
tur negandn fundamenrum, quia nec Archiepiſco-
pus expreſſe hoc dicit, niſi ex dicto ſuo arguendo à
contrarin ſenſu. Item ſupponendo fundamentum
eſſe verum, taliter dico, videlicet, quòd ibi loquitur
diſpenſatiuè, quod innititur iuſtitiæ: nos autem lo-
quimnr de diſpenſatinne quæ innittirur meræ gra-
tiæ. Modo ius patrnni quod eſt de gratia, nnn im-
pedit ita faciliter iuſtitiam, ſicut gratiam, quia iu-
ſtitia innittitur vinculn fortinri, & quòd prima ſit
de iuſtitia, paret ex nor. in d.cap.cum ex eo, quòd ve
rò iſta ſit de mera gratia, dubitatur. Præterea, quia
ſit in fauorem eccleſiæ, iſta ſit in fauorem perſonæ,
argu.cap.fin.de reſcript.lib.vj.pręedictam autem dif
ferentiam de gratia & iuſtitia ponit valde notabili-
ter dominus Cardin.Pariſien.in d.c.quamuis. Non
nbſtat aliud exemplum in dicta ratinne poſitũ, quia
lnquitur de pœna cnntemptus [k] mandati ipſius arbi k
tri, quæ ſublatn mandatn per arbitrum ex quadam
conſequentia neceſſaria cenſetur eſſe ſublata, hic
non ita. Ad octauam rationem dicn, quòd illud di-
ctum intelligitur cum epiſcopus ex cauſa reſtitue-
ret : ſecus verò ſi fieret per modnm gratiæ meræ, vt
ibi pulchrè no.do.Pariſien.vt ſuprà tetigi.Præterea
in hoc ſunt opiniones. Et ſi diceretnr fore vtroque
caſu, vocãdum fortè non eſſe hæreticum in iure. Ad
nnnam rationem, quia papa ſcit ius tale laicis com-
petere in aliquibus eccleſiis, cùm hæc ſint iura ex-
preſſa, ideo nimirum faciendo generalem conſtitu-
tinnem, & nihil excipiendo, iſta comprehenderet,
vt de conſtit.cap.j.lib.vj.cum ibi nnt.in glnſ. magna.
& per Innoc.& Hoſtien.de reſcrip. cap.j. ſed hic ſe-
cus. Præterea, quia non reuocaret ex totn, niſi pro-
pter euidentem vtilitatem rempublicam concernen
tem, vt ff.de cnnſt.prin.l.ij.& ita ex canſa, & in modũ
iuſtitiæ : hic verò de gratia mera : vt ſuprà proximè.

4 Quintò, quia † aſſertio fidem non faciens, certifi-
cationem non inducit: ſed iſta fuit talis, ergo, &c.
patet propoſitio maior, quia non omni ſpiritui eſt
credendum, & quia ſi fidem non facit, res dubia re-
manet, nec rem certam reddere eſt aliud, quàm fa-
cere, vt de ſe patet. Minor propoſitio patet, quia
5 vox † vnius, vox nullius. vt l. iuriſdictio. C. de teſtib.
& extra, eodem. cap. in omni. & cap. cum à nobis. &
potiſsimè parti impetranti non creditur in his, quæ
dicit pro gratia à principe obtinenda, vt patet de
probatio. cap. j. in elem. & per Ioan. And. de lit. cont.
in nouel. cap. ij. fecit autem pars talem aſſertionem,
vt motum proprium obtineret. ergo, & facit, quia ſi
voluiſſet ſtare aſſertioni ſuæ, illam feciſſet inſtrui in
literis ſuis: & ſi papa eis ſtare voluiſſet, id fieri man-
daſſet, vt videtur. Iſta fuerunt motiua dominorum
iudicio meo. In oppoſitum tamen videtur poſſe ar-
gui, quia in his, in quibus ſola ſcientia, ſeu certifica-
tio eſt neceſſaria, ſufficiat qualitercunque ad noti-
tiam deueniat. vt ff. de pet. hæred. l. item veniunt. §.
petitam. & de act. empt. l. j. in fi. & de ædil. edic. l. j. §.
b intelligantur. hæc, vbi denuntiatio [b] eſt de ſubſtan-
tia, ſecus. vt d. l. denuntiaſſe. in princ. & ita not. Dyn.
in regula, eum, qui certus eſt. libro vj. & Cyn. C. de
euictio. l. emptor. modo ſola ſcientia, ſeu certificatio
principi, hoc caſu, videlicet, ad effectum tollendi im
pedimentum ſufficiens eſt, vt fuit plenè deductum
ſuprà in vna concluſione, nec eſt hic neceſſaria de-
nuntiatio, quia hoc nullo iure cauetur, ergo. &c.
Præterea, & ſi opus eſt denuntiatione pro eo, quòd
requiritur ſcientia, vt aliquid de futuro fiat, iuxta
not. Bart. in d. l. denuntiaſſe. in principio. tamen fa-
cta fuit, vt præſupponitur, nec nocet, quòd ad alium
finem, vt ſtatim dicetur. Secundò hoc idem proba-
tur. Nam quòd dicitur, verba ad vnum effectum op-
poſita, non operari effectum alium, intelligitur,
quando effectus principaliter intentus valere po-
teſt abſque hoc, quòd valeat alter effectus princi-
paliter non intentus. Et ita loquitur l. cum tale. §. fi.
de cond. & demonſtr. & ita not. Bart. ſecus verò, ſi
vnus ſine alio valere non poſſet. exemplum de pri-
mo: lego Meuio ſic: quicunque futurus es mihi hæ-
res, dato Meuio quinquaginta ex centum, quæ Ti-
tio legaui, valere poteſt legatum Meuij, licet Titio
nihil legauerim: quia teſtator grauat hæredem pro-
prium, ſicut ſibi placet, & ita loquitur l. cum tale. §.
fin. Sed ſi dico: lego Meuio decem præſentanda ſibi
per Titium de cētum, quæ ſibi legaui, eo ipſo videor
Titio legaſſe, quia aliter non potuiſſem eum one-
raſſe. & ita loquitur l. denique. §. interdum. ff. de pec.
leg. & l. Procul. ff. de vſufru. & iſta poſuit Bart. in d. §.
interdum. & d. l. cum tale. in fi. & faciunt omnia iu-
ra dicentia, quòd volens d. principaliter, & directè
vnum diſponere, vult etiam ex conſequenti, licet in-
directè omnes effectus ſibi poſsibiles, & ſibi notos,
ſine quibus fieri non poſſet illud, ad quod principa-
liter intendit producere, ff. de acquir. hæred. l. illud.
de ſer. vrb. præd. l. iij. §. qui habet. de iuriſd. omn. iud.
l. ij. §. de neceſ. ſer. hære. inſti. l. pen. inſtit. quib. ex cau.
man. non licet. in prin. & qui da. tut. poſ. in prin. & de
excu. tu. Idē Vlpianus in fi. & de re iu. ꝙ cōſulebant.
& extrà de cōſt. prin. c. j. cū ibi no. in gl. magna. li. vj.
& no. Inn. de reſcr. c. j. & Cy. C. ſi con. ius, vel vtil. pu.
l. fi. modo ita eſt ꝙ propoſito ꝙ certioratus fuit papa
vt gratiam faceret motu proprio, & eam fecit animo
& intentione quòd valeret, vt in reg. decet. lib. vj. &
de dona. c. per tuas. & tamen valere non poterat, niſi
tolleretur impedimentū præſentationis patroni lai-
ci ambobus, videlicet papæ, & Martino notū, ergo
ad hūc effectum poſſunt verba apertè referri, quod
erat probandum, quod antè papa ſciuerit, & fuerit
certificatus per aſſertionem dicti M. vt tollatur v. ra
tio partis alterius, oſtenditur, quia tunc tenera dici-
tur aliquis certificatus de eo, quod ibi aſſeritur, cū
id, quod ſibi aſſeritur verum eſt, & ipſe fidem adhi-
bet tali aſſertioni. vt d. §. petitam. verſ. à quo. l. itē ve-
niunt. ff. de pet. hæred. Modo vtrunque in propoſi-
to fuit: nam vera fuit aſſertio, vt partes cōcordant.
Item papa aſſertioni credidit, quod patet, quia eam
ſecutus gratiam motu proprio conceſsit, prout pe-
tebatur. Sed dicis, quòd nō apparet, quòd fuit aſſer
tionem ſecutus. quo ad alium effectū, videlicet, præ-
iudicandi iuri præſentandi patroni laici. dico, quòd
imò conſecutiuè per rationē proximè præcedentem.
Item dico, quòd quo ad alium effectū papa debuit
aſſertioni credere: ratio, quia in his, in quibus non
tractatur niſi de præiudicio aſſerentis, credendū eſt
aſſertioni, prout legitur, & not. de homi. ſignificaſti.
Modo hæc aſſertio faciebat contra aſſerētem & pro
patrono, vt crederetur difficilior papa ad concedēn
dum, ne patrono præiudiciū afferretur: vel aliter, &
melius dico, quòd licet de narratis huiuſmodi papæ
per partis impetrantis aſſertionem nō fiat plena fi-
des [c], vt probat dicta ratio v. tamen papa talia narra- c
ta ſupponit nihilominus eſſe vera, abſq; tamen præ-
iudicio veritatis. Et his ſuppoſitis, vt præfertur, ſu-
per his fundando ſuam intentionem cōcedit talem
gratiam, ſicut ſibi placet. Et hinc eſt, quòd conceſsio
gratiæ dependet à veritate præſuppoſita narratorū,
& intelligitur facta ſub cōditione: ſi vera ſint, prout
narrata fuerant eſſe vera. vt extra, de reſcri. c. ij. cum
concord. Et hinc eſt, quòd poſtmodum de veritate
inquiritur, & ſuper ea à narrante probationes exi-
guntur, prout deducit dicta ratio v. Ex quo ſequi-
tur, quòd cum narratum fuit ius patronatus, tenen-
dum eſt, quòd papa illud ſuppoſuit eſſe tale, & ſub
tacita cōditione: ſi tale foret, videtur ad gratiam illi
iuri præiudicantem, & illius iuris impedimentum aſ-
ſerentem proceſsiſſe. Nec ob. iij. ratio partis alterius
de iure erroris faciens mentionem: quia hic non agi
tur de actu, qui procedit effectiuè à narrante, vel ab
ipſius narrantis voluntate. Ideo narrans in narrādo
contra ſuam intentionem in iure errauerit, vel non
errauerit, non curamus: ſed agitur hic de actu pro-
cedente, licet non directè & expreſsè, tacitè tamen,
& indirectè à mente præſumpta Romani pontificis
gratiā concedentis, de quo non eſt veriſimile, quòd
erret à iure. vt l. omnium. de teſta. & cap. j. de conſtit.
lib. vj. alleg. Et verè pars iſta eſt multum probabilis,
& in ea conſentiebat do. Grego. papa xj. nomine Io.
Rogerij, antea Cardinalis Belliforiis, & nepos ex
fratre d. Cle. papæ vj. lucerna iuris ciuilis, vir vtique
ſubtilis ingenij, optimi iudicij, & intellectus valde
clari, & ita nobis auditoribus mandabat Cancella-
riam regens. quondā Archiepiſcopus Barcñ. & nunc
in papatu intruſus per literas ſuas patentes ex par-
te eiuſdem do. Clemētis, non vt papæ, ſed vt docto-
ris, Idem tenēt, vt intellexi, do. Mediol. S. Euſtach. j,

& ſancti Angeli Cardinales. domin. meus de Salua epiſcopus Papiſieñ. Et dicunt aliqui de domino Viuarien. qui ſunt omnes maximi prælati literati doct. decret. omnes. idem in conſiliis Rotæ tenuimus. do. Epiſcopus Limocen. Robertus, Galhardus, & ego, licet alij contra maiorem partem facien. Ideo expediuiſſet do. M. quòd cauſa ſaltem in tertia inſtantia commiſſa fuiſſet extra totam, elicitur ex deciſione concluſionis ſequentis. ergo &c.

a ¶ Error iuris non excuſet. *Nota, quòd error iuris excuſat quem à dolo glo. eſt ſingu. ff. de abigeis in fin. An autem, & quomodo error iuris noceat, vel poſsit reuocari, vide per Dyn. in regula ignorantia. de regulis iur.*

b ¶ Denuntiatio. *Denuntiatio qualiter quis intelligatur, vide ff. de adult. l. denuntiaſſe. Adde, quòd denuntiatio perſonalis non requiritur, vbi præceſsit publica notificatio. text. eſt ſingu. ſecundum Bald. ff. de decre. ab ord. fa. l. prima.*

c ¶ Plena fides. *Nota. quòd plena fides bona fides præſumitur, vt plene per Hoſtien. extra. de præſcript. cap. ſi diligenti. & habetur hæc dictio bona fides. ff. depoſiti. l. bona fides.*

CONCLVSIO DCCLIII.

De conceſſ. præbend. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Impubes an ſit habilis, ex diſpenſatione papæ, ad obtinendum præbendam eccleſiæ cathedralis.*

SVppoſita concluſione edita per domin. Gregor. papam xj. quæ habet quòd in præbendis eccleſiarum cathedralium obtinendis requiritur ætas
a xiiij. annorum,[a] & quòd idem domi. Greg. in eadem conſtitutione declarauit, ſe etiam tempore ſuæ promotionis ad papatum fuiſſe intentionis, prædictam ordinationem debere ſeruari, item ſuppoſito in fa-
1 cto, quòd † clericus adhuc agens xij. tantum ætatis ſuæ annum ab eodem dominum Grego. obtinuit gratiam de canonicatu ſub expectatione præbendæ cuiuſdam eccleſiæ cathedralis. & poſtea, dummodo Grego. ageret in humanis, ipſe P. iam habens xiiij. annos præbendam tunc vacantem, & ſub data gratia ſua cadentem, acceptauit, & de ea ſibi fecit prouideri, vtrum valuerit ipſo iure acceptatio, & prouiſio? Antedicti domini Guil. Nicolaus, Galhard. & Fornandus, quòd ſic: ſed domini Corſien. archiepiſcopus Camerinus epiſcopus, ſeu electus. R. P., & Aegid. contra, & Ebtandus dubius. pro prima parte facit cap. ei, cui. de præbend. pro ſecunda parte facit cap. ſi eo tempore. de reſcript. eodem libro. Item pro prima parte, & vltima diſſolutio dictorum duorum capitulorum poſita in gloſſ. Ioann. Andr. ſuper cap. ei, cui. & ſol. Ioann. Andr. poſita in gloſſ. Ioann. Andr. ſuper cap. ei, cui. de reg. iuris. libro ſexto. & ſo. domini M. de Salua per me addita in dicto cap. ei, cui. ſuper dicta gloſ. Ioan. And. videlicet, quòd aliud in qualitate de iure communi inhærente, aliud in qualitate de iure ſpeciali inhærente. ſed pro ſecunda parte facit ſecunda ſolutio poſita in dicta gloſſ. Ioan. Andr. pro qua optime facit text. ff. de ſolu. l. qui x. §. Stichum. j. & ij. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver. vini. &c. & extra, de re iudi. cap. abbatem. ver. præfatus. Item pro prima parte facit, quia non loquitur conſtitutio de canonicatu, & tamen nouella etiam correctiua eſt ſecundum quoſdam. ergo nõ intelligitur de canonicatu, & ita valet gratia in canonicatu, qui afficit. vt cap. ſi clericus. de præb. lib. vj. Sed pro ſecunda parte facit. quia canonicatus datur propter præbendã. Ideo nõ habet canonicus talis ante præbendã adoptionem iura canonicalia, puta, diſtributiones, & voce. vt not. Ioan. And. de conſtit. cum Mãu nouella. ergo ſi non valet gratia de præbendis. ergo nec de canonicatu, per regulam. cum principalis, &c. & l. prima. & ſecunda. ff. de pecu. lega. Item, quia quando vnum propter alterum. &c. C. de dona. l. fin. Item, quia altera pars erat expectans, licet ſecunda maior ratio, & hæc hic ceſſat. Item pro ſecunda parte facit, quia conſtitutio ſolum loquitur de obtinendis præbendis. ergo refert ſe ad tempus, quo obtinebũtur, quod erat tempus acceptationis, & prouiſionis. C. de donat. propter nupt. l. quod ſponſæ. Sed pro alia parte facit, quia alia omnia referuntur ad tempus datæ. de reſcript. cam te. cum concor. & in cap. ſi eo tempore. alleg. ſicut in regula Catoniana. ff. de re. Catoniana per totum. & , quia ca. ei, cui. tanquam à regula iurium dicentium, debere ſemper inſpici tempus exorbitans, debet quantum poteſt fieri reduci. argu. ff. de pact. l. item ſi vnus. §. pater. verſic. quòd ſi de ſpecie dotis. quod non poteſt melius fieri, quàm ſequendo ſecundum ſolutionem dictæ gloſ. Io. And. Item, quia habilitas prouiſi requiritur tribus temporibus proſequi. per Dyn. in capit. j. de regul. iuris. libr. vj. Secunda pars viſa fuit mihi in conſilijs, vt dixi, & adhuc mihi videretur probabilior, & in ea plures ſaltem de vno concordauerunt, vt dixi. & qui vellet inſiſtere contra primam & vltimam ſolutionem Ioan. Andr. & ſolutiones domini M. ſupradictas facile foret ſoluere, quia capit. ſi eo tempore non fundat ſe in ſpeciali fauore reſpectu primæ ſolutionis. & ita poſſent in caſu. in capitu. ſi eo tempore omnia beneficia eſſe curata reſpectu alterius ſolutionis, & non minus debet operari ſpecialitas in ſuo caſu ſpeciali, quàm generalitas in ſua generalitate reſpectu alterius ſolutionis domini M. ergo, &c. Item pro ſecunda parte facit opinio Hoſtien. Archi. & ſequacium, quæ habent de iure communi, impuberem[b] eſſe inhabilem ad præbendam eccleſiæ b
cathedralis. in cap. ſuper inordinata. de præbend. & alia iura. & rationes, quæ allegant. de quo per Arch. de reſcrip. ſi eo tempore. libro ſexto. & per Hoſtien. in cap. ſuper inordinata. alleg. & ibi per Ioann. And. in nouella. Sed pro prima parte facit opinio contraria aliorum. per cap. cum ex eo. de electio. libro vj. & alia iura, & rationes eorundem.

a ¶ Aetas xiiij. annorum. *Nota quòd ætas diſcretionis in pueris eſt xiiij. annorum xxij. quæſtio ij. pueri. Aetas autem qualiter probetur, & quid ſi teſtes ſuper ætate diſcordent, & an teſtimonium propinquorum admittatur ſuper ætate, vide Bal. in conſi. cccclv in iiij volum.*

b ¶ Impuberem. *Nota quòd impubes dicitur eſſe minor xiiij. annis. Inſtit. quib. mod. tu. fi. in princip. quandoque tamen improprie dicitur, qui adultus eſt. ff. de excuſ. tuto. l. ſed & milites. Quandoque etiam impubes eſt minor annis xxv ff. de excuſ tuto. l. non ſolum. § ſi libertus.*

CONCLVSIO DCCLIIII.

De præbendis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Papa totius mundi & omnium eccleſiarum eſt ordinarius epiſcop.*

2 *Limit*

2 *Limitatio temporis reſpicit vltimum extremum, & non primum.*
3 *Principis præſentia ſupplet omnem ſolennitatem.*
4 *Collatores cameræ apoſtolicæ loco œconomi ſuccedunt in beneficiis reſeruatis, & fructus recipiunt, & conſeruant ad vtilitatem cameræ apoſtolicæ.*
5 *Matrimonium per non valentes loqui, nutu, vel ſigno contrahi poteſt.*
6 *Verba legis ciuiliter intelligenda.*

SI rector parochialis eccleſiæ impetrat à papa archidiaconatus dignitatem, & curam habentem, certo modo vacantem, offerens expreſſe ſe dimittere eccleſiam per aſſecutionem pacificam archidiaconatus, & papa conferat eccleſiam alteri, dum vacauerit per aſſecutionem iam dictam, dictúſque rector poſt hoc poſſeſſionem pacificam archidiaconatus aſſequatur, dimittátque ſtatim, & infra menſem à tempore huiuſmodi aſſecutioni computandum, realiter, & cum effectu, & ſine fraude dictam eccleſiam, & eius poſſeſſionem, nec ſine noua collatione redeat ad eam, licet infra dictum menſem coram ordinario ſub publico teſtimonio eandem eccleſiam verbotenus non dimittat, pœnas conſtitutionis extrauagãtis Io.xxij. quæ incipit, execrabilis. §. qui vero, non incurrit. Contra concluſionem non videtur arguere, quia videtur textus rotundus in contrarium, in §. qui vero. alleg. exponendo ibi verbum, pari modo. ſecundum Ieſſe. & Guil. id eſt, ſub publico teſtimonio verbaliter coram ordinario, &c. Sed probatur concluſio. primo enim ſupponimus, quòd ſine fraude, & realiter, & cum effectu dimiſerit infra tempus, nec redierit poſtea ad eandem, nec reſtat, niſi oſtendere. quòd coram ordinario verbo expreſſo, & ſub publico teſtimonio dimiſerit. Pro quo
1 ſciendum, quòd † papa totius mundi, & omnium eccleſiarum eſt ordinarius epiſcopus, etiam immediatus, & non caſualis, ſicut archiepiſcopus. vt ix. q.
a iij. cuncta per mundum.[a] & c. ſequen. & c. per principalem. infrà de conceſ. præb. propoſuit. & de præb. c. ij. lib. vj. Secundo ſciendum eſt, quòd cum verba proferuntur, non vt pro tempore prolationis operentur effectum, ſed potius in aliud tempus futurum non recipiuntur pro tempore, in quo proferuntur, ſed pro tempore, in quo effectum ſuum protendere dignoſcuntur. vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. & C. de dona. ante nup. l. quod ſponſæ. & quòd illud, quod fit ante tempus, habetur perinde, ac ſi fieret poſt tempus, ac ſic tempus eſt gratia facientis. vt ff. de annu. leg. l. eum, qui rogatus eſt. cum omnibus concor. ibidem alleg. vel etiam ſi alterius gratia, dummodo ipſius in nullo interſit. vt l. qui Romæ. in princip. cum ibi not. per Bart. ff. de verb. obligat. & faciunt not. Bart. & gloſſ. in l. eum, qui rogatus. imo & l. ipſa à contrario probat. & per hoc tolluntur not. Cyn. in l. ij. in fine. C. de iure emphyt. & eiuſdem in l. ſi cert. annis. C. de pact. & præſertim, quando dilatio temporis eſt modica & ſpes propinqua, & firma. per l. alle. ſupra. in quadam con-
2 cluſione ad fin. & facit optime, quia † limitatio temporis reſpicit vltimum extremum, & non primum, quando etiam ante illud fieri poſſet, ſicut dicimus in menſe, qui datur impetranti ad acceptandum, & currit à tempore notæ vacationis in eccleſia, & ante poteſt acceptari, & ante ligat decretum ſecundum omnes. Tertio dico, quòd illud, quod fit in præſentia alicuius principis, cenſetur publice fieri, &
cum omni ſolennitate. quia eius † præſentia ſupplet 3
omnem ſolennitatem. vt C. de teſtam. l. omnium. Ex præmiſsis apparet, quòd etiam coram ordinario: quia coram papa per primum ſuppoſitum etiam verbaliter in ſupplicatione, quam porrexit per ſecundum ſuppoſitum, & ſub ſufficienti teſtimonio, quia ſub teſtimonio principis per tertium ſuppoſitum, beneficium primum dicitur dimiſiſſe, & maxime videtur bene teſtimonium publicum, ſi ſuper ſupplicatione, ex eius ſignatione facit confici literas, & ipſis publice vtitur recipiendo poſſeſſionem ſecundi authoritate literarum earundem, quia non poteſt dici teſtimonium magis publicum, quàm teſtimonium literarum, contra quas probatio non admittatur, niſi ſuper crimine falſitatis. Et hæc dico ſuper hæc, quæ papa aſſerit in ſua præſentia eſſe facta. vt clemen. j. de prob. cum ibi not. & c. ſi motu. de præb. lib. vj. cum ibi nota. & maxime, ſi hoc liceret, alias non, poſtquam literis vtitur, tanquam bonis. vt c. per tuas. de proba. cum ſimilib. Secundo eadem concluſio probatur per rationem magis claram. Nam certum eſt, quòd iura pœnalia ſunt odioſa, & tanquam reſtringenda. vt l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & maxime illa, quæ pœnas ipſo iure imponunt, putà priuationis. vt de elect. c. licet canon. & cap. ſtatutum. lib. vj. ſimul iunctis. facit de pœniten. diſtinct. j. pœnæ. & facit egregie no. & alle. Ioan. And. in regula. in pœnis. & regula odia. lib. vj. in quæſtionibus mercurialibus, ibi per eum diſputatis in nouella. Et quanto pœna eſt grauior, & culpa minor, tanto debet reſtrictio eſſe maior, vt authent. multo magis, cum ſimilib. maxime, quia debet eſſe adæquatio inter culpam, & pœnam. vt l. ſancimus. C. de pœnis. Modo hic eſt pœna maxima, quia nedum eſt priuatio habiti, & ambiti, ſed etiam eſt pœna inhabilitationis, ad quodlibet aliud decætero obtinendum. Ex quibus concludo, quòd in aliis materiis non pœnalibus, nec odioſis, ſed potius fauorabilibus arguitur ex cauſæ, ſeu ipſius rationis caſſatione, ad l. ſeu eius conſtitutionem, & eius effectus ceſſantes. vt C. de epiſc. & cle. generaliter. & ibi per Cyn. & de in integ. reſt. mi. l. fin. & ff. de iure patro. l. adigere. §. quamuis. vt not. per Dyn. in regula. priuilegium. de reg. iur. lib. vj. & per Ioan. And. de renunciatio. poſt tranſlationem. in nouella. & egregie facit quod not. Bart. in d. §. quamuis. dicens, quòd quando quis puniretur contra mentem l. niſi per rationem verba l. reſtringerentur, reſtringuntur. & iſte eſt caſus dicti §. quamuis. & l. ij. C. de noxa. licet ſecus, ſi lucrum admitteret, vbi l. reſtrictionem non notaret. vt l. proſpexit. ff. qui, & à qui. manu. non fi. & idem videtur notaſſe Cyn. C. quæ ſit lon. conſue. Modo pro eo videamus, quæ potuit eſſe ratio, quare vltra veram, realem, & actualem, effectualem reſtitutionem curatur de verbali. Nam cum verba menti ſeruiant, habito effectu ſecundum mentem, de verbis non videretur prima facie eſſe curandum. ff. de ſuppel. lega. l. Labeo. de rebus dub. l. in ambiguo. C. de libe. præteri. l. iij. & extra. de verb. ſign. c. præterea. & c. in his. & ff. de lega. l. ſcire. l. & breuiter, neſcio imaginari aliam rationem, niſi vnam, quæ po-

nitur pro parte in textu, & pro parte debet ſubau-
diri, vt puta, vt videlicet ordinarius citius ſcien. di-
miſsionem, citius de reſeruatis domino papæ refe-
rat, vt ipſe citius conferat, vt diuturnis vacationibus
ſuccurratur, & vt materiæ fraudum non ſit locus.
facit pro euitatione longæ vacationis, de electio. ne
pro defectu. cum ſimilib. Modo videamus, ſi dicta ra
tio hoc caſu ceſſat in totum, certe ita. Nam primo
ceſſat fraus in totum, vt ſupponitur. Item ceſſat pri-
ma para rationis, quia iam papa certioratus eſt, ideo
non fuit plus temporari opus. vt l. j. in fi. ff. de act. emp.
l. j. §. ſi intelligatur. ff. de ædilitio edicto. Item, quia
iam ſatisfactum eſt rationi, quia iam papa prouidit
vt ſupponitur. Item ceſſat ſecunda pars dictæ ratio-
nis: quia beneficium non ſpectat ad collationem or-
dinarij, cum ſit reſeruatum. Sed dices: ſaltem ſpectat
ad eius diſpoſitionem, de qua in c. cum vos. de offic.
ordina. Sed non obſtat. quod c. cum vos. non loqui-
tur, niſi cum eſt periculum de longa vacatione, vt
ibi not. quod hic ceſſat. Item non obſtat, quia alius
ordinarius omni ordinario maior, videlicet papa,
prouidit hic de alio adminiſtratore, qui cito poſt aſ-
ſecut. fecit ſibi prouideri, & fuit poſſeſsionem eccle
ſiæ aſſecutus. vt ſupponitur, igitur. Item, quia veritas
eſt, quod hodie reuera ceſſat c. cum vos. in beneficiis
4 reſeruatis. quia † collatores cameræ apoſtolicæ lo-
b co œconomi [b] ſuccedunt hodie in beneficiis reſer-
uatis, & fructus recipiunt, & conſeruant ad vtilita-
tem cameræ apoſtolicæ. Pro prædicta vero ratione,
quæ habet verba dictæ extrauagantis reſtringi ex
mente, faciunt not. Ieſſe in dicta extraua. execrabi-
lis. §. ſtatuimus. ſuper ver. verbaliter. verſic. quid au-
tem de illo qui loqui poteſt. vbi dicit Ieſſe, quòd etiã
in valente loqui ſufficit, ſi qualitercunque coram
ordinario, etiam ſine verbis: puta, nutu, ſigno, aut
alias ſuam voluntatem eccleſiam dimittendi oſten-
dat. argumen. not. per Hoſtien. extra. de ſpon. c. tuæ.
& in ſumma. de ſponſal. in rubricella. de matrimo-
5 nio. §. qualiter contrahitur. vbi dicit, quòd † matri-
monium per non valentes loqui, nutu, vel ſigno cõ-
trahi poteſt, quia hoc, quòd non poteſt loqui, non
debet ſibi eſſe ad præiudicium. argumen. ff. de condi.
& demonſt. l. falſa. C. de adoptioni. l. per optionem.
& de dignita. l. maior. & de ageñ. in rebus. l. ſaluber-
rimam. lib. xij. maxime, quia verba ad aliud inducta
non ſunt, niſi ad deſignandum conſenſum. xxij. q. ij.
is autem. argumen. ff. de lega. iij. §. iij. l. Pamphilum.
§. propoſitum. & quod not. C. de teſtam. l. iubemus.
§. vltim. Ad §. ſtatuimus. reſpondet, cum dicit: verbo,
ſubaudi, vel alio modo æquipollenti, puta ſigno, nu-
tu, vel literis, vt ius ſeruetur, & verbis præferatur,
6 vt d. l. iij. C. de libe. præteri. legis † enim verba ciuili-
ter intelligenda. ff. de ſeruitu. l. ſi cui. nec ius calum-
niari, nec eius verba captari, ſed qua mente dicantur
conuenit animaduerti: vt ff. de exhiben. l. ad exhiben
dum. licet fateatur tutius fore, ſi cortici literæ ſer-
uiatur, quod & fateor. argumen. ff. de ven. in poſſeſ-
ſio. mitten. l. ſed ſi incertum. extra. de ſpon. iuuenis.
de cleri. excommuni. miniſt. illud. de pœniten. diſtin.
vij. cap. ij. cum ſimilib. Item quòd recedendum ſit à
verbis illius extrauagan. propter mentem, & ratio-
nem, colligitur ex vno dicto Ieſſe poſito in dicto §.
ſtatuimus. ſuper verbo. teſtimonio publico. vbi dicit
mentem literæ, ſeu literam ex mente referendam, ne-
dum ad teſtimonium inſtrumenti publici, vel literæ,
vel ſigillo authenticæ ſigillatæ, de elect. vt circa. libr.
vj. de offic. ordi. ſi canonici. eo. lib. ij. quæſt. j. legum.
C. de epiſc. & cle. l. ſi qua per calumniam, ſed etiam
per teſtimonium perſonarum authenticarum, ſeu
notabilium. argumen. ff. de teſtamen. l. hæredes pa-
lam. de ritu nup. l. palam. in princip. & §. quæ in adul
terio. attenta mente. argumen. ff. de excuſa. tuto. l. cer
te. §. aliud. de electio. c. ſi poſtquam. lib. vj. §. j. arg. C.
de fide inſtru. l. in exercendis. de pact. l. pactum. ma-
xime, quia pœnalis. argumen. re. odia. arg. de præbendi
beneficia. libro vj. licet tutius fateatur, quòd fiat ſub
publico inſtrumento, [c] vt ſatisfiat cortici literæ, & e
opinioni: & quia promptior fides eſt inſtrumenti.
argumen. ff. de pigno. l. communiter. de Carbo. edi-
cto. l. iij. §. duæ cauſæ. de acquirend. poſſ. ff. l. peregre.
§. j. prædicta autem multa coadiuuant, quia licet pa-
tres noſtri dictam interpretationem, quam concluſio ponit, in ſcriptis non redegerint, ſaltem quod
ego viderim: tamen de facto eam fecit conſuetudo
longa: facit, quia nullus in caſu iſto conſueuit ad a-
liam verbalem dimiſsionem recurrere. ergo ſeruan-
da eſt. argumen. ff. de legib. l. minime. & l. ſi de inter-
pretatione. eo. titu. & alias periculoſiſsimus laqueus
mitteretur animabus. contra cap. de viduis. nec poſ-
ſum credere, papam voluiſſe tam magnam pœnam
debere incurrere ex ita modica culpa: quia commen
ſuratio eſſet valde inæqualis, & exceſsiua, quod eſſe
non debet: vt dicit l. ſancimus. Saluetur ergo conſti-
tutio caſu, quo papa contuliſſet archidiaconatum de
parochia mentione non facta: vel ſi ordinarius ha-
benti in aliena diœceſi parochialem eccleſiam, in ſua
curatum beneficium contuliſſet, ſed quid ſi papa
motu ſuo proprio contuliſſet de parochia, tamen
mentione facta, eam mandando dimitti? vel quid ſi
dediſſet expectatiuam ad vacaturam dignitatem ec-
cleſiam ad oblationem impetrantis; vel ſine obla-
tione, motu proprio: vel ad aliam petitionem dimitti
parochiam mandaret: vel quid ſi ordinarius habenti
in ſua diœceſi parochiam aliam conferat, de prima
facta, vel non facta mentione, mandando dimitti:
vel non mandando ad oblationem, vel ſine oblatio-
ne? omnia iſta ſunt adhuc dubia aliqualiter.

a ¶ Cuncta per mundum. *Adde quòd eſt ſummus inter omnes, & habet omnem plenitudinem poteſtatis, & alij in parte ſollicitudinis ſunt vocati. ij q vij. decreto & c. qui ſe ſcit. Vnde, cum dominus apoſtolis dixit, Vt laxarent retia. ſoli Petro dixit: duc in altum. & ei ſoli dixit, Vt piſcaretur hamo, qua duo vnam facerent.*

b ¶ Loco œconomi. *Oeconomus eſt, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſanct. eccl. iubemus. Et nota, quòd œconomus & prapoſitus ſunt diuerſa nomina tamen idem ſignificant, ſicut primas, & patriarcha. Adde quòd œconomum debet habere qualibet eccleſia cathedralis, qui cum arbitrio epiſcopi res eccleſiæ gubernare debet.*

e ¶ Sub publico inſtrumento. *Inſtrumenta qua dicantur publica, vel priuata: & quibus inſtrumentis credatur: & an exemplaria ſcriptura ſit ſtandum, vide diffuſè, & pleno per Innocen. Hoſtien. & Ioan. And & alios in c. j. de fide inſtru.*

CONCLVSIO DCCLV.

De filiis preſbyterorum. De rerum permutatione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus poſsidens beneficium curatum, an illud cum alio curato permutare poſsit.*

2 *Error*

2 *Error in iure probabilis an excuſat quem à dolo.*
3 *Inuſitatio iuris reddit ignorantiam probabilem.*

1 SI illegitimus † diſpenſatus ad curatum benefi-
a cium[a] obtinendum, obtento curato beneficio
in vim diſpenſationis eiuſdem, illud permutet ad a-
liud curatum cum legitimo effectu dictæ illegitimi-
tatis ignorante, credens ſibi id ex prædicta diſpen-
ſatione licere, non valet collatio ſecundi curati ex
cauſa dictæ permutationis factæ: ſed datur vtrique:
videlicet legitimo ratione probabilis ignorantiæ fa
cti, & illegitimo ratione erroris iuris probabilis re-
curſus ad beneficia renunciata ex cauſa permuta-
tionis antedictæ. Ratio primæ partis: quia opinio
Archid. poſita in c. j. de fil. presbyt. lib. vj. qui habet,
huiuſmodi diſpenſationem non poſſe extendi, niſi
ad vnicum, & niſi ad primum in curia Romana, &
palatio apoſtolico, ſemper extitit obſeruata, & pro-
hibitus aliud recipere, non poteſt etiam ex cauſa
permutationis illud recipere. vt not. gloſſ. & Pau. in
princ. in clemen. de pœnis. ſuper verbo. obtinenda,
quia in permutatione interuenit vera hincinde re-
nunciatio, & ſequitur vera hincinde collatio, vt not.
in c. vno. de rerum permutatio. quicquid ibi Ioann.
mo. in contrarium notet: licet opinio Ioan. mo. poſi-
ta in d. cap. j. de fil. presbyte. lib. vj. & Ioan. And. po-
ſita in cap. non poteſt. de præbend. lib. vj in nouella.
vbi pleniſſime de iure videretur pluribus dominis
probabilior: & fateor recte, quod benignior eſt. Sed
puto, quòd alia de iuris rigore ſit verior, quia talis
diſpenſatio non ſe extendit, niſi ad vnicum. vt in c.
vnico de fil. presbyte. alleg. & ad primum. vt in cap.
non poteſt. de præbend. alleg. cum ibi not. & alleg.
etiam iura, & hoc in ſimilib. in c. quamuis. eod. tit. &
lib. in nouella. ergo conſumitur in illo argumen. no.
Ioan. poſt Hoſtien. in ſimilib. de reſcript. in c. cum in
multis. ſuper gloſſ. fin. libro vj. ſi conſumitur, poſtea
non reuiuiſcit. vt ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulan-
tem. §. ſacram. & de ſolut. l. qui res. §. aream. quia ſem
per remanet illegitimitas, cum per talem diſpenſa-
tionem non tollatur, vt not. in dicto capit. j. de filiis
presbyter. dicebat dominus F. quòd magis odium
eſt in diſpenſatione, de qua in cap. non poteſt. quàm
hic, quia prima reſpicit cumulationem beneficiorũ
iuribus munitam. de elec. non reſiden. quia nonnulli.
& de præbend. c. quia intantum. cum ſimilib. hoc ve-
ro habilitatione perſonæ, qui morbo alieno laborat.
Sed certe dico, quòd per iſta eſt magis odioſa, quia
magis iuri antiquo repugnat, & magis honori ec-
cleſiarum dicitur obuiare. Et ſecundum veritatem
in maiori, vel minori odio non fundantur iura præ-
dicta. Secunda pars concluſionis quo ad legitimum
eſt clara: quo ad legitimum vero in hoc fundatur,
quia † error in iure probabilis benè excuſat à dolo. 2
ff. ad Silleia. l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. &
etiam à culpa, quia culpa ex iuris ignorantia imperi-
to imputatur, quia conſulere potuerit peritiores. &
probatur ff. quis ord. in bo. poſſeſſio. ſerue. l. ij. §. fin.
& ff. de iuris, & facti ignorã. l. regula. §. ſed iuris igno
rantiam. modo ſi periti ſint adeo contrarij. quòd ne-
ſcit, quorum debet opinionem ſequi, patet quòd nõ
poteſt certitudinaliter conſulere peritiorem, quia
neſcit, quis peritior ſit in hac parte. & quòd talis er-
ror hoc caſu ſit probabilis, & excuſet, videtur tex ff.
de peri. hære. l. illud. in fi. primi reſpon. & ff. de leg. ij.
& l. qui ſolidum. §. etiam. & C. de condi. indebi. l. fi.
& probatur in ſimili, quia talis error excuſat à ſum-
ptibus litis, vt notat Specul. ad plenum in Spec. tit.
de expenſis. § nunc videndum. & P. de Samp. ſuprà
de appella. vt debitus. & ibi not. Ioan. And. ſuper gl.
pen. & tamen error improbabilis non excuſaret, vt
ff. de iudi. l. eum, quem temere. poſtquam enim ma-
iores literati, in facultate periti, doctores, & autho-
ritate pollentes, & numero plures in hac materia er-
rarunt, & errant, nõ improbabiliter errat circa hoc
peritus,[b] & maxime, quia hic non agitur de coadiu- b
uando errantem in lucro captando, ſed potius in dã-
no vitando. ergo ei videtur eſſe ſuccurrendum, ſi ex
iuris ignorantia errauit. vt ff. de iuris, & facti igno.
l. regula. & l. iuris ignorantia. cum ſimili. ſi. quia ob
eam cauſam quòd error iuris probabilis. dicit Ioan.
mo. in regula. ignorantia. lib. vj. in fi. quòd error iuris
inuſitati bene excuſat, quia † inuſitatio bene reddit 3
ignorantiam probabilem. Item eadem ratione dici-
tur mulierem, ruſticum, & militem probabiliter iu-
ris peritiam ignorare, & per hoc excuſari. C. de iure
deliber. l. ſancimus. & C. de iuris, & facti ignoran. l.
conſtitutiones. & ff. de probat. l. cum de indebito. §.
ſin autem. & ff. de eden. l. j. §. fin. de iuriſdict. om. iud.
l. ſi quis id, quod. §. doli. de teſtamen. l. fin. & not. j. q.
iiij. notandum. C. de iuris, & facti ignoran. l. j. ij. & vl.
& per Ioan. mo. in regu. ignorantia. alleg. licet ſit ma
gna differentia in aliquibus inter perſonas antedi-
ctas, quam differentiam ſcripſi in regula. ignoran-
tia. allegata.

a ¶ Diſpenſatus ad curatum beneficium. *An ſolus papa diſpenſet cum illegitimis in beneficiis, quæ ſunt cum cura. vide. lxj diſt. Cenomanen.*

b ¶ Peritus. *Quis dicatur peritus, & in quo differat à prudente, vide per Archi. extra. de hære. c. vt commiſſi. lib. vj. ſuper verbo. peritos. Adde. quòd ſi periti diſcordant ab imperitis, peritioribus magis credendum eſt propter perſpicatiorem ſcientiam, vt dicit Bald. in proœ. ff.*

FINIS DECISIONVM ÆGIDII BELLEMERÆ.

INCIPIVNT DECISIONES, ET INTELLIGENTIAE AD REGVLAS CANCELLARIÆ,

Per R. P. D. GVLIELMVM CASSADOREM, Epiſcopum Algarenſem vtriuſque ſignaturæ Referendarium, ac Rot. Aud. ſuper dubÿs, tam in Signatura, quàm in Rota tempore ſuo occurrentibus, recollectæ.

Primæ Deciſionis ſuper regula Cancellariæ, quòd commiſsiones cauſarum, ac proceſſus earum vigore deſuper habiti, literis ſuper gratia non expeditis, non valeant.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus validè cauſam committit literis non confectis, quia Regula xxix. annullans commiſsiones & proceſſus, ſi litera ſuper gratia confecta non fuerint, non habet locum in ſpolio.*
2 *Commiſsio & proceſſus ita fit in cauſa ſpolÿ, ſicut in cauſa petitorÿ.*
3 *Sententia lata ſuper ſpolio eſt diffinitiua.*
4 *Titulus ſaltem colloratus exigitur in beneficialibus in interdicto recuperandæ.*
5 *Confeſsio tituli facta per ſpoliatorem ſufficit ad colorandum titulum pro ſpoliato.*
6 *Supplicatio ſola eſt ſufficiens ad colorandum titulum pro ſpoliato.*

DECISIO PRIMA.

IN PLVRIBVS cauſis meo tempore Rota
tenuit quòd Regula † de
1 nullitate iuriſdictionis
literis non cõfectis non
habeat locum in ſpolio,
quaſi tunc literæ non
ſint neceſſariæ, licet proficiant ad colorem titu.
qui in cauſa ſpolÿ requiritur ſecundum Innoc. communiter approbatum in
cap. in literis. de reſtit. ſpol. an ſit verum ſemper dubitaui, ex quo regula ſimpliciter loquitur ad l. de
precio. de publ. in rem act. & l. j. §. generaliter. ff. de
2 leg. præſtan. Item, quia ita eſt commiſsio † & proceſſus ſuper cauſa ſpolÿ, ſicut ſuper petito. & committuntur cauſæ in poſſeſſorio obtento vigore prouiſionum factarum de beneficÿs, & propter ipſa
beneficia, vnde quia conueniunt verba & mens. l.
iiij. §. toties. ff. de dam. infec. & quòd vtraque ſit cauſa, patet in rubr. & per totum titu. de cauſa poſſeſ. &
propriet. quanuis altera ſit ſeparata ab altera. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ. Et
3 vlterius diffinitiua † eſt ſententia quæ ſuper poſſeſ.
promulgatur. Bart. in l. quòd iuſsit. ff. de re iudic. &
Abb. in c. fin. iiij. col. de iudic. vbi de hoc, & per gloſ.,
& eundem in cap. conſultationibus. de offic. deleg.
& per eundem Bart. in l. ſi finita. §. 1 ul. in ij. col. ff. de
dam. infec. præterea ſi exigitur † tit. coloratus, ergo 4
literæ requirunt pro tit. ad colorandum. Ad hoc tamen dici poſſet, quòd ad colorem non ſint neceſſariæ literę omni caſu, cum ſufficiat confeſsio † tituli 5
facta per ſpoliatorem, prout voluit Rot. de reſt. ſpo.
in no. xix. ſed ratio regulæ conſideranda eſt. l. cum
pater. §. dulciſsimus. de leg. ij. & ſiue fuerit burſalis
vt literę expediantur, ſeu potius ne temerè quis aliũ
moleſtet, quod non eſt veriſimile, quãdo prius cum
non modicis expenſis cogitur literas expedire, arg. l.
cum de indebito. ff. de probatio. & cap. ſuper hoc. de
renunt. non video quòd ſit differentia inter cauſam
poſſeſſoriam & proprietatis, & ſi æquitas quædam
conſiderata cum fauore ſpoliati, & contra ſpoliatorem pro deciſ. faciat & illud quòd neceſſariæ † non 6
ſunt literæ ad obtinendum in ſpolio, in quo ſufficiat ſola ſup. prout in alia deciſ. annotaui. incipien.
quanuis ad canonizationem tituli, quaſi iſta regula
expeditionem deſideret in caſibus duntaxat, quibus ſine literis pronuntiari diffinitiuè non poteſt;
vt in canonizatione titu. ſecundum aliam regulam,
quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationum,
ſed literarum deſuper expeditarum. Sed hoc attento etiam in petito. abſolutoria cum ſola ſupplicatione, & ſine ea dari poſſet, vt in l. qui accuſare. C.
de eden. & cap. vnico, vt eccl. benefic. ſi. dim. confer.
quod obſeruat Rota, reſpiciens tamen pro parte
obtinen. committi cauſam, an literæ ſint productæ ad firmandam iuriſdictionem, non quòd abſolutoria requirat aliquam literarum expeditionem,
vt in ſequen. deciſ.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluere non poteſt, qui condemnare non poteſt.*
2 *Abſolutoria in Rota ſemper fertur cum impoſitione perpetui ſilentÿ.*
3 *Iudex datus per reſcriptum non tribuentem iuriſdictionem, an poſsit reum abſoluere, & impetrantem in expenſis condemnare.*

DECISIO II.

ITem voluit Rot. quòd dicta regula non procedat quando datur abſolutoria contra actorem
qui

qui obtinuit committi cauſam, in quo etiam dubi-
1 tani: nam † qui poteſt condemnare, poteſt & ab-
ſoluere, & qui non habet vnum, non poteſt alte-
rum, vt in l.iij.ff.de re iudic. & ibi Paul.de Caſtr.ſed
condemnare iudex in propoſito ſine literis non po-
teſt, ergo nec abſoluere, vt in proxima eſt dictum,
2 regula non diſtinguit. Item Rota † ſemper abſoluit
eum impoſitione perpetui ſilentij, & ſine iuriſdi-
ctione fieri nequit, quare quandocunque conſtat
3 qualitatem tribuentem iuriſdictionem, † prout hic
literarum expeditionem non adeſſe conſtat aliquem
non eſſe iudicem, licet ab inſtantia iudicij debeat
abſoluere, & actorem in expenſis condemnare, cum
reſpectu condemnationis expen. ſit iudex, vt in cle.j.
cum glo.de reſcrip.& gloſ.fin.in cap.fin.eod.tit. ita
Abb.in cap.cum ſit generale, colum. quinta. vbi ma-
giſtraliter de foro competen. Item ſuper damnis, in
his enim & ſequen.dicitur iudex habere iuriſdictio-
nem, inquit Abb.in cap.dilectus, el iij. de præbend.
ſcilicet quòd iudex datus per literas nullas poteſt
pronunciare ſe non iudicem, quare ſaltem in illo ar-
ticulo eſt iudex, & poteſt etiam impetrantem con-
demnare in expen.& idem in quolibet iudice incom
peten. ſecundum eum, vt ſaltem ſit competens in
cauſa dubij, dum diſcutitur an ſit iudex, quo in ca-
ſu poteſt cognoſcere & mulctare contumacē, quan
do poteſt eſſe iudex, quamuis in veritate non ſit:
ſecus vbi non eſt iudex, nec eſſe poteſt, & hoc ſe-
cundum eundem Abb.in cap. ſi diligenti. col.vlt. de
foro compet. ſequitur Felyn. in cap. ſi duobus. col.
penult.de appellat.& hæc in ſimili faciunt pro deciſ.
ſed in abſolutoria, & in perpetui ſilentij impoſitio-
ne non videntur ſimilia, vt ſit iuriſdictio, niſi dixe-
rimus quòd ſit ratio diuerſitatis inter condemna-
tionem & abſolutionem in caſu regulæ ex deductis
in proxima deciſ. Item quòd regula emanauit in
odium impetrantis commiſsionem, non eius contra
quem cauſa committitur, quin potius in fauorem,
& conſequenter non debet retorqueri contra reum
vt nequeat abſolui, arg.l.quod fauore. C.de leg. &
iſtud faceret pro deciſ.proxima. Domini tam in iſta,
quàm in proxima, poſt latam ſententiam tranſeunt,
ſuſtinen.eam: ante latam verò dicunt, habeatur com
miſsio quòd poſsit pronunciari abſque dubitatio-
ne, & vt tollatur omnis diſputatio.

SVMMARIVM.

1 *Probandi onus quando incumbat reo, excipiente
quòd literæ per actorem productæ, non ſint expedita
ante cauſæ commiſsionem, & quando actori ? & nu-
mero 4.*
2 *Probare quid teneatur ille qui agendo vel exci-
piendo ſe fundat in negatiua?*
3 *Expeditio literarum ad euitandam nullitatem præ-
ſumitur facta tempore debito, dummodo ante ſen-
tentiam producantur.*

DECISIO III.

SVper eadem regula obſeruatur quòd ſi com-
miſsio cauſæ nil dicat de regula ipſa aduerſario,
1 excipien. † quòd literæ productæ non ſint expedi-
tæ commiſsionis tempore, ſed poſt incumbat onus
probandi, quia ei qui dicit. l. ſecunda. de probatio.
& in l.prima. ff.de exceptio.ſicut in eo † qui ſe fun- 2
dat in negatiua, agat vel excipiat, quòd probare te-
neatur ſecundum Innocent.in cap.ſuper his, de ac-
cuſatio.& Bartol.in l.in illa.ff.de verbor.obligatio.&
Biſignet in antiq. de præbend.vj.deciſ.Item quia ex-
peditio † dummodo literæ ante ſententiam produ- 3
cantur, præſumitur facta in tempore ad euitandam
nullitatem, vt dixit Bartol. in l. non ſolum. §.ſed vt
probari.de noui ope.nuntia.per l.merito. ff.pro ſoc.
quoniam nullitas eſt pœna, vt in l.ſenatus.ff.de con
trahen.empt.& vend.ſed quando † in commiſsione 4
regulæ derogatur, dummodo literæ expediantur
ante terminum ad articulandum, tunc impetrans
commiſsionem tenetur probare, quòd expedierit
ante obſeruationem dicti termini, quia fallus eſt
quòd tempore commiſsionis non erant expeditæ,
ideo ceſſat præſumptio expeditionis in tempore.

SVMMARIVM.

1 *Regula quòd non valeant commiſsiones literis ſuper
gratia non expeditis derogatur de ſtylo, dummodo
ante terminum ad articulandum expeditio fiat.*
2 *Tempus expeditionis literarum probatur per ma-
num reſcribendarij.*
3 *Bulla non habetur pro expedita, niſi fuerit bullata,
id eſt plumbata & num.5.*
4 *Priuilegium ſtatum quod eſt bullatum, adimit pote-
ſtatem ordinario.*
6 *Expeditio literarum ſi concurrat cum termino ad
articulandum, præſumitur facta ante terminum.*
7 *Horam habens in gratia, certiorem probationem
habet, quàm illa quæ eſt ſine hora.*

DECISIO IIII.

INoleuit ſtylus † in commiſsionibus cauſarum, 1
quando literæ non ſunt expeditæ ad hoc vt iudici
iuriſdictio tribuatur, & lis pendeat, quòd derogatur
regulæ ſi petatur de qua in his proximis concluſio-
nibus cum hac modificatione, quòd literæ expe-
diantur ante terminum ad articulandum, & niſi ita
fiat. interea beneficium non ſit litigioſum, nec locus
regulæ exiſtat de ſurrogandis collitigan. cum talis
modificatio conueniat rationi ipſius regulæ, in cu-
ius interpretatione ſæpius fuit tentum, prout etiam
in vna Geben. beneficiorũ, quam propoſui de men-
ſe Martij 1520. in tertia inſtantia, dixerunt domi-
ni, quòd bona † erat iuriſdictio ſi de menſe Decemb. 2
erat ſeruatus terminus ad articul. in literis produ-
ctis poſt ipſum terminum erat manus reſcribenda-
rij De. quòd ſignificat Decembris, ſicut Ian. Ianua-
rij, & ſic de aliis menſibus, nam licet iſtud non con
cludat neceſſariò expeditionem in eo menſe, ex quo
eſt initium expeditionis & prius quàm ſit plumbata
bulla † non habetur pro expedita, quia non probat 3
hoc eſſe, in l. neque natales. C. de probatio. cap. in
præſen. eodem tit. bene autem ſi habeat plumbum,
in quo ſolet dici expedita, ex quo cum plumbo dici-
tur bullata bulla & expedita, vt in ca. licet. de crim.
fal. & priuilegium adimit † poteſtatem ordinario 4
ſtatim quod eſt bullatum, ſecundum doct. in cap.j.
§.ex parte.de conceſ.præben.in vj.nihilominus † ex 5
quo iam habemus initium in tempore benignum eſt
etiam præſumen. finem in tempore, ſicut alias ad fu-
gien.

gien.delictum, dicit Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt pro
bari.ff.de oper.noui nuncia. & ſuit conſideratum in
proxi. deciſ. & quia regula habet quòd deſiderat,
ſcilicet, expeditionem ſine fraude, & vt proceſſus
magis in dubio valeat & non pereat.l.quoties.ff.de
re.dub.cum vulg.& quia non caret primordio veri-
tatis propter principium debito tempore, ergo non
omnino falſum.l.cum filius.§.hæres.de legat.ij.& vt
plurimum poſt appoſitionem manus reſcribendarij
expediuntur literæ infra breues dies, & ad iura ad-
uertunt.l.nam ad ea.ff.de leg.& quamuis concurrant
6 obſeruatio † termin. ad articulandum, & appoſitio
manus reſcribendarij eodem menſe, nec de priori-
tate appareat, ex eo, quòd reſcribendarius non ap-
ponit diem, ſed menſem tantum, & obſeruatio ha-
beat vtrunque. Voluerunt domini quòd expeditio
etiam præſumatur ante obſeruationem, cum ſit de-
bilis regula & benigniſsimè interpretanda, poſt-
quam ſaltem tempore obſeruationis termini iam
cum aliquo diſpendio cepta erat expeditio, ad hoc
quod Cyn.& Bald.dicunt in l.de rebus. C.de dona.
ante nupt. certiorem eſſe & anteriorem probatio-
nem præſumptiuè, quæ horam habet, quàm illam,
7 † quæ diem ſine hora, & ſic de ea videtur quæ
menſem & diem, reſpectu eius quæ ſolum menſem
continet.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente ſuper beneficio ordinarius de eodem quoquomodo prouidere non poteſt.*
2 *Lis introducta literis ſuper gratia non expeditis eſt nulla propter regulam.*
3 *Probandi onus cui incumbat literas fuiſſe ante commiſsionem cauſæ expeditas?*
4 *Expeditio literarum in dubio præſumitur quod ſit tempore debito facta.*
5 *Negatiua qualiter probari poſsit?*
6 *Bullæ quæ non regiſtrantur, ſunt ſuſpectæ.*
7 *Probare tenetur allegans pluralitatem factorum & perſonarum eiuſdem nominis, ac multiplicationem titulorum.*
8 *Probatio famæ & communis reputatio releuat ab onere probandi negatiuam illum qui alias illam probare tenebatur.*

DECISIO V.

AGebat Franc. Pius coram d. B. de Petraſanc.
1519. contra Io.Sapien. ſuper parochiali ſanct
Simphoriani Lugdun.& quia Ioan.obiit poſt intro-
ductam litem & ordinarius prouiderat cuidam Hie
ronymo habita ſubrogatione per Franc. & mota li-
te contra Hierony.per Ant. qui habuerat ex ceſsio-
ne Franc.in manibus papæ canonizata fuit prouiſio
1 Antonij, ex eo quòd ſtante † lite ordinarius nequi-
uerat prouidere.cap.ſi hi contra quos. vt lit.pend.in
vj.& clem.j.eod.tit.in ij.inſtan.coram domino Hier.
de Spina, Hier. dedit de iſta regula quaſi non doct.
2 per Ant.quòd Fran. expediuiſſet literas nulla † fuit
lis, & ordinarius conferre potuit, & vt cõcluderet,
quòd Franc. vigore apoſtolici tit.cauſam committi
obtinuiſſet, produxit ſupplicationem impetrationis
apoſtolicæ certo modo factæ à Franc. vel ſumptum
ex regiſtro ſupplicationum, & impetrauit commiſ-
ſionem, quòd præfigeretur terminus arbitrio, vel
prout de iure Anto. ad probandum de expeditione
literarum per Franc.ex quo Hiero.producta ſuppli-
catione fecerat omnem diligentiam in regiſtro lite-
rarum, vbi de more omnes literę ſub plumbo ſolent
& debent regiſtrari. Et concl.† cum dominis quod 3
eſſet locus præfixioni termini eo fundamento, quia
quando ſumus in caſu in quo requiritur ſcriptura,
non procedit regula Innoc.in c.ſuper his.de accu.&
Bar.Pau.de Ca.& aliorum in l.in illa.ff.de verb.obli.
ſcilicet quod negans teneatur probare, quoniam po
tius fallit & onus probandi transfertur in aduerſa-
rium, ſecundum eundem Innoc.in d.cap. ſuper his.
quem ſequitur Abb.in c.bonæ. el j.de elect.& in ca.
ſicut.de re iudi.ſed regula requirit literas expeditas
eſſe, vt patet, ergo non obſt. quòd quidam ex domi-
nis dicebant Rotam tenuiſſe, quòd impugnans iu-
riſdictionem prætextu huius regulæ cum obiiciat,
tenetur probare non expeditionem tempore com-
miſsionis, maximè quia in materia obiectiua debet
probare, & quidem concludentiſsimè.l.non ad hoc.
C.vnde cog.& Ægid.deciſ.dcxij.& Rot.in j.in antiq.
de prob.quæ vult quòd dicẽti aliquem non legitimè
inſtitutum incumbit onus probandi, quia reſpondi
Rotam hoc tenuiſſe, quando literæ ſunt produ-
ctæ apud acta, cùm tunc conſtet de expeditione, &
expeditio † in dubio præſumatur in tempore, per 4
ea quæ Bart.tradit in l.non ſolum. §. ſed vt proban.
ff.de no. oper.nunt. & latius eſt expreſſum in proxi.
concluſ.non autem tenuit quando literæ non repe-
riuntur productæ, nec expeditæ, quo caſu impoſsi-
bile eſſet probare. non dixerim expeditas non eſſe,
ſed quòd magis vno tempore quàm alio, ex quo nul
libi de expeditione conſtat, & iſtud noto pro intelli-
gentia reg.ad deci.Rot.reſponſum eſt quòd hic re-
quiritur ſcriptura, & erat caſus quòd in literis ſur-
rogationis Ant. ex ceſsione Franc. dicebatur quòd
cedebat literis non confectis, quamuis poſſet referri
ad literas ſurrogationis Franc.non de neceſsitate ad
literas primæ impetrationis certo modo, & illa præ-
fixio iuſtificat, quoniam ſi Anto. non probauit eſſe
expeditas, quod eſt ei facile in curia, & Hier.impoſ-
ſibile, niſi per inquiſitionem quam facit in regiſtro
literarum & in cancel.& came.vſque ad plumbum,
& ſic omnia poſsibilia fecit, colligitur verum eſſe,
quòd non ſint expeditæ, cum de non entibus & non
apparẽtibus idem ſit iudicium, & quòd † per talem 5
poſsibilem diligentiam videatur probata huiuſmo
di negatiua, prout in ſimili tradit Bal.in l.ij.C.de err.
aduoc. & probatione non ſententiæ quando non
reperiretur in libro, in quo ſolent deſcribi omnes
ſententiæ, & in l.titiæ textores.ff.de leg.j.& Felyn.in
cap.ſicut. de re iudic. de non titulo ſeu probatione
defectus tituli quando oſtenderetur collationem li-
terarum in loco, in quo ſemper regiſtrantur colla-
tiones, & conſtaret illam quæ aſſeritur non eſſe ibi
regiſtratam, de aliis modis probandi negatiuam, vi
deatur Pau.de Caſtr.in d. l.in illa. & Ia.in l.fin.§.li-
centia.C.de iur.delib.ad Rot.de reſcript. in no.xiij.
quòd fundans ſe in non promotione teneatur eam
probare, reſponſum eſt, quòd hoc caſu requiritur
ſcriptura. Item quòd per diligentiam ſupradictam
eſt probata non expeditio, vel ſaltem ex tali præſum-
pta probatione transfertur onus probandi in aduer-
ſarium, vt in cap.vnico, vt eccleſ.benefi.cum ibi not.
nec refragatur quòd contingens eſt & poſsibile,
quòd

6 quòd † quædam bullæ non regiſtrantur, quia tales
dici poſſunt ſuſpectæ. Item lex illud non conſide-
rat, ſed quòd communiter & frequentius fit vel fie-
ri debet. l. nam ad ea. de leg. l. ſuis quoque. §. puto ge
neraliter. ff. de hæred. inſtitut. & per productionem
ſupplicationis impetrationis certo modo reſponde-
tur, & tollitur quod Fran. potuiſſet habere titulum
ab ordinario alium quàm apoſtolicũ, qui non ſubii-
citur regulæ, quæ diſponit reſpectu prouiſionum
apoſtolicarum duntaxat, ſic communiter intelligi-
tur ſine extenſione ad §. hæc verba. l. iij. ff. de neg. ge.
7 quia † multiplicatio titulorum non præſumitur, nec
pluralitas factorum, inquit Bald. in l. qui iuraſſe. §. ſi
pater. ff. de iureiur. Idem de pluralitate perſonarum
eiuſdem nominis, niſi probetur ſecundum eundem
Bald. in conſil. incip. cum apparet, quem refert Fely.
in cap. cum Ioan. iiij. col. de fide inſtrum. aut prout
eſt dictum, ſaltem onus proband. de titu. ordinario
propter talem præſumptionem tranſit in aduerſa-
rium, ſicut dicit Rota, deci. xv. aliàs vlt. in no. de pro-
8 batio. quòd fama † & communis reputatio releuat
à probatione negatiuæ eum, qui illam aliàs probare
teneretur, & ſic transfundit in aliũ probãdi onus.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non defendit illud qui cauſam committi, & citationem etiam duntaxat decerni obtinuit.*

2 *Attentata per actorem poſt commiſsionem & decretum citationis, licet non executa veniunt reuocanda per viam attentati.*

3 *Lis dicitur pendere per ſolam commiſsionem & decretum citationis, quo ad eum qui impetrauit & decerni obtinuit.*

4 *Litem per conteſtationem incipere ſi dicatur, non procedit in actore.*

5 *Lis ſecundum Rotã non finitur niſi per ſententiam.*

6 *Regula de triennali an non procedat niſi cum bona fide?*

7 *Præſcriptio inducta per regulam de triennali per moleſtiam iuris vel facti interrumpitur.*

8 *Moleſtia facti ſeu extraiudicialis durat durante facto, & eo ceſſante præſcriptio de nouo initium capit.*

9 *Sequeſtrum vtrum decerni debeat contra illum qui triennio poſſederat, & cauſam committi obtinuerat, & numero 12.*

10 *Regula de triennali extracta videtur ex concilio Conſtantienſi, & approbata in concilio Baſilienſi.*

11 *Clauſula adiecta in lege interpretata videtur repetita in l. interpretante.*

12 *Statuta paſsiuam etiam interpretationem recipiunt.*

14 *Lis ad hoc vt quo ad reum pendere dicatur, neceſſe eſt quod fuerit citatus.*

15 *Deciſio tertia de cau. poſſeſ. & propriet in antiq. non eſt in obſeruantia.*

16 *Litis pendentiam non reperitur iure tantum per ſolam commiſsionem fore introductam, licet aliquem effectum pariat.*

DECISIO VI.

VOluerunt domini in cauſa Parmen. archipres.
coram domino Hug. de Spin. 1519. de menſe
Mar. quòd regula † de triennali poſſeſſore non mo- 1
leſtando, non defenderet poſſeſ. Iacobum Cola. ex
eo quòd impetrauerat commiſsionem ſuper dicto
archipreſ. contra Bonif. de Aldigeriis, & quoſdam
alios expreſsis nominibus, & obtinuerat decerni
citationem non procedendo vlterius ad executio-
nem citationis, & hoc erat antequam poſſide-
re cepiſſet pacificè, vel poſt inchoatam triennalem
pacificam, nondum tamen finitam, fundamentum
fuit in his quæ voluit Rot. deciſ. vj. vt lite pend. † in 2
no. quòd in huiuſmodi terminis, ſi actor attentet ta
lia attentata veniunt reuocanda. ergo lis erat, ſine
qua attentata non caderent. Et ad c. forus. de verb.
ſignifi. quòd in omni negotio ſeu iudicio inſpiciun-
tur tres perſonæ, iudex, actor, & reus. fuit reſpon-
ſum quòd reperiuntur, quia Iac. habet pro reis eos
contra quos obtinuit cauſam committi, & citatio-
nem decerni, aut † ſaltem quo ad eum eſt lis, & ipſe 3
de ea eſt certus quòd ſufficit ad impediendum ini-
tium & interrumpendum præſcriptionem. Et ad il-
lud † quòd lis incipit per conteſt. litis non antea, vt 4
in auth. de leg. §. omnem. ver. ſi verò. col. viij. & not.
in cap. relatum. de offic. deleg. fuit reſponſum quòd
reſpectu actoris non procedit, vt in d. deciſio. Item
quòd ſi hodie veniret ad cauſam, vnus ex nominatis
in commiſsione, ſine dubio quo ad actorem & reum
lis vera eſſet, vnde commiſsio & alia ſemper durant,
donec aliquo iuris fine terminentur, ſicut litis pen.
† non finitur niſi per ſententiam, ſecundum Rot. vt 5
lit. pend. deciſ. x. in no. & per alios modos quos Mil.
ponit in verbo, lis finitur, in repertorio. Tertiò di-
cas, eſto quòd lis dici nõ poſſet mota, niſi poſtquam
fuerit conteſtata. nihilominus dicitur cœpta & pen
dens, ex quo pars ſcit cauſam commiſſam ad not.
per Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. olim. de accuſat.
ſuper verbo incœptam. ita declarat Mil. in ver. lis
etiam ante litem conte. & in propoſito ſatis eſt quòd
pendeat, & pendentia duret, quam Iacobus in facto
proprio ignorare non poteſt. l. fin. ff. pro ſuo. & cap.
ab excommunicato. de reſcript. & quoniam Iaco. in
hac inchoatione litis cauſat ſibi malam fidem, te-
nendo quòd regula † non procedat niſi cum bona 6
fide, in cap. fin. de præſcrip. & ibi Abb. in cap. illud.
ij. col. eod. tit. & quia requirit titulum coloratum, li-
cet aliqui deſuper dubitauerint, ex eo quòd duos
tantum caſus excipit. igitur firmatur extra illos. l.
nam quod liquide. §. fin. ff. de pe. leg. de quo in aliis
deciſ. ſeq. Idem Iacobus hoc ſtante nequiuiſſet inci-
pere vel adimplere triennalem. accedit, quòd ſi non
eſſet iſta moleſtia † iuris, ſed facti, interrumpiſſet 7
præſcriptionem, quia non diceretur pacificè poſſe-
diſſe, iuxta deciſ. iij. de præben. in no. in addit. licet
non impediret de nouo inchoari. ex eo quòd † mole- 8
ſtia facti ſeu extraiudicialis durat durante facto, &
ceſſat ſtatim eo ceſſante, vt denuo præſcriptio ini-
tium capiat: cuius contrarium eſt in iudiciali quæ
durat donec lis finiatur: & ita Rota diſtinguit ſe-
cundum terminos regulæ quod not. in practica. vlte-
rius dicebatur, quòd Iacobus ſibiipſi litem moue-
rat, & ex confeſsione ſua principi facta in commiſ-
ſione cauſæ deducta, quòd moleſtabatur ſuper be-
neficio, quæ probat l. cum precium. C. de liber. cau.
quam moleſtiam deduxerat in litem & iudicium. er
go eſt ſibi imputandum. In ſecunda inſtantia coram
me dub.

9 me dubitatum fuit, vtrum † deberet concedi ſeque-
ſtrum, vt in cle. vnica, de ſeque. poſ. & fruc. vel ne-
gari, ex quo Iacobus excipiebat quòd triennio poſ-
ſederat: aduocatus Iacobi oſtendit mihi regulam de
triennali ab origine & ad ſaturitatem editam in con
10 cilio † Conſtantien. quæ fuit approbata in concilio
Baſilien. vt habetur in octauo decreto illius concilij
incip. quicunq; non violentus, vbi cauetur quòd lis
pendeat ſi ad executionem citationis proceſſum fue
rit, & omnes termini ſeruati. quòd gloſſ. ibi quo ad
terminos declarat, quomodo procedat. Conſtantié.
autem concilium aut eius decreta fuere per Marti-
num, v. approbata, vt dicitur cõſtare ex geſtis ipſius,
vnde occurrit tunc mihi, quòd ſi conſideramus re-
gulam modernam de triennali habuiſſe ortũ à con-
ſtitutione prædicta Conſtantien. vt inquit Fely. in c.
ſicut. de re iud. xvij. col. nu. xxxj. debeat intelligi ſe-
cundum eam tãquam fontem & matricem ad quam
eſt recurrendum. l. Sempronius Proculo, de leg. ij. &
l. ſi librarius. de reg. iur. ff. cum ibi not. ſicut ad con-
ditorem cuius eſt interpretari. l. ex facto. ff. de vulg.
& pup. l. fi. C. de legi. & c. cum veniſſent, de iudi. præ-
cipuè quando conſtitutiones expreſſæ non ſunt con
trariæ, ſed vna magis declaratur & ſuppletur per
aliam, & declaratio aut ſuppletio eſt conſona iuri
prout in caſu, de quo agitur. ſi verò dixerimus quòd
moderna regula venerit ad interpretationem anti-
quæ, omnino intelligi debet in caſibus quibus in-
terpretationi locus eſt vt in aut. de fil. ante do. inſtr.
na. col. iij. & clauſula adiecta in lege, interpretata, vi
11 detur † reperita in lege interpretante. l. nihil. ff. de cõ
iung. cum emanc. libe. & ibi Bart. & in l. de quibus
in ij. q. prin. x. col. ff. de legi. ſi ad correctionem etiam
lex noua corrigens recipit extenſionem à conſequen
tia antiquæ legis. vt in c. miramur, de ſer. non ordi.
& ibi not. Butr. quod contractus tranſlatus ad qua-
litatem certi gradus recipit extenſionem omnium
iurium de gradu loquentium, & in c. à nobis. de æ-
ta. & qua. vbi colligit quod habilitatus ad gradum,
& aſſumens qualitatem gradus, cẽſetur habilitatus
ad omnia ad gradus qualitatem conſecutiua, & ſta-
12 tuta † recipiunt interpretationem extenſiuam paſ-
ſiuè l. j. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid. & per Bart. in l.
omnes populi. iiij. q. vj. qu eſt. prin. de iuſti. & iur. Et ſi
ſupponimus regulam in Conſtantien. concilio edi-
tam fuiſſe correctam, liceret ad minus arguere ex
lege correcta, vt no. gl. in l. j. ff. de coniung. cũ eman.
libe. & fait c. nouit iuxta gloſſ. in verbo, quicunq, de
iudi. & quòd habetur in c. frequens, de reſti. ſpol. in
vj. & Alex. in l. j. C. qui admit. ad bo. poſ. ij. col. & late
Fely. in c. j. verſic. fallit. ij. in v. col. de conſti. & ſi eſſet
damnatum concilium, eſſent damnata opera ſacris
canonibus conformia & ratione fulcita, vt in c. dam
namus, de ſum. trini. & fide cath. non quòd, vt ait ibi
Abb in fine, habeant auctoritatem ex auctore dam-
nato, ſed poſſunt recipi & defendi ſicut recipiuntur
& defenduntur alia bona cum veritas non mutetur,
licet auctor reprobatus in aliqua parte fuerit eam
ſecutus. & auctores gentilium legi poſſunt, nõ quia
illi talia dixerint, ſed quia bonum eſt, inquit Goffr. in
ſum. de temp. ord. vj. col. & de libris cronicarum &
aliis ac eorum fide, per Bart. in l. j. ff. ſi cert. pe. ſed ad
omnia hæc quæ breuiter quærendo, quid ſuper ſe-
queſtro explicui. fuit reſponſum quod papa non ad-
miſerat illam Conſtantien. conſtitutioné, niſi quare
nus ediderat in moderna regula, & quòd reliqua re
ceſſerunt ab aula, nec fuerunt admiſſa in curia, &
ſic decreui ſequeſtrum. Succeſsiuè † dum ponerem 13
cauſam ſuper cõfirmationem vel reuocationem pro
parte Iac. iterum allegata fuere primò, quòd regula
eſt fauorabilis edita principaliter fauore poſſeſſoris,
quòd debet attendi. l. quia exceptionem, cum glo. in
prin. ff. de condi. inde. ideo amplianda ad eius com-
modum & reſtringenda ad eius incommodum cap.
odia. de regul. iuris. in vj. vt ex quo à nemine eſt mo-
leſtatus tueatur ea regula, ſed dictum eſt q̃ ſeipſum
moleſtauit & paſſus eſt ab aliis moleſtari, ſecundò
quòd in caſu cle. ad compeſcen. triennalis poſſeſſor
pacificus non patitur ſequeſtrum, & tamẽ Card. ibi
in xij. q. poſt Pau. & Genſe. inquit, litẽ dici iuxta fór-
mã cle. ij. vt lite pend. igitur requiritur quòd ſit pro-
ceſſum ad executionem citationis, aduerte Car. di-
cit hoc ſcilicet motam litem, etiam ſi non ſit conte-
ſtata, arg. c. olim, de accuſ. & quòd ibi not. Hoſt. &
pro hoc etiam adducit no. in cle. cum lite, vt li. pend.
Vnde non negat quin reſpectu actoris & in ſui præ-
iudicium etiam lis dicatur, quamuis † reſpectu rei ſit 14
neceſſe quòd eſt reus fuerit citatus. vt in d. clem. &
eius terminis. Tertiò quòd regula induxit præſcri-
ptionem triennalem, abſq; eo quod exprimat caſum
iſtum, adeo quod tanquam omiſſus debeat intelligi
ſecũdum antiquam regulam vel haberi pro omiſſo.
l. commodiſsimè. ff. de lib. & poſth. ad hoc facit quod
ſcribit Fely. in c. illud. de præſcri. ver. & quia ſuprà fe
ci mẽtionem de l. diffamari. vij. col. quod quãdo eſſet
facta litis conteſtatio, non propterea diceretur inter-
rupta præſcriptio quaſi commiſsio iſto caſu ſuper ia
ctationibus & moleſtationibus ſit in eiſdem termi-
nis, d. l. diffamari. C. de inge. manu. ad hoc reſponde-
bant domini, quòd vna lex declarat & ſupplet aliam
l. ſed & poſteriores cum dua. ll. præce. ff. de legib. &
regula interpretatur in omni eius verbo à iure com-
muni, vt quis dicatur pacificus poſſeſſor & ſic de
aliis, & quod dictum Fely. non facit ad caſum, &
quando aliquo modo faceret, nihil firmat: cum po-
tius relinquit cogitandum: item quòd ſufficit mole-
ſtia facti ad interrumpendum. Quartò adducta fuit
† deciſ. iij. de cauſ. poſ. & prop. in antiq. de cuius ma- 15
teria per Inno. in c. conſtitutus. de appel. ſed non eſt
in obſeruantia & in alia deciſ. oſtendo non poſſe ſta-
re, quæ incipit, Rota in antiq. iij. Quintò † quòd non 16
reperitur iure cautum per ſolam commiſsionem fo-
re litem inductam, ſeu eius pendentiam, niſi ſolum
ad effectum reddẽdi reſcriptum poſtea impetratum
ſubreptitium tacito de commiſsione, iuxta no. in c.
cauſamq́; de teſt. prout eſt regulare in c. j. de li. conte.
& in l. amplius non petitum eſſe. ff. rem ra. hab. non
ad interrumpendam præſcriptionem triennalem,
nec ad effectum faciendi quem deſinere poſsidere
pacificè. Fuit reſponſum quòd imo ad effectum litis
quo ad actorem & attentatorem vt ſupra & conſe-
quenter non pacificè poſſeſsionis quam regula re-
quirit. Sextò quòd deciſ. vj. vt li. pen. in no. habebat
locum in attentatis tantum & quòd cõtra veram ra
tionem etiam ita voluit de quibus rationibus per Bi
ſignet. deciſ. ij. de appel. ſed ex primo adductis dixe-
runt domini iuſtificatam illam deciſ. & iſtam vltimò
dicebat Iacob. quòd tunc extrema coniunguntur

quando

quando reus agit ad effectum renocandi atrentata & non antea nihilominus fuit reſponſum ſatis eſſe quòd poſsit coniungi & quòd interea cepta eſt lis quo ad actorem. Militanr alia pro deciſione ponderanda ex quibus & ex eo etiã quòd in gratia ſi neutri per ipſum Iacob. obtenra dicebatur quòd lis pendebat voluerunt domini quòd confirmarem ſententiam domini Hugonis & ita confirmaui.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali an defendat in dignitate maiori poſt pontificalem aut principali in collegiata poſſeſſorem cum titulo ordinary, & nu. 4.*

2 *Regula defendit illum qui habet titulũ coloratum.*

3 *Titulus coloratus non dicitur habere ille qui fuit prouiſus à non habente poteſtatem conferendi.*

5 *Sententia lata contra regulas cancellariæ ſeu extrauag. non eſt ipſo iure nulla quia à iudicibus non conſiderantur, niſi producantur in actis.*

6 *Iudicare iudex non poteſt iuxta continentiam regulæ aut extrauagan. niſi poſt productionem.*

7 *Titulus coloratus reſpectu regulæ ille habere dicitur quando poteſtas eſt in conferente naturaliter, licet ſit ex accidenti impeditus.*

8 *Regula de triennali non dat titulum.*

9 *Obiectus reus & poſſeſſor etiam ſi de eius non iure conſtet dare poteſt ad effectum abſolutionis non autem adiudicationis obtinendæ.*

10 *Regula de triennali contra ſuperiorem locum non habet.*

DECISIO VII.

PRæponebatur dubium in vna monaſterien. bonorum coram domi. Hug. de Spina 1519. de menſe Octobris an is qui triennio pacificè poſſederat præpoſituram, quæ erat prima dignitas poſt pontificalem in cathedrali, & aliam quæ erat principa-
1 lis in collegiata, defenderetur exceptione † regulæ de triennali cũ titulo ordinario, & dicebatur quòd non per quatuor ex dominis. primò quia obſtat regula cancel. tertia, reſeruans diſpoſitioni apoſtolicæ huiuſmodi beneficia. ideo habens ab alio quàm à papa dicitur habere ab eo qui non habet poteſtatem conferendi. ſecundò: quia in concordatis inter ſedem apoſtol. & nationem Germanicam expreſsè inhibetur ordinariis ne de talibus diſponant cum decreto irritanti, ergo inficitur titulus & poſſeſsio. c. ſi eo tempore, de electio. in vj. ſicut in terminis c. ij. de præbend. eod lib. & eſt penitus diſcoloratus ti-
2 tulus cum poſſeſsione, & tamen regula † ſemper eſt interpretata dummodo excipiens habeat titulum coloratum. nam iuxta primum fundamentum non
3 dicitur coloratus † prouiſus à non habente conferendi poteſtatem ſecundum regulam quam tradit Abb. in c. cum noſtris. vlt. colum. de conceſ. præben. & Lap. alleg. xvj. quòd colorata poſſeſsio dicatur quando fuit poteſtas in conferente, & Cal. conſi. xiij. de ver. ſigni. quòd habens beneficium reſeruatum Papæ ex inſtitutione inferioris intruſus videtur, quando autem titulus & poſſeſsio colorata, vel non, videatur, latè tradidit Lap. alleg. ciij. & Butr. in c. literas, de conceſ. præbend. Dominic. in c. propter. xix. diſtin. in fi. & Fely. in c. noſtra, de reſcrip. in ij. & xxxvj. corr. Item in ſimili etiam decretũ. c. ſi hi contra quos, vt lit. pend. in vj. diſcoloratur vſque adeo quòd poſſeſſor beneficij litigioſi debet amoueri, & perinde tractari ac ſi eſſet reſeruatum. & poſſeſsio ei tradita per ordinarium, nullo iuris adminiculo iuuatur ita Rot. dec. iij. de reſtit. ſpol. in no. in addi. & intruſus contra dicto cap. non poteſt petere reſtitui Biſigner. eod. titu. iiij. deciſ. & in decreto regulæ Leo. x. reſeruantis benefic. in ſex menſibus. idem quòd non ſit locus interdicto recuperandæ tenuit Rota, vt in alia deciſio. quam adnotaui, videas fundamenta ad propoſitum, incipit, prouiſus ab ordinario ſub
tit. de reſtit. ſpol. Præterea † concordata habent vim 4
legis, ergo notoria in Germania, taliter quòd decretum in eis debet habere eandem virtutem, quam habet decretum in corpore iuris: cæterum temporalitas tertiæ regulæ, quæ moritur cum quolibet pontifice, tranſiiſſe dicitur in perpetuitatem propter ipſa concordata, & conſequenter iudicandum vt de re perpetua: quibus non obſtantibus alij tenuere contrarium eo potiſsimo fundamento, quia regula tantum concipit duos caſus, ſcilicet caſum d. cap. ij. de præbend. in vj. & ſimoniacum ingreſſum. igitur ſtat firma in omnibus aliis non exceptuatis. l. nunquid liquidæ. §. fi. ff. de pen. leg. & in auth. de non alie. aut permu. §. vt autem. colla. j. Item, quia contenta eſt regula, ſi quis habeat ab ordina. collatore pro colore & bona fide, quamuis ad tempus vel ex accidenti impedito. nam ſi non eſſet impeditus, prouiſus à tali non indigeret regula: ad hoc Rota deciſio.. xiiij. de cauſ. poſſeſ. & proprie in antiq. dicens illum intruſum qui abſque titulo eius qui dare poteſt. licet de validitate tenentis titulum dubitetur. pro quo etiam gl. ſuper dicta regula, & deciſio incip. fuit etiam cõcluſum. Et per hoc eſt reſponſum ad d. regulam tertiam, tum quia temporalis, tum quia ſine decreto, tum quia etiam ſi haberet decretum, non eſſet notorium in corpore iuris, aut ſaltem non applicabile ad terminos regulæ propter primum fundamentũ huius partis. idem in decreto concordatorum, maximè quia eſt in poteſtate Papæ reuocare concordata aut illis derogare: quoniam maior & eadem poteſtas remanſit apud eum. c. dudum. de præben. in vj. licet ad id poſsit reſponderi quòd imo magis teneatur ad obſeruan. quando in vim contractus & præcipuè ob publicã vtilitatem ad materiã c. j. de prob. cum not. ibi per Ioan. And. & Abb. poſt alios pur. in beneficialibus iſtis in quibus papa eſt plene dominus, & poteſt adæquare quadrata rotundis, vt in cle. j. vt lite pen. & per doct. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & facit lex in c. propoſui, de conceſ. præb. in concordatis Leodien. quæ ſunt fauorabilia quàm cõcordata Germaniæ & fortiora, voluit Rota prout in alia deciſione meo tempore, quòd potuit derogare alicui cle. ſeu principali conceſsioni eorundem, quaſi aliud ſit in aliis rebus in quibus cõtrahit cum ſubditis quæ non ſunt ita libera quo ad omnem diſpoſitionem quàm in beneficiis, ſed expediret legere tenorem concordatorum ad fugien. d. c. j. cum materia. facit etiam deciſ. iij. de reſti. ſpol. in no. vbi in recuperanda poſſeſsione deciditur obſtare ſolum decretum generale in corpore iuris d. c. ij. de præben. in vj. & ſpeciale ad certũ corpus beneficij, quale non eſt iſtud. An autem conſtitutio execrabilis Ioã. xxij. impediat reſtitu. deciſ. xv. de reſtit. ſpol. in antiq. dicit quòd ſic, ſed addit in vltim. ſuper deciſio. iij. ſentit

in vltima oppoſitione contra , meo tempore nnn
memini deciſum , & com conſulerem dominos de-
ſuper, inueni eos dubitantes : Sed redeundo ad ma-
teriam , ſi regula valuiſſet vt ei obſtaret decretum
extra ius , dixiſſet quemadmodum dicit de decreto
in corpore iuris : argum.l.vnicæ. §. ſint autem à de-
ficientis.C.de cad. tol. & c. ad audientiam , de deci.
5 præterea extrauag.regulæ † & concordata niſi pro-
ducantur in actis, non conſiderantur à iudicibus &
ſententia contra regulas non eſt ipſo iure nulla, di-
cit Fely.poſt alios in c.j.viij.col.de re iudi. quoniam
non ſunt conſtitutiones generales. idem de ſenten-
tia contra extrauagan. de quibus in c. paſtoralis.de
fide inſtru.ſuper quo Abb. in prohe.decre. Rex pa-
cificus, vltim.col.& in dicto c.j.& Bart.in l.cum pro-
latis.ff.de re iud.& de ſtylo Rotæ eſt , vt inquit Fely.
vbi ſupra vt producatur regula , aliàs pronuntiatur
6 contra eam , nec iuxta eius continentia † iudicari
poteſt , niſi poſt productionem ſi hoc eſt in extra-
uagan. perpetuis. idem vel multomagis in concor-
datis non habétibus ita vim legis generalis nec per-
petui, & ſi aliter interpretaremur, vix regula tuere-
tur aliquem in Germania vbi ſunt multæ ſpecies re-
ſeruationum cum decretis. rurſus propter regulam
tertiam reſeruantem ſimilia beneficia papa præ-
ſernauit ea ſedi apoſtolicæ , & cum regula ipſa non
excludat ipſam exceptionem iſtius , nec præſeruatio
ad imitationem inducta debet excludere vt ſapiat
eandem naturam.arg.l.eum qui. §.qui iniuriarum.ff.
ſi quis caut.& c.eccleſia ſanctæ Mariæ, vt li.penden.
ſed ad hoc primi domini reſpondebant videndum
eſſe verba concordatorum an ſimpliciter prohibea-
tur ordinariis non habito reſpectu ad dictam regu-
lam tertiam. Item eſto quòd haberetur reſpectus ad
regulam, poſſet id operari generalitas aut perpetui-
tas in concordatis quæ non ſunt in regula vel decre-
to quando alia non obſtarent : vnde in hoc vltimo
non facerent fundamentum, licet aliqui ex dominis
ipſam multum ponderauerint ad illud de titulo non
7 colorato quòd regula † procedit vt ſit color quando
poteſtas eſt in conferente naturaliter quantuncunq;
ex accid. vel ob regulam ſeu aliàs fuerit impeditus,
dummodo non ſit inducta priuatio ipſo facto à iure
vel ab homine, prout idem Abb.declarat in d.c.cum
noſtris, & alij in locis alleg.& dato quòd eſſet indu-
cta, ſatis eſt quòd de ea regula non curauit excipiés
ſolum duos caſus iam dictos. item decretú expecta-
tiuarum non impedit reſtitutionem. minus obſtat re
gulæ noſtræ quia nó eſt de certo, vel ſuper certo: ſed
an aliqua ratio concludatur, diſcurro in alleg.deciſ.
prouiſus ab ordinario , & ad caſum de quo agitur
eſt menti tenenda hæc intelligentia. quòd poſito ſi-
ne præiudicio quòd non eſſet coloratus tit. ſecundú
regulas traditas, per doctores fuit dictum omnem ti
tulum habitú ab ordinario naturali colorare in ter-
minis regulæ, niſi ſit diſcolor in altero vel vtroq; ex
caſibus exceptis , & in alia materia, procedet doctri.
doct. & ad illud negaretur reſtitutio in terminis
quibus loquuntur docto. conſidera, quòd tunc iura
merito non aſſiſtunt : quia ſumus in actore qui ſine
canonica inſti. aut ſaltem colorata audiri non debet,
vt in c.j.de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſer.in vj & com
munis opinio Inno.in c.io litteris.de reſti.ſpol. at hic
ſumus in excipiente & reo ſe defendente io ſola poſ-
ſeſſione cum regula † nullum det tit. vt ſemper fuit 8
intellecta, dicit Fely in c.ſicut.de re iudic. xvij.col.&
magis fauent iura reis quàm actoribus.l.fauorabiles.
ff.de reg.iuris.& c.cum ſint partium.eo.titu.io vj.ad
quos optimè facit deciſio.iiij.de re iudic. in nouella.
volens quòd reus & poſſeſſor licet de eius non iure
† cònſtet , poteſt dare obiectus contra perſonam & 9
gratiam ad effectum abſolutionis non adiudicatio-
nis: quia aliud eſt certare de recuperando aliud de
retinendo & non admittendo vt ibi nimirum ſi ſo-
lum voluit excludere duos caſus , ex quo in aliis in
ſuperiori poteſtate eſt amouere quemcunq; poſſeſ-
ſorem triennalem , ſi nó iuſtificet titulum cum non
habeat locum regula † contra ſuperiorem, ſed con- 10
tra partem duntaxat . quia poteſt ſuperior probare
intruſionem, vt ait Fely.in d.c.ſicut.de re iudic. Item
onus & facultas eſt ordinariorum quærere de titu-
lis canonicis inferiorum.c.ordinarij, de offic.ordin.
in vj.& quod fuit locus exceptioni & tuitioni ſecun-
dum regulam iudicauit d.Hugo.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor decennalis iuuatur regula de triẽnali, quia de iure præſumitur habere titulum.*

2 *Probandi onus defectum tituli in poſſeſſore decennali ordinarius in ſe ſuſcipere poteſt , & quomodo hoc probari poſſit ?*

3 *Titulus præſumptus admittitur à iure tam in poſſeſſorio quam petitorio.*

4 *Titulum præſumptum habens an iuuetur regula de triennali.*

DECISIO VIII.

QVamuis regula de triennali tueatur eum in
poſſeſſione qui abſque ſimoniaco ingreſſu ex
apoſtolica vel ordinaria collatione, aut electione, &
electionis huiuſmodi confirmatione, ſeu præſenta-
tione, & inſtitutione illorum ad quos pertinet , per
triennium pacificè poſſederit, & ſic illum qui habet
titulum , verum nihilominus voluerunt domini io
vna cauſa Bononien. de menſe Martij 1519. coram
dom.Per.de Capiſuchis, inter Emilium de Blanchis
& quemdam alium, quòd etiam locum haberet † in 1
eo qui decennio poſſederat, & nullum titulum pro-
ducebat: ex eo quòd ius præſumit tit. ex ſola poſſeſ-
ſione antiquata , nam ſi quis vt rector beneficium
tanto tempore poſſidet in eo ius habet, & præſumi-
tur titulus, dicunt Inn.& Hoſt.in c.illud.de præſum.
& in c.licet Hely.de ſimo. & Do.conſ.lxxxvij.appa-
ret.iij.col. ratio , quia cum epiſcopi viſitando inqui-
rant de titul.c ordinarij.de off.ord.in vj.non eſt præ-
ſumendum quòd ipſimet ſubditi quoad curata per-
miſiſſent tali curſu temporis retineri eccleſiá abſq;
cano.ti. prout abundè Fely.de his io d.c.illud.iij.col.
& c.ſicut.de re iudic.xxvj.col.cum ſeq. colligens ad
propoſitum auctoritates doctorum vtriuſque iuris.
facit etiam quod Lap.alleg.8.& Anch conſi.cxvj.a-
liàs cxvij. Verum eſt quòd prælatus licet ex quo to-
lerauit diu in poſſeſſione ſubditum, non poſſit eum
compellere ad oſtendendum titulum beneficij , ta-
men poteſt † in ſe ſuſcipere onus probandi defe- 2
ctum tituli, vt c.dilecto. & ibi Abb. de præben. & in

d.c.licet

d.c.licet Hely.& domi. in d.conſi.& in d.c.ordinarij.
hoc autem probaretur ſecundum Fely.in d.c.illud.
& c.ſicut, ſi conſtaret collationem factam in loco in
quo ſemper regiſtrarentur collationes & oſtende-
rentur illa quæ aſſeruntur non eſſe regiſtrata prout
in ſimili tradit Bar. de probatione non ſententiæ in
l.ij.C.de erro.aduo. & in l. titiæ textores.ff.de lega.j.
quòd quandoque negatiua poteſt probari ex inſpe-
ctione ſcripturæ, vt ſi nego alij eſſe legatum, appa-
ret ex viſione inſtrumenti vt ibi & in l.fina.C.de re-
bus cre. & facit quod probetur aliquẽ non eſſe al-
libratum in ciuitate, ſi non reperitur in libro libræ,
vel non ſoluiſſe collectam, ſi non reperitur in libro
ſoluentium ad illud quod diſputando dicebam re-
gulam ſtrictè interpretandam ad l. iij. §. hæc verba.
ff.de neg.geſt.& quod non erat extendenda ad præ-
ſumptum tit. ex quo loquebatur in vero per verba
expreſſa, & in quibus caſibus fuit reſponſum quòd
3 iura admiſerãt tit.præſum. † tam in petitorio quam
in poſſeſſorio & ſi non admiſiſſent niſi reſpectu poſ-
ſeſſorij, cum poſſeſſio decennalis defendat poſſeſſo-
rem beneficij excludendo alium & non det titulum
poſſidenti, vt dicit Fely.in d.c.ſicut.xvij col. omnino
idem eſſe debebat in terminis regulæ quæ etiam
non dat titu.nec defendit à proprietate, vt in ſimili
inquit Abb.in c.contingit, de dolo & contu. pro-
pter gloſ.ſingu.ibi & referendo ſequitur Fely.in d.
c.ſicut, ſecundo, quod regula patiebatur interpre-
tationem extẽſiuam paſsiuè à iure, vt in l.j.§.lex fal-
cidia. ad l.falcid.& per Bartol. in l.omnes populi. in
ſexta quæſtio.iiij.quæſt.princ.xix.col. de iuſt. & iur.
Sed occurrit quod cum allegatio Lap.lxxxix. loqua
tur in ſucceſſore, vt non teneatur iuſtificare titulum
auctoris, vel quòd aduerſario ſaltem incumbebat
onus probandi, quòd alium titulum non haberet
ſtante quod regula procedat etiam in titulo præ-
ſumpto, videtur quòd non ſit differentia inter eum
contra quem agitur vt oſtendat quo titulo ipſe
poſſidet & ſucceſſorem contra quem agitur vt o-
ſtendat titulus auctoris ſui, quoniam vtroque caſu
tenebitur impugnans docere defectum tituli, aut
defendet poſſeſſor titulum præſumptum, niſi dicas
quòd præſumptus titulus cauſatur ex diuturna &
longa poſſeſſione & etiam in ea eſt quid imputetur
tam parti quàm ordinario, quòd non eſſet quoad
ſuperiorem in poſſeſſione triennij, & infra decen-
nium reſpectu titu. cum non procedat regula con-
tra ſuperiorem, vt eſt dictum in proxi.deciſ. verum
etiam quòd in caſu iſto non erat neceſſe diſputare
4 † an regula ſeruiat etiam cum titulo præſumpto, ex
quo ſine ea titulus præſumptus ſolus defendebat in
poſſeſſione: ſed deciſ.cum fundamentis ſeruit quan-
do eſſemus in ti.præſumpto aliàs quàm ex curſu de-
cennalis poſſeſſionis, & in ea de triennali, quando
pinguius in aliquo prouiſum eſſet per regulã quàm
per ſolam poſſeſſionem decennij, ne videatur facta
diſputatio verbis contra l.ij.in fi.C.commu.de leg.&
c.commiſſa, de elect.in vj. obiiciebatur etiam quòd
dominus Mar.de Spinoſa in vna cauſa monaſterien.
ſeu alterius diœc.iudicauerat quod non ſufficiebat
præſentatio ſine inſtitutione, nec electio ſine con-
firmatione ex verbis regulæ in eo quòd triẽnio poſ-
ſederat, ſed reſpondi quod non ſunt contraria iu-
dicia ex quo poſſeſſor triennalis & non decennalis
habet ſolam regulam quæ requirit titulum verum
vel præſumptum, qui ex præmiſsis non apparet ve-
rus, neque præſumptus, at in decennali: ſi non con-
ſtat de vero, adeſt præſumptus neque ob. ſi dicere-
tur quòd alle. Lapi reſtricta eſt ad triennium, prout
in alia deci. poſui incip. Lapi alleg. Quia loquitur in
ſucceſſore reſpectu tituli ſui prædeceſſoris non re-
ſpectu tituli proprij: & reſtrictio non facit quòd
materia d. c.illud. de præſump. fundatur in poſſeſ-
ſione decennij reſpectu proprij tituli, reſtringatur
ad minus tempus, & ſit contenta triennio.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non habet locum in beneficiis vacan. apud ſedem etiam collatis à papa de tali vacatione mentione non habita, nu.3.*

2 *Papa quomodocunque prouidendo, an dicatur colorare poſſeſſionem.*

DECISIO IX.

QVod non poſsit excipi de regula de triennali
† per eum qui habet à papa, ſi beneficiũ apud 1
ſedem apoſtolicam vacauit, & de aliter vacan. non
eſt expreſſum, fuit tentum quaſi ab omnibus in vna
cano. & præben. Veronen. coram domino Corrado
Manlio, quia iſte caſus excluditur à regula non
obſt. quod papa dare, & in eo caſu & omni alio co-
lorare poteſt vt in c.ij.de præben.in vj. quia procede-
ret, niſi in regula caſus eſſet exceptuatus à papa, nã
exceptio debet eſſe de regula & eius materia & fir-
mat regulam in non exceptuatis. l.nam quod liqui-
dæ.§.fi.de pe.leg.& no.in l.j.ff. de reg.iur.& in auth.
de non alie.aut permut.§.vt autem, col.prima. Dicit
enim textus, ſi quis ex apoſtolica vel ordinaria col-
latione illorum ad quos pertinet poſſederit, &c.mo
leſtari nequeat, dummodo in beneficiis huiuſmodi,
ſi diſpoſitioni apoſtolicæ ex generali reſeruatione
in corpore iuris clauſula reſeruata fuerint, ſe non
intruſerit. ergo etiam habentes à papa, excluduntur
in caſu excepto, quia niſi appareat de cõtraria men-
te diſponentis, non eſt à verbis recedendum, l. non
aliter.ff.de leg.iij.nec verba regulæ ſunt reſtringen-
da ad prouiſiones facta ab aliis quàm à perſona pa-
pæ, prout à legatis, nuntiis, & cæteris, qui facere di-
cuntur, & facerent auctoritate apoſtolica, vt in
c.cum aliquibus, de reſcrip. & c.hi qui. de præbend.
in vj.cum ſimilib. ex quo verba vel ordinaria intel-
liguntur etiam ſi per ſe ordinarius prouideat. Item
exceptio eſt referenda ad vtrunque caput regulæ,
vt determinetur à tota regula vel excipiat ad totam:
quia ſi ad alterum voluiſſet papa excipere, dixiſſet
& declaraſſet.c.ad audientiam, de deci. & l. vnica.§.
ſint autem ad deficientis.C.de cadu.tol. item in alia
exceptione de ſimoniaco ingreſſu, nullus dicet quòd
habeat locum etiam in prouiſione apoſtolica. igitur
idem in iſta, vt vtraq; exceptio ab eadem regulam
vniformem determinationem meruerit l. nam hoc
iure.§.ij.ff.de vulg.& pup.& l.hæreditatem.C.de im
pub. & aliis.& per prædicta tollitur quòd vnus ex
aduocatis dicebat quòd exceptio ſolum referretur
ad ordinarias, quia ſit poſsibilis, & conueniens rela-
tio nõ ad apoſtolicas, ne videatur diſputari an papa
† quomodocunque prouidendo poſſeſſionem di- 2
catur colorare ſaltem, quoniam ſatis eſt ita legiſla-

torem voluiſſe vltra prædicta, quòd forte potuit
eam ratione ſtatuiſſe, quia quando vacat in curia
non voluit aliquem defendi ſub prætextu regulæ,
niſi ſcienter & prudẽter tanquam de tali prouideat,
quæ eſt principi peculiaris. vt in d. c. ij. & ne decipia-
tur ſi id taceret impetrans, aut quando motu pro-
prio ipſi papæ non innoteſceret: & ſi redili conclu-
dens ratio non poſſet nihilominus diſpoſitio ſeruan
da. l. non omnium. ff. de legi. etiam ſi dura videretur.
3 l. proſpexit. ff. qui & à quibus. aut ergo papa † proui
det. & non exprimit etiam ſi vacauit apud ſedem: &
ſtet iſta deciſio cum exceptione ad regulam per fun
damenta prædicta, aut prouidet vt de vacanti in cu
ria etiam regula locum habeat, non exceptio ad re-
gulam ex quo papa ſciens vacationem prouidet: quo
caſu ridiculum videretur dicere quòd colorem non
daret etiam in caſu regulæ. & iſta diſtinguendo do-
mini inclinabant diſputando, quamuis cauſa ex alio
capite decíſa fuerit, ego verò prout occurrit tenta-
bam quòd data veritate huius deciſ. ſed quòd non
ſit locus regulæ quando de vacatione apud ſedem
in prouiſione non dicitur, idem ſit ſi dicatur. ex quo
regula circa hoc non diſtinguit. l. j. § generaliter. ff.
de leg. pręſtan. & verba huic intelligen. conueniunt,
ergo & mens. l. iiij. §. toties. ff de dam. infe. item quia
in caſu ſimoniaci ingreſſus non defenderet proui-
ſio papæ: ſed regula quam de vacan. apud ſedem. igi
tur nec in iſto vt vna diſpoſitio reſpiciens & exclu-
dens duos caſus pariformiter terminent vtrunque,
vt in d. l. nam hoc iure, & quia ſi voluiſſet conditor
declaraſſet d. c. ad audientiam, vt dicamus quòd in
neutro caſu ſit vera, interpretatio autem in vtroq;,
tamen iſte paſſus non fuit diſputatus, ideo conſide-
ra an bona ſit ratio diuerſitatis inter caſum &
caſum.

S V M M A R I V M.

1 *Regula de triennali eſt perſonalis & non realis.*
2 *Clauſula in gratiis beneficiorum videlicet quorum tenores &c. tollit & ſuſpendit ſpecialia & indiuidua gratiarum præcedentium.*
3 *Decretum irritans requirit ſpecialem mentionem in derogationibus, nec poteſt per partes decreto renunciari.*
4 *Decretum quando eſt acceſſorium ad gratiã ſi derogatur gratiæ, & ipſi decreto derogatũ eſſe videtur.*

DECISIO X.

QVæſitum fuit in vna Cautien. portio quam
propoſui 1519. inter Gundiſaluum Salazar &
quendam alium quomodo verba decreti regulæ de
triennali ibi, necnon impetrationes quaſlibet de be-
neficiis ipſis ſic poſſeſsis factas irritas & inanes cen-
ſeri debere decreuit, eſſent intelligenda an reſpectu
poſſeſſoris ſolum, vel generaliter quoad omnes pro-
ut eſt interpretata regula de annali realiter, quòd
1 quilibet de ea opponere poteſt, † & dixerunt domi-
ni quòd dicta regula ſemper fuerat iudicata perſo-
nalis, quia verba erant directa ad poſſeſſores cum
prouiſione quòd poſſet excipere, non autem inquie
tari, vt ibi pacificè poſsiderint, & ibi ſuper eiſdem
beneficiis taliter poſſeſsis nequeant moleſtari. ergo
alij de ea opponere non poterant quàm poſſeſſores
excipiendo ne moleſtentur, cum beneficium tan-
quam perſonale non egrediatur perſonam, nec
tranſeat ad aliam non poſsidentem. l. quia tale. ff. ſol.
matr. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſti. c. ij.
de aucto. & vſu. pal. & regula. priuilegium perſona-
le. de regulis iur. in vj. & ideo decretum dixit etiam
eſſe perſonale tanquam acceſſorium ad regulam fa-
uore poſſeſſorum duntaxat, cum propter regulam
ſit appoſitum, vt in c. inter dilectos, circa fi. de fide
inſtrumen. vbi quòd ex eo, vel ob inter dilectos id
ignoſcitur eſſe ſecutum. l. non dubium. in fine. C. de
legib. regula acceſſorium. de regulis iur. in vj. & fa-
cit cap. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. eod. lib & quòd
Rota tenet meo tempore quòd per clauſulam quo-
rum † tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, 2
habere volumus pro expreſsis, vel ſimile, tolluntur
vel ſuſpenduntur etiam ſpecialia, & indiuidua gra-
tiarum præcedentium & decretum in eis adiectum
per conſil. Butr. ij. quod eſt inobſeruantia, licet ma-
gis communis opinio videatur contraria ex his quæ
hincinde colligit Felyn. in cap. accedentes. de præ-
ſcript. iij. col. vbi refert Feder. de Sen. conſil. ccxxiij.
atteſtari quòd vario modo diuerſis temporibus fuit
ſuper hoc iudicatum Romæ, & ſaluat minus com-
munem propoſitum, quando ſtylus curiæ haberet
quòd ſufficeret prædicta mentio implicita in ter-
minis. de quibus ibi allegando dictũ conſil. ij. ad hęc
conferunt quæ annotaui in illa deciſione incipien.
dubitaui in cauſa ſub tit. de ſen. & re iudic. & videa-
tur idem Felyn. in c. nonnulli. colum. ix. ibi fallit ſe-
cundo ver. addatis primo But. de reſcrip. vbi dicit de
communi opinione, item de ſtylo contrario commu
ni ſententiæ & colligit ad hoc multorum auctorita-
tes & varias verborum formas, ex quibus ea quæ
erant exprimenda nominatim habentur pro expreſ-
ſis per dictas clauſulas, etiam ſi derogetur legi, ſeu
priuilegio, & etiam ſi diſpoſitio ſit ad inſtantiam ali
cuius conceſſa, nedum ſi motu proprio: quæ omnia
ibi collecta nota in practica. ad hoc Rota. xx. deci-
ſione in no. & Fely. in c. cæterum. col. iij. in ſecunda
limit. eo. tit. & videatur etiam deciſ. coos. clxv. vbi re-
fert opiniones hincinde, & ponderat ſtylum curiæ
& ad decretum † irritans quòd requirit ſpecialem 3
notam & mentionem, & cui renunciari non poteſt,
c. dilecto. de præben. cum ibi not. de quo per Fely. in
c. cum acceſsiſſent. de conſtit. iiij. col. & in c. cum dile
cta. de reſcriptis in verbo Anglia, primo. xij. col.
cum ibi. xiiij. & xv. col. de materia, & non videbatur
ſublatum aliàs, maximè quando in prima gratia cum
decreto eſt clauſula quòd iudices ſecundum ipſam
debeant iudicare ſublata eis aliter iudicandi faculta-
te, prout tenet Villadiego qui fuit auditor Rotæ in
tractatu de poteſtate legati. ix. q. vbi allegat Bar. in l.
neminem. C. de cano. fruc. vi. ro. lib. xj. reſponderunt
Domini quòd ex quo per clauſulas, quarum tenore
derogantur cuicunq; gratiæ anteriori † ex ſtylo cu- 4
riæ cenſeretur etiam derogatum ipſi decreto tan-
quam acceſſorio: quia acceſſorium quandocunq; &
decretum ſublata gratia per ſe ſine ea nihil operare-
tur & dicitur ſublatum, vt in d. c. ſi ſuper gratia, cũ
aliis, vnde in hoc Rota non ſequitur opinionem Vil
ladiego. facit etiam text. in cle. vnica. de conc. præb.
in princ. vbi decretum appoſitum diſpoſitioni con-
ditionali non habet effectum niſi exiſtat conditio; er
go nec iſtud de quo agitur, niſi quando eſt locus re-
gulæ, & poſſeſſor vtitur ea pro iſta deciſione fuit ad-
ductum

ductum ſimile quòd ſub vulgari ſubſtitutione non
continetur pupillaris tacita fauore matris tãtum,vt
in l.precibus.C.de impu.& aliis ſubſti. cum ibi not.
ſed quo ad alios ſic. l. nam hoc iure.in princip. ff. de
vulg.& pupil.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali defendit etiam illũ, qui verum
valorem non expreſsit regula de exprimendo valo-
re non obſtan.& nu.9.*

2 *Titulum coloratum an habere dicatur ille qui ve-
rum valorem in gratia non expreſsit?*

3 *Regulæ de triennali nunquam derogatur in commiſ
ſionibus iuſtitia.*

4 *Præſcriptio requirit titulum & bonam fidem.*

5 *Decretum papæ irritans inficit titulum & poſſeſ-
ſionem habitam contra decretum.*

6 *Regula de triennali eſt contenta omni alio colore ti
tuli præter exceptuatos in ea.*

7 *Regula de triennali defendit prouiſum ab ordina-
rio de dignitate maiori poſt pontificalem,& princi-
pali collegiata alia regula non obſtan.*

8 *Mala fides quando cauſatur ex errore iuris,non no
cet quo ad acquiſitionem fructuum.*

10 *Error iuris duby excuſat in præſcribendo.*

DECISIO [illegible]XI

QVærebatur in vna Barchinonen. parochialis
ſancti Vincentij de ſortis de menſe Iunij 1522.
coram domino Ioan.Ant.de Triuultiis an ei qui non
expreſſerat verum valorem ſecundum communem
æſtimationem.prout ex regula de vero valore expri
mendo ſub pœna nullitatis prouiſionis,tenetur cõ-
1 petere exceptio dictæ † regulæ de triennali poſſeſ-
ſore non moleſtando,ex quo triennio pacificè poſſe-
derat,& concluſum fuit quòd ſic, cum non exclu-
dat niſi ſimoniace ingreſſum, & de beneficio in cu-
ria vacante prouiſum.nam exceptio firmat regulam
in non exceptuatis.l.nam quòd liquide.§.fi.ff.de pe.
leg.& dominus P.de perraſancta affirmauit ſe ſuc-
cubuiſſe in rota antequam eſſet Au.ex hoc capite in
vna ſua beneficiali cauſa valoris ducentorum duca-
torũ. occurrit tamen contra cõcluſionem ꝙ regula
requirit titulum ad minus coloratum qui non vide-
tur talis,quando quis eſt priuatus ſententia iuris vel
hominis ipſo facto ſecundum Lapi alleg.xvj.& Abb.
in cap.cum noſtris.in fi.de conceſ.præben. & regula
de valore exprimen.habet decretum annullans tali-
ter quòd huiuſmodi prouiſio nunquam dedit titu-
lum,vel ſic dicimus tribuiſſe priuauit eo,aut reduxit
ad non titulum,& prouiſus remanet intruſus ac nu
dus poſſeſſor. item præſumitur eſſe in mala fide fa-
ciendo contra regulam, ideo non debet triennali
præſcriptione iuuari.l.nunquam.ff.de vſuc. l.quem-
admodum.C.de agricol.& cenſi.lib.xj.& c.qui con-
tra.de reg.iur.in vj. quòd ſumus in præſcriptione,
videtur quia Abb.in ſimili caſu, in c. contingit. col.
iij.de do. & contu. appellat præſcriptionem etiam ſi
non præſcribatur titulus & regula defendit abſque
eo quod det titulum non contra ſuperiorem qui po
teſt inquirere, ſed contra alium qui non auditur,
3 neq; in poſſeſſorio,neq; in petitorio, cum nec † per
commiſsionem iuſtitiæ vnquam ipſi regulæ deroge
tur,quoniam ſi fieret eius effectus: vacuaretur in-
quit Felyn.in cap.ficut.col.xvij.cum ſeq. de re iudic.
& facit etiam gloſ.fin. in dicto c.contigit loquẽs de
præſcriptione fructuum,& requirens quòd præſeri
bens † habeat titulum & bonam fidem.& congruit 4
diffinitio præſcriptionis tradita per Abb. ſuper ru-
bri.de præſcrip.quòd eſt ius ex tempore competens
auctoritate iuris vim capiens pœnam negligenti-
bus inferens,& finem litibus imponens,& quamuis
ſimus ſecundum prædicta in præſcriptione regulæ
habet tamen prout ſtatutaria eandem naturã quam
legalis.l.in contractibus.& ibi Bal. C.de non nume.
pecun.& alij quos refert Felyn.in c. illud.column.ij.
de præſcript. legalis enim præſcriptio exigit bonam
fidem.l.j.& l.ſuper longi.C.de præſcrip.lon. tempo.
fortius canonica.cap.fin. de præſcrip. & c. poſſeſſor.
de regulis iur.in vj. Præterea dictum decretum † an- 5
nullans inficit & diſcolorat titulum & poſſeſsio-
nem, c. ſi eo tempore. de elect. in vj. c.j. & ij. vt lite
penden.& in c.ij.de præbend.eo.lib. iunctis deciſio-
nibus Rotæ Biſignet. in antiquioribus ſecunda. de
dol.& contum.& de reſtitut. ſpolia. in not. tertia &
prima additione,& dico latius in illa deciſ.incipien.
prouiſus ab ordinario. Sed pro concluſione ponde-
ra quod eſt dictum regulam † eſſe contentam omni 6
alio colore tituli conceſſo ab habente poteſtaté con
ferendi, præter dictoa caſus exceptuatos in ea, &
hoc ſtante ceſſant obiecta, & ex eo etiam quòd eſt
tentum regulam † ipſam procedere in prouiſo ab or- 7
dinario de prima dignitate poſt pontificalem in ca-
thedrali aut principali in collegiata non obſt. alia
regula reſeruante ſedi apoſtolicæ talia beneficia, &
concordatis Germaniæ excludentibus in eis ordina-
rios cum decreto irritanti,prout in illa deciſio.inci-
pien. dnbitatnm fuit vbi pono quædam motiua fa-
cientia ad concluſionẽm,& ad decreti excluſionem,
ac malę fidei,quæ mala fides quando cauſatur ex er-
rore iuris non nocet quoad fructuum acquiſitionem
ad doctrinam.Bar.in l.ſed & ſi leges.§.ſcire.ff.de pe-
ti.hær.& Abb.in c.ſi diligenti.col.vj.de for.compe.&
quamuis Bart.in dicto §.& Abb.in c. ad noſtram.de
reb.eccleſiæ non alie.ad fi.hoc non admittant,quan
do ius apertè reſiſtit, & dicta regula de exprimen.
vero valore videatur reſiſtere annullando prouiſio-
nem. nihilominus ex quo regula † de triennali ex- 9
cludens prædictos duos caſus tantum, videtur in
aliis præſcriptionem permittere, ſeu dare exceptio-
nem: vna declarat aliam,& ſecundum aliam eſt in-
telligenda ne ſibi inuicem repugnent. l.non eſt no-
uum cum dua.ſe.ff.de legibus.l.vnica. C.de inoffic.
dott.& c.cum expediat.de elect.in vj. item non ſem-
per ſequitur lex annullat ergo expreſſe reſiſtit, vt in
exemplis datis per Bar.in d.§.ſicut non ſequitur ſim
pliciter lex aliquid fieri,prohibet ergo ſi fiat eſt nul
lum.l.non dubium.C.de legi.quia in multis actus va
let,vt per Deci.exemplificantem in conſ.xvij.& pro-
bantem, & quando ius reſiſtat quando non vide in
illa deci.incipien.erat à patrono.& videtur magis aſ-
ſiſtere propter dictam regulam de triennali, vel ſal-
tem ſi non detetur aſsiſtentia,ex ea tollitur reſiſten-
tia. nam aut ſumus in claro quòd eſt licita præſcri-
ptio,ſeu non,ceſſat exceptio ex determinatione de-
ciſionum prædictarum duos ſolum caſus excluſos
ponderantur,vel in dubio ex conflictu dictarum re-
gularum circa earum interpretationem,& ex dedu-
ctis pro & contra in allegatis deciſionibus, & alia

etiam incipiente, fuit etiam concluſum coram domino Io. Ant. de Trmulteis, in quibus videas motiua, & tunc error † iuris dubij excuſat in præſcriben- 10
do ſecundum gloſ. & Abb. in c. de quarta de præſcr. col. ij. idem ſi ſumus in facto dubio. in quo etiam error præſtat cauſam præſcribendi ſecũdum eandem gl. & Abb. ibi. & Abb. etiam in d. c. ad noſtram exemplificando in eo qui putabat ſolennitates interueniſſe quæ non interuenerunt, & ex bona fide fecerit fructus ſuos, & ſi talis error non excuſat à pœna regulæ per ſe ſolum bene excuſat concurren. præſcriptione triennali, vt hic, & in præfatis deciſionibus, & hoc modo regulę reducuntur ad concordiã, negari autem non poteſt quin in caſu huius concluſionis ſit error in facto dubio circa expreſsionem veri valoris, in qua facile erratur cum probabiliter ignoretur, vt apertè demonſtro in illis deciſionibus ſuper ipſa regula incipientibus, item voluerunt domini & ita fuit etiam in plutibus cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali nedum in prima, verum etiam in ſecunda & tertia inſtan produci poteſt, & ſuffragatur etiam quoad nullitatem ſententia, & impedit executionem.*

2 *Extrauagans & conſuetudo non notoria eſt allegan da & probanda in termino.*

3 *Sententia lata contra regulas cancellariæ non eſt ipſo iure nulla, niſi fuerint producta, quia iudex niſi producantur ſecundum earum tenorem iudicare nõ poteſt. quòd intellige vt nu. 11.*

4 *Appellatio reſcindit iudicatum, & reſtituit appellantem vt poſſit facere omnia quæ poterat poſt litem conteſtatam.*

5 *Regula cancellariæ habens decretum quandocunque in iudicio producatur, annullat omnia acta etiã ante productionem.*

6 *Decretum papæ irritans operatur vt ſententia lata contra eum ſit nulla & executionẽ non mereatur.*

7 *Decretum an operetur vt annullet ante notitiam poſt eius viſum.*

8 *Iudex debet habere conſcientiam ex deductis in actis tantum, & ſecundum allegata & probata iudicare.*

9 *Conſcientia publica & non priuata attendi debet.*

10 *Iudices ſi quid extra iudicium ſibi proponatur inis intelligant nullam fidem adhibere debent, donec in iudicio ſint producta & pars citata ad dicendum contra.*

11 *Sententia lata contra regulas cancellariæ & extrauagantes ſi non ſint apud acta cauſæ producta valet quando non habent decretum.*

DECISIO XII.

Obtinui in vna Vilicen. c. & præben. quàm propoſui 1516. in qua dabatur de regula de annali in ſecunda inſtan. de qua dari poterat in prima, ſed non erat datum quòd prima ſententia erat nulla, & tanquam talis annullanda. idem de ſecunda quan-
1 dò † producerentur regula in tertia, & hoc propter decretum irritans in ea appoſitum, prout fuit ſæpius iudicatum: verum huic deci. contradixit ſemper dominus Mercutius de Vipera decanus noſter vir profundæ memoriæ, per ea quæ dixit Alex. in auth. iubemus. C. de iudi. nu. 6. quem ſequitur Felyn. in c. 4. de re iudi. vij. col. quòd quamuis poſt terminũ ad probandum poſſint allegari iura, vt per Bart. & Bald. in d. auth. non tamen poteſt allegari extrauagans, ſed eſt allegãda, † producenda & probanda in 2
termino, quemadmodum conſuetudo non notoria, nec illam habet iudex ſupplere qui eam probabiliter ignorare præſumitur. c. paſtoralis. de fid. inſtr. & not. Bald. in l. j. in fi. C. vt quæ deſ. aduo. par. iudi. ſupple. ergo vel dari non potuit in ſecunda, vel ſi potuit non ſit nulla prima, ſed reuocetur ex nouis iuribus propter regulam, facit etiam Egi. deci. ccccxc. quòd vbi quis poteſt defendi ex errore vel alio facto non ſufficit quòd conſtet de errore in actis niſi allegaretur per eum cuius intereſt. item ſecundum eundem Fely. in d. c. 4. de re iud. col. viij. poſt alios ſententia lata † contra regulas cãcellariæ apoſtolicę nõ 3
eſt ipſo iure nulla, quia nõ ſunt cõſtitutiones generales, allegat Aneh. conſ. ccxcij. efficacibus, in princ. & quod eſt de ſtylo Rotæ quod niſi allegentur & producantur in actis valet ſententia cõtra eas, nec aliter poteſt iudicari ſecundum earum tenorem, & quòd 5
iſta ſeruantur etiam in literis habentibus clauſulam decreti, ſed pro deciſione poteſt reſponderi quòd imo dari poteſt in ſecunda, ex quo regula permittit & annullat omnia, & peremptoriæ exceptiones poſſunt poſt litem conteſt. & ante ſententiam proponi. l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſſe. appellatio verò † reſcindit iudicatum. l. j. in fi. ff. ad turpilia. 4
& reſtituit appellantem in eo ſtatu vt poſſint omnia fieri, quæ poterant poſt litem conteſtatam, & conſequenter peremptoriè opponi, non antè, vt in l. ita demum. C. de procur. vbi ita decla. Barb. & Abb. in c. j. de except. ij. col. & in c. paſtoralis. eod. titu. vlt. col. igitur materia regulæ poteſt deduci in cauſa appellationis etiam non deducta in principali. nova inſtrumenta & allegationes, vt in l. per hanc. C. de tempo. appella. l. ſcio. ff. de appella. c. fraternitatis. de teſti. cum Ioan. de ſi. l. inſtrum. c. conſtituris. iuncta gloſſ. in verbo, aliam vellet. de appellat. & gloſſ. fin. in c. cum cauſam. eo. tit. nec eſt omnino non im capitulum, quandoquidem exceptio quæ actionem propoſitam reſpicit, prout iſta perimens omnia dicitur pendere ex veteribus ſecundum Bar. in d. l. per hanc. item ſi Alexan. intelligeret quòd nõ liceret poſt terminum in cauſa appellationis dicere contra producta etiã ſi eſſemus in termino bonum is: quia eſt quædam comminatio non ſe extendens ad appellationem, & reſtringitur ad inſtantiam opponentis ſecundũ Bar. Io. Mon. & Archi. vt refert Abb. in d. c. paſtoralis. vlt. col. licet teneat cõtra in hoc quaſi ſuccedat loco termini iuris. ſcilicet cõteſt. lit. ſed ad caſum noſtrum non ſumus in dilatoriis ex quo regula annullat quoad iudicem & acta iudicij, & deſtruit ius quoad partem, & de iure terminus in peremptoriis non eſt ante ſed poſt litem conteſta. ſecundò poteſt dici quòd Alex. loquatur quòd poſt terminũ produci nequeat in eadem inſtãtia, quãdo eſſet hoc verum nõ in diuerſa ad aliũ [illegible] non ſit nulla niſi poſt viſum regulæ, reſpõde pro deciſione patia eſſe in lege q dicatur nullius extitere momẽti, vel q pro infecto aliquid habeatur, ſed in ſecũdo lex annullat vt ab initio. ſ. vt ex tũc non vt ex nũc quoad iuris effectũ, vt vult gl. in cle. vnica. de immu. eccl. quã dicit Abb. notabilem

tabilem in c.quæ in eccleſiarũ, in prin.de conſt.ergo
à princip. omnia nulla ex quo in decreto regulæ habetur quod impetratio cum quibuſcunque inde ſecutis nullius exiſtant firmitatis, ad ſtylum Rotę ſcripta per Felyn. in d.cap.j. procederet ſi regula nunquam producatur aut quouſque producatur vt teneat ſententia & regula extra acta in nulla ſit con-
5 ſideratione, ſecus † ſi producitur, quia ſtatim decretum operit nullitatem etiam retro vel detegitur nullitas per productionem. nam decretum irritat omnia & ligat ignorantes. ca.ſi eo tempore.cum ibi not.de elect.in vj.& vbi eſt clauſula decreti conſenſus partium nihil operatur vt in c.dilecto.& ibi Abb. de præbend.facit quod Archi.inquit de decreto in cap.cum de beneficio.eod.titu.& in cap.j.§.ex parte. de conceſ.præben.in vj.& alij in dictis locis & Butr. Innoc.& Abb.in ca.cæterum.de reſcrip.quòd regula decreti operatur reuocationem literarum, iuriſdi-
6 ctionem, & proceſſus ipſo iure, & ita in vna † Mediolanẽ.caſtrorum hoc tenuit Rota poſtquam do. Hierony. de Cuſano, contra quem & eius vxorem fuerat lata ſententia adiudicatoria caſtrorum in fauorem Cardin. Senogalieñ. vt commendatarij monaſterij ſanctæ Chriſtinæ per domi.Domini.de Iacobatiis, quæ dicebatur tranſiuiſſe in rem iudicatam, oppoſuit in cauſam appellationis de literis Sixti iiij. In quibus abdicabat Sixtus à monaſterio beatæ Chriſtinæ caſtra & applicabat ſedi apoſtolicæ decernens irritum & inane quicquid in contrarium fieret, quia voluerunt domini quòd non eſſet locus executioni quin potius per domi. Sibinicẽ.qui ob mei abſentiam fuerat ſubrogatus in ſecunda inſtan. fuit pronunciatum 1516. ſententiam do. Iacob.fore nullam & non meruiſſe nec mereri executionem: neque curarunt domini pro maiori parte de eo quod Felyn. diſputationis gratia non animo decidendi ingenioſè tentat in d.cap cæterum, in verbo, primis reſtrictio,
7 quòd regula decreti † non operetur reuocationem literarum ante notitiam, nec proceſſus aut iuriſdictionis antequam pars excipiat de ſecundis, quaſi intelligatur conditio, ſi pars voluerit & quod ſolus vſus operetur nullitatem poſtea geſtorum, & decretum incipiat operari poſt illum vſum & non prius, quia communis opinio eſt in contrarium ex curioſè collectis per eundem ibi à qua in iudicando non eſt recedendum, c.prudentiam.in princi.de offic.deleg. & per Abb.poſt alios in c.j.de conſti.& ex prædictis viderur eſſe nulla ſententia contra decretum etiam non producto decreto, ſed ſi velimus ſaluare ſtylum Rotæ & quòd ſcribit Fel.in d.c.j.de re iudi.dicamus verè nullam eſſe quia contra decretum ligans ignorantes & annullans à data ipſius. ſed quòd iudices
8 † habent conſcientiam ex deductis in actis tantum & ſecundum allegata & probata coguntur iudicare vt in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi præſi.& ibi Bar & text.cum glo.in auth.de manda.princ.col.iij.c. Deus omnipotens.ij.q.j.ver.quando autem.& iij.q.vij.iudicet.c.in præſentia.de renunt.c.j.cũ gl.de offi.ordi. & gl.in verbo contra cõſcientiam.in c.cum æterni. de re iudi.in vj. & in c.paſtoralis.§.quia verò.de offi.
9 delega.vbi Abb.poſt glo. † refert hanc communem opinionem non eſſe iudicandũ ſecundum conſcientiam priuatam ſed publicam ex actis, quicquid ſentiat cum Cald.idem Abb.diſtinguendo puta cauſam veram.nam ſi poſſet iudicari ſecundũ conſcientiam extra acta, poſſet pro libito iniuſte condemnare aut abſoluere iudex & iuſtificare quod talis eſt cõſcientia ſua cuius ſolus Deus eſſet cognitor & iudex, iux. no.in c.ſtatutum.in §.acceſſorem.de reſcrip. in vj.& in cle.j.in verbo, oneramus. de iur.patro.nec poſſet quis conqueri de iudice aut ab eo tali caſu appellare etiam ſi ſuperior ex officio poſſet reducere ad bonã æquitatem. vt dicit glo.in dicto verbo oneramus,& Abb.in c.ſuper his.v.col.de accuſ.& propterea apud eoſdem iudices valida reputatur ſentẽtia & mandabunt dari executioni, niſi exceptio decreti vel alia detegens nullitatem vel impediẽs executionem opponatur.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi. & c.fin. eod.tit.cum ſolum credant actis.& extra acta ad nihilum obligentur. nam ſi quid extra † proponatur 10
aut intelligent, nullam fidem facit donec ſit productum, & pars citata ad dicendum contrà oblata copia, vt tenet Bar.in extrauag.ad reprimendum, in gl. in verbo, de plano.& Lud.Ro.cõſi.cccccxix.& facit Egid. deciſ.xxvij. quoniam tunc datur vel non fides prout iura volunt.l.fi.C.de fi.inſtr.vel ſecundo quod
ſit hoc in regulis † extrauagantibus & aliis conſti- 11
tutionibus non incluſis in corpore iuris vt valuerit ſententia prima, & valeat contra eas ſi non fuerint acta producta quando non habent decretum ex quo poſsint de iure ignorari à iudicibus vt in d.ca.paſtoralis.de fi.inſtru.vt tunc productio in ſecunda non annullet primam detegendo à tempore latæ nullitatem. Sed operetur quòd ex nouis annulletur vel irritetur ſecus in habentibus decretũ ex virtute decreti vt ſupra, & idẽ quòd in cauſa Mediolanẽ. caſtrorum voluit palatium in vna alia Auinionẽ.coram domino Nicolao de Spinoſa in qua erat pronunciatum io Rota contra quendam ſcholarem Auinioneñ.vniuerſitatis,& ſententia tranſierat in rem iudicatam & ſcholaris ad impediendum executionem & docendum de nullitate ſententiæ produxit priuilegium cum decreto irritanti quod ſcholares Auinioni & non alibi conuenirentur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnitum perdit nomen beneficij.*
2 *Regula de annali defendit illum qui beneficium vt vnitum poſsidebat.*

DECISIO XIII.

VTrum obtinens beneficium vnitum ſi conueniatur ſuper eo ad inſtãtiam eius qui impetrauit illud in titulum & tanquam de per ſe, poſsit excipere de regula de annali contra impetrantem: &
videbatur quòd non, ex quo † beneficiũ poſtquam 1
eſt vnitum perdit nomen beneficij, vt Rot.deciſ.x. de reb.eccl.non alie.in anti.& perpetuitas tranſit in temporalitatem deciſ.ij.de exce.præla.in no.regula
verò loquitur de beneficio.ſed contrarium † tenue- 2
runt domini in vna cauſa Bononieñ.de Sala coram domi. Iacob. Simonetta, & dicet quòd fratres ſancti Saluato.qui beneficium vt vnitum poſsidebant, excluſerint impetrãtem beneficio regulæ.nam ex perſona actoris impetrantis ius metimur.l.j.§.j.ff.ſi pars hære.pe.& impetrans aſſerebat eſſe per ſe.beneficiũ non autem membrum alterius vel alteri annexum. ergo obſtat & regula pro quo etiam in ſimili Car. in cle.vnica.viij.q.de ſequeſt.poſſ.& fruct. alij

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus cum ſit priuatus omni titulo & poſſeſ-*
ſione, an poſsit ſe tueri regula de annali.
2 *Regula de annali emanauit in odium impetrantis*
& contenta eſt detentatione etiam abſque titulo,
quia realis exiſtit.
3 *Executio in bonis hæreticorum nec illorum occupa-*
tio fieri poteſt ante ſententiam, ideo detinendo bene-
ficium poteſt dare de regula.
4 *Regula de annali defendit execrabilem.*
5 *Pœna iuris non excluditur per pœnam regulæ, nec*
econtra.
6 *Pœna duplex & interdum triplex aliquando impo-*
nitur delicto quando eſt graue.
7 *Nullitas actus eſt pœna.*
8 *Reſtitutio etiam ad detentationem & momentum*
competit hæretico.
9 *Poſſeſſor ſeu detentator beneficij reſeruati an poſsit*
tueri ſe de regula?
10 *Regula aſinina appellari poteſt cum detentatione*
dicitur fuiſſe contenta.
11 *Regula de annali requirit pacificũ poſſeſſorẽ quæ ta-*
men inficitur per quãlibet moleſtia iuris vel facti.
12 *Sequeſtrum neceſſarium an auocet poſſeſsionem?*

DECISIO XIIII.

PRopoſitum fuit vtrum regula de annali locum
habeat contra impetrantem beneficium ob cri-
men hæreſis ſecundum formam iuris coram domi.
Paulo de Capiſuchis in cauſa Illerden.c.& præben.
ac prepoſituræ inter Dominicum Pancano, & do.
Capredo & ſæpius articulus diſputatus 1519. &
1520. vna pars dominorũ tenuit quod non. Primò
1 quia † hæreticus eſt priuatus omni titu.& poſſeſsio-
ne, & regula loquitur de impetrante beneficium ab
alio poſſeſſum, quòd ſit priuatus eſt text.in cap.quo
iure.cum gloſ. & Domi.& Archi.ibi.viij.diſt.& Mil.
in reperto.in verbo hæretici ad omnia beneficia.Item
inhabilis ad quoſcunque honores & omni infamia
infectus.c.ij.de hæreti.in vj.& per Abb.c.inter dile-
ctos.de excep. prælã vlti.col.facit regula infamibus.
de regu.iur.in vj.& quod Domi.& Archi.in d.c.quo
iure, & eius bona ſunt ipſo iure confiſcata c.cum ſe-
cundum.de hære.in vj. ergo quocunque iuris bene-
ficio nudatus & conſequenter non debet tueri à re-
gula, cum vbique iura contra hæreticos inſurgant.
Secundò prohemium regulæ à quo finalis ratio ſta-
tuitur.l.fi.de hære.inſtit.& per Bar.& l.ambitioſa.ff.
de decre.ab ordi.faci.venit ad reprimendum impro-
bos motus exquirentium lites, ſed iſte eſt impetrans
hoc caſu in forma iuris prout ex ſtylo ſignaturæ re-
gula apponitur, & de prouiſione & collatione, prout
de iure & in forma iuris, quæ ſi non apponeretur,
cancellaria aliter non expedit literas, & aliâs tene-
tur de iure ſe inſcribere.l.qui crimen qui accuſa.non
poſſ.l.ſi veris.C.de fi.inſtru.c.tuæ.de procu.& c.qua-
liter & quando. el ij. de accuſat. ergo in eo propter
periculum pœnæ ceſſat improbitas & debet ceſſare
diſpoſitio. l.adigere. §.quamuis. ff.de iure patro.&
ca.cum ceſſante.de appel.Tertiò non debet quis du-
plici pœna puniri.l.ſenatus.ff.de accuſa.c.at ſi clerici.
§.de adulteriis.in fi.de iudi.facit. l.diuus Marcus.ff.
de offi.præſi.& l.antep.C.de pœ. & ſi locus eſſet re-
gulæ, ſuccederet duplex pœna, igitur ſufficiat vna.

Alia pars tenuit affirmatiuam. Primò quia regula
emanauit † in merum odium impetrantis vt in præ- 2
fatione, & nullo modo in fauorem poſſeſſorum. Se-
cundò, quia non requirit poſſeſsionem, ſed eſt con-
tenta detentatione etiam abſque aliquo titu. Item
realis cõpetens cuicunq;, ſicut ſemper eſt intellecta,
& non eſt recedendum à tali interpretatione.l.mini-
me.ff.de legi.cuius cõtrarium eſt in regula de trien-
nali, quæ exigit titulum & eſt mere perſonalis.ergo
hæreticus quemadmodum quilibet alius debet poſſe
dare de ea & ex quo detinet, cum nõ poſsit † in bo- 3
nis ipſius executio aut occupatio fieri niſi feratur ſen
tentia iuxta terminos.d.cap.cum ſecundum, quarto
contra impetrantem per extrauagantem execrabilis
Io.xxij.locum † habet regula vt tenuit Rota ſecun- 4
dum gl.regulæ, habeat ergo locum iſto caſu ex quo
vterq; eſt priuatus & inhabilis ipſo iure:& per præ-
dicta eſt euacuatum primum fundamentũ partis ne-
gatiuæ. Nec refragatur quòd ſit omni beneficio iu-
ris excluſus, ex eo quòd regula non attẽdit ad per-
ſonam poſsidentis, ſed duntaxat impetrantis. Ad ſe-
cundũ poteſt dici, quòd non probato ſtylo adducto
contra affirmatiuã, quòd cancellaria ita interprete-
tur in tali interpretatione improbus etiam videtur
impetrans beneficium hæretici, & cuiuſcunq; alte-
rius ſi vincatur. item † pœna iuris nõ excluditur per 5
pœnam regulæ, nec econtra. Ad tertium dicas quòd
illud de non imponenda duplici pœna fallit quando
delictum † eſt graue, & multiplici pœna plectendũ. 6
nam multiplex imponitur.in c.cum æterni tribunal.
de re iudic.in vj. & duplex in cle.ad compeſcendas.
de ſequeſt.poſſ.& fruct.& triplex.in c.ij.de pe.& re.
& ſic in infinitis iuribus.vt in l.quiſquis.C.ad l.Iul.
maie.&c. Ita etiam ſentit gl.in d.c.at ſi clerici. ſuffi-
cere alterũ quando vtraq; per ſe eſt ſufficiẽs, aliâs
bene infertur duplex, allegat ad hoc multa iura.in
caſu autẽ regulæ iam ponitur duplex aut triplex. vt
pecuniaria cancellariæ apoſtolicæ damnorum & in-
tereſſe poſſeſſori, ac nullitaria omnium geſtorũ, cum
nullitas † actus ſit pœna.l.ſenatus.ff.de contra.emp. 7
& vendi.c.diſpendia.de reſcrip.in vj.& gl.in c.decet.
§.ordinarij ſu verb.proceſſus. de immu.eccle.eo.lib.
& de mate.& an ſit naturalis & propriè pœna irrita-
uo proceſſus, vide Philip.Fran.in c.fi.de elec.eo.lib.ij.
col.& Fely.in c.cæterum, de reſcrip.in verbo, prima
reſtrictio:& magiſtraliter Domi.in d.c.fi.col.iiij.igi-
tur ceſſat articulus cum cõditor non fuerit conten-
tus vna pœna. Item per pœnã regulæ ſatisfaciat tan-
tum conditori qui ſolum voluit punire impetrantẽ,
non priuilegiate detentorem aut in peccato defen-
dere quòd ſine titulo canonico detineat. c.vnico.de
eo qui mi.in poſ.cauſa rei ſer, & c.j.de reg.iur.in vj.
non obſtan.quòd mandet ei ſatisfieri de dãno & in-
tereſſe, quia in hoc proſpicit ne damnum patiatur,
non vt lucrũ capiat, & diuerſa eſt ratio.l.fi.C.de co-
dicill.per pœnã autẽ inſcriptionis eſt etiã prouiſum
parti, contra quàm opponitur de crimine, ergo de
vna ad aliam non infertur ex quo ad diuerſa reſpi-
ciunt. l.Papinianus exuli.ff.de mino. & l.fin.ff.de ca-
lũnia. Quarto, pro affirmatiua quòd ſi inſpecta per-
ſona hæretici nõ eſſet locus regulæ, & minus in ter-
tio ſcilicet R.Cabredo cui erat prouiſum in parti-
bus per priuationem Dalmatij Toloſæ condemnati
de hæreſi & Cabredo nõ erat incapax nec inhabilis.

vt admit

vt admittamus quòd tertius poſsit dare de regula
vel ex perſona ſua habili, quia deuenit beneficium
ad eum, in quo regula loquitur & à principio locum
habuiſſet. l. huic ſcripturæ. §. fi. cum l. ſeq. à contrario
ſenſu. ff. ad l. Aquil. vel ex perſona hæretici impediri
à ſimili eius quòd dicitur. in l. poſt mortem. §. fi. ff. de
bon. poſ. contratab. & not. in l. qui ſe patris. C. vnde
libe. Sed pro affirmatiua huic motiuo reſpōde, quòd
ab initio inſpicitur an locus exiſtat regulæ quando
fit imperratio contemplata natura & forma impe-
trationis, & perſona poſſeſſoris, tūc non alia vt qua-
litas temporis, verbi &c. l. in dilectis. §. ſi extraneus.
de noxa. & l. Titius. ff. de mili. teſta. & vt ſtatim dica-
mus habere vel non locum regulam, quæ omnia à
principio annullat: & ſi dicimus locum non eſſe ab
initio cōſiderata perſona poſſeſſoris in crimine hæ-
reſis, neque erit ex poſt facto ad regulam, non fir-
matur, de regul. iur. in vj. effectus nanque regulæ
quòd ſit vel non ſit iam eſt conſummatus eo mo-
mento vnde non debet ceſſare ceſſante vel mutata
qualitate perſonæ ex interuallo. ſecundum Bart. in l.
Titia. §. imperator. de leg. ij. & in l. pluribus. §. fi. ff. de
verb. oblig. & illud quòd in exectabili habeat locum
regula non eſt ſimile cum exectabilis non ſit ita pri-
uatus & exoſus ſicut hæreticus, quia remanet poſ-
ſeſſor & quidem coloratus & ad effectum recupe-
randæ poſſeſsionis ſecundum Rotam in vlti. tamen
additione & opinione deciſ. iij. de reſtit. ſpol. in no. &
non poteſt à poſſeſsione amoueri ſine citatione. ca.
licet epiſcopus. de præben. in vj. ſuper quo tamen vi-
dendum quæ opinio approbetur in practica. Allega-
batur etiam pro negatiua quòd omnino tam poſſeſ-
ſio quàm detentatio in hæretico ſunt improbata à
iure, vt inquit Archi. in d. c. quo iure. vlti. col. & pro-
terea negatur reſtitutio etiam ad detentationem
8 & momentum ad quod Rota reſtituit, argu. l. cum
ſponſus ſponſæ. §. fi. ff. de publi. in rē acti. & quicunq;
detentator pro ſua detentatione habet remedia iuris
ad eam recuperandam, ſcilicet canonem redintegran-
da iij. quæſt. j. ſecundum But. in c. ſæpe. de reſtit. ſpol.
& Alexan. in l. j. in princi. xix. col. ff. de acquir. poſ. pro
qua conſideratione occurrit quòd detentatio hære-
tici nullum habeat iuris fomentum, nec poſſet ali-
quem effectum producere, nec conſequenter dici
quòd detineat ſicut dicit Rota in d. deciſ. iij. in iij. ad-
ditione, de poſſeſsione beneficij litigioſi propter de-
cretum. c. ſi hi contra quos. vt lit. penden. in vj. in iure
notorium cum ſit ſimiliter contra hæreticum. in d.
c. ij. §. hæretici. de hære. eo. lib. ad hoc pertinenter fa-
cit quod Fely. ad intellectum huius regulæ tradit in
c. in noſtra curte. xxxvj. vbi tandem tenet quod poſ-
9 ſeſſor † ſeu detentator beneficij generaliter reſer-
uati nō poteſt dare de regula propter decretum no-
torium in corpore iuris, quod excludit ignorantiam
quia ſatis eſt decernere prouiſiones irritas ad hoc
vt poſſeſsio & detentatio quæ ſequitur etiam ſint
infectæ, vt dicit text. expreſſe in ca. ſi eo tempore. de
elect. eod. lib. videlicet quòd omnia quæ ſequuntur
poſt ipſum decretū ſint infecta nec d. ca. ſi hi contra
quos dicit quod poſſeſsio afficiatur, & tamen eſt in-
fecta & reprobata: ſed pro affirmatiua reſponderi
poſſet cum regula contentetur quacunq; detentatione
etiam de facto & abſq; aliquo titulo ſolum factum
reſpiciente in poſsidente non ius aut quòd producat
iuris effectum, maximè ſi ſit contra impetrantem
duntaxat edita, & non ignorabat conditor poſſeſſo-
rem aut detentatorem ſine titulo nullum ius habere
in beneficio nec debere in eo tueri & nihilominus
ita voluit. Verum pro negatiua proponebatur quod
ſi quælibet detentatio locum haberet regula proce-
deret in layco iudæo & muliere detinentibus quod
abſurdum videtur, & quod pro abſurdo & claro
quod in talibus regula non haberet locum tenebant
domini de Parco in cancellaria: pro qua opinione
facit, quia lex intelligitur de idoneis. l. vt gradatim.
poſt princi. ff. de muneri. & hono. & titulus beneficij
non cadit in tales, licet cadat in homicidas illegiti-
mos & alios non reprobatos, de quibus per Abb.
poſt Innoc. in c. cum veſtris. col. fi. de conceſ. præben.
& Ancha. conſi. cxvij. & Abb. in ca. querelam. de iu-
reiuran. & Felyn. in cap. ij. de reſcript. quod ſi verum
eſt, minus debet locum habere in hæretico qui ma-
gis quàm fœmina & laycus peccat. Et ſi gloſſator
huius regulæ tenuit affirmatiuam, ex his omnibus
conſtat non dixiſſe verum, quamuis etiam ad iſtud
vltimum diceretur regulam † aſinina detentatione 10
fuiſſe contentam, & nullo modo reſpexiſſe ad per-
ſonas poſſeſſorum nec dixiſſe dummodo aliàs ſint
habiles, ex quibus omnibus articulus fuit dubius,
aliquibus ex dominis nunc in vnam nunc in aliam
partē inclinantibus, quare pro negatiua conſidera-
tum etiā fuit quòd inquiſitores hæreticæ prauitatis
ſequeſtrauerant beneficia ſeu fructus beneficiorum
Dalmatij incarcerati, taliter quòd fuit abdicata aut
turbata poſſeſsio & detentatio ſi qua erat, & † re- 11
gula quæ requirit pacificum poſſeſſorem excluditur
per quamlibet moleſtiam iuris vel facti, vt Rota de-
ciſ. iij. de præben. in no. in additione. Item quia inqui-
ſitores fructus percipiebāt, ergo Dalmatius non pa-
cificus. c. ſi tibi conceſſo, de præben. in vj. iuncta di-
cta deciſione, quod vt vacēt priora beneficia requi-
ritur quòd adminiſtrationem bonorum eccleſiaſti-
corum vel maioris partis quis habeat, vt dicatur pa-
cificè poſsidere, ſed ex aduerſo reſpōdebatur quòd
tale ſequeſtrum, quia neceſſarium non voluntarium
erat, non abdicabat poſſeſsionem. l. intereſſe. ff. de ac-
quir. poſ. & quòd materia ca. ſi tibi conceſſo, proce-
debat quando tertius percipiebat fructus ad ſuam
vtilitatem, quia erant ei debiti vel aſsignati prout
in c. ſi propter. de reſcrip. in vj. cum ſi. ſed inquiſito-
res perceperant nomine Dalmatij vel ſaltem ad eius
commodum, quia ſubueniebant ex illis Dalmatio in
victu & aliis neceſſariis vſq; ad ſatisfaciendum cre-
ditoribus, & tandem non diſcuſſo hoc articulo an
ſequeſtrum neceſſarium auocet † poſſeſsionem nec- 12
ne, ſuper quo videantur Bart. in d. l. intereſſe, Bal. &
Salycc. in l. vnica. C. de probi. ſequeſtra. pecu. Paul. &
alij in cle. vnica. de ſeq. poſ. & fruc. & Ioan. And. in c.
examinata. de iudi. vbi refert opiniones. vnus ex do-
minis qui defenſauerat affirmatiuam declinauit ad
negatiuam ſeu ex præmiſsis, ſeu ex hoc magis quòd
inficiari nō poſſet quin per huiuſmodi ſequeſtrum
fuerit detentatio abdicata, aut turbata. etiam ſi præ-
tenderet ad commodum fieri Dalmatij, quia forſan
inquiſitores prout eis placebat non aliàs prouide-
bant neceſsitatibus Dalmatij. Et dominus Paulus
cum ſex votis quatuor contrarium tenentibus pro-
nuntiauit pro parte negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali neaum in impetrationibus certo modo verumetiam in ceſsionibus locum habet.*

2 *Impetrans ad obtinendum tenetur dare & probare aliquem modum vacandi certum.*

DECISIO XV.

LOcum habet præfata regula de annali nedum
quando quis impetrat beneficiũ tanquam cer-
to modo vacans, verum etiam ſi impetret ſibi pro-
1 uideri, aut † prouideri mandare ex reſignatione ali-
cuius, ſicut in ſupplicatione dici ſolet quòd T. cede-
re proponit prout cedit, & ſupplicat ſibi prouideri,
& ita de menſe Iunij 1521. coram domino Sibinicẽ.
vna Cæſar auguſtana dixerunt domini abſque alia
diſcuſsione quaſi modus eiuſmodi impetrationis ac
vacationis certus ſit, videlicet ex reſignatione ſi ex
ea vacat, & ita quolibet alio modo expreſſo in indi-
uiduo aut ſub generali verbo vel clauſula quouis
modo, de natura & virtute cuius Rota prima de re-
ſcript. in not. dico in alia deciſione incipiente volue-
2 runt domini, cum oporteat ad obtinendum † dare
& probare aliquem modum vacandi & quidem cer-
tum, & verba regulæ ſic verificantur, & quod ita
fuerat obſeruatum dixerunt domini. l. minimè. ff. de
legi. non obſtan. quòd dicebam ponderandum eſſe
rationem regulæ an ex cauſa ceſsionis impetratio
eſſet modus improbus exquirentis litem tanquam
data vacatione ex ceſsione, ſatis videretur extra cul-
pam & dolum qui veritatem expreſsit, licet poſſeſſo-
rem tacuerit, cuius reſpectu alia expreſsio neceſſa-
ria non fuiſſet etiam ſi de eo impetrans dixiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor annalis ſi cõuentus ante fluxum anni cedat vel decedat, an impetrãs teneatur ad expeditionem cauſæ iuxta formam regulæ vſque ad diffinitiuam.*

2 *Diſpoſitum in morte naturali ex identitate rationis locum habet in ciuili.*

3 *Regula de annali cum ſit realis, an quilibet de ea dare poſsit etiam ſucceſſor poſſeſſoris?*

4 *Sententia contra mortuum naturaliter haberi non poteſt, & ſi habeatur non valet.*

5 *Aequiparatio mortis ciuilis cum naturali quando procedat?*

6 *Lex ad limites rationis & ex mente coniecturata reſtringitur & ampliatur.*

7 *Regula de annali an ad poſſeſſorem tantum & eo durante intelligenda & reſtringenda exiſtat?*

8 *Impetrans an arctetur diſpoſitioni regulæ ſi poſſeſſor ante lapſum ſex menſium naturaliter vel ciuiliter moriatur?*

DECISIO XVI.

IDem quod in proxima cõcluſione tenuit palatium
in vna Iſclaua coram domi. Iacob. Si vt regula ipſa
1 non arctet impetrãtem † quando ante fluxum tem-
pus ad illius proſecutionem vſque ad ſententiam in-
cluſiuè aſsignatum poſſeſſor conuentus reſignat,
aut moritur: quia ſicut contra mortuum non coge-
retur ad expeditionem diffinitiuè, nec contra eum
qui etiam obtinuiſſet in eius locum ſubrogari, etiam
ſi poſſeſsionem habuiſſet, cum de tali non loquatur
l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. ita
nec quando ceſsit ex quo ciuiliter moritur. & diſpo-
2 ſitum † in morte naturali ex identitate rationis locũ
habet & in ciuili, cle. j. iuncta gloſ. in ver. mori, vt lit.
penden. & cle. fi. de procu. iunct. deci. Rot. xxviij. in
not. eod. tit. Obſtare tamen videtur, quia regula † eſt 3
realis, & quilibet de ea dare poteſt prout ſemper eſt
intellecta. ergo & ſucceſſor poſſeſſoris debet poſſe
excipere etiam ſi non poſsideret vt abſolueretur. l.
qui accuſare. C. de eden. Item ſi eſt edita in odium
certo modo impetrantium tantum vel principaliter,
de quo vide ſuper illo dubio vtrum procedat contra
impetrantem beneficium ab hæretico, incipit, pro-
poſita fuit, hoc ſolum debet attendi, non an cõuen-
tus poſſeſſor viuat vel ſit mortuus. l. qui exceptionẽ,
cum gl. in prin. ff. de condi. inde. Tertiò, ratio quæ ex
prohemio colligitur ad l. fi. ff. de hære. inſtit. fundata
in improbitate exquirentium lites, videtur militare
ſiue viuat poſſeſſor ſiue moriatur, igitur & diſpoſi-
tio. l. à Titio. ff. de verbo. obliga. nec proficit quòd vi-
uente poſſeſſore poſt annum ſemper improbitatem
excludit & eximit impetrãtem, quoniam debet eam
excludere omni tempore, & ſic etiam eo mortuo in-
fra annum vt generaliter prouiderit ac in omni caſu
& tempore prout eſt legis natura. ca. erit autem. iiij.
diſtin. & ſi contra mortuum naturaliter nequit † ha- 4
bere ſententiam, quæ nec valeret. l. de quare. §. cum
autem. ff. de iudi. l. pe. ff. quæ ſen. ſi. app. reſcin. poterit
contra ſucceſſorẽ in beneficio, dummodo cõpareat,
aut ei de certo contradictore innoteſcat, aliàs citatis
intereſſe putantibus decreto proceſſu per audientiá
contradictatum ex obſeruantia palatij. c. fi. cum ma-
teria. de elect. in vj. in auct. ſi omnes. C. vt ab hære. ſe
abſti. & ibi Bal. & Egid. deciſ. clvj. quaſi regula voluit
vt omnino habeat vnam ſententiam per quam ſi in
fauorem cum perſeuerantia excluditur malitia, ſi
contra ſe vt caſtigetur improbitas tam in expenſis
quàm in pœna. cæterum æquiparatio † mortis ciuilis 5
cum naturali procedit quando diſpoſitio reſpicit ef-
fectum, & producitur idem ſtante eadem ratione in
vtraq;. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſthu.
& ibi Bal. & alij. l. mulier ff. ad Trebel. non aliàs niſi
in caſibus expreſsis in iure, vt no. in c. ſoſceptum. de
reſcript. in vj. in caſu autẽ iſto videtur diuerſa ratio
cum effectu ex quo mortui naturaliter non intereſt,
habeat vel non ſententiam impetrans vel etiam be-
neficium, aut alius, cum eius reſpectu mors omnia
ſoluat, in auct. de nup. §. deinceps. col. iiij. & quia mo-
riens nihil cedit nec in alicuius fauorẽ, & minus de
ſucceſſore excogitauit, neque poteſt impedire, cum
nõ ſit talis ex eo quòd eſt in poteſtate ſuperioris. ce-
dentis verò bene intereſt qui in manibus papæ cedit
in alterius fauorẽ ſibi dilecti ex prouiſione papæ vt
dico in alia deciſ. incip. concluſum eſt in vna, & cui
forſan tenebatur retribuere, vel quia implet votum
ſuũ in quo ſatis lucrari dicitur. l. pe. cum gl. de condi.
ca. dat. & l. ſi pignore, ibi ſpecies enim lucri eſt. ff. de
fur. aut quia remanebit ei naturaliter obligatus. l. ſed
& ſi lege. §. cõſuluit. ff. de pœ. hær. in auct. de hære. &
fal. §. ſi vero expreſſum, & Abb. in c. intelleximus. de
iudi. & in c. cum inter. col. v. de except. ſicuti econtra
nocere videretur ſi contra ipſius fieret voluntatem,
quando ab eius penderet arbitrio prout in caſu ceſ-
ſionis. & in §. præterea ſi quis generaliter. inſti. de act.
l. ſi. cum gl. de vſu & habi. & Bart. in l. ij. in princ. col.
iiij. ff. ſolu. matr. ſeu quia eſt cedenti reſeruata penſio
aut regreſſus, vel ſolus titulus & locus cum nudo
nomine

nomine prout ſit: & dato quod honorem duntaxat tribueretur eſt conſiderabilis & commodo præferendos. l. Iulianus. ff. ſi quis om. ca. teſta. vlterius de poſſeſſore exempli gratia expreſſum videtur, quia caſus de eo eſt frequentiſſimus, & ſufficit initium regulæ eſſe generale reſpectu improbitatis iam dictæ l. damni infecti. l. a ij. de dam. infe. l. nam ad ea. de leg. l. fin. §. fi. ff. de iur. & fac. igno. ratio enim & mens potius attenduntur quàm verba quibus ſunt præferenda. l. ſcire oportet. §. aliud. de excu. tu. l. nominis. §. verbum ex lege. ff. de verb. ſignifi. c. propterea.
6 & c. intelligentia. eod. titu. reſtringitur † nanque ac ampliatur lex ad limites rationis & ex mente coniecturata. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. Abb. in ca. propoſuit. de probat. in ca. ſecundo requiris. in princ. de appella. & in ca. ſi. col. v. de iureiur. Ad hæc omnia conſiderabam ſi pro deciſ. lis ſit fienda cum
7 poſſeſſore & regula † ad ipſum ac eo durante intelligenda & reſtringenda quemadmodum dicitur de qualitate verbi requiſita tempore verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. & l. Titius. ff. de mil. teſt. & quòd ad hoc regula reſpexerit ex quo ſæpius de poſſeſſore repetit, quæ repetitio mentem arguit. l. baliſta. ff. ad Treb. & ibi not. quinimo ſemper de eo dicit & nõ de alio ſi poſſeſſor deficeret: de quo facile erat dicere ſi voluiſſet. cap. ad audientiam. de deci. maximè quia verba de emenda fienda poſſeſſori non habita ſententia & plura alia non conueniunt nec poſſunt verificari eo ſublato ante annum, ergo nec mens. l. hos accuſare. §. in omnibus. de accu. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. & cum ſimus in regula ſuccedat. l. iij. §. hæc verba. el ij. ff. de neg. geſt. & vt ſit contenta ſuis terminis. cap. j. de ſepul. & quòd dicitur de improbitate impetrantis coarctetur reſpectu ſolius poſſeſſoris ex non ſine miniſterio toties & ſemper poſſeſſor repetitur abſque eo quòd vltra progrediatur, prout habetur in ſimili. l. vnica. ff. de offi. præfect. præto. vbi ſi ratio quòd non aliter eſſet iudicaturus quam princeps de qua ibi generaliter aſſumeretur, non clauderetur ad præfectos prætorio tantum diſpoſitio in corpore iuris quòd ab eorum ſententiis appellari non poſſunt, quin potius idem eſſet in inferioribus à quorum nihilominus ſententiis appellatur & his ſtantibus nil obſtaret. Occurrit etiam pro deciſ. ratio correlatiuorum. Item contrariorum & oppoſitorum quæcunq; cadat melius. l. fin. C. de indic. vid. tol. l. ſi contra. de vulg. & pupil. l. fin. ff. de leg. iij. quòd ſicut in proxima deciſione non obligatur ſucceſſor impetrantis, ita nec impetrans contra ſucceſſorem conuenti nec contra conuentum poſtquam ciuiliter vel naturaliter mortuus eſt, & ſicut moriente impetrante per ceſſum vel deceſſum aut aliâs ceſſat regula, quoad omnes, ita moriente conuento poſſeſſore. Item ſi improbitas in omnem caſum & euentum eſſet conſiderata non ſtaret proxima deciſio, ex eo quòd impetrans ab initio vel poſt ex facto ante incurſum cogitare poſſet, & effectui mandare de fugienda regula, vel de vexando poſſeſſore & ſubſtinenda lite atque euitanda pœna per ceſſionem iuris & litis in alium translationem, præcipuè amicum ſuum, & corruerent fundamenta d. deciſionis & alterius ad quam ſe remittit quæ plura ſunt & ſi in omni caſu contingenti volebat excludere, debebat dicere. ſtantibus his duabus deciſionibus. Idem dicas in vtraque ſi ante lapſum ſex † menſium infra quos impetrans tenetur poſſeſſorem ad iudicium euocari facere ſub eiſdem pœnis impetrans ipſe vel poſſeſſor naturaliter aut ciuiliter quomodocunque moriatur, quia eadem cauſa vrget ad hoc reſpectu ſuæ impetrationis: quia reſpectu nouæ currunt noua tempora. 8

SVMMARIVM.

1 *Impetrans qui obſeruauit oẽs partes regulæ ſi ante finem anni cedit vel decedit locus regulæ nõ exiſtit.*

2. *Ius illius peremptũ non eſt cui per ceſſum vel deceſſum impetrantis prouiſum fuit, ex eo quod ſententia infra annum iuxta formam regulæ lata non exiſtit.*

DECISIO XVII.

QVoad dictam regulam de annali voluere domini quod non procedat quando impetrans qui obſeruauit omnes partes regulæ præter vltimã de ſententia diffinitiua infra † annum cedit vel decedit ante finem anni cum amplius non dicatur improbus & ceſſet ratio regulæ, & quia totum tempus indulgetur ipſi. vnde ante fluxum ipſius nõ eſt quid ei imputetur nec poſt ceſſante ratione: caſus eſt in ſimili. in cap. commiſſa. de elect. in vj. & opi. conſi. Old. cciij. incip. factum tale eſt collata fuit eccleſia vbi fundamenta ad propoſitum, & ideo non eſt peremptum † ius eius cui per ceſſum vel deceſſum impetrantis eſt prouiſum de beneficio quin illud proſequi poſſet ac ſi ſentẽtia fuiſſet lata in tempore vel regula non eſſet, & quòd ſit idem in ciuili morte ſicut in naturali, & non obſtant quæ in contrarium adduci poſſent, vide in deciſione quòd regula de publicanda acceptatione & prouiſione vigore expectatiuæ non habet locum ſi acceptans ante finem termini cedit vel decedit incipit, tenuit palatium, quòd ſi acceptans. & ibi ſcripta ſeruntur ad hanc concluſionem & materiam proximam. 1 2

SVMMARIVM.

1 *Valor annuus beneficij in regreſſibus exprimi neceſſarius non exiſtit quando in prouiſione ſeu prima gratia fuerat expreſſus.*

DECISIO XVIII.

QVæſitum eſt in vna cauſa Burgen. beneficij an regreſſus in † quo non erat expreſſus aliquis valor ſubſiſteret & videbatur quod non, quia licet de iure communi expreſſio valoris non ſit neceſſaria, vt dicit gloſ. in clem. j. de præben. tamen regula cancell. diſponit non valere prouiſiones apoſtolicas de beneficio, niſi in eis exprimatur verus valor ſecundum communem æſtimationem & fuit reſponſum quòd ſi in prima gratia expreſſus erat valor & ad illũ habetur recurſus quod hoc ſufficit, & quod ita ſemper fuerat iudicatum. Quod procedit ſi vere in prima fuit expreſſus valor ſicut regula requirit, aliâs ex ſe ipſa nõ ſubſiſteret gratia regreſſus nec per relationẽ aut recurſum ad aliam quæ eſſet inualida. 1

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficiorum ſi exprimatur in gratia ſecundum quòd in libris cameræ taxati reperiuntur regulæ de exprimendo valore ſatisfactum eſſe videtur.*

2 *Matrimonium contrahendum impeditur ad dictum vnius grauis perſonæ.*

3 *Teſtes deponentes ſuper valore debent reddere cauſam ſui dicti etiam irrequiſiti* [illegible] qa deponunt de re, quæ non percipitur ſenſu corporeo. *4 Cauſa*

4 *Cauſa beſtialis excuſat à dolo.*
5 *Beneficiũ licet ſit minoris valoris quàm ſit in taxa, tamen neceſſe eſt ſoluere ſecundum taxam.*
6 *Annata ſoluitur de beneficio taxato ſecundum quod in libris cameræ reperitur.*
7 *Taxa ſecundum taxationem decimarum quando attendi debeat.*

DECISIO XIX.

ITem voluerunt domini quòd ſi in prouiſione be-
neficij valor iuxta taxam, quæ in libris cameræ
reperitur exprimitur, ſit ſatisfactum regulæ volen-
1 ti quòd fiat expreſsio ſecundum † communem æſti-
mationem, quamuis pro veritate de maiori valore
conſter, & ita in vna cauſa domi. Bar. de Petraſancta
fuit obtentum 1520. de menſe Ianuarij. ſed do. Mer-
curius de Vipera dicebat hoc procedere ante tem-
pus regulæ, ſed ex quo regula requirit quod fiat ſe-
cundum communem, non ſecundum taxam, non vi
debatur ſatisfieri, allegabat Fely. in cap. ad aures. de
reſcript. in prima concluſ. pro qua oppoſitione facit
quia à verbis regulæ non eſt recedendum. l. non ali-
ter. ff. de lega. iij. taxa non probat neceſſariò verum
valorem inſpecta communi æſtimatione, & conſe-
quenter de vno non infertur ad alium. l. non hoc. C.
vnde legiti. cap. in præſentia. eod. tit. & l. Papi. exuli.
ff. de mino. & tamen impetrans neceſsitatur à regu-
la ad communem æſtimationem, nihilominus, vt di-
cebam, ſine culpa eſt, & obediens qui ſequitur de-
ſcriptionem cancellariæ, & ſic puniri non debet. c.
cognoſcentes. de conſtitu. & ſicut excuſatur à dolo,
qui credidit vni boni viro, cui erat credendum. l. Ti-
tio. iuncta gloſ. ff. de condit. & demonſtr. & ad vnius
2 grauis perſonæ dictum impeditur † matrimonium
contrahendum. cap. cum in tua. de ſpon. & matri. &
accuſator qui habet vnum teſtem, de veritate excu-
ſatur à calumnia, vt dicit Bald. in l. iiij. de calumniato.
C. & plura ad id cumulat Felyn. in cap. ſuper his. de
accuſat. pen. & vlt. col. ita excuſandus eſt, qui deſcri-
3 ptioni papæ acquieuit, præcipuè quia valdè † diffi-
cile eſt valorem verum beneficiorum ſeu fructuum
ſcire, cùm nec teſtes deſuper deponentes probent,
niſi etiam non interrogati reddunt cauſam ſcientię,
ex quo iſtud ſcire percipitur ſenſu corporeo, vt tra-
ditur per Innoc. in cap. cum cauſam. de teſtib. & Bal.
in l. ſolã. C. eo. & Paul. de Caſt. in l. proprietatis. C. de
prob. ſatis itaque iuſtã habuit cauſam, quæ præſtet
immunitatẽ à pœna quando etiam beſtialis excuſat
4 † à dolo. l. igitur. §. poteſt. ff. de libe. cau. & Angel. in
l. plagij. C. ad l. fla. de plagia. vbi diſtinguit quomodo
hoc procedat. Item conſuetudo etiam non bona ex-
cuſat, vt not. in c. cum venerabilis. de conſuet. præ-
5 terea † qui ſoluit ſecundum taxam cameræ, rele-
uatur etiam ſi probet de minori valore, ſicut non co
6 gitur quis plus ſoluere pro annata quàm † ſit in ta-
xa, cum beneficium ſit maioris valoris: quia de plu-
ri camera non inquirit ſi in his taxatio inſpicitur, vi
detur regula interpretata eo modo quando fit ex-
preſsio, ſcilicet vt fiat vel fieri poſſet iuxta taxam ex
quo ſi in minori expreſsiſſet, omnino cogeretur ſa-
tisfacere prout in taxa, vt regula quoad taxata non
ſuſtulerit taxam, quia quòd non minatur. &c. l. ſan-
cimus. de teſtam. & l. præcipimus. in fi. C. de appel.
& ne inducatur correctio. l. vnica. C. de inoffi. dot. &
cap. cum expediat. de elect. in vj. & quia taxa cameræ
eſt in viridi obſeruantia, adde dictum Fely. in d. cap.
ad aures. dicas quòd non negat quin fieri poſſet ad
euitandum pœnam iuxta taxam in taxatis, & ſi ne-
garet, obſtarent prędicta. Item idem Fely. ſuper con-
cluſione xvj. in qua dicit quòd debet attendi com-
munis æſtimatio præſentis valoris non antiq. quam
ponit in d. cap. ad aures. vlt. col. & ſubiicit limitatio-
nem ad propoſitum niſi beneficium olim fuiſſet ta-
xatum, quia taxa ſemper durat, quamuis ſecundum
eum forte non operaretur quando eſſet taxatio per
viam decimæ & bene temperatè loquitur per ver-
bum fortè. vt not. glo. in l. ſi duo. de arbitr. & Bart. in
l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. v. col. pro ſoc. ff. ibi. &
ideo ſub dubio fortè dico cum etiã tentari poſsit, quod
ſufficiat expreſsio ſecundum taxam decimæ ſi ex-
tat † & ſi non eſſet facta, quòd fiat ſecundum quòd 7
communiter pro decima dari conſueuit ſi in curia
papæ vel in partibus vbi eſt ſitum beneficium ſoleat
tunc tantum dari communiter pro decima, & hoc
per fundamenta prædicta & attenta forma litera-
rum iuſtitiæ, quæ pauperibus conceduntur, dum in
eis dicitur ſi cum cura xl. ſi ſine cura xx. lib. turoneñ.
paruorum ſecundum taxationem decimæ, ſi taxa-
tum fuerit, vel ſi taxatum non fuerit, ſecundũ quòd
de illo pro decima huiuſmodi communiter perſolui
conſueuerit valorem annuum non excedãt, &c. dicit
tamen Mil. in verbo, gratia ſi impetretur in reper-
torio, quòd ſi expreſſa taxa decimæ, & in eo loco
non reperitur taxa decimæ, quòd vel gratia non va-
let, vel intelligitur ſecundum veram æſtimationem,
vt dicit Old. conſil. ccxxxij. ſed ſubiicit quòd Ioan.
Andr. plures opiniones referens aliter concludit in
additione Specul. ſuper rubric. de conceſ. præben.
vbi videndum erit. Dicit tamen à Rota deciſ. xlij. de
reſcript. in antiq. quòd ſi in prouiſione fiat mentio
communis valoris non inſpicitur taxa decimæ & ſi
fiat expreſsio ſecundum æſtimationem ſeu taxatio-
nem decimę tunc attẽditur taxa beneficij non com-
munis valor & nota quòd quantum ad valorem be-
neficij inſpicitur tempus datæ & impetrationis non
anterius vel poſterius. Oldr. conſil. lviij. quidam im-
petrauit, & latè Fely. in cap. eam te. col. pen. verſ. fal-
lit. v. de reſcript. ita etiam in contractibus tempus
contractus. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vend. cap. cum
cauſa. de teſti. c. cum dilecti. & ibi gl. de emp. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij neceſſario non probatur per arrendamentum.*
2 *Poſſeſsio non probatur per locationem.*
3 *Ignorantia in gratioſis non excuſat à ſurreptione.*
4 *Valor eſt pars gratiæ, ideo verè probandus.*
5 *Princeps debet eſſe alienus ab omni amaritudine & auaritia.*
6 *Solennitas non neceſſaria, ſi tamen attentatur & inepte an valeat actus, vide remiſsiuè.*
7 *Valor expreſſus ſecundum arrendamentum prædeceſſoris excuſat à pœna regula de exprimendo valore?*

DECISIO XX.

PLures etiam occurrerunt cauſæ, in quibus fuit
tentum, quòd ſi exprimatur valor ſecundum
æſtimationem † arrendamenti facti per proximum 1

prædec

prædeceſſorem ſeu eum qui ceſsit iſta credulitas
excuſat à pœna regulæ, de vero valore exprimendo:
& do. Iaco. Simonetta in cauſa quam habuit contra
domicilium de Glutiano, dum eſſet aduocatus con
ſiſtorialis, dixit ſuccubuiſſe ex eo ſolo ſundamen-
to, quòd aduerſarius probauit arrendatos fructus
per prædeceſſorem ad expreſſum valorem: pro hac
concluſione faciunt fundamenta proximæ deciſio-
nis, & iſta confert etiam ad illam. Item, quia proba-
biliter potuit credere impetrans, quòd vltimus re-
ctor non arrẽdaſſet pro minori pretio veræ æſtima-
tionis, cùm nemo præſumatur iactare ſuum. l. cum
de indebito. in princ. ff. de probat. & cap. ſuper hoc.
de renunciat. quamuis arrendamentum non probat
2 neceſſariò valorem ſicut nec locatio dominium † aut
poſſeſsionem. l. ad probationem. C. loca. & cap. inter
dilectos. in fi. cum ibi not. de fide inſtrum. & ita do.
Ioan. Andr. de Triuultiis ex votis omnium domi-
norum, vno excepto, iudicauit, & in ſecunda cauſa
pendet coram reuerendiſsimo domino Cardinali
3 Anchonitsno, coram quo allegatur † quòd igno-
rantia in gratioſis non excuſat à ſurreptione, cap.
conſtitutus. de reſcrip. & quòd ſola ſimplicitas ſine
dolo in iſtis nocet, vt dicit Felyn. in c. ad aures. eod.
4 ti. iij. col. Item quòd valor † eſt pars gratiæ quæ de-
bet vere probari & non poteſt prætendi iuſta igno-
rãtia quia debuit ſe informare prout hæc late pro-
ſequitur Felyn. in dicto cap. in verbo de expreſsio-
ne valoris & quòd arrendamentum verè non pro-
bat quibus pro ſententia videtur reſponſum ex de-
ductis in iſta & proxima deciſione & oſtẽſum quod
fuit iuxta credulitas non futura quæ debet ſuffi-
cere. Item non ſumus in terminis pœnæ nullitatis
gratiæ inductæ à iure cõmuni quo non eſt neceſſa-
ria expreſsio, ſecundum glo. in cle. j. de præben. quæ
hoc tenet, tam in valore beneficij obtenti. quàm ob-
tinendi, vt colligit Card. ibi, in princ. ſicut nec babe-
tur in quo caſu in requiſitis de iure admittatur ſine
præiudicio veritatis, quòd rigoroſè diſponunt iura
de ſimplicitate & ignorantia loquentia, ſed ad fu-
giendam pœnam regulæ quæ ſtrictam deſiderat in-
terpretationem. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. &
benignam intelligentiam. l. cum quidam. ff. de liber.
& poſthum. & cap. odia. de regul. iur. in vj. & l. inter-
pretatione. ff. de pœ. probabilis credulitas ſit ſuffi-
ciens remota ab omni dolo, aliàs difficile nimium
eſſet & quaſi impoſsibile, in breui tempore veram
habere valoris informationem, & beneficia diutius
carerent adminiſtratore, cum diſpendio eccleſiarum
& periculo animarum in hãbentibus curam, quòd
eſſe non debet, cap. ij. de conceſ. præben. & hinc eſt,
quòd diſpenſatur cum electis extra Italiam, vt ante
confirmationem impunè adminiſtrent, cap. nihil. de
elect. & vacare dicitur; licet prouiſum ſit quando
prouiſus adminiſtrare non poteſt, quia nondum ha
bet literas, vt dicit gloſ. in clem. j. de hæretic. ſaltem
de facto quando negligentia promiſsi imputari po-
teſt, vt tenet Hoſtienſ. in ſum. ne ſede vacan. §. quot
modis dicatur ſedes vacare? aut eſſet regula captio-
ſa, quæ laqueum pararet, & metu pœnæ conſtrin-
geret ad expreſsionem maioris valoris, & ſolutio-
nem maioris annate, ſi quis ſine mora vellet expe-
dire literas, ſeu ſtante etiam periculo alterius regu-
læ, quòd ſi literæ ſint expeditæ ad vnum valorem,
non poſsint aliæ ad maiorem expediri vigore eiuſ-
dem ſupplicationis habentis clauſulam, quòd valor
poſsit augeri: eſſet enim cauſa quòd gratia periret,
ſi eſſet expeditio facta ad minorem, contra cap. erit
autem. iiij. diſtin. & regulam c. cognoſcen. de cõſti. &
omnis amaritudo † & auaritia debet à principe eſſe 5
aliena. vt in l. vnica. § fin. C. de caduc. toll. & in auth.
de nupt. §. primæ ſiquidem. ibi. ne aliquo videamur
talia corripientes fiſci prouidere vtilitati. col. iiij. &
obligare quaſi ad impoſsibile contra. l. impoſsibi-
lium. de reg. iur. & l. fin. ff. quæ ſent. ſine app. reſcin.
& propter difficultatem facilis eſſet error, & quo-
dammodo vagaretur impetrans ſub incerto & qua-
ſi ſorti ſupponeretur an plus vel minus explicaret,
quod regulariter eſt prohibitum. c. fin. de ſortileg. &
ideo quæcunque probabilis credulitas aut taxatio-
nis in camera vel arrendamentorũ, ſeu forſan quòd
talis eſſet fama publica, vel antiqua aut moderna.
taxa etiam in partibus pro decima, facta dummodo
ſecundum communem æſtimationem ſufficere de-
bet ad euitandum pœnam regulæ: nam fama & alia
quæ ponit Bart. in l. celſus. de vſucap. ff. inducunt iu-
ſtum errorem & iuſtiſsimum, reſpectiuè etiam ad
vſucapiendum, & ſic ad acquirendum quod eſt
plus, & fama à dolo & calumnia excuſat, etiam in
caſu, de quo Oldr. conſil. cciiij. vbi videas. Item bo-
na fides, quæ cauſatur ex arrendamento prædeceſ-
ſorum, prout in ſimili not. gloſ. in cap. de quarta. &
ibi Abb. col. ij. de præſcr. quæ optimè & in fortiori-
bus terminis faciunt pro deciſione, & Rota, quæ
multum innititur æquitati exemplo legiſlatoris, in
l. quòd ſi epheſi. ff. de eo, quod cer. loc. in conſeruan-
dis gratiis, in quibus fiunt multæ expenſæ, & obti-
nentur cum ſudore, & ad vitandas pœnas, in dubio
& vbicunque poteſt, ſequitur iura dicentia rem in-
terpretari potius vt valeat, quàm vt pereat. l. quo-
ties. ff. de reb. dub. & cap. abbate. de verb. ſignifi. cum
ſimil. nimirum ſi etiam in hoc caſu æquitatem am-
plexa ſit, quando ea opus fuerit, non obſtat, quòd
quamuis de iure expreſsio non ſit neceſſaria, tamen
ſi exprimitur & falſo non valet impetratio, vt fir-
mat Felyn. in dicto cap. ad aures. ſecunda concluſ.
& iſtud eſt de iure communi, quia ſi non eſſet re-
gula, tunc imputandum eſſet ei, qui ſe aſtrinxiſſet
ad exprimendum. l. fideiuſſor. §. j. qui ſatiſd. cog. & l.
ij. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. & cap. cum in ve
teri. circa fin. de elect. quod tamen dependet à bro-
cardo illo, an & quando † ſolennitas non eſt neceſ- 6
ſaria, ſi tamen attentatur & ineptè vitiet vel non;
vt Fely. ait in cap. cum ordinem. de reſcri. & in d. ſe-
cunda concluſione, ſed poſtquam edita eſt regula
& obſeruatur talis culpa non eſt veriſimiliter aſcri-
benda, quin potius dicendum quòd cogente regula
expreſſus eſt valor, qui ſine ea fuiſſet omiſſus ſuper
quo videatur deci. Rotæ xix. in no. de præb. & Abb.
poſt Cardin. in cap. fin. ij. & iij. col. de præſumpt. &
Anch. conſil. ccxcv. incipien. pro clariori euidentia:
vbi firmat fortius quòd ſi omiſsio valoris non vitiat
nec ſuperflua expreſsio, licet falſa, per iura quæ ibi
adducit col. pen. & vlt. & ibidem, ac in conſ. cxxxviij.
de natura & efficacia; &c. loquitur quando gratia
eſt facta motu proprio, & ideo non curat de exceſſu
in modica quantitate, & in vna Mediolanen. paro-
chialis de Verdelo coram me de menſa Martij 1512.

7 pro Lud.de Brixianis †& cõtra archiepiſcopum Spa
laren.domini idem firmarunt, quòd ſufficerent ar-
rcodameota,quæ in facto duo erant producta.

Super regula de inſinuatione & publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Noua prouiſio ſupplet diligentys requiſitis per regulam in acceptantibus vigore gratiarum expectatiuarum.*

2 *Expectanti an rectè dicatur ius eſſe quęſitum ante lapſum trimestris?*

3 *Mentio de actu eliſibili, vel nullo, neceſſaria non exiſtit.*

4 *Dominium in prophanis ex pluribus cauſis in ſimul concurrentibus haberi poteſt.*

5 *Tituli in beneficialibus multiplicari poſſunt, non ad effectum conſequendi ius ex varys cauſis, ſed vt ex illis poſsit ſe defendere.*

6 *Dominium ex pluribus cauſis acquiri non poteſt.*

7 *Beneficium ſuum facit expectans ex noua prouiſione, quando publicare omiſit.*

8 *Lex dicitur eſſe certa de eo quod poteſt eſſe certus homo non de eo quòd ſoli Deo.*

9 *Ius in re in illis ſpiritualibus ex ſolo titulo etiam abſque traditione acquiritur, ſtante conſenſu.*

10 *Impetrans an mentionem facere teneatur de futuris habitibus merè contingenter ſe adeſſe & no eſſe.*

11 *Noua prouiſio æquipollet diligentys.*

DECISIO XXI.

QVidam habens inferius decretum in vna cauſa Coroſopiten.coram d.Bar.de Petraſan. deduxerat acceptationem & prouiſionẽ in parochiali vigore gratiæ expectatiuæ, & obiiciebat fortior in decreto,quod non publicauerat dãdo de regula de inſinuatione & publicatione, de qua fortior retorquebat contra debiliorem, debilior dabat nouá prouiſionem, cum qua adducebat aliam regulã de pluribus expectantibus ad eandem eccleſia,quæ ſolet allegari de iure accreſcẽdo,vel non decreſcendo inter acceptantes, quorum ſuperior deficit in publicatione, fortior dicebat non ſufficere nouam prouiſionẽ quę venit poſt ſuam acceptationẽ & prouiſionem & ſic poſt ius in re quæſitũ.c.ſi.in ſi.de conceſ. præbend.in vj.quãuis amiſsibile ſi in tempore non publicaret.c.cõmiſſa.c.quam ſic.de elect.& c.ſi tibi abſenti.de præb.eo.ti. vnde obſtabat plenitudo & q alteri valdè cõferri non poterat.c.quãuis. de reſcri. eo.lib.& d.c.ſi tibi abſenti.in ſi. & faciũt no.Io.An. & Phil.Fran.in c.ſi quo poſtquam.de præb.eo.lib.& clauſulã in quibuſcunq; prouiſionibus poni ſolitã, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui alteri ius quęſitum, Item quia decretum expectatiuę ipſius ligabat etiam Papam.c.pen.eod.titu.& lib.ibi. Lap.& Do.ideo petebat abſolui,quia poſsidebat.l.locet corpus.§.pen.ff.ſi ſeruit.vendi.& l.ſi. C.de rei ven. & huic opinioni adhærebat vna pars dominorum:
1 ſed maior volebat † nouam prouiſionem valere, pro quo fuit allegatũ conſil.Lud.Ro,ccccxxxiij.vlt.col. in ſi.ſecundæ quæſtionis.ſic quòd per regulas prædictas de publicando, & de iure accreſcendo inducebatur ſecundum quoſdam fictio, & per quã declarabatur non & prius fuiſſet ius quæſitum ex dictis duobus,vel ſi neutri eſſet quæſitum, cum apud rerum naturã iſtud certum eſſet.l.cum ad præſens. ſi cer.pet.& l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acq. hære.quamuis nobis incognitum, qui † ante lapſum 2
trimeſtris.dicere nõ poſsimus rectè quòd alicui eſſet ius quęſitum,& propterea non ſecuta declaratione ob defectum publicationis,nulli fuerat ius quęſitũ, & conſequenter noua prouiſio valuerat,quia beneficium non erat plenum, & hoc certũ legi,ſicut naturę erat:ideo noua prouiſio impedimẽtum non habebat,nec mentionem iuris alicuius, quod non extabat requirebat,vel derogationẽ,&quòd per iſtam rationem tollebantur contraria,&quidam ex dominis in hoc magis ponderabant regulam de publicanda acceptatione,quaſi ipſa reſolueret annullando omnia ab initio, ita quòd poſt finem trium menſium declararetur,& cõſtaret nullum ius fuiſſe quæſitum fortiori, de quo debuerit in noua prouiſione fieri mentio & quòd ſtãte hac fictione,reſpiciente retro,non fuerat in pendulo prouiſio fortioris, quin potius ab initio nulla, & eo modo non obſt.c.ij.de elect.& regula,actus legitimi.de regu.iur.in vj. & ff.
Item quòd † de actu elidibili vel nullo, non eſt ne- 3
ceſſaria mentio,gl.in c.nonnulli. de reſcrip. & in c. j.de lit.conte.in vj.& plura cumulat Fely.in c.ex tenore.de reſcri.in verb.de reſcripto.ſed cõſ.Lud.non facit pro deciſione, cùm tãtùm dicat, quòd beneficium meũ reuocabiliter vel futurũ meum ſub conditione,ſi publicauero in termino,& tunc irreuocabiliter poſſum pendente publicationis conditione, facere meum,ex noua prouiſione à ſimili eius quod dicitur in l.cui res.de act.empt.& in l.fundo. ff.ad leg. Falcid.iuncta declaratione Bart.ibi poſt glo.& dicta etiam in l.iij.§.ex pluribus.de acqui.poſſeſ.ff.† quòd 4
dominium in prophanis poteſt haberi ex pluribus cauſis ſimul concurrẽtibus, & quòd valet legatum factum purè eius quod eſt debitum ſub conditione, ſed per hoc non probatur quòd ſatisfiat regulæ quę requirit pro forma publicationem:vnde ſaltem fortiori poſſeſſori abſolutoria non debet negari.Nam id
clarius procedit in † beneficialibus,in quibus poteſt 5
multiplicari titulus.c.poſt electionem. in verb.proceſſu verò temporis.de conceſ.præb.cui concor.c.ij. de arbit.vbi capellaniam habuerit vnus à duobus ad minus ex confirmatione: & ibi not. Abb. quòd ad cautelam poteſt quis ſibi procurare plures collationes ſeu inſtitutiones beneficij, nec per ſecũdam videtur renunciare primæ, & hoc eſt tutũ cum dubitatur de validitate primæ, & in c.veniens.iiij.col.de
præſcript.dicit, quòd quamuis dominium † ex plu- 6
ribus cauſis nequeat acquiri,poteſt tamen pro cautela quis varios cumulare titulos, non ad effectum conſequendi ius ex variis cauſis, ſed vt ex illis poſſit ſe defendere, licet enim vti pluribus defenſionibus,regula,nullus pluribus.de re. iu.in vj.not.Abb. in d.c.poſt electionem.& Goffr.in ſum. de præſcrip.j.
col.ex noua † igitur prouiſione bene fiet ſuum be- 7
neficium, etiam ſi omittas publicare, dummodo non concurrat cum fortiori in decreto, qui ipſum vincat publicando, vel qui hoc publicatione poſſidet,vt in caſu iſto,et illud quod non ſecuta declaratione defectu publicationis nulli fuit ius quæſitum,& intrauit noua prouiſio ſine impedimento, reſpondeo non eſſe verum aliquo reſpectu, quia aut
conſideramus certitudinem legis † & naturæ de 8
præſenti: quæ eſt certa de eo quòd eſt,vt d.l.quidã.

§.ſuum.

§. ſuum. non autem eſt certa , de eo , quòd futurum
eſt, quia prout ibi inquit Bart. certa eſt de omni eo,
de quo poteſt eſſe certus homo, non de eo quòd ſo-
li Deo eſt certum hinc eſt quòd non eſt certa quā-
do aliquid pendet ex futuro euentu, cum illud ſciat
ſolus Deus. c. nouit. de iudi. & tali caſu lex non eſſet
certa an fortior publicaret vel non , ſed bene quòd
tempore nouæ prouiſionis fortior habebat ius ple-
num ad rem & in re, & ſic per alium non impetra-
bile, aut reſpicimus legem de præſenti eſſe certam
de eo quo euenire poteſt , vt quod eſt certum natu-
ræ, ſit certum legi , vt l. ſed & ſi reſtituatur. §. fin. de
iud. & l. ſi pater. ff. de ſol. cum ibi not. prout de atten
tatis dicit Abb. in c. ſuper quæſtionum. §. fin. de offi.
dele. quòd apud nos pendent ex futuro euentu, qui
ignoramus an appellatio fuerit legitima necne , ſed
apud ipſum ius ſtatim ſunt nulla vel valida, & idem
ait de excommunicatione poſt appellationem , an
teneat vel non, in c. paſtoralis. in prin. iij. col. de app.
& ſic ſciret & inſpiceret tempore nouæ prouiſionis
deſtructionem iuris habentis fortius decretum , &
poteſt primò dici id procedere quādo inſpicitur fu
turus euētus antequam veniat , reſpectu probatio-
nis faciendę ſuper re iam facta, vt in caſibus, de qui-
bus per Abb. & ſimilib. ex quo lex & natura certa
ſunt, iam eſt in eſſe producta, & in terū natura , ſed
apud homines detegitur quando probatur quomo-
do erat, non autem reſpectu rei producendæ in eſſe
ſecundum intelligentiam ad d. §. ſuum, & etiam tali
reſpectu lex non eſſet certa, ex eo, quòd tēpore no-
uæ prouiſionis non erat aliquid poſitiuè aut nega-
tiuè de publicatione, & ſoli Deo notū an publicaret
vel non. ſecundò eſto propter aliquem iuris effectū,
quòd quādoq; lex reſpiceret de præſenti ad id quod
nondum exiſtit in rerum natura, & producendū eſt
id eſſe de nouo non reſpectu ſolius probationis, om
nino in caſu de quo agitur certitudo non procede-
ret hunc effectum, quia contrariū voluit canon d. c.
ſi tibi abſenti. vbi poſt collationē factam abſenti al-
teri, non poteſt conferri beneficium etiā antequam
abſens conſentiat exiſtens in termino, quod eſt for
tius, ex quo adhuc dicitur beneficiū vacare, quam-
uis non ſit libera diſpoſitio eius, ſecundum Io. Andr.
ibi, & Oldr. conſ. lvij & Abb. in c. accedens. de pręb.
col. j. in caſu quo confertur abſenti nulla perſona
mediante, vt nihil acquiratur abſenti per talem col
lationem, nec poſſumus dicere beneficiū eſſe ſuum,
antequam acceptet, licet conferens nequeat retro-
cedere à collatione, donec abſens declarauerit ani-
mum ſuum, quia functus eſt officio ſuo in eligendo
abſentem, poſt acceptationē autem & conſenſum al
teri nullo modo poteſt prouideri, vt in fi. d. cap. quia
9 ſtante † conſenſu in ipſis ſpiritualibus ex ſolo titu.
acquiritur ius in re , etiam abſque traditione, vt
dicit idem Abb. in c. inter cætera. de præb. & ius ple
num in beneficio ex collatione ſeu ſola inſtitutione,
d. c. fi. de conceſ. præb. & Abb. in c. quòd autem. & c.
nobis. ij. col. de iure patr. & ſi dicatur quòd ideò eſt
in caſu d. cap. ſi tibi. quia eſt functus officio ſuo , &
quòd non eſt ius quæſitum, & vacat beneficium vt
ſuprà, & quòd poſt cōſenſum abſentis & accepta-
tionem: ideò non poteſt alteri cōferri , quia non eſt
amiſſibile vlterius & irreuocabiliter eſt quæſitum,
reſpōde quòd à fortiori facit ad propoſitū, & quādo
non faceret eſt caſus rotundus in ſimili in d. c. com-
miſſa. in prin. de elec. eo. lib. cui non cadit reſpōſum
aut volumus dicere quòd apud nos ſit incertum de
publicatione futura, vel non publicatione. & ex hoc
non ſequitur quin ius ſit quæſitum in re, & plenum
per prouiſionē, cum id operetur diſpoſitio iuris. &
nihil faciat vel ſcientia vel ignorantia debilioris in
decreto, qui ſi ſciat prouiſionē fortioris eā ignorare
non poteſt, & ſi neſciat ignorantia à ſurreptione no
uæ prouiſionis non excuſat. c. conſtitutus. de reſcri.
quoniam in iſtis nocet ſimplicitas , quia debet quis
quærere, an alteri ſit prouiſum, ſecundum Fely. in c.
ad aures. iij. col. eod. tit. præſentia enim & præterita
debuerunt conſiderari ab impetrante, non futura,
quæ diuinare non poteſt nec cogitur. l. ſi putator. in
fi. ff. ad l. Aquil. & cap. vnico. vt eccleſ. benef. ſine di.
confer. nam † de futuris habētibus ſe ad eſſe & non 10
eſſe merè contingenter, non eſt opus in impetratio-
ne mentionem facere, vt inquit Fely. col. vij in c. in
noſtra. de reſcri. & quòd eſt conſideratum de fictio-
ne regulæ de publicandis, non eſt verum, cum non
fingat nec reſoluat annullando acceptationem &
prouiſionem, vt à principio, ſed ſtatim poſt tempus
publicandi & nō ante. fuit ergo plenitudo iuris vſq;
ad effectum publicationis abſque pendulitate, alias
diceremus contra ſequentem deciſionem , in qua
fuit obtentum non valere impetrationem tertij poſt
acceptationem & prouiſionem acceptantis ante la-
pſum terminum ad publicandū, etiam ſi expectans
in publicatione deficiat, & ibi lucebunt hæc clarius
non ob. etiam quòd de iure elidibili nō fuit neceſ-
ſaria mentio quia ex prædictis eſt reſponſum, & il-
lud intelligitur quando poteſt elidi tempore gratiæ.
at hic tempore nouę promiſſionis ſtabat firma pro-
uiſio, licet reſolubile, vt eſt dictum , ex quibus om-
nibus ſubſiſtunt fundamēta contra concluſionem;
quæ nihilominus poteſt ſaluari hoc ſolo fundamen
to, vt dicamus quòd noua † prouiſio æquipolleat pu 11
blicationi, & tunc non dicemus quòd valeat vt pro-
uiſio, ex quo inuenit ius plenum in habente ſupe-
rius decretum, quia obſtarēt prædicta, ſed tanquam
publicatio , vel habens vim publicationis , & cum
regula de iure accreſcendo debilior vincet fortio-
rem, & ceſſabunt alia motiua ſuper quo, & an ſit ve-
rum, quia variæ fuere interpretationes, vt audio,
antiquorum dominorum, quomodo æquipolleat vel
veniat, videatur alia deciſio, incipiens, pluries fuit
diſputatum , quòd noua prouiſio ſupplet diligen-
tias vel defectum diligentiarum, cum ibi. quemad-
modum hic plura dici poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Expectantes vel publicare, vel nouam prouiſionem, qua defectū diligentiarum ſupplet facere tenētur.*
2 *Publicatio acceptationis qua ratione fieri mandatur?*
3 *Acceptans ſi habet nouam prouiſionem, capit beneficium abſque publicatione, & tunc noua prouiſio, & non expectatiua canonizanda venit.*
4 *Expectans habens nouam prouiſionem cum fortiori decreto, ſi concurrat cum alio expectante, qui publicauit, quis ſit præferendus?*
5 *Teſtamentum coram principe factum & publicatum, omnem ſolennitatem habere cenſetur.*

6 *Noua prouiſio æquipollet publicationi.*
7 *Acceptans licet habeat nouam prouiſionem, ad maiorem tamen cautelam acceptationem & prouiſionem publicare non deſinat.*

DECISIO XXII.

PLuries fuit diſputatum in cauſa Vlterana beneficij coram do. Nicolao de Spinoſa, an noua
prouiſio habet vim publicationis, & vna pars domi-
1 norum † tenebat quòd non, quia pro forma certis
loco & tempore requiritur publicatio, quæ eſt ſer-
uanda. c. cum dilecta. de reſcript. & non æquipollet
noua prouiſio publicationi, cum hoc regula non di
cat, nec nos debemus dicere. c. ad audiētiam. de deci.
& l. illam. C. de collat. neque ad arg. iurium conſimi-
lium argui poteſt, quòd videatur ſufficere publicare
per æquipollens, vel quando non poteſt fieri for-
maliter, vt ſit ſatis quòd fiat prout fieri poteſt, vt
inquit Lud. Rom. conſ. cccc xxxiij. in j. q. allegando
ad hoc c. ſtatuimus. de offi. deleg. c. vbi periculum. §.
porrò. de elect. in vj. & clem. cauſam. vet. vetum. de
elect. & in clemen. j. de fo. compet. ac vnica de con-
ceſ. præben. iuncta gl. ſuper verbo, loco. & l. in cau-
ſis. de re. iu. & l. j. §. ſed & ariſto. ff. quod vi aut clam.
quoniam ibi eſt quia ſatisfit menti conſtitutionis, &
tantum eſt, quātum ſi verbis ſatisfieret, & poteſt ve-
riſimiliter deuenire ad notitiam illius, cui lex vo-
luit, & aliàs excuſat impedimentū, vt declarat Lud.
in d. conſ. in ſingulis caſibus. at in caſu iſto nullum
eſt impedimentum ad publicādum, nec per nouam
prouiſionem, in qua ſolum fit ſupplicatio, peruenit
veriſimiliter ad notitiam ordinarij & aliorū. & con-
ſequenter non ſatisfacit expectans menti regulæ,
cum noua prouiſione, ex quo duplici ratione man-
2 datur fieri publicatio † acceptationis, ſecundū Lud.
in d. conſil. vt acceptatio ordinario collatori ſit no-
ta, ne contingat aliàs ordinarium impeditum pro-
prio iure conferre, & detur eo modo materia liti-
gandi expectatiuo & prouiſo ab ordinario. ſecundò
vt per publicationem innoteſcat omnibus ius com-
petere, vel non publicanti, ne in vanum deſuper la-
borent, quod eſt idem cum prima ratione, & ſub vna
totum poteſt contineri, noua nanque prouiſio in cu
ria obtinetur non in partibus, vnde exiſtentibus in
loco beneficij eſt penitus incognita, & licet per cu-
riales poſsit fieri in curia publicatio, iſtud tamen
præcipitur fieri in audientia contradictarum legen
do alta voce, hora, qua curialium multitudo adeſt,
taliter quòd tranſit in notitiam veriſimiliter quòd
non ſequitur ex noua prouiſione paucis cognita, &
quæ ſecreto poteſt procurari & doloſè poſt aliquot
menſes regiſtrari, ne habeatur notitia ſi impetrans
eam non redimat in regiſtro, neq; regiſtrari procu-
ret, non obſt. quòd Ludo. in d. conſil. firmat, in ij. q.
quia iſtud non dicit vt videatur ſatisfactū publica-
tioni, ſed quòd durante termino ad publicādum poteſt
obtineri beneficiū vigore nouæ prouiſionis, & non
inconuenit quòd petatur purificatio ex duplici cau
ſa, quinimo permiſſa eſt cumulatio titulorum in be-
neficialibus, vt in c. poſt ele. de conceſ. præb. & cap.
ij. de arbitr. & vbique Abb. & eſt vtile ſicut legatum
purum rei, quæ erat debita ſub conditione, vt in l.
cui res. de act. empt. & vendi. & l. fundo. ad l. falci. &
Bar. in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acq. poſſeſ. poſt glo. &
prout latius in ſuperiori deciſ. incipiente, quidam
deduxit. vbi videas. & do. Domi. de Iacob. qui hanc
partem cum tribus aliis defendebat, aſſerebat fuiſ-
ſe bene tentum quòd acceptans ſine † publicatione 3
capiebat beneficium cum noua prouiſione, & quòd
noua prouiſio debebat canonizari non expectatiua
cum acceptatione & prouiſione, quod puto verum
ex prædictis, ex quibus infertur quòd ſi concurre-
ret † expectans habēs nouam prouiſionem cum alio 4
expectante habente inferius decretum & publican-
te, nihil haberet vt vinceretur ab illo propter regu-
lam de iure accreſcendo, cui regulæ papa non dero
gat in noua prouiſione, & hoc ſuppoſito deſtruere-
tur in totū, prædicta deciſio ſuprà proximè allegata
non eſſet vera etiam ſecundum vltimum fundamen
tum, ibi, nec huic intelligentiæ refragatur. l. omniū.
C. de teſta. vbi factio † & publicatio teſtamēti coram 5
principe habet omnem formam & ſolennitatem, vt
idem ſit in noua ſupplicatione porrecta principi, &
prouiſione, quæ fit à principe. in qua dicitur, quòd du-
bitat expectans acceptationē & prouiſionē viribus
non ſubſiſtere, & petit de nouo prouideri, quia præ-
ſentia principis excludit omnem ſuſpitionē & ſup-
plet quancunq; ſolennitatem, vt in tex. d. l. ſed non
in propoſito efficit quòd ordinario & aliis qui poſ-
ſent fraudari innoteſcat, quod requirit regula quæ
non fuit contēta vt ipſi principi innoteſceret, & at-
tenta ratione regulæ, quæ gubernat legem. l. cum pa
ter. §. dulciſ. ff. de leg. ij. etiam cōiecturata dicit Abb.
in c. fin. v. col. de iureiur. & in c. ij. requiris. in prin. de
appel. facile eſt reſpondere aliis articulis, quę in con
trarium fierent, ſed maior pars, hoc eſt domini quin
que contra, vt † æquipolleat publicationi, per d. cōſ. 6
Lud. Item quia maiores vt dicebatur, ita obſeruaue-
rant, & à tali interpretatione non erat recedendum.
l. minimè. ff. de legib. maximè quia ſub ſecuritate &
fiducia huiuſmodi interpretationis, tenendo nunc
contra eam repetirentur multi decepti, quòd non
erat æquum. Quid tenuerint antiqui, & an variaue-
rint, dicant antiquiores necne, hoc vnum eſt quod
hodie quinq; ex dominis firmiter tenent, quod non
æquipolleat, inter quos ego ex præmiſsis, licet alij
contra, & ex mutatione auditorum contingens eſt,
quòd negatiua magis placere poſſet: ideo † vnuſ- 7
quiſque cautus non deſinat publicare, nec firmiter
in noua prouiſione confidat.

SVMMARIVM.

1 *Noua prouiſio æquipollet nedum publicationi & inſinuationi, verumetiam quo ad tertiam partem de vocando poſſeſſorem infra annum.*
2 *Noua prouiſio ſupplet omnes diligentias quo ad omnes partes regulæ, poſt acceptationē & prouiſionem.*

DECISIO XXIII.

SI detur quòd ſit verū ſeu ita ſeruetur quòd no-
ua prouiſio æquipolleat publicationi, dubitabāt
in vna Hiſpalen. ca. & præb. quæ coram me pēdebat
de menſe Maij 1523. an noua prouiſio etiam æquipol
leret tertiæ parti dictæ regulæ de inſinuatione & pu
blicatione, videlicet de intimatione fienda poſſeſ- 1
ſori, vel de citando eo iudicialiter infra annū, & di-
xerūt domini quòd ſic, & quòd ita fuerat obſerua-
tum omni tempore, quo fuit tentum nouam proui-
ſionē valere pro publicatione acceptationis & pro-
uiſionis: mihi videbatur durum vtrunq;, ſed dato &

præſuppoſito pro vero oon debebat extendi ioter-
pretatio vltra caſum publicationis, arg.l.in agris. ff.
de acq.rer.do.& c.j.de ſepul.maximè quia nec ratio
reg.id patitur,nec verba:vt etiã oſteoſum eſt in pro-
ximis deciſ. Tamen poteſt dici interpretatam fuiſſe
2 †nouam prouiſionem,vt ſuppleat diligẽtias,vel pro
diligentiis dictæ reg. quo ad omnes diligentias, &
partes poſt acceptationem & prouiſionem,noo quo
ad vnam tantum vel data veritate ſuppoſiti, quòd
impoſsibile eſſet intimare publicatiooem, quæ non
eſt formalis.l.impoſsibilium.de re.iur.ff.licet ex ad-
uerſo dixerim,quòd debuiſſet publicari & intimari
ipſa nooa prouiſio eadem facilitate, & qoòd aliàs
poſſeſſori oon ſatisfit, nec regulæ cootemplata eius
ratione, vt ſic ſaltem ſatisfieret, quòd melius eſſet,
& poſſet ſuſtineri deciſio in vtroque capite.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta tertio de beneficio acceptato per ex-
pectantem infra tempus datũ ad publicãdum nõ va
let, quãuis expectãs in publicatione poſtea deficiat.*

2 *Clauſula in qualibet prouiſione apponi ſolita, dum-
modo non ſit alteri ius quæſitum, de quo iure intelli-
gatur? & num.5.*

3 *Ius in re plenum, licet reſolubile, non poteſt alteri
conferri ante reſolutionem.*

4 *Delegatus ſub conditione ante euentum conditio-
nis effectualem iuriſdictionem non habet.*

6 *Expectans poſt acceptationem & prouiſionem, ius
purum & perfectum habet, licet amiſsibile, ſi non
fiat publicatio.*

7 *Regula de publicandis, an annullet acceptationem
& prouiſionem factam per expectantem ab initio;
ac ſi facta non eſſet, non publicauerit, vel ſolum poſt
finitum tempus.*

8 *Regula de iure accreſcendo procedit tantum in con
curſu expectantium.*

DECISIO XXIIII.

DVbium concurrit in vna Palentina beneficij
coram do, Pa.de Capiſuchis 1519. an valeret
1 prouiſio facta † tertio de beneficio ꝙ expectans ac-
ceptauerat & prouideri obtinuerat, ſi poſtea in pu-
blicatione deficiat. Et quidam ex domiois teoebant
valere, dicẽtes quòd ius quod eſt io pendenti, quale
videtur eſſe expectanti propter reg. de publicandis
noo impedit collationẽ fieri tertio. Caſus eſt, vt in-
quit Lod.Ro.conſ.celvj.io c.ſi pro te. de reſcri.in vj.
2 & in cle.j.de conce.præb.ſecuodum † quem noo ob:
clauſula, dummodo alteri noo ſit ius quęſitum, quia
iotelligit papa de iure perpetuo duraturo, nõ autem
4 de non duraturo, arg.l.qui concubinã.§.cum ita.clé,
ij.de leg.iij.& l.pro parte. §.verſum.ff.de in rem ver.
Itẽm de iure conditionali & exiſtenti io pendenti.l:
ſi ita ſcripſiſſet. de legat. ij. & l. Paulo Calimacho.§.
pomponius. ff.de leg.iij.alij contra, cum quibus ego
3 hoc ſolido fuodamento, quòd ius † in re plenum, &
ſi poſſet reſolui, non eſt alteri conferibile ante reſo-
lutionem, vt io c.commiſſa.in prin.de elec.& c.ſi ti-
bi abſenti.de pręb.io vj. Et hinc eſt quòd in qualibet
prouiſione ponitur clauſula pręſeruatiua iuris quę-
ſiti, ooo obſt.conſ.Lud. qoia loquitur de iure peo-
denti conditionali, oon de pleno, & iam perfecto, pa
tet ex d.c.ſi pro te. & d.clem.j.in prine, vt intelliga-
tur iuxta quotas quas allegat l.imperator.de in diem
adie.& Bar.in l.noo ſolùm.§.ſi liberatioois. ff.de lib.
lega.ibi enim prooiſio fiebat ſub conditiooe, & con
ditio nihil potuit in eſſe.vt io dictis iuribus, & §.ex
cooditionali.ioſti.de ver.oblig.& c.j. in fi. de ſponſ.
& matri.in vj.cum ſi.vnde ante exiſtẽtiam conditio-
nis nullũ ius etiam ad rem eſt quæſitum, ſicut nec
delegatus † ſub conditione habet iuriſdictionem ef 4
fectualem ante eoentum conditionis: d.Card.io d.
elem.j.x.q.& conſequenter ſequens pruuiſio ſubin-
trauit, quia noo inuenit impedimeotũ. ſecus in pro
oiſione ioris in re plena, quãuis reuocabili. Nec eſt
verum quòd clauſula † præſeruatiua intelligatur de 5
iure perpetuo duraturo, quia ob. d.c.commiſſa.cum
ſi. vel procedat in tali iure, quaodo eſt in poteſtate
prouiſi perpetuare, vt hic, publicando etiam in d.c.
commiſſa. ſuſcipiendo in termioo ſacros ordioes
requiſitos, & ita de cæteris, ſecus ſi peoderet à pote-
ſtate tertij, vel à caſu, prout in condiõonali ſentit
Dominic.in d.c.ſi pro te. aliàs cum moltis modis pri
oatio beneficiorum ipſo iure inducatur, & annulla-
tio iuris, vt in extraua.execrabilis. & in c. de multa.
de præb.& c.cum in cunctis. §.com verò. de electio.
cum infinitis aliis, niſi aliquid fiat, ſequeretur quòd
ante priuatiooem, ſeu reſolutionem iuris quęſiti eſ-
ſent impetrabilia & cõferibilia, & eodem tempore
idem ius & beneficium reperiretur apud duos, con
tra l.iij.§.ex pluribus.ff.de acq.poſ. Item poſt accepta
tionem † & prouiſionem ios purũ eſt, quamuis amiſ 6
ſibile, ſi non fiat publicatio, & huiuſmodi incertitu-
do publicationis non facit, qoòd iorerea ſit condi-
tionalis prouiſio, cùm, vt eſt dictũ, natura propria
conditionis ſit, quòd nihil exiſtere ſupponat, & ſe
habeat ad eſſe & non eſſe de futuro, non de præte-
rito aut de præſenti. l. cum ad præſens. cum ſeq. ſi
cer.pet.& tradit Bar.in l.j. ff.de cond.& demon. nec
eſſe dicitur in peodenti, quio ſit valida, plena, & per
fecta.c.ſi.io ſi.de conceſ.præb.io vj.& eſt deductum
in proxima deciſ.nec debet eſſe collatio pẽdula, ad
c.ij.de elect.cod.lib.& regolã actus legitimi. de reg.
iur.ff.& io vj. quaotuncunque ex varus cauſis iura
inducant priuationem ante amiſsionem beneficio-
rum, etiam quo ad ius in re acquiſitũ io eis, ſi quid
fiat, vt in hæretico.c.quo iure.cum glo.viij.diſt.& c.
ij.de hęret.in vj.vel ſi quid nõ fiat, vt in caſu ooſtro,
& ſimilib. & tameo ante talem euentum oon eſt ius
pendens, & per hæc eſt reſponſum ad iura addocta
per Lud. quæ etiam procedunt io materia diuerſiſ-
ſima à noſtra, & in diſpoſitione cooditiooali, & non
oſtendunt in aliquo concluſionem, neq; Lud. cõtra-
dicit, & pro cooclũſione conferunt deducta in ſupe
riori deciſ. quam duobus dubitãtibus alij tenueront
inſpecta diſpoſitione iuris communis. Verum fuit
etiam dubitatum, † ounquid ſaltem regula de publi 7
candis, quæ annullat omnia, reſolueret, vt ab initio
nullam fingendo, perinde nõ valuiſſe, ac ſi facta non
eſſet, quo caſu prouiſio tertij non repetiſſet obſta-
culum: & propter fictionẽ etiam non fuiſſet in pen-
dulo prouiſio acceptãdi, vel ſolum annullet poſt in-
curſum: itaque nulla inducatur fictio, & interim ius
fuerat plenum, de quo debuerit fieri mentio, & ple-
nitudo impediuerit impetrationem futuram: & ali-
qui ex dominis dicebant, ꝙ reſpiciebat retro, quia
paria ſuot dicere nullius ſint momeoti, vel habean-
tur pro infectis, ſed in ſecundo lex annullatur ex
tunc, oon vt ex nunc, vt dicit gl. oot.in cle.vnica, de

immun. eccleſ. ergo à principio omnia finguntur nulla, & nunquam fuiſſe, nec impedimentum præſtitiſſe, ſed maior pars contra, cũ qua concurri, ponderando verba regulæ, quæ habet tria decreta, primum quòd acceptatio fiat infra menſem, idem & prouiſio, alioquin lapſo dicto mẽſe ſint caſſa & irrita, ergo poſt lapſum termini annullat non retro nec ante, & medio tẽpore ſunt valida & perfecta. Secundum ꝙ publicatio fiat infra tres menſes, aliàs gratiæ ſint nullæ, cum inde ſecutis. Tertiũ quòd intimetur poſſeſſoribus, ſi qui ſint tunc, alioquin à die quo intruſi fuerint intra annum, vel iudicialiter experiri teneatur, alioquin ſi poſtmodum expectantibus in beneficiis ius competiiſſe conſtiterit, gratiæ necnon acceptationes & prouiſiones nullius ſint roboris vel momenti. Subiungitur in fine, quòd ſi acceptantes in præmiſsis defecerint, locorum ordinarij, perinde poſt præfatos mẽſes de beneficiis prouidere poſſint, ac ſi gratiæ prædictæ etiam cum decretu nullatenus emanaſſent, hoc declarat, quòd poſt tempus in quolibet decreto annullentur præcedentia, ex nunc non prius, & quãuis nõ dicat de ſeipſo, papa tamẽ oſtendit nolle annullare à principio fingendo, quia valdè, ſi ita eſſent, prouidiſſent antea ordinarij, & ideò ex primo decreto reſultant, per quod ſequentia declarantur. l. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. j. & quia non eſt ratio quòd in primo poſt lapſum tempus & in aliis antea ſit inducta nullitas, ergo, &c. l. à ratio. ff. de verb. obli. quinimò maior quòd in primo retro ab initio, ex quo iuuatur tex. d. cle. j. §. ſecus. de conceſ. præb. & ex quo in eo voluit minus dicendũ quã in aliis voluerit, quia dixiſſet ſi aliter quã in primo voluiſſet. l. j. § ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol. & c. ad audientiam. de deci. & ſi interrogaretur, an idẽ in ſequẽtibus, veriſimiliter ex prædictis reſponderet quòd ſic: ergo habeatur pro expreſſo. l. tale pactum. §. fi. & ibi not. ff. de pact. & per præmiſſa eſt reſponſum ad glo. d. cle. j. de immu. eccl. ex quo regula reſoluit & annullat poſt terminum non antea: neq;
8 deciſioni ob. regula † de iure accreſcendo. quia procedit tantùm in concurſu expectantium, & ſucceſſiuè in ſimilibus deciſio fuit obſeruata.

S V M M A R I V M.

1 *Reſeruatarius & quilibet alius habens gratiam ad vacatura cum tempore ad acceptandum, tenetur ſicut expectans publicare.*

2 *Regula de publican. habet locum in reſeruatione & vnione, etiam ſi reſeruatio & vnio habeat clauſulam prouiſionis ex nunc prout ex tunc.*

3 *Tempus ad publicandũ quomodo computari debeat?*

DECISIO XXV.

FIrmum eſt hoc quòd dicta regula de inſinuatione & publicatione procedit in reſeruatione &
1 vnione, † ac aliis gratiis, quibus apponitur tempus ad acceptandũ, quia quamuis non ſint propriè expectatiuæ de quibus regula edicit, ſeu in aliqua differat, tam in nomine, quàm forma. l. ſi idem. C. de codi. & gl. in cle. j. de conceſ. præben. dicitur tamen pinguis expectatiua quælibet talis gratia, & eſt eadem ratio quæ in mera expectatiua propter tempus ad acceptandum, è quo ſumitur ratio regulæ, ergo eadem diſpoſitio. l. illud. ff. ad le. Aquilia in vna Brixien. coram do. Io. Ant. de Triuult. poſt multas, aliàs fuit concluſum de menſe Aprilis 1521. in qua etiam
deciſum, quòd non obſtaret ſi reſeruatio † aut vnio 2
haberet clauſulã prouiſionis ex nũc prout ex tunc, quaſi non poſſet verificari quòd prouiſio fieret infra menſem à die acceptatio. & publicatio acceptationis infra tres menſes à die prouiſionis, cum ſæpe datæ gratiarum præcedant vacationem per annum, ita quòd inſpecta prouiſione tempore datæ, verba non poſſunt adaptari, ergo nec mẽs. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. cum ſi. quia fuit dictum ꝙ regula non requirit publicari prouiſionem. ſed acceptationem tantùm ſed id non ſufficere quo ad prouiſionem, quæ debet fieri infra menſem poſt acceptationem. Item ſuppoſita prouiſione tempore datæ non caderet poſsibilitas publicationis acceptationis in tempore à die prouiſionis: ideo conſidera quod de prouiſione habetur in regu. ex eo quòd in expectatiuis dantur executores ad prouidẽdum, vnde potuit apponi exẽpli cauſa abſq; reſtrictione. l. damni. la ij. ff. de dam. inf. & ſatis eſt rationem eſſe generalẽ, l. fin. §. fi. ff. de iur. & fac. igno. fieri igitur debet publicatio
† ſi prouiſio fiat poſt acceptationẽ à die prouiſionis, 3
computato termino, ſi ſimul ad idem. ſi antea tunc à die acceptationis, quaſi tali caſu prouiſio cõiungatur acceptationi, & ad eam trahatur, & quia prius non cadebat publicatio, nec poterat habẽti gratiam imputari, aliàs puniretur ſine culpa, & ad impoſsibile obligaretur cõtra. l. fi. ff. quę ſen. ſine app. reſcin. & c. cognoſcentes. de conſtit. & omnino ſtante tempore ad acceptandum, cõſtitutio in ſua mente etiam non expreſſa, vt ſuprà in aliis deciſ. vult fieri publicationem: vel tertiò dicas. ꝙ nõ dicitur facta prouiſio à tempore datæ, ſed à die acceptationis, & papa ex tunc, hoc eſt, à tempore acceptationis. ſeu ſtatim & eodem momento acceptationis, aut poſt acceptationem dicatur prouidere, ex quo ponit tempus ad acceptandum, & non eſt pura prouiſio, ſed correſpectiua ad tempus acceptationis, & acceptationem ipſam, prout in ſimili inquit Imo. in d. cle. j. col. ij. quòd in dubio verba ex nunc, prout ex tunc, in actu conditione non intelliguntur, vt effectualiter reſpiciant tempus actu celebrari, ſed tempus conditionis extantis, & ita videtur papam voluiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſsionis apprehenſio & continuatio per menſem facta per expectantem æquipollet publicationi, de qua in regula de publicandis.*

2 *Forma an ſit relaxabilis per ſuum æquipollens.*

DECISIO XXVI.

ISTud etiam firmiter tentum eſt meo tempore,
quòd ſi acceptans vigore expectatiuæ † adipiſca- 1
tur poſſeſsionem beneficij, & in ea per menſem perſeueret, ſatisfecerit prædictæ regulæ, nec teneatur aliter ad publicandam acceptationem, cum hoc æquipolleat publicationi & ſatisfiat menti regulæ, quoniam innoteſcit prout per publicationem, vel multo magis his quibus debet innoteſcere, ad hoc facit quod Lud. Ro. conſ. cccccxxiij. & iura quæ ibi allegat ad propoſitum prima queſt. de quibus ſuprà in alia deciſ. quòd noua prouiſio æquipollet publi-
cationi. & quòd Fely. in d. c. dilecta. de reſcrip. † xv. 2
colum. dum dicit, quòd notitia æquipollet ſolenni intimationi, cùm forma ſit relaxabilis per ſuũ æquipollens lege permittẽte, quæ inſpecta ratione etiam tacita

* [illegible]

tacita & vnica permittit ad gloſ. in l. quamuis. C. de
fideicom. iuncta l. libertum. §. de ſenatuſconſulti. ff.
de ri. nop. & doctrina Alex. poſt alios in l. ſi conſtan
te. in princ. ſol. mat. de ratione expreſſa in l. aut vni-
ca non expreſſa, & hoc dummodo infra trimeſtre
datum ad publicandum totum id fiat, aliàs non eſ-
ſet ſatisfactum. l. bonorum. ff. rem rat. hab.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicandis non habet locum, quando ac-
ceptans infra tempus cedit, vel decedit, & num. 5.*
2 *Reſignare validè poteſt obtinens parochialem vlti-
ma die anni à iure ad promoueri ſe faciendũ cõceſſi.*
3 *Fraus non præſumitur, quando aliquid fit lege per-
mittente.*
4 *Succurrendum non eſt ei qui ſe in neceſsitate poſuit
aut arctauit.*

DECISIO XXVII.

TEnuit palatium quòd ſi acceptans & obtinens
ſibi prouideri vigore expectatiuæ ceſſerit iuri
in beneficio acceptato cõpetenti ante curſum trium
menſium datorum ad publicandum, quòd non pe-
reat ius ſuum, quãuis nunquam publicet, quinimo
1 cui ex ceſsione fuit prouiſum, poteſt iſtud proſe-
qui, perinde ac ſi cedens publicaſſet in tempore, &
idem ſi obiiſſet quo ad eum cui per obitum fuiſſet
prouiſum, cùm eadem ſit ratio, tam in naturali mor
te, quàm in ciuili, inſpecto effectu. l. mulier. ff. ad tre.
l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & ibi
Bar. & not. in c. ſuſceptum. de reſcri. in vj. facit cle. ſi.
de procur. & facit. deciſ. Rot. in no. xxviij. eod. tit. ra-
tio, quia totum tempus vſq; ad vltimã diem eſt con
ceſſum acceptanti, & potuit expectare vſque ad fi-
nem, cum regula prius non annullet, vt in pe. deciſ.
ſuper regula indultum. de reg. iur. in vj. & eſt caſus in
c. commiſſa. de elec. eod. lib. nihil tamen eſt, quòd ei
poſsit imputari ante fluxum terminum: ergo interea
potuit cedere, vel cedendo, vel moriendo ceſſat re-
gula quo ad eum, idem quo ad impetrantem per
obitum vel ceſsionem, quia regula non aſtringit il-
lum per hoc, Old. conſil. ccij. factum tale eſt, colla-
ta fuit eccleſia, loquendo in terminis d. c. commiſſa.
& c. licet canon. eod. tit. & lib. vbi fortius ſeu in for-
tiori caſu dicit ſaltẽ in foro contentioſo, quòd cum
2 † detur totus annus ad omnes ſacros ordines priuſ
quam parochialis vacet, potuit obtinens eam impu
nè reſignare, etiam permutando in fine anni, & ſe
reſtringere ad tam modicum tempus, quòd ſit cer-
tum eum non poſſe intra annum promoueri, allegat
in arg. l. in illa. & l. inſulam. ff. de verbo. oblig. & dicit
eſſe caſum in d. c. commiſſa. quòd nedum hoc proce-
dit in prima permutatione, verũ etiam in ſecunda,
tertia, & vlteriori quantumcunq; in qualibet reſpe-
ctu nouæ parochialis expectet vltimam diem, nec
obſt. quòd potuit in fraudem res differri vſq; ad vl-
3 timum momentum, quia fraus excluditur † ex quo
fit iure permittente. l. graccus. C. ad leg. Iul. de adul.
& l. nemo damnum. ff. de regul. iur. Nec reſtagatur
4 non eſſe † ſuccurrendum ei, qui ſe in neceſsitatem
poſuit & nimis arctauit, vt l. ij. §. quòd dicimus. ff. ſi
quis cautio. & c. cùm in veteri. circa fi. de elect. quo-
niam vltra prædicta reſpondet Oldr. varias eſſe ho-
minum voluntates. l. quia poterat. ff. ad trebel. Item
5 in caſu deciſ. quo ad morientem † non eſt quid ei
imputetur, cùm non ſit in eius poteſtate euadere,
nec ſcire quando, ex quo mors inopinatè venit. l. j.
ff. de cond. & demon. & in auth. de trien. & ſemiſ. §.
illud quoque. & ibi gloſ. iij. reſignans verò poterat
expectare vltimam diem & in ea publicare, & im-
poſsibile, quaſi eſſet probare quòd per ſe vel alium
de eius mandato non potuiſſet in fine temporis fieri
publicatio, ideo ſufficiat. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta.
tut. nimirum ſi ſine publicatione potuit cedere cum
effectu abſque pœna regulæ, ſatis eſt vt ſupra, quòd
erat in termino. duodecim enim ſunt horæ diei, &
vſq; ad duodecimam potuit habere animum publi-
candi, & in ipſa duodecima cedendi & cedere, &
procederet deciſio, & in ſimil. prout in eo qui iuxta
reg. de annali infra annũ ad expediendũ cauſam dif
finitiuè cedit vel decedit, de quo in alia deciſ. ſuper
ipſa reg. incip. quo ad dictam regulam de annali.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio acceptationis in curia ſede vacante, vel
tempore vacantiarum, qualiter fieri debeat, vt di-
catur ſatisfactum regulæ?*
2 *Publicatio acceptationis in alio, quàm beneficij loco
facta, quando ad eum tutus non patet acceſſus ſu-
ſtinetur?*

DECISIO XXVIII.

PLacuit dominis in vna Olomucen. ca. & præb.
coram me de menſe Iunij, 1522. publicationem
acceptationis vigore expectatiuæ ſede per obitum
Leonis x. vacante facta per affixionem † & publica- 1
tionem, vt cantat cedola per curſorem ſubſcripta
in acie Campiflore, & valuis cancellariæ, ſeu aliis
locis publicis, quibus tempore feriarum affixiones
fieri ſolent, valere, ex quo ceſſat tunc audiẽtia con-
tradictarum & cãcellariæ apoſtolicæ, cum dicta lo-
ca ſuccedant loco audientiæ, & cancellariæ prædi-
ctatum in quibus fit, ac ſufficit lectio & publicatio
horis deſtinatis abſq; affixione etiam facta dunta-
xat in vno loco, prout obſeruatur à curialibus de
quorum priuilegio acceptãdi in genere & ipſius in-
terpretatione dico in illa deciſione incipien. ſolent
præſentes in curia, & aliàs à pari procedunt facta in
omnibus locis prædictis cle. j. de iud. ad hoc optimè
facit Ludo. Ro. in conſi. ccccxxij. & ibi adducta per
quæ patet ſufficere publicationem † fieri in alia ec- 2
cleſia & loco quam beneficij, cuius acceptatio pu-
blicatur, quãdo ad locum beneficij vbi fieri debeat,
tutus non patebat acceſſus. data ergo impotentia
in locis audientiæ & cancellariæ ſuccedunt alia loca
vt ſupra, alias pręſentes in curia, quorum præſentia-
litas in multis meruit fauorem, vt eſt dictum, & pa-
tet, fruſtrarentur hoc priuilegio, & perderent acce-
ptata beneficia non factis procuratoribus in parti-
bus confiſi de publicatione in curia poſsibili & facili
vel ignorantibus, aut negligentibus, taliter quòd
damnificarentur ſine culpa contra regulam. ca. co-
gnoſcentes. de conſti. Accedit quòd ratio dictæ re-
gulæ fiue ſit duplex ſecundum Ludo. Ro. in d. conſi.
ſiue vna, vt ſentio in alia deciſ. ſuper ipſa reg. inci-
piẽ. Pluries fuit diſputatum, fundatur ſuper notitia
ordinariorum & aliorum quorum intereſt, quæ pa-
riter vel multo magis militat in affixione huiuſmo
di, ex eo quòd lectio quæ voci pręconiæ æquipollet,
innoteſcit paucis, authen. qui ſemel. C. quomodo &
quan. iud. pluribus autem & omnibus tranſeunti-

buſac permanentibus, aſſixio in locis publicis ad inſtar edictorum prætorum, vt in d.clem.j.

S V M M A R I V M.

s *Regula de veriſimili notitia loquens de beneficio vacanti per obitum, extendi non debet, ſi vacat per reſignationem.*

2 *Clauſula generalis ſeu alio quouis modo continet omnem modum etiam per obitum vacandi ex eadem perſona.*

3 *Regula de veriſ. noti. dummodo beneficium per obitum vacet, ſiue vacatio huiuſmodi exprimatur, vel in generali clauſula contineatur, locum habet.*

DECISIO XXIX.

Regula quòd prouiſiones per obitum non valeant niſi poſt obitũ, & ante datam prouiſionis tantum tempus fluxerit, quòd interim vacationes ipſæ potuerint veriſimiliter perueniſſe ad noti-
1 tiam† papæ de locis in quibus perſonæ deceſſerint,
non habent locum ſi quis imperret per obitum, &
verè vacent per reſignationem, prout in caſu cõtingit, quòd obierat T. & ceſſerat, per quam ceſsionem beneficium vacauerat, quia non loquitur niſi quando per obitum, & extendi non debet. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. Secus ſi hodie vnus obtinet ſibi prouideri per reſignationem Titij, & obierat pridie Titius in loco ita diſtanti à Romana curia, quòd inſpecta poſsibilitate non potuerat haberi veriſimilis
2 notitia, quia quamuis clauſula generalis† alio quouis modo contineat etiam per obitum, & quamuis alium vacandi modum ex eadem perſona, iuxta deciſioné Rotæ primam, de reſcri. in no. non ex alia, vt ibi: tamen ex quo nõ datur alia vacatio, quàm per
3 obitum † obſtat regula non attento, quòd impetratio in modo expreſſo ſit per reſignationem, ex quo re vera vacat per obitum, & in tali vacatione tantum verificatur prouiſio, in qua regula loquitur, ſeu modo expreſſo, ſeu per generalia verba contineatur, & ita audio maiores tenuiſſe olim, & in vna Gebennen. parochiali coram me de mẽſe Maij 1517. conſenſerunt domini & iudicaui.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium ſi vacat per ceſſationem commendæ, an ſit locus regulæ de veriſimili noti?*

2 *Commendata beneficia an vacẽt eo modo quo prius?*

DECISIO XXX.

Per obitum Regini ceſſauerat commenda cuiuſdam beneficij, & dabatur de iſta regula, dubi-
1 tatum eſt an procederet in tali vaca. † & videbatur
quòd non, ex quo non vacat per obitum, ſed ceſſante commenda eo modo, quo prius ſecundum Fede. de Sen. in tract. de permu. benef. q. xv, & Lud. Rom. conſil. cccl. & Rota de conceſ. præb. prima, in antiq. & iſta opinio eſt in obſeruantia apud dominos de Parco, in cancell. & regula loquatur de vacan. per obitum, & exorbitat, ergo, &c. regula, odia, de reg. iur. in vj. Sed maior pars inclinabat quòd locum habeat quaſi mens regulæ complectatur etiam hunc caſum, licet non verba, pro qua ſcientia facit, quia vbi eſt omnimoda ratio, ſuccedit eadem diſpoſitio, glo. in c. ſi poſtquam. de electio. ratio autem eſt euitandæ fraudis, & tollẽdæ ambitionis eorum, qui infirmantibus aliquibus mittunt curſores ad papam, vel alias de infirmitate certificant, vt dicit gl. ſuper regula, quæ ita verificatur in ceſſatione commendæ, ſicut in vacatione per obitum, maximè ſecundum
illam opin. quòd per obitum † commendatarij de- 2
tur vacatio, non modo quo prius, & ſi eſſet vnica, haberetur pro expreſſa, ad glo. ſing. in l. quamuis. C. de fideicom. & in expreſſa eſt tex. iuncta gloſ. in clem. j. de elect. ſed ex iſto capite cauſa non fuit deciſa, & articulus eſt dubius, & hincinde rationes & fundamenta, quæ vt potui, collegi in illa deciſione: verum regula de infirmis reſignantibus etiam infra viginti dies ex eadem infirmitate decedentibus locum habeat in eo, qui cedit commendæ, & ibi videas, incipit Paſchaſius de Rota.

Super regula de infirmis reſignantibus.

S V M M A R I V M.

1 *Regula de infirmis reſignantibus, an liget ordinarios, & locum habeat extra curiam? & num. 9.*

2 *Regulæ cancellariæ an ligent extra curiam?*

3 *Conſenſus in reſignationibus quæ fiunt in curia, poteſt precedere & ſequi datam ſupplicationis.*

4 *Ratio etiam coniecturata limitat & reſtringit legem ad ipſius limites.*

5 *Regula de exprimendo valore non habet locum in prouiſione ordinarij, quia ordinarij eccleſiæ, papa verò perſonæ prouidere intelliguntur.*

6 *Expectatiuas nullus concedere poteſt, niſi ſolus papa, quia nemo ius ad vacatura dare poteſt, niſi ipſe.*

7 *Legatus de latere poteſt reſeruare collationi ſuæ beneficia vacatura etiam pro certa perſona, licet confirmare donationem ad prima vacatura non poſsit.*

8 *Regula quòd diſpenſationes non ſuffragentur literis non expeditis extra curiam non procedit.*

DECISIO XXXI.

Saepius fuit diſputatum vtrum regu. de infirmo reſignante & infra xx. dies ex eadem infirmitate
decedente ligaret ordinarios, † & locum haberet 1
extra curiam: & vna pars dominorum dicebat quod non, quia ſunt conſtitutiones generales, vt Ancbar. in conſil. ccxcvij. efficacibus, nec ligant ſaltem exi-
ſtentes extra curiam, † ex quo non ſunt intimatæ per 2
loca publica ſecũdum formam traditam in auth. vt fac. no. conſti. in prin. col. v. & in c. j. circa medium. de poſtul. præl. in c. nouerit. de ſent. excom. cum ibi not. & ſuper data in vj. & per Batt. in l. omnes populi. in q. v. prin. ff. de iuſti. & iu. & Abb. in c. cognoſcẽtes. de conſti. iij. & iiij. col. ita Card. conſ. xcix. redemptoris. in fi. & Fely. in c. j. de re iud. viij. col. Alia pars contra, ex quo per publicationem quæ fit in cãcellaria apoſtolica, dicitur facta inſinuatio & publicatio quarũcunq; conſtitutionũ, & hoc eſt in obſeruantia. Item quales ſint conſtitutiones inſpecta poteſtate conditoris vniuerſalis, & ſine illa reſtrictione locorum. c. cuncta per mundũ. & c. principalẽ. xiiij. q. iij. & c. erit autem. diſt. iiij. facit l. a nani. C. de hæret. niſi aliqua ratione in ſe concluderet tantũ in curia, cùm id ſolũ ſit in conſideratione, an ratio ſit generalis vel localis, & quòd ligẽt ordinarios & vbique vim habeant, ſentit ſaltem dubitando idem Fely. in c. ij. pe. col. de reſcript. ex eo quòd quotidie etiam in cauſis extra curiam pendentibus allegantur, & fit de eis fides per literas vicecancelarij papæ, & in concernentibus poteſtates legatorum, & vires expectatiuarum

P. ac reſer

ac teſeruationum adducnntut vbiq; tanquam leges
generales, & de eis iudicatur vt de aliis canonibus
etiam quoad pœnas contta exiſtentes iri partibus,
quando ſunt pœnę nullitatis prouiſionum, licet ſub
dubio forte Felyn. loquatur quando non haberetur
noticia, ſed iſta regu. eſt ſatis in partibus nota, & in
hoc quòd regulariter ligent vbiq; quaſi omnes do-
mini tandem conſenſerunt, etiam dn. Mercurius de
Vipera decanus noſter dubitauerit ex primis ſunda-
mentis, ſed ſpecialius ad dubium circa hãc regulam
fuit inter dominos diuiſio, quia vna pars conſide-
rabat quod in moderna regula erat additum quòd
xx. dies computarentur à die prẹſtandi conſenſus in
cancellaria, & quòd in partibus non cadebat & cui
non conueniunt verba nec mens. l. hos accuſare. §.
in omnibus accuſ. & l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec.
nam in partibus totum fit vnico contextu & actu,
non ſic in curia, in qua fit hodie gratia craſtina vel
vlteriori die aut citeriori, & ante ſignatam ſuppli-
3 cationem, ex quo † conſenſus poteſt præcedere &
ſequi. c. cura. de iure patr. & Rot. de rer. permu. quin
ta in no. præſtatur conſenſus in cancellaria vel in ca
mera. Alia pars ponderabat rationẽ reg. quæ occur-
rit malitiis hominum reſignantium in curia, præci-
puè in fauorẽ alicuius ſub timore mortis, & eo mo-
do quodam modo teſtamentũ facien. fraudantium
ordinarios ſeu expectantes, vt dicit gl. ſuper reg. &
quòd ita militat in partibus ſicut in curia, & non
minus quàm verba, mens eſt admittẽda. l. ſcire opor
tet. §. aliud. de excu. tut. l. nominis. §. verbum ex lege.
4 ff. de verb. ſign. & l. contra † legem, de legib. etiam
ſi ſit coniecturata, limitat & reſtringit ratio ipſam
legem ad limites rationis, vt Abb. in c. propoſuiſti.
de prob. c. fin. v. col. de iureiur. & in c. ij. requiſitis, in
prin. de appel. & licet vnico actu expediatur, verum
eſt dicere quòd reſignans conſenſit, quoniam ſine
conſenſu non ſupponeretur ceſsio, neque actus ali-
quis. l. j. ff. de pact. & audio quòd antiquo tempore
quo regu. non iniungebat dies viginti, computan-
dos à die præſtandi conſenſus in cancellaria, ſem-
per fuerat intellecta quòd procederet etiam in par-
tibus, & dubitatio reſultauit ex additione dictorum
verborum, quæ dicuntur addita à Iul. ij. ad obuian-
dum fraudibus eorum, qui expectabant euentum
infirmitatis antequam conſentirent, & diu antea ha
bebant ſupplicationem ſignatam, & ſi ita eſt, non
debet, propterea regula quæ alteri fraudi obuiat,
concludit in curia Rom. duntaxat, ex quo quãtum
ad curiam prouidet etiam huic fraudi non reſtrin-
gendo virtutem generalem regulæ, quin procedat
etiam in locis in quibus alteri fraudi locus eſſe po-
teſt, quia ſatis eſt quòd additio in ſuo caſu & loco
operatur, ſicut dicitur de cauſa limitata in l. in agris.
ff. de acquir. rer. domi. quia quando aliquid prohibe
tur ex pluribus rationibus, ſufficit quòd vna vigeat
licet alię ceſſent, vt prohibitio ſubſiſtat. §. affinitatis.
inſt. de nupt. l. liberorum. §. j. ff. de his qui not. infa. &
gl. in auth. de nup. §. ſi verò altera harum. col. iiij. pro-
pter duas ergo fraudes & cauſas, & earum quamli-
bet apud Ro. cui ceſsio erit nulla propter vnam ex-
tra curiam, & bonum fuit quòd plenè prouiderit
excludendo omnem fraudem, ſed non bene ſonaret
quòd propterea localiter prouidiſſet, maximè data
ante additionem interpretatione, de qua ſuprà. cùm
lex debeat eſſe generalis, & proſpicere omnem ca-
ſum. d. c. erit autem. iiij. diſtin. ſed quòd in partibus lo
cus non ſit, adducebat † vnus aduocatus quòd regu 5
la lxj. de exprimendo valore, non procedit in proui-
ſione ordinaria, ea ratione, quia ordinarij origina-
les intelliguntur prouidere eccleſiæ, papa verò & le
gati perſonis, vt dicit Lud. in cle. ij. de offic. ordi. &
refert ibi Car. col. vlt. & Fely. in cap. ad aures. in xiiij.
conclu. de reſcrip. & hoc facit pro illa opi. quòd re-
gulæ non ſint conſtitutiones generales, nec ligent
extra curiam: tamen reſpondeat quòd ratio diuerſi-
tatis tollit obiectum: nã ratio regulæ de valore quæ
emanauit, quòd ſolutione annatarum in curia Ro.
ſolum fienda vt videmus, & ex his verbis etiã iſtud
oſtendit, dum ponit exprimendum † valorem in ex- 6
pectatiuis, quas ordinarij concedere non poſſunt,
cum ad beneficium vacaturum obtinendum nemo
poſsit dare ius, niſi ſolus papa, vt not. Abb. in c. inter
cætera. de præben. licet poſsit legatus de latere † re- 7
ſeruare collationi ſuæ etiam pro certa perſona va-
caturam, & ſuper ea conferenda dare executorem
ſecundum eundem Abb. in c. dilectus filius. j. col. eo.
tit. & glo. in c. ſi cum. & tex. in c. ſi apoſtolicæ. eo. tit.
in vj. non autem confirmare donationem factam de
prima vacatura conferenda, vt in c. conſtitutus. de
conce. præb. & ibi etiam Abb. quoniam ſicut non po
teſt directè contra concilium diſponere, ita nec in-
directè concedendo vel confirmãdo huiuſmodi gra
tiam, & idem dixi ſuperius, iſtud conſiderandum an
regula ſeu ratio regulę ſit localis vel vniuerſalis. nam
etiam † extra curiam nõ procedit reg. liij. quòd diſ- 8
penſationes non ſuffragentur, niſi literis expeditis,
vt in ea, & ſic de ſimilibus, & ex his patet quòd li-
gantur ordinarij, & ita tandem cum domini eſſent
diuiſi in pluribus diſputationibus, ſex ex decẽ cum
quibus ego, tenuere procedere † in partibus quatuor 9
contradicentibus, & in vna Barchinon. capellaniæ.
do. Marcus coram do. Iaco. Simonetta in alia Sala-
mantina coram do. Hug. de Spina, & in duabus aliis
coram do. Martino de Aretio, & do. Paulo de Capi-
ſuchis fuit firmatũ quòd daretur remiſſoria ad pro-
bandum quòd ex eadẽ infirmitate deceſsiſſent, &c.
& ad illud quòd coram ordinario, qui habet notas
perſonas, cum ceſſaret fraus, reſpõde quòd non ceſ-
ſat omnino ratio regulæ, ſaltem attento quòd or-
dinarij paſsim admittunt ceſsiones, & prouident,
vel ex eo quod vt plurimũ ita fieri ſolet, ex quo pro
ſigillo prouiſionis ſoluitur certum quid, vel quia
ordinarij poſſent, quando ex cauſa permutationis
fraudare expectantes, & eos excludere admittendo
& prouidendo, vt in c. vnico. de rer. permut. in vj.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis reſignantibus, an habeat locum quando infirmus beneficium in commendam obtinebat & ceſsit?*
2 *Beneficium commendatum per obitum commendatarij, ſiue per eius ceſsionem vacare non cenſetur.*
3 *Reg. de infirmis exorbitat vel corrigit ius commune.*
4 *Verba in pœnalibus propriè intelligi, & in exorbitantibus reſtringi debẽt, in correctorijs autẽ ex identitate aut maioritate rationis extendi non debent.*
5 *Commenda afficit beneficium, & vtrum affectio & reſeruatio expiret per commendam, vide remiſsiuè.*

6 *Com*

6 *Commendatarÿ noſtri temporis, an habeantur loco titulatorum.& faciant fructus ſuos?*
7 *Commẽda nõ facit incompatibilitatẽ ſicut titulus.*
8 *Religionem profiteri non cogitur obtinens beneficium regulare in commendam.*
9 *Legis virtus non in proprietate & cortice verborum, ſed in ſenſu & mente, quæ verbis eſt preferenda, conſiſtit.*
10 *Ratio in lege, quando niſi vnica aſsignari poteſt, habetur pro expreſſa.*
11 *Pœnalis non dicitur conſtitutio, quæ non priuat iure quæſito, licet irritet actum in iure quærendo.*
12 *Cauſæ commendatarÿs non committuntur, niſi ex certa ſcientia Papæ.*
13 *Regula de viginti de ſtylo derogatur quando reſignans eſt abſens.*

DECISIO XXXII.

PAſchaſius de Rota habens prioratum de Fonis
in commendam, conſtitutus in infirmitate, ex
1 qua infra viginti † dies obiit, ceſsit in manibus Pa-
pæ, & fuit prouiſum Michaeli de Murillo abſque
derogatione regulæ, de infirmo reſignante, &c.
Ioan. de Arlgna obtinuit ſibi prouideri ex ceſsione
Antonij de Rationibus, qui impetrauerat per obi-
tum, fuit dubitatum coram d. Barth. de Petraſancta
1519. an prouiſioni Michaelis obſtet d.reg. & quin
que ex dominis tenebant negatiuam. primò, quia
non conueniebant verba, ergo nec mens. l.hos accu
ſare.§.omnibus.de accuſ.l.iiij.§.toties. ff.de dam.inf.
cum dicat reg.de reſignante beneficium. non de ce-
dente commendæ. ibi ſi quis reſignauerit aliquod
beneficium, & ſequitur, quòd ſi infra xx. dies ex ea-
dem infirmitate deceſſerit, collatio nulla ſit, ipſúm-
que beneficium per obitum vacare cenſeatur: ſed
2 † non datur vacatio per obitũ ceſſante commenda,
ſeu per ceſsionem cõmendæ, vt in ij.deciſ.ſuper reg.
de veriſimili eſt dictum, tenendo tamen opin. Fede.
de Se.in tract.de permut.beneſ.q.xv.ergo nedũ non
conueniunt verba, ſed repugnare videntur, ibi be-
neficium ipſum cõſideratur per reſignationem ſic
factam, quia non cõfertur quòd vacet per reſigna-
tionem, ſed eo modo quo prius. Secundò regula vel
3 corrigit ius † cõmune, vel exorbitat, cũ quilibet ſa-
nus aut infirmus liberè reſignare valeat, aut ex his
quæ frequẽtius videmus fiunt ceſsiones vbiq; & ad-
mittũtur per ſuperiores qui prouidẽt ex huiuſmodi
ceſsionibus. vnde per regulã videtur quodammodo
coarctari cedendi libertas, & nullatur prouiſio in
quo dicitur corrigere & inducere pœnã.l.ſenatus.ff.
de cõtra.emp.& ven.c.diſpẽdia, in fi. de reſcri.in vj.
4 & gl.in c.decet.§.ordinarij.de immu.ecc.eo.lib. † In
pœnalibus autẽ verba propriè capiuntur & in exor-
bitãtibus reſtringũtur.l.interpretationẽ, de pœ.l.cũ
quidã, de lib. & poſt.l.in peius.de re.iu.c.odia.eo.ti.
in vj.& l.iij.§.hæc verba.ff.de ne.geſt. in correctoriis
verò etiã ex idẽtitate aut maioritate rationis non fit
extenſio.l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.ma. & cõtra auth.
quas actiones. C de ſacr.ſan.eccl.cum ibi not. tertiò
de hoc eſt opt. cõſi. Old.clxxix.quæritur. vbi vult ꝙ
extrauag.inuẽta à Boniſa.viij.in ti.de ele.nõ habeat
locũ, quando Papa eccleſiam cathedralem commit-
tit gubernandam tanquam commendatam. quartò
reg.eſt extracta tanquam ex viſceribus cap.ij.de re-
nuntia.in vj.ad obuiandum fraudibus, vt de ratione
eius in prox.deci. ſed in caſu iſto expectan. non frau
dantur nec ordinarij, cùm per regulas cancella. ſint
prohibiti acceptare & conferre beneficia reſeruata,
commenda autem afficit † beneficium, & papa dãdo 5
commendatarium. videtur ad ſe prouiſionem reuo-
care, vt inquit. Lud. Ro. conſ.cccl. igitur à ratione ceſ
ſante, & cauſa debet ceſſare. l.adigere. §.quamuis.ff.
de iu.patr.& l.Titiam Seio.§.vſuras.ff.de leg.ij.c.cum
ceſſante.de app. & c.ſuggeſtum.de deci. ſed vtiũ af-
fectio & reſeruatio expirent per cõmendam, videa-
tur Rota vij. de elect. in antiq. & Bilignet prima de
præb.in antiq.& quòd dico in illa deciſ. cõmenda-
uerat papa beneficium ſub tit.de priuileg. quòd per
commendam ad vitam non expirẽt, de quo ibi latè.
Alijq; uinq; pro affirmatiua dicebant, † ꝙ cõmendæ 6
noſtri temporis habẽtur loco titulorũ, & ꝙ cõmen-
datarij poſſunt de fructibus diſponere vt titulares,
ſecundum Ale.xliiij.diſt.cum autem. & lviij. ſi quis.
ſed reſpõdetur pro negatiua quòd ideo eſt, quia pa-
pa concedit vt faciant fructus ſuos & adminiſtrẽt.
Item quòd cõmendatarij cum fructuũ adminiſtra-
tione etiam hodie non habentur tanquam titulares
in omnibus, cùm talis † commẽda non faciat incom- 7
patibilitatem ſicut titulus, vt in c.dudũ.el ij. de elec.
qui tex. multum facit pro negatiua, nec eſt alterata
natura commendarum, niſi quatenus in hodiernis
prouiſionibus cõceditur. patet in alio, vt ſuprà, quia
per obitum cõmendatarij non vacat beneficiũ, quòd
vtiq; vacaret ſi per omnia haberetur pro titulari, ne
que habens † in commendã beneficiũ regulare, cogi 8
poteſt vt profiteatur religionem, ad quod titularis
cõpelleretur. itaq; ceſſat æquiparatio in his & mul-
tis aliis caſibus, quos explicare magis laborioſum
eſſet quàm ſubtile, ſecundò pro affirmatiua quòd
virtus † legis nõ conſiſtit in proprietate verborum 9
& cortice, ſed in ſenſu & mente quæ verbis eſt pro-
ferẽda.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſa.tut.l.con-
tra legẽ, de legi.l.cum pater.§. dulciſsimis.de leg.ij.
l. nominis & rei.§. verbum ex lege, ff de ver.ſig.c.in-
telligenti.& c.propterea.eo.ti.& non tantum cauſa
verborum & ſignificatio, ſed etiã mens agẽtium eſt
inſpicienda. l.ſi in venditione, in fi. cum ibi nota.ff.
com.præd. vbi Bal. colligit quòd in exceptionibus &
reſeruationibus conſideratur potius mẽs quã ſcri-
pta verborum natura, quia cauſa verborũ prolato-
rum à cõtrahentibus ampliat vel reſtringit, & ibi e-
tiam videatur Paul.de Caſtr. ſed ratio huius regulæ
eſt fundata ad obuiandum fraudibus, vt ſuprà, &
ita fieri poſſent per commendatarios cedentes, ſicut
per titulares reſignantes, ergo &c. & ſi inſpecta
mente Papa interrogaretur, veriſimiliter idem re-
ſponderet in ceſsione cõmendarij, igitur habeatur
pro expreſſo.l.tale pactum.§.fina. cum ibi not. ff.de
pact. quæ lex procedit ſiue per modum ſtatuti, ſeu
reſcripti, aut conuentionis, vel alterius diſpoſitio-
nis aliquid cautum exiſtat ſecundum Bald. & Paul.
de Caſtr. ibi, vt etiam Cur. firmat conſi.lj. colum.ij.
ſed pro negatiua reſpondebatur quòd ſi papa vo-
luiſſet, dixiſſet.l.vnica.§.ſinantem ad deficientis. C.
de caduc.tollend.& c.ad audientiam.de deci. tertio
pro affirmatiua, quòd ratio regulæ fundata in frau
de, reſpiciat, ne ſucceſsio dari aut excogitari valeat
in beneficiis, quia licet à voluntare ſuperioris pen-
deat admittere, vel non reſignationes & prouidere

vel illi magis quàm huic, tamen vt plurimum ad-
mittuntur,& prouidetur ad vota reſignantium, &
vt iſta quæ erant in frequẽti vſu cum quadam quaſi
factione teſtamenti & fraude tollerentur, prouiſum
eſt per regulam. & hæc ita militant in cedente com
mendæ, ſicut in reſignante tit. quod ſatis reſidet in
idem cum ſecundo fundamento, & ſi hæc eſt vnica
10 ratio,†habetur pro expreſſa, gl. in l.quamuis. C.de
fideicom. & extenderet diſpoſitionem ad caſum
omiſſum etiam in correctoriis, inquit Alexan. in l.ſi
conſtante.in prioc.ff.ſolu.matrim.col.iij. & ſi non eſ
ſemus in correctoriis ſe exorbitantibus, cum ſit fun
data reg.in ratione iuris. d.c.ij.de tenunt. in vj.& c.
j.& ij.de conce.præb.extenſio locum haberet, ſecun
dum Alex.poſt Bar.& alios in d.l.ſi conſtante. ſi ve-
rò volumus vt duæ ſint rationes, fraudis videlicet,
& ſucceſsionis, ſi ceſſaret prima, nunquam ſecun-
da, quæ etiam in commendatario locũ vendicaret,
& ſufficit altera, quando vtraque eſt finalis. §.affi-
nitatis.inſtit.de nupt.cum ſimi.Item quando mẽs &
omnimoda ratio concurrit, fit extenſio ſecundũ gl.
in c.ſi poſtquam.de elec.in vj.vel magis venit caſus
omiſſus in verbis, in vj. comprehenſiua mentis & ra
tionis.l.libertum.§ ſenatuſconſulti. de titu nupt.ff.
& proſequitur latè Dec.conſil.xv.iij.colum.& facit
clem.j.iuncta glo.de elect. & quod dicit Abb.de ra-
tione cõiecturata, quòd limitet & reſtringat legem
ad limites rationis in c.propoſuiſti.de probat.in c.ſi.
de iureiur.v.col.& in c.ſecundò requiris, in princ.de
appel.& Bald.in l.omnes populi.in fine.ff.de iuſti.&
iur. quòd quamuis non debeamus dicere quòd ſta-
tutum non dicit, eſt verum, niſi ratione materiæ de
qua loquitur, detur interpretandi materia & occa-
ſio, vt in clem.exiui de paradiſo.de verb. ſigni. ſubũ-
ciens quòd ſi ſtatutum aſſumit verba gloſſata, im-
poſsibile eſt quòd inde non gloſſetur, quia illa eſt
glo.naturalis ſtatuti, & quòd vbicunque neceſſaria
eſt diſputatio ſ[illegible]ti, non eſt culpa legis, ſi non loqui-
mur ita clarè, quòd non indigeat glo.l.ij. §.ex his.ff.
de orig.iur.quæ omnia no.pro interpretatione ſtatu-
torum & regularum. Quartò, quòd in multis regu-
lis cancellariæ erat adiudicatum in commẽdatariis,
idem quod in titularibus, ergo,&c.c.in cauſis de rè
iudic. & quia ſtylus curiæ in his non facit differen-
tiam, cap.quam graui.de cri.fal.ita dicebatur de reg.
xxx. de impetrante beneficium vacans per obitum
familiaris Cardinalis, item de reg.xxviij. de veriſi-
mili notitia obitus, item de regu. xix. de idiomate.
Quintò, q quandoq; cõmendatariis cauſæ cõmitte
bantur ſicut titularibus & ex his videbatur reſpon
ſum etiã ad arg.patris negatiuę, & ſpecialis ad illud
q ceſſabat fraus in ordinariis & expectan.dicas non
eſſe verum in omnibus, cum quidã ex ordinariis ha
beant ex indulto & gratia quòd poſsint de reſerua-
tis prouidere, & per ceſſationem commendæ, & ali-
qui ex expectantibus talia acceptare, & quòd regu.
negabat, indulgentia reſtituebat ſeu concedebat, &
11 ad aliud de pœna quòd dici poteſt nõ †eſſe pœnalẽ
conſtitutionem, quæ non priuat iure quæſito, ſed ir-
ritat actu in iure quærendo, prout refert Phil.Fran.
in c.ſi.ij.col.de elect.in vj.pro quo facit, quia alia eſt
ratio dãni, alia lucri.l.ſi.C.de cõd.inſer.alias ſeque-
retur quòd omnia iura quæ caſſant teſtamenta, vel
contractus, deficientibus certis ſolẽnitatibus eſſent
pœnalia, quod non videtur, ex quo non minuunt pa
trimonium, vel ius priſtinum, vel ſecundum Ion.in
c.ſi verè.de ſent.exc.non eſt naturalis pœna contra-
hentiũ, quòd irritetur contractus, ſed bene quando
eſt pecuniaria vel corporalis, ideò Io.And.de reg.iu.
in mercu.circa fi.dicit quòd propriè pœna eſt circa
diminutionem patrimonij ſicut & damnum, vt in l.
iij.ff.de dam.infec.& quod conſtitutio priuans iure
ad rem non in re non dicitur propriè pœnalis.idem
Fely.in c.cæterum.de reſcrip.in verbo, prima reſtri-
ctio, ſed de hoc in dictis locis pro negatiua fuit di-
ctum, quòd ſecundũ & tertiũ fundamẽtum affirma-
tiuè erat ſublatum per d.cõſi.Oldr. & eius rationes
vltra alia adducta pro. item ad ſequentia poterat di-
ci, quòd non ſumus in ratione expreſſa in conſtitu-
tione, de qua d.l.libertum.& d.clem.j.loquebantur,
& ad quartum quòd non recordabantur ſi fuerat in
aliis regu.ita iudicatũ, & quando fuiſſet, poteſt eſſe
diuerſa ratio intèr caſum & caſum. & non eſt exem
plis iudicandum, ſed legibus.l.nemo.C.de ſent.& ad
reg.xxx.potuit eſſe propter verba in ea appoſita, ſci
licet de beneficiis, de quo obtinuerunt, & in quibus
ius eis competierit, cùm ſit quòd commendatarius
obtinet, vt Lud.Ro.in d.conſ.cccl.& canonicæ, cum
commenda ſit canonicus tit.dicit Milis in repert. in
verbo, commendæ, quòd titulus beneficij & ius ei
competit propter fructus & adminiſtrationem, quia
& titulares procuratores ſunt, vt in c.ij.de donatio.
& reſerua.beneficiorum, quæ quis obtinet ſortitur
effectum, etiam ſi de facto teneret, Rota de elect.in
antiq.viij.vel quia ratio regu. eſt propter onera quæ
Card.ſubſtinent in eorum familia ſecundum deciſ.
Rot.xvj.de præb.in antiq.quæ ratio pariformiter vi
get in commendatariis, ſicut in titularibus, vt dico
in illa deciſ.voluerunt domini.edita ſuper reg. xxx.
prædicta, vbi etiam in alia remiſſa ibi ad xxviij. de
veriſimili notitia obitus, quòd eſſe potuit propter il
la verba, quòd omnes & ſingulæ gratiæ cum com-
menda ſit gratia ad reg. xix. quòd ideo eſſe potuiſ-
ſet, quia ratio in ea eſſe non poteſt alia, quàm quia
tenentur ad curam animarum, & quòd militat in
prouiſione commendæ, ſed pro veritate non memi-
ni meo tempore fuiſſe iudicatum, niſi quo ad regu.
de impetrante beneficium vacans per obitum fami-
liaris Cardina.& quo ad reg. de veriſimili ſuprà per
viam dubij collegij, incipit, per obitum Regini. &
quoad omnes præter xxx.& etiam quo ad iſtam ar-
ticulus eſt ſatis dubius, ex quo in omnibus regulis
dicitur de vacatione per obitum, & verba ponderata
non videntur excludere, quin verificari debeant in
vacatione per obitũ.& melius erat reſpondere, pro-
ut reſpondet Oldr.in conſ.ſuo, vel vt in aliis funda-
mentis patris negatiuæ: ad†illud quòd commenda- 12
tariis cauſæ quandoq; committantur, dicas nõ pro-
cedere de ſtylo curiæ, nec de iure, prout in trac.Hie.
Pau.ſuper pract.cancel.fol.cxiiij.in rub.de indic. &
eor.ordin.& in c.ſtatutum.cum ibi not. per ſcrib.de
reſcr.in vj.niſi Papa ex certa ſcientia cõmendatario
committeret, & ex hincinde deductis quæſtio fuit
dubia, & domini diuiſi. Verum quia Ant. de Ratio-
nibus, qui fuerat procurator Paſchalij, ad cedendum
non petiit derogari huic regulæ, attento quòd ce-
dens erat † abſens à curia, quo caſu ſolet de ſty- 13
lo dari derogatio, & poſtea impetrauit pro ſe per
obitum

obitum Paſchaſij prędicti,& concordauerat cedendo cum do.Ioann.de Arigno. Omnes domini inclinauerunt ob præſumptam fraudem, quòd in hoc caſu iudicaretur pro negatiua, ne Ant.de ſua malitia aut negligentia commodum reportaret, & Michael Murillo remaneret fraudatus præcipuè, quia in procuratorio ad cedendum dicebatur, quòd Paſchaſius erat infirmus, & ita iudicauit domi. Barth. de Petraſancta.

S V M M A R I V M.

1 *Res noua fieri videtur, quando eſt aliquid ei additũ.*
2 *Solennitas eadem requiritur in reformando, quæ in conſtituendo.*
3 *Executores literarum apoſtolicarum non poſſunt ad illarum executionem procedere, antequam ſint expeditæ.*
4 *Diſpenſatio vel remotio obſtaculi perinde valere habilitat.*
5 *Vnio ad vitam eſt quædam palliata diſpenſatio.*
6 *Gratia perinde valere diuerſos effectus parit, ſecundum ſubiectam materiam.*

DECISIO XXXIII.

LAta fuit ſententia per do. Camillum de Ballionibus, in fauorem Vngale de Vincardon, & Petrum Martinum Colland. ex eo quòd M. in expectatiua ſua ad Coriſopiten. collationem vbi eſt in vſu ſermo Britonum britoniſantium, quod idioma non intelligunt Britones Galli, qualis eſt M. de hoc non fecerat mentionem, vnde ſtetit contra eum regula quæ ſolet dici de idiomate, quòd nulli expectatiua extra ſuam nationem concedatur, niſi idioma quam communiter homines ibi loquũtur, intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat, alioquin gratia ſit nulla: fuit 1516. de menſe Iulij. in cauſa Coriſopiten. ca. & pręben. in ſecunda inſtantia coram me fuit expedita gratia perinde valere per Matt. ſanans eiuſmodi defectum, quæ eſt poſterior ipſa expectatiua in data, ſed ante vacationem cano. & præben. V. dedit contra M. de alia reg. quòd nullus vigore expectatiuæ ſeu ſpecialis reſeruationis, vel reualidationis ſeu extenſionis eius literis deſuper non confectis, aliquod beneficium acceptare, vel aſſequi valeat, alias acceptatio ac aſſecutio huiuſmodi nullius ſint roboris vel momenti, & cum M. poſt vacationem, acceptationem, & prouiſionem expediuerit, quòd tardè venit, poſui cauſam ſuper hoc dubio plures & tandem domini, exceptis tribus, tenuerunt contra Mat. per cõſ. Gemi. cxxviij. vbi adducit quinque fundamenta, quorum aliqua quidam ex dominis ita inducebant, quando aliquid additur alicui
1 rei, noua † res fieri videtur. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. &
iure. & ibi Bald. tunc ſuccedit, quòd ſi per aliquam gratiam acquiritur, augetur vel conſeruatur ius, debent omnia exprimi, quæ in prima gratia fuere expreſſa, & adeſſe ſolennia in prima requiſita, & vult gloſ. in cap. ſi apoſtolicæ. de præbend. in vj. Rot. de reſcrip. in no. xxiiij. & Ludoui. Rom. conſ. ccclxxxiij. in propoſito caſu. j. col. & idem Gemin. in d. cap. ſi
2 apoſtolicæ. Item eadem † ſolennitas requiritur in
reformando, quæ in conſtituendo, dicit Bart. in l. iuriſgentium. §. adeo autem. ff. de pact. ſed gratia perinde valere eſt talis, patet, quia expectatiua ex ſe in totum erat nulla, ergo ſicut expectatiua requirebat quòd literæ eſſent expeditæ, ita perinde valere. Item ex confirmatione iudicandum eſt, quia ſuſcitat ſpiritum ad primam gratiam, vt inquit Gemi. qui videatur perinde valere, non naſcitur cum prima gratia, cum ſint ſub datis diuerſa: ergo executores vigore proceſſus fulminati ſuper expectatiua, à quo recipiunt poteſtaté, non potuerunt validè conferre: quia ſi non valuit expectatiua, nec facultas ex ea procedens. cap. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in vj. Vlterius non potuit vigore expeditionis perinde valere poſtmodũ ſuperuenientis. valere prouiſio facta per exe-
cutorem, cùm ante † expeditionem literarum exe- 3
cutores non poſſent exequi, ſecundum Rot. de conceſ. præb. in no. xvij. licet Biſignet contrariũ teneat, deciſ. iiij. eod. tit. quæ eſt antiquior: hoc tamen fundamentum non placuit do. Io. Ant. de Triuul. & quibuſdam alijs, propter formam literarũ, perinde valere, quòd perinde valeat expectatiua & proceſſus habitus per eandem, ac ſi de idiomate eſſet expreſſum: mihi verò non diſplicuit, ſtãte vera dicta deciſ. xvij. Item ſi literæ perinde valere non erant expeditæ, forma eorum nihil validabat. Cæterum fuit dictum quòd perinde valere erat quædam diſpẽſatio, & ſubintrabat alia regu. ſed quòd nulla diſpenſatio cuiquam ſuffragetur, antequam ſuper ea literæ apoſtolicæ ſint cõfectę: ſed in hoc non ſe fundarunt domini, cùm non ſit propriè diſpẽſatio, ſed potius re-
motio † obſtaculi inducti per reg. licet poſsit forſi- 4
tan defendi, quòd ſit diſpenſatio ex quo reg. inhabilitat quæ eſt ius, ſicut in ſuis caſibus extrauag. execrabilis & aliæ, & gratia perinde valere habilitat &
ſic diſpẽſat, prout in ſimili vnione ad vitã † de bene- 5
ficio, inquit idẽ Gemi. conſil. xxxviij. quòd dicitur diſpenſatio ſaltẽ palliata, quia ſi non eſſet vnio, erãt incompatibilia. c. dudum. el ij. de elect. c. de multa. de præben. & d. extrauag. execrabilis. Io. xxij. & hoc eſſet videndum an d. reg. in caſu iſtius diſpenſationis loquatur, & propriè poſsit dici diſpenſatio, nam in alia deciſ. incipien. agebatur coram me. fuit obtentum, quòd quando agitur vt beneficium vniatur alteri beneficio ad vitam, potuit teneri tela prout in beneficialibus, ex quo dicitur quædam palliata diſpenſatio, non obſt. quòd ex aduerſo dicebatur regulam eſſe ſtricti iuris. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. & pœnalem propter nullitaté actus, l. ſenatus. ff. de contrah. emp. ideò reſtringendã reg. in pœnis.
ff. de reg. iur. & c. odia. eo. tit. in vj. & gratiã † perinde 6
valere, non eſſe reualidationem neq; extenſionem, quia poteſt dici ꝙ ſi nõ eſt reualidatio eo reſpectu, quòd conſumpta gratia per acceptationẽ vnius beneficij, ſolet quandoq; reualidari, perinde ac ſi non eſſet acceptatum, ſic quia viuificat quòd nullũ erat, & inſufflat ſpiritum & animam, vbi nõ erat: Gemi. in d. conſ. 128. & quodammodo reualidat quod non erat validum, vel ſi non reualidat, quia nunquã valuerat ad regulam, non firmatur, de regul. iur. in vj. tunc eſt noua gratia, & directè in ea regula loquitur, aut ad minus in virtute comprehẽſiua vel extenſiua, vt eſt deductum in proxi. deciſ. & ſi iſta nõ ſoluerent contrariũ, ſtant alia fundamenta pro deciſ. & ſolu. & ad illud de pœna etiam confert, quod eſt dictum in d. deciſ. neque refragatur ſimile de regu. xxix. quòd cauſarum commiſsiones nullius ſunt momenti, niſi tempore earum ſuper conceſsionibus apoſtolicis literæ ſint confectæ, in quo ſufficit

quòd

quòd validæ vel ſurreptitiæ reperiantur expeditæ, etiam cum mille defectibus, quoniam ſi poſtea ſauentur cum gratia ſi neutri perinde valere ſurrogationis aut aliâs poterit iudex eam canonizare, & dicitur iuriſdictionem habuiſſe. quia dico quòd diuerſæ ſunt rationes, nam ratio d.reg.ſiue fuit burſalis vel magis, ne temerè quis alium moleſtet, quòd de facili non contingit quando ante ingreſſum ad cauſam erit coactus habere literas expeditas, cum non modica impenſa & labore, arg.l.cum de indebito.in princip.ff.de proba.regula habet quod deſiderat quomodocunque bene vel male, validè aut non validè ſint expeditæ in tempore.at in iſta reg. non ſufficeret quòd literæ eſſent expeditæ, & non poſſent capere beneficium ad effectum quòd acceptatio valeret, quid ſi loqueretur tantum de can.& præbend.vel quid ſit in vna diœceſi tantum & non dicerent de aliquibus priuilegiis aut qualitatibus de quibus erat neceſſaria mentio.vt in beneficio acceptato valerent, certe non videbantur quo ad tale beneficium expeditæ, niſi cõcurrente alia gratia extendente ad alia beneficia & diœce.& volente quòd perinde valeãt, ac ſi de tali qualitate fuiſſet dictum, vt verba reg.cum effectu intelligantur.l.pe.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exi.& ca.relatum, de cle.non reſi.ex quo expeditio requiritur vt acceptatio valeat, quæ aliâs annullatur. ergo bona, & talis quæ poſſet capere beneficium. non ſic in regula de qua obiicitur vt bona ſit iuriſdictio, quia bona eſt quæcunque cum literæ ſint confectæ, cum non reſpiciat vt validitatem gratiæ, ſed expeditioné tantum: vnde ex diuerſis non eſt bona illatio.l.ſi.ff.de calum.aut ſi vtraq; reg.reſpexiſſet ſolum literarum expeditionem quancunque, iuxta tamen diuerſitatem materiæ in vna ſubſiſteret iuriſdictio in alia, ſicut eſt iſta non valeret prouiſio ex motiuis adductis, & de regu.non eſt arguendum, cum regulæ non ſint iura communia ſed ſpecialia l.quod verò cum ſeq.ff. de leg & ſena.& quælibet habet ſuam rationem ſingularem ſeparatam ab alia ſicut & extrauagan.quæ poſſunt probabiliter ignorari.vt in ca.paſtoralis.de fide inſtrum.& ibi Abb.& alij prout inquit Barto.de iure feud.tanquam conſuetudinario in l. vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope. lib. neque ob.quòd Rot. tenuit dictam regulam non procedere quando diſpenſatio eſt cum prouiſione, vt in illa deciſione incipien.vtrum prouiſio, quia ideo voluit, quoniam diſpenſatio eſt mixta cum gratia. Item acceſſoria ad gratiam prouiſionis de beneficio & per alia fundamenta de quibus in d.deciſ. ſed iſte caſus nihil habet tale, ergo &c. l.naturaliter. §.nihil commune.ff. de acquiren. poſ. nec proficit dicere quòd d.conſil. Gemi.cxxviij loquatur quando alteri erat ante datam perinde valere ius quæſitum, hic autem data eſt ante vacationem, quia alia motiua aſtringunt etiam, quando alteri non eſſet quæſitum, vt in d.conſil.& licet regu. rei rotractiua, tunc operetur ſecundum Rot.de conceſ.præben.in no.xij.& Cald.in conſi.xij. de reſcrip.tamen vt dicit Cald.in præiudicium tertij nõ operaretur, nec in propoſito operari poteſt clauſula in perinde valere, ſcilicet vt literæ ſuper gratia expectatiua perinde valeant ac ſi, &c.ſtante reg.quæ annullat. conſi.autem Gemi.cvj. loquitur quòd diſpenſatus eſt habilis tẽpore adminiſtrationis, quamuis literas non expedierit, ſed ibi de regu.verbum nullum fuit ſucceſſiuè inuenta vna ſententia lata in ij.inſtan.per bo.me.dominum Ioan.Vanulium auditorem Rotæ in cauſa Genuen. can.& præbend.vbi erat datum de iſta regu.quia expectans erat natione Valentinus, non Caſtellanus. Item extabant priuilegia quòd oriundi & doctores ad c.præben.doctorales admitterentur & non alij, & quo ad expediuerat gratia perinde valere poſt acceptationem & prouiſionem, & lite pendente, & fuit iudicatum pro expectante non ob.regu. ergo contra deciſ. hanc, ſed quia omnia ibi erant conceſſa ſub eadem data, dixerunt domini aliud eſſe quam quando ſub diuerſa in caſu diſputato, & quòd vltra Gemi.in d.conſi.eſt ad id deciſ. Egid. dccxlvj. ſed duo ex dominis contradicebãt huic diſtinctioni, nihilominus ex votis aliorum pronuntiaui locum eſſe regu. 1520. de menſe Ianuarij confirmando ſententiam domi. Camilli & ponderetur Egid. in longo diſcurſu dictæ deciſionis, cuius ſcientia non multum differt à ſupradicta, niſi quàm referat ſe ad tempus ſequens.

Super regula de non habendo duas expectatiuas.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam expectatiuam habens vna cum alia gratia in forma c.mandatum, an ſubiiciatur regulæ de non vtendo duabus gratijs expectatiuis? &c.*

2 *Ordinarius grauari dicitur, quando papa confert beneficia ad eius collationem ſpectantia.*

3 *Grauare eccleſiam in admiſſione duorum dici ſolet papam non intelligere, niſi id exprimat hoc de ſtylo, non autem de iure probatur.*

4 *Litera apoſtolica alia gratioſa, alia iuris & iuſtitiæ appellantur, & quæ ſunt huiuſmodi generis?*

5 *Gratia in forma c.mandatum, an dici poſſit expectatiua?*

6 *Mandatum in forma c.mandatum differt ab expectatiua non ſolum nomine, ſed etiam in forma.*

7 *Regula quæ reuocat vniones an intelligatur de perpetuis vel de temporalibus?*

DECISIO XXXIIII.

DVbitabam in vna Tullen. ca. & præbend.quæ coram me pendebat, an gratia conceſſa ſecundum formam c.mandatum cum duob.ſeq.de reſcri. ſubiiceretur regulæ, qua cauetur quòd non poſſit quis vti duabus gratiis expectatiuis, ſeu ſpecialibus reſeruationibus, aut expectatiua & ſpeciali reſeruatione ſimul, ſub pœna quòd in ſecundis literis expediendo dicat de primis, aut eligat qua gratiarum vti voluerit, aliàs effectu caret vtriuſq;, & hoc quia vnus ex litigantibus contra quem dabatur de regu. habebat gratiam expectatiuam & aliam in forma d.ca. † & dixerunt domini non ſubiici.primò quia 1
propriè & ſtrictè non dicitur gratia expectatiua, ergo l.ij. ff.de ue.ge.§.hæc verba. ſecundò quia forma d.ca.magis innititur iuſtitiæ quàm gratiæ, & ita aliâs fuiſſe iudicatum affirmarunt. Aduerte ſi ideo conſideretur quòd innitatur iuſtitiæ quòd iuſtum ſit ne ordinarij grauentur in admiſſione duorum ſeu eadem eccleſia, quaſi ſatis ſit eũdem collatorem ſeu vnam eccleſiam fuiſſe grauatam in admiſſione vnius, ne duplici onere grauetur, ſicut dicitur de duplici pœna in l.ſenatus, de accuſ.& c.at ſi clerici,

in fi.de iudic.& in ſimili etiam in l.diuus Marcus.ff.
de offi.præſi.ne afflictio in vno grauamine addatur
afflicto in alio, vt in d.l.& in ca.ex parte, de cle.ægro.
& c.licet.de cenſi.cuius eſt miſerendum magis vt in
d.iuribus, & no.in c.audiĉtiam, de cle.non reſi.cum
2 negari non poſsit † quin, ordinarius dicatur grauari,
quando papa confert beneficia ad eius collationem
ſpectantia, vt not.Abb.in d.c.mandatum.col.j.aliâs
nullo iure expreſsè cauetur quòd papa non poſsit
3 aut non † intendat grauare eccleſiam ſuper rece-
ptione duorum, vt dicit Abb.in d.c.vlti.col.cum in-
tentio papæ, quòd in dubio non videatur id velle,
inſurrexerit ex ſtylo curiæ Romanæ prout declarat
ibi, vnde videtur hoc eſſe quædam moderatio & vr-
banitas papæ procedens ex conſideratione, quòd
non vult vt grauetur, ex quo non prohibetur habés
plenitudinem dominij, vt in cle.j.in fi.vt lit.pend.&
per doct.in c.quæ in eccleſiarum, de conſti.licet dici
poſsit quòd proceſſerit ex ratione iuris vt ſupra, &
quia ius eſt ars boni & æqui, vt in l.j.ff.de iuſti.& iur.
& quodammodo videretur iniquum intantum one-
rare eandem eccleſiam, quæ duplicatum onus pati
non debet, argu.l.nauis onuſtæ. §.cum autem.ad le.
rhod.de iactu.& l.Titia la j.§.qui inuita filia, de leg.
ij.& l.pe.ff.de bo.præleg.nam in iure literæ aliæ gra-
4 tioſæ appellantur, † quando habenti ſufficiens be-
neficium confertur ſecundum, vel ſit alia gratia, aliæ
iuris, & iuſtitiæ, quæ etiam dicitur forma pauperum,
vt Car.in cle.j.de conceſ.præben.iuſtitiæ, vt quando
ſcribitur vt prouideatur pauperi clerico nullum be-
neficium habenti, talis enim forma literarum eſt iu-
ſtitiæ, vel quaſi, vt dicit glo.in c.quamuis.& c.ſi pau-
per clericus, de præben.in vj.& Domi.ibi poſt Ioan.
Mo. habet enim gratia in forma pauperum plus de
iuſtitia quàm de gratia, dicit Bonifac.de Vitali.in d.
cle.j.in princi.col.iiij.de conceſ.præben.ſubiungens
quòd ſuper ea ſcribitur ordinario diœceſano, qui
melius habet notam vitam clericorum, & quia eſt
executor eorum quæ ſunt iuris communis, inter
quæ eſt quòd pauper beneficietur iuxta merita.ideo
cum non ſit ambitioſa dicta gratia eſt magis laxan-
da, & iſta forma iuſtitiæ appellatur forma commu-
nis. ca.poſtulaſti.de reſcrip. ca.accepimus. de æta. &
qua.& ibi Abb.& ca.cum ſecundum apoſtolum, vbi
Butr. Item debitum & iuſtum dicitur quando rece-
pto in canonicum mandatur prouideri de præbend.
ca.relatum.& ca.dilectus.el j.eod.titu.& ca.cum ſu-
per.de conceſ. præbend. quia canonicus non poteſt
aut non debet eſſe ſine præbéda, inquit Goſ.in ſum.
eod.titu.& acceſſoriè venit ad canonicam.ca.ſi cle-
ricus.& ca.ſi poſtquam.de præben.in vj.Item contra
5 deciſionem videtur quòd forma † d.ca.mandatum,
ſiue ſit iuſtitiæ, vel gratioſa, aut grauæ, poſſet dici ex-
pectatiua, cum expectet vacationem & prouiſioné.
præterea regula voluit occurrere fraudibus & am-
bitioni, ne vnus plura beneficia aucupetur, & occu-
pet loca aliorum, cum pluralitas ſit inimica canoni.
cap.quia nonnulli. de cle.non reſid. niſi quando ex
cauſa papa diſpenſat.cap.de multa.de præben.& hoc
ita eſt contingens cum literis in forma d.ca.manda-
tum, ſicut cum expectatiua, ſed pro deciſione facit,
6 quia aliud eſt mandatum in forma † d.cap.aliud ex-
pectatiua, & differunt nomine & forma, ergo &c.
l.Papinianus exuli. ff.de mino. de nomine patet: de
forma, quia expectatiua habet menſem ad acceptan-
dum.Item verbum reſeruamus & decretum irritans
non ſic mandatum iuxta tenorem d.ca.ergo diuerſa
etiam in ſubſtantia.l.ſi idem, cum ibi not.etiam per
doct.C.de codi.& facit glo.ſuper verbo, infra men-
ſem, in cle.j de conceſ.præben.inſuper facit conſue-
tudo papæ l.vel vniuerſorũ.ff.de pig.acti.qui quan-
do reuocat per regulas, exprimit expectatiuas reſer-
uationes, vniones, mandata de prouidendo, & vt in
pluribus apponit præterquam in forma ca.manda-
tum, ergo habet ea pro diuerſis, & iſtud multũ pon-
derant domini hoc tempore in interpretatione reg.
& gratiarum, quæ fiunt poſt regulas in craſtinum
aſſumptionis fieri conſuetas ſtylum attendentes,
etiam in verbo vniones † quod importat perpetuam 7
vnionem, quia niſi dicatur quòd reuocat vniones
perpetuas, non videtur per verbum vniones indu-
cta reuocatio perpetuarum, ſed temporalium dun-
taxat, attento quòd vt plurimum papæ ſolent expri-
mere de perpetuis, quando volunt reuocare etiam
perpetuas, & ita in vna cauſa inter Car.ſanctæ Cru-
cis & quendam alium fuit concluſum. verum eſt
quòd verbum de reuocatione vnionum erat in lite-
ris reſeruationis, non in reg.& in illis quia non facit
legem omnibus, & quia perpetuæ ſolent dari raro,
& cum cauſæ cognitione, & quandoq; componun-
tur: optima eſt interpretatio quòd per literas, niſi
expreſsè dicatur de perpetuis, non cenſeantur reuo-
catæ aut ſuſpéſæ, & ita audiui in ſignatura à ſanctiſſ.
domi.noſtro Leone 1520. de menſe Auguſti quòd
non intelligebat per literas ſub ſimplici verbo vnio-
nis, quòd viderentur reuocatæ perpetuæ, & in regu.
cancel.quæ in craſtinum aſſumptionis reuocat om-
nes vniones nondum ſortitas effectum, ex quo fit
lex omnibus, & vt reuocentur omnia, & cum ma-
tura deliberatione, forſan aliud eſſet.cũ maiori enim
maturitate emanat conſtitutio quàm reſcriptũ, dicit
Abb.in ca.nonnulli, de reſcrip.iij.col.faciendo diffe-
rentiam inter caſum & caſum in materia de qua ibi.
Item pro iſta deciſione etiam facit quia ſi aliter di-
ceremus, ſequeretur quòd coadiutoriæ acceſſus, &
omnes gratię de vacaturis ſub expectatione ſubiice-
rentur regulæ, quòd non eſt admittendum ita largè
& diffusè, quia ſi papa voluiſſet dixiſſet.c.ad audien-
tiam.de deci.

Super Regula quod nulli diſpenſatio ſuffra-
getur literis non confectis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in prouiſione obtenta, ſuffragatur etiã literis non confectis, regula non obſtante.*
2 *Gratia principis neceſſariò ſcripturam non requirit, & eſt perfecta ſine ea.*
3 *Caſus ſimplex in odioſis non continet mixtum.*
4 *Literarum expeditio ſuper diſpenſatione ad incompatibilia, ſi fiat tempore ſententiæ, non autem litis motæ, an ſufficiat ad euitandam pœnam extrauag. execrabilis?*

DECISIO XXXV.

VTrum prouiſio de beneficio curato in cuius
prouiſione diſpenſabatur, quòd poſſet illud
cum alio ſimili, quod antea obtinebat retinere &
poſsidere, obſtet regula quòd nulla diſpenſatio ſuf-
fragetur,

fragetur,niſi deſuper literæ ſint confectæ coram do.
Hugo. de Spinoſa 1514. fuit dubitatum & omnes
1 dnmini excepto vno † tenuerunt quòd non, & ita
fuit iudicatum:primò,quia regu.& ſtatutum parem
habebat interpretationem, cùm ſint conſtitutiones
extra corpus iuris.ergo regulariter ſtrictè capiuntur
& prout verba ſonant,ac in caſibus tantum expreſ-
ſis.l.iij. §.hæc verba.el ij.ff.de ne.ge.l.ſi ſeruũ. §.non
dixit prætor.ff.de acquir.hære.& c.in noſtra.de iniu.
non enim extendimtur vt dicit Bar.in l.ſi is qui pro
emptore. xvij. col.ſuper articu.an fictio fingat ſuper
his quę ſunt ſimul iuris & facti.de vſuc.& magiſtra-
liter in l.omnes populi.in iiij.q.vj.q.prin.ff.de iuſt.&
iur.& not.Abb.in c.cum dilectus.de conſue.ſed reg.
non loquitur expreſſe, quando diſpenſatio eſt cum
prouiſione,ſed ſimpliciter de conceſsione diſpenſa-
tionis.igitur &c.Secundò reg.exorbitat & eſt odio-
2 ſa, cum de iure † gratia principis non requirat ne-
ceſſariò ſcripturam,ſine qua proficit & eſt perfecta,
vt Arch.Io.An.Dy.& alij in prohe.vj.& Cal.& Abb.
in c.in noſtra.de reſcrip. & Bal.in l.humanum.C.de
leg.& dico in illa deciſione incipi.quamuis ad cano-
nizationẽ. Reg.autem loquitur in caſu ſimplici non
mixto,quando eſt coniuncta diſpenſatio cum proui-
3 ſione vt in themate, ſed in † odioſis in ſimplicibus
non continetur mixtum,ergo &c. quòd non conti-
neatur probatur in l.ſi ita ſcriptum,in prin.de lib.&
poſth.& l.vim paſſam.§.præſcriptionum.ad l.Iuli.de
adul.cum ſi.tenet Bart.& communiter doc. in l.ij.in
princi.ff.de verb.oblig. & ibi referunt & ſequuntur
mode.adducentes etiam l.mariti.§ quinquennium,
iunct.l.ſi adulterium cum inceſtu.& ibi not.eo.titu.
de adul.& idem Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi taurum.
ff.de libe.& poſth.ij.col.quòd in materia non fauora-
bili in qua debet fieri ſtricta interpretatio,diſpoſitio
in caſu expreſſo non extẽditur ad omiſſum,& quòd
in ſtatutis caſus mixtus non comprehendatur ſub
ſimplicibus,voluerunt Bal.in d.l.omnes populi.Pet.
de Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta.verſi.venio ad
quartum membrum, & alij quos refert ſequendo
Alex.in d.l.ij.in princi. Tertiò gratia diſpenſationis
venit acceſſoriè ad gratiam prouiſionis.vnde regu-
latur ab ea quæ expeditioni literarum non eſt ſub-
iecta, & eius naturam ſequitur.l.non dubium.C.de
leg.c.inter dilectos.circa fi.de fide inſtru.& reg.ac-
ceſſorium. de regu.iur.in vj. nam acceſſoria erat pro
retentione vtriuſq; beneficij diſpenſatio.& non po-
ſtulatur principaliter ad duo incõpatibilia. Quartò
ſi ratio regu.fuiſſet burſalis, prout tenuit gloſſator
ſuper ea,dicebant aliqui attendentes effectum quòd
4 ſatis erat ſi reperiebatur expedita tempore † ſenten-
tiæ:licet non tempore motæ litis maximè ad euitan-
dam pœnam extrauag.execrabilis,vt in iſto caſu reg.
in pœnis.ff.de reg.iur.& ita fuiſſe aliàs ſententiatum
in Rota dicit gloſſator intellexiſſe in diſpenſato ad
tria incompatibilia, quæ detinuerat bullis non ex-
peditis, ſcilicet quòd non inciderat in pœnam exe-
crabilis, per verba ibi poſita.ſi verò fuit propter for-
mas datas in cancellaria circa expeditionem diſpen-
ſationum, quæ quandoq; limitantur per reg.vt dici-
tur in ipſa reg.tunc non oſtendebatur quòd in hoc
caſu potuiſſet impediri expeditio aut limitari,vel ſal-
tem quin expeditæ prout poſſunt expediri, defen-
diſſent poſſeſſorem ab incompatibilitate, & ſic ceſ-
ſabat ratio,& eſt notandum quod ait gloſ.ſuper re-
gula,quòd locũ habeat in his diſpenſationibus quæ
reſtringuntur per reg.cancellariæ,tamen non in aliis
quæ reſtringuntur ſolum de iure communi, quòd
intellige in caſibus in quibus loquitur, & ei poteſt
eſſe locus ſecundum fundamẽta adducta,non aliâs.
Non obſt.quòd poteſt per hanc mixturã fieri fraus
regu.quia fraus non cadit extra caſum regulæ. Item
ſatis debet eſſe contenta regu. quòd expeditio fit
ante ſententiam,& quòd per eam apparet,quòd ni-
hil erat impedimenti, nec fuit limitata diſpenſatio
quo minus proſit, & ab omni priuatione iuris &
pœna liberet poſt ſententiam in Rota latam,fuit al-
legatum conſ.Soci.in conſi.nouiter impreſsis,nume.
xlj.iij.vol. ibi conſueuit etiam non eſſe locum regu.
& facit quòd dicit,Domi.conſi.cvj.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio diſpenſationis abſque literis, an excu-
ſet ab execrabilitate & inhabilitate?*
2 *Diſpenſationis ſimplicis vigore cum ſola ſuppli-
catione plura incompatibilia validè obtinere & aſ-
ſequi poteſt,dummodo ante ſententiam literarum
expeditio fiat.*
3 *Diſpenſatus vt poſsit plura beneficia incompatibi-
lia obtinere, ſi ſibi canonicè conferantur, ſi minus
canonicè recipiat,an incurrat pœnam extrauagan.
execrabilis?*
4 *Ratio iuſta & iniuſta excuſat non ſolum à dolo,ve-
rum etiam à pœna doli.*
5 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*
6 *Supplicatio quando excuſet non ſolum ad obtenta,
verum etiam ad futura?*
7 *Diſpoſitio principis quando ad conſeruationem &
derogationem iuris communis interpretari poteſt,
quomodo ſit interpretanda?*

DECISIO XXXVI.

DIſpenſatus erat Io.Bert.diſpenſatione ſimplici
ad obtinendum plura incõpatibilia,obtinuit
& poſſedit ea vigore diſpenſationis cum ſola ſuppli-
catione, abſque eo quòd literas expediuiſſet.poſtea
fuit ei prouiſum de archidiaconatu, cuius prouiſio
impugnabatur tanquã eſſet inhabilis ex retentione
incompatibilium ſine diſpenſatione,vt in extrauag.
execrabilis.§.quia verò.de præbend.dato de regula
quòd diſpenſationes non ſuffragẽtur, niſi literis ex-
peditis,dubitatur coram do.Io.Staphilæo Epiſcopo
Sibiniceñ.de menſe Ianua. 1526. in cauſa Ilerdeñ.
archidiaconatus;an ſupplicatio † diſpenſationis ex- 1
cuſaſſet ab execrabilitate & inhabilitate,& licet in-
ſpecto iure eã excuſaret ſola ſupplicatio per ea quæ
vult & adducit Gẽmi.conſil.cvj.tamen propter reg.
do.Iaco.Simo.multum dubitabat, tanquam aliquid
deberet inducere vltra ius commune,ſicut ſtatutum
ad tradita per Bart.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.in-
fect.& per Abb.in c.paſtoralis.in prioc.de appel.ſed
do. M. Spinoſa voluit quòd licet non expeditio po-
tuiſſet forſan nocere ſi ſuper obtentis incompatibi-
libus ageretur, non tamen quòd propterea inhabi-
litatẽ incurriſſet, quo minus validè potuerit poſtea
aſſequi archidiaconatũ,quia pœnæ debent reſtringi
non ex regulis,niſi expreſsè dicant ampliari.l.inter-
pretatione.de pe.l.cum quidam.de lib.& poſth.pro
domi. Sibiniceñ. ponens dixit benefacere deciſ.iij.

de except. in antiq. vbi pœna in vno beneficio non
extenditur ad alia, nec inhabilitatem inducit, nam
hanc pœnam ſecundum domi. Spinnſam non conſi-
derauit reg. nec induxit. Verum obſtare videtur, quia
ſi nocet quo ad incompatibilia vtiq; ex retentione
incompatibilium cauſatur, & ſequitur inhabilitas
ad obtinenda, vt in d. §. qui vero. & in c. dudum. el ij.
de elect. & d. deciſ. ij. loquitur in tranſgreſſore. c. licet
canon. de elect. in vj. in quo non eſt cautum quòd vl-
tra puniatur in priuatione beneficij, nec quod effi-
ciatur ineligibilis ſicut retinens incompatibilia. Ma-
2 ior tamen pars voluit, vt non expeditio † non noce-
ret in caſu deciſionis, quinimo quòd nec quo ad
obtenta incompatibilia attento quòd nunc tempore
litis ante ſententiam reperiebantur literæ expeditæ
ſine aliquo defectu, quaſi reg. ſit burſalis vel frater-
niter cum illa quòd non iudicetur iuxta tenorē ſup-
plicationum, ſed literarum deſuper expeditarum,
pro qua ſententia fuit adductus Socin. in conſil. xlj.
volu. iij. vbi etiam ſuper intellectu huius regulæ vi-
dendum, ſed vltimum non procedit ex quo illa reg.
reſpicit iudicium, & iudicem ad quem verba dirigit,
nimirum ſi expeditio ſufficit tempore ſententiæ, iſta
verò concernit inutilitatem diſpenſationum etiam
ante litem, & iudicium, verùm quòd ſola ſupplicatio
excuſet etiam quo ad obtenta conſiderabatur, quòd
Innoc. Hoſti. & Ioan. And. not. in d. c. dudum. & Spec.
in §. dicēdum reſtat. vet. quid ſi habens plura bene-
ficia in titulum, de diſpenſa. videlicet quòd diſpen-
ſatio ad habendum plura beneficia conceſſa ei, qui
non exprimit, quæ minus canonicè tenebat, ſi non
prodeſt quo ad obtenta, prodeſt tamē quo ad futura
quæ canonicè obtinuerit. Sed hoc non eſt ad propo-
ſitum, & potius videtur eſſe contra reſpectu obten-
torum. vnde melius accommodari videtur doctrina
eorundem doct. in d. c. dudum. & Specu. in allegato
titu. vet. quid ſi diſpenſetur, quòd ſi cum aliquo di-
3 ſpenſetur † vt poſsit plures perſonatus recipere, ſi ei
canonicè conferantur, & poſtea eos minus canonicè
recipiat, licet peccet, vt poſsit contra eum procedi,
quia male & non canonicè tenet, non tamen peccat
ex eo quòd plures teneat quo in caſu Mil. in reperto.
in ver. diſpenſatur vt poſsit plures &c. dicit quod
talis non incurrit pœnam inhabilitatis. d. extrauag.
execrabilis. de præben. Si tamen hæc ſimilitudo non
ſufficeret, confirmatur concluſio maioris partis do-
minorum, vt ſola diſpenſatio excuſet, quia etiam
decretum inualidum ex errore partis cauſato à iure
poſitiuo, quia non in ſcriptis vel peccans in alia ſo-
lennitatē excuſat, ad tradita per Bar. in l. ſed & ſi. de
pet. hær. & in l. quod uerùs, depoſi. quem ad hoc ad-
ducit Socin. in l. iuſte. ff. de acqui. poſſ. Item quælibet
etiam beſtialis cauſa & iniuſta excuſat à dolo. l. igi-
tur. §. poteſt. ff. de libe. cauſa, & Iaſon d. l. iuſte. colum.
vlti. & dicit Ang. in l. plag. ij. C. ad l. Flauiam de plag.
4 quòd vbi † quis eſt puniendus ex crimine propter
dolum, iuſta vel iniuſta ratio excuſat à dolo, & con-
ſequenter à pœna doli, & ibi vide diſtinctionem in
materia: reprobata etiam conſuetudo excuſationem
præſtat. c. cum venerabilis. iunct. gloſ. de conſue. Pro
concluſione quæ mihi etiam placuit dixi facere ad-
ducta in proxima deciſione & ratione, quæ in prohe.
regu. ponitur, à qua mens ſtatuentis colligitur, vt in
l. fin. de hære. inſtit. quæ non habet locum, niſi in di-
ſpenſationibus quæ prouide limitantur, cùm ratio
reſtringat & ampliet diſpoſitionem ad ſuos limites.
l. cum pater. §. dulcis. ff. de leg. ij. ca. ſecundo requiris.
& ibi Abb. de appel. iſta autem vt per expeditionem
cōſtitit non eſt de illis, ex quo nihil quòd in ſuppli-
catione continetur fuit per literas limitatum, ad hoc
pondera etiam illa verba, ne quid diſpenſatiuè tenere
præſumat ad quod conceſsiones huiuſmodi ſe non
extendunt. nam verbum huiuſmodi intelligitur de
his, quæ in expeditione literarum prouidè limitan-
tur de quibus tātum dixerat & proximè, ſuper quo
domini Abbreuiatores habent ſuum ſtylum & regu-
las, etiam quòd in quibuſdam reſtringant conceſſa
in ſupplicationibus diſpenſationum, quando literas
deſuper expediunt. Ad idē ſuccedunt verba in parte
depoſitiua ibi nullitatis diſpenſatio, igitur ſola illa
quæ erit limitata excluditur, & quæcunq; alia quæ
non erit talis ſuffragatur, quoniam † limitata cauſa 5
& diſpoſitio limitatum producit effectum. l. in agris.
ff. de acquir. rer. domi. & c. j. de ſepul. Ex quibus con-
ſtat quòd regula in omni ſui parte de his ſolum di-
ſponit, quæ per expedientes literas prouide limitan-
tur, prouide, id eſt, attento ſtylo in parco vel came-
rali expeditione. vel regulis aliis ſuper hoc editis. er-
go non de omnibus, de quibus ſi voluiſſet, dixiſſet
abſq; verbis taxatiuis. l. vnica. §. ſin autem. C. de cad.
tollen. & ca. ad audientiam. de deci. neq; cadit conſi-
derare, an ratio prohemij fuerit finalis, vel impulſiua,
ad tradita per doc. in l. j. §. poſtulare. ff. de poſt. in §. af-
finitatis, inſtit. de nup. & in c. cum ceſſante. de appel.
ex quo tota regu. tam in princi. medio, quàm in fine,
fundat ſe. & loquitur de certis diſpēſationibus, non
ſimpliciter de omnibus, & repetit ac proſequitur,
quòd in prohe. promiſerat reſtringendo ſe ac decla-
rando. vnde aliter ſentire eſſet dicere non dum contra
mentem, verum etiam contra verba, à quibus, niſi de
mente appareat contraria non eſt diſcedendū. l. non
aliter, & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij.
Item interpretatio non eſſet admittenda, vt melior
ſenſus exiſteret, qui ex verbis & mente in hunc ſen-
ſum collectus eſt. l. pe. C. de lib. præte. Neque iſta in-
telligentia debet videri aliena, poſtquam conuenit
verbis & menti, maximè quia ſumus in materia pœ-
nali & iuris ſtricti, in qua ſatis eſt vt operetur, prout
verba ſonant, & non vltra. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg.
geſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. de acquir. hære.
& l. quicquid aſtringendæ. de verb. obli. etiam ſi per
eam firmetur hæc deciſio abſq; illa diſceptatione,
an ſola † ſupplicatio excuſet, & ſi excuſatur quo ad 6
futura vel obtenta tantùm ſeu quo ad vtranque &
reſtringat ad eas ſolas quæ limitātur per expeditio-
nem vel limitarentur, quando produceretur ſuppli-
catio & iudicatur per præſidentes expeditionis, an
debeat limitari, quia etiam in materia ſtatutaria in-
ſpectis verbis Alex. qui in l. fin. §. in computatione.
col. pe. C. de iur. delib. diſtinguit ſecundum Bart. &
alios ibi quòd tunc ſtatutū interpretatur, vt aliquid
addat iuri cōmuni, quando parti non infertur gra-
ue præiudicium, ſecus ſi ex interpretatione, prout
verba ſonant, ſurgeret graue præiudiciū, tunc enim
interpretabitur ſecundum ius commune, etiam ſi
ita interpretando nihil operaretur. Ad hoc no. dictū
Innocen. in ca. dudum. in fi. de deci. quòd diſpoſitio
† principis quæ poteſt interpretari in derogatione 7
iuris

iuris communis,& etiam ad conſeruationem potius interpretabitur ſecundo modo,cuius dictum de facili oon inuenitur alibi proot inquit Butr.ibi & meminit Bald.in l.bonorũ.col.ij.C.qui admitti.& refert ac accommodat Fely.in tract.quando lite.apo.nocepatto.in iij.ampliatiooe in caſu de quo ibidem. looge ergo magis hic ſuſtinetur hæc intelligentia, ex qua verba non impropriãtur,nec mens læditur,quæ ex verbis colligitur. l.cum delanionis .§.aſinam.ff. de fisò.inſtructo.l.labeo.ff.de ſoppel.leg.& c.ſi.iunc. gloſ.iiij.de ſucceſ.ab inteſt.& nihilominus operatur io ſuis caſibus contra ius , cùm de iure cõmuni gratia per ſolam ſopplicationem ſit perfecta ſecundum glo.& doc.in prohe.vj. Bal.in l.humaoum.C.de leg. Cald.& Abb.in ca.iu ooſtra.de reſcript.& late pono io deciſione incip.quamuis ad canonizationem titu. ſupra de reſtitu.ſpolia. Aduerte tamen,quia ſi io expeditione limitaretur ſupplicatio in aliquo paſſu, qoi oon noceret diſpenſato, ooo procederet regula, ſed tunc demum quando limitatio ooceret & vellet ſe defendere, quòd illud in ſupplicatione habebat,quia non ſufficeret.

Super Regula de impetrat. beneficiorum per obitum familiarium Cardinalium vacan.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio de beneficio vacante per obitum familiaris alicuius Cardinalis, etiam ſi eidem familiari commendatum extiterat, non valet, niſi de nomine & titulo Cardi. mentio habeatur, & ad id eiuſdem Cardina. accedat aſſenſus.*

2 *Ratio regulæ quare conſenſus Cardinalis requiritur in beneficio vacan. per obitum familiaris ſui, eſt propter expenſas quas Cardinales ſubſtinent in eorum familia.*

3 *Conſenſus Cardinalis exigitur in beneficijs, etiam ſi per ceſſationem commendæ aut diſſolutionem vnionis aut aliàs quomodocunque per obitum familiaris ſui vacare aſſerantur.*

DECISIO XXXVII.

SI familiaris alicuius Cardina. decedens haberet
1 aliqua beneficia † commẽdata ad vitam, voluere
domini quòd talia etiam contineantur,& ſubiician-
tur reg. xxx. vt non teneat eorundem prouiſio, niſi
de nomine, & titulo Cardinalis mentionem faciat,
ipſiúſq; conſenſum habeat, prout io ipſa reg. etiam
ſi teneamus quod non cenſeantur vacare per obitũ,
ſed eo mo. quo prius commenda ceſſante ſecuodum
Feder. de Sen. in tract. de bene. permu. q. xv. Rot. de
conceſ. præbẽ. prima in antiq. ac Lud. Ro. conſi. cccl.
& noto in pluribus deciſionibus, maximè in illa ſu-
per reg. de veriſimili notitia obitus, incip. per obitum
Regioi,& in alia ſuper reg. de iofirmis reſignãtibus
& iofra xx. dies decedentibus, incipi. Paſchaſius de
Rota, vbi pro & contra in omni materia regularum
de vacatione per obitum exprimentum, quo ſuppo-
ſito ooo conueniont verba, ergo nec meos debet
conuenire l. hos accuſare. §. in omnibus. de accuſ. &
l. iiij. §. Toties. ff. de dam. iofec. quia fuit dictum eandẽ
eſſe rationem ſiue teneremus quòd daretur vacatio
per ceſſationem, ſiue quòd ceſſet tantùm commenda
2 & vacet modo, quo ante commendam. nam † ratio
reg. eſt propter expenſas & onera quæ Cardinales
ſubſtinent in eorum familia ſecuodum Rot. de præ-
bend. io antiq. xvj. quæ militat ita in obtinente io
commendam, ſicut io habente in titulum data va-
catione, ſeu aperta per obitum quomodocunq; va-
care dicãtur beneficia,& tunc vel prius & ſi eſt vnica
habet vim expreſſæ ioquit gloſ. in l. quamuis. C. de
fideic.& ſi plures eſſent, ſufficeret quòd eſſet vna fi-
nalis. §. affinitatis. inſti. de oup. hoc dico quia io oenio
Egid. deciſione dcxxxij. non pooentem iſtam & coo-
ſiderantem duas aliâs ſuper eadem reg. attenta au-
tem hac conſideratione procedit concluſio, † & in 3
diſſolutione vnionis per obitum per quam etiam
oon datur vacatio, ſed modo quo prius vt plene dico
in illa deciſione incipi. facta erat vnio ad vitam, vbi
etiam dicitur de commenda ad vitam fraternizante
cum vnione, tamen io omni materia generalia vide
argumenta hincinde in allegatis deciſ. per obitum,
& Paſchaſius, & in indiuiduo ſuper iſta regu. Egid.
d. deciſiooe. dcxxxij. & quod ſuper ea conſidero in
alia quæ incipit, commendauerat.

Super Regula quod Cardi. non comprehendatur ſub Regulis poſt primam editionem faciendis.

SVMMARIVM.

1 *Regula reuocans reſeruationes, ſeu gratias etiam Cardinalibus conceſſas, præiudicat eiſdem non obſtante alia regula prius edita quod Cardinales non comprehẽdantur ſub regulis poſt primam editionem faciendis, niſi eorum fauorem concernant. & nu. 11.*

2 *Regula noua an tollat primam contrariam quamuis id non exprimat. & nu. 4. 11.*

3 *Clauſula quorũ tenores appoſita in regula, ſeu gratia ſequẽti tollit ſpecialia, & indiuidua precedẽtiũ.*

5 *Cardinales in verbis generalibus regularum comprehenderentur, niſi eſſet aliter diſpoſitum per dictam regulam.*

6 *Statutum vel reſcriptũ habens clauſulã derogatoriam ad ſecũdũ, quãdo per ſecũdum reuocari poſſit?*

7 *Conſtitutio generalis principis ſecunda tollit primam contrariam cum generali mentione. & nu. 9.*

8 *Diſpoſitio precedens habens clauſulam derogatoriam, quando tollatur per ſequentem.*

9 *Reſcriptum contra ius quãdo emanauit ob publicã vtilitatem, an valeat non facta mentione de iure?*

10 *Priuilegium vel reſcriptum emanatum contra legem valet cum clauſula generali non obſtan. aliqua lege in contrarium, niſi forma legis induceret non valere, niſi faciat mentionem de illa.*

DECISIO XXXVIII.

PAſſus fuit dubius io cauſa Mantuana Capella-
niæ quæ coram me in ij. inſtantia pendebat 1519.
de menſe Februarij an regu. † Leonis x. reuocans 1
omnes reſeruationes conceſſas etiam Cardinalibus
præiudicabat ei qui veniebat ex reſeruatiooe Cardi-
nalis ſancti Seuerini ſtante anteriori reg. quòd Car-
dinales non comprehendantur ſub regulis edendis,
niſi conſenſerint vel eorum fauorem concernant,&
videbatur quòd non: ex quo per reg. reuocatoriam,
quæ non erat edita de conſilio Cardinalium, tolle-
batur reſeruatio conceſſa dicto Cardinali.& conſe-
quenter erat damnoſa, non fauorabilis, ergo &c.

Nec obſt. quòd de Cardinalibus eſſet facta mentio
2 in ſecunda, quia in ea non derogabatur † primæ re-
gulæ, nec aliquid de prima dicebatur. vnde per pri-
mam cum ſuis clauſulis & forma præſeruabatur re-
ſeruatio ad materiã. l. ſi quis in principio teſtamenti,
de leg. iij. & c. nõnulli. de reſcrip. ſed me non parum
dubitante dixerunt domini, quod eadem & maior
poteſtas tollendi regulam & derogandi, remánſerat
apud conditorem non ob. reg. ca. dudum. de præben.
in vj. & quòd voluit præiudicare Cardinalibus ex eo
quòd expreſsè de eis in ſecunda dixit, & ad clauſu-
lam derogatoriam primæ reg. fuit reſponſum, quòd
per clauſulas prægnantiſsimas poſitas in ſecunda
videbatur ſublata prima, & de ea cogitatum & di-
ctum, ita Bar. in d. l. ſi quis in princi. teſtamen. inquit
de cle. derogatoria derogatoriarum quòd per eam
videtur in ſpecie dictum, & per clauſulam, quorum
3 tenores, ac ſi de verbo † ad verbum insererentur ha-
beri volumus pro expreſsis tolluntur ſpecialia & in-
diuidua, vt Rot. tenet per conſi. ij. Anto. de Butr. de
quo & ſtylo curiæ in varietate opinionum meminit
Fel. in c. accedẽtes. de præſcrip. dixi in illa deciſione
quòd decretũ regulæ de triennali eſt perſonale inci.
quæſitum fuit non ob. conſi. Gemi. xij. in quo de ge-
nerali, ſpeciali, & indiuidua gratia, quia non negat
quòd non eſſet derogatum primæ, quando clauſulæ
de quibus eſt dictum proximè, vel ſimiles appone-
rentur in ſecunda gratia, & ſi diceret obſeruantia eſ-
ſet contra eius opinionem, nam cum iſtis pinguiſsi-
mis clauſulis conatur papa declarare, quòd præce-
dentia cuiuſcunque tenoris non obſtent, & exhalat
animum tollendo omnia quæ expreſsè & magis ſpe-
cificè tolleret, ſi memor eſſet. vnde inoleuit quòd vl-
4 tima † reuocant aut ſuſpendunt priora vel eis dero-
gant, quia ponuntur clauſulæ fortiſsimæ ad priores
diſpoſitiones ſicut dicitur de pactis nouiſsimis in
l. pacta nouiſsima. C. de pac. Item dicebatur ſatis eſſe
in ſecunda factam fuiſſe mẽtionem de Cardi. abſq;
mentione de prima, & ad id quod obiiciebam quòd
prima reg. ſecundum prædicta non operabatur, re-
ſpondebant domini quod operaretur, quando in ſe-
cunda reuocatoria reuocarentur reſeruationes qui-
5 buſcunq; conceſſæ, quia quamuis † in verbis genera-
libus comprehendantur Cardinales ſecundum com-
muniorẽ ſententiã, de qua Fely. in c. ad aures. viij. co.
de reſcrip. tamen propter primam reg. non contine-
rentur, & in hoc operatur primò quòd in ſequenti
non ſufficiat verbum generale. ſed requiratur quod
expreſſa mẽtio de Cardinalibus fiat. adhuc concluſio
redditur dubia ex his quæ tenet Bar. l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. in iiij. q. iij. q. prin. ix. & x. col. poſt Cy.
6 quod quando præcedens ſtatutum eſt † derogatoriũ
ſecundi, vt quia prohibet aliud fieri, aut quòd non
poſsit in contrarium ſtatui vel contra ipſum veniri,
niſi certa forma quod ſecũdum non valeat. niſi fiat
expreſſa reuocatio primi, quia proteſtatio & clau-
ſula derogatoria in primo declarat animũ deeſſe in
futuro. & ſequitur Abb. in c. cum acceſsiſſent. ij. col.
de conſti. item idem Abb. in d. c. nonnulli. ij. col. dicit
quod quando ius habet clauſulam derogatoriam,
ſeruanda eſt forma iuris, & ſi requirit ſpecialẽ men-
tionem nõ ſufficit generalis. ſed dicitur eſſe ſpecia-
lis ſaltem per verba æquipollentia, vt in l. non aliter.
de leg. iij. ſecundum Bal. & Cyn. in l. humanum. C. de
leg. procedit in reſcripto, ſecus in cõſtitutione † quæ 7
valet contra cõſtitutionem cum generali mentione,
ſcilicet non obſtãte quacunq; conſtitutione in con-
trarium, vt in cle. dudum, in fi. de ſepul. quia conſti-
tutio emanat cum maiori maturitate quam reſcri-
ptum & Bald. poſt Cyn. in d. l. humanum, in ij. q. lo-
quens de ſtatuto & reformatione dicit quòd quãdo
præcedens † diſpoſitio derogat formæ, ſcilicet quod 8
non valeat reformatio niſi ſub tali forma, quòd non
valet non ſeruata illa formã, quia præſumitur deeſſe
conſenſus: ſi verò deroget voluntati, vltimus actus
non valet, quia non adeſt volũtas. d. l. ſi quis in prin.
teſtamenti, & hoc quando poſterior diſpoſitio ema-
nat ſimpliciter, ſed quando emanat cum clauſula
derogatoria non obſt. aliquo ſtatuto quod in contra-
rium diſponeret ſecundum Cyn. & ſtylum Rom. cu.
ſufficiat in legibus condendi derogatio † generalis 9
legum in contrarium, vt inquit Bald. ea ratione, quia
in legibus quæ fuerunt ob publicam vtilitatem ſuf-
ficit generalitas, & in reſcripto quod emanat pro-
pter publicam vtilitatem contra ius, quòd valeat
non facta mentione de iure, voluit Bart. in extraua-
gan. ad repri. vt refert Abb. in d. ca. nonnulli, ratio,
quia tunc princeps videtur diſpenſare contra ius:
l. quidam conſulebat in fi. ff. de re iudi. ſecus ſi ema-
nante in fauorem priuatæ perſonæ, quoniam tunc
iura habent regulam derogatoriam, contra tale re-
ſcriptum. & Bart. in l. fin. C. ſi contra ius vel vti. publi.
loquendo in priuilegio † quando princeps reſcribit 10
contra legẽ, vult non ſufficere, ſi dicatur aliqua non
obſtan. vel aliqua lege non obſtan. cum id ſit gene-
raliter loqui, nec requiritur quòd dicatur non ob-
ſtante tali lege, nominãdo eam, quia eſſet, loqui ſin-
gulariter ſeu indiuiduè, ſed eſt ſatis dicere non ob-
ſtan. aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, cùm
iſtud ſit ſpecialiter loqui, quòd limitat But. in c. quę
eccleſia. de conſti. prout in additione magna ad Bar.
in d. l. fin. habetur quod non requiratur vt ſingulari-
ter, niſi forma legis illud induceret, quia dicat non
valere reſcriptum, niſi faciat mentionem de illa, vt
in ca. nonnulli, quoniam tunc requiritur ſingularis
in propoſito. ergo pro veritate deciſionis ſaltem in
ſecunda regula † debuit eſſe mentio generalis pri- 11
mæ cum clauſula non obſtan. alia regula, capiendo
quancunque opinionem, & non eſt verum ſufficere
in ſecunda regula factam fuiſſe mentionem de Car-
dinalibus abſq; eo quòd de prima regu. facta fuerit,
& cum ſimus in regulis extra corpus iuris, forſan
aliud eſſet, quam in conſtitutionibus intra corpus
iuris, ex quo in primis datur probabilis ignorantia,
in ſecundis non vt in c. primo. de conſtit. in vj. iunct.
l. leges ſacratiſsimæ. C. de leg. & primæ non tollun-
tur ſine ſpeciali mentione, ſecundæ verò ſic per ſe-
quentem conſtitutionem contrariam, etiam ſi nihil
ſit dictum de eis vt in d. ca. j. vt dicamus quod requi-
ratur vt dicatur ſpecialiter non obſtan. alia regula,
quæ in contrarium diſponeret vel ſimilia, ſed quod
nihil dicatur de prima reg. non crederem poſſe ſub-
ſtineri etiam per clauſulas prægnantiſsimas quæ di-
ceret de gratiis & non de regulis aut conſtitutioni-
bus aliquid in generalitate clauſularum, de quibus
ſupra. ideo verba ſecundæ regu. iuxta doc. adducta
videnda ſunt, quia prima regula formam habet,
& clauſulam etiam derogatoriam voluntatis, nec

prodeſt

prodeſt dicere quod ſecunda regula reſpicit fortaſ-
ſe publicum fauorem, quia ratio primæ videtur etiã
in tali fauore fundata, vt in c.bonæ, el ij. de poſtu.
præla: vbi tex. & gl. declarans quòd Car. cum papa
curam & ſolicitudinem gerunt pro ſtatu vniuerſalis
eccleſiæ, & etiam in lege condenda requiritur gene-
ralis derogatio ſeu mentio vt ſupra, & vide in mate-
ria ſecundæ diſpoſitionis ad primã habentem clau-
ſulam derogatoriã doct. in prædictis locis & non quę
in additione ad Bar. in allegata l. fi. dicuntur.

Super regula de non tollendo ius quæſitum
per quancunque commiſsionem.

SVMMARIVM.

1 *Regula de non tollendo ius quæſitum per quancunq; commiſsionẽ ſeu conceſsionem, intelligit quo ad impetrata & cõceſſa lite cepta ſeu pendẽte, & nõ ante.*
2 *Lis & cauſa quando dicantur cepta?*
3 *Ius an ita tolli dicatur per ea quæ concedũtur ante litem coeptam, ſicut per ea quæ poſt? & nu. 6.*
4 *Ratio limitat & reſtringit diſpoſitionem ad eius limites.*
5 *Princeps quandoque propter importunitatem vel præoccupatus aut circumuentus non concedenda cõcedit, ideo in dubio non eſt præſumendum quod voluerit alicui inferre iniuriam.*
7 *Verbum in cauſis in eadem regula ſimpliciter prolatum, an de præſentibus tantum vel de futuris intelligi debeat & ſupra nu. 4.*

DECISIO XXXIX.

QVod reg. de non tollendo ius quæſitum per
1 quançunq; ſignaturam ſeu cõceſsionem † in-
telligatur quo ad impetrata, aut conceſſa lite pen-
dente, aut cepta, & non ante, fuit dictum in vna Ba-
ion. decimarum coram domino Ioanne Antonio de
Triunltiis, & aliam placenti. nullitatis location. in-
ter Car. Comen. & eius aduerſarium coram domi-
no Paulo de Capiſuchis 1520. eo fundamento.
quia in prohemio regulæ à quo mens reprehendi-
tur. l. fin. ff. de hære. inſt. & Bal. in j. conſt. C. in §. qui-
bus, dicitur ne per varias, quæ pro commiſsionibus
ſeu mandatis & declarationibus habendis in cauſis
plerunque fiunt ſuggeſtiones, iuſtitia poſtponatur,
quaſi conditor reſpexerit ad ea quæ tantum conce-
duntur cauſa cepta. cauſa autem ſecundum varias
2 expoſitiones eſt poſt litem inceptam non † conteſta-
tam, vel poſt litis conteſtationem. l. cauſam & lites
iunct. gloſſ. C. de tranſact. & alias dicitur lis cepta, &
pendens ex quo pars ſcit cauſam commiſſam proſe-
qui. Mil. in verb. lis eſt cepta ante notam litem, & de
lite & cauſa etiam in c. forus. de verb. ſignific. ſed ad-
3 uertendum quòd inſpecta ratione † poteſt dici, &
æquius vt intelligatur etiam quo ad conceſſa etiam
ante inchoatam cauſam & litem, cum verum ſit ita
poſtponi iuſtitiam & tolli ius per ea quæ conceduntur
ante, ſicut per ea quæ poſt litem, quod patet,
quando deuenitur ad litem, & ratio eſt generalis,
ergo dicitur venire omnis caſus ſub ratione compre
henſus. l. fin. §. fi. ibi ea, nam initium conſtitutionis
4 generale eſt de iur. & fac. igno. nam ratio † limitat &
reſtringit diſpoſitionem ad eius limites. l. cum pater.
§. dulciſsimis. ff. de leg. ij. & conſiderata mente in ra-
tione expreſſa apprehendit caſum ſub ſententia ve-
nientem, vt eſt tex. melior quàm alius in corpore iu-
ris, in l. liberum. §. ſenatuſconſulti. ff. de rit. nup.
quòd locum habet etiam in ratione coniecturata di-
cit Abb. in c. fin. v. col. de iureiu. & ad verbum in cau
ſis quòd poſsit intelligi præſentibus vel futuris,
quoniam cauti viri timentes lites quæ redduntur
in inuitos. l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. obliga.
aut proponentes expediri iudicialiter contra ali-
quem, procurant facilius ante litis ingreſſum om-
nem gratiam iuxta vires qua mediante poſsint vin-
cere vel ſe tueri, & ſic eludere regulam contra l. ſi prę
tor. de iudic. & l. fin. ff. quod vi aut clam. & quando-
que † princeps per importunitatem concedit non 5
concedenda aut præoccupatus vel circumuentus. l. j.
C. de petit. bo. li. x. & c. ij. de conceſ. præbend. in vj. &
Fely. in c. olim. de re iud. ideo edita eſt reg. iuri con-
formis. vt in l. ij. §. merito. ff. ne quid in lo. pub. & l.
cum auus. C. de eman. & c. ſuper eo. de offic. delega.
cum ſimi. & propterea latius meretur interpretari,
vel exempli gratia expreſſum ſit de conceſsionibus
in cauſis & non reſtringatur in d. l. fi. in fi. & l. dam-
ni, la ij. ff. de damn. infect. & princeps qui eſt lex ani-
mata in terris in authen. de conſuli. §. fin. col. iiij. &
ix. quæſt. iij. ipſi ſunt & ſumma iuſtitia, non videtur
in dubio, nec eſt præſumendum quod aliquo caſu
voluerit alicui ſine remedio iniuriam inferre per ea
quæ concedit, vel in regula non proſpicere in om-
nem caſum, quia non eſſet generalis reſpectu ca-
ſuum contra cap. erit autem. iiij. diſtinct. pro hac in-
terpretatione facit quia Leo addidit in hac regula
gratiaa ſeu literas apoſtolicas, quarum plurimæ an-
te omnem litem emanant & tollunt ius quæſitum,
quo enim † ad tollendum ius quæſitum tertio, non 6
refert lite pendente vel ante tollatur, ex quo vtro-
que caſu tollitur, & in vtroq; ſuccurrendum ne in-
iuria fiat. vnde ſi papa interrogaretur, ſine dubio pro
uideret, & ſtatueret etiam de præiudicio cauſato an
te litem, ergo habeamus pro cauto. l. tale pactum. §.
fi. cum gl. ff. de pact. pro deciſione tamen facit quia
ratio generalis quæ in prohe. ponitur ne iuſtitia poſt-
ponatur, in eodem prohemio ad conceſſa in cauſis
concludi videtur, vt extra caſum præfationis proui-
diſſe non cenſeatur. Item verbum † in cauſis ſimpli- 7
citer prolatum de præſentibus non de futuris debet
intelligi, arg. l. ſi ita. ff. de aur. & arg. lega. & contin-
gens eſt quòd non ſemper conſtitutio prouidet in
omni caſu nimirum ſi Leo etiam addidit & quibus
caſibus non erit prouiſum poteſt ſupplicari papæ,
prout ſolet fieri in ſignatura. quòd quatenus tolla-
tur ius quæſitum, cogita, quia ex prędictis expediret
omnino prouidere per regulam, & per verba clara
etiam quo ad conceſſa lite nondum cepta.

Super regula de ſurrogandis collitigantibus.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatio in iure defuncti quando lis eſt introducta per aſſertum procuratorem. licet ratificata poſt mortem poſſeſſoris collitigãtis, poſtquam tertio, fuit de beneficio prouiſum, non prodeſt nec locus regulæ de ſurrogandis eo caſu exiſtit.*
2 *Geſta per aſſertũ procuratorem poſt ſententiã, Dominus ratificare põt in ſui, & nõ tertij præiudiciũ.*
3 *Geſta per aſſertum procur. an poſt concluſionem in*

cauſa ratificari poſsint?

4 *Procuratores aſſerti indifferenter in curia obtinent decretum citationis ad partes, promittunt de ratihabitione ſub pœna cc. ducat.*

5 *Coniuncta perſona ſine mandato etiam cum cautione de rato in beneficialibus, non admittitur pro coniuncto.*

6 *Cõmiſsionis forma quæ obtinetur cõtra aſſertos procuratores, qui decretum citationis obtinuerunt.*

7 *Lis introducta per aſſertum procuratorem ratificata poſt mortem non impedit ordinarium.*

DECISIO XL.

INtroducta erat lis in palatio nomine abſentis per
aſſertum procuratorem contra Bonifacium poſ-
ſeſſorem ſuper beneficio, ante ratificationem poſſeſ-
ſor obiit, abſens ratam habuit litem poſt obitũ obti-
nens ſe ſubrogari, poſtquam tertiò fuerat prouiſum
de beneficio, & volebat excludere prouiſum benefi
cio regulæ de ſurrogandis collitigãtibus, ex quo ſur
rogatio erat infra menſem à die prouiſionis tertij,
fuit concluſum de menſe Iunij 1521. in vna coram
1 † d. Ni. de Are. Hypo. parochialis quòd non poterat,
quia talis debebat ratificari ante obitũ, cum non li-
ceat poſtea ad inducendũ litem retro in præiudiciũ
tertij ad effectũ d. reg. pro concluſione facit opt. de-
2 ciſ. j. Rot. de procur. in antiq. volens quòd † geſta per
non procuratoré poteſt dominus ratificare poſt ſen-
tentiam in ſui præiudicium nõ tertij, & quod ita in-
telligitur. l. licet. ff. de iud. cũ ibi not. ex eo quod ante
ſententiam eſt incertum vtrum proceſſus ſit in fauo
re in ratificantis vel damnum, dubius eſt enim litis
euentus. l. quòd debetur. ff. de pecul. & eſſet in pote-
ſtate domini doloſè ratificare aut omittere ratifica-
tionem & vagari cum diſpendio partis, & contra æ-
qualitatem quæ in iudiciis ſeruari debet. l. fin. C. de
fru. & litis expen. c. ij. de mut. peti. c. cum inter, de ex-
cep. & eſt in viridi obſeruantia dicta deciſio nõ obſt.
quòd Fely. in c. cauſam. e le. j. de iud. pen. & vltim. col.
poſt adductas opiniones varias communionem opi-
nionem dicat eſſe contra Rot. à qua nullo modo re-
cedendum in cõſulendo & iudicando, ſed facit pro
ea alia deciſio. x. eo. tit. in antiq. in fortiori quòd poſt
3 concluſionem in cauſa non † poſſunt ratificari, niſi
in præiudicium ratificaotis geſta per non procura-
torem. Item vltra ibidem deducta pro ea per Felyn.
referentem facit, quia in curia admittuntur ſaltem
4 famoſi, & quandoque non famoſi procuratores † ad
obtinendum decretum citationis pro aliquo ſine
mandato, & quamuis ſub pœna ducentorum duca-
torum promittant de ratihabitione infra duos men-
ſes, raro tamen exigitur pœna, & dato quòd poſsit
exigi non debet eſſe in facultate domini poſſe differ
re ratihabitionem, & expectare ſententiam vel mor
tem aduerſarij, & tunc deliberare, an magis expe-
diat ratum habere cum ſolutione pœnæ, ſi eſſet qui
exigeret vel nõ, ſtylus ergo curiæ relaxans in hoc iu
5 ris habenas, cum † in beneficialibus non admitta-
tur etiam coniuncta perſona ſine mandato cum cau-
tione de rato. Rot. vj. in no. de procur. & Abb. in cap.
coram. de offic. deleg. & c. accedens. de præbe. co-
adiuuat deciſionem, vt hæc pars quòd poſt ſenten-
tiam in præiudicium tertij nequeat lis huiuſmodi
rata haberi, amplecti debuerit, & ſi alia pars eſſet
verior, tunc quia in vno releuatur, quia ſine manda-
to in hoc patiatur. l. eum qui. ff. de iureiur. in princ. &
maximè debuit amplecti, quia ſecundum Cald. ita
fuit obtentum in curia etiam ſi ſoleat haberi com-
miſsio, † quod niſi in termino præfigendo de ratiha 6
bitione aut mandato doceatur, pronuncietur nul-
lam iuriſdictionem iudici datam, nec litem introdu
ctam cum condemnatione expenſarum contra aſſer
tum procurat. etiam quo ad pœnam quandoq; quo-
niam huiuſmodi remediũ nõ fit à multis, nec quã-
do procurator eſt in tempore ſemper, cum contin-
gens ſit mors citati ante ſententiam vigore commiſ-
ſionis ſecundam. Item ſententia ante talem commiſ-
ſionem, & ex his tollitur ratio tenentium contra
Rot. quia nõ fuit in poteſtate citati impedire curſum
litis, niſi vt ſupra, imo ſi caſus iſte occurreret, res du-
bia eſſet propter tot diſcrepantias, vt Fely. refert in
d. c. cauſam quæ, vnde Rot. ex præmiſsis non ſine ra
tione partem deciſionis ſequi potuit, à qua etiam in
iudicando non diſcedimus. l. minime. ff. de legi. idem
vt eiuſmodi lis † poſt obitum ratificata non impe- 7
diat ordinarium prouidere, qui ſtante bona lite ha-
beret manus ligatas. c. j. & ij. vt lit. penden. in vj. cle. j.
eod. titu. nam ſic poſſet præiudicari ordinariis, &
non videtur eſſe actor in tali lite ante ratihabitio-
nem. ergo nec lis conſiderabilis nec præiudicialis
tertio. c. ſotus. de verborum ſignific.

DE VNIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Vnio apoſtolica ex falſa cauſa, an ſit ipſo iure nulla?*

2 *Vnio facta ab ordinario eſt annullanda.*

DECISIO PRIMA.

VNIO ex falſa cauſa an ſit ipſo iure † nulla 1
deciſiones variæ ſunt. nam Rot. viij. & xij.
de re. eccl. non alie. in antiq. & Biſignet. ſe-
cunda in antiq. & prima de exce. prælat. in no. voluit
valere ſed debere annullari probata falſitate cauſæ.
Egi. verò deciſ. dcxviij. in fi. videtur ſentire idem in
ordinaria, ſecus in ea quæ fit per reſcriptum, & ſic
in apoſtolica in qua ſubintelligitur clauſula, ſi ita
eſt ad validitatem. c. ij. de reſcript. & Cas. item quòd
Egi. in apoſt. conſi. xcvj. Meo tempore palatium † te- 2
nuit apoſtolicam ipſo iure nullam, factam autem ab
ordinario annullandam, Mõlis in reperto. in verbo,
vnio facta ex falſa cauſa, refert nouos tunc audito-
res tenuiſſe, quòd facta ex falſa cauſa eſſet ipſo iure
nulla, ſed quòd antiqui auditores tenuerunt contra
rium, & conſiderat plures caſus diuerſos pro cõcor-
dia, vide ibi & Fely. etiam referentem varias opin. &
caſus in materia in cap. poſtulaſti. vj. col. verſ. poteſt
etiam inferri. de reſcrip. & pondera omnia, quia nõ
audiui Rotam diſputantem cum diſtinctione caſuũ,
& ſub diſtinctione an motu proprio vel ad ſupplica-
tionem partis fuiſſet facta vnio, vel an in ea eſſet vel
non ſeruata forma iuris, vel ſi erat expreſſa falſitas
ex neceſsitate eccleſiæ quæ non ſubeſſet, & ſic de a-
liis diuerſitatibus, de quibus ibi ſed ſimpliciter re-
ſpõdiſſe, quòd ſi eramus in apoſtolica expreſsio falſi
tatis vitiabat ipſo iure non ſic in ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Vnione diſſoluta per obitum, an beneficium ſit vacans reſeruatum aut effectum remaneat.*

2 *Vnio*

2 *Vnio perpetua extinguit, temporalis autem facit ceſſare titulum ea durante.*
3 *Delegatus ſimpliciter ſubdelegans perdit iuriſdictionem. ſi ſubdelegans vtatur iuriſdictione: ſecus ſi donec duxerit reuocandã quia tunc tantũ ſuſpẽdit.*
4 *Reſeruatio per commendam non expirat, quia vacat eo modo quo prius.*
5 *Electio de beneficio vacanti per ceſſationem commendæ non tenet.*
6 *Vnio temporalis non facit prælatum in vnito.*
7 *Cancellaria eſt organum papæ.*
8 *Commendæ & vniones ad vitam palliatæ diſpenſationes dicuntur, & in eis apponitur clauſula, quod poſſit de fructibus interim diſponere &c.*
9 *Reſeruatio & affectio non inducitur, niſi in caſibus expreſſis quia odioſa.*
10 *Vniri poteſt beneficium nondum vacans.*
11 *Affectio quando inducatur, & quando reſeruatio afficiat ſine decreto vide remiſsiuè.*
12 *Commendatum beneficium alicui ad vitam, licet obtinens moriatur extra curiam, tamen prouidetur vt de vacanti in curia.*
13 *Commenda eſt canonicus titulus beneficij ad impediendam impetrationem & deuolutionem, non tamen ad euacuandam affectionem vel reſeruationem.*
14 *Clauſula in literis vnionum apponi ſolita, quòd per diſſolutionem vacare cenſeantur, ad quam vacationem referatur?*
15 *Poſſeſsio vera an transferatur per actum fictum?*
16 *Fictio habetur quo ad iuris effectum pro veritate, & tantum operatur in ſuo caſu quantum veritas.*
17 *Literis papæ ſtandum eſt ſi mandat conferri beneficium ob certum crimen, licet vacatio non inducatur ipſo iure ob huiuſmodi crimen.*

DECISIO II.

FActa erat vnio ad vitam à papa de beneficio in
eius manibus reſignato, in qua dicebat quòd ca-
dente vel decedente T. in cuius fauorem fiebat, ad
priſtinum ſtatum reuerteretur cum clauſula, quòd
per diſſolutionem vnionis beneficium vnitum vaca-
re cenſeretur, fuit dubitatum coram do. H. de Spina
in vna Geben. parochialis de Orchia inter Petrum
Lamberti abbreuiatorem de maiori & Io. de Coſta.
1 1521. an † diſſoluta vnione per obitũ remaneret reſer
uatio. c. ij. de præb. in vj. ſeu alias affectio, ita quòd ſo
lus papa poſſet prouidere; vel ſublata eſſet omnis re-
ſeruatio & affectio. & vacaret per diſſolutionem ta-
liter, quòd ordinarius potuiſſet diſponere, & poſt plu-
res diſputationes Rota pro maiori parte, ſicut alias
in duabus cauſis ſunt anni circiter xv. ſcilicet in vna
Rodon. parochialis ſancti Cletij & alia; ita in iſta te-
nuit ſolum papam prouidere potuiſſe, & durare vin
2 culum antea cauſatum. primò † quia vnio perpetua
eſt extinctiua tituli tollẽs omnia vincula ſicut mors
omnia ſoluens in auth. de nup. §. deinceps. col. iiij. nõ
temporalis quæ ſolum facit interea ceſſare titulum
ſecundũ Ioan. de Lig. & cõmuniter doct. in cle. ſi. de
reſcrip. vbi imo. quo titu. durante remanet reſerua-
tio quæ ſicut affectio ſemper durat, donec prouidea
tur per papam, Rot. de præben. xiij. & xiiij. in antiq.
& xj. in no. Cald. c. x. eod. tit. ad hoc quia doct. in d.
cle. dicunt, in temporali quando diſſoluitur, non da-
ri nouum beneficium, ſed idem quod prius erat, in
perpetua verò nouum omnino titulum, ergo non
fuit extinctus, ſed dormiuit quodãmodo, & ſublato
impedimento vnionis ſuſcitatur idem, quaſi dura-
uerit eadem forma & ſpecies. l. proponebatur. ff. de
iudi. non enim extinguitur tit. qui pro tempore du-
rantis vnionis occultatur ſuſpendique videtur, pro
quo Bald. in cap. cum acceſsiſſent. de conſtit. v. col.
quòd quando priſtina facies non immutatur, nec
natura, coniunguntur tempora eſſentiæ, & interim
dicitur potius dormiſſe quam expiraſſe & ſeq. col.
ibi porrò non dicitur omnino extincta, quando ſu-
pereſt aliqua ſpecies, iudicium, habitus vel memo-
ria in codicibus eccleſiæ non cancellatis, nec quòd
pendet & eſt ad tempus occultatum, ſicut ſomnus
interficit hominem, dum quieſcit allegat. l. ſicut. C.
de præſcrip. lon. & l. peculium. §. ſi opem. ff. de pecul.
& quia in temporali apponitur clauſula quandiu vi
xerit &c. ad tempus & ſine extinctione, à ſimili de
†delegato ſubdelegante vices ſuas, qui ſi ſimpliciter 3
ſubdelegauerit, extinguit & perdit iuriſdictionem,
ſi ſubdelegatus iuriſdictione vſus fuerit: ſi verò do-
nec duxerit reuocandam, ſuſpendit. c. quamuis. c. ſi
delegatus. de off. dele. in vj. ſi idem ergo cum eiſdem
qualitatibus, quia in nouo cum nouis. Non ob. Biſi-
gnet prima in antiquioribus, de præbend. & vij. de
elect. in antiq. quòd in caſu deciſionis dicatur perpe
tua tollens & extinguens, quia in alia deciſione quæ
incipit commendauerat, oſtendo contrarium, vbi vi
de, quia confert ad iſtam, accedit clauſula illa quòd
in priſtinum ſtatum reuertatur, cum reſtitutio ſit re
poſitio in primæuum ſtatum. l. quòd ſi minor. §. reſti
tutio. ff. de mino. & de omnibus iuribus intelligitur.
l. j. & l. fin. C. de ſen. paſ. ita & rediens ab hoſtibus o-
mnia iura recuperat. l. in omnibus. l. poſtliminium.
ff. de cap. & poſtli. reuer. Non ob. quòd Pe. de Peruſ.
inquit in tractatu vnionis, vij. q. cum ſequen. quòd
referentur dicta in priſtinum &c. vt ſit electiuum
præſentatiuum, aut collatiuum prout erat, & quaſi
relatio fiat ad qualitates beneficij non ad modum
vacationis, quia non negat quin etiam ad reſeruatio-
nis vinculum, alias non eſſet plena reſtitutio ſicut
eſſe debet, neq; indefinita clauſulæ prædictæ æqui-
polleret vniuerſali contra. l. ſi pluribus, de leg. ij. & l.
iulianus. ff. de leg. iij. & c. ſolitæ. de maio. & ob. circa
fin. & ex his tollitur quòd dicebatur reſtitutionem
non reſpicere qualitatem extrinſecam & accidenta
lem modi vacandi, ſed naturalem ſtatũ eccleſiæ, ſed
non eſt opus quòd reſtitutio id operetur, ſi per vnio
nem non eſt ſublata reſeruatio. Facit etiam ad præ-
dicta optime Biſignet. in ſimi. dicta deciſione prima
de præb. quòd reſeruatio non † expirat per commen 4
dam quã facit papa, ergo nec per vnionem coadiuua
tur deciſio, quia quando papa dat adminiſtratorem
ſeu viſitatorẽ eccleſiæ cathedrali. videtur ad ſe pro-
uiſionem reuocare, adeò quòd ſi poſtea canonici † igno 5
ranter eligunt, non tenet electio, glo. eſt in c. is cui.
de elect. in vj. referens Compo. dicentem ita fuiſſe
pronunciatum in curia. licet nõ bene dicat iure pro-
bari. Per † vnionem autem temporalem non facit pa 6
pa prælatum in vnito, non prouidet de eo in ti. nec vi
detur extinguere, ſi verba vnionis inſpiciantur. dica
mus igitur quod dederit in adminiſtrationẽ cũ pote
ſtate percipiendi & vtẽdi fructibus, & hoc fundamẽ
to gl. innititur Lud. Ro. in conſ. cccl. in cõmenda in
qua

qua etiam datur vacatio modo quo prius, non per
ceſſationem commendæ ſecundum Fede. de Sen. in
tract. de rer. permut. q. xv. prout etiam cancellaria
7 quæ eſt organum † papę exprimit in literis quicquid
referendo opiniones dicant Pauin. in iij.q.in ij. par-
te priu. de poteſta.cap. ſed vacan. & Mil. in ver. be-
neficia commendata, & licet argumen. à ſim ſileat
data diſsimilitudine & ſimile non ſit idem gloſſ. l.
quod nerua.ff.depoſi.tamen ſatis eſt quòd ſit ſimili-
tudo in eo ad quod fit comparatio.c.cum dilecta.de
confir. vti.vel inutil.nec ſufficit ad deſtruendum ad-
ducere diſsimilitudinem in genere, dicit Abb. in c.
tranſlato.de conſtit. nam ſecundum Bald. in l.cura-
tores. C. de nego.geſt. ſimile dicitur quod vt pluri-
mum habet conuenientiam, licet in aliquo habeat
differentiam, & ſatis eſt quod in his in quibus conue
niunt dicantur ſimilia, vt colligitur ex his etiã quæ
Felyn. refert in c.capitulum.de reſcript. col.ij.moti-
ua vero Lud. in propoſito multum ſeruiunt, & vltra
ea quæ ibi videas, fraternizant commenda & vnio
8 † ad tempus, quia dicuntur palliatę diſpenſationes,
c.dudum.ij.de elect.iunct. conſil.Gemi. quod ſolet
allegari xxxviij.& Rot.j.in antiq.de conceſ.præben.
pertinenter purificat quod non detur vacatio per
ceſſationem commendæ, nec per diſſolutionem vnio
nis. Item in vtraque gratia appoonitur clauſula quòd
faciat fructus ſuos, quę non cadit in perpetua vnio-
ne, nec in prouiſione beneficij in titu. cum fructus
ſequãtur titularem.c.fin.de offic.ordi. in vj. cum ibi
not.& deciſ.tit.de exce. præla.in no. cum ſim. quod
vnitum efficiatur membrum & tranſeat in tempo-
ralitatem, loquitur in perpetua non in temporali, &
ſic facit magis pro concluſ. Ad illud quod reſerua-
9 tio † & affectio vt odioſa nunquam inducuntur niſi
in expreſsis, quia præiudicant ordinariæ poteſtati
pro qua in dubio ad gloſſ.in c. præſenti. de offic.leg.
in vj. dicendum ex præmiſsis probari inductam, &
dato dubio articulo quod hæc pars eſt magis iuri-
dica & ſecura. nec contradicit quòd ad eſſe vnionis
non ſit neceſſe, quòd detur vacatio beneficij cum
10 † non vacans poſsit vniri.c.conſultationibus. de do-
na.& not.per doct.in cap. ſicut vnire. de exce.præla.
quia ſumus in caſu vacationis per ceſsionem. Item
ſufficit ſine eo fundamento d.gloſſ.in d.c.is cui. pro
qua etiã facit, quia appoſitio manus papæ afficit ad
c.vt noſtrum.de appel.c.inter dilectos.de exce.præ-
la.& ibi doct. non tamen qualibet alia ab iſta in qua
non cadit prouiſio vt ſupra, ne admittamus quod o-
mne beneficium de quo papa prouideret eſſet affe-
11 ctum, de quo quando † afficiat per Innocen. Card.
& Abb.in d.c.inter dilectos. Anchar.conſi.lviij.Egi.
xxxiiij. col. iij. & quando reſeruatio ſine decreto,
quia poſt notificationem afficit non ante per Ioan.
Andr. Anchar. Domi. & Phil. cap. ſi eo tempore. de
elect.in vj. accedit quod Collect. in commenda re-
fert in ca. ſi conſtiterit. de accuſ.in vlt.q.curiam am-
plecti hanc ſententiam quòd beneficium commen-
12 datum † alicui ad vitam vacat in curia, licet moriatur
extra curiam, & curia prouidebit non ordinarius,
quamuis ſubiiciat æquius eſſe, vt per commendam
expiraret cum habeat vim prouiſionis, quòd non
eſt verum, vt in deductis per Lud d.conſi.cum aliis,
& per eundem Collect. pro obſeruantia curiæ, dum
dixit quòd commenda non eſt perfecta prouiſio &
ordinatur vt plenior fiat. ſicut vnio alia eſt motiua
ibi conferunt ad deci. non ergo recedendum à tam
antiqua & continuata interpretatione curiæ vſq; ad
tempora noſtra.l.minime.ff.de leg. † commenda au- 13
tem dicitur titulus canonicus Arch. poſt glo.in cap.
nemo.de electio.in vj.Fed.de Se.d.q.xv. Mil. in ver.
cõmenda an ſit titulus & vnio? Idem & plenificen-
tur beneficia, non quod de eis ſit plene prouiſum
nec in tit.beneficij vt euacuent reſeruationem & af-
fectionem, ſed ad impediendum impetrationem &
deuolutionem, vt in d.gloſ.d.cap.nemo.& d.deciſ.j.
de conce. præb.cum ſi. † Non ob. quod vacare cenſeatur 14
per diſſolutionem, quia intelligitur propter diſſolu-
tionem, ad quod Bal.in rubrica de exerci.acti. facit l.
per retentionem. C.de vſur.& ſo.diſt. vt conſtitue-
retur iuncta gl.cum ſi.data enim diſſolutione verum
eſt aperiri vim vacationi quæ fuit cauſata per reſi-
gnationem, & aliàs quomodocunq; fuiſſet, non erat
aperta facultas ad impetrandam antea, vel refera-
tur ad vacationem impropriè ſumptam & facti,
cùm de iure vacet, vt prius prout in ſim.in c.andiris.
cum gloſ.in ver.caſſatam.de elec.c.accedens.j.iunct.
gloſſ.penul.vt lit.non conteſta.c.ex parte A.de teſti.
vbi verba caſſamus, & caſſata referuntur ad impro-
priam caſſationem, & ad actum nullitatis, ita & in
ca. ſi quis presbyterorum. c. ad audientiam. de reb.
eccle.non alie. Abb.poſt gloſſ.colligi nullitatem con
tractus referri ad factum, & hac via defendere iſta
non ſunt impropriare literam nec diuinare, cùm ſit
neceſſaria talis interpretatio pro concordia.l.vnica.
C.de inoff.dot.c.cum expediat.de elect.in vj.& ne vi
deatur ſibi contradicere papa quod in priſtinum ſta-
tum reuertatur & per diſſolutionem vacet.l.non ad
ea.ff.de condi.& demon. Quod fortius vrget contra
deci.eſt verbum, cenſeatur vacare, quod cum ſit im-
proprietiuum, videtur inducere vacationem iuris
non facti, ſicut per actum fictum transfertur vera
† poſſeſsio iuris. l. quòd meo. cum ibi nota. & in l. j. 15
§.ſi vir vxori.per doct. ff.de acqui. poſſeſ. & colligi-
tur ex diffinitione fictionis per Bartol. in l. ſi is qui
pro emptore. ff. de vſuc. in prin. cum materia & ex
regula de publicanda reſignatione, & alia de infir-
mo reſignante, & infra xx.dies, ex eadem infirmita-
te decedente, quòd per obitum non per reſignatio-
nem vacare cenſeantur, quibus inducitur vacatio
de iure per obitum, licet vere vacaret per ceſsionem
cum fictio † habeatur pro veritate quoad iuris effe- 16
ctum, & tantum operetur in ſuo caſu quantum veri
tas, Bar.in l.j.§.hoc autem ſenatus, ad Sena.Sille.l.ſi
ex pluribus.ff.de acceptila. Item obſt. quòd eſto ſine
veri præiudicio quòd aliter quàm per diſſolutionem
vacaret, & vacatio duraret vſque ad diſſolutionem,
ſi papa dicit † vacare beneficium ob certum crimen, 17
& mandat illud conferri. quãuis huiuſmodi crimen
non inducat vacationem ipſo iure, ſtandum eſt lite-
ris papæ, ad hoc Ancha.conſi.ccxciij.& Fely. in c. ij.
col.iij.de reſcrip. quia ſcienter ſcribens contra ius vi-
detur remouere obſtacula & diſponere, l.idem Vl-
pianus.de excu.tut. l. quidam conſulebant. ff. de re
iud. quod idem Felyn. in c.à nobis. de teſt. intelligit
procedere in dubio iuris. facit quod Paul. de Caſtr.
in l.hæredes palam. §.ſi quid, aliàs, ſed & ſi notam.
ff.de teſta. ſtemus ergo verbis papæ volentis, quod
per diſſolutionem vacet de iure, cum cancella-

ria nou vtatur ſuperfluis & loquatur apette, ſed neutrum obiutelligendo per ideſt, propter. Secundò quòd omnis intetpretatio vel telatio ad factum etiam in vetbo ficto, conueniat potius quam ſine ſolido fundamento contra tot motiua aliquid firmare, vt iu iuribus in ſim. adductis, maximè, quia ſi durat vacatio pet reſignationē, quis dicer papam velle, quod ſilear illa vacatio inducta aliàs pro parte coutraria, oporteret concludere per vnionem temporalem extingui omnino titulum ad tempus, ſicur in perpetua, argumen. l. quæ de tota. ff. de tei vendica. & fieri prouiſionem perfectam & plenam de beneficio quod de iute non probatur. l. illam. C. de colla. Tettiò occurrit quod hoc admiſſo adhuc ſtaret deciſio, quia ſi papa non obſtante prima vacatione per ceſsionem quæ durabat, voluiſſet quod vacaret per diſſolutionem, non propterea eſſet extincta reſeruatio, nec affectio cauſata vt ſupra, quæ per prouiſionem tantum tollnntur vt eſt oſtenſum, non per vacationes duas aut plures, ſi darentur, vt in adductis per Calde. dicto conſilio x. Et tenendo hunc ſenſum ceſſarent obiecta multa, & reducerentur ad concordiam opiniones quæ in Rota & Parco & quondam quæ hodie fuerunt variæ, licet vbiq; maior pars obtinuerit in magna varietate, tamen pro iſta deciſione de triplici vnione pro terminis maximè videatur gloſſ. in cap. j. ne ſede vacan. vbi Abb. per hoc conſiderat quinque modos, & Rot. ponit tres de rebus eccle. non alien. xiij. in antiq. & vnum declarat Old. conſil. ccxcvj.

DE PENSIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis reſeruatio ſuper fructibus beneficij facta non tenet in præiudicium illius, qui habebat indultum regrediendi ſeu accedendi.*

2 *Penſionis impoſitio ex certa ſcientia papa habita mentione de regreſſu valet.*

DECISIO PRIMA.

QVOD reſeruatio penſionis ſuper fructibus beneficij ad quod T. habebat regreſ-
1 ſum ſeu acceſſum ſiue eius † conſenſu facta non teneat in eius præiudiciū, fuit cōcluſum. pro cōcluſione cōferunt fundamenta deducta latè in alia deciſione. q̧ nō valet reſeruatio ſecundæ pēſionis tacito de prima. & ibi videas. incipit, cōcluſum eſt in vna Cremon. ad idē tex. in l. ſi ex duobus §. ſed & Marcellus. ff. de iu di. adiec. per quē in ſimili etiā infertur quod à principio nō ſit nulla, neq; ex poſt facto, ſed tunc demum quando acceſſui locus exiſtat, & ſic quando præiudicaretur habenti regreſſum vel acceſſum, & non aliter, aut quòd ab habente regreſſum nou ſit exigibilis, quòd an ſit verum pendet ab his quæ in allegata deciſ. conſidero, nunquid ab initio hic ſicut ibi, detur nullitas vel ſint caſus diuerſi vt prima facie videtur, quaſi limitata cauſa impedimēti ceſſet & limitatum producat effectum. l. in agris. ff. de acqui. ret. domi. de quo tamen ibi eſt conſiderandum, concluſio autem procedit ni
2 ſi papa † ex certa ſcientia habita mentione de regreſſu reſeruaret, quoniam poteſt, & eſt plenè dominus, vt not. doct. in cap. ad audientiam, el ij. de reſcript. & in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & eſt optimus text. in clemen. j. in fi. vt lite pend.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio literarum non eſt neceſſaria ei qui præſens reſeruationi penſionis conſenſit, ſecus ſi per alium. & nu. 13.*

2 *Penſionem non ſoluens incurrit pœnam priuationis lapſo ſeptimo menſe à die termini ſolutionis computandum.*

3 *Executor in expectatiua à literis & fulminatione proceſſus poteſtatem recipit.*

4 *Excommunicationis pœna indubitatam notitiam, ac perſonalem intimationem exigit, & quòd ſententia feratur in ſcriptis.*

5 *Penſio an poſſit exigi, & obtinens beneficium cogi ad ſoluendum abſque eo, quòd literæ ſint deſuper expeditæ & nu. 12.*

6 *Priuationis & excommunicationis pœnam abſque expeditione & intimatione literarum, an incurrat non ſoluens in tempore, ſi præſens conſenſit.*

7 *Extrauagans nota non eſt neceſſe vt producatur.*

8 *Citatio in notoriis non eſt neceſſaria. & ea etiam notoria dicuntur quæ ſunt in frequenti vſu.*

9 *Citatio & monitio quando eſt tempus etiam à lege ſtatutum non eſt neceſſaria, quia dies interpellat & pœna in facto negatiuo ſufficit pro monitione.*

10 *Supplicatio ſola probat & perficit gratiam.*

11 *Excommunicationis ſententia eſt nulla, ſi feratur ſine ſcriptis. ſine monitione, & cauſa cognitione, de conſuetudine tamen induci poteſt vt ſine ſcriptis feratur.*

14 *Intimatio literarum an ſit neceſſaria, quando agitur ad ſolutionem penſionis?*

DECISIO II.

QVæſiui in vna Vladis Ladien. cano. & præben. quam propoſui dominis de menſe Aprilis 1521 an acceſſius ob non ſolutionem penſionis poſſet canonizari, attento quòd literæ reſeruationis penſionis xvj. ducato. non erant expeditæ, & ſic nec intimatæ ante incurſum prætenſum, quamuis Io. perſonaliter conſenſiſſet ſolutioni fiendæ in tali feſto & tali tempore, & licet pluries fuiſſet obſeruatum,
quòd non ſit neceſſaria intimatio literarum † ei, qui 1
per ſe conſenſerat, cum ſit certus, & amplius certificari nou debeat. c. eum qui certus. de reg. iur. in vj. tamen pro dubitatione deducebā, quòd in ſupplicationibus vt plurimū terminus & locus ſolutionis referuntur ad expeditionē literarū. vt in clauſula, in locis, & terminis in literis. vel in cācellaria exprimēdis. Item excommunicatio quæ incurritur ſi nō fiat ſolutio infra menſem à die termini computandum, debet præcedere priuationem beneficij, cum pœna
priuationis † non incurratur niſi eſſet ſolutio per 2
ſex menſes poſt lapſum dicti menſis. vnde ſine literis non videntur tales pœnę in eſſe productæ & ſunt informes in ſupplicatione, cum à literis & earum fulminatione formam recipiant ac producantur ad eſſe
ſicut executor † vigore expectatiuæ à literis & ful- 3
minatione recipit poteſtatem, vt de his Rot. xvij. in
uo. de conceſ. præbend. & quia pœna † excommuni 4
cationis exigit indubitatam notitiam ac perſonalem intimationē ſecundū Inn. qui ad hoc allegatur in c. fi. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. & Lu. Ro. conſil. cccclxxxij.

ccccl*xxij.& facit gl.in c.qui ad agendum. de proc.
in vj. & ex eo quod ligat animam, vt patet & dicit
Abb.in c.P.& G.de offi.deleg.ideo in rem inanima-
tam non intelligitur.c.Romana.§.vniuerſitatem. de
ſent.excom.in vj.requiritur intimatio, quæ cõſtituat
in contumacia, ſine qua excommunicatio non intel
ligitur ab homine.xj q.iij.Epiſcopi.cum ibi no.Abb.
in c.j.de iud colum.iij. & in ea citatio, cauſæ cogni-
tio.& ſententia in ſcriptis requiruntur. cap.ſacro.in
modo,vt Bald.in l.mancipia. in fi.C.de fur. quando
eſſent ſermones in vulgari prolatione,Alex.conſi.v.
iij.vol.refert Bal.dicere quod debemus eos interpre-
tari ſecũdum communem vſum loquendi. prolatos
vero in literali ſermone ſecundum artem literarum,
id eſt ſecundum communem modum loquendi lite-
raliter , non ſecundum vſum loquendi vulgarem,
allegat non per Cyn.in l.cum ante.C.de dona.ant.
nup.& ſi aliter quam de generali ſentiremus non va-
leret quod dicitur de generali , quia non valet , nec
de ſpeciali, quia non loquitur & incideremus in id
quòd habetur in l ambiguo.ff.de reb.dub.Non obſt.
etiam quòd illa dicatur generalis cuius iam eſt ma-
nifeſta & notoria illa ſpecialis cuius cauſa eſt ſecre-
ta, & probabiliter ignorari poteſt vt dicit Mil.vbi
prima quoniam ſecũdum hanc doct.non eſſet diffe-
rentia inter inductas per regulas & extrauagan.non
enim eſt magis nota extrauag.ipſa regula,cũ regulæ
præſumuntur notæ,& in eis cõtenta de quibus papa
præſumitur recordari ad no.per Fel.in d.c.in noſtra.
v.corr.& alij habere æqualem aut minorẽ notitiam
quam extrauag.ex quo in quolibet põtificatu reno-
uantur illæ quæ in craſtinum fiunt.& quo ad alias
publicatas in cancellaria cum obſeruantia, faciunt
quòd habetur notitia & recens.Item cauſa nõ poteſt
conſiderari potentior reſpectu notitiæ,in extrauag.
quã in regulis quæ de materia quotidiana eduntur,
& in Rot.ac ſignatura tam gratiæ quam iuſtitiæ ſæ-
piſsimè adducuntur non ita frequenter,nec de tam
frequenti materia extrauag.doctrina igitur Mil.ſo-
lum poſſet verificari in reſeruatione notoria.d.c.ij.
de præben.in vj.propter decretum in corpore iuris,
& eſt vnica ſecundum gloſſ. in d.regu.lxij. tamen

beneficia litigioſa poſſunt dici etiá reſeruata,vel ſoli
papæ præſeruata ſicut in d.c.ij.ex quo ſolus papa de
talibus prouidere poteſt cum decreto irritanti,vt in
c.j.& ij.vt lit.pend.eo.lib.Item beneficia de quibus in
c.præſenti.de præb.in vj.& ſi aliâs ſint eiuſdem ge-
neris.& ſi decretum ſit in conſideratione,poſſet te-
neri, quod reſeruationes tam per regulas quam ex-
trauag.inductæ eſſent generales, quando haberent
decretũ irritans abſq; verbo generaliter,ex eo quòd
iſtud operaretur virtus decreti quod ob.ſpolio agéti
& inficit poſſeſsioné.c.ſi eo tempore.de elect.eo.lib.
prout in decreto regulæ prædictæ Leonis fuit tentũ
à maiori parte dominorum non ſine contradictione,
vt dico in deciſione illa incip.prouiſus ab ordinario
quòd agenti poſſeſſo. recuperan. obſt.decretum re-
gulæ huiuſmodi de quo ibi late , qua concluſione
ſtante etiam fundamenta deciſionum antiquarum.
Mil.& Bellenzi.non concludunt neceſſariò , nec ſe-
cundum eas eſſet iudicandum. l.nemo.C.de ſenten.
ſed legibus & ratione.l.ſcire oportet.§.ſufficiat.de
excu.tut.l.cum ratio.ff.de bo.dam.ſed hoc quòd ſo-
lum decretum diſtinguat generalem ab ſpeciali non
video,nec illa etiam conſideratio Mil.& Fel.in alle-
gatis locis eſt tuta, quòd illæ reſeruationes in extra-
uag.ad regimen,ſint generales,quæ ſunt ſecundum
ius cõmune quaſi aliæ non ſint tales , ſed ſpeciales,
quia vt ſupra dixi,forſan nulla eſt quæ non ſit con-
tra ius,aut ſaltem non eſt ſecundũ ius.ſed præter vel
in omnibus viget ratio glo.in allegato.c.præſenti.de
præiudicio poteſtatis ordinariæ & via ad vacatura &
ſic fuit odioſa. Item ſuppoſito quod aliqua ſint non
ſecundũ ius,ſequeretur quòd diſpoſitio cenſeretur
quòd diuerſo iure , & determinaretur difformiter
non vniformiter vt debet.l.cum qui.de vſuc.c.cum
in tua.de deci.l.nam hoc iure.§.ij.ff.de vulg.& pup.
l.hæreditaté.C.eo.& cum nulla ſtabilis diſciplina in
hac materia tradita ſit,vt patet ex præmiſsis omni-
7 bus,occurrit † quòd omnis reſeruatio à iure inducta
intra corpus iuris , dici poſsit generalis ratione no-
torietatis maiorum , cum omnes ſcire iura debeant.
l.leges.C.de legi.& ſecũdum ea iudicare. extra cor-
pus verò iuris ſpecialis habeat,vel non decretum &
ſit extrauagans vel regula.ex quo non ita eſt notoria
& poteſt ignorari & cõtra eam iudicari,vt eſt dictũ,
& in hoc niſi ex verbis,vt in caſu iſtius deciſionis ge-
neraliter conſtaret eſſe generalem aut ſpecialem re-
ſpectu primæ reg.nam illud de decreto nõ reperitur
quòd generalem faciat,ſed tantum annullat,inficit
& diſcolorat,& ſine decreto ſtãte reſeruatione nulla
eſt ordinariorum prouiſio.l.non dubium.C.de legi.
cum ſi.illud etiam quòd ſit contra vel ſecundum ius
hoc non operatur,cùm reſeruationes ſint contra aut
præter & odioſæ prout eſt dictũ, ſubiecta etiam ma-
teria per ſe nõ officeret,quòd ſi papa diceret,reſer-
uamus generali reſeruatione, non eſſet generalis,vt
patet in regulis adductis,in quibus dicitur de gene-
rali & ad d.extrauag.ad regimen, quæ ponit plures
reſeruationes,de quibus in corpore iuris ſuccederet
quo ad eas dictum Mil.& Fel.quòd eſſent generales
aliæ ſpeciales non obſt.quòd diuerſo iure cenſeren-
tur,hoc enim eſt iuris quãdo eſt diuerſa ratio deter-
minandi, vt dicunt legiſtæ.in d.l.cum qui.& l.nam
hoc iure.& Abb.in d.c.cum in tua,quæ indiuerſitas
rationis ex maiori & minori notitia colligitur , &
alias vt ſuprà.Ité extrauag.non dicit quòd ſit ſpecia-
lis vel generalis, ſed quod reſeruat diſpoſitioni ſuæ
cõditor.vnde non venit ad hoc,itaq; ex aliis iuribus
iudicatur quæ ſint ſpeciales, quæ generales,neq; d.
c.ij.c.præſenti.de præb.c.j.& ij.vt lit.pend.& ſimilia
reſeruãtia ſe.Apoſtolicæ dicunt quòd reſeruent ſpe-
cialiter vel generaliter, extrauag.etiá adductæ hoc
non explicant,ſed regulæ ſic ex quibus forma colli-
gitur doctrina in materia.Item quòd aliud ſit quãdo
per extrauag. regulas ac conſtitutiones in corpore
iuris reſeruationes inducũtur, vt tunc ſecundũ præ-
dicta aliud quando per literas,in quo caſu loquitur
Gemi.d.conſi.& tunc ſubiecta materia magis quam
aliud inſpiciatur,quę in reſeruationibus à iure & per
literas ac extrauag.inductũ non poteſt conſiderari,
cùm reſeruãtur beneficio certarum perſonarum,&
vacantia certis modis, locis & tẽporibus.vt in d.ex-
trauag.ad regimen; & in regulis,& tamen non ſunt
de certis beneficiis,nec certis corporibus beneficio-
rum, nec pro certis perſonis.vnde deberent omnes
eſſe generales & nulla ſpecialis attenta materia,cu-
ius cõtrarium eſt oſtenſum,quòd quædam ſunt ſpe-
ciales quædam generales, & etiam ſecũdum motiua
omnium & ad illud quòd beneficia collectorum &
aliorum vt ſupra dicuntur generaliter reſeruata,re-
ſponſum eſt eſſe ex eo,quia vltra contenta in regula
reſeruãte ſpecialiter eccleſias & monaſteria in aliis,
regulæ voluerunt vt eſſent generaliter reſeruatæ,
aliâs poſſumus admittere quòd eſſent ſpecialiter
quando in regulis & conſtitu.vt dixi non habemus
aliud traditum quam quòd in eis exprimitur.in lite-
ris verò materia attenditur,vt innuunt iura adducta
per Gemi.in d.conſi.Si verò non admitteremus dif-
ferentiam inter reſeruationes à iure,extrauagantib.
& regulis inductas,& eas quę per literas cauſantur,
tunc regula ſit quòd vbicunque dicatur de generali
vel ſpeciali ſit generalis aut ſpecialis,ex quo talis de-
prehenditur mens principis ex fundamẽtis pro deci.
adductis aliâs materia attẽdatur vt ſit ſpecialis,quæ
ſit ſuper certis corporibus beneficiorum & pro cer-
tis perſonis.c.dudum.de præben.in vj.c.executor.de
conceſ.præb.eo.lib. Idem ſi ſuper certis corporibus
beneficiorũ, licet non pro certa aut certis perſonis.
c.cum olim.de re iudi.c.ſi eo tempore.de elect.in vj.
generalis autem quæ non erit huiuſmodi naturæ vt
colligitur ex adductis & mente Gemi.in allegato
conſi.& non ob.d.c.ij.iij.de præben.eo.lib.cum ſi.te-
nendo quòd ſit generalis , quia ibi non diſponitur
ſuper certis corporibus,nec pro certis perſonis,nec
dicta extrauag.ad regimen , cum aliis ex quo quòd
in omnibus & ſingulis, primò conſiderabitur ſi erit
dictũ de vna aut alia,quo ceſſante diſtinguetur mo-
do præmiſſo,& procedet diſtinctio etiam ſi in eadem
conſtitutione aut literis eſſent plures diuerſæ ſpe-
ciei,quædam generales, aliquæ ſpeciales,quoniam
ratio diuerſa facit diuerſas,vt per Abb.in d.c.cum in
tua , quando papa omnes non baptizaſſet ſpeciales
aut generales prout in regulis , quandoque ſpecia-
liter quandoque generaliter reſeruat & c.ſecundum
hanc intelligentiam nihil obſtat,nec illud quod ha-
beat vel non decretum aut ſit contra vel ſecundum
ius , vt ſuperius eſt oſtenſum , & verificatur quod
de ſubiecta materia eſt deductum ſalua tamen pro-
prietate ſermonis, & hæc ad indagandum veritatem

r prour

prout ex ſtudio potui, trado hæc omnibus corrigenda vt ea quæ videbuntur à iure aliena emendentur, ſic enim ſecundum philoſophum datur occaſio inueniendæ veritatis, etiam gratias agendo his qui falſa ſcripſerunt, quo ſtudioſi ſoliciti ſint, prout eſſe debent ad veritas inueſtigationem inquit gloſ. in cap. j. de fra. de no. beue. inueſ. in vſi. ſeu. &c.

SVMMARIVM.

1 *Mentalis reſeruatio quæ dicatur, & de eius effectu?*
2 *Ordo non reſpicitur in his quæ fiunt vnico cõtextu.*
3 *Gratiæ plures & diuerſæ etiam ex interuallo poſſunt poni & fieri in eadem charta.*
4 *Papa ſolus diſponit de beneficio mẽtaliter reſeruato.*
5 *Mentalis reſeruatio, an ſit illa quãdo apponit clauſulam cupienti T. de tali beneficio prouidere, ideo motu proprio &c. reſeruamus.*
6 *Mentalis reſeruatio expirat per motum papæ.*
7 *Reſeruatum beneficium non cadit in gratia etiam motu proprio facta, ſi de eo mentio non ſit habita.*

DECISIO IIII.

Mentalis reſeruatio iuxta hodiernam interpre-
1 tationem eſt, quando † papa dicit quòd in
mente reſeruat tale beneficium aut primò vacaturum &c. vel in nullius fauore, aut vt perſonæ ſibi gratæ prouideat, & his ſimilia, ex quibus deprehenditur non eſſe expreſſam perſonam pro qua fit reſeruatio, & quòd remanet in pectore papæ, & iſta ſpecies reſeruationis eſt frequentior quam deceat. ideo non intelligenda pro tempore quo eius vſus durabit, cum expediret quod nunquam fieret. l. legaui. in princip. ff. de lib. lega. quæ interpretatio procedit etiam ſi eadẽ die reſeruationis declaretur perſona. dummodo præcedat reſeruatio & ſequatur declaratio ſeu prouiſio, cum declaratione quòd reſeruauerat. idem ſi vtrunque in eadem charta ſub eadem data fiat, ita quòd poſt reſeruationẽ cum clauſulis ſuſpenſiuis, inhibitoriis ac irritan. decreto & aliis ſolitis etiam immediatè ſequatur prouiſio cum declaratione perſonæ, in quo aliqui ex dominis dubitabant, quaſi tunc eodem verborum contextu videatur papa ab exordio reſeruationis pro eo reſeruaſſe, quem ſine interuallo & præcipuè in eadem ſcriptura nominat argu. l. lecta. ver: dicebam. ff. ſi cer.
2 pe. & quia in his quæ fiunt vnico contextu † non inſpicitur ordo. l. quidam. de pecu. leg. & in rub. ff. de act. & obli. ſed fuit à maiori parte concluſum negati non poſſe quin ſit mentalis, quæ vno ex modis prædictis eſt concepta abſque declaratione cuiuſq; vel pro quo, & quòd eſt verum vnam eſſe gratiam reſeruationis priorem in tempore & aliam prouiſionis & poſteriorem, quòdque neceſſe eſt procedat reſeruatio, & quod in inſtanti potuit papa cogitaſſe poſt factam reſeruationem de perſona grata, quinimo ante reſeruationem mentalem cogitaſſe de ea, & reſpexiſſe ad aliquem ſibi gratum, prout motus proprius præueniſſet ſupplicationem reſpectu gratiæ in qua conſtat ſupplicatum ab aliquo & conceſſionem factam motu proprio, vt inquit Bald. in c. niſi ſpecialis. de offic. lega. vnde potuit etiam illi prouidere ſine vlteriori mora, & quando hoc obſtaret ſufficit quòd non ſequitur neceſſariò quòd pro ſtatim nominato, ex quo nõ probat hoc eſſe &c. l. neq; natales. C. de proba. ca. in præſentia. eodem titu. nam

2

† in eadem charta poſſunt poni & fieri plures & di- 3
uerſæ gratiæ etiam factæ ex interuallo, ſicut habetur de pluribus ſtipulationibus & ſummis. l. ſcite debemus. ff. de verbo. obliga. & duo teſtamenta in vno continentur inſtrumento. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. vnde non excluditur mentalitas ex identitate ſcripturæ, nec diei aut modici interualli cum. xij. ſint horæ diei. vt Ioan. capi. xj. in quolibe. quarum mens humana multa agit etiam diuerſa, & contingens eſt quod per horam in ſeipſo declarauit papa, & deliberauit pro quo poſt reſeruationem vel poſt vnam diem ſeu plures, & adueniente vacatione mandet formari prouiſionẽ de die reſeruationis, in quo nemini iniuriam facit ex eo quòd ſolus. ideo poteſt vltra plenitudinem quam habet in beneficiis. clem. j. in fi. vt lit. penden. & in eius mente exiſtit neq; alius
† de mentaliter reſeruato poſſet diſponere, aut ſo- 4
lum Deum veritatis iudicem habeat in ſimilibus: ita quòd non poteſt fieri fundamentum quòd eadem die vel ſtatim ſeu in eadem charta ad excluſionem mentalitatis. Cautum tamen eſt quòd fiat cum interuallo dierum: aut ſi eadem die, quòd ſint in diuerſis chartis duæ ſupplicationes aut duo paria literarum, quarum altera reſeruationem, altera prouiſionem cum mentione mentalis reſeruationis contineatur. l. teſtamentum. C. de teſti. quando † verò di- 5
citur cupientis T. de tali beneficio cum vacauerit prouidere motu proprio reſeruamus, iſta non eſt mentalis cùm à ſui origine habeat declaratam perſonam abſq; eo quòd in mente papæ explicanda remaneat, & iſta in pluribus cauſis tentum fuit. eſt autem mentalis reſeruatio ſpecies ſeparata ab aliis reſeruationibus, habens tantum id ſingulare ac peculiare à principe dependens & cõſiſtens totum in eius mente, prout dicitur etiam in ſimili de reſignatione & reſeruatione facta in manibus papæ ad ea. ij. cum materia. de præb. in vj. quòd de ea debet & vult princeps certiorari. ideo meruit interpretari vt non includatur in regulis reuocatoriis reſeruationũ generalium & ſpecialium editis cum vrgentiſsimis clauſulis, de quibus quando dicatur generalis quando ſpecialis. dico in alia deciſione incip. cõceſſerat papa, & hoc niſi in verbis fiat expreſſa mẽtio de ipſa mentali, idem in prouiſione beneficij reſeruati mentaliter vt non valeat, niſi quòd eſſet taliter reſeruatum dicatur, & papa intelligat de ſic reſeruato prouidere, aliàs deficit intentio, & ita in vna ca. & præben. Nouatieñ. 1519. pronuntiauit domi. Iacob. Si. in fauorem Benedicti de Captis cõtra Melchion. Lagne. & in alia domi. Nicol. de Aretio contra Ferdinan. Fonteriam. quia eorum prouiſiones nihil habebant de mentali, pro qua intelligentia facit ſtylus papæ qui quando intendit reuocare etiam mentales de eis, quaſi aliter non videatur eas reuocare per regulas. l. vel vniuerſorum. ff. de pign. acti. ca. ex literis. de conſtitu. nec de beneficiis huiuſmodi prouidere, niſi ſciens & prudens aliàs ſolet cancellari in ſupplicationibus prouiſionum clauſula mentalis reſeruationis, quoniam paucis & dilectis ſeu benemeritis de ſimilibus fit gratia, & mos papæ, ex communi curſu & ſolito cancellariæ colligitur ſecundum Rot. in antiq. Bilignet. v. de reſcript. & Felyn. in ca. in noſtra, corre. j. eod. titu. & in ſuſpenſione gratiarum, quando fit prouiſio ex ceſsione in manibus papæ,

opottet

oportet exprimi de mentali vt non obſtet reſeruatio
talis,& ſolet limitari ad effectum reſignationis dun-
taxat, ne mentalis reſeruatio capiat ex ea vacatione
ſtante dicta modificatione,quæ etiam morem papæ
declaret,quòd in mentali non vult decipi,ſed clare
intelligere cui & de quo beneficio mentali ca.quam
graui.de cri. fal. & iſtud poſt plures diſputationes
maior pars firmauit,etiam ſi papa prouidiſſet de va-
canti G.tanquam ſibi grato, non expreſſo quòd de
mentaliter reſeruato, vt moriente poſtea papa qui
6 reſeruauerat & prouiderat, † dicatur adhuc vacare
beneficium de iure ac durare vinculum mentalita-
tis,& non valuiſſe prouiſionem G.factam ac debere
& poſſe ſolum fieri per ſucceſſorem, & ita coram
do.Camillo de Ballio.1520.in vna alia cauſa tandem
poſt varias opiniones fuit obreutum, etiam ex eo
quòd in aliis proponebatur ſic fuiſſe pronnntiatum,
nec debere ab eo ſenſu diſcedi atg.c.in cauſis.de re
iudic.& l.minime.ff.de legi.Non.ob.quòd reſeruatio
in qua non dicitur quòd papa ſibi & apoſtolicæ ſedi
reſeruat, videatur morte reſeruantis expirare.ea.ſi
gratioſæ. & ibi Archi.& Ioan.And.de reſcript.in vj.
facit. l.iiij. ff.loc. quia reſponde prout erat in facto,
quòd iam tempore vitæ reſeruantis per obitum ob-
tinentis beneficium aut alio vacandi modo, fuerat
ſortita effectum reſeruatio & eius vinculum incer-
tum.vnde non expirat effectus conſummatus Bar.in
l.Titia.§.imperator.ff.de leg.ij.quinimo reſpectu vin-
culi & inhibitionis ac aliorum effectuum nedum
tempus vacationis, ſed etiam reſeruationis attendi-
tur,vt dico in illa deciſ.inci.papa contulerat Ioan.de
Madrigal, ſucceſſor ergo poterit declarare perſonã
gratam, quam non declarauit prædeceſſor cum in
omnibus & per omnia ſuccedat,& non ſumus in ea
ſucceſsione, quòd nequeat qui ſuccedit, declarare
mentem defuncti,prout in l.idem Pomponius.§. fin.
cum ibi no.ff.de rei ven.in qua,etiam admittetur de-
claratio,quãdo alius non damnificaretur perdendo
ſuum quamuis amittat lucrum ſecundum Barto.in l.
gerit.iiij.col.de acq.hær.l.ſi quis à filio.§.ſi quis plu-
res.& ibi etiam Alex.ff.de leg.j.ſicut in propoſito ni-
hil de ſuo alicui aufertur. dato enim ſemel vinculo
reſeruationis, quod durat quouſque per habentem
poteſtatem, hoc eſt per papam prouideatur,etiam ſi
eſſet cauſa finalis affectionẽ inducens Rot.de præb.
iij.in antiq.xiij.& xiiij.& in no.ix.nemini fit iniuria,
nec præiudicium quòd quicunque papa & ſolus ex
quo alius non poteſt, poſsit declarare atque decla-
rando cuicũq; pro libito prouidere,& in cauſa præ-
dictaNouarieñ.caſus erat quodLeo x.prouiderat Bar.
& declarauerat de mentali facta à Iulio ij. in perſo-
nam Petri Magni & in vna alia reſeruatione mentali
quæ fuerat de tempore Eugenij ſeu Nico.fuit aſſer-
tarũ à do.Bar.de Petraſancta & aliis antiquioribus,
quòd durauerat vinculum reſeruationis donec ve-
nit vna regula Alex.vj.qui expreſsè reuocauit men-
tales quæ in cauſa fuit producta & cõſiderata.æqua-
lis enim eſt poteſtas vtriuſq; papæ.l.ille à quo.§.tem-
peſtiuum.ff.ad Trebel.c.innotuit.de elect.& idem eſt
quo ad hoc in aliis ſpeciebus reſeruationum quòd
ſi vnus papa commendat per quam commendam af-
ficit beneficium, & videtur ad ſe futuram prouiſio-
nem reuocare ac reſeruare ſecũdum Lud.Ro.conſi.
cccl.& Feder.de Sen.in tract.de rer.permu.q.xv.&
habetur in deci.incip.commendauerat,alius proui-
debit ceſſante commenda, licet non ipſe commen-
dauerit ſublata ordinariis inferioribus diſponendi
facultate,& maximè id procederet quòd non expi-
raſſet facultas eligendi aut declarãdi perſonam gra-
tam per obitum reſeruantis, quando in prohemio
reſeruationis à quo ſumitur finalis ratio.l.ſi.de hære.
inſtitu. Bart.in l.ambitioſa.j.q.ff.de decre.ab or.faci.
dictum eſſet quòd licet beneficiorũ omnium plena
& libera diſpoſitio ad Ro.Pont.pertineat,nihilomi-
nus idem Pont. aliqua ex eis quandoq; ſuæ & apo-
ſtolicæ ſedis diſpoſitioni reſeruat,vt de illis cum va-
cauerint per eum,& dictæ ſedis prouiden.valeat ſa-
lubriter prouideri etiam ſi ſequatur.hinc eſt quòd
nos cupientes perſonæ gratæ ac acceptæ prouidere
noſtra & ſedis apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruamus,
quoniam verbum, nos, non reſtringit ad reſeruan-
tem,ſed prædicatur de reſeruante & quocunq; ſuc-
ceſſore, vt patet ex præcedentibus & ſequentibus.
l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de leg.j. Præterea iſtud ſuf-
ficit quòd ſolus papa poteſt de mentaliter reſeruato
prouidere. igitur & perſonam declarare.l.ij.ff.de iu-
riſdic.omn.iudi.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.
ff.de proc.l.illud.ff.de acq.hær.cum ibi no.cum ſolus
habeat poteſtatis plenitudinem,vt eſt dictum.d.c.ij.
& d.cle.j.& c.propoſuit.de conceſ.præben.& ſi non
prouidebit perſonæ gratæ reſeruanti, ſatis eſt quòd
prouideat perſonæ ſibi gratæ.nam nec cogeretur illi
in quem non declaraſſet reſeruans, cum par in parẽ
non habeat imperium. d.§.tempeſtiuum. Prædicta
militant etiam prouiſione facta motu proprio, cum
non firmet gratia contra defectum intentionis cle.ſi
Romanus cum gl.de præb.de quo Fely.in c.cauſam
quæ de teſti.nam † ſub gratia motu proprio non ve- 7
niũt reſeruata Rot.de cõceſ.præb.in no.vj.& xxviij.
deficit autẽ intentio ex præmiſsis, & quia eſt magis
peculiaris iſta mentalis quam aliæ, quæ ex magna
cauſa ac pro paucis,& quidem ſibi dilectus pro qui-
bus beneficiandi motu proprio cogitat ac prouidet,
emanat,ad quòd facit peregrina glo.in ver.reſerua-
mus, in extrauag.execrabilis.eo.tit.de præb.conce-
ditur,& quia poteſt papa velle omnino & certitudi-
nariè de aliquibus beneficiis diſponere, propterea
inuenta eſt huiuſmodi ſpecies reſeruationis quæ in
omni diſpoſitione requirit ſpecificam mẽtionem ad
hoc vt in prouiſione papa ſit certus, quid agat de
quo beneficio, & cui prouideat, Gemi.conſi.xij.po-
nens alias ſpecies reſeruationum nihil attingit de
mentali. de qua videatur Egid.conſi.xxxiiij.vt alle-
gabatur dixiſſe ibi ad primum dubium dicens,nam
illud colligo & reſtringo ad reſeruationes ſimpli-
ces factas per papam ſimpliciter in fauorem ſuum,
& in ſolutione ſecundi dubij ibi, & eſt ratio diuer-
ſitatis,quia quando papa ſcribit pro perſona inuen-
ta eſt eius intentio quòd voluit de illo beneficio ſua
authoritate ordinari, & quòd iſto animo manum
apponit, ſed pro veritate non loquitur de mentali
ibidem, nec materia eſt talis nec ad mentalem fa-
ciunt quotæ quas allegat, de qua expreſsè iura non
faciunt mentionem. vnde doct. antiqui de ea non
ſcribunt, nec hoc quòd ſit facta reſeruatio ſimpli-
citer in fauorem reſeruantis infert neceſſariò men-
talem, niſi concurrant quæ ſupra dixi ponendo re-
gulam & exempla, ex eo quòd omnis reſeruatio

non expreſſa perſona etiam in fauorem papæ, vt ſo-
lus poſtea diſponat, & tamen non dicitur mentalis
inducta per regulas reſeruātes beneficia certis tem-
poribus vacatura, niſi etiā dicatur vt perſonæ gratæ
abſque declaratione vt ſupra, & idem ſi per literas.

SVMMARIVM.

1 *Mentalium ad reſernationem mentio qualiter ſit facienda ad hoc vt pronifio ſeu reſeruatio beneficij mentaliter reſeruati valeat?*

2 *Clauſula ſuſpenſiua reſernationum eſt pars gratia, ideo in ea ſufficit de mentali reſernatione facere mentionem.*

3 *Prouiſio papæ de beneficio mentaliter reſeruato, non valet de mentalitate huiuſmodi mentione non habita.*

4 *Clauſula ſuſpenſiua mentalium, an liberet beneficium à mentalitate?*

DECISIO V.

SVppoſito vt in proxima deciſione quòd in proui-
ſione beneficij mētaliter reſeruati pro validitate
requiratur mentio de mentalitate fuit concluſum
1520. in vna Nouarieñ. cano. & præben. coram do.
Camillo de Ballionibus ſufficere ſi in clauſula ſu-
1 ſpenſionis omnium † reſeruationum dicatur etiam
mentalium ſeu in nullius fauorem, licet nec in cor-
pore ſupplicationis, nec in clauſulis alibi verbum
aliquod de mentalitate factum ſit, etiam ſi papa ex
reſignatione facta in manibus ſuis prouideat, & ſo-
leat reſpectu ſuſpenſionis mentalium reſtringi ſu-
ſpenſio ad effectū reſignationis duntaxat, ita quòd
videbatur ſtylus conſiderandus & mos patrisfami-
lias. l. vel vniuerſorum. ff de pig. acti & c. ex literis. de
conſtit. ſed ex quo talis reſtrictio non erat, operatur
mentio etiam reſpectu prouiſionis, quia ſumus in
claro & rationabiliter præſumimus quòd papa vo-
luit ex aliqua cauſa pro eo cui prouidit ſuſpendere,
facit deciſio Biſignet. v. de reſcrip. in antiquioribus,
& quod ibi dicitur ſimplicem ſignaturam remanere
in terminis iuris communis, & correſpondere omni-
bus petitis in ſupplicatione. §. præterea. inſti. de inuti.
ſtipn. Nec obſt. quòd in parte prouiſiua nihil dicitur
2 de mentalitate, quia † clauſula ſuſpenſiua eſt pars
gratiæ vt dixerunt domini. & ſatis eſt fieri mentionē
in aliqua parte, & papam intelligere, qui ſi noluiſſet
prouidere de mentali, cancellaſſet aut reſtrinxiſſet
verbum mentalium ca. ad audientiam. de deci. vnde
non cancellatio vel omiſſa reſtrictio magis arguit
conceſſionem etiam ſtylo inſpecto, cùm pro aliqui-
bus ſoleat princeps ſuſpendere mentales in omni
gratia. prout eis per mentales reſeruationes proſpi-
cere, vt in proxima deciſione. Item aliâs ſuſpenſio
nihil prodeſſet. & prouiſio fruſtra eſſet admiſſa con-
tra. l. ſi quādn. ff. de leg. j. & c. ſolite. de maio. & obed.
3 papa † enim ſcit non valere prouiſionē quæ de men-
talitate non dicat cùm habeat iura in ſcrinio. cap. j.
de conſtitu. in vj. ergo dum exprimit de mentali vel
expreſſionem admittit, vult quod mentalitas non
obſtet, etiam de mentali, ſi tale etiam cenſeatur pro-
uiſum, & hoc ſecundum vnum modum intelligen-
di, ſecundum quem talis prouiſio extinguit vincu-
lum mentalitatis, ex eo quod reſeruatio & affectio
durant, donec prouideatur, & ſic per prouiſionem
tolluntur Rot. xiiij. de præben. in antiq. & xj. in no.
vel ſecundum alium modum papa ſuſpendendo
† mentales liberat à mentalitate beneficium vt pro 4
ea vice ſublato impedimento valeat prouiſio ſeu
mortificat faciendo dormire ac ceſſare mentalita-
tem, ne vires habeat nécve prouiſionem impediat
ſicut in ſim. dicimus de commenda & vnione ad vi-
tam vt in deciſione incipi. facta erat vnio & in alia
commendauerat papa, vbi non datur extinctio, fa-
cit ſonus verbi ſuſpenſionis differentis ad extinctio-
nem. l. ſi idem. C. de codi. & quòd videmus in expe-
ctatiuis & reſeruationibus poſterioribus ſuſpen-
dentibus anteriores, ſed non extinguentibus. & iſto
modo accipiendo durabit mentalitas vſq, ad aliam
prouiſionem extinctiuam. Pro iſta intelligentia fa-
cit deciſio incipi. dubium fuit in vna Marſilieñ. cum
ſuis motiuis. licet etiam ibi ſint fundamenta pro pri-
mo modo extinctiuo, & quod ſufficiat mentio in
clauſula ſuſpenſiua etiam appoſita in reſeruatione
cum beneficio acceptandi, & valuerint acceptatio
cum prouiſione, de mentali fuit cōcluſum de menſe
Iunij 1522. in vna Vercelleñ. cano. & præben. coram
me in qua pronunciaui pro Contino Vitnutio &c.,

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſuſpendens omnes gratias etiam in nullius fauorem, & ſic mentales proſequentibus operatur, ſiue ſit vel fuerit declarata perſona, cui ex reſeruatione mentali huiuſmodi fuerat prouiſum. ſiue non.*

2 *Mentalis reſeruationis natura eſt remanere in mente reſeruantis.*

3 *Clauſula ſuſpenſionis mentalium includit etiam ea que adhuc remanent in pectore.*

4 *Verbum proſequentibus, appoſitum in clauſula ſuſpenſiua, quo modo verificatur?*

5 *Decretum irritans in expectatiuis & reſeruationibus non mentalibus operatur nullitatem prouiſionum inferiorum infra menſem, etiam ſi expectantes non accepent.*

DECISIO VI.

IN eadem cauſa Vercelleñ. canoni. & præben. di-
cebat dominus Thomas Regis, quòd quamuis
reſeruatio domini Anchonitani ſuſpenderet omnes
gratias etiam in nullius fauorem, & ſic † mentalis, 1
tamen quia inhibebatur cum ſuſpenſione quibuſ-
cunque quaſcunque gratias etiam mentales proſe-
quentibus, quòd non continebat ipſos canoni. &
præben. mentaliter reſeruatos, de quibus in euen-
tum vacationis fuerat prouiſum. Franciſco Tubie
inhabili, quia patienti defectum natalium, de quo
papa in prouiſione quam ei fecerat non intellexe-
rat, & ſic validè proſequi non poterat, cùm de va-
lida ac effectuali proſecutione verba ſint intelli-
genda. l. non putauit. §. non quæ ius. de bono. poſſeſ.
contra tabul. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic.
capi. fin. eodem titu. in vj. & l. j. §. docere. ff. ne quis
eum qui in ius vo. eſt vi exi. Idem ſi perſona non eſ-
ſet declarata quaſi in dictis caſibus. nullus ſit, qui
ipſam reſeruationem proſequatur aut proſequi de
iure poſsit, ſed ſolum verificetur quando eſt facta
declaratio perſonæ habilis, & quod hoc innuat ver-
bum proſequentibus, & affirmabat eiuſmodi ver-
bum ad id ponderaſſe Felyn. in Rota, & iuxta eius
ponderationem fuiſſe reuocatam ſententiam latam
per

per domi.Hieronymum de Porcariis pro qua pon-
deratione ſacit, quia ſi voluiſſet papa etiam in his
quas nullus proſequitur, ſuſpenſionem procedere,
expreſsiſſet. Sed contrarium voluerunt domini vt
omni caſu capiat, & pro concluſione facit quia pe-
2 culiaris † natura mentalis reſeruationis eſt, vt rema-
neat in mente reſeruantis, & ſic ſecreta perſona grata
cui vult prouidere quouſq; prouideret, declarat ta-
liter quod in ipſa reſeruatione perſona grata non ex-
primitur, quoniam ſi declararetur, non eſſet menta-
lis, vt in deciſione incipi. mentalis reſeruatio eſt di-
ctum, licet aliquando & ſæpe ante vacationem fiat
3 declaratio, quando ergo ſuſpendit † mentales vide-
tur de omni mentali ſentire, etiam de ea quæ adhuc
remanet omnino in pectore ſuo, quæ etiam omni-
modo mentalis. Verbum autem proſequentibus, ve-
rificabitur in non mentalibus & in mentalibus per-
ſona idonea declarata. Item quia dicitur etiam in
nullius fauorem proſequentibus, ergo quando nul-
lus proſequitur tanquam in iſtis non attendebatur
proſecutio, & ſi attenderetur, quòd videatur papa
cuius intereſt proſequi, poſſet tamen dici quod ver-
ba in nullius fauorem non inferunt perſonam non
eſſe declaratam, ſed naturam tantum mentalis, quæ
verba iuncta cum verbo proſequentibus, videntur
4 velle loqui de declaratis tantum, & † verbum pro-
ſequentibus non rectè cadit in papa ex quo de aliis,
non de ſeipſo loquitur, & in generali ſermone per-
ſona loquentis non continetur. l. inquiſitio. C. de ſo-
lutio. niſi dixerimus pro deciſione quod verbum
proſequentibus, non ſit appoſitum reſtrictiuè & ex-
cluſiuè reſpectu gratiarum, quas nemo proſequi-
tur, ſed ex eo quia vt plurimum reſeruationes &
aliæ gratiæ habent aliquem qui curat eas & cuius
5 intereſt, quemadmodum in expectatiuis † & reſerua-
tionibus non mentalibus decretum irritans opera-
tur nullitatem prouiſionum inferiorum infra men-
ſem, licet expectantes non acceptent, & ſic non vi-
deantur proſequi, vt per Felyn. in cap. cum ex offi-
cij, colum. xv. de præſcript. Ita papa per verbum pro-
ſequentibus, non videtur velle ſuſpendere gratias
duntaxat, quas aliqui proſequuntur, ſed etiam quas
nullus proſequitur. Conſidera quia in decreto ſunt
multæ rationes, & illa vt appoſitio menſis hoc ope-
retur vt Felyn. in d. cap. Item ibi eſt potentia proſe-
quendi ſine actu proſecutionis, quia noluit acce-
ptare tale beneficium quod erat in eius poteſtate,
quando gratia habet terminum ad acceptandum,
vt declaro in illa deciſione incipiente, ſolent præ-
ſentes in curia, & hic ſumus in terminis quod nul-
lus eſt qui proſequi poſsit, vel ſi eſt validè & iuri-
dicè non poteſt vt in iſto caſu, vnde valde vtilis eſ-
ſet papæ declaratio.

SVMMARIVM.

1 *Mentalis reſeruatio expirat non ſolum per proui-
ſionem, ſed etiam per commendam, quia inſpicitur
declaratio perſonæ, non modus prouiſionis. & nu. 4.*
2 *Commenda eſt depoſitum, non prouiſio non inducens
incompatibilitatem.*
3 *Reſeruatio non expirat per commendam, vel vnio-
nem ad vitam.*
5 *Commenda ceſſante & vnione diſſoluta ſolius papa
tenet prouiſio.*
6 *Mentali reſeruatione ſublata per commendam, re-
manet tamen alia ſpecies reſeruationis vel affectio-
nis cauſata à commenda.*
7 *Mentalis reſeruatio ſolus papa poteſt eam atteſtari.*

DECISIO VII.

SIcut aliæ reſeruationes expirant per prouiſionem
ſecundum deciſ. xx. in antiq. Biſignet. de præben.
ac xiiij. in antiq. & xj. in no. ita mentalitas quando
perſonæ gratæ prouidetur † etiam ſi in commẽdam 1
prouideatur, ita voluerunt domini in vna Coroſo-
piten. archidiaconatus & parochialis ſancti Andreæ
coram dom. Ioan. Staphileo de menſe Iunij 1525. ea
conſideratione, quia in mentali vt deſinat mentali-
tas, ſolum inſpicitur declaratio perſonæ, non modus
prouiſionis potius in titu. quam alias. obſtare tamen
videtur quòd commenda † eſt magis depoſitum, 2
quàm prouiſio non inducens incompatibilitatem,
quinimo per eam papa futuram prouiſionem ad ſe
reuocat, nec per obitum commendatarij datur vaca-
tio, ſed modo quo prius, ita Fede. de Sen. in tract. de
permu. benefi. q. xv. Lud. Ro. conſi. cccl. tex. in l. licet.
ff. depoſi. in c. dudum. el ij. de electi. & glo. in c. is cui.
eod. tit. in vj. ex quibus & aliis fundamentis tentum
eſt quod per commendam, † quæ fit ad vitam, reſer- 3
uatio non expiret, prout pono in deciſ. incipi. com-
mendauerat, ſupra de priui. idem in vnione ad vitam
facta vel quandiu quis beneficium, cui fit vnio, obti-
nuerit vt in alia deciſione, vnio, ſupra de vnio. niſi
pro iſta deciſione dixerimus quod in aliis reſerua-
tionibus non cadit conſideratio declarationis per-
ſonæ gratæ, ſed magis quod prouidetur cuicunque
prouideri cõtingat, dummodo ſit vera prouiſio. ideo
modus prouiſionis attenditur, per quem prouiſus
ſit prælatus in beneficio, & propriè dicatur de be-
neficio prouiſum, vt in allegatis deciſionibus, ſecus
in mentali † emanata in fauorem perſonæ gratæ, cui 4
eſt peculiaris gratæ declaratio, & quia dicta declara-
tione eſt iudicanda contenta. dummodo perſona de-
clarata ſit, & prouiſionem habeat de beneficio qua-
licunque, nimirum ſi in ea verbum prouiſio largè
accipiatur, vt omnem modum contineat per quem
perſonæ gratæ prouidetur, quemadmodum largo
ſumpto vocabulo cõprehendit omnem modum per
quem prouidetur eccleſiæ, iux. glo. no. in verbo pro-
uiſioni in cle. fi. de elect. & no. Phil. Franc. in c. cum in
illis. §. j. de præben. in vj. ad hæc quia in aliis reſerua-
tionibus nihil dicitur de perſona, ſed quòd ligantur
per eas manus omnium inferiorũ, vt ſolus papa di-
ſponere poſsit, vt in c. ij. de præ. in vj. & in extrauag.
Pauli ij. ad Roma. de beneſ. affect. de conceſ. præben.
& ſunt plures aliæ extrauagan. & cancellariæ reg. in
iſta verò expreſsè cauetur, quòd fit vt perſonæ gratæ
prouideatur, ita quòd in productione differt ab aliis.
non ergo mirandum ſi etiam differat in extinctione,
ſed id plurimũ deciſioni confert quòd in commen-
dando explicatur, quòd is cui papa commendat eſt
illa perſona grata, vel ſatis id deprehẽditur per nar-
ratiuam vel relationem, quæ fit ad reſeruationem in
ipſa commenda. ad l. aſſe toto. ff. de hær. inſti. vnde ibi
papa clare loquitur & manifeſtat perſonam gratam,
atque habet ex tali manifeſtatione intentum, merito
tollitur etiam vinculũ ex mentalitate iam euacuata
ac effectuata cauſatum, præterea non eſt veriſimile,

nec

nec dicendum quod papa commendando reſpexe-
rit, quòd quando commenda ceſſaret perſonæ gra-
tæ in ti. prouideret: ſic enim ſua intentione fruſtrari
poſſet, quia commendaret alteri quàm illi pro quo
reſeruaſſet, quinimò à communiter contingentibus
à quibus arguimus. l. ſuis quoq;. §. puto generaliter.
ff. de hære. inſti. fruſtraretur ex quo hoc magis cõtin
gens eſt quod prius papa vel perſona grata moria-
tur quàm commendatarius, ſi igitur commendan-
do ſeu in primo actu commendæ, vel alterius pro-
uiſionis, vt dixi, elegit & declarauit perſonam ſibi
gratam, & habuit finem animi mentiſque ſuæ aliàs
differendo euacuare, effectuaréque mentem in per-
ſona grata, commendando prius alteri quouſque in
tit. perſonæ gratæ prouideret, faceret actum impedi
tiuum & veriſimile deſtructiuum mentis, & con-
ceptus ſui, cõtra l. iij. ff. de mil. teſt. maximèquia etiam
commẽdando perſonæ gratæ adimpleuit quod men
te conceperat, poſtquam in effectu parum vel nihil
diſtat commenda noſtri temporis à titulo & cõmen
datarij quodãmodo æquiparantur titularibus, quia
adminiſtrationem cum fructuũ perceptione, & vſu
habent, ſecundum ea quæ ponderat Alex. xliiij. diſt.
cum autem. & lviij. ſi quis. col. pen. nam quo ad fru-
ctus non differt, & hoc ſufficiat perſonæ gratæ, ſi
eius perſonam contemplemur, in cuius fauorem
emanauit reſeruatio, ſufficit etiam papæ, vt eſt oſten
ſum: nam & commenda canonicatus, titu. eſt, & ſic
canonica prouiſio. c. nemo deinceps. & ibi gloſ &
Archid. de elec. in vj. idem quãdo fit vnio ad vitam,
vel quãdiu beneficium cui fit vnio, quis obtinuerit
cum vtroque caſu fiat contemplatione perſonæ &
non eccleſiæ, vt in allegata deciſione, vnio. obſtare
5 etiam videtur, quòd per commendam † vel vnio-
nem ad vitam ſi tollatur vinculum iam productum,
inducitur nouum, vt futura prouiſio ceſſante com-
menda, vel diſſoluta vnione ſolius papæ, ſit, vt in
deciſ. ſuprà adductis: ſed hoc non contradicit, quia
6 hic non agitur, niſi quòd ſit ſublata † mentalitas, &
eius effectus. licet ſuperſit alia ſpecies reſeruationis
vel affectionis cauſata à commenda, ſeu vniune, vel
aliunde, quàm reſeruatione mentali, quæ eſt durior
aliis, vt patet ſuprà in prox. deciſ. huius titu. & ſic eſt
magni effectus mentalitatis extinctio, & adiuuan-
da eſt hæc deciſ. quia ſi mentalitas non euacuaretur
per commendas & vniones vt ſuprà, poſſet durare
annis centum & vltra, & plures in hoc decipi igno-
rantes tale vinculũ, quãdo eis prouideretur, poſſet
etiam decipi papa ſucceſſor eius qui reſeruaſſet, &
credens validè prouidere, inutiliter prouideret
non faciendo de mentalitate mentionem, quæ igno
rantia non eſt ita facilis in aliis reſeruationibus, per
ius commune extrauag. & regulas cancellariæ in-
ductis, quæ papa non ita ignorãt, nec nobis igno-
rare licet. l. leges. C. de legib. & facta ex quibus cau-
ſantur, ſunt etiam magis nota, quàm factum, menta
lis, quæ ſecretius fit quàm aliç, & paucis innoteſcit,
7 & ſolus papa poteſt eam † atteſtari, ex quo in eius
mente perſiſtit, & inde mentalis & pectoralis appel
lata, papæq; atteſtationi ſtandum eſt, clem. j. de pro.
& ex his patet etiam aliqua diuerſitas.

DE DECRET. IN RESERVATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio papæ quamuis infra menſem reſeruatiu vel expectanti datum facta teneat, legati tamen licet reſeruatiuus non acceptet, non valet.*

2 *Menſis appoſitio in expectatiuis vel reſeruationibus operatur, vt interim factæ prouiſiones non teneant.*

3 *Legati poteſtas in prouincia eſt ordinaria, quamuis ſit extraordinario modo inducta.*

4 *Clauſula anteferri conſeruat ius ad rem, non in re.*

DECISIO PRIMA.

CORAM d. Bartholomęo de Petraſanc.
1515. in vna Bergom. placuit prouiſionem
legati † prioré non valere, ſed bene apo- 1
ſtolicam poſteriorem, quę ante prouiſio-
nem reſeruatiui à papa fieri poteſt, iuxta Rot. xvj.
item licet de more de præb. in no. & hoc ſtante reſer
ua. conceſſa in prouincia Lombardiæ d. Iacobo Simo
neta cum clauſula acceptandi infra menſem benefi-
cia vſque ad certum valorem, ac cum irritanti de-
creto, de quo apoſtolicus dedit non obſt. quòd ali-
qui dicebant validam eſſe prouiſioné legati, ex quo
dominus Iacobus non acceptauerat, quaſi clauſula
non operaretur, niſi purificata conditione, & po-
tuiſſet legatus & ordinarius quilibet ante accepta-
tionem conferre. c. j. de conceſ. præb. in vj. clem. j. ver.
quia. eod. ti. item quia videbatur non vti non acce-
ptando, & renuntiare decreto in eius fauorem appo
ſito. l. ſi quis in conſcribendo. de pact. Ancb. in cap.
ſtatutum. de præb. in vj. & Felyn. ad id plura cumu-
lans in c. cum ex officij. antep. col. de præſcript. licet
oppoſitum teneat vt infra litem reſeruatio habebat
clauſulam anteferri ad prouiſiones legati: ergo ſup-
ponebat eius prouiſionem valere, nihilominus hæc
tolluntur per §. ſecus. in d. clem. volentem quòd ap-
poſitio † temporis efficiat inualidam ordinariorum 2
prouiſionem infra menſem, etiã ſi non fiat accepta-
tio, nedum intra mẽſem, verùm etiam ſi nunquam
Car. ſuo eleganti conſ. cv. A. & B. clerici, vbi nouem
conſiderat fundamenta, & refert ac ſequitur Fely.
poſt alios quos adducit in d. c. cum ex officij. col. pe.
firmans hoc, & reſpondens ad contraria inter cæ-
tera motiua, & poſtquam d. c. præmiſit ꝙ gratia con
ditionalis decretum habens non operetur, niſi con-
ditione purificata, ſubiungit eſſe ſecus quãdo in ea
eſt menſis appoſitus, ex eo quod tunc quo ad impe
diendam ordinarij collationem habet effectũ ante
conditionis purificationé, cùm non ſurgat ex clauſu
la decreti ꝙ ſui natura ſuſpendit in euentũ purifica
tæ conditionis, ſed ex ſpeciali & noua diſpoſitione
d. §. ſecus. inducta propter expreſſam rationé, vt mé
ſis appoſitio aliquid operetur, & hæc pars vel tan-
quam communior aut verior ſeruatur in palatio, &
ſicut ligantur manus ordinariorũ, ita legati † qui in 3
prouincia reputatur ordinarius. c. ij. de oſ. leg. in vj.
nam verè talium legatorum poteſtas eſt ordinaria,
quamuis extraordinario modo inducta, vt ait Abb. in
c. ſi quis contra clericũ. col. ij. de fo. cõp. inſuper re-
ſeruatio habebat clauſulã inhibitionis ad quoſcũq;,
quacunq; auctoritate fungen. ergo & ad legatos. de
clauſula vero † anteferri fuit dictũ, quòd conſerua- 4
bat ius ad rem, non in re, vt ſi haberet aliquis à lega
to expectatiuam aut reſeruationem, præferretur ei
reſeruatio d. Iacobi, quouſque ſit effectuata præfer-

uato iure reſeruatiuo legati poſt impedimentum do. Iacob. effectuando, & ita fuit iudicatum, & ex hac concluſione euacuauerunt plures prouiſiones in Lombardia à legato factæ.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio papæ non data acceptatione reſeruatiui, valet etiam ſi in reſeruatione huiuſmodi irritaret prouiſiones etiam per ſe factas.*

2 *Prouiſiones inferiorum infra menſem ſiue reſeruatiuus vel expectans acceptauerit, ſiue non, non tenent.*

DECISIO II.

QVamuis prouiſio legati non valeat, vt in deciſione proxima, & eius terminis, valet tamen
1 prouiſio † papæ, non data acceptatione reſeruatiui, non obſt. quòd decretum reſeruationis irritet prouiſiones etiam per papam factas, & in vna Vercellen. coram domino Paulo de Capiſuchis fuit tentum, quia ligauerit ſeipſum in fauorem reſeruatiui duntaxat, taliter quòd ſit cōditionale quo ad eum, ſi acceptatio fiat: ex quo eadē & maior poteſtas, &c,
2 c. dudum. de præb. in vj. quo † verò ad inferiores purum & ligans ſiue acceptatio facta fuerit, ſiue non, quòd non verificatur ſecundum hanc cōcluſionem doct. Anchar. & ſequacium in d. c. ſtatutum. in caſu concluſionis, & limitatur propterea deciſio ac cap. penult. & quod ibi Lap. & Dominic. de præbend. in ſexto. inquiunt quòd decretum ligat papam, quaſi ita voluerit: ad l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legatis tertio.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans papæ, ligat etiam ignorantes, & num. 3.*

2 *Legatus de latere poteſt decretum irritans apponere, an autem liget ignorantes eſt conflictus opinionum?*

3 *Legatus de latere contra ius facere non poteſt.*

4 *Ligare ignorantes quando ſit contra ius?*

5 *Iuriſdictionem inferioris ſuperior impedire poteſt.*

6 *Decretum legati de latere non ligat ignorantes, & numero 8.*

7 *Differentia eſt inter reſeruationem, inhibitionem, & decretum.*

9 *Annullatio actus, an & quando ſit pœna?*

10 *Statuere vt tempus currat ignoranti ſolus princeps poteſt.*

11 *Legatorum poteſtas vt ſuprà inducta, eſt reſtringenda, ordinariorum verò amplianda.*

DECISIO III.

1 SVppoſitio prout eſt clarum quòd decretum † irritans papæ, ligat etiam ignorantes. capit. ſi eo tempore. & ibi gloſ. de electio. cap. dudum. & cap. penult. de præbend. cap. j. & cap. ſi ſolt. de conceſsio. præbend. in vj. cum ſimilib. quòd legatus de latere
2 † poteſt tale decretum apponere, cap. præſenti. de offic. lega. in princip. cap. ſi apoſtolicæ. de præben. & ibi Archidiac. & Ioan. Andr. ac glo. ſuper verbo, & irritum. in cap. j. de conceſ. præbend. in vj. an etiam iſtud ligat ignorantes. eſt conflictus opinionum, & propterea in vna Brixienſi. coram domino Cornelio de la Volta, de menſe Martij 1525. fuit dubitatum, & tres ex dominis tenebant affirmatiuam. per c. dilectus, de iure patro. quem ad hoc ponderat Domi. in d. cap. ſi apoſtolicæ. ibi. vnde poſtquam idem legatus donationem ſibi decreuerat, reſeruando papa dicat, quòd ſolum decretum operetur effectum nullitatis geſtorum in contrarium, ex quo illud de inſinuatione fuit contingentia facti, quæ in parte diſpoſitiua non attenditur: ex quo papa refert ſe ad tempus decreti, quòd fuit ſine dubio antequam inſinuatio, & ad rationem Compo. in c. capitulum. col. penult. de reſcrip. vbi tenet negatiuam, quòd alius à Papa nequit ſupra vel contra ius facere, aſſerens contra ius eſſe quòd ignorans ligetur. l. ſi ignorans loca. l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. cum aliis per doct. allegatis, & non licere etiam Cardinali legato † de 3
latere contra ius facere. cap. pen. & vlt. de fil. presby. & c. dilectus. el j. de præbend. Reſpondet Ioann. de Lig. hic pro affirmatiua non eſſe contra ius † ligare 4
ignorantes, quo ad annullationem actus, ſed tunc demum quando ligaretur quo ad pœnam, pro qua conſideratione facit, quia nullitas actus non eſt propriè pœna. nec irritatio contractus eſt naturalis pœna contrahētium contra legem, cum pœna propriè ſit circa diminutionem patrimonij, ſecundum Inn. in cap. ſi verè. de ſenten. excom. & Ioan. And. in cap. odia. de reg. iur. in vj. in mercu. & declarant Domi. & Phil. Franc. in c. fin. de elect. eodem lib. ac Felyn. nouiſsimè in cap. cognoſcentes. poſt princ. de conſtitu. & ad rationem Zenze. tenētis negatiuam, quòd non reperitur iure cautum vt ignorantes liget, niſi in decreto papæ, reſpondet Domi. ſatis caueri in d. cap. cum dilectus. vbi hoc placet Inno. & Hoſtien. etiam in ſum. §. ei à quo. ad fi. de præben. & licet Lap. allegatione xiiij. vbi adducit ad idem Ioan. Andr. in d. c. apoſtolicæ. Card in clem. j. in vj. notabili, de conceſ. præbend. inquit communiter teneri in d. cap. apoſtolicæ, quòd ligat ea ratione, quia poteſt † ſuperior 5
impedire iuriſdictionem inferioris, quia etiam quando concurrerent, ſuperior præfertur, cap. ſi à ſede. de præbend. in vj. eandem partem ſequitur Boniſac. de Vital. in d. clemen. j. in princ. col. ij. Berrd. Capra. hic, & videtur idem ſentire Collecta. in cap. eccleſia noſtra. col. penult. de ſortil. ibi & ita ſeruatur loquens de clauſula quæ ſolet apponi, videlicet decernens irritum & inane, ſi ſecus à quoquam ſcienter vel ignoranter factum fuerit ſeu attentari contigerit. Alij domini pro maiori parte tenuerunt † negati- 6
uam, & in hunc ſenſum fuit concluſum. quam opi. poſt Compo. firmat Archid. in d. cap. ſi apoſtolicæ. & ſequuntur Lap. in c. ſtatutum. eod. titu. & Pan. in c. j. de conceſ. præb. in vj. ac Anchar. in c. ſi beneficia, in col. iij. de præbend. eod. lib. vbi in decreto reſeruationis etiam valido tenet, vt non liget ante notificationem ſubiungens ita notare Archid. & Ioan. Andr. in d. ca. ſi apoſtolicæ. & pro hac parte Phil. Franch. ibi etiam allegatur Ioan. Andr. ex quo patet quòd aliter adducitur per Phil. Franc. & in alium ſenſum, quàm inducat Lap. in d. alleg. xiiij. & verè ratio Compoſt. eſt potens, cùm non reperiatur lege cautum, quòd liget, vnde erubeſcit affirmatiua. l. illam. C. de collat. in authen. de non elig. ſecun. nub. §. cùm igitur. verſ. ſui autem. col. j. & in authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. col. iij. ad c. j. §. obiiciebatur. & ibi ex parte

de conceſ.

de conceſ.præben.& ad c.tibi qui.§.j.de reſcri.in vj.
reſpondet Archi.in d.c.ſi apoſtolicæ,quod non pro-
bant affirmatiuam, quin potius faciunt pro nega-
tiua,& ita eſt verum & Io.And.Anch. & alij referen
tes ſentiunt tranſenndo,ideo non inſiſto. Ad c.cum
dilectus. reſpondet Archid. vbi ſuprà,quòd proceſ-
ſum erat ad inbibitionem, vt patet in princ. & Phil.
Franc.qui ſequitur negatiuam tanquam veriorem
& ornatam iuribus & rationibus, reſpondet aliter
quòd ibi nihil dicitur de decreto, cùm ſolùm dica-
tur de reſeruatione & inhibitione, tamen eſt diffe-
7 rentia † inter inhibitionem & reſeruationem,& de-
cretum. d.c. tibi qui.§.j.& not.gloſ.in d.c. ſi eo tem-
pore,ſuper verbo,prouiſione.de elect.in ſexto.& ad
ponderationem Domi.vltra reſponſum Archidiac.
dic quòd ſola reſeruatio afficit ignorantes, prout
Ioan.Andr.& Phil. Franc. poſt alios dicunt in d.c.ſi
eo tempore, & ideò finis ca. neceſſariò intelligitur
in caſu in quo loquitur,ſi ſecuta notificatione.Hen.
Boich.in d.cap.cum dilectus,circa fin. videtur ſequi
etiam negatiuam, quia poſtquam retulit Innoc. &
Hoſtienſ.pro affirmatiua ſubicit,ſed Goffre. in hoc
contra infrà de præben.ſi apoſtolica.vnde reſidet in
opinione vltimò relata iuxta gl.not.in l.cum filium.
§.Sabinus.ad trebel.l.bona fides.& ibi Bart. ff.depo-
ſiti.ponit Bald.in auth.ex teſtamento. C.de colla.&
dictum glo.probat Abb. in c.de quarta. col.iij. in fi.
de præſcrip.& plura ad id accumulat Iaſ. in l.pacta
nouiſsima.C.de pact.Pro negatiua eſt etiam Fed.de
Sen.conſil. ccxc.col. iij. dum dicit quòd decretum
8 † principis ligat etiam ignorantes, quod tamen non
accidit in inferioribus à principe, & allegat d.c.j. §.
ex parte.de conceſ.præbend.& d.cap. tibi qui, Egid.
Bellame. firmat etiam hanc partem in d. c.ſi apoſto-
licæ.diſcutiendo latè hunc paſſum, & Villadiego
qui fuit auditor Rotæ in ſuo tract.de leg.q.ix.verſi.
iiij.quarto,col.xxj.& Pau.de Liaza.in d.ca.j.de con-
ceſ.præben. Accedit opinio Alex.conſi.xc.vo.vij.vbi
etiam reſpondet ad d.c.ſi à ſede,qui loquitur quan-
do legatus & ordinarius concurrunt eodem die, &
non apparet de proprietate prouiſionis, ſed vbi re-
ſeruatio præceſsit,& ordinarius ignorans contulit,
inhibitio non ligat. Item ſi eſt alius actus canonicus
expreſſus in iure.iſte nullibi,& ſic non ob.conſide-
ratio Card.in d.cle.j.& ad illud de pœna reſpondet
9 quod infringere † ſeu annullare actum. geſtum ab i-
gnorante dicitur pœna quando annullatio procedit
ratione prohibitionis. vt hic, non ratione defectus
ſolennitatis.l.ſenatus.ff.de contra.emptio.l.non du-
bium & ibi no.Iacob.Bu.C de legi. & ibi etiam Bald.
col.ij.l.turpia.in prin.&ibi no.Bar.de leg.j.& Io.An.
in c.fi.de reſcrip.& in c.diſpendia.eo.ti.in vj.cum a-
liis additis per eum quæ notat in materia quando
dicatur diſpoſitio pœnalis quando non licet hoc ſi
admiſerimus quod ſit pœna, non propterea firma-
bitur affirmatiua, nec tollentur iura & rationes fa-
cientes pro negatiua, & iſta pars negatiuè ſecun-
dum Alexan.in d.conſ.eſt magis rationabilis quam
affirmatiuè & ſequitur Io.Andr.in ca.ſi apoſtolica.
Ange, etiam in l.genero.ff.de his qui not.infa. tenet
idem dum dicit quod nullus inferior à principe aut
à papa poteſt ligare ignorantem, & adducit ad hoc
auctoritas Compoſt.ad idem Lud. Ro.in l.j.§.occi-
ſorum,ad ſille.& in l.is poteſt.ff.de acq.hæt.& Barb.
in cle.j.colum.vij.de elec. dicés quod nullus præter
† principem poteſt ſtatuere vt tempus currat igno- 10
ranti, nouiſsimè Soci.conſ.cxij.iij.vol. firmat iſtam
partem eſſe ſequendam in iudicando, quæ, vt ſenſi,
eſt de iure verior & ſanior ac fauorabilior, quàm
affirmatiua, ex eo etiam quod quando ſumus in de-
creto reſeruationi appoſito, conſideratur duplex
odium vt no.glo.in c.præſenti.de offi.leg.in vj. me-
rito accõmodatur quod non liget ignorantes.l.cum
quidam.ff.de lib.& poſth.& regula,odia.de reg.iur.
in vj. nam & poteſtas † legatorum vt ſuper inducta 11
& extraordinaria ac ordinariis præiudicans reſtrin-
genda eſt, ordinariorum verò vt naturalis & fauo-
rabilis amplianda pro quo gloſ.in cle.ij. de offi.ord.
ergo longe magis conſeruanda: ex quibus conſtat
ꝙ ſi eſſemus in dubio,omnino eſſet tenenda,vt ma-
gis amica iuri ac rationi pars negatiua quàm affir-
matiua, quæ vt hodie apparet vltra iura & rationes
habet etiam lõge plures doctores numero, ita quod
eſt communis & ab ea etiam in iudicando non eſt
diſcedendum.cap.prudentiam.in prin.ibi, integrum
eſt iudicium quod plurimorum ſententiis confir-
matur,& Abbas poſt alios in cap.j.de conſtitutione,

SVMMARIVM.

1 *Fluminis curſum naturalem ad alium diuertere locum opere manu facto eſt prohibitum.*
2 *Lex ad caſus raro contingentes non adaptatur, & numero 9.*
3 *Feudi incrementum non per alluuionem, ſed ex induſtria & opera manuali vaſalli ipſum eſt.*
4 *Eleemoſinam eccleſia à raptore & vſurario capere non debet.*
5 *Alueus fluminis ſi mutetur, etiam facto hominis vendicatur per habentes prædia vicina.*
6 *Inſulam in flumine ſine facto hominis aut poteſtate diuina nata acquiritur prædiis vicinis,& num.8.*
7 *Natum vel ædificatum in flumine publico, quicquid eſt,an illorum eſſe cenſeatur qui prædia iuxta ripam fluminis poſsident?*
10 *Feudorum iura ſunt ſpecialia contra regulas iuris communis non trahenda in conſequentiam.*
11 *Acquiſitio illicita dici non poteſt quæ fit lege ciuili aut canonica permittente.*
12 *Iuramentum de non alienando ſine licentia papæ non continet ſolùm alienari eo inconſulto.*
13 *Alueorum mutatio non fit, niſi magna cauſa vtilitatis ſuadente, vel neceſsitate publica vrgente, alias eſt interdictu.*
14 *Impoſsibile non iudicatum factum per ſolum principem, niſi quando abſtractum eſt ab omnibus iuſtitia,& ſola gratia innititur.*
15 *Lex habens plures intellectus an poſsit allegari & fieri fundamentum ſuper ea?*
16 *Iudex in iudicando communem ſententiam ſequi debet.*
17 *Sacra ſcriptura quatuor admittit ſenſus ſiue expoſitiones.*
18 *Poſſeſsio cum ſit facti in acquirendo exigit corporalem apprehenſionem, nec lex ſupplet etiam per fictionem.*
19 *Poſſeſsio aluei relicta à flumine,acquiritur ab habentibus prædiis vicinis abſque apprehenſione, non tamen inſula nata in flumine.*

DECISIO VNICA.

DE ACQVIR. RERVM DOMI.

DERELICTVS erat alueus natu-
ralis flumine ad alium alueum fluen-
te à duce Mediolani de nouo factum
ſuper prædiis quorundam ciuium Pa
picnſium eccleſiæ Papienſis, & pro
ea Cardinalis ſanctæ Praxedis, de Monte nuncupa-
tus. obtinens prædia vicintora antiquo aloeo, vendi-
cabat ipſum per l. adeo. § inſula. ff. de acquir. rer. do.
cum §. quòd ſi naturali. inſtitu. de rerum diuiſ. is qui
habocrat à ducali camera dicebat dicta iura & ſi-
milia procedere quando flumeo naturali curſu, aut
propter aquarum inundationem mutat alueum;
non ſi facto hominis vt lex in caſu poſsibili loqua-
1 tur, cùm autẽ † naturalem curſum fluminis ad alium
diuertere locum opere manu facto ſit prohibitum
& impoſsibile. l. j. C. de allu. & palud. pro quo facit,
quia ſi eſt in ſola principis poteſtate, impoſsibile re-
putatur, nec legari poteſt, quod in commercio non
eſt, vel cum magna difficultate eſt. l. cum ſeruus,
iuncta l. idem Iulia. §. conſtat. ff. de leg. j. poſsibilitas
autem quæ à iure colligitur, conſideratur, & quod
à iure inhibetur, dicitur fieri non poſſe, ſicut quòd
commodè fit & non commodè. l. conditiones. l. fi-
lius. de condi. inſti. l. nepos procu. ff. de verbo. ſigni.
xxij. q. ij. facit homo. & c. cum pridem. §. perſonæ, de
renun. idem de eo quòd per extraordinariũ reme-
dium fit ſecundum Inno. quem refert Abb. in c. pa-
ſtoralis. in fi. de eau. poſ. & prop. cuius dictum inquit
2 eſſe notandum. Item lex † ad caſus raro contingentes
non adaptatur. l. iura, cum duabus ſeq. ff. de legib.
ca. coram. ver. ſed fuit. de offi. deleg. vbi Abb. colligit
diſpoſitionem in dubio intelligi in caſu contingi-
bili. non ſi nunquam vel raro contingere poſsit: nam
in his quæ raro fiunt, miraculum eſt, dicit tex. in au-
thent. de conſul. ver. quintum. colum. iij. collat. iiij. &
quòd præter miraculum non fit, pro impoſsibili ha
betur. cap. fraternitatis. de frigid. & malef. vnde non
ſine miniſterio, d. § inſula. cum ſim. nihil exprimunt
acquiri quando humano opere fieret mutatio, quòd
ſi voluiſſent, dixiſſet, arg. cap. ad audientiam. de deci.
ideo ſine lege erubeſcimus, l. illam. C. de col. nec id
immeritò, quia ſecundum Bart. in tracta. Tiberiadis
inter. ver. flumine. ver. ſed quæro omnes acceſsiones
quæ diuina natura obueniunt nullo humano facto
interueniente, eiuſdem naturæ ſunt. l. item ſi fundi.
§. j. ff. de vſur. & Azo in ſum. inſtit. de rer. diuiſ. ergo
alia videtur eſſe earum quæ facto hominis: ad idem
in ſimi. Bald. in cap. j. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſti.
3 feu. contro. fuerit, quòd incrementum feudi † ex in-
duſtria & opera manuali vaſalli perueniens ipſius
eſt, non ſi per alluuionem: item differentia inter fa-
ctum hominis & fluminis, ſentit gl. in l. pomponius.
§. de arbore. ff. de rei vendic. & fuit antiquorum opi-
nio, quæ videtur ſatis rationabilis, vt dicunt Ioann.
Fab. & Angel. Aret. in §. præterea. inſtit. de rer. diuiſ.
quam glo. & doct. ponderando Curt. conſ. lxxiij. ma-
gnifice vit. ver. aducere autem quòd. §. quòd ſi toto.
cum ſimilib. de rer. diuiſ. inſtitut. non habent locum
quando facto hominis mutatio fit. quódque in tota
Italia ita practicatum fuit; quòd vbi flumina mutan
tur opera hominis, alueus eorum remanet qui in flu
mine iuriſdictionem habent, item ſi mutatio aluei
eſt illicita, vt d. l. prima. nullus ex actu illicito debet
ſentire lucrum. l. fin. C. de reb. credit. minus eccleſia
quæ ab vſurario † & raptore eleemoſinã non debet 4
capere. c. ſuper eo. de rapt. & cap. quia in omnibus.
cum ibi not. de vſur. neque ex opere ducis, cum eius
iactura locupletari contra naturalem æquitatem. l.
nam hoc natura. ff. de cond. indeb. c. locupletari. de
regul. iur. in vj. & cap. ij. cum ibi not. de eccleſ. ædifie.
præcipuè quia nullo facto opere à Duce, nihil lucri
feciſſet, nec propter ipſum opus factum aliquid per-
dit quod eccleſiæ debet ſufficere, etiam ſi non lu-
cretur. l. fi. C. de codi. ne aliàs doleat Dux cum dam-
no & labore contra. l. fin. C. de allu. & palud. Sed pro
eccleſia & Cardinali prædict. in cauſa Papienſi bo-
norum intitulata de menſe Maij, 1519. fuit conclu-
ſum & iudicatum per do. P. de Capiſuchis † attenta 5
generalitate d. §. quod ſi toto. & aliorum allegato-
rum l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. & quia alueus
& inſula in allegatis §. abſq; reſtrictione ſunt æqui-
parata, ita quòd ſtante regula acquiſitionis eorum,
qui vult reſtringere, neceſſe eſt det exceptionem ab
ea, vt not. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & ſuper
rubr. circa fin. eo. tit. in vj. in acquiſitione autem in-
ſulæ † idem iuris eſt, ſiue caſu aut poteſtate diuina, 6
ſeu manu hominis facta ſit, vt inquit Bar. in in trac.
de inſul. ver. in flumine nata, allegando tex. expreſ-
ſum in l. pen. §. fin. ff. de acquir. rer. domi. qui eſt ſin-
gularis in materia, ſecundum literam affirmatiuam
ſuppoſita prædicta æquiparatione, quo ſtante ſi al-
ueum legiſlator in caſu de quo agitur acquiri no-
luiſſet, dixiſſet: itaque d. cap. ad audientiam. & d. l.
illa, magis faciunt pro concluſione, cum ſaltem per
æquiparationem & generalitatem dictum ſit, prout
in concluſione. item idem Bar. in l. quominus. col. v.
ff. de flum. adducendo eundem §. ſic dicit quicquid
natum † vel ædificatũ eſt in flumine publico, eſſe eo- 7
rum, qui prope ripam prędia poſsident, & d. vlt. col.
circa fin. ait quòd in his quæ ſoli cohærent, non eſt
differentia inter natum & ædificatum, quia ratione
ſoli ſunt eorum, qui prope ripam prædia poſsident,
ſecus in his, quæ ſolo non cohærent, in quibus quic
quid ibi naſcitur ſolo non cohærens, eſt publicum.
d. l. pen. §. ſi qua inſula. nec huic concluſioni contra-
dicit Bar. in d. tract. Tiberiadis. cum loquitur de ac-
ceſsionibus diuina natura obuenientibus abſque fa
cto hominis; ad differentiam eorum, qui humano
facto interueniũt, ſcilicet per applumbationem vel
ferruminationem, & aliis modis diuerſis ab iſto: de
quibus Azo in ſum. de rer. diuiſ. per diſcurſum, in
quo nullibi in alueo & inſula talem ſcribit eſſe diffe
rentiam, vt dictum Bart. iuxta notam accipiatur. l.
imperator. ff. de in di. adie. Nec d. l. Item ſi feudi, lo-
quens in vſufructuario obſt. vt patet in ea, & quia
ſumus in diuerſis. l. fin. ff. de calum. & ita etiam gl. in
d. §. de arbore. relata ad tex. non procedit in caſu no-
ſtro, quæ quando procederet, vel à ſimili argueretur
non eſt communis, nec tenetur, per Accur. ibi, quin
potius opin. Azo. ſentiens idem ſiue † facto homi- 8
nis, ſiue aquæ impetu coaluerit, ex quo refert eum
vltimo loco, abſque eo quòd approbet aliquam ad.
gl. not. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. pro qua
collige concord. in addit. ad Bart. l. bona fides. ff. de
pe. & ipſam gloſ. ſequitur in hoc Abb. in c. de quarta.
col. vj.

col·iij.in fi.de præſctip.& opiniouem Azo. tanquam
æquitati conſonam ſequitur Ioan. Fab.& Augel.dę
Are,in d.§.prætereaac Ang.de Peru.in d.§.de arbo-
te,vnde Curt.in d.conſil.æquiuocauit,aut ſaltem in
ęis non poteſt fundare. Neque quòd caſus ſit ra-
tus vel miraculoſus obeſt, quoniam in hac materia
9 iura †prouident his quę raro contingunt, & diuina
natura,vt per Bart.in d.tract.Tiberiadis.& tex.in d.
§.inſula.de rer.diuiſ.vbi etiam gl.in verb.quod raro
ponderat pro ſolutione verbum potius,de quo in d.
l.nam ad ea.de legib.& alias ſolutiones ponit in Lex
his.ff.eo.tit.de leg.dictum etiam Bal. in d.§. de man-
ſo.eſt in materia ſeparata habente diuerſam conſi-
10 derationem.Item iura †feudorum ſunt conſuetudi-
naria & ſpecialia contra regulas iuris cõmunis non
trahenda ad conſequentiam.l. quod vero.cum dua.
ſeq.de leg.& Bart.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de
de oper.lib.Ioan.Andr.& alij in cap.ij.de feud. Nec
11 poteſt dici illicita acquiſitio † quæ ex iuris poſitiui
diſpoſitione prouenit, vt in præſcriptione, vſuca-
pione & aliis cauſis, & caſibus ciuili ac canonica
lege approbatis.viij.diſt.quo iure. Cæterum æquum
eſt vt quilibet ratione vicinitatis prædiorum acqui-
rat, ſicut per alluuionem aut aliter perdere potuiſ-
ſet,ad reg.quòd vbi eſt periculum,ibi lucrũ,& econ
tra l.fin.§.cum autem. C.de fur.§.cùm autem. inſtit.
de emp.& vendit.cap.cùm ſecundum apoſtolum.de
præb.c.j.de ſepul. Reg. qui ſentit, de reg.iur.in vj. l.
vnica.§.pro ſecundo.C.de caduc.toll. & clemen.j.in
princ.de cenſi. Neque aliquid eccleſia acquirit cum
damno ducis,qui nouum alueum non fecit ad quę-
rendum antiquum, ſed vt flumen per nouum flue-
ret, ita quòd habet inuentum & commodum abſque
eo quòd doleat,& ſic ceſſat d.l.fin.de allu.& palud.
Nec obſt. d.l.j.eod.tit. quia verè mutatus eſt curſus
fluminis naturalis,id eſt,antiquus, vt exponit Bart.
in d.tracta.de alueo.in ver. naturali,non ab eccleſia
ſeu eius mandato, vt eidem imputari poſsit, ſed à
Duce,& quicunq; alius feciſſet, factum eſſet quod
ius ponit, vt videatur adueniente caſu cui quæra-
tur,ſicut de inſula quæ in mari naſcitur,& aliis quæ
à Deo vel principibus fiũt,quibus omnibus ius pro-
uidit,vt eſt dictum,& ea his etiam ſilet d.§.conſtat.
quia procedit in re non facta,ſed quę ſine principis
licẽtia fieri nequit:ſecundò quia talis iudicatur dif-
ficilis,& ſic impoſsibilis,quãdo per principem non
eſt ſolita fieri,vt in d.§.in fi.ibi cum diſtrahi non ſo-
leant, vt notabiliter determinat ibidem Angel. pro
qua determinatione pondero tex.cum gloſ.in cap.ij.
de feud.vbi etiam Abb. poſt alios quòd iuramẽtum
12 † de non alienando ſine papæ licentia,non continet
ſolita alienari, quæ inconſulto etiam papa alienan-
tur, nec impoſsibilia quoquo modo reputantur, &
ſumus in caſu poſt alueum factum nouum & anti-
quum derelictum, quod publica ſuadente vtilitate
factum fuiſſe credendũ eſt.Item ꝙ eadem conſidera-
tione idem in aliquibus aliis fluminibus factum ſit,
licet vnicus actus acquiſitionẽ quaſi poſſeſsionis iu-
rium inducat & conſuetudinem: quando ſumus in
his quæ facile non ſolent concedi ratione amicitiæ
aut facilitatis.l.j.§.item quæſitum.& §.quod autem.
de aqua quotid.& æſti. Bart. in l.j. §.hoc interdicto.
in principio. ff de itin.actúque priua.cap.cum eccle-
ſia ſutrina. iuncta gloſ. in ver. in trium.& ibi Abbas

colum.quarta. de cauſ.poſſeſ. & proprieta.facit cap.
querelam. de electio, cap. conſultationibus. de iure
patro.& ca.cùm de beneficio. cum materia de præ-
ben.in vj. quamuis aliàs & ad quærendam proprie-
tatem duo,tres,aut plures actus requirantur, & vſ-
que ad certa tempora ſecundum varios caſus, l.iij.
C.de epiſco aud. Bart.in repet. l.de quibus. ff.de le-
gib.l.ij.C.quæ ſit lon.conſuet. col.viij. cum ſequen.
Butr.in cap.fin. de conſuet.char.ij. & Abb.in iiij. &
idem Abb.in cap.fin.de appel. & tex.cum gl. in cap.
cum olim.de cau.poſſeſ.& propriet. Tertiò † muta- 13
tiones alueorum nunquam fiunt, niſi ſuadente ma
gna cauſa vtilitatis. & vrgente neceſsitate publica,
etiam ex hoc quòd in eis eſt maxima impenſa, in-
gens labor, periculum,etiam incertitudo an ſequa-
tur effectus, & quomodo ſequitur: non ergo fiunt,
neç videntur permitti fieri ſemper ea ſola gratia,
ſed magis publica iuſtitia inſtante, cùm iudices &
principes poſtpoſito priuato commodo & proprio
aliorum ſtudere debent, & quando vrget ne obmit
tatur expediri permittitur, & mandatur quòd aliàs
communi iure eſt interdictum.l.meminiſſe. de offic.
procon.l.actione.§.Labeo.ff.pro ſoc.l.vnica.de offi.
comi.ſacra.leg.auth.res quæ.C.com.de leg. d.l.vni-
ca.§.fin.C.de caduc.toll.cap.bonæ,primo, de poſtu.
prælat.& cap.ſicut.cum ibi not.de ſuppl.neg. præla.
quod autem fieri debet per ſolum principem † non 14
iudicatur impoſsibile, niſi quando abſtractum eſt
ab omni iuſtitia,& ſoli gratiæ innititur, ſecundum
Cyn. in l.fi.C.de ſen. paſ. vt refert & ſequitur Ang.
in d.§. conſtat, allegando l.quartam. §.primo. ff.de
fideicom.lib. quòd quando ſapit iuſtitiam non di-
citur impoſsibile, omitto ſi erat in ſola Ducis pote-
ſtate alueí mutatio, & ſi Dux habet iura principis:
vt in eo iura de principe & facto principis loquen-
tia locum habeant, vel non cum prędicta videantur
ſufficere. Non obſt.quòd d.l.penult. §.fin.de acqui.
rerum domi.habeat duplicem literam,& ſoleat alle
gari l.in ambiguo. & ibi Bart.ff.de reb.dub.quod in
lege habente plures † intellectus, non poſſet fieri 15
fundamentum, quia non eſt verum, & contrarium
videmus,quòd talia iura ſeruiunt in legendo, ſcri-
bendo,arguendo,& iudicando in omni ſenſu,qui in
ſe verus eſt vel communis,alias fruſtra talis lex mem
branas occuparet.cap.ſolitæ.de maior.& obedien.&
fuiſſet atque eſſet in poteſtate docto. ſcriben.in iure
in varietate literarum & intellectuum plures leges
efficere inutiles, quod non eſt dicendum: ſufficit
enim quòd vnus ex pluribus ſenſibus ratione iuue-
tur. etiam abſque lege. l.ſcire oportet. §.ſufficit.de
excuſ.tut.& l.cùm ratio.ff.de bo.dam.Item quòd ſit
communiter approbatus. c.prudentiam. in prin.de
offic.deleg. cùm † debeamus communem ſequi ſen 16
tentiam in iudicando: Abb.poſt alios in cap. primo.
de conſtitut. & ſemper dicimus aliquid probari in
tali lege, ſecundum talem lecturam: neque aliud
inquirimus ſi eſt communis vel non reprobata,aliàs
infinitæ leges & capitula habentia plures ac varias
interpretationes corruerent, & deberent deleri de
corpore iuris,in quo nihil eſt ſuperfluũ, vt in §.qui-
bus.in prima conſtitu.C.& in prohe.decret. Nec in-
conuenit quòd vna conſtitutio plures habeat intel-
ligentias, cum legiſlatores philophia pleni & omni
arte eruditiſsimi,l.j.de iuſtitia & iure.l.ij.ff.de legib.

breuiloquio multa complectantur, & plures caſus decidant, ad hoc quia vocabula quædam ſunt ſy-
17 nonima. l. plura cod. tit. de verbor. ſignific. & † ſacra ſcriptura quatuor admittit ſenſus ac expoſitiones, vt in ea & eius interpretatione: Vnum not. pro de-
18 claratione quòd † quamuis poſſeſsio ſit facti in acquirendo, corporalem exigens apprehenſionem, in qua lex non ſupplet etiam per fictionem. l. denique. ex quib. cauſ. maio. l. j in princip. & l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſ. nihilominus in caſu concluſ-
19 ſionis acquiritur & fuit acquiſita ipſo † iure eccleſiæ, ſicut priuatus abſque apprehenſione, ex quo concretas acceſsiones fundis veſtris poſſeſsis, iure ipſo poſsidemus, cum hoc quod obiicitur, pars primi fundi ſit, non nouus ager, & prout primus fundus poſsidetur, quoniam non eſt neceſſe ſingulas terræ ceſpites calcare, ex eo quòd vnum totum integrale, vnico iure poſſeſsionis & proprietatis cenſetur, l. iij. in prin. de acquir. poſſeſ. & l. cum qui ædes. ff. de vſucap. quod locum habet in alluuione & alueo, non in inſula quæ eſt locus ab agro diſtinctus, & aqua in medio exiſtente, Ita Bart. in d. tract. Tibe. in ver. acquiritur nobis. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. colum. viij. Angel. in d. §. inſula. & Iaſ. in dicta l. iij. in princip. tertio notab.

DE CONSTITVTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Ponit quatuor tempora quibus varia fuerunt condita ſtatuta contra retinentes inſimul plura curata beneficia eccleſiaſtica.*

2 *Priuationis pœna inducta per §. qui verò. extrauagantis execrabilis, extenditur tantum ad obtenta curata, & alia inibi expreſſa beneficia citra ſimplicia, inhabilitas verò extenditur ad omnia obtinenda, tam curata quam ſimplicia.*

3 *An poſsit quis plura eccleſiaſtica beneficia ſimplicia inſimul retinere, ſiue exigant reſidentiam, ſiue non? vide remiſsiue.*

DECISIO PRIMA.

ANTE Concilium Lateranen. quod fuit celebratum ab Alexandro tertio, Senen. Anno 1179. Anto. Ioann. And. in cap. cùm apoſtolica. de his quæ fi. à prælat. & cap. nemo deinceps. de elect. lib. vj. in nouella, de quo in ca.
1 quia nonnulli, de cleric. non reſid. † obtinens plura beneficia curata, non priuabatur ſecundo, ſed habebat optionem retinendi primum vel ſecundum. cap. referente. c. præterea. de præb. Tempore verò dicti Concilij reſtricta fuit facultas, & ſtatutum vt priuaretur ſecundo, non quod ipſo iure eſſet priuatus, vt d. cap. quia nonnulli. ſucceſsiuè per c. de multa. de præbend. inductum fuit quòd per aſſecutionem ſecundi curati, dignitatis aut perſonatus, & idem vicariæ perpetuæ, per clem. vnicam, de offic. vica. primum ipſo facto vacaret, & ſi illud retinere contenderet, quòd etiam alio ſpoliaretur. Vltimò per extrauagan. execrabilis. Ioan. xxij. in titu. de præbend. §. qui verò. fuit ſtatutum quòd recipiens ſecundum vt ſuprà, niſi poſt habitam ipſius poſſeſsionem pacificam, vel ſi per eum ſtaret quominus habuerit. cap. commiſſa. de elect. cap. licet epiſcopus. de præbend. in vj dimitteret primum, eſſet priuatus vtroque, & inhabilis ad ordines & beneficia. Hæc quatuor tempora colligit Abb. in d. ca. quia nonnulli. dictam extrauagantem quo ad ſimplicia beneficia intellexit Rota in vna Legionen. parochialis de Portilleto coram me 1513. † vt non priuetur ſimplicibus ob- 2
tentis, ſed curatis & aliis, de quibus exprimitur in §. qui verò deinceps. iuncta gloſ. in verb. quodcunque clarius. & elegãter in §. ſtatuimus. ver. alioquin. in glo. ſuper ver. beneficia. ſumpto argumento à contrario ſenſu. Et quia inhabilitas inducta in certis beneficiis, vtputa in obtinendis, non extenditur ad alia puta ad obtenta, de electio. cap. ſtatutum. lib. vj. 1
cùm debeamus eſſe contenti pœnis legibus comprehenſis. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de verb. oblig. & ita dicta extrauagãs erit contenta ſuis terminis. l. in agris. de acqui. rerum domi. l. cùm quidam. de lib. & poſth. l. interpretatione. ff. de pœ. regula odia. de reg. iur. in 11
vj. cap. j. de ſepul. & facit gloſ. in cap. fin. de iure patronatus ad obtinenda inhabilitet, & ita condemnaui Garſiam de Horrera poſſeſſorem in beneficio ſimplici habito poſt incurſum pœnæ dictæ extrauag. & abſolui in alio, quod antea habuerat. An autem inſimul poſſet quis habere † plura beneficia non curata & ſimplicia, videatur plenè Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. in repet. x. colum. de præbend. & 3
ſi non exigant reſidentiam, col. xv. iij. quæſt. Si verò exigant, colum. xxiij. ibi quære, certum eſt. & de pluribus præbendis atque ſimplicibus etiam in ca. cùm iam dudum. & c. cum non ignoras, eod. tit. & Goffred. in ſum. eod. tit. colum. ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Per promotionem ad eccleſiarum cathedralium regimina, non vacant de iure priora beneficia obtenta per promotum, donec labatur trimeſtre datum ad petendum munus conſecrationis: hodie tamen papa in promotione conſiſtoriali decernit illa vacare eo ipſo à die promotionis, vbi non datur promoto retentio eorundem. num. 3.*

2 *Vt promoti beneficia cenſeantur reſeruata, ſufficit quod promotionis tempore illa obtinuerit promotus, etiam ſi de facto ſint retenta, dummodo ius & verus illorum titulus non ſint penes alium.*

4 *Vbi de fide aut verbis extrauagantis dubitatur, recurritur ad quinternum gratiæ cancellariæ apoſtolicæ, in quo conſtitutiones apoſtolicæ extrauagantes ſolent annotari.*

DECISIO II.

PRomotus erat quidam ad eccleſiam cathedralem, & tempore promotionis obtinebat quædam beneficia, quæ dimiſit ante trimeſtre datum ad petendum conſecrationem. fuit dubitatum 1513. an caderent ſub dicta reſeruatione, & dicebatur quòd
non, quia † talia non vacant per promotionem ante 1
tempus conſecrationis lapſum, vt in cap. cum in cunctis. §. cum verò, de electio. & ibi Abbas & alij. Ita ergo interpretetur dicta extrauagans, contrarium fuit determinatum ex eo, quia in extrauagante reſeruantur ſi tempore promotionis vacarent ibi, quæ promoti obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum, vt patet ex verbis eiuſdem extrauagantis,

uagantis, ibi, quæ promoti per dictum prædeceſſo-
rem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archi-
epiſcopalium, & epiſcopalium, necnon monaſte-
riorum regimina obtinebant tempore promotio-
num de ipſis factarum, nunc quocunque modo va-
cantia, & quæ per nos, ſeu auctoritate noſtra impo-
ſterum ad eadem regimina promouendi tempore pro-
motionis eiuſmodi obtinebunt quouis modo im-
poſterum vacatura; vnde ſiue tunc ſiue poſtea va-
cent, aperta ſunt verba, à quibus non diſcedimus. l.
non aliter. de lega. iij. ff. nec interpretatio debet con-
tra clarum ſenſum admitti, quia ex verbis colligi-
tur: vt d. l. non aliter. & in l. cum de lanionis. ibi, opti-
mum. ff. de fun. inſtru. & l. Labeo, ver. idem tubero.
ff. de ſuppellect. leg. cap. fin. cum gloſ. de ſucceſ. ab
1 inteſta. l. ſi quis filium. C. de liber. præter. † dummo-
do is qui promouetur tempore promotionis obti-
neret, etiam ſi de facto teneret, ſecundum R. p. de
electio. viij. in antiq. Collect. in cap. cum vis. de præben.
& tire. eccleſia. de ſortileg. vj. colum. Licet contra-
rium ſentiat Bellenz. in tracta. de charit. ſubſi. quæſti.
cxxj. cum ſequen. & poſtea concordet, quod ſi ius
beneficij aut tituli non reperitur in aliquo; pro-
cedat deciſio; vt reſeruatio effectum ſortiatur in ob-
tento de facto tantum, aut reperitur, & non habeat
locum, & hæc diſtinctio mihi placuit, & placet,
quia nemo dicet quòd reſeruatio beneficij, quod
tubero de facto obtinet, præiudicet ius habenti.
Communis etiam reputatio & poſſeſſio quòd aliquis
quis fuerit capellanus papæ, non ſufficiunt ad in-
ducendam reſeruationem, ſecundum Egidium
deciſione dcxij. † Quando verò papa decernat pro-
3 mouendo ab ipſa die promotionis vacare, clarius
procedit concluſio. Et ita fuit iudicatum, & viſa
† originali ad regimen extracta ex quinterno gra-
4 tiæ cancellariæ apoſtolicæ, in qua verba, de qui-
bus ſuprà, reperiuntur, quæ in impreſſis quibuſ-
dam deficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Retentio obtenta ab eo qui promouetur, non tollit reſeruationem inductam per dictam extrauag. ad regimen.*
2 *Extrauagans ad regimen eſt temporalis, & non perpetua.*
3 *Quilibet pontifex renouat extrauag. ad regimen, pro tempore ſui pontificatus.*

DECISIO III.

IDem fuit concluſum coram domino Iacobo Si-
monetta in vna archidiaconatus Elbetnien. 1519.
ſi is qui promouetur impetret retentionem benefi-
ciorum ſimul † cum eccleſia aut monaſterio quòd
1 poſſit ea vt prius retinere. Nam quomodocunque
poſtea vacent, cenſentur reſeruata, etiam ſi per
obitum poſt tempus conſecrationis propter dicta
verba, quouis modo impoſterum vacatura, ex quo
verum eſt quòd promotionis tempore obtinebant.
Et quòd tempore promotionis ſeu poſt promotio-
nem vacant, etiam ſi diſpenſatio referatur ad tem-
pus ante promotionem, quia tempore promotio-
nis vel diſpenſatiuè, vel aliàs obtinebant, ita quòd
verificatur ſecundum tempus conſtitutionis, ſicut
inſpicitur in qualitate verbi. l. in delictis. §. ſi extra-
neus. de noxal. l. titius. ff. de mili. teſtam. † Et nota, 2
quòd quamuis conſtitutio ad regimen ſit tempora-
lis, ſeu ad vitam conditoris non perpetua, tamen
† quilibet pontifex in prima regula renouat eam 3
pro tempore ſui pontificatus in craſtinum ſuæ aſ-
ſumptionis.

SVMMARIVM.

1 *In vicegerente deputato à principe vel vniuerſitate in locum abſentis vel mortui, tranſeunt omnia quæ habet is cuius vices gerit, etiā ſi habeat iuriſdictionem & imperium, & habet immunitatem quam principalis, dummodo ad omnia deputetur vicegerens: ſecus in deputato ab inferiore, vel non generaliter ad omnia.*
2 *Quatuor ſpecies vicegerentium, vide remiſſiuè.*
3 *Conſtitutio apoſtolica reſeruans collationi & diſpoſitioni papæ aliqua beneficia, eſt odioſa & reſtringenda, & non comprehendit niſi expreſſa.*
4 *Rectores terrarum eccleſiæ dicuntur qui in iudicando in eccleſiæ ciuitatibus præficiuntur à papa, etiam ſi legatus de latere in eadem prouincia eorum ſit ſuperior, & non caſtellorum præſides.*
5 *Vicegerens auditoris cameræ in Auinione, quamuis ſit deputatus à papa, non tamen habet eandem facultatem & iuriſdictionem ita amplam vt auditor cameræ in vrbe, nec poteſt aliquid vltra conceſſa.*
6 *Reſeruatio in præiudicium papæ eſt fauorabilis & amplianda: in præiudicium verò impetrantis ſeu tertij odioſa & reſtringenda.*

DECISIO IIII.

VTrum beneficia vicegerentis auditoris ca-
meræ in ciuitate Auinionen. ſint reſeruata
per dictam extrauagantem ad regimen? in vna Mar-
ſilien. præben. coram domino Barth. de Pettaſancta
1520. de menſe Octobr. fuit dubitatum inter capi-
tulum dictæ eccleſiæ & P. Iſuardi. Et pro affirmati-
ua ponderabantur verba ibi, ac in terris Roma. ec-
cleſiæ rectorum, quaſi vicegerens ſit rector Auinio-
ni, eo modo quo auditor cameræ in vrbe. Nec obſt.
quòd aliud ſit eſſe auditorem, aliud vicegerentem,
& haberi pro tali. l. ſi maritus. §. j. ver. quòd ſi quis. &
ibi Bart. de adult. gl. in l. meteis, la ij. ff. de verb. ſign.
quod idem Bar. declarat in l. ſi is qui pro emptore. in
prin. in artic. fictionis inductiuæ. xvij. col. ff. de vſuc.
& Butr. in cap. nuper. de bigam. non ordi. quia in eo
qui conſtituitur ab ipſo auditore vel alio rectore id
procederet. l. filius. & c. vicarius. ff. de leg. † nō in eo, 1
qui deputaretur à principe vel vniuerſitate in lo-
cum abſentis vel mortui, in quem tranſeunt omnia,
quæ habebat is cuius vices gerit. l. ij. C. de offic. eius
qui vic. alie. iud. vel præt. ob. & l. j. §. hi quibus. ff. de
leg. iij. vbi etiam Bart. Talis enim eſt ordinarius ha-
bens iuriſdictionem & imperium, ſicut ille in cuius
locum eſt ſubſtitutus, vt in dictis iuribus. & habet
immunitatem quam haberet ſi principaliter fuiſſet
creatus rector. l. fina. C. vt dig. or. ſer. libro xij. Bart.
in dicta l. filius. & in l. nec quicquam. §. vbi decre-
tum. tertia colum. de offic. procon. l. j. in princip. de
offi. eius cui mand. eſt iur. & Alex. ſuper rubr. d. tit.
ff. in iiij. col. cum ſeq. vbi ponit quatuor † ſpecies vi- 2
ces gerentium. Sed hic vicegerens erat deputatus

&creatus à papa,ergo ordinarius & regens in Ani-
mone,prout auditor cameræ videtur regere in vrbe,
& habere ordinariam ſecundum glo.in cle.auditor,
de reſcrip. & cle.ne Romani, in verb.expirare, de
elect.Non enim attenditur verborum ſonus, ſed po
teſtas & effectus, vt not. in l. ſi idem. C.de codi. &
ibi Alex.patet etiam in vicariis, qui ad terminos d.
tit.de offic.eius qui vic.alic.iud.ger.non erant lega-
ti vel ſubdelegati,ſed ordinarij iudices electi ad cer
tum tempus,quod erat ordinariis præfixum, vt ipſi
ordinariorum vices ſupplerent,dicit Goffre.in ſum.
de offic.vica.j.col.Siue ergo dicatur Auinioni gere-
re vicem auditoris cameræ de vrbe,ſeu ſit præfectus
perpetuò vel ad tempus,ex prædictis videtur rector
& ordinarius, & quòd in eo locum habeat extraua-
gans, ad hoc etiam clem. voica,de offic.vicar.vbi in
pœnalibus & odioſis ſtatuitur idē in vicariis quod
in rectoribus, quod gloſ.ibi & Card.ij. notab.ac vj.
oppoſ.& xxv.quæſt.intelligunt vltra caſus expreſſos
ex identitate rationis, & ſi eſſet omnimoda ratio in
vicegerenu,quæ eſt in rectore, veniret omnis caſus
in vi comprehenſiua, & ſatis eſſet quòd ampliatiuè
vel extenſiuè.l.liberti. §.ſenatuſconſ. ff.de ritu nup.
clem.j.cum ibi not.de elect. glo.in cap.ſi poſtquam.
de elect.& in cap.j.de temp.ordi.in vj. facit verbum
generale, quorumcunque legatorum ſeu nuntio-
rum,ac in terris Rom.eccleſiæ rectorum,quod mul
tum operatur,inquit Fely.in tract.quando lit. apo.
noc.patr.in quarta ampliatione, vt inducat reſer-
uationem in regente quomodocunque. l.ſi quando.
ff.de leg.primo.cap.ſi papa. de priuil. in vj. Sed pro
3 negatiua fuit concluſum, ex quo extrauagans † in
eo quod reſeruat eſt odioſa gloſ. in cap.præſenti.de
offic. lega.in vj. & de vicegerente non exprimit l. ſi
ſeruum. §.non dixit prætor.ff.de acquir.hæred.Non
obſt. quòd vicegerens habeat omnia quæ auditor
cameræ, quia quidam ex dominis dixerunt hoc ad-
miſſo ſine præiudicio veritatis illud procedere in
fauorabilibus & ob publicam cauſam in quibuſdam
caſibus,vt in allegatis iuribus, non in odioſis. Alij
conſiderarunt quòd loquitur extrauagans de re-
ctoribus ciuitatum eccleſiæ,ſcilicet de vno & prin-
cipali rectore in qualibet ciuitate, prout eſt in mul-
tis gubernator, non habito reſpectu ad legatum de
latere, qui præeſt vni prouinciæ cui ſubſunt gu-
bernatores ſingularum ciuitatum einſdem pro-
4 uinciæ, quia non ſequitur quod † illi qui poſt le-
gatum in vniuerſo deſtinantur gubernatores ci-
uitatum, non dicantur verè & propriè rectores
earundem, nec etiam inſpectis aliis officiali-
bus, qui vltra principalem terræ gubernatorem
quandoque deputantur in caſtellis alicui ciuitati
ſubiectis, & in illis regunt, ſeu habent gubernium.
Nam ſi de eis etiam intelligeretur, nimium laxa-
retur diſpoſitio quæ ſtrictam exigit interpretatio-
nem.l.ſi ij. §.hæc verba.ff.de nego.geſt. Et ſecundum
iſtud motiuum ceſſarent omnia fundamenta affir-
matiuè.Secundò poteſt dici quòd etiam auditor ca-
meræ non ſit rector in vrbe,& admittendo quòd eſ
ſet in d.cle. vnica, ſumus in caſu expreſſo in iure &
pœnali,qui procedit etiam in non expreſsis ex iden
titate rationis,vt ſuprà,& eſt in ſimili gloſ.not.in l.j.
C.de cond.inde.de caſu excepto à regula,quæ exor-
bitat propter regulam, & extenditur ad ſimiles. Ita
Abb.in c.ſi.de ind.iiij.col.& in c.cū dilecta.de cōfir.
vti.vel inuti.& gl.in l.illud.C.de ſacroſan.eccleſ.Sed
extrauagans non dicit de auditore cameræ, nec de
eius vicegerente,aut locum tenēte,igitur non dica-
mus.l.regula.C.de coll.ſiquidem voluiſſet, dixiſſet
prout de aliis dixit,c.ad audientiam. de deci.& hoc
modo ſilerent omnia in contrarium. Accedit etiam
pro deciſione, quòd iſte vicegerēs, † quamuis depu- 5
tatus à principe, non habebat ea quæ auditor came-
ræ in vrbe,ex quo ſolum ei concedebatur quòd au-
diret cauſas appellationum, & quòd poſſent ei cau-
ſæ committi,ſicut qualificatis,c.ſtatutum.de reſcri.
in vj. & quædam alia. Vnde ex his non dicebatur
creatus rector ciuitatis, nec poterat aliquid vltra
conceſſa. c. ad hæc. c.ſignificauit. c. Rodulphus, de
reſcrip.c.P.& G.de offic,deleg.l.diligenter.ff.mand.
c.porro.c.ſane.de priuil.Nec obſt. quòd reſeruatio-
nes † dicātur fauorabiles,quia emanent à principe, 6
& eorum effectus deriuatur in tertiū, & propterea
largiſsimè interpretandæ, vt Io.And.in c.ſi.de verb.
ſig.& Gemi.conſ.lxix.Quia verū eſt ſi agitur de præ-
iudicio ſolius papæ, quia contra eum latiſsima ſit
interpretatio.l.ſi.ff.de conſtit.princ.c.cum dilectus.
de conſuet.gloſ.in cle.ſi de beneficio.de præb.ſecus
quando contra tertium, tunc enim ſunt odioſæ &
reſtringendæ,vt in d.gloſ.d.cap.præſenti.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaci de iure communi regulariter debent pri uari per ſentētiam,& non ſunt priuati eo ipſo, quod hodie fallit in ſimoniace reali, per extrauagantem cum deteſtabile,& num.2.*

2 *Ad inducendam ſimoniam paria ſunt dare pecuniam,ſeu aliud temporale, vel promittere.*

3 *Preces importunæ & debiti remiſsio inducunt ſimoniam.*

4 *Vbi ſunt duo æquiparata à iure, pœna quæ adijcitur in vno,videtur & in alio adiecta.*

5 *Maior eſt pœna excommunicationis, quàm priuationis beneficij,& quòd nulla pœna maior in eccleſia excommunicatione, & qualiter hoc ſit intelligendum,& num.6.*

6 *In pœnis debet fieri benigna interpretatio, nec in eis valet argumentum de maiori ad minus, & quid in correctorijs, & quid vbi lex correctoria eſt pœnalis?*

7 *Excommunicatio non fertur niſi pro contumacia, aut alio graui peccato.*

8 *Priuatio beneficij non infertur propter peccatum mortale, niſi illud ſit graue,etiam ſi delinquens ſit propterea excommunicandus.*

9 *Priuatio beneficij perpetua maior pœna eſt, quàm excommunicatio ratione durationis, licet ratione effectus excommunicatio ſit maior.*

10 *Diſpoſitio etiam pœnalis emanantis in fauorem animæ non debet reſtringi,ſed dilatari.*

11 *Vbi eſt varietas opinionum,non peccat ſequens opinionem non veram,aut poſtea reprobatam,quia ſufficit ad excuſationem etiam ambiguum iuris, & tanta poſſet eſſe ambiguitas, quòd excuſaret etiam peritiſsimos iuris.*

12 *In ambiguis excuſatur qui ſequitur quod in Rom. curia obſeruatur, propter ſcientiam & tollerantiam papæ.*

13 *Communis opinio plenè excuſat, & ſequenda eſt, nec ab ea licet recedere, niſi eſſet euidenter falſa.*

14 *In facto proprio non cadit ignorantia, licet bene in iuris intellectu.*

DECISIO V.

COnſtitutionem Pauli ſecundi, cum deteſtabi-
le.in tit.de ſimo.ſicut antiquiores, vt audio, ita
Moderni patres intelligunt,quòd quatenus inducit
pœnam priuationis ipſo facto,loquatur in ſimonia
reali,non in conuentionali, de qua in cap.cùm pri-
dem. cap.pactiones. de pact. pro qua ſententia pon-
derant text.in ver.ſtatuentes. ibi,qui quomodoli-
bet dando vel recipiendo ſimoniam commiſerint,
& quia in pœnis, &c. l.interpreta. de pe.l. cùm qui-
dam.de lib.& poſth.regula,odia. de reg.iur.in vj. Et
ſatis eſt quòd aliquid addat iuri cõmuni,iuxta doct.
Bart.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infec. & per Ale.
in l.fin.§.in computa.C.de iur.deli. Sed contra hanc
interpretationem clamauit ſæpius, & exclamauit
vnus ex aduocatis, dicens, pœnas priuationis, quæ
de iure communi contra ſimoniacos imponebantur
per ſententiam eſſe inflictas ipſo iure per extraua-
1 gantem† in quacunq; ſimonia, de iure autem com-
muni generaliter priuari debent ſimoniaci per ſen-
tentias non eo ipſo.c.ij.de confeſ. cap.iuſiurandum.
de ſimo.& ibi doct.cap.per inquiſitionem. cum glo.
de elect.j.q.j.presbyter. vbi etiam gl. & Abb.in cap.
inter dilectos.vlt.col.de exceſ.prælato. vnde in caſi-
bus quibus voluit ius quòd priuetur, cenſeatur ho-
die priuatus pro qua opinione facit prohemium ag-
grauans ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tanquam de-
teſtabile.& arguens mentem.l.fin.ff.de hæred.inſtit.
quod voluit augere pœnam indifferenter,ex quo in-
diſtinctè ſtatuit, & hoc ob criminis frequentiam, &
vt penitus extirpetur;dicit tex. Et quia à canone ta-
le dictum fuerat iam baptizatum ſimoniaca rabies,
hæreſis peſtis & labes.cap.ſi dominus. cap.quoties.
cap.ſicut.de ſimo & facit etiam tex.d.extrauag.im-
mediatè ibi,ac omnes & ſingulas excommunicatio-
nis, ſuſpenſionis, priuationis, & interdicti ſenten-
tias, cenſuras, & pœnas contra ſimoniacos quomo-
dolibet latas &c. ipſo facto incurrere volumus. Di-
cit ergo apertè de pœna priuationis ipſo facto non
diſtinguendo conuentionalem ſimoniam à reali, de
qua etiam diſponunt iura adducta, igitur, &c. l.j.§.
generaliter. ff.de lega.præſtan. xix.diſtin. in memo-
riam.Item ius in inducẽdo huiuſmodi crimine non
diſtinguit an aliquid detur vel promittatur.c.ſuper
hoc.de renunciat. & ibi Imo.& Abb.colligunt paria
2 eſſe † ad inducendam ſimoniam dare pecuniam, vel
promittere,ſeu aliud temporale,argum.l.j.& ij.ff.de
calum.facit d.cap.pactiones. & gloſ.in d.cap.per in-
3 quiſitionem. notandum quòd etiam preces † im-
portunę inducunt ſimoniam,& remiſsio debiti.cap.
veniens.el primo. de teſtibus. Paul. igitur inducens
pœnam priuationis, eo ipſo nihil alterat tale, ſed in
omni caſu,quo ius voluit aliquem priuari,priuat ex
quo non venit ad declarandum quomodo ſimonia
contrahatur,ſed innouando addit & auget pœnam,
& ſi aliter voluiſſet, dixiſſet l.prima. §. ſin autem ad
deficientis.C.de caduc.tollen.cap.ad audientiam.de
deci. Præterea cùm dare & promittere ſint æquipa-
rata, vt eſt dictum, quando Paulina inducens pœ-
nam ipſo facto loqueretur in vno caſu, ſuccederet
vt inquit Abb.in cap.ſecundo.de mu.pet.iij. colum.
& in cap.de multa.de præben.colum. quinta. vbi à
iure duo † ſunt æquiparata, pœna, quæ adiicitur in 4
vno,videtur adiecta in alio,pro quo tex.cum gloſ.in
cap. ſi poſtquam. de elect.in ſexto. ſuper hoc autem
videndum an æquiparatio procedat per viam regu-
læ,vt noua diſpoſitio diſponens in vno,debeat trahi
ad alium ex æquiparatis:ſeu prout dicit Bartol.in l.ſi
conſtante.in prin. ff ſol.matri. in vij.q. primæ partis
princip.& Alexan.& alij in l.ij.de lega.primo.nec §.
ſtatuentes,videtur obſt.vbi de datione vel receptio-
ne dicitur,quia ibi de pœna duntaxat excommu-
nicationis,& nihil de pœna priuationis, de qua iam
edixerat, & quo ad dictam pœnam excommunica-
tionis tantum declarat, reſtringit, ſeu ſtatuit quod
antea dictum erat. Pro interpretatione tamen ma-
iori occurrit,ſi dici poſſet, quòd maior † & grauior 5
ſit pœna excommunicationis, quàm priuationis
beneficiorum, cùm excõmunicatio liget animam,
cap.per venerabilem. qui fil.ſint legit.cap.Romana.
§.in vniuerſitate.de ſenten.excom.in vj. Abb.in cap.
P.& G.de offic.deleg.anima autem pretioſior eſt o-
mnibus rebus.l.ſancimus. C.de ſacroſanct.eccleſ.c.
cum infirmitas.de pœnit.& remiſ.Si ergo Paulus in
pœna excommunicationis grauiori reſtrinxit aut
declarauit quod ipſo facto, quando aliquid datur
vel recipitur, fortius videatur voluiſſe in pœna le-
uiori,authen.multo magis.C.de ſacroſanct.eccleſ.&
cap.cum in cunctis.in princip.cum ibi not. de elect.
Et quia de pœna excommunicationis, priuationis,
& aliis ſtatuerat ipſo facto, poſtea declarãdo in vna
videatur repetiiſſe & ſentire in omnibus, ſed ad id
reſpondebitur, quòd in pœnis † ſit benigna inter- 6
pretatio,regula,in pœnis.de reg.iu.in ſexto.& quòd
non valet argumentum de maiori ad minus, auth.
quas actiones.cum ibi not.C.de ſacroſanc.eccl Bar.
in d.l.ſi conſtante. in ix.quæſt. primæ partis princi-
palis,& ibi Alexan.limitat regulam in correctoriis,
niſi ratio ſit ſcripta in l.correctoria, vt tunc ſecun-
dum Bald.in d.authen. fiat extenſio.ſubiicit hoc in-
telligi, niſi lex correctoria eſſet pœnalis, per clem.ij.
iuncta gloſ. de ætate & qualit. de qua tamen mate-
ria,quia periculoſa & diffuſa poſt aliqualem progreſ
ſum ſe remittit ad ſcripta per docto. in multis locis.
& tractatur etiam in l.ſi verò. §.de viro. ff.ſolu. ma-
tri. Secundò quòd non ſequitur ad pœnam excom-
municationis pœna priuationis, nã vt tradit Abb.
in cap.primo.de iudic.tertia col. licet ſine contuma-
cia,& conſequenter ſine mortali peccato non fera-
tur † ſententia excommunicationis, vel ferri debeat 7
pro leui culpa.cap.nullus. cap. nemo epiſcoporum.
xj.quæſt.tertia. non tamen omne peccatum † mor- 8
tale eſt priuatione beneficij dignum, etiam ſi pro-
pter eiuſmodi peccatum ſequatur excommunica-
tio, cum ſolum omne graue delictum priuationem
beneficij expoſcat. † Nihilominus pia videtur ma- 9
iorum interpretatio, & forſan tempore condito-
ris cepta ita intelligi propter periculum anima-
rum, cum contraria ſit dura nimis, & animabus pe-
riculoſa,maximè quia tempore noſtro pauci euade-
rent talem ſententiam, & tunc ſequenda eſſet &
imitanda. l. minimè. ff. de legibus. contra tamen
facit, quia in concernentibus animæ periculum in

partem deteriorem interpretamur, & tutiorem tenemus. c. iouenis. de ſponſ. & mat. gloſ. in c. vnico. de ſeru. in ord. fa. Goffred. ibi in ſum. Abb. c. cùm tu. de teſtib. Et quia emanat fauor animarum, non debet reſtringi, ſed dilatari, vt homines à peccato retrahantur: ita Ioan. Andr. & Abb. in c. pen. qui fil. ſint

10 legit. inferentes quòd † diſpoſitio c. fin. de clandeſt. deſponſ. licet pœnalis, extenditur ex identitate rationis, ex quo emanauit fauore animarum: facit glo. in cap. ſciant cuncti. de electio. in vj. niſi dixerimus quod tutius fuerit non intellectam nec receptam extrauagantem niſi in reali, & quòd ſi aliter verba ſonent ſaltem quoad tuitionem conſcientiæ, ſufficiat hanc compoſitionem fuiſſe vſu præſcriptam, & quòd adhuc ab ea non diſceditur in palatio, quia ſi

11 non ſeruans ius præcepo non peccat, vbi † eſt varietas opinionum. c. capellanus. iuncta gloſ. de feri. & Butr. ibi hoc tenens ~~licet fortè~~ quis ſecutus fuerit opinionem non veram, & poſtea reprobatam vt non veram, vel non ſubtiliter loquentem aut inueſtigantem minus ille qui communi iudicio innititur, dicit glo. in verbo, de cætero. de poſtul. prælat. c. vnico. in vj. eum de temeritate argui non poſſit, ſequendo maiorum ſenſum. c. ne innitaris. de côſti. & ibi Inn. ius nanque poſitiuum non afficit probabiliter ignorantes, & ſufficit eſſe ambiguum, quid iuris ad excuſationem: dicit Card. Lan. in clem. j. de reb. eccleſ. non alie. ſubiiciens ad propoſitum Lau. dicere quòd etiam ſi ante dictam clem. hoc quod dicitur eſſe iuridicum, eſſet dubium, & per inumbratam conſuetudinem obfuſcatum, tale ius non afficit ignorantes ſi ſit poſitiuum, imò etiam ſi naturale, & ſecundum Abb. in c. paſtoralis. iij. col. de reſcrip. tanta poſſet eſſe iuris dubitatio, quòd haberet excuſare etiam peritiſſimos: vnde magis excuſatur qui ſequitur &

12 tenet quod in Ro. curia † obſeruatur vel arguitur papæ ſcientia & intelligêtia, aut ſaltē tolleratia, quam obſeruantiam omnes prouinciales ſequi debent. §. ſi. inſtit. de ſatiſda. c. cùm non liceat. de maio. & obed. c. ſi. de ſponſ. duo. Hoc enim plus eſt, quàm ſequi com-

13 munem opinionem † quæ in dependentibus ab interpretatione prudentum plenè excuſat & ſequenda eſt, vel ab ea recedere licet, niſi ſit euidenter falſa. c. prudentiam. de offi. deleg. Abb. in c. j. & cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. vlt. col. de conſtit. & ad c. iuuenis, ſuper eius intellectu poteſt dici ꝙ ibi ſumus in dubio facti non in iuris interpretatione, & tunc ius cautè amplectitur id factum quòd eſt ad animę ſalutem ſecutius, quia ſi non faceret, ita quis poſſet eſſe cum vna in matrimonio, & putaretur exiſtere & non eſſet, vel ſicut ea quæ eſſet vera vxor in aliis caſibus, ita quod faceret contra conſcientiam, & ædificaret ad gehennam, contra c. literas. de reſtit. ſpol.

14 ex quo vnuſquiſque † factum proprium ſcit, in quo non cadit ignorantia. l. fin. ff. pro ſuo. cap. ab excommunicato. de reſcript. Sed bene cadit circa iuris intelligentiam per prædicta. Vnde ſi quotæ allegatæ ſimul cum d. c. iuuenis reſpicerent factum, non obſtarent, cum ſimus in intelligentia extrauagantis, clarius autem potuiſſet conditor explicuiſſe mentem, cum etiam. §. per electiones. qui dicit quod nullum ius acquiratur, non ſit neceſſarius ſi prius omnem ſimoniacum priuauerat ipſo facto niſi ad maiorem declarationem dictum accipiamus.

DE RESCRIPTIS.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad lites ſurreptitium non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis, ſecus in aduocatorio iuriſdictionis quod eſt nullum ipſo iure.*

2 *Doctores qui videntur ſibi contrarij debent ſicut leges ad concordiam reduci.*

DECISIO PRIMA.

LICET regulariter reſcriptū ad lites ſurreptitium non ſit ipſo iure nullum, ſed debeat opponi exceptio. Innoc. in c. cum M. Ferra. de conſti. in fi. But. & Abb. in cap. cæterum. de reſcrip. glo. & doct. in c. ad audientiam, ſecundo, eo. tit. Tamen quando eſt † aduocatorium vitiat ipſo iure ea ratione, quia reuocatio literarum papæ eſt odioſa, quoniam ſit contumelia iudici qui reuocatur, ſecundum Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. ex literis. de offic. deleg. & hoc caſu fallit regula, dicit Felyn. in d. cap. ad audientiam, x. falleo. & tempore meo Rota hanc fallentiam eſt ſequuta in pluribus cauſis, cum non obſtant, quod idem Innoc. in d. cap. cæterum. & Butr. ibi. & in cap. ex parte. de fo. compe. videantur ſentire contrarium, prout idem Fely. refert in dicta fallentia. Et Mil. in verbo, reſcriptum ad lites ſi eſt obreptitium remittitur ad Butrig. in d. locis. Quia ſi bene eorum dicta inſpiciantur non contradicunt concluſioni, cum loquantur de ſecundo reſcripto, quod non meminit de primo, vel quando eſt alia ſurreptio. & materia quàm aduocationis à primo iudice, vt valeat ſecundum, niſi excipiatur, & ſic ſumus in caſu regulæ de qua Innoc. & Butrig. ibi. & nihil de reſcripto aduocatorio: de quo clarè in d. cap. ex literis. dicunt vt ſuprà. & ita intelligo etiam Fely. dum ſe remittit ad dicta per eum in d. cap. cæterum. vbi concludit quòd ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo, non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis, loquitur ergo de alio reſcripto, quàm aduocatario, ex quo de aduocatione verbum nullum, vnde doc. allegati per Fely. & Mil. in locis prædictis ſimpliciter loquuntur non in caſu aduocationis, aliâs eſſent ſibi con-
trarij, & magis † reducendi ſunt ad concordiam. l. 2
vnica. C. de inoffic. dot. c. cum expediat. de elect. in vj. ~~& hanc declarationem nota quia videtur mihi~~ vera, licet nullus eam detegat, quem viderim.

SVMMARIVM.

1 *Quando in ſecunda commiſſione nihil dicitur de prima, ſiue verbo aduocamus, inducitur cauſa aduocatio.*

2 *Requiſita ad reuocationem primi reſcripti, remiſſiue.*

3 *Surrogatus auditor vel alius iudex in locum abſentis per reaſſumptionē cauſæ factam per redeuntē, excluditur ita ipſo, quam quibus aliud ſurrogatum.*

DECISIO II.

COmmiſſa erat cauſa epiſcopo Cerulen. eo abſente, ſignata fuit commiſſio pro quattuor ſurrogatis, & inter alios erat epiſcopus Signinus, coram quo fuerunt omnes termini tenti, & quia vna pars allegauerat ſuſpectum Signinum, fuit habita alia commiſſio ad alios quatuor ſurrogatos ob

eandem

eandem abſentiam:& vnus ex collitigātibus adiuit Ioan. Andream Caſarellum ſurrogatum,& obtinuit ab eo confirmari ſecundam ſententiam latam ſuper præſtanda cautione legatorum nomine, iuxta l.j.& per totum,vt le.no.ca. Dicebatur coram me 1519. in vna Mediolanen.de nullitate tertiæ ſententiæ defe-ctu iuriſdictionis,ne locus eſſet executioni ſecundū cle.vt calumniis.de re iudic.ex eo.quod comiſsio directa Caſarello non faciebat mentionem de anteriori directa Signino,nec de rela coram eo tanta, & & cum videretur habere vim aduocationis à Signino in aduocatoriis ſurreptio vitiat ipſo iure. Innoc. Hoſtien. Ioan. Andr.c.ex literis.de offic.deleg.& dixi in proxima deciſione:ſed contrarium fuit concluſum ex eo quod hic non cadebat aduocatio expreſſa à Signino,de qua nihil tale proponebatur nec ta-
1 cita: quia in † ſecunda commiſsione nihil dicebatur de prima, quo caſu ſine verbo aduocamus,inducitur aduocatio,vt Rot.de reſcrip. in antiq.vij. ac no. vj. vbi ponuntur requiſita ad reuocationem primi reſcripti,nec obſtaret ſi ſecunda eſſet ſurreptitia,ex quo ſurreptio regulariter non vitiat iure ipſo, ſed exceptionis ope:vt in prox.deciſ.& doct.communiter in c.cæterum.de reſcrip.& glo.& doct.in cap. ad audientiam.el ij.eod.tit.tribuit ergo iuriſdictionem & valuit ſententia.inquit Innoc. in c.cum M.Ferra-
2 rien.circa fin.de conſtit. nec refragatur † quòd durante abſentia Ceruien. radicata fuiſſet iuriſdictio in perſonā Signini & aduocata à Ceruien.quoniam
3 non eſt verū ex quo Signinus cognoſcebat, vt † ſurrogatus & rediens Ceruien. ad curiam per reaſſumptionem excludit eum & omnē alium ſurrogatum, prout etiam fit in Rota & obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Practica Rotæ & curiæ obſeruat quod procurator non videtur cōſentire in iudicem, etiam ſi patiatur ſe citari ad aliquem vel omnes actus,& non compareat,quia non ſufficit ſola patientia, aut talis tacitus conſenſus.ſed eſt neceſſe quòd expreſsè conſentiat,vel actum poſitiuum faciat, producendo iura, aut ſeruādo terminum,vel faciendo aliquid ſimile.*

2 *In oneroſis & obligatoriis, licet tacens habeatur pro contradicente,tamen ſi ſcienter aliquid agit, videtur tacitè ſe obligare & conſentire , quia interuenit actus poſitiuus vltra taciturnitatem. Appellatione partis comprehenditur procurator,& quomodo hoc ſit intelligendum,& num.3.*

3 *Non poteſt procurator conſentire quod non appelletur,niſi ad hoc habeat ſufficiens mādatum , etiam ſi commiſsio hoc contineat de partium conſenſu,ſed poteſt omittere ordinem iudiciarium & alias ſolennitates per partē remiſsibiles vel parui præiudicij etiam ſine mandato,non tamen quæ non ſunt remiſſibiles per partem,& num.4.*

DECISIO III.

SAepe contingit quòd cauſa appellationis committitur alicui de conſenſu partium,& obſeruat palatium meo tēpore quòd non requiratur vt principales conſentiant, ſed ſufficiat conſenſus procuratorum, & ita in pluribus cauſis tam in ſecunda, quàm in tertia inſtantia dixerunt domini, etiam quando eidem qui iudicauerat in prima eſſet commiſſa in ſecūda,quo caſu magis dubitabam ex quo committebatur ei à quo fuerat appellatum , quaſi grauaſſet & iniquè pronunciaſſet. l.j. ff.de appellat. quod intellexerunt,ſi procuratores expreſsè conſenſerint, vel actum poſitiuum fecerint producēdo iura aut obſeruādo terminū vel aliud ſimile:ſecus ſi alter paſſus fuiſſet citari ad aliquē, vel omnes actus,
& non comparuiſſet , cum ſola patientia † non ſit 1
ſufficiens , aut conſenſus eo modo tacitus, & ita practicatur.pro quo facit c.non iniuſte,iuncta gloſſ. de procu.vbi non dicitur conſentire procurator,niſi quando expreſſè conſentit.& Card.ibi.v.q. & pro actu poſitiuo facit c.ſi.eo.tit. & quod Abb.inquit in d.c.nō iniuſtè. quia licet in oneroſis tacēs habeatur
pro contradicente,tamen ſi ſcienter aliquid † agit, 2
videtur ſe tacitè obligare & hoc quia vltra ſimplicē taciturnitatē interuenit actus poſitiuus. alleg. cle.j. de proc.& c.ex ore,de his quę fi.à ma.par.ca.ad limitationē l.filiusfamilias.§.inuitus. ff.de proc.ſic q̃ in obligatoriis & oneroſis tacēs habeatur pro contradicēte,ita & Bar.in l.quod enim.rem rat.hab. & l.filiusfamiliàs, pen. ff.ad Maced. vbi per receptionem literarum in quibus continetur quòd ſum debitor alicuius,ſi ſtatim non reclamaui, viſus ſum conſenſiſſe,facit quia appellatione partis, comprehēditur procurator,vt ait Mil.in verbo,pars,allegando cap. ſuborta.de re iudic.Sed dubium facit quod Fely.in d.c. in princ. refert Rotam ſuo tempore concorditer tenuiſſe, quòd ſi papa commiſit cauſam cum clauſula, quòd ſummariè procederetur & non appellaretur,dummodo accederet partium cōſenſus, non poſſe procuratorem conſentire quod non appellaretur,quoniam hoc non eſt in mandato,ſed quo ad omittendum ordinem iudiciarium in ſolennitatibus per partem remiſsibilibus,bene poteſt procurator quod pars, & dicetur à parte geſtum , ſecus in non remiſsibilibus per partem,de quibus in cap.de cauſis.de officio deleg. in quo dicit inſpicienda eſſe pręgnantia verba mandati.Et quòd fuit etiam concluſum quòd aut ea quæ geſsit procurator poſſunt fieri virtute ſui mādati,& tunc ſemper dicētur geſta à parte,aliàs non, & ſic inſpicitur ſubiecta materia. patet,inquit in cap.cordi.de appel,in vj.in verbo,de partium conſenſu.ad idem c. quamuis. de elect. eo. lib. dictū autem Mil. quòd appellatione partis intelligitur procurator,intelligit Fely.in ſibi commiſſis,item ex interpretatiuo intellectu , non proprio, ſecundum Cald.conſil.xij.de verb.ſig.alleg.l.ſi quis
alium.in princ.† ff.ne quis eum qui in ius voc. eſt vi 3
exi. Ad not.in d.cap.non iniuſte. facile reſpondetur quòd procedunt ſi eſſemus in principali , qui per actum poſitiuū ſibi præiudicat,Sed procurator non poteſt niſi ea quæ ſunt ſibi demandata : cum ſtricti iuris ſit mandatum : vis ergo eſt , aut ſine mandato iſtud poſſet per procuratorē fieri, quaſi ſit de ſolēnitatibus remiſsibilibus,& parui præiudicij, & quòd propter paruum præiudiciū inſpiciatur etiam quod vt plurimum in curſu cauſæ tractantur per procuratores,& ſic obſeruantia fundetur,aliàs cōmiſsiones tales de partiū cōſenſu rariſsimè poſſent exequi, & in vna quam d.Hu. de Spina propoſuit de mēſe Nouemb.1521.ſuper hoc art. domini voluerūt ſufficere cōſenſum procuratoris per actū poſitiuū.alleg.Moder.in d.c.ſuborta.& quia iſtud eſt parui pręiudicij.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Quod ſtatuitur in citatione, locum habet in inhibitione.*
2 *Argumentum de tempore ad locum eſt validum in iure, & ſimiliter de re ad tempus.*
3 *Quando committitur cauſa cum poteſtate citandi in Ro. curia, non adiecto, & extra eam, tunc arguitur quod non poteſt citare extra eandem curiam, niſi in cauſa appellationis: iuxta deciſionem cccxcj. in antiq. aliàs quarta, in tit. de foro compet.*

DECISIO IIII.

TEmpore feriatum generalium dubitaui in vna
cauſa coram me, & conſului dominum Mer-
curium de Vipera decanum noſtrum: an ſi commiſ-
ſio non dabat de inhibitione extra curiam, ſed ſim-
pliciter habebat hæc verba cum poteſtate inhiben-
di, poſſem decernere citationem, & inhibere extra
curiam? & reſpondit quòd primo anno quo fuit in
Rota d. Breuius episcopus Cenenten. locum tenés
auditoris, tenuit quod non poſſet inhiberi: & alij erant
cum eo: pro quo facit, quia quaſi ſemper apponitur
1 cum poteſtate inhibendi † in Roma. curia, & extra
eam ad hoc allegauit deciſionem primam de procu.
in no. quæ loquitur de citatione, vt idem ſit de in-
hibitione, tamen dixit ſe reperiſſe poſt Fely. in notis
cancellariæ, qui dicebat quòd Alexandrinus tene-
bat contrarium, per c. cuncta per mundú. c. per prin-
cipalem, ix. q. iij. & quòd Alexandri dictum fuit ſtu
pendum in Rota, licet ipſe adhæreret primæ opi-
nioni propter dictam deciſionem primam poſtpoſi-
to ſtylo, qui ex tempore variatur, vt inquit Lap. alle.
l. j. mihi placet opinio Alexand. ex eo quod clauſula
cum poteſtate citandi non reſtringetur magis extra
curiam, quàm intra: & eſt indefinita: poteſtas enim
committentis eſt vniformis ſine reſtrictione loco-
rum quo ad hoc, vnde vbiq; locum habeat. l. ſi plu-
ribus. de leg. ij. l. Iul. ff. de leg. iij. l. j. §. generaliter. ff. de
2 lega. præſtan. † nec eſt ratio reſtringens: deciſio. pri-
ma non obſt. quoniam in ea ſunt hæc verba, Audiat
& iuſtitiã faciat ſine clauſula cum poteſtate citandi,
magis facit pro opin. Alex. dum dicit quòd verbum
deuolutas, trahitur ad futuras: allegando Inno. in
c. dilecti. de excep. quia pręſens confuſum, præſentis
non tenet vſum, facit in ſimili argumento de tépo-
3 re † ad locum, quod eſt validum, ſecundum Bar. in l.
vel ſingulis. cum l. ſeq. ff. de vulg. & pupil. & Abb. in
c. j. de iure patron. ſicut etiam de re ad tempus. l. mi-
les ita. in pri. in. ff. de mil. teſt. Quando autem commiſ
ſio diceret cum poteſtate citandi in Rom. curia, &
non ſubiungeret & extra eam, tunc magis crederem
quòd non poſſet extra. l. maritum. C. de procu. ſicut
contrà, prohibitio in vno, eſt permiſsio in alio. l. cum
prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præſumpt. vide quan-
do auditor datur in cauſa appellationis ſiue commit
tatur ei principaliter, ſiue in conſequentiam, quod
ſtatim poteſt inhibere etiam in partibus: ſecundum
Rotam deciſ. quarta. de fo. compet. in antiq. & pon-
dera verba deciſionis.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus coauditorum qui iuxta conſtitutionem Innocentianam debet accedere, vt iuriſdictio remaneat penes auditorem cui primus fuit præſentata commiſsio, hodie de ſtylo accedit tacitus, nec requiritur alius expreſſus.*
2 *Ad perpetuam iuriſdictionem non ſufficit ſola præſentatio literarũ ſine citatione, quoniam præueniri poſsit cum res ſit integra ante citationẽ, quod fallit inter Rotæ auditores, & eſt in eis ſpeciale.*
3 *Auditor Rotæ in procedendo eſt ordinarius, & in multis habet ampliorem iuriſdictionem quàm delegatus.*
Magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, quando veniunt æquè principaliter.
4 *Diſpoſitio loquens de ſimplici, ſi exorbitat, non extenditur ad caſum mixtum. ſed tantùm ſuis terminis debet eſſe contenta.*

DECISIO V.

DEciſio prima de conſtitutionibus in antiq. di-
cit quòd ſi aliqua cauſa eſſet cõmiſſa duobus
auditoribus dominum vicecancellarium mandaſſe
1375. quòd ille cognoſceret cui primo commiſsio eſ-
ſet pręſentata, & alter nullo modo, idé voluit poſtea
conſtitutio Innocentiana, loquens de poteſtate au-
ditorũ Rotę, quod ſi diuerſis cauſarũ palatij apoſtolici
auditoribus cõmiſsiones præſentatas hactenus vel
pro tempore reperiri contingat in eadem cauſa eiuſ
dem tenoris vel effectus, licet ad diuerſarum perſo-
narum inſtãtiam auditor cui prius commiſsio præ-
ſentata fuit iuriſdictionem in procedendo & iudi-
cando retineat, abſque alia deſuper commiſsione
aliorum coauditorum ad id accedente conſenſu, &
iſtud obſeruatum eſt tempore meo & antea, & ob-
ſeruatur non requiſito alias conſenſu aliorum coau
ditorum expreſſe, etiam ſi tacitè dici poſſet quod ac
cedat: & hoc eſt neceſſe pro ſignatura quæ habet
quòd audiat qui præuenit: vt inter † Rotæ auditores 1
is dicatur præueniſſe, cui prius præſentata fuerit
commiſsio. Extra verò Rotam ille qui in citatione
præuenerit, non attenta præſentatione reſcripti, &
idem ſi concurrat auditor Rotę cum iudice alio ex-
tra Rotã, prout coram d. Hugone de Spina, in vna
Romana melioramentorum 1520. de menſe Ianuar.
concluſum fuit. quam poſtea do. Bartholomæus de
petra ſancta, iudicauit, ſeu ad executionem proceſ-
ſit: & in qua eidem d. Hugoni in Rota primo fuerat
præſentata cõmiſsio, & ſecundo d. Conſtantino de
Narnia extra Rotã in cauſa appellationis qui in ci-
tando præuenerat do. Hugonem: quia vt dicebam &
fuit tentum, Conſtãtinus validè pronunciauit, non
autem nulliter ex quo ad perpetuam † iuriſdictioné 2
non ſufficit præſentatio, ſed bene citatio, c. gratum.
de offi. dele. cap. ſi. de offi. lega. Vnde ſola literarum
præſentatio ſeu aſsignatio facta iudici, non ſufficit
neq; impedit, quonia præueniri poſsit, cum res ſit
integra ante citationem, vt dicit gl. in verb. aſsignã-
te. c. vt debitus. de app. quam Innoc. & Phil. Fran. ibi
ſequuntur: licet aliqui præſentationem ponderent
ad deciſionem primam & Innocentianam dicédum
quòd non loquuntur niſi in Rota & inter audito-
res Rotæ & magis faciunt pro concluſione per lo-
cum à ſpeciali. l. ius ſingulare. ff. de leg. vel quia o-
mittuntur inter alios, recurrimus ad ius commune.
l. ſi extraneus. de condi. cauſ. da. cau. non ſecu. l. ſi
eum dotem. ſolu. matrim. l. commodiſsime. ff. de lib.
& poſthum. nec ob. quod videatur auditor Rotę cui
cauſa committitur honorabilior commiſſario extra
Rotam, ex eo quia in procedendo † eſt ordinarius. 3
iuxta no. in cle. auditor. de reſcr. & ibi patet, in dicta

Innocentiana ac aliis conſtitutionibus habet ampliorem iuriſdictionem in multis quàm habeant delegati extra Rotam, quaſi debeamus hoc metiri à maiori potentia atqu. l. quæritur. ff. de ſta. homi. & quod magis dignum trahat ad ſe & vincat minus dignum. c. quod in dubiis de conſe. eccle. vel alt. quod ſecundum Abb. in c. extirpādæ. §. qui verò. ij. colum. de præben. procedit quando magis dignum & minus dignum veniunt æquè principaliter, prout in propoſito venit vtrunque reſcriptum, & vterque iudex: quia dico quod cum deciſio & Innocentiana inter auditores duntaxat diſponant, militant fundamenta adducta. Item ſumus in caſu mixto omiſſo & non comprehenſo in eis ſimpliciter de auditoribus loquentibus & cum exorbitent, † non extenduntur ad caſum mixtum. l. præſcriptione. §. vim paſſam. de adult. l. ij. in princi. ff. de verbo. obligat. & ibi Moder. & debent in ſuo tantum caſu intelligi, & ſuis terminis abſque ampliatione contentari. l. in agris. ff. de acquir. rerum do. cap. j. de ſepul. & regula odia. de reg. iur. in vj. ex quibus conſtat quod materia. d. l. qua ſitur, & d. c. quod in dubiis, non refragatur nec habeat aliquid commune cum iſta.

4

SVMMARIVM.

1 *Vbi in commiſſione petitur cōmitti cauſam ſuper moleſtationibus beneficij aut. talis rei, cauſa cenſetur cōmiſſa tam ſuper proprietate, quàm ſuper poſſeſſione, ſecus vbi dicitur ſuper moleſtationibus poſſeſſionis talis rei, vel facta narratiua deiectionis petit committi cauſam ſuper huiuſmodi moleſtationibus, quia tunc ſola cauſa ſuper poſſeſſione cenſetur commiſſa.*

2 *Lis ſuper poſſeſſione rei non facit ipſam rem litigioſam, ſed poſſeſſionem duntaxat.*

3 *Si committitur iudici vt compellat aduerſarium ne impediat impetrantem pacificè poſſidere, cauſa poſſeſſionis tantum eſt commiſſa.*

4 *Verba ambigua commiſſionis vel libelli deſeruiunt vtilitati & intentioni impetrantis vel libellantis, & recipiunt interpretationem ſecundum ſubiectam materiam ſuper fauore impetrantis vel libellantis etiam ſi expediat illa improprianda.*

5 *Cauſa ſimpliciter commiſſa vtputa ſuper tali re cenſetur commiſſa ſub vtroque, videlicet proprietate & poſſeſſione.*

6 *Verba moleſtatio iniuriarum ſeu iniuria reſpiciunt tam proprietatem, quàm poſſeſſionem.*

7 *Si contineat reſcriptum cauſam committi ſuper occupatione, ſpoliatione & detentatione alicuius rei quam impetrans dicit ad ſe pertinere, vel ponatur clauſula cum incidentibus, dependen. emergen. &c. comprehenditur petitorium.*

DECISIO VI.

Palatium ſicut tenuit olim, ita nunc tenet quòd commiſſio ſuper iactationibus, moleſtationibus vel ſimilibus verbis quæ in cauſarum commiſſionibus ſolent apponi concepta tribuant † iuriſdictionem nedum in poſſeſſorio, verum etiam in petitorio: non obſtante conſilio Cald. ſexto de reſcrip. Sed pro concordia diſtingue, aut dicitur ſuper moleſtationibus talis rei vel beneficij, vel ſuper moleſtationibus de & ſuper tali re, & procedit concluſio Rotæ vt ſit proprietas etiā in lite & res ipſa ex quo ſuper

1

eius dominio vel quaſi lis introducitur. auth. litigioſa. C. de litig. & ibi Bal. Cy. & Bart. in l. ij. eo. tit. Et petitorium habet in ventre poſſeſſorium, aut ſuper moleſtationibus poſſeſſionis talis rei, vel facta narratiua turbationis ſeu deiectionis à poſſeſſione petitur cauſa committi ſuper dictis moleſtationibus. Et in his & ſimilibus poſſet fortè procedere opinio Cal. qualiter lis in poſſeſſorio † vel ſuper poſſeſſione non faciat proprietatem rei litigioſam, ſed poſſeſſionem duntaxat. d. auth. litigioſa. & glo. in c. j. de confir. vti. vel inuti. & ibi Butr. & Abb. ſunt enim res & cauſæ diuerſæ. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. & in rub. de cauſa poſſ. & proprieta. & per tot. tit. de vtroq; membro, & materia in locis allegatis. & latius per Abb. in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ, vt lit. pen. & Milis in verbo litigioſa res ſit, & quod in beneficialibus tradit Innoc. in ca. cum M. Ferrarieñ. de conſtit. in c. ex parte, de arbit. Ioan. And. in c. ij. vt lit. pen. in vj. vbi etiam Phil. Franc. Bal. in d. auth. Ro. iij. vt lit. pen. in addi. in no. & Mil. vbi ſupra. & in his latius deciſione incip. Rota in antiq. iij. & in alia maior pars dominorum quòd ita ſenſerit Cal. & colligitur ex themate in quo iudici committebatur † vt compelleret aduerſarium ne impediret impetrātem pacificè poſsidere: quod videtur ſonare ſuper poſſeſſione tantum. Item quando verba eſſent ambigua deſeruirent vtilitati † & intentioni impetrantis. l. ſi quis intentione. ff. de iudic. Abb. in c. cum veniſſent. ij. col. de reſti. in integ. glo. etiam ij. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. ponens qualiter in principio litis, medio, & fine ſunt accipienda, ſed ſecūdum Cal. prolata erant ad cauſam poſſeſſotiā ad quam debēt inſpecto fine referri. c. ij. de ordi. cogni. c. gaudemus, de diuor. Recipiunt namq; interpretationem iuxta ſubiectam materiam, ſuper fauore libellantis etiam ſi expediat improprianda ea. Abb. c. conſuluit. ij. de appel. facit pro cōcluſione Rotæ. c. j. de ſequeſt. poſſ. & fruc. Vbi cauſa † ſimpliciter commiſſa, ſub vtraque cenſetur commiſſa. & glo. exemplificat quando committitur ſuper tali re. Idem ergo quando ſuper moleſtationibus talis rei cum non inſpiciantur magis iſta verba quàm alia, ſed res ſuper quibus fit cōmiſsio, & verbum moleſtare reſpiciat vtrunq;, ex quo conuenctus ſuper dominio moleſtati dicitur ſuper eo. Facit etiam quod tradit Innocen. in c. cum olim, de offic. deleg. quòd vigore reſcripti in quo habetur quod aliquis iniuriatur † mihi ſuper fundo, poſſum agere rei vendicatione ad fundum, & condictione ſine cauſa ad fructus perceptos. Idem ſi ſuper nemoribus dicatur iniuriari vt agi poſſet de dānis datis poſſeſſori in petitorio. Et ibi infert Imo. ſecundum Innoc. quòd ſub verbis generalibus reſcripti comprehendi poteſt petitorium ſicut poſſeſſorium. paria autem ſunt dicere, talis iniuriatur mihi ſuper tali re, aut me moleſtat ſuper ea vel iactat, &c. ad terminos etiā l. diffamari. C. de inge. & ma. in quibus ſententia vel terminus contra diffamantē exceptionem pararet in petitorio. Item venit petitorium ſi reſcriptū contineat † ſuper occupatione, ſpoliatione, & detentione alicuius rei, quam impetrans dicit ad ſe pertinere. Rot. in no. ix. de cau. poſ. & prop. & Abb. in ca. j. col. iiij. de ſeq. poſſ. & fruc. Sed commiſſa cauſa petitoria vel poſſeſſoria venit vtrunq; ſecundum d. deciſ. ix. licet cōmuniter contra. vt refert & ſequitur Abb. in d. ca. j. col. iij. de

2

3

4

5

6

7

quo dico in allegata deciſ. incip. Rota in antiquis. ij. & propter nota. in d. deciſ. ix. dixi quod fortè poſſet procedere opinio Cald. vel ſi termini ſunt pares ſecundum communem, de qua per Abb. in d. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Cardinali præpoſito ſignaturæ eſt data poteſtas ſignandi, etiam cõcedendi petita, regenti verò tantum extendendi ſed non reſtringendi conceſſa.*

2 *In omnibus commiſſionibus in quibus petitur quod poſſit procedi ſummariè, ſolet regens extẽdere quod procedatur ſummariè, niſi ſit cauſa iniuriarum.*

3 *Solent domini auditores palatij in dictis cauſis in quibus per iniuriam non fuit in extenſione per regentem appoſita clauſula quòd poſſit procedi ſummariè, &c. cum etiam petitum in corpore commiſſionis ante ſententiam, vel etiam poſt primam & ſecundam ſententias mittere notarium cauſæ ad regentem vt apponat in originali commiſſione huiuſmodi clauſulam, & ſi id regens facere recuſaret, nihilominus ſemper proceſſus per Rotam reputatur validus.*

4 *Stylus Ro. curiæ variatur frequenter quem modò album, modò nigrum appellat Lupus, alleg. lj.*

DECISIO VII.

CONtingit in vna cauſa coram do. Paulo de Capiſuchis in alia coram d. M. de Spinoſa 1519. & 1520. quòd cum cauſæ non eſſent ſummariæ termini erant tenti prout in beneficialibus: & commiſſio habebat in corpore quod procederetur ſummariè, &c. Cardinalis autem ſignatura habebat, Placet domino noſtro papæ. Regens verò in extendendo ſolum dixerat, audiat, procedat, & iuſtitiam faciat: fuit dubitatum an ſignatura cardinalis ſufficeret pro ſommario proceſſu, quaſi petita cõceſſiſſet ſimpliciter reſpondendo. §. præterea. Inſtit. de inuti. ſtipula. l. ſi deſenſor. §. j. de interrog. act. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de ver. oblig. Quidam domini volebant non ſatis eſſe, quia tempore Alexan. & aliorum ante hæc tempora, vt dicebat Cardinalis præſidẽs ſignaturæ quando volebat cauſam eſſe ſummariã reſpondebat, Placet d. N. papæ. & quòd ſummariè, &c. vnde denegaſſe videbatur ſine verbo ſummariè. l. maritus. C. de procur. iuncto ſtylo qui pro iure habetur. c. ex literis, de conſtit. c. quàm graui, de cri. fal. ac conſuetudinem principis. l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. act. Item quia regens extendendo omiſerat etiam quod ſummariè interpretando mentem papæ vt eius organum & aſsiſtens ad id præpoſitus. Sed maior pars
1 contra ſcilicet quòd inſpiciatur † ſignatura Cardinalis cui eſt data poteſtas, non regentis ad extendendum præpoſiti, qui nõ poteſt negare quod conceſſum extat. Neq; in his attendimus regentis mentem ſi omittat de ſummaria cauſa conceſſa per verbum placet, vt ſupra. d. §. præterea, cum ſi. & Rota de reſcriptis in no. ix. quod in commiſsione ſignata veniũt omnia petita. quia eſſet in facultate ſua tollere aut reſtringere conceſſa à principe, quod non poteſt inferior: cle. ne Romani, de elect. & quaſi in omnibus cõmiſsionibus, in quibus poſtulatur pro-
2 cedi ſummariè niſi † ſit cauſa iniuriarum ſolet extendere quòd ſummariè. Vnde ſi in aliquibus omittit, obliuioni & inaduertentiæ attribuitur. Et ideo
3 Rota in talibus ante ſententiam mittit † notorium cauſæ ad eum vt apponat in originali commiſsione verbum ſummariè poſt ſententiam, & poſt duas etiam ſententias idem facit ad cautelam & ſemper ex more introducto regẽs ipſe apponit quòd ſi non faceret omnino Rota proceſſum ex prædictis ſaluaret. Ad ſtylum antiquum reſpondetur quòd tunc erat in conſideratione ſi cardinalis apponebat ſummariè vel non. nũc eſt mutatus, vt dicit Lap. alleg. lj. quòd modò † eſt albus modò niger, quoniam Cardinalis hoc tempore nunquam apponit quòd ſummariè, niſi aliquando ex certa ſcientia quando non petitur, & ideo regens niſi eſſet negatum debet extendere ſi eſt in corpore reſcripti, & ita vſq; ad milleſimum quingenteſimum vigeſimum primum incluſiue practicaui in quibuſdam cõmiſsionibus coram me etiam in ſecunda inſtañ. & regens appoſuit verbum ſummariè, &c. Et ex his patet non obſtare deciſionem Egi. cclxxvj. vel vt eſt dictum debet practicari alia eiuſdem Egi. cccxxxviij. 4

SVMMARIVM.

1 *Sicut res ſemel effecta alienabilis durat alienabilis, ita proceſſus ſemel effectus ſummarius durat ſummarius ad ſequentes inſtantias: quando ſumus in eadem re cum dependentibus & annexis, & ex quo non vrgent ratio quare debeat reſtringi ad illam inſtantiam.*

2 *Quando clauſula reſpiciat & præcedentia & ſequentia & qualitas adiecta in aliqua diſpoſitione reſpicit omnia remiſſiuè.*

3 *Iudicatum propriè non dicitur, quando poteſt appellari à ſententia, ſed tunc quando non poteſt aut tranſijt in rem iudicatam.*

4 *Non eſt eadem cauſa appellationis & cauſa principalis quãtum ad iudicium, iudicem, & inſtantiam, ſed bene eſt eadem quo ad intẽtatam actionem, quia ventilatur eadem actio.*

5 *Vbi in commiſsione cõceditur proceſſus ſummarius, extenditur ad ſurrogatum in eius locum, & in alia inſtantia, ſiue hoc concedatur in prima commiſſione. ſiue in ſecunda, vel vlteriore, & in quacunque inſtantia ſeu parte iudicij, ita quòd omnis proceſſus poſt ipſam erit ſummarius, ſed non ante cõmiſſionẽ.*

6 *In cauſis ſummarijs hodie de ſtylo palatij ſeruantur quatuor termini, qui ſunt ſubſtantiales ante ſententiam: videlicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, & producendum omnia, & ad dicendum contra producta, vnus quorum ſi omittatur, ſententia eſt nulla, & idem ſi pars non citetur ad audiendum ſententiam etiam ſi fuerit lata à principe.*

7 *Si omittitur obſeruatio trium terminorum, videlicet ad dicendum contra commiſſionem, ad libellandum & ad iurandum de calumnia in cauſis ſummarijs, non propterea ſententia eſſet nulla, bona tamen cautela eſt vt obſeruentur.*

8 *In cauſis prophanis requiritur tela & ordo iuris qui habetur in l. prolatam. C de ſenten.*

9 *Quando committuntur cauſæ ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt ſunt cauſæ beneficiales & aliæ ſummariæ qualiter ſit procedendum.*

10 *Conſtitutio Innoc. octaui in Rota ſanat malam aut nullam obſeruationem terminorum ſubſtantialium reiterãdo vnico contextu & vnica audiẽtia eoſdem*

etiam

ad hanc dec. not. in prax. 4. in 9. dist. c. à n. 4. ad n. 8. ff. et 145.

etiam in duabus audientijs tantum tentos, vel aliâs
conculcates aut peruerſe ordine, aut male vel nulli-
ter ſeruatos etiam ſi ipſa obſeruatio terminorum
fuerit facta per procuratores aſſertos dummodo in
reiteratione ſint veri.

DECISIO VIII.

FVit etiam obſeruatum & obſeruatur quòd ſi pri-
ma cõmiſsio cauſæ habeat quòd ſummariè pro-
cedatur, ſufficit tela prout in beneficialibus, & totus
proceſſus eſt ſummarius, non ſolùm in prima, ſed
etiam in ſecunda & tertia inſtañ. & vſque ad finem
cauſæ: eo quòd in ſecunda & tertia ſeu vlteriori in-
ſtañ: non petatur nec detur ſummarius proceſſus
1 dummodo non negetur datus. Sicut res ſemel † effe-
cta alienabilis durat alienabilis. l. pater. §. quinde-
cim, de leg. iij. ff. facit etiam quia clauſula in principio
poſita refertur ad omnia quæ ſequuntur. l. iij. §. filius,
de libe. & poſthu. l. talis ſcriptura, in fi. ff. de leg. j. &
cap. ij. requiris, de appel. de materia tamen quando
2 clauſula † reſpiciat & præcedentia & ſequentia, &
vtrum qualitas adiecta in aliqua diſpoſitione reſpi-
ciat: omnia tractantur per Abb. in d. ca. ſecundo re-
quiris. & Bar. in d. l. talis ſcriptura, & in l. præter, la ij.
§. eritque differentia. ff. vi bo. rap. Ex quorum dictis
colligitur debere in propoſito referri ad ſequentes
inſtantias: quando ſumus ſuper eadem re cum de-
pendentibus & annexis, & ex quo non viget ratio
quare debeat reſtringi ad illam inſtañ. in qua conce-
ditur talis proceſſus. Non obſt. quòd per ſententiam
diffinitiuam cauſa finem accipit. l. j. ff. de re iudi. l. ter-
minato. C. de fruc. & lit. expen. Ita quòd in ſecunda
requiratur noua conceſsio ſummarij proceſſus, quia
3 non dicitur † propriè iudicatum, quando à ſenten-
tia appellari poteſt. Sed tunc demum quando non
poteſt, vel tranſiuit in rem iudicatam. gloſ. eſt nota-
bilis in verbo innouata fuiſſent, in c. non ſolum, de
appella. in vj. quam pro ſtatuto ponderant ibi Domi.
& Philip. Franc. & gloſ. etiam in d. l. j. quæ videatur
ad hoc quod Ho. & Abb. voluerunt in ca. cum dile-
ctus, de arbi. quòd ſententia arbitri non dicatur pro-
priè ſententia, niſi tria concurrant, quorum vnum
eſt quòd ex ea àgi poſsit. Clarum autem eſt infra de-
cennium agi non poſſe, ſed attentari quãdo non eſt
approbata ſententia. d. c. non ſolum, & l. cum antea.
C. de arbi. Et ſi fuerit prouocatum ſuſpendi iudica-
tum. l. j. in fi. ff. ad Turpil. ca. venientes, de iureiuran.
Nec refragatur quòd alia ſit cauſa appellationis,
4 † alia principalis, ſeu prima cauſa. l. eos, cum fi. C. de
appel. quia non eſt verum omni reſpectu. Item non
agitur ſuper re diuerſa ſed eadem, de qua in prima,
quòd hic debet attẽdi. Ita dicit Bal. in l. qui proprio.
§. item quæritur. iij. col. ff. de procu. quòd non eſt ea-
dem quantum ad iudicium, iudicem, & inſtañ. Sed
bene eſt eadem quo ad intentatam actionẽ, quia ea-
dem actio ventilatur. Item notandum eſt finis cauſæ
& princeps ſuper huiuſmodi cauſa talem rem conti-
nentem ſummariam dedit cognitionẽ, & aliâs quæ-
ſtio eſt ſabbatina an ſit eadẽ cum prima vel diuerſa
cauſa appellationis: dicit glo. in l. vnica. C. de ſuffrag.
vbi Odof. & alij. & aliquid per Barto. in l. cum apud
Sempronium. ff. iudic. ſolu. & Goſ. in ſum. de procur.
v. col. & ad prædicta ac deciſionem videatur Egi. de-
5 ciſio xlj. ſi papa, vbi commiſsio † procedendi ſumma-
riè vni facta, extenditur ad ſurrogatũ in eius locum,
& in alia inſtantia: & procedit concluſio ſiue prima
commiſsio det quòd ſummariè ſiue ſecunda aut alia
in quacunq; parte iudicij ſeu inſtãtia vt omnis pro-
ceſſus poſt ipſam ſit ſummarius vſq; ad finem litis,
non ante commiſsionem: cum eadem ſit ratio de ea
quæ de prima commiſsione in his quæ ſequuntur
de ſtylo † palatij circa obſeruationem terminorum 6
in cauſis prophanis ſummariis, & in attentatis ac
aliis, eſt paruus tractatus qui incipit, Termini cau-
ſarũ in Romana curia ſeruari ſoliti, & quicquid ibi
dicatur, & deciſ. ij. de reſcri. in no. & per Egid. deciſ.
xxvij. qui vult quòd tres ſolum termini ſint ſubſtan-
tiales ad ponendum, articulandum ad producẽdum
omnia, & ad ſententiam hodie quatuor termini in
ſummariis ante ſententiam tantum ſunt ſubſtantia-
les, ſcilicet ad articulandum, dicendum contra arti-
culos, ad producendum omnia & dicendum contra
producta, quorũ ſi vnus omittatur nulla eſt ſenten-
tia. Item ſi pars non citetur ad audiendum ſenten-
tiam: c. j. de cau. poſſ. & proprie. l. de vno quoq;. ff. de
re iudi. vſque adeo vt ſententia principis etiam ſine
citatione ſit nulla. ſecundum Abb. in c. venerabilem,
de elec. iij. col. & tex. in cle. paſtoralis, de re iud. Secus
† ſi omittantur termini ad dicẽdum contra commiſ- 7
ſionem, & ad libellandum. Item ad iurandum de ca-
lumnia tacite poteſt omitti. ca. j. de iura. calum. in vj.
quamuis cautum ſit vt obſeruentur. De iure autem
communi in prophanis † non requiritur niſi tela & 8
ordo quæ habentur in l. prolatam, iuncta gloſ. & ibi
etiam Bar. C. de ſenten. Et quando † committuntur 9
ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iu-
dicij eſt expreſſus in extrauagante ad reprimẽdum
quo. in cri. læſæ ma. proce. & in cle. ſæpe, de verb. ſig.
tales autem eo modo commiſſæ ſunt beneficiales &
aliæ ſummariæ: de quibus in cle. diſpendioſam, de iu.
Et in Rota † Innocentiana ſanat terminos ſubſtan- 10
tiales reiterando vnico contextu & vnica audientia
eos nulliter vel male ſeruatos quod procedit etiam
ſi per aſſertum procuratorẽ, de cuius mandato non
conſtet, vel contra aſſertum procuratorẽ rei fuerint
tenti, dummodo in reiteratione ſint principales vel
boni procuratores vtriuſq;, & hoc propter illa verba
male aut nulliter quæ etiã in multis aliis caſibus fa-
ciunt quòd ſanetur tela, quãuis auditor debeat eſſe
diſcretus. quòd ſi fuerit tenta contra non legitimam
perſonam vel ad inſtantiam non legitime expectet
reum tanto tẽpore quantum eſt neceſſariũ ad obſer-
uandum terminos ſubſtantiales ſine præcipitatione.
Ex quo etiã reiteratio prædicta ſanat omnes termi-
nos etiam in duabus vel in vna audiẽtia tantum ten-
tos & aliâs conculcatos ac ordine peruerſo ſeruatos
quòd pro interpretatione dictæ Innocentianæ not.

SVMMARIVM.

1 *Alia eſt tela & ordo iudicarius in prophanis cau-*
ſis, & alia in beneficialibus & ſummarijs.
2 *Seruans male telam ſiue ordinẽ proceſſus iudiciarij,*
tenetur ſanare illum aut ſua impenſa aut per com-
miſsionem ſanatiuam.
3 *Practici & cauti procuratores ne errent & damni-*
ficent clientulum ſuum in expenſis proceſſus, debent
ponere ſpecifice in commiſsione reiterationis termi-
norum quòd cauſa eſt prophana, & quod termini in

ea fuerunt ſeruati, vt in beneficialibus ſeu ſummarys. & tunc reiteratio ſit vt in beneficiali. & non vt in prophana, atque in hoc errant plurimi procuratores non ponentes vtrunque, quia tunc talis commiſsio non valet.

DECISIO IX.

FRequens eſt vſus commiſsionum ſuper reiteratione terminorum vnico contextu ac audientia ſeruandorum, ac ſuper ſanatiua proceſſus coram domi. Simonetta 1519. in vna Viterbien. ſalary erat commiſsio in prima inſtantia in qua locum tenens auditoris cameræ iudicauerat quòd terminis de more ſeruatis etiam male & nulliter tentis vnica citatione & audientia reiteratis procederetur, & dubitatur de validitate dictæ ſententiæ locum tenentis, & pro ea dicebat ponens qui habebat cauſam in ſecunda, quod in prophanis ſolet tela ſubſtantialis teneri ſicut in beneficialibus, & ita erat tenta in dicta cauſa, quodque hoc attento ſatis videbatur expreſſum. Et quòd papa ita intellexiſſet. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædi. edic. l. fi. C. de fideiuſ. Nam frequens actus inducit conſuetudinem in contractibus, vt in dictis iuribus. & Bar. in repeti. l. de quibus. in ij. quæſ. princi. vij. colum. ff. de legi. & facit regula. l. ſuis quoque. §. puto generaliter. ff. de hære. inſtit, nihilominus
1 fuit concluſum pro nullitate ex quo † alia eſt tela
in prophanis, alia in beneficialibus, & ſummariis; & in arbitrio partis eſt quomodo obſeruet, quia ſi aliter quàm debeat oportet quod ſanet proceſſum ſua impenſa & quandoque per commiſsionem non
2 obtinet ſanatiuam quo ad omnia. Vnde quidam † in
prophanis ſeruant telam prout in eis requiritur ad fugiendum omnem nullitatem & neceſsitatem, & ideo neceſſe eſt quòd papa intelligat cauſam eſſe prophanam, & in ea telam tentam prout in beneficiali & ſummariè, ad hoc vt ſanet & reiteratio vt in
3 beneficialibus proficiat. Et ita † practici procurato-
res ponunt in commiſsione vtrunque ex eo quòd reiteratio ſit ſicut eſt facta obſeruatio, nõ vt in prophana: quia ita nõ eſt facta nec iterari poſſet: quemadmodum nec priuatio datur niſi ſuppoſito habitu. l. decem. ff. de verb. oblig. §. ſeruus. inſti. de capi. dimi. aliâs papa intelligit iuxta ſubiectam materiam ſcilicet rétam vt in prophanis, ſi de cauſa tali dicat commiſsio. c. ſedes. de reſcrip. c. vt priuilegia. de priuileg. l. ſi vno. loca. glo. in verbo, titulo. in c. j. de vſur. in vj. & Socin. conſi. xxv. & no. quia in hoc vidi plures errare in formando commiſsiones.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ex facie literarum aut inſtrumenti conſtat aliquid non deberi: tunc iudex ex officio abſque partis oppoſitione poteſt & debet repellere agentem.*

2 *Pecunia debita ad diem ſi petatur ſtatim reo nihil excipiente iudex condemnabit ad diem ex quo iſtud dari in diem ineſt obligationi, idem de exceptione ex pacto incontinenti appoſito vel ex tacitè intellecto, cum iuſine ſui natura actioni: & actor deducendo eam proponit cum exceptione, ſecus in exceptione quæ non ineſt obligationi, ſed venit extrinſecus, vt exceptio pacti facta ex interuallo.*

3 *Non eſt neceſſaria exceptio facti vel iuris quando ademptio ſit in teſtamento, cum eidem teſtamento inſit nec poſsit iudici non liquere.*

4 *Si ex tenore appellationis conſtat quod eſt interpoſita in caſibus a iure prohibitis, tunc iudex non reuocat attentata ſtatim, nec inhibet antequam incipiat cognoſcere an appellatio ſit recipienda vel non, quia appellans habet ius commune contra ſe.*

5 *Publice excommunicatum poteſt iudex ex officio repellere etiam reo non excipiente, ſimiliter libellum quando ex eius cõtinentia ineptitudo apparet.*

6 *Contra inſtrumentum guarẽtigiatum habens executionem paratam & contra quod nulla poſsit opponi exceptio niſi falſitatis vel ſolutionis de ſimulatione excipi poteſt quæ facit deficere contractum. nam ex quo deficit conſenſus non dicitur eſſe contractus.*

7 *Quo ad validitatem non refert an aliquid fiat ſub conditione vel modo: quoniam ſi modus non ſeruatur ſubycitur clauſula irritans ſeu annulans actum, cum illud ſit pro forma appoſitum quæ dat eſſe rei: qua non ſeruata actus eſt nullus.*

8 *Non debet retardari aut aliàs impediri ſolutio penſionis ſimpliciter, & de partium conſenſu præſertim reſeruatæ ſuper cuius nullitate lis mouetur, donec de nullitate aut extinctione ſit iudicatum niſi ſub modo aut conditione fuiſſet reſeruata, quia tunc non verificata conditione aut modo reus non compellitur ſoluere niſi agens eſſet in poſſeſsione percipiendi, quia tunc cogeretur, quia in his non requiritur titulus.*

9 *Quando in materia rei liquidæ aut contra inſtrumenta guarẽtigiata ſit locus exceptioni remiſsiuè.*

10 *Si in actione includit & deducit actor exceptionem ſuo ligone ſe percutit, & ei incumbit onus probandi excluſionem exceptionis, alias incumberet excipiẽti aliquid ponenti.*

DECISIO X.

CAſus occurrit in ſignatura iuſtitiæ de menſe Nouemb. 1520. quod P. conſenſerat reſeruationi penſionis cum poteſtate transferendi, dummodo infra tres menſes tranſlatio ſibi intimaretur, alias eſſet nulla ſeu eoipſo extincta. Is in quem erat tranſlata ſeu ex tranſlatione reſeruata agebat contra P. ad ſolutionem, Petrus petüt committi cauſam nullitatis vel extinctionis, fuit dubitatum an in commiſsione deberet apponi clauſula conſueta, ſcilicet placet ſine retardatione ſolutionis penſionis. Et pro affirmatiua quidam ex referendariis allegabat ſtylum, nihilominus pro negatiua dixi & hoc pars obtinuit quod de non penſione aut extinctione conſtabat ex facie literarum reſeruationis prioris ac tranſlationis, quo caſu † iudex ex officio abſ- 1
que partis oppoſitione poteſt & debet repellere agẽtem. l. lecta. ver. dicebam. ff. ſi cer. pet. & ibi Barto. di-
cens quod ſi † pecunia debita ad diem petatur ſta- 2
tim reo nihil excipiente, iudex condemnabit ad diem ex quo iſtud dari in diem ineſt obligationi, & eſt intus in obligatione. d. ver. dicebam. l. petens. cum materia, C. de pact. & in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. inquit non eſſe neceſſe quod opponatur exceptio quæ ineſt obligationi, prout in pactis incontinenti appoſitis vel quæ tacite intelliguntur., vt in dictis iuribus, & l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pact. ita etiam dicit Bald. in l. bonæ fidei,

fidei, circa fioem.C.eod.quòd exceptio quæ eſt ex
eodem contractu, id eſt, pacto incontioenti appo-
ſito, non eſt neceſſe qood opponatnr, qoia ex fi-
gura eiuſdem contractus apparet. Nam in iſtis noo
eſt opus quod pats opponat com inſinr actioni, &
actor deducendo eam proponat enm exceptione
quæ ſui natura ineſt, vnde actionis expreſsio eſt ſuf-
ficiens reo, ſecus in exceptiooe quæ non ineſt obli-
gationi, ſed veoit extrinſecus prout exceptlo pacti
poſtea facti ſeu alia quæ partium conuentione non
venit, ad idem Innocen. in capit.j.de plus peti.& in
capi.paſtoralis, de exceptio. Abba.in capit.exceptio-
nem. eod. titu. iiij.colum. Bartol.in l.ſi ita ſcriptum.
3 ff.de leg.j.inquiens † non eſſe neceſſarium exceptio-
nem facti nec iuris quando adeptio ſit in teſtamen-
to, cum eidem teſtamento inſit oec poſsit iudiei
ooo liquere, & Barto.etiam in l.naturaliter.§.nihil
commune. ff. de acqoiren. poſſeſ.in ij.quæſtio.prin-
eipali.iiij.colum.& quod Philip. Franc. poſt Domi.
conelndit in capi. non ſolom. j.colum. de appella.
4 in vj. qnod quando cooſtat † ex tenore appellatio-
nis quod eſt interpoſita in caſibus à iote prohibitia,
tnnc iudex oou reuocabit attentata ſtatim, oec in-
hibebit antequam incipiat cognoſcere an appella-
tio ſit recipienda vel oon, quia appellans habet ius
commune contra ſe & quod in ij.colum.in princip.
allegando Deci. primam in no. eod.titu.ſubiicit ad
hoc.capit.pia.de except. eod.titu. & lib.vbi pnblice
5 † excommuoicatum poteſt iudex ex officio repel-
lere etiam reo non excipienta, idem de libello,
quando ex eius cootioentia ineptitudo apparet.ca.
examinata.cum mareria, de iudic. Et quando extra
ſeriem libelli eſt nototium ſecnndum Butr.io capi.j.
de offic.vicar.ſed in propoſito agens ad penſionem
producit literas ex quarum contextu deprebenditur
nullitas vel extinctio aperte, ſi lapſus fuerat termi-
nus trium menſium prout erat, igitur oiſi de inti-
matione in tempore doceat, ſeipſum excludit, & à
iudice repelli debet etiam reo tacente, aecedit quòd
6 contra inſtrumentum guarentigiatum † & ſtatutum
habens executionem paratam, & qnòd oequeat op-
poni niſi exceptio falſitatis ac ſolutionis, & nulla
alia poreſt excipi de ſimulatiooe, cum ſimulatio fa-
ciat deficere contractum: ex qno enim deficit coo-
ſenſus noo dicitur eſſe contractus.l.prima.de pact.&
Bartol. in l.j. §. & patui refert. ff. quod vi aut elam.
bona ergo eſt exceptio non eſſe contractum, & ſic
legitimam non eſſe penſionem, nec literas peoſio-
ois quæ non habent animam niſi ſecnta intimatio-
ne in tempore, & docto de ea. item penſio eſt re-
ſeruata in eoentum tranſlationis ſub conditiooe io-
timationis, ſed ſtatutum diſpooens vt inſtrumenta
guarentigiata habeant paratam executiooem, &
quod oulla poſsit opponi exceptio intelligitur dum-
modo conditio contractus ſit adimpleta. Bald.in l.ſi
cauſam.C.de except.rei iudic. & alij ad quos ſe re-
fert & ſequitur Alexand.conſil.cxix.primo volumi.
Igitur ante verificationem intimationis conſtat iu-
dici non eſſe péſionem, ac ius ita excipiendi ſaluum
eſt parti, cum conditio nihil ponat in eſſe.§.ex con-
ditionali.inſtitu.de verbo.obliga.cap.j.de ſpon.in vj.
Non obſt. ſi pooderetur quòd non ſumus in condi-
tione, ſed io modo per dictionem dommodo: quia
7 noo refert † quoad inualiditatē fiat ſub conditione
vel modo, quando ſi modus non ſeruetur, ſubiici-
tur clauſula irritans ſeu annullans actum.ca.verum.
de condit. appo. tunc ſi quidem illud eſt pro forma
appoſitum, qua ooo ſeruata actus eſt nullus, quo-
niam dat eſſe rei, ſicut in l.ſi vnus.C.de teſta.l.an in-
otilis.de acceptil.l.j.§.ſi quis ita.vbi Barto.de verbo.
obliga.& Bald.ad hoc in l.j.ff.de libe.& poſthu. Nec
etiam obſtat quòd ab initio tenuit reſeruatio & eius
vigore eſt facta ſolutio quæ non debet retatdari do-
nec de nullitate ſeu extinctione ſit iudicatum.capit.
quetelam.de elect.e.conſultationibus.de iure patro.
ne interea priuetur commodo poſſeſsionis.capit.j.vt
lit.pend.quia procederet ſi nulla tranſlatio facta eſ-
ſet, vel ſi abſque tali modo aut conditiooe transfe-
rendi facnltas data fuiſſet: quibus caſibus de par-
tium conſenſu papa reſeroat ſimpliciter, & tunc
† noo impeditor penſionis præſtatio propter ſuper- 8
uenientem litero ſuper nullitate vel extinctione ex
eo quod literæ ſint liquidæ, & ex cooſenſu partium
ad quem papa reſpexit firmè quouſque contra eas
ſit res iudicata, ſecus ſi à principio fieret reſeruatio,
ſub conditione ſi talis conſentiret, ſeu alia, aut ſub
modo vt ſuprà, nam tunc non verificata prius con-
ditione aut modo non poſſet reus ad ſolutionem
compelli, niſi agens eſſet in poſſeſsione percipien-
di.d.ca.querelam.cum ſimili.qnoniam in bis titulus
non requiritnr.ca.in literis, & ibi Abb.poſt alios.de
reſtit.ſpo. Idem ergo quando adiicitur in euentum
tranſlationis ex quo & papa & partes aguot vt per
tranſlationem extinguatur & ceſſet, ſi intimatio in
tempore non ſequatur. Vnde de extinctione notoriè
conſtat ex literis tranſlationis, ita quòd fundata eſt
rei exceptio, cum non agatur ex primis literis reſer-
uationis, ſed ex ſecundis tranſlationis, ſeo nouæ &
ſecundæ reſeruationis, cum forma ſit quod extio-
guitur prima & denuo ſimilis reſeruatur perſooæ
nominatæ: poteſt itaque dici, noo eſt peoſionis ali-
qua reſeruatio, ſicut excipi quod aſſerta ſententia
oon eſt ſententia, & quod non eſt publicum inſtru-
mentum: & ſi diceret ſtatutum derogatum poſſe
iurare opponi qnod non eſt talis ſecnndum Bartol.
in l. diuus. de teſtamen. milit.& in materia † rei li- 9
qoidæ vel non, & quando contra guarentigiata lo-
cua ſit exceptioni vltra prædicta videatur Bartol.in
l.proinde.§.notandum.ff.ad legem Aquil.Abb.in ca.
ex parte ij.de offic.delega.& doct.allegati per Alex.
d.conſil. Ad hunc ſenſum facit etiam quod ait in
no.in capi.ſuper literis.de reſcript.vlti.colum.quòd
ſi actor † in actione includit & deducit exceptio- 10
nem, ſuo ligooe ſe percutit, & ei incumbit onus pro-
bandi ad excloſionem exceptionis, aliâs incumbe-
ret excipienti aliquid ponenti.l.j.de except.l.ij.ff.de
procur.cum gloſ.vbique & Goſ.in ſumma.eod.titu.
ij.colnm.cum reddat actionem ſuam dobiam quin-
imo in propoſito deſtruit eam & ſe excludit ex quo
aſſertio ſua & oegatio aduerſarij reperiuntur ſimul
& in eadem ſcriptura per expreſſum. Ex qoibua in-
fertur non debere poni clauſulam ſiue retardatio-
ne ſolutionia penſionis, qnæ qnaſi pro regula in
ſimilibus commiſsionibus apponitur. Et hoc not.
vt quotidianum vt inquit textus in l. legatum.
ff. de liber. legat. & babes voam limitationem ſeu
fallentiam ad exceptionem ad ſtylum reſcribendi
cum dicta clauſula.

SVMMARIVM.

1 *Non liberat.ca.Odoardus,de ſolutio.clericum à de-
bito ſed ſolum à moleſtia creditoris praſtando cau-
tionem,quòd ſolnet,ſi peruenerit ad pinguiorem for
tunam.ſicut per ceſsionem bonorum non dicitur ce-
dens ſoluere.ſed tantum liberatur ne carceretur,&
remanet obligatus ad ſoluendum quãdocunquè ſol-
uere poſſet,deducto ne egeat.*

2 *Lex aut capitulum debet regulariter facere ad ti-
tulum in quo ponitur, licet non ſemper de neceſ-
ſitate.*

3 *In multis caſibus in iure paupertas nocet & minuit
hominis fidem, non tamen hoc debet extendi extra
caſus à iure expreſſos cum proſit etiam in multis &
inſpicit lex aliquãdo magis perſonarum fidem quàm
facultatem.*

4 *Sententia adiudicatoria in beneficialibus non dat
titulum,ſed declarat ius ad victorem pertinere.*

5 *Dominium quando transferatur per ſententiam
remiſsiue.*

6 *Ad probandũ ſtylum ſignaturæ adducuntur quan-
doque commiſsiones aliàs ſignaturæ in caſibus ſi-
milibus.*

DECISIO XI.

PRopoſui in ſignatora iuſtitiæ. 1 5 t 9. an deberet
concedi quòd condemnatus per tres conformes
audiretur ſuper earum nullitate, fructibus & ex-
penſis in fine litis reſeruatis,conſtito de paupertate
condemnati parito quo ad poſſeſsionem ſi vigore
rei iudicatæ patendum ſit,& dicebam quòd ſic,tum
quia à iure conceditur beneficium.ca.Odoardus, de
ſolut.tum quia in Rota videram quaſdam commiſ-
ſiones ſimiles quaſi ſtylus talis eſſet qui pro iure ha-
beretur.cap.ex literis.de conſtitu.cap.quàm graui.de
cri.fal.& in hunc ſenſum fuit etiam domi.Ioan.An-
tonius de Triuultiis decanus, & quatuor alij, reli-
qui vero contradicebant eo fundamento, quia non
debet prius condemnatus audiri quàm fuerit eua-
cuatum iudicatum quo ad omnia, cle.vt calumniis.
de re iudi.in verbo plenariè.iunct.glo.quæ allegatur
in ca.reintegranda.iij.q.j.ad d.ca.Odoardus.licet de-
beat facere ad titulum.l.imperator.ff.de in diem ad-
iect.dicebatur non eſſe verum quòd habeat vim ſo-
1 lutionis, cum ſolum liberetur † clericus à moleſtia
creditoris præſtãdo cautionem ſi peruenerit ad pin-
guiorem fortunam. Ad hoc.§.fi.inſtit.de act.vbi per
ceſsionem bonorum non dicitur cedens ſoluere,ſed
liberatur ne carceretur,& remanet obligatus quan-
do ſatisfacere poſsit, deducto ne egeat: ſimiliter in
l.ſunt perſonæ.cum ſe.ff.de re iudic.quo ad priuile-
giatos de quibus ibi.Nam inanis actio dicitur quam
debitoris excludit inopia.l.nam & is.ff.de dolo.capi.
olim.ij.de reſtit.ſpo. Poſſet & aliter reſponderi ad id
2 quod lex † debeat facere ad titulum vbi ſituatur,
iuxta d.l.imperator.& no.in cap.j.&c.ſi ſuper gratia.
de offic.delega.in vj. de quo etiam Abb.in prohemi.
decret. vlti. colum & in cap. bone.de confir. vti.vel
inuti.in fi.quod ſatis dicitur facere.d.ca.Odoardus.
ex quo decidit quòd ob inopiam ad ſolutionem non
cõpellitur.Item quòd non eſt de neceſsitate vt ſem-
per faciat,vt in §.fin.iuxta gloſ.inſtit.de obli.quæ ex
qua.contra.& in ca.potuit,loca.vbi & gloſ.pro com-
miſsione etiam videbatur quòd ſi ſententiæ eſſent
nullæ & iniquæ, locupletaretur cum aliena iactura
victor ſi victus non audiretur ante plenam paritio-
nem contra æquitaté.l.nam hoc natura.ff.de condi.
indeb.cap.locupletari.de re iudic.in vj.& paupertas
quæ non eſt de genere malorum præſtaret impedi-
mentum vt agi non poſſet, & eo modo periret ius
ſuum. Paupertas autem potuiſſet eſſe in victo ſine
culpa victi, vnde lex puniret eum ſine culpa obli-
gando ad impoſsibile quod teneretur ad totalem
rei iudicatæ euacuationem contra regulam.cap.co-
gnoſcentes de conſtit.& l.ſin.quæ ſenten.ſi appella.
reſcin.l.impoſsibilium.ff.de regu.iur.& quamuis in
caſu.l.teſtium.in princip.ff.de teſti.& pluribus aliis.
in iure † paupertas diminuat de fide hominis & no- 3
ceat, extra tamen expreſſos id non eſt extenden-
dum, cum etiam in multis proſit, & aliàs magis lex
fidem inſpicit perſonarum quàm facultates.§.fina,
Inſtitut. de ſuſpe.tuto. Sed pro negatiua poteſt dici
quòd præſumptio quæ eſt pro tribus conformibus
tollat omnem iniquitatem, cum etiam in vna ſen-
tentia præſumatur quòd omnia rite proceſſerint, &
tanta eſt iudicialis authoritas vt ſemper pro eo præ-
ſumi debeat donec cõtra eum aliquid legitimè pro-
betur.cap.in præſentia.de renun.cap.cum inter.de re
iudic.& vt ſit finis litium.l.properandum.C.de iudi.
ca.finem litibus.de do.& contu.& ſi in vna vel dua-
bus conformibus cũcederetur commiſsio non con-
tra tres conformes ratione calumniæ quam conſi-
derauit dominus Clemens.d.cle. quod in vna vel
duabus non eſt cautum quòd de nullitate ſine pari-
tione dici nequeat cum nec mereantur nomen ſen-
tentiæ, neque executionem ſi ſint nullæ.l.iiij.§.con-
demnatum.ff.de re iudic.ca.fi.eod.titu.in vj. Et dato
ſine præiudicio quòd ſine culpa, non tamen ſine
cauſa pateretur & à iure conſiderata per d.cle.capit.
quoniam frequenter.§.ſunt & alij,vt lit.non conteſt.
Et per prædicta tolleretur quòd dicebatur de nu-
triendo peccato in vincente habente forſan ſcientiá
quod contra veritaté obtinuiſſet, & quia ſententia
facit ius inter partes.l.ingeniũ.ff.de ſta.ho.d.ca.cum
inter.& ibi Abb.ij.col. licet † in beneficialibus ſen- 4
tentia adiudicatoria non det titulum, ſed declarat
ius ad victorem pertinere, de quo quando eſſet pri-
uatiua, quando declaratiua & de eius effectu. Idem
Abba.in capit.j.de conceſ. præben.& de materia, &
quando † per ſententiam transferatur dominium 5
videatur Bart.in l.ex hoc iure.de iuſti.& iur.in l.mi-
les.§.fin.de re iudic.rext.in l.ſic uti.§.ſed & ſi quæra-
tur.ff.ſi ſerui.vendi.in cap.ſorũs.iunct.gloſ.in verbo
iuris ſtatus.de verbo.ſignifi.Pro affirmatiua videtur
etiam facere quòd iura loquentia de paritione de-
beant accipi data poſsibilitate ſicut commoditate:
aliâs per remedia & priuilegia iuris.l.nepos proculo.
ff.de verbo.ſignific.& quòd Clemen.ſimpliciter lo-
quens declaret & ſe referat ad paritiones à iure
conceſſas, licet ex aduerſo dictum ſit quantum ad
hnc quòd nutriretur maior calumnia in multis qui
ſub clipeo inopiæ poſt tot ſententias & diſpendia
iterum ad cauſam venirent: quicquid ſit in veritate
in alia ſignatura fuerunt adductæ quædam † com- 6
miſsiones ſignatæ & conceſſæ prout in thémate,
& ita fuit concluſum quòd iſta admitteretur: ſtylus
autem potuit reſpexiſſe ad fundamenta pro affir-
matiua conſiderata.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Si agitur contra Titium vt heredem Gay obligatum ex contractu non cogitur actor intimare Titio contractum obligationis, ſed ſufficit facere eum in ius vocare vt heredem obligatum ex tali cauſa, & probare poſtea in iudicio quod Gaius erat ſibi debitor, & Titius eſt heres ipſius Gay, aut alias tenetur pro eo.*

2 *Si penſionarius vult agere ad pœnas contentas in literis apoſtolicis penſionis: tunc eſt neceſſaria earundem literarum intimatio vbi quis non conſenſiſſet, vel per alium praſtitiſſet conſenſum.*

DECISIO XII.

PRopoſui etiam commiſsionem eodem anno
1519. in qua Petrus Males fecerat intimari mo-
nitorium de ſoluendo penſionem ſibi reſeruatam
cuidam. I. qui ſucceſſerat in beneficio grauato, &
qui non conſenſerat reſeruationi penſionis, & quia
I. per procuratorem comparuerit, petebat. P. quòd
non obſtante commiſsione præinſerta, in qua fue-
rat additum vt auditor cameræ procederet conſtito
de intimatione literarum penſionis, auditor proce-
deret non obſtan. quòd literæ non eſſent intimatæ,
attento quòd non agebatur ad pœnam priuationis
nec incurſum cenſurarum, ſed ad ſolutionem dun-
taxat debitarum penſionum, & dixi debere cõcedi,
1 & ita fuit concluſum ſicut ſi agerem † contra Titiũ
ex aliquo contractu vt hęredem Gaij obligatũ, cum
actiones tranſeant actiue & paſsiue in hæredem. l. j.
C. vt act. ab hæ. & con. hæred. inci. non cogeret ei in-
timare contractum obligationis, ſed ſufficit citari fa-
cere eum vt hæredem obligatum ex tali cauſa, & in
iudicio poſtea probare quòd Gaius erat mihi debi-
tor & Titius citatus, vel aliàs comparens per procu-
ratorem eſt hæres Gaij, aut aliàs tenetur pro Gaio.
ſatis eſt etiam oſtendere apud acta. I. obtinerę bene-
ficium cum fructuum perceptione ſuper quibus eſt
reſeruata penſio, non obſtante quòd dicitur ſucceſ-
ſorem non obligari niſi literis ſibi intimatis, ex quo
probabiliter ignorat alium conſenſiſſe. l. fina. ff. pro
ſuo. cap. ab excommunicato. cum ibi no. de reſcript.
quia hic agitur vt ſoluat penſionem quæ debetur ex
fructibus quos percipit, quo caſu non reperitur,
quòd requiratur obligationis intimatio ad iuriſdi-
ctionem cum ſit ſatis in citatione talia exprimi, per
quæ plene intelligat monitus ſuper quo cõuenitur.
2 cle. ij. vt lit. pen. Secus † ſi ageret ad pœnas iam di-
ctas, tunc enim neceſſaria eſſet intimatio literarum
quando quis non conſenſiſſet, vel per alium conſen
ſiſſet non per ſeipſum. Nam propter grauitatem pręiudicij & cenſura & ſpiritualia quæ ligant animam
principaliter, vt inquit Abb. in c. P. & G. de offi. dele.
c. veritatis. de iureiur. & propterea in rem inanima-
tam proferri non poſſunt. c. Romana. §. in vniuerſita
tem. de ſen. excom. in vj. eſt neceſſaria certa & indu-
bitata notitia ad no. Innocen. qui ſolet communiter
allegari. in c. fin. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. vt
Ludo. Ro. allegat conſilio cccclxxxij. quòd eſt ne-
ceſſaria perſonalis citatio, facit gloſſ. pen. in c. qui ad
agendum. de proc. in vj. quoniam abſq; monitione
perſonali non debet irretiri cenſuris cum non eſſet
in contumacia, ſine qua excommunicatio non infli-
gitur ab homine. xj. q. iij. epiſcopi ſi ſacerdotali. &
ibi no. Abb. in c. j. de iudic. iij. col. & in c. reprehenſi-
bilis. de appel. & de his vide quæ poſtea annotaui in
illa deciſione Rotæ quòd conſentientes per ſe reſer-
nationi penſionis incurrunt pœnas excommunica-
tionis & priuationis ſi non ſoluant in tempore, ſe-
cus ſi per alium, & ibi latius incipit dubitaui in vna
Vladis Ladienen.

SVMMARIVM.

1 *Per reſtitutionem aduerſus ſententiam impediuntur literæ executoriales: ne illarum vigore executio ſententiæ fiat, cum reſtitutio in priſtinum ſtatum reponat reſtitutum.*

2 *In cauſis agitatis in Ro. cu. & maximè in Rota ferè ſemper victus victori condemnatur in expenſis.*

3 *Quando prima ſententia confirmatur ex eo quia reperitur bene iudicatum, tunc ex ſecunda ſententia oritur actio non ex prima, & ſecundus iudex debet facere executionem: & hoc etiam obſeruat ſtylus ſignaturæ in commiſsionibus executionum.*

4 *Delegatus principis poteſt de iure exequi ſententiam abſque vlteriori commiſsione, tamen in curia Ro. propter præſentiam papæ & derogationem regulæ quod executoriales literæ aliter quam ſub plumbo expeditæ non arctent, ſemper ſolet commiſsio impetrari iudici poſterioris ſententiæ etiam pronuncianti illam bene latam, aut appellationem ex lapſu fatalium eſſe deſertam.*

DECISIO XIII.

HAbuerat T. ſententiam quæ tranſiuerat in rem
iudicatam, & obtinuerat decerni literas execu
toriales: condemnatus impetrauit reſtitutionem
aduerſus eam, in qua reſtitutione fuere latæ duę ſen-
tentiæ confirmatoriæ primæ vſque ad alium tran-
ſitum in rem iudicatam: petebat T. volens excuſari
ab vlterioribus expenſis quod primæ executoria-
les ſeruirent & poſſent intimari perinde ac ſi virtu-
te vltimæ ſententiæ decretæ fuiſſent, fuit negatum
in ſignatura iuſtitiæ, pro qua negatiua facit quia
† per reſtitutionem videntur euacuatæ executoria- 1
les prædictæ & impedita executio ſententiæ: nam
reſtitutio reponit quem in priſtinum ſtatum. l. quod
ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. l. vnica. C. de in integ.
reſtit. poſth. ne quid no. fi. & l. j. & l. fin. de ſenten.
paſ. c. ſuſcitata. & ibi gloſſ. de reſti. in integ. ¶ Peti-
tio tamen ſaporem innuebat ad vitandum expenſas
ſuperfluas, & ex eo quod condemnatus non ſenſiſ-
ſet damnum quin potius exonerationem & diminu
tionem expenſarum, ex quo in curia † vt plurimũ & 2
in Rota ſemper victus victori cõdemnatur in expẽ.
& præcipuè quando agi poſſet ex confirmato, ſicut
ex confirmante, vel ex vtroque, prout ex declarato
agitur. l. aſſe toto. de hæred. inſtit. & ex impleto non
ex implente. l. cum enim. ff. de noua. ¶ Super quo ar
ticulo ex qua ſententia oriatur actio videatur text. in
l. actori. de reb. cre. glo. in l. eas. in verbo iniuſtam, &
ibi Bart. C. de appel. & idem Bart. in l. j. ff. de re iudic.
¶ Et quis iudex exequatur per eundem, in l. à diuo
Pio, in princip. eo. tit. & per doct. in l. tale pactum. §.
qui pronocauit. ff. de pact. & ex dictis Bart. colligi-
tur oriri † actionem ex ſecunda non ex prima ſen- 3
tentia quando confirmatur prima, quia reperitur

beoe iudicatum ; & tunc ſecundus iudex debet exe-
qui, quod facit pro decreto ſignaturæ, & hoc etiam
4 quod licet de iure delegatus † à principe poſsit exe-
qui ſententiam abſque alia commiſsione. c. quærenti,
de offic. deleg. Bart. in d. l. à diuo pio. Nihilominus
in curia ſemper babetur commiſsio forſao etiam
vltra præſentiam papæ ob derogationem regulæ
quòd executoriales literæ aliter quàm ſub plumbo
expeditæ non arctent io caſibus in quibus diſponit:
& videmus quòd commiſsio executorialis dirigitur
iudici qui vltimò iudicauit oon inſpecto quòd con-
firmauit tanquam beoe latam, vel quod ex lapſu fa-
talium proouutiauerit appellationem deſertam, aut
aliàs ex ea cauſa coofirmauerit, vnde ſignatura po-
tuit ad huiuſmodi ſtylum reſpexiſſe,

SVMMARIVM.

1 *Etiam parte non petente in reſcripto ſeu commiſſione, ſi papa vel cardinalis dicit placet quod ſummarie &c. aut quod appellatione remota in cauſa procedetur ſummariè & remota appellatione.*

2 *Si in commiſsione petatur per verbum ſummarie, aut alia verba æquipollentia, quòd proceſſus ſit ſummarius & regens cancellariam apoſtolicam in ſignatura ſeu extenſione ſua poſuerit quòd poſsit procedi ſummarie &c. quamuis in ſignatura papæ aut Cardinalis ſit ſolum verbum placet, cauſa dicetur ſummaria.*

3 *Vbi non petitur quod poſſet procedi ſummarie, ſignatura papæ aut Cardinalis per verbum placet, non concedit cauſam ſummariam ſed petita duntaxat. Neç tunc regens poteſt extendere quod ſummariè poſsit procedi.*

4 *Hodie nil refert an ſit in ſignatura regentis quòd ſummarie &c. vel ſine dictione &c. licet antiqui exigerent dictionem &c. ſine qua dicebant quod non veniebant alia videlicet de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij cum eſſent diuerſa & vnum ſine alio ſæpe committeretur.*

DECISIO XIIII.

OBſeruatium eſt meo tempore quod in qua-
cunque cauſa prophana & aliàs oon ſumma-
ria, & iniuriarum quæ non includitur in cle. diſpen-
dioſam. de iudic. declarata per extrauagantem ad re-
primeodum, quo. io cri. le. ma. proc. & per cle. ſępe. de
verb. ſign. ſufficiat pro ſummario proceſſu quod in
ſignatura papæ aut Cardinalis dicatur placet quod
1 ſummarie, &c. etiam ſi † pars petiiſſet tantum quod
ſummarie abſque eo quod ſubiunxiſſet ſimpliciter
& de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel ſola fa-
cti veritate inſpecta terminis etiam non ſeruatis vel
alia verba de quibus Rot. deci. ij. de reſcri. in no. Idē
ſi nec verbū ſummarie procedi, vel aliud circa pro-
ceſſum ſummariū potuiſſet in reſcripto, eum ſolius
2 principis ſit cauſam ſummariā concedere & appella
tione remota, petat pars vel nō ſecundū gl. in c. fi. de
hæreti. in vj. & in c. quod tranſlationem. de offi. lega.
& Abb. io c. j. de tranſact. & in c. paſtoralis. ij. col. de
3 appel. & dicitur etiā ſommaria cauſa † ſi regens can-
cellariam in ſigoatura ſua ſeu exteoſione poſuerit
procedat ſummarie, &c. quamuis io ſignatura papæ
vel Cardinalis eſſet ſolum verbū placet, quia de mo-
re nō ſolet pouere quod ſummarie hodie, dúmodo
hoc caſu io cōmiſsione ſummarius proceſſus per ver
bum ſummarie vel per alia verba ſit petitus, ex quo
hodie inoleuit ſtylus vt ſufficiat, & per tale verbum
ſine aliis ſummarius proceſſus intelligatur peti & cō
cedi. Nam † ſi oō eſſet petitum, Cardinalis aut papa 3
per verbum placet nō dediſſet cauſam ſummariam
ſed petita duntaxat, & regeos ad extendendum ſi-
goaturam præpoſitus ex ſe id non poſſe, oec facias
vim an in ſignatura † vel extenſione quod ſummarie 4
ſit dictio, &c. his caracteribus poni ſolita. vel oō ſit,
quia licet antiqui iſtud exigerent ad ſummariam co-
gnitionem cooceſſam pro quibus deciſ. xxviij. io no.
de reſcrip. & Egid. cccxxxviij. in cauſa dicens quòd
per verbum, &c. omoia petita videntur conceſſa. Mo
derni tamen ſine tali dictione tranſeunt, ſi quādo in
aliqua commiſsione omittatur, quod rato cōtingit,
& inaduertenter & operatur dictio, &c. quod per eā
vult quis idem quod omittit. dicit Bat. in l. ga. lus. §.
idem credendum. de libe. & poſthu. & per hæc decla
ratur quomodo ſiot practicandæ hoc tempore deci-
ſiones. ij. & ix. ac xxviij. de reſcrip. in no. cum ſi. & d.
deciſ. Egi. cccxxxviij. ac cccxciiij. cum io cōmiſsiooe.

DE CONSVETVDINE.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt clerici exigere à laicis prætextu conſuetudinis aliquid temporale, etiam ſi repletionem ventris vel aliam vtilitatem priuatam reſpiciat, vt in Britannia tertiam partem mobilium in fabricam eccleſiæ aut pauperibus diſtribuendam, & talis conſuetudo eſt laudabilis. & ſufficit quòd non ſit irrationabilis, hoc eſt, peccati inductiua.*

2 *Vbi clericis aliquid temporale longo tempore ſoluerunt laici præſumuntur ſe ad id voluntariè obligare, nec habet vitium: imò potius laudabile fundamentum quod ex mera voluntate populi introductum eſt, non tamen petetur aliquid pro ſacramentis quæ prius liberè conferri debent, ſed quod prætextu conſuetudinis laudabilis eſt debitum.*

3 *Etiam ſi tempore ſacramenti aliquid conſuetum ſit exhiberi huiuſmodi conſuetudinis prætextu peti poteſt ex eo, quia præſumitur populum voluiſſe ſpontaneè obligare longo tempore iſtud ſeruando in recompenſationem ſpiritualium, cognoſcendo Deum in donis ſuis, atque eleemoſynis peccata redimendo.*

4 *Vbi exactio præcedens dedit cauſam conſuetudini, tunc non valet talis conſuetudo.*

5 *Sufficit tempus decem annorum ad inducendam conſuetudinem præfatam contra laicos, & vide remiſsiuè de modis probandi huiuſmodi conſuetudinem.*

6 *Quando ſumus in dicta conſuetudine inducenda, magis præſumitur quòd ex cupiditate procedat niſi de contrario conſtet: quando vero in inducta nec appareat de origine, nec ex qua cauſa ſit inducta tunc præſumimus inductam ex liberalitate aut ex alia cauſa approbata à iure, puta loco decimarum cenſus cathedratici, vel alterius iuris.*

DECISIO VNICA.

NON eſt reſpuenda conſuetudo quòd re-
ctor, curatus, ſeu parochialis habeat le-
ctum & meliorem veſtem mariti vel vxo
ris aut alterius morientis qui fuit caput
domus, vt concluſit palatium de menſe Nouemb.
1521. in vna coram domino Bartholomæo de Petra-
ſancta per c. ad apoſtolicam, de ſimon. cum clerici
1 † poſsint à laicis aliquid temporale prætextu conſue
tudinis exigere etiam ſi repletionem ventris aut a-
liam priuatam vtilitatem reſpiciat, vt in dicto cap.
apoſtolicam. & cap. Iacobus. eod. titu. & vbique do-
cto. communiter exemplificantes de tertia mobi-
lium tempore mortis quæ in Britannia ſoluitur in
opus eccleſiæ vel pauperum. Item quòd capellanus
habeat caput bonis à nubentibus, vel ei offeratur
candela groſſa cum denariis, vel aliud quid certi. Ita
Innoc Hoſt. Collect. Ioan. And. Car. But. & Abb. in d.
iuribus. Item Hoſt. in d.c. ad apoſtolicam. & Henri.
Boich. in d.c. Iacobus. exemplificant etiam in ſacer-
dote vt habeat lectum vel veſtes mortui. talis enim
conſuetudo, vt inquiunt, laudabilis eſt, & ſufficeret
quòd non eſſet irrationabilis, hoc eſt inductiua pec-
cati ait Egi conſil. xxxj quod mulier, col iij. non ob.
quòd videatur præſumi cupiditatis cauſa, & ex ra-
dice auaritiæ proceſsiſſe. c. non ſatis. c. cum in eccle-
ſiæ. eod. titu. cum ſimi. & Egid. in d. conſi. Vbi multa
pro damnata conſuetudine conſiderat: quia vt doct.
2 præfati vbi ſupra dicunt ex quo † laici aliquid tan-
to tempore ſoluerunt, præſumuntur ſe ad id volun-
tariè obligaſſe, non quòd pro ſacramentis, quæ
prius liberè conferri debent, aliquid petatur, ſed
quia gratis à laicis fuit exhibitum, ex vi conſuetudi-
nis poſtulatur quòd quando ex mera liberalitate &
deuotione populi introductũ eſt, non habet vitium,
quin potius laudabile fundamentum & valet ſecun-
dum Abb. in c. ſuam. eo. ti. quia non eſt magnum nec
mirum ſi ab eo metuntur temporalia qui ſeminant
ſpiritualia c. cum ex officij. de præſcrip. & in c. ſi epi-
ſcopus. de offi. ordi. in vj. ad hoc tex. in d.c. ad apoſto
licam. ibi, laudabilem conſuetudinem pia deuotione
3 fidelium introductam. Item idem † ſi tempore ſacra-
menti aliquid exhibeatur, vt videatur populus lon-
go tempore iſtud ſeruando ſe velle ſpontaneè obli-
gare in recompenſationem ſpiritualiũ, recognoſcen-
do Deum in donis ſuis, atq; peccata eleemoſynis re-
dimendo. de pe. di. j. medicinam. Ita Abb. vbi ſupra,
4 & Io. de Ana. in d.c. ad apoſtolicam. Si † verò exactio
præcedens dedit cauſam conſuetudini, tunc non va-
let. vt dicit Abb. Ponit etiã Abb. in d.c. ſuam. modos
probandi conſuetudinẽ in iſtis ſpiritualibus, putans
5 ſufficere † tempus decem annorum ad eam contra
laicos inducendam, ideo quando ſumus in inducen-
6 da, præſumendum eſt † magis quod ex cupiditate
procedat, niſi conſtet de contrario: quando verò in
inducta, nec apparet de origine ex qua cauſa præ-
ſumamus inductam ex liberalitate, aut alia cauſa ap-
probata à iure, puta loco decimarum ſenſus cathe-
dratici ſeu alterius iuris, vel quod ſit in diuinum
cultum conuertendum, vt dicit Io. de Ana. poſt alios,
in d.c. ad apoſtolicam. ex his cauſis, & ſimilib. conſue-
tudinem habere compulſionem, vel quod cauſa nõ
inducat peccatum ſecundum Egi. in d. conſi. & quia
in dubio ex iuſta potius occaſione quàm iniuſta, &
pro validitate l. metico. ff. pro ſoc. l. quoties. ff. de re-
bus dub. & c. Abbate. de verbo. ſignific. Egid. autem
in dicto conſi. loquitur in alio caſu, & non contra-
dicit concluſioni.

DE RENVNCIATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas & mandatum licet morte finiantur, actus
tamen ceſsionis. ſeu reſignationis, & prouiſionis per
ſolam ſignaturam eſt perfectus ex quo habet conſen-
ſum cedentis per procuratorem facientem ſupplica-
tionem & porrigentem illam papa: quia tunc per-
inde eſt ac ſi cedens porrexiſſet ex quo eius mandato
fecit.*

2 *Antequam admittatur ceſsio & fiat prouiſio be-
neficij reſignati poteſt cedẽs reuocare & mutare vo-
luntatem, quæ ſi non reuocatur durare præſumitur.*

3 *Sufficit ad validitatem actus conſenſus vndecunq;
collectus & poteſt ad præſtandum ipſum compelli de
iure reſignans qui ſupplicationem papæ porrexit: li
cet hoc in practica non ſeruetur.*

4 *Procurator reſignantis mortuo ipſo reſignante po-
teſt aſtringi de iure ad præſtandum conſenſum in
cancellaria vel camera pro expeditione literarum
cum talis conſenſus non ſit niſi executio ad actũ per-
fectum nec quo ad hoc expirante mandatum.*

5 *Cepta adimplere tenetur procurator & multò ma-
gis facta conſeruare, & pro illorum executione quic-
quid expedit aut neceſſarium exiſtit facere, noua
tamen inchoare non tenetur.*

6 *Conſenſus qui præſtatur in camera vel cancellaria,
dummodo alias poſſet legitimè probari, non eſt de ſub
ſtantia reſignationis. ſed tantum ad ipſius probatio-
nem, cum propter regulam cancellariæ literæ apoſto-
licæ ſine eo ſeu probatione vel oſtenſione illius expe-
diri non poſſunt. Et ob eam rem huiuſmodi regula
non eſt de dandis, cum reſpiciat expeditionem lite-
rarum.*

7 *Sicut in cedente exigitur conſenſus vt ceſsio ſor-
tiatur effectum, ita in ceſsionario requiritur etiam
conſenſus ſeu acceptatio vt beneficium poſsit dici
ſuum, quia inuito non datur beneficium.*

8 *Duæ extrauagantes ſeu declarationes fuerunt edi-
te per Alexand. vj. & Leonem x. quibus determi-
natum fuit conſenſum præſtari poſſe per procura-
torem poſt obitum conſtituentis datata & ſignata
ſupplicatione viuo reſignante & bulla declaratio-
nis Alexan. fuit producta in quadam alia cauſa &
ſecundum eam iudicatum.*

DECISIO PRIMA.

CONCLVSVM fuit in vna Senen. pa-
rochialis coram domino Martino de Spi-
noſa 1513. quòd conſenſus ad beneficia
reſignata potuit præſtari poſt obitum re-
ſignantis, dummodo ſupplicatio eſſet ſignata & da-
tata viuo reſignante, prout erat, nam licet † voluntas 1
& mandatum morte finiantur. l. iiij. ff. loca. c. ſi gra-
tioſe. de reſcript. in vj. §. recte. inſti. man. actus tamen
ceſsionis & prouiſionis per ſolam ſignaturam erat
perfectus ex quo habebat conſenſum cedentis per
procuratorem, qui fecerat fieri ſupplicationem &
porrigi papæ, quod perinde eſt ac ſi cedens porre-
xiſſet

xiſſet cum mandato ſuo feciſſet.l.j.ff.de procurat.re-
gula.qui facit per alium,de re.iur.in vj.quo caſu non
eſt dubium valere ceſsionem ad partis ſupplicatio-
2 nem admiſſam,& hoc † niſi conſtaret quod ante ad-
miſsionem & prouiſionem cedens reuocaſſet muta-
ta voluntate,alias voluntas durare præſumitur,cap.
maiores,de baptiſ.in fi.vbi gloſſ.allegat concord.fa-
cit.l.cum tacitum.de probationib. & quod Batto. in
l.fideicommiſſa. §.ſi rem. ff.de lega.iij. Vndecunque
3 † enim colligatur conſenſus, ſufficit ad validita-
tem actus & poteſt quis ad id compelli. c. quidam.
4 de renuncia.& ibi Butr. nam procurator † mortuo
cedente poteſt ad conſentiendum in cancellaria vel
camera pro expeditione literarum aſtringi, ex quo
talis conſenſus non eſt niſi executio ad actum per-
fectum, & ad hoc non expirauerat mandatum:cum
iſtud ſit declaratio nihil addens rei perfectæ,non di-
ſponens de nouo, ſed factum exequens ac ſignifi-
cans.l.hæredes palam §.ſi quid.ff.de teſta. c.paſtora-
lis.§.fina. de appella. & ibi Abb. in princip. ad hæc.
l.nam & Seruius. §. ſi vino Titio. ff. de nego. geſt.
5 Vbi procurator † tenetur cepta adimplere, non no-
ua inchoare,multo ergo magis facta conſeruare, &
pro illorum executione ac expeditione quidquid
expediat aut ſit neceſſarium facere.non obſt.l.bono-
rum. ff. rem ra. habe.quod extrema eſſent impedita
propter mortem inter datam & conſenſum: quia
procederet ſi de conſenſu in vita, vt ſuprà non con-
6 ſtaret: vel ſi is in cancellaria † aut camera præſta-
turus eſſet de ſubſtantia non ad expeditionem ſeu
probationem, nam regula de beneficiis reſignatis
dicit, quòd literæ nullatenus expediantur, niſi re-
ſignans expeditioni huiuſmodi conſenſerit, & non
eſt de dandis eum reſpiciat expeditionem, nec re-
fragatur quod notarius recipiens conſenſum, dicit
quod talis conſentit ceſsioni & literarum expedi-
tioni,quia optime facit cum reſpiciat ad tenorem
ſupplicationis,& ceſsioni etiam verè conſentiat, &
ſi antea non eſſet præſtitus aut probari non poſſet,
tunc eſſet ad eſſentiam & de ſubſtantia, ex quo in
iſto actu ſicut in omni alio neceſſarius eſt conſen-
ſus.l.j.ff.de pactis. Sed ſi prius fuiſſet præſtitus, &
de eo conſtaret, tunc eſſet ad expeditionem litera-
rum iuxta regulam, quis enim diceret non eſſe per-
fectam gratiam cum conſenſu neceſſario? Si ergo
porrigo papæ ſupplicationem in qua cedo, vt in ea
dicitur:& alius petit prouideri, poſtquam papa ad-
mittit quamuis ſecundo loco coram notario præ-
ſtem conſenſum, certè nullus. Nec obſt. cap. ſi tibi
abſenti.de præben.in vj.vbi vt tuus dici valeat: quo-
7 niam ſicut in cedente reſpectu † ceſsionis conſen-
ſus exigitur, ita in ceſsionario cui prouidetur, ad
hoc vt ſit ſuum requiritur acceptatio, nihilominus
quo ad ceſsionem ſufficit conſenſus cedentis modo
iam dicto quo ad prouiſum, vt in dicto cap. ſi tibi
abſenti. & in l.abſenti. ff.de do.quia in inuitum non
radicatur beneficium,regula inuito, de regulis iur.
ff.l.nec emere. C.de iure deliberandi. Pro decìſione
8 vltra prædicta eſt extrauagans † Alexan.vj.determi-
nans conſenſum poſſe præſtari poſt obitum, cui de-
clarationi in dubio iure eſt ſtandum inquit Pau. de
Caſtr.in dicto §.ſi quid. Anchar.conſi.ccxciij.Felyn.
in cap. cum olim. de re iudica. & dum de conſenſu
prædicto in camera aut cancellaria præſtatur in ſi-
gnatura papæ,de anno 1520. fieret verbum, papa
Leo meminit ſemper audiuiſſe ita fuiſſe tentum &
mihi & aliis diſceptantibus dixit, & quod ea pars
ſibi placebat.

SVMMARIVM.

1 *De ſtylo curia & de more cardinalium eſt quod ipſo-
rum conſenſus præſtatur ab eis in reſignationibus
per cedulam propria manu ſubſcriptam,proprióque
obſignatam ſigillo: quæ poſtea præſentatur notario
cancellariæ aut cameræ apoſtolicæ.*
2 *Vbi in gratia ſeu literis apoſtolicis appoſita eſt clau
ſula gratificationis præfertur prouiſus per illas al-
teri prouiſo etiam apoſtolico eiuſdem data & poſſeſ-
ſori non habenti ſimilem gratificationem,alias data
paritate præfertur poſſeſſor.*
3 *Per reſignationem beneficij factam in manibus ſu-
perioris admittentis eandem reſignans admittit ne-
dum poſſeſſionem, ſed etiam proprietatem & titu-
lum,ſed ſi fuerit facta in manibus priuati, valet in
præiudicium cedentis, & non ſuperioris ſine cuius
admiſsione non perditur proprietas nec titulus, li-
cet admittatur poſſeſſio.*
4 *Reſignans beneficium in manibus priuati, ſi ſpolia-
tur,poteſt illud repetere à ſpoliante, tanquam ha-
bens ante admiſsionem ſuperioris verum ius & ti-
tulum in eo, non tamen contra ordinarium qui po-
teſt ceſsionem approbare vel reprobare.*
5 *Si reſignans beneficium in manibus priuati impe-
trat aliud beneficium ante admiſsionem ſuperioris,
tenetur facere mentionem de beneficio taliter reſi-
gnato.propterea quia adhuc non dicitur titulus à
cedente abdicatus, nec dicitur reſignans eccleſiæ
perditur donec ſuperior reſignationem admittat.*
6 *Notarius cancellariæ aut cameræ non præficitur ad
admittendu vel reprobandu reſignationes benefi-
ciorum, ſed tantum ad recipiendum ſeu teſtifican-
dum reſignantium conſenſus iuxta tenorem ſuppli-
cationum ſignatarum aut ſignandarum cum ad ſo-
lum papam ſpectet reſignationes in Ro. cur.factas
admittere vel reprobare.*
7 *In præiudicium ſuperioris currit tempus ad confe-
rendum ob negligentiam ſuam à die renunciationis
in manibus priuati facta & non à die ratihabi-
tionis.*
8 *Conſenſus ſiue præſtetur ante datam prouiſionis
ſiue poſtea ſemper trahetur ad diem datæ ipſius
prouiſionis.*

DECISIO II.

Cardinalis Cibo ceſsit canonicatui & præben.
Friſingen.in fauorem duorum diuerſis diebus
per cedulam de more Cardinalium coram notario
cancellariæ propria † manu ſubſcriptam proprióq; 1
ſigillo ſigillatam, papa poſtea eadem die ſignat ſup-
plicationem pro vtroque gratificando vni ex eis
tantum. fuit dubitatum coram domino Staphileo
de menſe Maij 1521. cui deberentur: & conclu-
ſum † quòd habenti gratiam gratificationis,ex quo 2
de prioritate non conſtabat,licet pro nõ habẽte gra
tificationẽ conſenſus prius fuiſſet præſtitus ſicut nõ
data gratificatione reſpiceretur poſſeſsio.c.ſi à ſede
de præb.

de præben.in vj.non obſt. quòd pro non gratificato
ptius Cardi.conſenſerat quaſi à ſe omnia abdicaſſet
ſecundum Ro.de renunc.in no. iiij. voleusq́; per re-
3 nunciationem factam in manibus †ſoperioris videa-
tur amiſſa etiam proprietas, & quòd admiſsio ſupe-
rioris non eſt niſi quædam abſolutio vel dimiſsio à
ſua iuriſdictione per quam non confertur nec aufer
tur ius ſeu titulus in beneficio. Et quòd ſuperior po
reſt dici notarius cancellariæ aut cameræ ad recipiē-
das reſignationes aut earum conſenſus præpoſitus.
Idem quòd contra renunciantem poteſt excipi etiā
de tacita renunciatione.gloſſ.c.ex ore.de his quæ fiūt
à ma.par.cap.& c.quòd in dubiis.de renūc.Ita quod
primus conſenſus tantum ſit in conſideratione non
ſecundus, quia reſpōdetur quòd ante admiſsionem
bene valet ceſsio etiam in manibus nō habentis po-
teſtatem in præiudicium cedentis non ſuperioris. c.
fi.eo.ti.& Car.& Imo.in d.c.ex ore. Item quòd non
perditur proprietas ſine licentia & admiſsione præ-
lati, quāuis perdatur poſſeſsio tanquam nihil habēs
ſpiritualitatis,neq; vinculi indiſſolubilis,& quia fa-
cilius amittit.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſ.
Ita Inno. & But. in d. c. quod in dubiis,& Rot.Biſi-
gnet.iij.& iiij.de renunc.in anti. firmans cedentem
4 †poſſe agere quouſq; fuerit priuatus.& beneficium
repetere ab intruſo vt ius habētem, dummodo non
agat contra ordinarium,& quòd ante admiſsionem
ſequutam interea remanet verum ius & titulus in
beneficio ſecundum Inno.in d.c.quòd in dubiis.Et
ex hoc infert Fely.in.c.in noſtra.xxxiiij.cor.de reſcr.
5 neceſſe eſt facere mentionem † de beneficio taliter
renūciato in impetratione alterius beneficij, quod
non eſſet ſi ius & proprietas non remanerent. Titu-
lus namque non dicitur à cedente abdicatus,nec ce-
dens eccleſiæ perditus donec papa admittit, quia ſe-
cundum Goſ.in ſum.eod.tit. licet perdat eccleſiam
non perdit ne eccleſiæ niſi ſuperiore volente. Ita etiā
But.in d.c.fi.quòd ſuperior poteſt approbare vel re-
probare,& quod dicit Henr. Bohic. in d. c. quod in
dubiis.& d.c. fi. ex quibus patet non obſtare ceſsio-
nem fuiſſe factam niſi fuiſſet admiſſa per habentem
6 poteſtatem: poteſt etiam dici quòd notarius †in can-
cellaria aut camera non ſit appoſitus ad admitten-
das vel reprobandas reſignationes beneficiorum,
ſed duntaxat ad recipiendum earum conſenſus iux-
ta tenorem ſupplicationum ſignatarum : vel ſignā-
darum ſolius enim papæ eſt admittere vel negare,
non notariorum coram quibus præſtantur conſen-
ſus ad probationem ſeu expeditionem literarū, ſtan-
te regula quòd literæ apoſtolicæ non expediantur,
niſi reſignans conſenſerit, vt dixi in proxima deciſ.
Ideo nota, cōſenſus eſt quòd talis cōſentit reſigna-
tioni & literarū expeditioni : quamuis in aliquibus
cedulis Cardinalium apponatur quòd cedit & reſi-
gnat, quòd ex prædictis nō ob. dicta ad deciſ.primā
de elec. in antiquior.Biſignet.vbi inſpicitur dies ceſ-
ſionis nō admiſsionis, dixi quòd data eius veritate
ibi illud eſt in præiudiciū ſuperioris qui poterat ad-
mittere,& nō admittere renūtiationem factā in ma-
7 nibus priuati,& propter eius †negligentiā in nō rati
ficando ſeu approbādo vel reprobando huiuſmodi
reſignationem tempus Lateranen. cōcilij ad confe-
rendū incipiat currere ſibi à tempore renūtiationis,
& non à tempore ratihabitionis: ſed ex hoc non ſe-
quitur quòd ante admiſsionem ius & titulus non
remanſiſſet vt ſuprà. Itē in papa id nō cadit qui pro-
babiliter putat conſenſum non procedere, & magis
eſt quòd conſenſus † trahatur ad diem datæ ſuppli-
cationis, quàm data ad diem conſenſus, patet quia
literæ dicunt hodie in manibus noſtris,&c. Vnde
quando conſenſus procedunt non videtur effectua-
lis ceſsio niſi in die admiſsionis, licet notarij recipiē-
tes conſenſus in hoc referant & repræſentent perſo
nam papæ, habito tamen reſpectu ac relatione facta
ad ſupplicationem ſignanda, & eius tempus ſi ſe-
quuntur, trahuntur retro ad diem datæ.

SVMMARIVM.

1 *Sicut ab vſu paterfamilias ſic. ab vſu papa valet argumentum in reſignationibus, qui non ſolet admittere illas pro alijs perſonis quàm pro illis in quorum fauorem fiunt.* 2

2 *Admiſsio papæ reſignationum factarum in fauorem certarum perſonarum ac illarum ſcientia & tollerantia quæ arguitur ex diuturno & quotidiano vſu earundem omnem ſimoniæ labem purgat, ſiue datam ſupplicationis a[illegible]onis ſequatur. conſenſus reſignantis, ſiue præcedat. proptérea quia tales reſignationes paſſim hodie fiunt. & admittuntur in curia Romana.*

3 *Conſenſus præſtitus ante vel poſt datam ſupplicationis ſe refert ad ſupplicationem ſignatam vel ſignandam, ſine qua non præiudicat reſignantis volentis cedere in fauorem certæ perſonæ, cum trahatur ad datam ſupplicationis.*

DECISIO III.

CONfirmauerat papa creationem in canonicum
eccleſiæ collegiatæ ſancti Angeli de vrbe fa-
ctam per Cardinalem Surrenen. de perſona Ricar-
di de Bartholinis,& admiſerat prouidendo ex nunc
prout ex tunc quàm primum cano. & præben. vaca-
rent per ceſſum vel deceſſum, ſeu quamuis aliam di
miſsionem: etiam in manibus ſuis, aut coram notario
& teſtibus factam: contigit quòd Angelus de Accu-
ſinis decimaſeptima Sep. ceſsit in vrbe in manibus
notarij cameræ apoſtolicæ in fauorem ſui nepotis,
ſequenti die fuit admiſſa ceſsio,& facta prouiſio ne-
poti, Ricardus coram domino Paulo de Capiſu-
chis,& Camillo de Ballionibus qui poſuerunt cau-
ſam in Rota de menſe Octob. 1522. dicebat ſuam
prouiſionem ſubintraſſe ſtatim facta ceſsione, quaſi
papa admiſiſſet ceſsionem & prouidiſſet in euen-
tum ceſsionis, ita quòd admiſsio in ſequenti die di-
citur ſecunda & ſine effectu, & prouiſio nepoti de
beneficio pleno. Nam papa qui iura non ignorat. l.
omnium. C.de teſta. c.j.de conſti. in vj. & ſcit quòd
ante admiſsionem ſuperioris ceſsio non abdicat ti-
tulum.cap.admonet.cap.fin.Innoc.& But.in c.quòd
in dubiis. de renuntiatio. & Rot. Biſignet. in anti-
quior.iij.& iiij.eo.tit.Felyn.in c.noſtra. xxxiiij.eorre.
de reſcript.& latius dico in alia deciſione quòd per
conſenſum qui præſtatur in cancellaria nō abdica-
tur proprietas, incipit enim, Car.Cibo videtur à tē-
pore confirmationis prouidendo ex tunc aut eo ipſo
ſecuta ceſsione eam admiſiſſe per neceſſarium ante-
cedens, ſicut econtra.l.ad rem mobilem.l.ad legatū.
de procu.l.uratio.de ſpōſa.l.illud.ff.de acqui.hære.&
ſuſpenſio

ſuſpenſio omnium gratiarum in prouiſione nepotis
venit tarde poſt admiſsionem iam dictam & prouiſionem Ricardi. His non obſt. concluſum fuit gratiam Ricardi procedere in ſimplici reſignatione, nõ in ea quæ fit in fauorem certæ perſonæ, & hoc ab
1 vſu papæ † qui non conſueuit pro alio quàm pro eo in cuius fauorem eſt facta ceſsio admittere ipſam. l. vel diuerſorum. ff. de pigno. act. c. illo vos, in fi. de pigno. c. cum martæ. iuncta gl. in verb. probabilius. de cele. miſ.. Non ob. quod quia in fauorem videbatur ſymoniaca, gl. in c. ex parte. j. de offi. dele. & non abdicans ius à reſignante. Inno. in c. cum vniuerſorũ. de re. permu. Rot. de renun. in anti. vij. & ſic quòd vacaſſet per obitum Angeli, non per reſignationẽ prout annotaui in alia deciſione incipiente, concluſum eſt in vna coram domino Hugone, ſcientia, tolleran
2 tia † & admiſsio papæ purgat maculã & paſsim admittuntur tales ceſsiones in curia ſiue perſonaliter, ſiue per procuratores fiant, ex quibus & tam longiſſimo & quotidiano vſu colligitur euidentiſsime notitia papæ quemadmodum inquit Felyn. in d. c. in noſtra. cor. v. quòd ſi reſeruatio eſſet generalis & publice nota, præſumitur p[…] ſcire illam, & eius expreſſio eſt ſuperflua, & quod reſeruatio inducta per regulas præſumitur nota papę cui nõ refragatur quòd id locum habeat quando conſenſus ſequitur datam, quaſi papa ſciens & prudens iam purgauerat non ſi antea erat præſtitus, quia videmus q quandocunq; ſit concepta ceſsio in fauorem, admittitur, & omnino idem eſt cũ poſsit conſenſus præcedere & ſequi. c. cura. c. ſuggeſtum. de iur. patro. Rot. de re. permut. v. in no. doc. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſus. ff. de acq. hære. non enim ignorat papa quòd aliquando præcedunt, aliquando ſequuntur conſenſus, quodq; in curia omnia fiunt in fauorem non aliàs, ne cedentes incurrant periculum perdendi beneficia tantis quęſita laboribus. c. ſuper hoc de renun. l. cum in debito. ff. de prob. & quòd in ceſsionibus conceditur latiſsima ſuſpenſio quarumcunq; gratiarũ pro ſecuritate.
3 Item quòd conſenſus ante vel poſt ſe † refert ad ſupplicationem ſignatam vel ſignandam, & quòd ſine ea nõ præiudicet, & de his in allegata deciſione Cardinalis Cibo, & propterea noluerunt domini quòd noceret, quia notarius per errorem poſuit Angelum ceſsiſſe aut cedere ſecundum ſupplicationem ſignatam ſub tali data, cum in veritate ſignata non eſſet. Item quòd non obſtaret etiam clauſula quòd Angelus cedere proponit, prout cedit de præſenti, & re vera pridie reſignauerat, ex quo de more taliter concipiuntur ſupplicationes ceſsionũ, ſit vel non ſit præſtitus conſenſus, & aliter non ſoleat præſtari quam in fauorem, & papa non magis reſpicit ad ſequentem quam ad præcedentem conſenſum, cum ignoraret an ſit præſtitus necne, & ſi ſequentem ſolum reſpiceret, non verificaretur quòd cedit quis de præſenti, niſi conſtaret quòd is qui cedit per ſe vel procuratorem, aut alium de ejus mandato ſupplicationẽ ſignari porrexiſſet, vt pono in illa deciſione incipiẽte, concluſum fuit in vna Senen. & valet gratia ſignata ſupplicatione viuo cedente, licet conſenſus per procuratorem præſtetur eo mortuo. Et ex prædictis conſtat non obſtare quod voluit Egi. quem refert & ſequitur Alex. j. q. j. ordinationes. pen. col. & vlti. quòd quando in fauorem requiritur quòd papa faciat ex certa ſcientia, vt purgetur vitium. Nam quòd taliter faciat eſt notorium vt eſt dictum. Et ita in curia practicatur, vt ibi Alex. etiam ſubiicit, & ſi aliter concluderetur deciperentur multi qui ſequentes ſtylum curię putant cedere ſecurè in fauorem & antę vel poſt conſentire iuxta tenorem ſupplicationis ſignandæ aut ſignatæ, ac interim darentur & cederent in grauiſsimum curiæ præiudicium, quoniam pauci reſignarent. Item ſi teneremus quòd niſi papa expreſſe intelligat facta in fauorem, non videretur admittere ceſsionem, imo non ſubintraſſet gratia Ricardi ante obitum Angeli ſtatim facta ceſsione vt ſupra. Per obitum autem non vacant ex prædictis, & ſic ſtat concluſio. Item notarius admittendo ſeu recipiendo ceſsionem, & conſenſum in fauorem alij cuius ex ſtylo prædicto atq; ſcientia & approbatione papæ refert ac repræſentat ipſius perſonam, in propoſito, habito tamen reſpectu ad ſupplicationem ſignatam aut ſignandam non obſtan. quod ſupplicatio dicat Angelum cedere abſq; expreſsione quòd in fauorẽ talis qui ſupplicat ſibi prouideri, nam in talibus quòd in fauorem fiat, inſpicitur prout ex conſenſu declaratur, & vt plurimum ita concipiuntur ſupplicationes ceſsionum in fauorem.

DE PACTIS.

SVMMARIVM.

1 *Quia regreſſus habent cauſam iuris de preterito & non ſimpliciter de futuro, ideo non continentur nec ſub indultis Cardinalium, nec ſub concordatis germaniæ. ſecus eſt in coadiutoriis cum futuris ſucceſsionibus quæ nihil habent de preterito.*

2 *Concordata germaniæ ſunt latiſsime interpretanda in fauorem ordinariorum & contra concedentem, quia per illa fit reductio ad ius commune.*

3 *Acceſſus nullam habent preambulam cauſam iuris preteriti, vt habent regreſſus, quare cauti curiales pro illo qui cedit maximi iuri, liti & cauſa indeciſa reſeruare ſibi regreſſum, petunt in ſupplicatione concedi regreſſum, acceſſum, ſiue ingreſſum vt ſi non ſit locus regreſſus ſubintret acceſſus non ſupponens ius aliquod praeexiſtens.*

4 *Quando papa in reſignatione quæ fit in manibus ſuis ſuſpendit ad illius effectum omnes expectatiuas vel generales reſeruationes, vniones, nominationes, & alias ſimiles gratias citra acceſſus etiam ſine conſenſu non ſuſpenduntur, coadiutoria vero ſine conſenſu ſic, quia verbum de conſenſu poſitum in huiuſmodi limitatione ſupplicationum refertur ex ſtyli interpretatione tantum ad coadiutorias.*

DECISIO VNICA.

CONCORDATA germaniæ generalia tollunt materias pręuentiuas in ſex menſibus conceſsis ordinariis, ſed an tollant etiam coadiutorias quæ hodie dantur cum futura ſucceſsione, dubitabatur in vna Ratiſbanien. 1514. coram domino Ioanne Antonio de Triuultiis, & pro negatiua allegabat quod regreſſus & acceſſus non ſubiiciebantur quaſi non eſſet in eis ſimplex reſeruatio, ergo nec coadiutoria. Nihilominus maior pars dominorum tenuit affirmatiuam
considerando quòd regreſſus † habent cauſam iuris 1
de præterito

de prætetito nou ſimpliciter de futuro, ideo nou contiuentur ſub concordatis uec ſub indultis Cardinalium, vt dicam in ſequenti concluſione, ſecus in coadiutoria nihil habenti de præterito. Item ob prægnantia verba coucordatorum excluden. expectatiuas reſeruationes ac quamuis aliam &c. importantia quancunque diſpoſitionem de futuro etiam diſsimilem propter dictionem quamuis, vt per docto. in l. penul. C. qui amitti. & in c. ſedes. de reſcrip. Item
2 quia concordata † reducunt ad ius commune, ſunt fanorabilia ac pleniſsime in ordinariorum fauorem, & coutra cōcedentem interpretanda. l. ſi vnus. §. quod & in ſpecie. de pact. ∴ non ſtatim, cum ibi not. ff. de pecul. xxxv. diſtin. ab exordio. c. eum dilectus. de conſue. gloſſ. in cle. ſi de beneficio. de præbend. & Cal. conſil. xxij. eod. titu. & de reſcript. vij. Abb. in c. ſuper eo. de offic. deleg. & in c. ſi. de pœ. & remiſ. Anch. conſi. xxxj. ad excuſationem. & Ludo. Ro. ccxxxvij. clarum eſt. Cæterum autem coadiutoria aut eſt ſimplex reſeruatio & cadit ſub concordatis, aut mixta. & quia in fauorabilibus venit caſus mixtus. l. ſi ita ſcriptum. de lib. & poſt. l. ij. in princip. vbi Moderni. ff. de verb. obligatio. Sed ante, quia illa conſideratio de cauſa iuris præteriti non vera in ac-
3 ceſſu † cum nullam habeat præambulam, licet in regreſſu coutra qui ſupponit ius priſtinum & dependentiam à præterito ſicut priuatio habitum. l. decem. ff. de verbo. obligatio. & §. ſeruus. inſtit. de capi. dimi. Vnde curiales caute petunt regreſſum, acceſſum, & ingreſſum, vt ſi non ſit locus regreſſui, ſubintret acceſſus non ſupponens ius aliquod præexiſtens niſi diceremus peculiare eſſe in eis ex quo ſemper præſeruantur, vt non ſubiiciantur concordatis quemadmodum regreſſus. ſed conſidera quia etiam coadiutoriæ de conſenſu præſeruantur per hanc clauſulam præter vel citra acceſſus & regreſſus ac de conſenſu coadiutorias quo attento non deberent
4 cuncordatis ſubiici. Quod verbum de conſenſu † ad coadiutorias tantum refertur, & ita ſtylus accipit, pro quo facit, cap. cum dilecti. de donati. aliàs clauſula in principio, medio, vel fine poſita, ſi poteſt refertur ad omnia. l. iij. §. j. de liber. & poſthum. de quo per docto. ibi, & in l. talia ſcriptura. & ibi Barto. ff. de lega. j. & in cap. ſecundo requiris, & ibi Abb. de appella. tantum enim præſeruantur coadiutoriæ de conſenſu, & ſuſpenduntur aliæ non habentes conſenſum. Regreſſus verò & acceſſus etiam ſine conſenſu dati præſeruantur. nam ingreſsibus eſt conſideratio primæui iuris, & in acceſsibus, & coadiutoriis cauſa ac compoſitio, quoniam ſi gratis aliquibus dantur, habetur reſpectus ad labores & merita talium qui maiora merentur in recompenſam laborum pro ſede apoſtolica, aut pro conceden te impenſorum prout aliàs opera alicuius pro pecunia valet. Inſti. de ſoci. §. de illa. Ratione autem compoſitionis videntur ſapere & quaſi habere vim contractus inter ſubditum & principem ad cap. primum cum materia. de probationib. & eſſet graue quod per concordatam euacuarentur. Sed tunc nec coadiutoriæ continerentur in concordatis, quia etiam componuntur, & ad materiam dicti capit. j. poteſt dici quòd ſi ſaperent vim contractus, non minus concordata quæ etiam ob publicam vtilitatem ſunt firmata, & pro maiori bono quàm regreſſus & acceſſus. Item ſi coadiutoriæ prædictæ non præſeruarentur per dictam clauſulam omnino ſi ſunt de natura materiæ præuentiuæ, ſuccumbunt concordata vt ſupra de acceſſu nihil affirmo, cum pendeat lis in Rota, & veniat diſputandus iſte paſſus, qui occaſione concordatorum ac indultorum Cardinalibus conceſſorum eſt quotidianus, & habet ex præmiſsis conſiderationes hinciude, maxime quia non ſicut cauſa acceſſus, & quidem plures hoc tempore conceduntur. De coadiutoria vero quæ ſine ſucceſsione datur, eſt ti. de cle. egro. & tex. in c. grandi. de ſup. negli. præla. in vj.

DE PROCVRATORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Ex gratia principis & ſupplicatione impetrantis procedit in integrum reſtitutio, & licet ex toto non dependeat a gratia cum innitatur iuri, habet tamen gratiam annexam dependentem potius à iure quam à iudice.*

2 *Procurator in Re. cu. eſt obligatus pro principali ſuo abſente ad ſoluendum expen. regeſtri.*

3 *Speciale mandatum requiritur ad petendam reſtitutionem in integrum principaliter: nihilominus tamen ſufficit ſpeciale comprehenſum ſub generalitate verborum, & ſi dicatur ad tranſigendum & generaliter omnia & ſingula faciendum quæ requirunt ſpeciale mandatum, quia ad tranſigendum etiā requiritur mandatum ſpeciale.*

4 *Ex ſtylo curiæ nunc valide & abſque pœna falſi impetrantur literæ apoſtolicæ ad lites, & ad earum impetrationem admittuntur abſque ſpeciali mandato non obſtante diſpoſitione. c. nonnulli ad ſi. de re.*

DECISIO PRIMA.

OCCVRRIT dubium in vna Caurien. heremitoriorum coram me penden. de menſe Aprilis 1516. An procurator eius qui ſuccubuerat per tres diffinitiuas conformes vigore ſui mādati in cauſa dictarum ſententiarum, in quo erant iſta verba ad agendum & defendendū, appellandum & ſupplicandum, & generaliter ad omnia alia faciendum &c. potuerit impetrare reſtitutionem in integrum prout obtinuerat & proſequi cauſam abſque alio mandato: & vnus ex dominis dicebat quòd verbum ſupplicandum reſtringebat ad terminos auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. impe. offe. Sed alij contra ex quo † reſtituere in in- 5
tegrum procedit ex gratia principis & ſupplicatione impetrantis, licet non ex toto dependeat à gratia, cum innitatur iuri habens gratiam annexam potius à iure quàm à iudice, inquit Abb. in c. ſuſcitata. iij. col. & vlt. de reſti. in integ. & cauſatur à quadam æquitate eius cui datur, ſecundum Angel. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procuratorib. & hoc mihi placuit: quia licet mandata ſint ſtricti iuris. c. qui ad agendum. de procur. in vj. & cle. non poteſt. eo. tit. & Rot. deciſi. xiij. in no. eod. tit. tamen quando verbum ſui natura eſt aptum natum comprehendere impetrationem reſtitutionis, prout eſt verbum ſupplicare, vt patet in omnibus etiam mere gratioſis, hoc non eſt diſcedere à naturali verbi ſignifica-

rione, quinimo in vim comprehenſiuam omnia
complecti.l.libertú.§.ſenatuſconſulti. ff.de rit.nup.
cle.j.iuncta gl.de elec. nec eſt à iure alienum ita intel
ligere ſi natura verbi id patiatur etiam in genere,
quando ambiguum eſt verbum à proferente, & in
eius vtilitatem declaratur & accipitur l.ſi quis docu
rio.C.de fal.l.ſi quia in contione ambigua. ff.de iudic.
quod videtur declarari procuratore impetrante reſti
tutionem & litem proſequentem cum immenſa & la
bore quod ſine domini ſcitu fieri aut factú non præ-
ſumitur, cum dominus qui tenetur procuratori nõ
iactet de facili, nec procurator pro domino perdere
2 velit qui in curia pro expenſis† principalis abſentis
ſoluendis pro regiſtro eſt obnoxius.l.cum de indebi
to.ff.de proba.c.ſuper hoc de nunci. Rot.de procur.
in no. xxiij. ad hoc facit quia quamuis ad petendam
3 † reſtitutionem in integrum principaliter requira-
tur ſpeciale mandatum.l.illud. §.j. ff. de mino. & ibi
legiſtæ.gl.in c.ſuſcitata.de reſti.in integ. & ibi Abb.
poſt alios,ij.col.qui dicit hoc communiter teneri.&
glo.in c.qui ad agendum.de procu.in vj.& c.coram.
de reſti.in integ. nihilominus ſufficit ſpeciale com-
prehenſum ſub generalitate verborum, vt inquit idé
Abb.in d.c.corã.ij.col. ſubiiciés ſe plus putare quòd
ſufficit, ſi dicatur ad tranſigendum & generaliter o-
mnia faciendum, quæ requirunt ſpeciale mandatú.
c.qui ad agendum.de procur, in vj.l.ſed & ſi quis.§.
quæſitum.cum ibi no.ff.ſi quis cauti.cum ſatis com-
prehendatur caſus reſtitutionis, ex quo iſtud non eſt
præiudiciale nec continet pœnam reſpectu domini.
Et mandatum generale ad petendum reſtitutionem
in integrum ſufficit ſine expreſsione alia ſecundum
deciſionem Egi.xxxij.facit cap.fin.de except.ſecun-
dum eundem Abb.quòd procurator etiam generalis
4 poteſt † ſine alio ſpeciali mandato literas impetra-
re in cauſis in quibus ex ſuo mandato agere poteſt,
de quo ſe remittit ad dicta per eum in cap.nonnulli.
de reſcrip.& ſi potuit impetrare & proſequi, ex quo
in ea cauſa habet facultatem agendi & defendendi
ſicut appellationem proſequendi ſi vult, licet non
cogatur.c.non iniuſte.de procura. ibi Abb. etiam,l.
inuitus.C.eo.quam impetrationem autem generale
reſcriptorum ad lites ſtylus curiæ non obſeruat di-
ſpoſitionem dicti cap.nonnulli.in fi.& ita etiam no.
ibi gloſſ.quia vnuſquiſque ſine ſpeciali mandato va
lide, & abſque pœna falſi admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Si aduerſus ſententiam poſtulatur reſtitutio in in-*
tegrum, prima cauſa procurator non indiget ſpecia
li mandato, quia eſt de incidentibus & appendicys
ac dependen. prima cauſa in quibus mandatum ſpe-
ciale non eſt neceſſarium, ſecus vero vbi petitur in
integrum reſtitutio.
2 *Procurator rei ſeu defendentis cauſam reſtitutio-*
nis in integrum non indiget ſpeciali mandato.
3 *Si ad cauſas deuolutas fuit quis conſtitutus procu-*
rator, tenetur defendere cauſam commiſſam in cu-
ria de ſpeciali mandato papa.

DECISIO II.

Dubitaui etiam in vna Mindonien. heremitorij
quæ coram me pendebat eodem tempore. An
procurator actoris qui obtinuerat rem iudicatam,
poſſet & deberet abſque nouo & ſufficienti manda-
to defendere principalem ſuum, in cauſa reſtitutio-
nis impetratæ à reo, † ex quo procuratorium de cau 1
ſa reſtitutoria nihil dicebat, & videbatur expiraſſe,
finita lite.l.j.ff.de re iudi.l.terminato C.de fructi. &
litis expen. quia etiam ea non finita compellitur cau
ſam appellationis proſequi.l.inuitus, C.de procurat.,
cap.non iniuſte, eod titu. & alia videtur cauſa reſti-
tutionis & noua à prima. Et quia in impetranda re-
ſtitutione principaliter requiritur ſpeciale manda-
tum vt in proxima deciſione dixi, & fuit conclu-
ſum quòd poterat & tenebatur defendere per l. qui
proprio,§.item quæritur. ff. eo. ſecundum quintam
lect. Accur. quam ſequuntur ibi inter alias & veram
ſaltem in ſe. Angel. Pau.de Caſtr. & alij. & declarat
Bald.melius dicens quod mandatum cauſæ princi-
palis porrigitur ad cauſam reſtitutionis in inte-
grum, quæ petitur contra ſententiam, quæ eſt ſecun-
darium iudicium conſequens. Quando enim poſtu-
latur † reſtitutio aduerſus ſententiam, procurator, 2
primæ cauſæ non indiget ſpeciali mandato, ſecus,
vbi petitur in integrum reſtitutio. l. illud. §. j. ff. de
mino. ratio differentiæ, quia reſtitutio contra ſen-
tentiam quodammodo venit incidenter ex prius a-
ctitatis & in incidentibus non eſt opus ſpeciali man, 3
dato.l.fin.C.vbi & apud quem cogni. in integ. reſt.
agitan.ſit, & c.ſuſcitata. cum ibi not. de reſti. in in-
tegr.non obſt. d. l.inuitus. quia vt loquuntur gloſſ. &
Bald.in d.§.item quæritur, reſtitutio in integrum eſt
de appendiciis primæ cauſæ, & non mutatur ibi fo-
rum eiuſdem iudicij ſicut in cauſa appellationis, vnde
de primo caſu, non ſecundo prætenditur mandatũ.l.
præfecti.ff.de mino. Ita etiã Iaſ.in d.l.inuitus.in quar
ta limitatione ad idem.vj.lec.vltramontanorú quam
Bald.in allegato §.declarat.quod mandatum in cau-
ſa integra habet locum in cauſa integrata per reſti-
tutionem in integrum aduerſus ſententiam latam
contra minorem in exemplo quod ponitur, & non
dicitur noua cauſa, ſed eadem. & ſecundum lect.
quoniam prorogatur mandatum de vna cauſa ad a-
liam, ſecundum iſtam ſextam prorogatur de vna
cauſa ad ſeipſam. facit etiam. l. quod ſi de ſpeciali.
ff.de mino. quod procurator eius contra quem pe-
titur reſtitutio, ſuſtinet partes rei, & debet cauere,
vt dicit ibi Bart.& per eundem tex. inquit Innocen.
in dicto c.ſuſcitata. quod talis procurator admitti-
tur ſine ſpeciali mandato, vbi Abb.iij.colum.firmat
idem dicendo ſe intelligere vt requiratur ſpeciale
mandatum ex parte petentis reſtitutionem, non ex
parte defendentis.ad hæc etiam l.ſeruum quoque.§.
ait prætor.ff.de procura.& pro præmiſſa eſt firma cõ-
cluſio, & non obſtant contraria, nec hoc quod dicit
d.§.Item quæritur, ſecundú dictas lec.cum loquatur in
procuratore actoris ex generalitate etiã ad l.quod ſi
de ſpeciali, & ex his quæ Bal.ſine deſtinatione ſcri
bit ſuper dicta quinta lect.& vj.in d.§.& ex eo etiam
quia procurator ad agendum, vt dicatur idoneus,
debet habere poteſtatem ad defendendum. cap, ac-
cedens, iuxta gloſſ. de procuratorib. & quando eſt
ſimpliciter ad agendum datus videtur in quadam
conſequentia conſtitutus ad defendendum. pro quo
& concluſiue. dicta l. ſeruum quoque. §. ait prætor,
& l.inuitus.§.pœna.cum gloſſ.ff.eo.facit in ar. cap.j.
eod.tit.& c.qui ad agendum.in vj. & Abb. in d.cap.

accedens.& ſic iſta concluſio, vt poſtea legendo deciſiones Egi.inueni,fuit obtenta de primo anno domini Guil.vt dicit Egid. deciſ.cclxxxiij.procurator. In procuratore conſtituto ad agendum vel defendendum per d.§ Item quæritur, & not.etiam quod
3 procurator † conſtitutus ad cauſas deuolutas tenetur deſendere in cauſa commiſſa in curia de ſpeciali mandato ſecundum Rotam deciſio.xxxiij. in antiq.de procuratorib.

SVMMARIVM.

1 *Et ſi non præſumatur aliàs extrinſeca ſolennitas, tamen ex antiquitate nedum centum, ſed etiam triginta vel quadraginta annorum præſumitur. etiam ſi de alterius præiudicio principaliter tractetur.*

2 *Mandatum & compromiſſum præſumuntur in laudo valde antiquo præceſſiſſe.*

3 *Quamuis pro ſententia recenti non præſumatur ſine proceſſu, tamen pro valde antiqua ac illius proceſſu & narratis in ea præſumitur, quamuis acta nõ reperiãtur abſq; alia probatione & multo magis.*

4 *Præſumitur actus requirẽs impenſam factus de mãdato eius cuius intereſt. & hac ratione præſumitur pro mandato eius qui ſoluit penſionem illi qui erat in quaſi poſſeſſione percipiendi, etiam ſi nullo modo conſtet de mandato illius qui dicitur penſionem debere.num.4.*

5 *Dominus qui videt cauſam ſuam agi & non contradicit, præſumitur dediſſe mandatum.*

6 *Etiam ſi cum ſententia eſſet productus proceſſus in quo deficeret mandatum, præſumitur in antiquis vel antiquiſſimis ratihabitio aut ſciẽtia vel patientia domini vel ſimile præſumptum mandatum.*

7 *Vbi tranſactio fuit diuturno tempore obſeruata præſumitur capituli conſenſum interueniſſe in ea: licet inſtrumentum nihil dicat de conſenſu.*

DECISIO III.

Lata erat ſententia in vna tridentina confinium pro Nacenſibus cõtra Arcenſes à cc.annis citra opponebatur de anno.1516. coram domino Iacobo Simoneta de nullitate & defectu mandati, cum ſentẽtia poſſet perpetuò dici nulla vſq; ad mille annos, ſi de mandato non conſtet ſecundum Bal.in l.ij.ſi ex fal.inſtru. & in l.j.C.de rebus alie.nõ alien.poſt prin. Alex.in l.ſciendum.iiij.col.de verbo.oblig.in l.qui in aliena.in prin.ij.col.ff.de acquiren.hæred.& conſi.j. pen.col.iiij.vol.ad hoc.c.quoniam contra.de proba. Et ita in vna Ilerden.diſputando fuerat dictum, ſed non iudicatum: nihilominus in iſta concluſum fuit oppoſitum & pronunciatum per dictum dominum Iacobum, cuius ſententia fuit, per duas confirmata, moti fuerunt domini per conſi.Curtij.lxxvij.vbi refert Bald.ſibi contrarium fuiſſe præſumi pro inſtrumento mandati procuratorij in conſi. in primis videndum eſt.& ibi verius, quàm in d.l.ij.& j. In quibus cũ ſequacibus loquitur ſine lege. Ita quòd eius dictum erubeſcit.l.illam.C.de colla. Nam licet alias
1 † ſolennitas extrinſeca non præſumatur, gloſ. Bar.& alij in d.l.ſciendum.per l.quæcunq;.§.fi.de public.& in c.ſicut, de re iud.vbi Fely.poſt alios,& Canoniſtę in c.cum in iure.de offi. dele. bene tamen præſumitur nedum ex antiquitate centum annorum, verum etiam xxx. & xl. etiam ſi principaliter tractatur de alterius præiudicio, per text. ſingularem ſecundum intellec.gl.in c.peruenit.de emp.& ven. & ibi etiam Imo.iij.col. ver. & no. ex prædictis.& in verb. Item quòd emptrix: per quem limitatur. l. ſi filius familias.cum ibi no.C.de peti.hære.vbi longum tempus ſufficit.& dictum tex.dicunt ſingul.Ang.& alij poſt eum in d.l.ſciendum.Bart.Ang. Imo. Roma. & moderni in dicta l. qui aliena. & plures alij adducti per Curt.in dicto conſil. & nullibi cauetur maius tem-
pus requiri, facit quia in facto valde antiquo † vt 2
ſubiicit, etiam in laudo præſumuntur mandatum cum compromiſſo præceſſiſſe, conſi.v. inter conſi. Cal.de reſcript.& But.conſi.xxiiij. quæſtio hæc, ac pro ſententia antiqua præſumitur, quamuis non reperiantur acta, Inno.in d.c.cum in iure. Bart.in l.admonendi. ver. quarto quid ſi repetiuntur dicta teſtium. col.x.ff. de iureiur. in facto etiam de antiquo ſufficit præſumptiua probatio, gloſſ.in l.qui ex liberis.ff. de bo.poſ.ſec.tab. & aliàs verba enunciatiua probantur ſecundum But.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſta.Salyc.& Alexan. adducentem multas auctoritates in l.cum aliquis. C. de iure delibe. & dicit Bald. poſt Cy.in l.emancipatione. C. de fide inſtru. quòd
ſi ſententia † eſt multum antiqua, ſtatur illi in narra 3
tiuis & enunciatiuis, quoniam iuuatur tempore: pro quo text.in c.bonæ.de electio. & Papien.in ſua practica in forma diffinitiuæ.xiiij.col.cum ſe.declarando dicta doct.in d.c.cum in iure, inquit ea procedere in ſententia de recenti lata, ſecus ſi eſſet de longinquo,& eius probatio foret difficilis vt tunc indiſtincte pro ea pro proceſſu, & in ea narratis præſumatur abſque alia probatione inducens Hoſti. ibi. Inno.in d.c.quoniam contra.& Cy.in d.l.emancipatione. magis ergo id procedit in antiquiſſimis ducentorum annorum. facit quia difficillime probationes iuſtificare antiquiſſimam ſententiam cum mandatis, quæ in multis locis non regiſtrantur,& in curia poſt curſum tanti temporis plura regiſtra cauſarum perierint & non inueniuntur, & idem de iuribus productis, quæ finita lite partibus, ſi petant, reſtituuntur. Si igitur in inſtrumento ſententiæ de mandato fit mentio, dicamus illud præſumi. pro quo ait Curti. in gloſſ.in verbo ſine ſpeciali mandato, text.in c.ex parte decani.de reſcrip.quam pauci ponderant volentes reſcriptum præſumi impetratum ab eo qui de hoc habuerit mandatum. Accedit quia
actus † requirit impenſam. ideo præſumitur factus 4
de mandato & nomine eius cuius intereſt. Bartol.& Alexan.in l.cum ſeruus.ff.de verbo.obligationib. & de prædictis latius Curti.in dicto conſil. Item vult Decius conſil.xxxvj. quòd mandatum ſyndicatus probetur ex inſtrumento, in quo dicitur in principio de cuius ſyndicatu apparet manu,&c. & hoc inter eaſdem perſonas. l. optimam.de contra.& com. ſtip.Bart.in auth.ſi quis in aliquo.vlt.col.C.de eden. & videatur Abb.in d.c.ſicut.col.iiij.& procedit concluſio ſecundum Deci.in ſuo caſu, quia mandatum erat neceſſarium ad actum per Butr. in cap. illud. de præſumpt.vbi etiam Abb.iij.colum. Ita hic ad validitatem ſententiæ quando lis per procuratores eſt agitata, & vt eſt dictum in antiquiſſimis verba enunciatiua inſtrumenti probant, de quo & Bald.in d.l. cum aliquis.& Alexand.conſil.vj. cir. a fin. viſo themate li.j.& lxxiiij. viſis.li.iij. & propterea ſatis pro-

batur mandatum ſyndicatus per verba inſtrumenti
etiam ſi eſſent enunciatiua, & quòd dicitur man-
datum non probari etiam ex maxima diuturnitate
temporis procedit, inquit Decius, quando allega-
tur ſimpliciter & nulla ratione Iuſtificatur quemad-
modum Bald. loquitur in dicta l.ij. Secus quando
inſtrumentum narrat dicendo aliquem habere man
datum, quia talia verba adiuuantur ex antiquitate
temporis, ex qua facilius probatio conſormatur &
ſuppletur quàm ex toto inducatur. facit quod not.
Innocen. in dicto cap. cum in iure. & Bartol. in l.j. C.
de rela. & Bald. in dicta l.j. de re alie. non alien. vbi
vult mandatum ex coniecturis probari. Item ſecun-
dum Rot. ij. in antiq. de cauſa poſſ. & propric. præſu-
mitur pro mandato eius qui ſoluit penſionem illi
qui erat in quaſi poſſeſsione percipiendi, etiam ſi
nullo modo appareat de mandato illius qui dicitur
penſionem debere: cum non ſit veriſimile quòd ſol-
uens voluerit iactare ſuas pecunias. l. cum de inde-
bito. ff. de probationib. cap. ſuper hoc, de renunc. &
præſumitur quòd gerens talem actum egerit de man
dato domini. Ad no. per Innocen. in cap. nonnulli.
ſuper verbo mandato, de reſcript. non enim eſt a-
ctus ad quem veriſimiliter quis ſine mandato acce-
deret: quinimo talis quem ſine eo non faceret. Præ-
5 terea † ſi dominus videt cauſam ſuam agi per alium
nomine ſuo & non contradicit, credimr quòd ex
mandato agat ſecundum Innocen. in dicto cap. ex
parte decani. Et ſi apud aliquem reperiantur inſtru-
menta cauſæ, præſumitur quòd ſit procurator. Bart.
in l.iij. §. cauſæ. ff. de carb. edicto. & in materia plura
allegat Iaſ. in l.j. in fine. C. de procu. quod locum ha-
bet & in defendendo, quando ſcit dominus quòd
aliquis defendit eum abſque mandato vt præſuma-
tur habere mandatum, vel dominus patiendo taci-
tè mandare videatur. Abb. in cap. querelam. iiij. col.
de elect. quis autem dicet vel non fuiſſe verum man
datum in actis, aut vnum ex iſtis non interfuiſſe, vel
non productus proceſſus, ex quo ſententia cum te
iudicata præſumitur rite & rectè lata. dicto cap. bo-
næ. & cap. in præſentia. de renun. d. cap. ſicut. & cap.
cum inter, de re iudic. & ibi Abb. ac Felyn. in d. cap.
quoniam contra, in v. chart. loquens de virtute rei
iudicatæ. Nam in antiquis & minus in antiquiſsimis
non loquitur d. c. quoniam contra. & debet ſenten-
tia iuſtificari ex actis, ad hoc vt habeat fidem, vt ibi
in d. cap. cum in iure, communiter tenetur. Vna ta-
men pars dominorum tenebat quòd ſi cũ ſententia
6 † eſſet productus proceſſus in quo deficeret manda-
tum, quòd nũc non præſumeretur ex quocunq; lon
giſsimo tẽpore pro eo. Secus ſi proceſſus non produ
ceretur, & hoc per conſi. Pau. de Caſt. xlviij. in cauſa
quæ vertitur. v. co. quod adducit Fel. in d. c. ſicut. col.
xix. allegando no. per Innoc. in c. propoſuiſti. de pro-
ba. & Alexan. incidenter conſi. cccclxxxv. ponderat
ad quod videatur, ait Aret. in d. cap. quoniam contra.
ad fi. ver. & quia ſuperius. Sed iſtud non tollit quin
potuerit interuenire vnus ex caſibus mandati, ſeu
ratihabitionis ſuprà deductis ex ſcientia & patien-
tia domini, aut iurium communicatione facta ei,
qui nomine ſuo tractauit cauſam, & iſtud ſimul
cum tanti temporis progreſſu ac præſumptione
ſententiæ ſufficit abſque proceſſus productione ad
præſumendum validitatem & iuſtitiam rei iudicatæ
per omnia, cum regula præſumens non reperiatur
limitata in hoc caſu mandati procuratorij. vnde à re
gula non diſcedendum. qui enim habet regulã pro
ſe transfert in aduerſarium onus oſtendendi, quòd
in eo caſu locus regulæ non exiſtit, dicit gloſſ. ſuper
rub. de reg. iur. in vj. circa fi. & Bald. in l. ſi tutor. C. de
ser. pig. da. manu. in fi. Item in hoc contradicit Anch.
conſil. cxxxv. ex conſiliis volens quòd licet inſtru-
mentum nihil dicat † de conſenſu capituli, nihilo- 7
minus præſumatur, ſi tranſactio fuit diuturno tem-
pore ſeruata. & Alex. cõſ. lxxix. vol. j. circa primum,
de quo quæritur. vj. col. quando tranſiuit longum
tempus, vt proſequitur Felyn. in dicta colum. xix.
dicens id eſſe ſuſtentabilius, quia ſi à principio actus
fuiſſet nullus, non eſt veriſimile quòd fuiſſet tolle-
ratus ſicut nec ſententia, ſed impugnata, & ij. colum.
dicitur ſtare præſumptionem in antiquis, quando
in inſtrumento non eſt aliquod ineptum, ſed in eo
non dicitur de ſolennitate, licet ſubiciat quòd
quando apparet inſtrumentum etiam antiquiſsi-
mum, quòd ſolennitas in eo eſt expreſſa non debi-
to modo & inepte adeo, quòd actus ab initio non
tenuit, ceſſat præſumptio, quia ſumus certi quòd
actus caruit ſolennitate, & non poteſt præſumi
quòd ſolennitas fuerit perfectè adhibita, cum ſcri-
ptura detegat eius ineptitudinem ex quo in incer-
tis eſt locus coniecturis, non in certis. l. continuus.
§. cum ita. ff. de verborum obligationib. & ſecundum
cum ita loquitur Pau. de Caſt. in dicto conſi. & fuit
de mente Bart. But. & aliorum quos ad hoc adducit.
Sed prout dixi potuit dominus mãdaſſe aut ratum
habuiſſe quòd ſimul cum præſumptione ſententiæ
& temporis eſt præſumendum natura. & in allegatio
ne Lap. lxxxix. in fine. de cuius mand. & Mil. in ver-
bo, Beneficium impetrans. & Anchar. conſil. cxvij. &
in illa deciſione pono latius, quòd dicta allegatio
practicatur, vt ſufficiat prædeceſſorem triennio
poſſediſſe, & per dicta Lapi allegatio deciditur
quòd præſumendum ſit pro titulo prædeceſſoris,
qui deceſsit in pacifica poſſeſsione quòd titulo ca-
nonico poſſederit, etiam ſi nullus titulus oſtendatur
à ſucceſſore, vel ſit oſtenſus inualidus ex quo po-
tuit ſuperueniſſe validus quod præſumitur, quia diu
aut ſaltem triennio tenuit, & poſsidet ſine contra-
dictione, præſumitur habere titulum. d. c. illud. & ibi
docto. de præſumpt. Item Fely. fatetur quod nullus
illorum, quos adducit in allegatis locis per eum,
loquitur de facto antiquo, ſicut ipſe voluiſſet ad
probandum id quod dixerat, vnde eius dictum non
procedit quòd vltra prædicta in materia præſumen-
dæ ſolennitatis extrinſecæ, facit etiam Aret. conſil.
xxxvj. Soci. pulchre conſil. cclxvij. li. ij. xij. columm.
& quod Fely. accumulat in cap. Albericus. de teſti.
penult. & vlti. colum. vbi multa colligit ad propoſi-
tum, quæ dicit non eſſe tradenda obliuioni. & ibi
videas, ex quibus omnibus patet, quòd ſiue pro-
ducatur proceſſus ſententiæ ſiue non, ſiue in inſtru-
mento ſententiæ enuncietur, mandaui, ſiue non, &
quando enunciatur ſiue apertè ſiue ineptè præſu-
mitur pro mandato quòd iuſtificatur non ſolum ex
tempore, ſed etiam ex præſumptione rei iudicatæ,
& prout eſt deductum. Ita quòd non obſt. dictum
Deci. in dicto conſil. quando mandatum, allegatur
ſimpliciter ſi eſt verum.

DE RESTITVTIONE IN INTEG.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio conceditur etiam vbi appellatio denegatur.*

2 *Ius commune potentius eſt ad excludendum quàm priuilegium.*

3 *Rota ob reſtitutionem, prout de iure minori aut eccleſiæ conceſſam, non vult executionem trium ſententiarum tot diſpendys, laboribúſque habitarum impediri, vt ſit aliquando litium finis, ac improborum malitys occurratur, ſecus vbi Præſumptio malitiæ ceſſaret ex iuribus de nouo repertis, vel aliàs.*

DECISIO PRIMA.

RESTITVTIO minori vel eccleſiæ aduerſus tres conformes an debeat dari, & ſi detur executionem impediat. Bal. l. vnica. C. ne. lice. ter. prouo. tenet quòd non, niſi facta plenaria executione, vt in cle. vt calumniis, in verbo plenarie, de re iud. quæ eſt in pupillo
1 ait & in eccleſia, loquitur Saly. ibi contra, ex quo † reſtitutio conceditur etiam vbi appellatio denegatur, gl. l. vnica. C. ſi de mo. poſ. fue. app. & cle. loquitur quando nullitas proponitur, non quando quis vult iuuari ratione ætatis de beneficio ſpeciali. Alex. l. iiij. §. condemnatum, vlt. col. de re iud. putat opi. Bald. poſſe ſuſtineri, quia ſi cle. tollit beneficium nullitatis, quod eſt de iure communi, fortius beneficium reſtitutionis extraordinarium. l. eius militio. §. militia miſſus. de mil. teſt. l. in honorariis. de act. & obli. Bar. in l. ſi conſtante. §. quoties. circa fi. ſo. ma. Cum for-
2 tius † ſit ius commune ad excludendum quàm priuilegiũ. Idem Bat. in l. ſi arrogator. xj. col. ff. de adop. Item loquit Alex. extenſum locum eſſe cum cle. limitet. & in ea ſit ratio expreſſa ad tradita per Bat. d. l. ſi conſtante, in prin. x. q. j. partis. & cle. j. cum gloſſ. de elect. & per Bald. authen. quas actiones. de ſacroſan. eccle. & l. maximum vitium. C. de lib. præte. Mil. in verbo executio trium ſententiarum dicit contra Bal. ſeotire Laud. vt refert Car. in d. cle. & ipſe proſe-
3 quitur. Rota † meo tempore in reſtitutione prout de iure, quam ſolet in iis concedere ſignatura, ſæpe opinionem Bald. & Alex. eſt ſecuta etiam eo attento vt aliquando ſit litium finis. l. properãdum. C. de iu. c. finem litibus. de do. & contu. & ne tot ſententiæ cum tanto diſpendio, labore, & tempore habitæ ludibrio ſint, quia ſic etiam malitiis plurimorum occurritur. l. ſi prætor. cum ſi. ff. de iu. Aliquando verò opinionem Saly. quando iuxta caſuum varietatem præſumptio malitiæ ceſſabat, prout nouiſsime in vna Rom. inter filiũ Pauli de Alexiis reſtitutum, & illos de Mattutiis coram domino Iacobo Symonetta fuit dictum, poſt aliam cauſam Segobien. in qua opinio Alexand. ſeruata fuerat. Sed pro opinione Salyc. ſimpliciter videtur quòd motiuum Alexand. deſtruatur per glo. in d. l. vnica. ſi de mo. poſ. fue. app. volentem quòd reſtitutio & appellatio non ambulent pari paſſu. & Bart. ibi ſequitur gloſſ. vbi arguebatur, ſicut arguit Alexand. quo ſtante remanet fundamentum Saly. quod ſonuit in aures meas, & cum eo intrepidè tenerem, quando ex nouis aut antiquis aliquid appareat quod præſumptionem calũniæ ſileze faciat, ad quod uo. per Mil. in d. loco, vbi de intellectu cle. magiſtraliter quo caſu extenſio non procederet: quæ ſecũdũ Alex. inſpecta ratione fieri debet, quoniã ceſſaret ratio malitiæ, & militarent fundamẽta Mil. qui videatur etiã in verbo reſtitutio in integrum ad appellãdum, & inferius dũ dicit reſtitutio ita datur minori & eccleſiæ cõtra plures ſententias conformes ſicut econtra vnam. allegat. l. minor antem. ff. de mino. & c. tum ex literis, de in integrũ reſti.

SVMMARIVM.

1 *Vbi iuſto metu, & qui cadere poterat in conſtantem virum, impeditus culpa aduerſary vel etiam iudicis ceſſante metu impetrat reſtitutionem in integrum, non obſtat ſibi nec regula de triennali, nec quadriennium: ſecus verò vbi metus fuiſſet leuis & condemnandus.*

2 *Contra regulam de triennali papa non concedit commiſsiones ne ludibrio pateat & ſit eluſoria.*

DECISIO II.

AN regula de triennali, Item lapſus quadriennij obſtet petenti reſtitutionem in integrum habenti in commiſsione reſtitutionis ſignaturam: prout de iure fuit dubitatum & in vna Meſſanen. coram domino Iacobo Simonetta. 1515. tentum quòd non. Sed maior pars hoc voluit ex eo quod probabatur ne dum impedimentum, & impotentia agendi eo modo quo poterat, verum etiam minæ factæ ad inſtantiam Cardinalis Regini, qui tuebatur cauſam ſororis monialis teſtibus ac procuratoribus aduerſariæ reſtitutionem poſtulantis tam in Cilicia vbi Cardinalis erat potens & eius comminationes timendæ, quàm in curia, taliter quòd fuerit periculoſum commiſsionem impetraſſe reſtitutoriam, & eo viuente citationem exequi feciſſe, & quia teſtes examinati ſuper metu pungebant contra quendam ad dandum certum proceſſum, & ita etiam in vna Parmen. archipresbyteratus. 1519. coram domino Hugone de Spina idem fuit concluſum à dominis. es quo Bonifacius de Oldigeris probabat minas crudeles ſecundum naturam perſonarum quæ ſolitæ erant eas exequi factas contra ipſum & ſuos procuratores ad inſtantiam Cardinalis ſancti Seuerini ac eius fratris, adeo quòd iuſtus metus concipiebatur ex minis & iactationibus iuxta qualitatem perſonarum ad no. per Bat. in l. metum. C. de his quæ vi metúſve cau. fi. & c. cum dilectus. & ibi glo. Inno. Hoſti. & Abb. eo. tit. Nam impeditis † ex culpa vel facto iu- 1
dicis ſeu aduerſarij non currit quadriennium ad petendum reſtitutionem conceſſam. c. cum ex literis. & ibi Abb. col. v. de reſtitut. in integ. & propterea in vtraq; cauſa & quia vt etiam in iudicio reſtitutionis conſtitit, ſuſpicio erat de falſitate teſtium examinatorum in iudicio pro parte eorum contra quos fuit admiſſa reſtitutio, & tranſiuerat primum iudicium in rem iudicatam per tres conformes, ſed idem eſſet ſi cum vnà computato triennio aut quadriennio à fine litis, dicit deciſio Rot. ij. in no. de reſtitutione in integr. à die vltimæ ſententiæ: non eſt mirandum quòd Rota pro maiori parte inclinauerit in hanc ſententiam. mota æquitate ne quis in ſua iuſtitia opprimatur, ſed magis veritas manifeſtata locũ habeat iuxta illud. Pſal. Cognoui domine quia æquitas

iudicia tua. & l. quod Epheſi. ff. de eo quod cer. lo. ac
in prnhem. decreta. & viij. diſtin. veritate. In aliis ve-
rò canſis vbi potuiſſent partes experiri in iudicio,
ac teſtitutionem impetrare, mináſque contemnere,
atque litem ante lapſum triennij quod paucisſimis
demptis eſt facile, & infra quadriennium facilius
abſque metu prædicto incipere ac finire, domini ne-
2 gaſſent, prout eſt neganda † teſtitutio, ne dicta re-
gula euacuetur contra quam papa commiſsiones
non concedit, vt inquit Felyn. in cap. ſicut. col. xviij.
char. pe. de re iudic. ſi enim concederet deſtructa &
eluſoria eſſet. Et ne ſit etiam ludibrio text. in cap. j.
de in integr. reſtit. in vj. cum cle. vnica, eod. titu. cum
ibi not. ex quo etiam eccleſia negligens infra qua-
driennium non auditur poſt quadriennium, vt in d.
intibus. & Abb. in dicto cap. cum ex literis. ſicut eſſe
non debent, vt l. ſi prætor. in fi. de iudic. & l. fin. ff. ne
quid in lo. publ. Ideo in his & ſimilibus iudices ſunt
circunſpecti, vt ex probationibus & aliis forment
animi motum ad inclinandum in vnam vel aliam
partem. vt habetur in l. teſtium. §. j. ff. de teſti. & in c.
in præſentia. de renunc. Nec iudicia curaui annota-
re ne quis trahat in exemplum ea ſimpliciter aſſe-
rendo palatium obſeruare partem negatiuam dubij
ac quæſtionis.

DE IVDICIIS.

SVMMARIVM.

1 *Nemo citra principem poteſt concedere quòd in ca-
ſibus non conceſsis expreſſè à iure procedatur ſum-
mariè.*
2 *Non debet procedi ſummariè in omni cauſa ſpiri-
tuali, ſed tantum in expreſſis à canone qui non om-
nem cauſam ſpiritualem complecti voluit.*

DECISIO PRIMA.

ERAT quæſtio inter duos ad quem
ius viſitandi ſpectaret. Item inter
volentem viſitare & negātem quòd
non debeat nec poterat viſitare, fuit
dubitatum. 1514. an tela tenta prout
in beneficialibus eſſet ſufficiens,
ita quòd in talibus proceſſus diceretur ſummarius,
& quidā tenebant quòd ſic. attento quòd cauſa erat
ſpiritualis, & ſuper re ſpirituali. c. cum ex officij. de
præſcript. & cap. ſi epiſcopus. de offic. ordi. in vj. Sed
1 à maiori parte contrarium fuit concluſum, cum ca-
ſus iſti non contineantur in cle. diſpendioſam, de iu-
2 dic. Vnde regulæ ſtandum, niſi à principe † eſſet con
ceſſus proceſſus ſummarius, cum alius id non poſ-
ſit. gloſſ. in c. ſi. de hære. in vj. Nec ob. quòd agatur de
re ſpirituali; quia d. cle. noluit omnem cauſam ſpiri-
tualem cōplecti, & ex quo reſtringit, debet eſſe con-
tenta ſuis terminis in caſibus. ſecundum gloſ. ibi in
verbo ſubſcriptis, nec refragabatur quòd aliqui di-
cebant quòd de vna cauſa ſpirituali debebat fieri ex-
tenſio ad aliam; quoniam cum cle. corrigat & exor-
bitet, non eſt amplianda vel habilitanda, inquit ibi-
dem gl. in verbo decimis, & facit tex. in c. j. de ſepul.
Nam ſi voluiſſet, expreſsiſſet de iſtis ſicut de aliis. in
c. audientiam. de deci. l. j. §. ſi autem. C. de cadu. toll.
2 & ita glo. in verbo † reſtringere, excludit omnem ca-
ſum non expreſſum. Nec obſt. verbum tangentibus
cauſas ſpirituales quomodolibet, quia iſta non tan-
git cauſam aliquam expreſſam, & circa expreſſa id
procedit prout in beneficialibus inquit Card. poſt
Pau. ibi. q. xxxvj. quando quæritur de aliquo quod
determinari & examinari nequit: abſq; cognitione
electionis, poſtulationis, aut prouiſionis, ſeu tituli
illius, quia aliàs non venit ſub tali verbo.

SVMMARIVM.

1 *Licet pars citetur ad producendum aliqua iura ſpe
cificè etiam ſi aduerſarius ſeruauerit terminum, ſi
omiſerit obſeruationem termini ſubſtantialis ad
producendum omnia, proceſſus & ſententia ſunt
nulla, licet ſecus ſit ſi datis articulis pars citetur ad
dicendum contra articulos, & productis iuribus ad
dicendum contra producta.*
2 *Actus non viciatur quamuis iuris ſolennitas ob-
mittatur in totum quando ſatisfactum eſt menti le-
gis ſolennitatem inducentis, quia ſufficit ſatisface-
re menti legis. licet verbis non fuerit ſatisfactum.*
3 *Citatio non requiritur ſi pars eſt in iudicio præſen-
tia, nec etiam quando eſt certum nullam defenſio-
nem abſenti competere. nam cum citatio fiat vt ſe
defendat ſatis eſt eam eſſe præſentem, aut eſſe noto-
rium ſibi defenſionem non competere.*

DECISIO II.

MEmini etiam 1514. cùm diceretur de nullita-
te vnius ſententiæ: quia terminus ſubſtantia-
lis ad dicendum contra producta non erat ſeruatus
quòd Rota ſuſtinuit ſententiam † ex eo quod in pro 1
ductione iurium parte citata ad dicendum contra
producta fuerat ſeruatus terminus: licet non fuiſſet
pars citata neq; obſeruatio facta reſpectu termini
ſubſtantialis, de quo nihil dicebatur ad ſecundam
nec in termino ſubſtantiali, ſed ad dicendum contra
iura producta &c. quaſi lex requirens termini ob-
ſeruantiam habeat intentum ſuum, ex quo pars fuit
citata ad dicendum contra producta, & potuit face-
re defenſiones, nec habeat de quo conqueratur. Et
ita domin. Dominicus de Iacobatiis dixit eſſe tranſ-
eundum. Et idem in termino ad dicendum contra
articulos prout in vna Mediolanen. abbatiſſatus co-
ram me. 1521. de menſe Martij domini memores
tranſierunt ſaluando primam ſententiā, licet hoc ſit
verum, nec cadat in termino ad producendum om-
nia cuius omiſsio annullat ſententiam, ſecundū Rot.
decii. pen. de iud. in antiq. Pro hoc facit quia ſufficit
quòd ſatisfiat menti cōſtitutionis, licet verbis nō fue
rit ſatisfactū. l. ſcire oportet. §. aliud. de excu. tuto. l.
mulier. ff. ad trebel. & l. fi. C. de don. quæ ſub mo. nec
vitiatur † actus quamuis iuris ſolennitas omittatur 2
in totum. quando menti legis ſolennitatem inducen
tis ſatisfactū eſt. l. cū hij. §. eam. ff. de tranſac. ita Lud.
Ro. conſ. cccc xxxiij. nam & forma eſt relaxabilis per
æquipollens. Fely. in c. cū dilecta de reſcri. xv. col. vbi
vide. Item quando pars † eſt in præſentia iudicis nō 3
requiritur citatio, nec quando eſt certū nullā defen
ſionem abſenti cōpetere, ſecundū Abb. in c. j. de cau
ſa poſ. & proprie. j. col. & in c. cum olim. de reiu. col.
pen. facit l. ij §. quod de frumentaria. & ibi Bart. ff. de
admi. re. ad ci. pert. l. cum citatio fiat, vt ſe defendat.
Ideo ſatis eſt partem eſſe præſentem, l. de vno quoq;

ff. de te

ff.de re iudi.& C.quomo.& quan.iud.in rubro.& in
l. ſi vt proponis.ij.à contrario ſenſit. ca.qualiter.ij.§.
debet.de accuſa.de quo late Philip.Franch.in cap.ſi.
poſt alios. de elect. in vj. & facit Rota deciſ. xxij.in
no.de teſtib.& Boniſac.de Vital.in ſi.cle.paſtoralem.
de re iudic. Ergo nec obſeruatio termini formalis,
licet ad dicendum contra producta fuerit quis cita-
tus,& ſic habuerit tempus ad impugnandum.

SVMMARIVM.

1 *Vbi agitur de canonizatione vnionis perpetua v-
nius beneficij ad aliud cauſa non eſt beneficialis, ſe-
cus de vnione ad vitam, aut ad certum tempus.*
2 *Si prouiſus de beneficio quod alius pretendit perpe-
tuo vnitum alteri agat, cauſa cenſetur beneficialis,
quia iudicium metitur ab actore. ſecus ſi conuenia-
tur ab eo qui agit ſuper canonizatione vnionis per-
petua. nam cum beneficium quod vnitur alteri effi-
ciatur membrum illius, & tranſeat in temporali-
tatem, & extinguatur titulus illius, cauſa illius non
eſt ſummaria.*
3 *Vnio ad vitam eſt palliata diſpenſatio, ſicut com-
menda ad vitam, nec titulum beneficij extinguit ſi-
cut perpetua. illáque diſſoluta beneficium vacat: eo
modo quo antea vacabat.*

DECISIO III.

AGebatur coram me de anno 1516. in vna cauſa
Caurieñ. canonicatus & præbend.inter Dida-
cum de Paternina & Cardinalem Arboreñ. Et dice-
batur ſententiam domini Barthol.de Petra ſancta
eſſe nullam, ex quo actum erat ſuper canonicatu &
præben.eccleſiæ prædictæ vniendis cuidam archi-
diaconatui ad vitam Ioannia de Terres, & literæ
1 † vnionis erant canonizatæ, cum tela renta, vt in be-
neficialibus quaſi non ſimus in cauſa ſuper bene-
ficio: ſed ſuper membro beneficij, & quadam tem-
poralitate ex quo beneficium quod vnitur, efficitur
membrum alterius, & tranſit in temporalitatem,
Rot.de exce. præla.in no.ij.& quod Car.in clemen.
vnica. de ſequeſt. poſſ. & fruct. viij.quæſt.quia iudi-
2 cium ab † actore metitur.l.j ff.ſi pars hære.pet.a.cle.
autem.diſpendinſam.de iudic.loquitur de cauſis ſu-
per beneficiis.aut titulo beneficiorum, aut tangen-
tibus ea, vt quando quæritur de aliquo quod exa-
minari & decidi nequit abſque cognitione electio-
nis, poſtulationis, aut prouiſionis ſeu tituli, ſecun-
dum Paul. & Car.ibi.quæſt.xxxvj. & cum exorbi-
tet, non debet extendi, ſecundum gloſ.ibidem. Sed
pro validitate ſententiæ fuit concluſum, & dictum
Rotam aliâs idem tenuiſſe tanquam agatur ſuper
3 beneficio, ex quo vnio † ad tempus ſeu ad vitam
non eſt extinctiua tituli, ſed magis quædam palliata
diſpenſatio ſicut commenda.c.dudum.el ij.de elec.
in conſilio Gem.lxxxviij.quia reſpicit fauorem per-
ſonæ, cuius beneficio vt per eam obtento ſit, & eſt
temporalis.deciſio verò.ij.& Car.vbi ſuprà de per-
petua vnione & extinctiua tituli loquuntur, & con-
ferunt ad concluſionem quæ collegi in illa deciſio-
ne, quòd per diſſolutionem vnionis ad vitam non
datur vacatio, ſed eo modo quo prius vacat, & quòd
talis vnio non extinguit, & ibi latius de natura vnio-
nis incipit facta erat vnio, & vide in alia incipiente.
commendauerat.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non patiuntur dilationem cum nemo vi-
uat vento, negaréque illa eſſet necare homines, qua
propter ſunt priuilegiata, & conceſſa eorum fauo-
re, ad piam cauſam dicuntur conceſſa.*
2 *De ſtylo ſignatura iuſtitia non datur abſolutio iu-
ramenti aduerſus iuratam obligationem in forma
camera etiam ad effectum agendi: quia contra in-
ſtrumenta habentia executionem paratam non ad-
mittitur niſi ſolutionis vel falſitatis exceptio.*
3 *Sola ratio naturalis licite allegatur in deciſionibus
cauſarū, & poſſumus verba legis reſtringere per eam.*
4 *De iure videtur verior opinio, quòd in caſu præ-
miſſo reconuenienti ſuper mercede deberet dari ab-
ſolutio à iuramento, vbi ſoluta ſumma obligationis
maxima premeretur inopia, & cogeretur mendi-
care cum periculo vita.*

DECISIO VNICA.

FVIT negata in eadē ſignatura com-
miſsio ei qui conueniebatur pro certa
ſumma ad quam ſe obligauerat in for-
ma cameræ cum iuramēto, & petebat
abſolui ad effectum reconueniēdi ſu-
per mercede & ſalario perſonæ ſuæ ra-
tione ſeruitij, ſaltem ad concurrentem quantitatem
compenſando & non vltra, nam & ſi mercedes ex
ſudore ſeruitij deberentur, vel quia fuiſſet procura-
tor aduerſarius aut aliâs, & ſic vt ex tali ſudore vul-
tus ſui viueret: & hoc ſapiat naturam alimentorum,
quæ † non patiuntur dilationem, cum nemo viuat 1
ex vento. l.fin. C. de ali. pup. præſtan. & iſta negare
ſit homines necare.l.necare.ff.de alen.vel agno.libe.
quod eſſet crudele ac contra charitatem, non debet
fieri, quin potius ſubueniri. lxxxvj. diſtinct. paſce
fame morientem.cum ibi no.ca.penulti.de conſue.
cap. cum haberet. in ſi. de eo qui dux. in ma. quam
pol.per adul.ca.quantæ.in glo.de ſenten.excommu.
cum multis aliis. & propterea alimenta ſunt priui-
legiata, prout plura ſpecialia de eis ponit Barto.in l.
mela.ff.de alimen.& ciba.vbi glo.dicit quòd habent
cauſam fauorabilem, & conceſſa alimentorū fauore
videntur conceſſa ad piam cauſam, ſecundum Ludo.
Ro.in l.ſi verò.§.de viro.in xxiiij.fal.ff.ſol.mat.quem
refert Fel. in c.nōnulli, in prima ampliatione.col.vj.
de reſcrip. Nihilominus fuit reſponſum, quod iura-
mentum ligans animam pretioſiorē corpore ac re-
bus omnibus præferendam. l.ſancimus. C.de ſacro-
ſanct.eccle.ca.cum infirmitas.de pœniten.& remiſ.
eſt magis priuilegiatum & conſiderabile.& quando
poteſt ſeruari ſine interitu æternæ ſalutis ſeruandū
eſt.cap.ſi verò.de iureiuran. Item dixerunt præſen-
tes illi ſignaturæ eſſe de ſtylo, † non dari abſolutio- 2
nem aduerſus obligationem iuratam in forma ca-
meræ etiam ad effectū agendi, & reconueniens agit
l.cum papinia. cum auth.& conſequen.C.de ſenten.
c.j.& ij.de mut.peti.& contra habentia executionem
paratam non admittitur: niſi exceptio ſolutionis &
falſitatis.de quo Bart.in l.4.§.& parui refert.ff.quòd
vi aut clam. Et dixi in illa concluſione quæ incipit,
fuit in ſignatura iuſtitiæ &c. vbi vide, & facit quòd
Alex.in quæſt, in l.ſtipulatio iſta.in §.alteri. penult.col.

ff.de verb.oblig.& ſic maior pars voluit commiſſio-
nem non eſſe ſignandam. Sed poſſet pro cõmiſſione
dici, quòd iuramentum tunc debeat excludere ad
ſolutionem, & ante omnia ſeruari quando eius ob-
ſeruantia poteſt fieri abſq; deſtructione corporis &
animæ, & ita loquitur.d.cap.ſi vero.in glo.videmus
enim quòd iura,ne quis pereat in carcere aut fame,
in multis caſibus prouident, vt ſupra, & in iuribus
adductis in alia concluſione incipiente.propoſui in
ſignatura niſi quia facit.ca.ſi quis propter.de furt.
Et quod communiter tenent canoniſtæ quem ex-
cuſari à pœna non obſtante iuramento quando fecit
quicquid potuit,vt refert Iaſ.licet contrarium ſen-
tiat. in d.l.ſtipulatio.in princip.iiij.colum.& ſufficit
3 † ratio naturalis ad limitationem legis.l.ſcire opor-
tet.§.ſufficit.de excu.tuto.l.cum ratio.ff.de bo.dam-
na.c.cum vobis.in fi.de elect.ibi tam rationes quàm
canones.c.ſecundo requiris, de appel.in fi.vbi Abb.
ij.colum.ponderat, quòd ſola ratio naturalis licite
allegatur in deciſionibus cauſarum, & quòd per
eam poſſumus reſtringere verba legis ſecundũ eum.
in ca.vt debitus.vlti.col.eod.tit. Ratio autem & mi-
ſeratio eſt maxima quòd ſi cogitur prius ſoluere &
mendicare cum periculo vitæ forſan. Item poſtea
4 † ſine facultatibus nudus, & impotens non poterit
ſuper ſibi debita mercede contendere, vt dicitur.de
ſpoliatio.in c.frequens.de reſti.ſpolia.in vj.Item pro-
pter famen & dotem quæ ſuccedit loco alimentorũ
diſceditur à regulis iuris in multis caſibus ſufficiat
pronunt,l.ob æs.iuncta gloſ.C.de præd.mino.

DE DILATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Procuratori ſpeciali in curia citato non datur dila-*
tio ad conſulendum dominum an debeat cedere vel
contendere, ſecus procuratori generali vel ipſi reo
in curia perſonaliter apprehenſo quibus datur ad
partes dilatio conſueta.
2 *Actori non datur dilatio, quia debuit ab initio ve-*
nire inſtructus ad cauſam.
3 *Beneficia iuris patronatus laicorum ex donatione*
& fundatione, etiam ſi illorum beneficiati decedant
apud ſedem apoſtolicam, non tamen propterea ſunt
reſeruata, nec ſub reſeruatione c.j.de præben.lib.vj.
aut extrauagan.execrabilis, continentur.
4 *Si mutatur perſona quæ in ius alterius ſurrogatur,*
vel ſi eadem impetrat ius nouum, datur dilatio pro-
pter nouam inſtructionem, quæ tunc requiritur re-
ſpectu noui iuris, & nouæ perſonæ.
5 *Sequeſtrum non datur ei qui eſt ſurrogatus in lo-*
cum habentis vnam ſententiam pro ſe, cum contra
ſurrogationem poſſint dari multæ exceptiones eam
annullantes, vt quod ſurrogatus contraxit matri-
monium carnale, vel eſt alias inhabilis, & quia iura
ſurrogati non ſunt diſcuſſa, ſicut alterius qui ha-
buit ſententiam.
6 *Omnia beneficia eccleſiaſtica præſumuntur libera,*
niſi ius patronatus ſiue ſeruitus illorum probetur.

DECISIO PRIMA.

QVANDO reus apprehenditur in curia
datur ei dilatio ad partes conſueta ad ha-
bendum iura ad ſe formandum & in-
ſtruendum ac deliberandum &c. procu-
ratori † etiam generali non ſpeciali in curia citato 1
conceditur ad conſulendum dominum in cauſa de
qua non potuit veriſimiliter informari.cap.dilectis,
de procur.Rot.Biſignet in antiq.j.de dila.in no.xxx.
de procur.de do.& contum.deciſ.xiij. in fi. † Actori 2
verò dilatio deliberatoria ab initio non datur:quia
debuit venire inſtructus, glo.& Abb.in ca.præterea.
iiij.colum. de dila.qui in capi.j.eod.titu. vlti.colum.
ponit de pluribus ſpeciebus dilationum, vbi vide.&
prædicta dilatio in pluribus cauſis fuit conceſſa reo
in curia apprehenſo ſuper beneficio vacante in ea,
non obſtan.cap.ij.de præben.in vj. quod eſt clarum
ad ſolum papam diſpoſitionem pertinere:& ſic vide-
batur calumnioſa petitio dilationis. Sed fuit conſi-
deratum quod forſan erat ſeu eſſe poterat benefi-
cium de iure patronatus laicorum † quod ſub reſer- 3
uatione dicti c.non continetur, prout communiter
ibi contra glo.doct.cenſentur, in c.dilectus.de offic.
lega.Sicut in extrauagan.execrabilis,in titu.de præ-
bend.non continentur talia quoad reſeruationes,vt
Rot. Biſignet.in antiq.ix.de præbend.& facit quod
Fely.adducit ſuper regula in tracta. quan.lite.apoſt.
noce.patro.Item quòd non vacaſſet ex perſona eius
qui obiit in curia quaſi non haberet titulũ nec poſ-
ſeſſionem vel alterum ex eis: quibus caſibus & ſi-
milibus probatio & iura de partibus ſunt habenda.
Ita in ſimili quando † mutatur perſona quæ ſurro- 4
gatur vel eadem ius nouum impetrat fienda eſt in-
timatio & danda dilatio cum requiratur noua in-
ſtructio, & non venerit quis inſtructus niſi reſpectu
iuris quod aduerſarius intentauit & contemplatã
perſona aduerſarij, non alia, vt habetur in di.deciſ.
xiij.& in terminis cle.j.de ſequeſtra.poſſ.& fruct.in
quarta quæſtione ibi dicit Car. non dari † ſeque- 5
ſtrum ei qui eſt ſurrogatus in locum habentis vnam
ſententiam pro ſe, ea ratione quoniam poſſunt dari
exceptiones contra ſurrogationem, iura autem ha-
bentis ſententiam iam erant diſcuſſa, nec ſic iura
ſurrogati. Ex multis nanque cauſis poteſt eſſe quod
non tenet ſurrogatio etiam ob inhabilitatem ſurro-
gati, & hoc ſemper meo tempore fuit tentum, & di-
ctum poſſe opponi quod ſurrogatus cõtraxerat ma-
trimonium carnale, & ita de alijs inhabilitatibus ad
beneficia, puta quod profeſſus fuerat religionem
mendicantium, & ſimilia, licet iſta non ſint veriſi-
milia, quemadmodum nec illud de patronatu laico-
rum, † ex eo quod libertas omnium beneficiorum 6
præſumitur, niſi ſeruitus probetur. Cum ſufficiat
eſſe poſſibilia neque locum habeat in his beneficia-
libus per rationes iam dictas, quod gloſ.in l.edita.
C.de eden.inquit, ex noua actione nouam dari di-
lationem deliberationis, niſi vbi in ſecunda poteſt
eſſe quis inſtructus ex deliberatione primæ, nam
loquitur in prophanis in quibus prædicta non ca-
dunt, vel ſi caderent, non daretur eadem inſtru-
ctio reſpectu perſonarum, ſi eſſet reſpectu eiuſ-
dem iuris. Item ratione iuris poſſet conſiderari di-
uerſitas, de qua in dicta deciſio.xiij. & hæc nota
in practica.

SVMMARIVM.

1 *Vbi pro parte agentis ſuper ſpolio eſt facta aliqua*
probatio ipſius, licet non plena, reo dilatio denega-
tur cum tunc præſumatur gratia differendæ litis

ac conſo

ac confouendæ ſe in intruſione illam petere, ſi vero nulla conceditur, idem in remiſſoria, vt in ſequenti deciſione dicetur, idem etiam in attentatis, vt dicetur infra in iiij. deciſ. huius tituli & fin.

2 *Ante terminum ad articulandum de ſtylo palatij regulariter debet peti poſt quem bene ſeruatũ communiter denegatur.*

DECISIO II.

DVbitatum etiam fuit an in ſpolio prætenſo ſpoliatorij deberet concedi dilatio, & ego dicebam quod non, ex quo petebatur ad confouendam occupationem quæ ſonat in delictum cum nec competat reſtitutio. l. auxilium. §. fi. ff. de mi. facit. c. bonæ. de elect. ca. fi. de immu. eccle. ca. quia fruſtra. de vſur. cap. primum. de delict. pue. Item aut in veritate erat ſpolium, & merito negabatur: aut non erat verum, & petens non indigebat, cùm veniret abſoluendus, vnde fruſtratoria videbatur dilatio cuius expectatio & finis non commodum, ſed diſpendium potius vtrique parti erat allatura, argu. l. aliquando. §. ſi ſub conditione. ff. ad velleia. c. cum contingat. iuncta glo. pe. de offic. deleg. & hanc partem quidam etiam guſtabant. Alij contra ex eo quòd ſi reo daretur dilatio forſan haberet teſtes, inſtrumenta, & alia adminicula quibus interea à prætenſo ſpolio ſe defenderet. Et ſi negaretur, poſſet ſuccumbere ex falſis probationibus: aut ſine culpa damnari contra regulam ca. cognoſcentes. de conſti. Tandem fuit concluſum
1 quòd ſi ex parte † agentis erat facta aliqua probatio ſpolij, licet non plena negaretur; ſi nulla, concederetur, & iſtud eſt magis contingens ex quo vt pluri-
2 mum poſtulatur ante † terminum ad articulandum, poſt quem bene ſeruatum negatur. Propterea monebatur agens, & quanto citius aliquid de ſpolio probaret ad detegendum quòd gratia differendæ litis ac confouendi ſe in intruſione poſtulabatur, & ſic ad excludendum dilationem. l. ſatis apertè. C. de fal. & reus ad oſtendendum contrarium vt attentis probationibus alterius ſeu vtriuſque daretur aut negaretur, prout auditores ex eis animi motum informarent. l. teſtium. §. ideoque. & §. ſequen. ff. de teſtib. capit. in præſentia. de renuntiat. in capi. conſtitutus. in fi. de fideiuſ.

SVMMARIVM.

5 *Sicut dilatio reſpectu loci & termini eſt arbitraria, ita & remiſſoria in cauſis ciuilibus cuius materiam vide hic remiſſiuè.*

2 *Propter dicta teſtium etiam nulliter in partibus examinatorum excludentia ſpolium ac ſuſpitionem malitioſæ dilationis conceditur remiſſoria reo prætenſo ſpoliatori.*

DECISIO III.

SVb eiſdem cõſiderationibus in cauſa ſpolij quibus in dilatione, prout in præcedenti concluſione, fuit conceſſa vel negata remiſſoria prætenſo ſpoliatori, habent enim ſimilitudinem, nam ſicut
5 dilatio † in pluribus dilationũ ſpeciebus etiam reſpectu termini ac loci eſt arbitraria. l. ij. & ibi Bartol. ff. de re iudic. gloſ. in ca. præterea. de dila. Abba. in c. j. ij. colum. eod. titu. colligens ſpecies dilationum, colum. vlti. ita & remiſſoria in ciuilibus. l. iudices. cum aut. ſeq. apud eloquentiſſimum. & in corpore vnde ſumitur. C. de fide inſtru. cle. j. de offic. deleg. Ancha. & Ioan. Andr. in c. præſentium. & ibi Philip. Franch. v. colum. de teſtib. vj. & materiam iſtam remiſſionis declarat Pau. in tract. de offic. & pote. capi. ſe. vacan. in x. quæſt. primæ partis principalis, quarta col. ver. & aduerte: quia auditores in curia Ro. &c. Quæ remiſſio tunc negatur, quando iudex calumniam concipit, aut præſumitur quod malitioſè petatur ad nor. Innocen. in capi. poſt electionem. de conce. præbend. & Bald. in d. l. iudices. & in ſpecie Ludo. Roma. conſilio. cclxxiij. clarum eſt. de qua calumnia in hoc caſu & aliis, plura cumulat Felyn. in cap. de cætero. iij. colum. in fi. cum ſequen. de re iudic. ponens cautelam pro iudicibus formantibus eorum animum in præſumpta calumnia, vt ſi non conſtet de ea in actis ex quo nedum ex dictis, verum etiam ex geſtis & aliis formãtur animi in ſimilibus. d. l. teſtium. §. j. cum ſeq. de teſtibus. no. in ca. j. de teſti. cogen. faciant eam redigi apud acta propter. c. quoniã contra. cum materia de probat. & ita nouiſſime in vna Regieñ. aquæductus ſuper ſpolio in qua domi. Ioan. Ant. de Triuultiis primo, ego ſecundo pronuntiaueramus contra communitatem Regieñ. tanquam ſpoliaſſet in fauorem Herculis Eſteñ. vt ſpoliati in materia domi. Camillus de Ballionibus ex decreto maioris partis dedit remiſſoriam de menſe Ianuarij 1519.
quia † erant teſtes in partibus nulliter examinati, 2
quorum dicta excludebant ſpolium ac coniecturam dilationis malitioſæ, & faciebãt præſumptionem pro bona fide petentis quam euentus probauit: quoniam examinatis legitimè teſtibus. Idem dominus Camillus reuocauit prædictas duas ſententias, & ſententiã domini Camilli cõfirmauit de menſe Nouemb. 1521. Dominus Mercurius de vipera Decanus noſter ita quod iuſtiſſima fuit conceſſio remiſſoriæ, & iniuſta fuiſſet negatio, fuit etiam conceſſa remiſſoria in Hildeſemeñ. Argentifodinæ coram domino Bartholomæo de Petra ſancta in ſecũda inſtañ. de anno. 1521. licet cum obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ ac ſi eſſet tertia, non obſt. text. in d. authen. apud eloquentiſſimum, quia in criminalibus & ciuilibus quandoque quod datur quandoque negatur, prout iudex ex variis cauſis arbitratur, cum ab eius pendeat arbitrio ſecundum Bald. & Paul. de Caſtr. ibi & hoc etiam de iure ciuili, quam de iure canonico id permittitur, vt in cap. archiepiſcopatu. de rapto. etiam ſi neceſſitas non immineat inquit Paul. de Caſt. ſuper dicta l. iudices. & dict. authen. & ibi de cauſis & materia remiſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio ad partes olim non dabatur ad probandum attentata, hodie tamen aliquando datur.*

2 *Agentis ſuper ſpolio aliquando datur remiſſio ad probandum ſpolium, & nume. 4.*

3 *Attentatorum iudicium cauſam petitorij & poſſeſſorij ſuſpendit.*

5 *Per commiſſionem de præfixione termini ſuccurritur contra agentes ſuper attentatis, ſeu ſpolio.*

DECISIO IIII.

IN attentatis ad probandum ea † non dabatur re- 1
miſſio ad partes: ſed admittebatur in curia probatio

batio inquit Rot.de probatio.vij.& xxxvj.in antiq.
& iiij.in no.vt lit.penden. in addit. Sæpe tamen fuit
data meo tempore ad excuſandum attentata, ſicut
ad excuſandum prætenſum ſpolium, quaſi prohibi-
rio intelligeretur quando poſtulatur ad probandum
pro quo.l.abſentem in princi.ff.de pe. Sed aduerte, ſi
2 agenti † ſpolio aliquando datur ad ſpolium proban-
dum, vt in proxima deciſione, fortius debet dari ad
probandum attentata quæ ſunt magis odioſa & pu-
nienda.ca.cordi.in fi.de appella.in vj. Non enim mi-
nus eſt ſubueniēdum offenſo poſt litis pendentiam,
quàm ante. Præterea auferretur probandi facultas ſi
in partibus tantum probari poſſent, quæ non eſt co-
arctanda, nec auferenda, ſed amplianda.l.quoniam,
in fi.de hære.l.generaliter.in prin.C.de reb.cre.facit
c.fin.cum ibi no.de teſti.cogen.& non deficeret ius,
ſed probatio iuris.l.duo ſunt Titij.ff de teſta.tute.
3 Nec obſt. † quod attentatorum iudicium cauſam
petitorij ſuſpendat & poſſeſſorij, ex quo ante omnia
veniunt reuocanda attentata.c.ex parte.ij.de appel.
& c.non ſolum.eod.titu.in vj.cum ſimili.quia ſi hæc
eſſet ratio negandi remiſſoriam ex eo quod poſſent
doloſe differre alia iudicia agendo ſuper attentatis,
idem conſiderari poſſet, quando intentatur poſſeſſo-
rium ſuſpendendo petitorium.ca.paſtoralis.de cau.
4 poſſ. & proprie. & tamen prætendenti † ſpoliatio-
nem remiſſori non negatur ad probandum contra
prætenſum ſpoliatorem. Item ſolet ſuccurri contra
taliter agentes ſuper attentatis, aut ſpolio, vel vtroq;
5 via † commiſsionis, quòd præfigatur terminus ad
probandum prætenſa attentata, aut ſpolium, quo
elapſo, & non probato ſuper vtroque ſimul vel peti-
torio duntaxat procedatur ſeu reiectis attentatis,
aut ſpolio, vel vtriſq; tanquàm calumnioſis: quando
prætenditur ſpolium lite pendente in petitorio iu-
dex procedat, prout ex diuerſitate cauſarum ac tem-
porum, vt quando propè vacantias Paſchatis, aut
generales Iulij, Auguſti, & Septembris talia iudicia
proponuntur, ſignatura occurrit vno modo vel alio.
Quo verò ad conuentum iudicio attentatorum de-
bet dari & negari ad excluſionem attentatorum, &
excuſationem ſuper eiuſdem motiuis quibus præ-
tenſo ſpoliatori datur vel negatur remiſsio, vt in
proximis duabus deciſionibus eſt dictū. quæ omnia
no. pro hodierna obſeruantia, & ad limitationē ſeu
declarationem antiquarum deciſionum.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio generalis ſeu ſpecialis inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem, quando habet decretum irritans & impedit reſtitutionem.*

2 *Intruſus contra generalem ſeu ſpecialem reſeruationem condemnatur in fructibus à die intruſionis: non autem litis motæ ſtante decreto irritante.*

3 *Condemnatio in fructibus quomodo & quando fieri debeat vide remiſsiue.*

DECISIO PRIMA.

1 QVONIAM Decretum c.ij.de præben.
in vj. † inficit poſſeſsionem.& Rot.iij.de
reſtit.ſpoli.in no. æquiparat decretum ad
certum corpus beneficij ſpeciale ad di-
ctum decretum generale & notorium, vt in vtroq;
impediatur reſtitutio vt in deciſ. prouiſus ab ordina-
rio, cum ſequen. infrà tit. proxi. in vna coram domi.
Pet. de Capiſuchis. 1520. de menſe Maij facta fuit
æquiparatio in condemnatione fructuum, vt ſicut
intruſus † contra generalem reſeruationem d.ca.te- 2
netur & condemnatur ad fructus à die ſpolij, non
à die litis motæ duntaxat. Ita intruſus contra ha-
bentem regreſſum, acceſſum, aut coadiutoriam cum
futura ſucceſsione, dummodo in dictis gratiis ſit
decretum irritans.& de materia quando quis † te- 3
neatur ad perceptos, vel percipiendos, vel à die li-
tis conteſtatæ ſolùm, ſeu etiam perceptionis ſeu poſ-
ſeſsionis, & quando, an fructus etiam qui percipi
potuerunt cum diſtinctione fructuum, & bonæ fidei
poſſeſſoris, aut malæ, videatur tex. in l. & ex diuerſo.
cum gloſ. ff. de rei vendic. & ibi Bartol. & gloſ. inſtit.
de rer. diui. §. ſi quis à non domino. & de offic. iudic.
§. j. l. certum. C. de rei vendi. vbi etiam Cyn. text. cum
gloſ. in cap. grauis. de reſtitu. ſpolia. vbi & Abba. poſt
alios. ij. colum. cum ſe. & Rot. eod. titu. in no. iiij. & v.
& x. & in antiq. x. & vlti.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor an teneatur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, & quid quando litigioſum & de ſurrogato in litem.*

2 *Regula de triennali eſt contenta titulo præſumpto.*

3 *Ordinarij omni anno debent viſitare eccleſias ſibi ſubiectas.*

4 *Impetranti beneficium per reſignationem non cogitur docere titulum ſui authoris.*

5 *Petenti beneficium ex cauſa permutationis ſufficit probare compermutantem pro tali habitum.*

6 *Seruat Rota ad hoc vt ſucceſſor non teneatur docere de titulo ſui prædeceſſoris ſufficere cedentem vel decedentem triennio pacifice poſſediſſe.*

DECISIO II.

LApus allegatione lxxxix. per plura fundamenta
vult ſucceſſorem in beneficio non teneri † ad 1
iuſtificandum titulum ſui prædeceſſoris, qui de-
ceſsit in pacifica poſſeſsione, ſecus ſi in lite: quia
tunc ceſſant motiua & præſumptiones, & ita de
ſurrogato in litem & ius: & idem dicit Egidius de-
ciſio. cxij. quod tenetur iuſtificare, & vtrunque eſt
in viridi obſeruantia. Nam ſi quis non aſtringitur
ad docendum titulum ſuæ poſſeſsionis. l. cogi. C. de
petit. hæred. ſuper quo articulo Abba. in cap. cum
ſuper. in fi. de cauſa poſſeſ. & proprie. & Rot. de re-
ſtitu. ſpolia. in not. primo, circa fin. & in additione
minus ad iuſtificandum titu. authoris, quando lon-
go tempore poſſedit, cum ſufficiat communis repu-
tatio, & non ſit pronunciandum ſuper eius iure,
Egidius deciſ. dcxl. Ad idem Anchar. conſil. cxvij.
Vbi eſt caſus de poſſeſsione xvij. annorum & de
poſſeſsione x. annorum in propria perſona, non
authoris. in capi. illud. cum materia de præſumpti.
quia ex poſſeſsione tanti temporis cauſatur præ-
ſumptus titulus, vt declaro in illa deciſi. quod re-
gula de triennali † eſt contenta titu. præſumpto, 2
incipit quamuis regula, & dicunt Innocen. Hoſt.
Car. Butr. Abba. & Fely. in d. cap. & Fely. etiam in c.
ſicut. de re iudi. Domi. in c. ordinarij. de offic. ordi. &

in conſi.

in conſi.lxxxvij.tertia colum.quoniam non permi-
3 ſiſſent ordioarij, † qui omni anno debent viſitare.
d.ca.ordinarij,eccleſias tanto tępore poſsideri abſq;
canonico titulo. Quod obſeruatur etiam in eo qui
4 impetrat † per reſignationem vt non cogatur pro-
bare titulum prædeceſſoris, iuxta no.per Innocen.&
Hoſtien.in d.c.illud.& in c.innotuit.de eo qui furti.
ordi.rece. Cum eadem ſit ratio in morientem ciuili-
ter quæ in naturaliter, Rot.xxviij.de procu.in no.fa-
cit etiam Rot.in no.de re.permuta. quarta, vbi pe-
5 tenti † beneficium ex cauſa permutationis ſatis eſt
probare compermutantem pro tali habitum, & ad
iſta l.ſi filiusfamilias.C.de peti.hære.& Barto.in l.ſo-
lent.§.fina.penul.col.de offic.proconſul.quando ex
curſu temporis & patientia titulus præſumatur, &
in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.col.ij.Phil.Franc.
in c.vnico.de iure patro.in vj.iij.colum. Alexand.in l.
ſciendum.ff.de verbo.obliga.& Felyn.in d.cap.illud.
tertia colum.cum ſeq.& in d.ca.ſicut.xv.colum.Sed
palatium meo tempore in cauſis quæ occurrunt,ſer-
uauit prout ſeruat,& in vna Spoletan.coram domi.
6 Simonetta voluit ſufficere † cedentem vel deceden-
tem triennio pacifice poſſediſſe attenta breuitate
vitæ noſtri temporis, & à ſimili regula de triennali,
quæ optima conſideratione tuetur pacificum poſſeſ-
ſorem per triennium.& ſecundum hanc obſeruatio-
nem intelligatur Egid.d.deciſio.dcxl.& dxciij.vbi
vult regulariter ſufficere communem reputationem
authoris, dummodo poſſeſsio ſit aliquandiu conti-
nuata,& ſic de ſimilibus deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio per obitum putatiui triennalis pacifici poſſeſſoris valida reputatur etiam concurrens cum vero ex quo ei litem non mouit.*
2 *Titulus bonus præſumitur ſuperueniſſe putatiuo triennali quem impetrans iuſtificare non compellitur.*
3 *Communis reputatio ſufficit ad probandum titulum prædeceſſoris triennalis.*
4 *Probatio tituli inualidi prædeceſſoris non concludit, quòd non habuerit alium titulum.*
5 *Veritatem opinioni præferendam eſſe in beneficialibus qualiter intelligitur.*
6 *Si cedens vel decedens ſaltem triennio poſſedit: impetrans ex tali vacatione poteſt beneficium petere, nec cogitur iuſtificare titulum ſui authoris.*
7 *Peius eſt titulum infectum producere, quàm nihil de titulo allegare.*
8 *Tituli poſſunt multiplicari.*

DECISIO III.

ITem fuit tentura in vna Teruiſina Cano.& præ-
ben.coram domino Domi.de Iacobatus ad decla-
rationem dictæ allegationis Lap.cum materia,quòd
licet tit.vetus præferatur putatiuo in concurrentia.
c.ſuſceptum.de reſcript.in vj.& ibi Moderni.tamen
quia putatiuus obierat in poſſeſsione pacifica trium
1 annorum ad minus valida, † fuit iudicata impetra-
tio per obitum putatiui.cui non præfertur vetus,
qui concurrebat cum putatiuo ex quo litem ei non
2 mouerat,quia præſumitur quòd titulus † bonus pu-
tatiuo ſuperueniſſet quem impetrans iuſtificare non
cōpellitur: contra quod videtur quòd Lap.in dicta
allega. loquitur quando vnus eſt ſolùm impetrans
petens beneficium, & ibi.vij.colum. Nam ſi eſſent
duo tunc veritas ad completum negotium decla-
rata præfertur opinioni.viij.diſt.veritate. Vni autem
ſoli petenti beneficium vacans de iure & de facto,
qui expreſsit modum vacationis putatiui, nihil ob-
ſtat, & ita Domi.& Philip.Franch.ſentiunt in d.cap.
ſuſceptū.ex quibus aduocatus partis qui ſuccubuit
volebat quòd quia verus cōcurrebat cum putatiuo,
& viciſſet, cum ita vincat impetrantem per obitum
putatiui cum quo nunc etiam concurrit.& quòd al-
legatio Lap. procedit in vnico impetrante per obi-
tum putatiui.& limitatio eiuſdē verificatur quando
duo ex perſona vnius tamen impetrarunt, vnus cum
expreſsione veri modi vacandi per reſignationem,
alius putatiui per obitum; vt verus præferatur etiā
in data poſteriori:& ſi ſecus quādo ex perſona duo-
rum. Sed hanc differētiam non perpendo, nec puto
veram, nam ſi Lap.loquitur in vno impetrante per
obitum putatiui, oportet dicere quòd aduerſarius
impetrantis præcēdat ius viuente putatiuo ſibi com-
petiſſe,& competere, ſeu det de iure tertij, cui verè
& non putatiuè competeret, & tunc ſumus in caſu
deciſionis,vt ſimili pro quo allegauo faceret.Si verò
admitteremus quòd loquitur in vnico impetrante,
cum quo non concurreret alius ex perſona, nec da-
ret de iure tertij, ſed ſolùm exprimet, iuſtifica titulū
authoris tui, aliâs volo abſolui, reſtringeret nimiū,
& eſſet contra fundamēta per eundem Lap.adducta
maximè penul. & vlti.col.dum aſſerit, quòd in pro-
batione alicui titulo communis † reputatio ſufficiat; 3
& non cōpellitur quis talem titulum probare quin-
imo productio renuntiationis, & ſic non tituli non
excludit præſumptionem quæ cauſatur ex tempore
iam dicto pacificæ poſſeſsionis: quòd potuit obti-
nere nouum & bonum titulū,pro quo obtento facit
communis fama, & putatiuum reputauit verum,
prout forſan fuit, quamuis non conſtet, ſic nec ſen-
tentia illegitimitatis noceret, cum potuiſſet ſuper-
ueniſſe diſpenſatio, vt dicit Lap.quod etiam Mil.in
verbo,beneficium impetrans, firmat in caſu fortiori
in quo † probaretur aliquem habuiſſe titulum in- 4
ualidum,& ſic de nullitate tituli oſtenderetur.Cum
ex hoc non cōcludatur,quòd ius non habuerit,cum
potuerit habere alium titulum validum.ita Abb.in
c.ſollicite.ij.col.de reſtit.ſpo.& quod Anch.in dicto
conſil.cxvij.Innoc.& Ioan.And.in c.ſuper his.de ac-
cuſa.Fely.in c.illud.de præſump.& c.ſicut.de re iudi.
& text.in ca.j.de conſue.rec.feu.in vſi.feud.quod ſi-
cut ibi per ſolutionem & receptionem cenſus præ-
ſumitur reuocatio,ita hic per perceptionē fructuum
beneficij pacificè cum cōmuni reputatione aut bo-
nus aut nouus titulus validus vt ſuprà: illud verò
quod fiat diſtinctio an ex perſona vnius vel duo-
rum duo impetrent, vnus verè, alter putatiuè, non
habet ſaporem, cum vtroque caſu extra terminos
deciſionis præferatur verus.d.ca.veritate.& d.ca.ſu-
ſpectum, & quod duobus impetrantibus veritate
declarata ante completum negotium veritas opi-
nioni † præferatur, locum habet ſi verus modus 5
tempore vacationis appatet, non ſi putatiuus repu-
tabatur verus communiter, & verus erat occultus.
Nam ſi patebat putatiuus tanquam verus, & latebat
verus, vt in caſu concluſionis in quo populus non
exiſtimabat beneficiatum niſi eum qui poſsidebat
in pace,

in pace, & perſeuerauerat ſine contradictione vſque
ad obitum, vtique putatiuus eſt in conſideratione,
& opinio præferenda veritati, vt potentior ex iam
dictis & ita declarando Lap. & d.ca.ſuſpectum.dicit
Domi.in d.ca.quod not. Nam ſecundum iſtam de-
clarationem & rationem potentiæ cum præſumptio-
ne quod fuerit vel ſuperuenerit titulus canonicus,
& alia adminicula ad id deducta iuncta hodierna
interpretatione triennalis poſſeſsionis, iſtud tantum
6 eſt inſpiciendum an cedens † vel decedens pacificè
triennio ſaltem poſſediſſet, vt obtinens ex tali vaca-
tione ſit tutus, & poſsit petere beneficium abſque
eo quod cogatur iuſtificare titulum authoris ſiue
ſit ſolus impetrãs contra quem excipiatur, vel alius
ei opponat dandu de iure ſuo vel tertij, quod eſſet
verum & ortum tempore poſſeſsionis putatiui ſeu
concurrat alius impetrans ſecundum verum mo-
dum vacandi cum eo ex eadem aut diuerſis perſo-
nis, vel ex vacatione eius qui erat verus titularis:
quia imputaſſet ſibi vetus quare tacuiſſet tanto
tempore & permiſsiſſet putatiuum poſsidere, &
tunc ſi triennio obſtitiſſet ei agenti contra putati-
uum ſi egiſſet dicta regula de triennali, ſi decennio.
d.c.illud.cum materia, multò ergo magis debet ob-
ſtare allegatio venienti ex eius perſona, & ad hanc
intelligentiam reducẽdæ ſunt hodie deciſiones Egi.
cccccxxxiij. & dclxvj. ac ſimiles & his non obſtan.
7 alia.cclxxxvij. quod peius † eſt titulum infectũ pro-
ducere quàm nihil de titulo allegare, ex quo non
ceſſat ratio viſitationis ordinarij, quòd non permi-
ſiſſet ſine titulo Canonico &c. Item quod potuit ſu-
peruenire alius & præſumitur ex tempore ac com-
muni opinione quod verus fuerit, & quia producẽs
vnum, non excludit nec dicit quòd non habuerit
8 alium præcipue: quia titulus † poteſt multiplicari.
ca.poſt electionem.de conceſ.præben.ca.ij.de arbi.&
vbique.Abb.Roma.conſilio.cccxxxiij.

SVMMARIVM.

1 *Nouus titulus præſumitur ſuperueniſſe reſignanti, ſi poſt reſignationem illud per triennium poſſedit.*
2 *Gratia an dicatur perfecta ſignata ſupplicatione.*
3 *Supplicatio an ſit ſufficiens pro colorando titulo in poſſeſſorio recuperando.*
4 *Affectio & reſeruatio, an ſit extincta ſupplicatione perfecta.*
5 *Præſumptio quod potuit prædeceſſor habuiſſe titulum validum cum poſſeſsione, dicitur probata probatio.*
6 *Titulus validus intelligitur habere qui habuit ab eo qui valide dare potuit.*
7 *Regula de triennali eſt perſonalis.*
8 *Si non datur vacatio beneficij morte ciuili vel naturali triennali, ſucceſſor iuuari non poteſt, allega. Lapus.*
9 *Decennalis poſſeſsio facit præſumptionem tituli in poſsidente.*

DECISIO IIII.

VOluerunt domini pro maiori parte in vna To-
letañ. parochialis de Relas coram me de menſe
Martij de anno 1522, quòd collegium ſancti Ille-
fonſi de Alcala quod vigore vnionis apoſtolicæ poſ-
ſeſsionem apprehenderat dictæ parochialis vacantis
per aſſecutionem archidiaconatus incompatibilis
cum parochiali, quem archidiaconatum aſſecutus
fuerat Franciſcus zabata. 1513. qui etiam tunc pa-
rochialem pacifice poſsidebat, non teneretur iuſti-
ficare titulum dicti Franciſci non obſtan. quòd di-
ctus Franciſcus eam parochialem. 1508. in mani-
bus papæ reſignauerat, † ex cuius reſignatione E- 1
gidio Gondiſalui in curia præſenti fuerat prouiſum,
qui in eadem literis non confectis obierat. 1516. &
Alfonſus de Segouia per obitum & reſignationem
Franciſci in curia impetrauerat, ex quo Franciſcus
à die ceſsionis vſque ad diem aſſecutionis prædicta-
rum pacifice poſſederat, ita quòd præſumebatur ſu-
peruenisſe titulum ex adductis in proximis conclu-
ſionibus. Nec refragatur quòd durare proponeba-
tur vacatio in curia, & ſic reſeruatio. cap.ij.de præ-
ben.in vj. quæ non videbatur expiraſſe, ex quo Egi-
dius non probatur aliquas expediſſe literas iuxta
deciſionem Egi.cum ſuis notatis 112. 609. & 644.
cum ſimilib. & quia cancellaria non dat vacationem
ex perſona taliter prouiſi, quaſi papa non plenè
prouiderit, niſi literæ conficiantur. Etiam ſi bene-
ficium non ſit impetrabile propter pendulitatem
niſi prius ſeruata forma. cap. ſi tibi abſenti. de præ-
bend.in vj. quoniam domini pro maiori parte etiam
tenuerunt quòd ſola † ſupplicatio perficit gratiam, 2
ad no. per doct. in prohemi. vj. & eſt elegans conſil.
Gemi.cvj. de quo in illa deciſione quòd ſupplicatio
† eſt ſufficiens pro colore in poſſeſſorio recuperan- 3
dæ incipiente, quamuis ad canonizationem, ſub tit.
de reſtitut. ſpolia. ad quod Rot.de reſcript. vlti. in
antiq. de quo pro & cõtra Mil. in repertorio in ver-
bo gratia apoſtolica non cenſetur perfecta. Suppo-
ſita ergo prouiſione perfecta per ſupplicationẽ † ex- 4
tincta eſt qualibet affectio & reſeruatio, cap. inter
dilectos. vbi Innocen. & Abba. poſt alios. de exceſ.
præla. & in d.deciſ. vlti. & de præbend. in antiq. xiiij.
& no. xj. facit, quia paſsim iudicatur ſecundum ſup-
plicationes in poſſeſſoriis, & quo ad abſolutorias,
prout in illa deciſione incipiente obtentum eſt in
palatio, ſub titu. de ſenten. & de re iudic. Sed contra
concluſionem facit dicta deciſio vlti. intelligendo
eam ſicut Fely. in rub. de conſti. colum. iiij. quòd licet
vacet beneficium per eius obitum qui habebat ſo-
lam ſupplicationem, non tamen per hoc expirauit
reſeruatio, nec probaretur reſeruationem, ex ſola
ſignatura ſupplicationis expiraſſe, quia oportet
eam probare per tranſumptum regiſtri apoſtolici.
Pro concluſione dicas omittendo an iſtud ſit ve-
rum ex hic adductis, & in locis remiſsis, & quia
fuere opiniones, vt refert Rot. iij. de ſeri. in antiquis,
quòd poſito ſine præiudicio ita eſſe, tamen tenen-
do quod titulus ei qui reſignauerat ſuperueniſſe
præſumatur, & quidem alius quàm eſſet antequam
cederet, ceſſat obiectus, cum præſumatur ab eo qui
dare potuerit, & ſic quòd reſeruatio expirauerit,
& per hoc etiam reſpondetur ad veram vacationem
in curia. Nam rationes allegationis Lapi ſunt plu-
res & generales, ex quibus ſatis eſt quòd militet
vna concludens. §. affinitatis. inſtitu. de nupt. l. li-
berorum. §. j. cum gloſ. de his qui no. inf. Bartol. in
l. j. col. pe. ff. ſol. ma. & Abb. in c. cum ceſſante. j. no. de
appella. & in propoſito hoc eſt illa ſufficiens, quam
conſiderat Mil. in ver. beneficium impetrans, quod
non

non obſtet ſi probaretur etiam inualidus titulus,
quaſi iſtud ſit peius, quàm ſi nullus appareret ſecun
5 dum Egid.deciſ.cclxxxvij. quia potuit habuiſſe † va-
lidum, in quo attenditur potentia, ex qua cum poſ-
ſeſsione id præſumitur, vt etiam Innoc. & Abb.di-
cunt in cap.ſollicitè.de reſtitu.ſpol.& talis præſum-
ptio eſt probata probatio, niſi, quod valde difficile
eſt, probaretur non titulus, aut non bonus concluden-
tiſsimè, vt dicitur in dicta allegatione in fine: va
6 lidus † autem neceſſariò intelligitur ab eo, qui vali-
dè dare potuit, alias non eſſet iuridica præſumptio,
vnde licet ceſſaret illa ratio, quòd ordinarius paſſus
ſit reſignantem poſsidere poſt reſignationem, quia
eam potuit probabiliter ignoraſſe, non facit ceſſare
præſumptionem allegationis ſtante alia ratione. Nec
obſt. quòd dicebatur non ſufficere quinquennium
ad allegationem, quia ſi in aliis Rota fuit contenta
triennio, in hoc caſu facilius vbi erat quadriénium,
& aliqui mēſes vltra. Nec ſequitur ex hac reſtrictio-
7 ne triennij regulam † de triennali, quæ eſt perſona-
lis, fieri realem hoc modo: quia non poſſum obijce-
re contra poſſeſſorem triennalem propter regulam,
ſed bene potero contra ſuccedentem in poſſeſsione,
cui regula non ſuffragabitur, quod non potero ſi di
cta allegatio eum iuuet, quia reſpódeo quòd ſumus
in diuerſis, videlicet in terminis allegationis in pu-
tatiuo ac præſumpto titulo reſpectu alterius: ſcili-
cet prædeceſſoris, cum reſpectu ſucceſſoris debeat
eſſe canonicus & verus, quamuis ſufficiat ex vaca-
tione per obitum prædeceſſoris, ſeu quamuis aliam
dimiſsionem habitus. In terminis verò regulæ in
proprio perſonæ ſuæ, non alterius titulo, ex quo
tunc etiam conſtat non obſtare quòd regula requi-
rat titulum ſaltē coloratum, & quòd ex hoc nullus
eſſe videatur, quin re vera eſt præſumptus & verus
reſpectiuè, vt eſt dictum, & ſic plus quàm colora-
8 tus. Item † ſi triennalis poſſeſſor poſſeſsionem ami-
ſerit aliter quàm morte naturali, aut ciuili, ſeu di-
miſsione, ex qua non detur vacatio beneficij, nec
cadat prouiſio in alium, tunc ſuccedentem in poſ-
ſeſsione non iuuabit allegatio à quo poterit euinci
poſſeſsio nullo fomentata colore. Poſſumus tamen
vti temperamento, & quodammodo via media inter
antiquam obſeruantiam quę longum tempus in hoc
exigebat, ac modernam, quæ triennio eſt contenta,
prout ſæpe fecerunt legumlatores, vt in §.fin. Inſtit.
quib.ex cau.ma.non lic.& l.ſolent. §.fi. iuxta gl.nec
quicquam.§.circa. de offi.proconſ. l.obſeruandum.
ff.de offi.præſi.c.j.de offi.cuſto.& c.quæ contra.de off.
deleg.cum not. ibi. Nam cedum in opinionibus ſæ-
pe accipitur media, verùm etiam in iuſtitia.iiij. diſt.
denique. Item in ſermone vt xliij.diſt.ſi rector.faciunt
not.in c.clerici.ij.& ibi Card.de vi.& ho.cler. videli-
cet vt non eſſet poſſeſsio triennij ſufficiens, ex eo
quòd ad cauſandum communem reputationē non
videtur ſufficere poſſeſsio minus recens, ſecundum
Egid.deciſ.dxciiij. & dcxlv. ſed requireretur quin-
quennium, aut ad minus quadriennium, & differret
allegatio in omni caſu à regula, quæ tunc nec per
indirectum nec contemplato effectu videretur rea-
lis, nec eſſet neceſſaria decennalis longi temporis,
9 ex quo ad præſumendum † titulum in poſsiden-
te viuo, ſatis ſit, quod decennio poſſederit. c.illud.
cum materia.de præſumpt.vbi doct. & in cap. licet
Hely.de ſimo.de quo dico ad ſaturitatem in illa de-
ciſ. quòd regula prædicta requirens colorem & con
tenta hoc titulo præſumpto ex decennali poſſeſsio-
ne cauſato, incipit quamuis regula aliter dicat. Alle-
gatio enim ſuperuacanea eſſet ſi decennium exige-
ret. Minori igitur tempore concludatur, & non pa-
rum minori, poſtquam de alieno titulo præſumen-
do loquitur, non de proprio. Et poſtquam ſuper alie
no non eſt pronunciandum, & ad hoc conferunt ali-
qua fundamenta Egid. de quibus in proxima deciſ.
& l.cogi.C.de pet.hæred. & quod ait Abb.in c.cum
ſuper.in fine.de cauſa poſſe. & propr.loquens etiam
in actore, & in materia etiam beneficiali, quando
teneatur quis, & quando non titulum ſuæ poſſeſsio-
nis oſtendere, ac ſufficiat conſenſus etiam tacitus.
videatur tex.in c.ex inſinuatione.& ibi gl. & Inno.
de procur. Abb. in cap.cum noſtris. in fine.de con-
ceſ.præbend.& Rot.de reſtitutio.ſpoliato.in no.j.&
in additione.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſum habens & patiens alium poſtquam re-
greſſui factus eſt locus pacificè per quadriennium
poſsidere ſibi præiudicat.*
2 *Decennium requiritur ad hoc vt dicatur quis ha-
bere titulum pro derelicto.*
3 *Scientia & patientia iuris proprij in alio vel in li-
te præiudicant.*

DECISIO V.

IN terminis prædictis etiam fuit concluſum con-
tra Cardinalem ſanctæ Crucis in vna Caurien.
cano.& præben. 1517. in qua do.Iac.Simonetta pro
nunciauit quòd non erat † locus regreſſui eiuſdem, 1
ex quo conſtabat ipſum ſciuiſſe quando is, per cu-
ius ceſſum habebat regreſſum, reſignauit benefi-
cium, & paſſus fuerit prouiſum ex reſignatione poſ
ſidere pacificè quatuor aut quinque annis, prout
contingerat: quia ſicut ſucceſſor talis poſſeſſoris ex-
cluſiſſet ius prætendentem ex alio titulo quàm re-
greſſus ſeu acceſſus. Ita tutus eſt aduerſus regreſ-
ſum habentem, etiam ſi de eo clarè appareret, & non
obſtante quòd ſaltem decenniū requiritur † ad hoc 2
vt quis dicatur habere titulum pro derelicto in ſui
præiudicium: quod tempus etiam ad obliuionem in-
ducendam eſt neceſſarium, & ad ciuilem poſſeſsio-
nem amittendam. l.ſi de eo.§.j.cum ibi no. etiam per
Alex.col.ij.& Pau.de Caſt.in l.j.in princ.col.iij. ff.de
acquir.poſ. & Abb.in c.contingit. colum.ea.de do-
lo.& contum. Nam militant motiua dictæ allegatio-
nis, per quæ præmiſſa non obſtant. Item coniun-
guntur cum materia l.ſæpe.ff.de re iudic. & ca.pen.
eod.tit.ac aliorum iurium volentium quòd ſcientia
† & patientia iuris proprij in alio vel in lite præ- 3
iudicarent.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula dummodo in ea intruſus non ſit, ſolet ap-
poni in omni ſurrogatione.*
2 *Sententia poteſt mandari executioni non citato vl-
terius appellante quando appellatio eſt deſerta.*
3 *Iudex an poſsit committere vt habenti rem iudica
tam propria auctoritate ingrediatur poſſeſsionem.*
4 *Nuncius an quis poſsit eſſe in re ſua.*
5 *Nuncius an poſsit conſtitui per iudicem aduerſa-
rius ad actum citationis.*

6 *Apprehendens poſſeſsionem plenam ſine violentia, an dicatur attentare, & ſit locus pœnæ c. eum qui. de prebend.in vj.*
7 *In poſſeſsione tradita per executorem vel iudicem, etiam iniuſtè, non eſt locus pœnæ d.cap.eum qui.*
8 *Cauſa beſtialis à dolo & pœna excuſat.*
9 *Executor habens armatos non dicitur inferre violentiam, cum iuris executio iniuriam non habeat.*
10 *Executoriales literæ de ſtylo ſunt intimandæ & reproducendæ auditori in Rota, qui ſeruatis terminis procedit vſque ad brachium ſeculare.*
11 *Canonica poſſeſsio dicitur illa, quæ apprehenditur vigore brachij ſecularis, vel mandati executiui.*

DECISIO VI.

GRatia ſurrogationis an ſit ſurreptitia aut aliàs
nulla, ſi ſurrogatus habens rem iudicatam in
Rota, habuerat poſſeſsionem cum executorialibus
Rotæ per electum executorem non intimatis exe-
cutorialibus condemnato, nec eo in executione ci-
tato. Et in vna Brixien. parochialis coram do. Iacobo
Simonetta de menſe Martij 1521. dicebatur quòd
ſic, attento quòd Rota reuocat talem poſſeſsionem.
1 Ideo videtur intruſus, † & obſt. clauſula, dummodo
intruſus non ſis, in omni ſurrogatione poni ſolita.
2 Contrarium fuit concluſum. Nam † quando lapſo
termino deſerta eſt appellatio, poteſt mandari ſen-
tentia executioni, non citato vlterius appellante.
Innoc. in cap. cum ſuper. de re iudic. c. ex ratione. de
appella. & Abb. cap. cum cauſa. de re iudic. quod eſt
verum generaliter, ſi fiat executio in eadem re, ſu-
per qua eſt iudicatum, vt non requiratur citatio par
tis. Bart. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. eod. titu. &
l. meminerint. C. vnde vi. vbi intelligit opinionem
Innoc. & hæc ſententia eſt communior. Licet con-
traria videatur verior, inquit Alexand. in d. §. in ven-
ditione. x. colum. poſt opiniones hincinde adductas,
quæ tamen in vtroq; dicto limitatur vt ibi per eum,
& Fely. in cap. cum cauſa. eod. tit. ij. colum. cum ſeq.
3 Item poteſt iudex † parti habenti rem iudicatã com
mittere executionem, vt propria auctoritate ingre-
diatur poſſeſsionem, & valet etiam ſi communis mo
dus ſit per executorem, dicit Bart. poſt Oldr. & Iac.
de Aret. in l. iuſtè poſsidet. de acq. poſſ. l. ſi finita. §. Iu
4 lianus. col. v. de dam. inf. Cum poſſet quis † nuncius
eſſe de re ſua. l. eum qui. §. ſi epiſtola. ff. de fur. Et hæc
eſt etiam legiſtarũ cõmunis concluſio, ait Abb. c. de
cætero. vi. col. de re iud. pro qua c. cum dilecti. de do.
& contu. vbi colligit in notab. poſt Abb. antiquum
5 ꝙ aduerſariũ poteſt iudex † conſtituere nuncium ad
actum citationis, & procedit ſecũdum eundem d. c.
de cætero quãdo committitur mera & nuda execu-
tio, ſecus ſi oporteret adhiberi cauſæ cognitioné ad
quod Bart. in l. nequicquam. §. vbi decretũ. de offic.
procon. in fi. & l. intra diem. ff. de re iudi. multò er-
go magis ſi pars fuiſſet citata, & ei executoriales in-
timatæ, & ſine alio progreſſu capta poſſeſsio: quod
proculdubio procedit quãdo vacua apprehenditur
6 † poſſeſsio, quia etiam quãdo plena, dummodo ſine
violentia non attẽdatur, nec ſuccedit pœna d. l. me-
minerint. neque c. eum qui. de præben. in vj. vt Rot.
de cauſ. poſſ. & propr. vlt. in no. & poſt gloſ. & Ioan.
And. Phil. Fran. d. c. eum qui. quamuis Archi. & Lap.
quos refert cum ſequacibus contrà. & hæc pars be-
nignior, quæ dominis in aliis cauſis placuit: pro
qua quod Bar. ait in d. l. iuſtè. & Abb. c. cum dilecti. ibi
dummodo non reperiat reſiſtẽtiam. Nam etiã quan
do cum violentia ſunt opiniones, & lis ſub iudice,
ac deſuper cogitandum, vt latè Felyn. in c. cum cau-
ſa. ij. & iij. colum. de offi. deleg. Nam quando poſſeſ-
ſio † per executorem traditur, ceſſant dictæ pœnæ, 7
etiam ſi iudex hoc faciebat iniuſtè. Bart. & Ang. d. l.
meminerint. & Fely. d. ca. cum cauſa. ij. col. ver. tertiò
limita. & Bart. d. l. iuſtè. dicit commune eſſe dictum
aduocatorum, & ſine iuſtis ſiue iniuſtis rationibus
cadit excuſatio, licet in ſtatuto ſimpliciter loquen-
te pateat debere puniri ex lata culpa, facit quia ſi à
dolo † & pœna beſtialis excuſat cauſa. l. igitur. §. po- 8
teſt. de lib. cau. ff. c. cum venerabilis. iuxta gloſ. & not.
ibi per doct. de cõſue. magis debet excuſare factum
lege permittente, licet contra ſtylum, maximè quia
ſtylus Rotæ procedit ſolùm reſpectu poſſeſsionis
validæ vel inualidæ, non in aliis caſibus contra iura,
ſicut dicitur tantum præſcriptum, quantum poſſeſ-
ſum. cap. cum olim. cap. cùm contingat. de decim.
Bald. l. j. §. ſi quis. ff. de itin. actúque priua. & Abb. cap.
auditis. iiij. col. de præſcript. & cap. cum inter. de re
iudic. colum. iiij. Et executor † bene poteſt ſecum ha 9
bere armatos ad exequendum ſine impedimento,
& ad propulſandum iniuriam, non ad inferendum,
& tunc non dicitur inferre violentiam, cum iuris
executio nõ habeat iniuriã. d. l. iuſtè. & l. iij. quod me.
cau. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniu. c. cum eccleſia Vulte-
rana. de elect. cum ibi not. Item ad excuſandum fa-
cit, quia in executorialibus duæ viæ proponuntur,
vna per executorem vt ſuprà, alia quam obſeruat
Rota, de qua infrà vnde nõ videtur peccare eligẽs
alterã ad literam. l. gracchus. C. ad leg. Iul. de adult.
& per hoc tenuiſſem etiam non debere reuocari hu
iuſmodi poſſeſsionem, & aliqui bene guſtabant ſed
præualuit ſtylus qui in omnibus cauſis fuerat obſer-
uatus. cap. ex literis. de conſtitu. l. minimè. ff. de legi.
& etiam quòd debet † intimari executoriales parti. 10
& reproduci intimatio auditori in Rota, ac ſeruari
quatuor termini, de quibus Felyn. cap. ad proban-
dum, de re iudi. & declaratur ſi non potuerit, aut ſe
legitimè excuſauerit incurriſſe excommunicationis
pœnã, ac alias pœnas in literis executorialibus con-
tentas, & ſucceſsiuè progreditur ad aggrauationem,
reaggrauationem, interdictum, & vſque ad bra-
chium ſeculare incluſiuè. Et ita habetur canonicè
† poſſeſsio, non aliàs, niſi loco executorialium de- 11
cernat papa mandatum executiuum: quod fit in
quibuſdam caſibus, & pro ſtylo facit quod Abb. fal
tem reſpectu citationis in caſu dubio tenet in d. cap.
ex ratione. vlt. quæſt. & col. poſtquam retulit opi-
nionem Innoc. & aliorum, ſed citatio perſonalis aut
certa aut indubitata notitia eſt neceſſaria propter
ſententiam cenſurarum ad doctrinam Innoc. in cap.
fin. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſer. quæ non eſſet
quando via executoris ad poſſeſsionem eligetur, ſi
ſtylus non repugnaret.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio ſeu quaſi ſine apprehenſione non habetur, nec recuperatur etiam per fictionem iuris.*
2 *In quaſi poſſeſsione iuris incorporalis quæ requirantur.*

3 *Poſsid*

3 *Poſsidere quando quis incipiat poſt ſententiam.*
4 *Ex poſſeſsione caſtri an teneatur acquiſita poſſeſsio iuris præſentandi ad eccleſiam.*
5 *Poſſeſsio dum acquiritur eſt facti, licet acquiſita ſit iuris.*
6 *Laicus ex præſcriptione acquiri poteſt ius patronatus.*
7 *Allegans titulum quid probare debeat.*
8 *Per præſentationem acquiritur quaſi poſſeſsio præſentandi.*
9 *Abſurdum detegere ſatis eſt ad impugnationem vnius actus.*
10 *Poſſeſsio non acquiritur, nec acquiſita probatur per illa verba, in literis prouiſionis appoſita, & executoribus directa, quòd faciat illum pacificè poſsidere, ſed bene poteſtatem intrandi & acquirendi.*
11 *Poſſeſsio in incorporalibus an acquiratur per ſententiam.*
12 *Actus corporalis eſt neceſſarius in acquirenda poſſeſsione.*
13 *Confirmatus in prælatura licet poſsit agere & poſſeſſorio & petitorio, non tamen dicitur eſſe in quaſi poſſeſsione.*
14 *Actus electionis eſt neceſſarius ad acquirendam quaſi poſſeſsionem iuris eligendi.*
15 *Præſentatio eſt fructus iuris patronatus.*
16 *Si agitur ſimul poſſeſſorio & petitorio vtrunque debet terminari vna ſententia.*
17 *Verbalis eſt illa reſtitutio quæ ponitur in ſententia talem reſtituendum fore, & reſtituimus.*
18 *Poſſeſsio regulariter non tranſit ſine apprehenſione corporali.*
19 *Extenſio fieri debet ad caſum ſimilem rationem habentem.*

DECISIO VII.

VTrum ſententia quę fertur ſuper proprietate
iuris patronatus in beneficialibus, transferat
eo ipſo quaſi poſſeſsionem in eum pro quo eſt lata,
coram domi. Bartholomæo de Petraſancta 1521. de
menſe Martij, in vna Maioricen. Capellaniæ vndecim
millia virginum ſæpius poſita cauſa fuit diſputatum,
vbi caſus erat, quòd ei cui fuerat adiudicatus
patronatus, mota lis erat poſtea à tertio, ante
aliquam præſentationem ſuper eodem iure: ita quòd
aſſerebatur ipſum pręſentare impeditum, niſi ex ſolo
actu prounnciationis cepiſſet poſsidere: & tamen
quinque ex octo domini, inter quos ego, tenuere
negatiuam: pro qua facit regula l. denique. ex quib.
cau. maio. & l. cum hæredes. ff. de acqui. poſſeſ. quòd
1 poſſeſsio † ſeu quaſi, cum ſit facti, etiam per fictionem
iuris non recuperatur, nec habetur ſine apprehenſione,
& procedit ſine diſtinctione. l. j. §. generaliter.
ff. de leg. præſtan. Secundò facit doctrina Inno.
in cap. ij. de in integr. reſtit. & Cald. conſil. xij. de iure
2 patron. volen. in † quaſi poſſeſsione huiuſmodi iuris
incorporalis quinque aut ſex requiri, videlicet,
præſentare & bona fide, & quòd ſortiatur effectum
cum aliis requiſitis: ergo exigitur actus præſentationis.
Tertiò ad hoc eſt text. iuncta gloſ. in cap. ſi
verò. de iure patron. Vbi ſit repræſentatio per eum,
qui per ſententiā obtinuerat ius patronatus, quæ nihil
iuris tribuit inſtituto, ſed ſit, vt verus patronus
poſſeſsionē, pręſentandi adipiſcatur poſt victoriam
in lite, ita Anchar. Card. & Abb. poſt gloſ. ibi, vbi nemo
aliorum, quem viderim, ſentit oppoſitum, igitur
per ſolam ſententiam non fit tranſlatio. Quartò
facit cap. fin. de iudic. ſecundum Butri. & Abb. colligen.
ibidem practicam exequendi in materia vt iudex
verbo reſtituat, & ad priſtinam poſſeſsionem
reducat. cap. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſſeſ. &
prop. & per executorem partem compellat ad præſtandum
patientiam exercitij talis iuris. Quintò facit
quod Bart. tradit in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re
iudica. quòd ſolùm incipit † quis poſt ſententiam 3
poſsidere in caſibus quibus ſententia trahit ſecum
executionem paratam, abſque eo quòd ſit neceſſe
aliquid fieri: & ponit exempla quod non eſt in propoſito
caſu in quo ſolùm ſententia dat facultatem
eligendi aut præſentandi adueniente vacatione, ita
quod præſentatione opus eſt. Item vt dixi, hoc tenet
expreſſe Innoc. in cap. cum noſtris, de conceſ.
præbend. quem omnes, quos vide, communiter ſequuntur,
vt Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anch. Cardi. Ioan.
de Imo. & Butrig. dum ait quòd in his incorporalibus,
vbi nihil corporale attingit, vt in electionibus
& ſimilibus, ſtatim lata ſententia actor poteſt ingredi
poſſeſsionem, & victus eam amiſit, ſi conſtat
eum non habere. Cum potentia differat ab actu.
l. multum. C. ſi quis alte. vel ſibi. & cap. cum ſuper. de
offic. deleg. Pertinenter etiam facit ad caſum de quo
agitur deciſio prima, in not. de iure patro. vbi ex poſ
ſeſsione caſtri † non cenſetur quæſita quaſi poſſeſ- 4
ſio præſentandi, quaſi eſſet ſi per litem ſequentem
non impediretur. cap. j. vt lite pend. & communi ſententia
ſecundum Abb. in cap. ex literis, de iure patr.
de quo etiam Roch. in eodem tractatu ſuper verbo,
competens alicui. xxij. quæſt. Item omnis poſſeſsio
† dum acquiritur facti eſt, & in facto cōſiſtit, quam- 5
uis acquiſita ſit iuris. l. j. in princi. & ibi legiſtæ. ff. de
acquir. poſſeſ. & canoniſtæ in d. ca. cum noſtris. vnde
facti miniſterium requirit. Præterea ſine poſſeſsione
præſcriptio non procedit. l. ſine poſſeſsione. ff. de
vſucap. & tamen quando quærimus an laicus † ius 6
patronatus ex præſcriptione quæſierit, prout quæri
poteſt ad ea quæ ſcribit Ioan. Andr. in regula, quod
alicui, in mercur. in vj. Inſpicimus ad initium quaſi
poſſeſsionis antiquiorem actum. præſentationis.
Nam † allegans titulum, & volens probare ex tem- 7
pore neceſſe eſt oſtendat quòd actus fuerit factus
ex eod. tit. & cauſa quam allegat. & ſi prætendatur
immemorabilis, omnino eſt neceſſarium quòd actus
præſentationum probentur: licet præſumatur tunc
abſque aliqua probatione facti ex cauſa tituli. Ita
Felyn. in cap. cauſam, de reſcript. vnde etiam ſi termini
non ſint pares, ex quo de tit. non conſtat valido,
quando ad præſcriptionem quis recurrit. ca. veniens.
de præſcript. tamen pro quaſi poſſeſsione re-
quiritur † præſentatio. & ſi titulus nouus bonus ſi- 8
ne præſcriptione ſufficiat, non tamen ex eo ſequitur
poſſeſsio, etiam ſi nullus alius probetur fuiſſe
aut eſſe in quaſi poſſeſsione, ſicut nullus erat in caſu
iſto. Vlterius ex affirmatiua ſequeretur quòd ſi
ſtatim lata ſententia victor eſſet in poſſeſsione alicuius,
non patronus præſentans ſpoliaret habentem
ſententiam: hoc autem eſſet abſurdum. vel illud
quod non eſſet dare cōcurſum inter proprietarium
nudum, & quaſi poſſeſſorem, quādo quis eſſet pro-

prietarius per ſententiam: quem concurſum docto.
prædicti conſiderant indiſtinctè in d. cap. conſulta-
tionibus, & aliis locis. Item alia contra iuris regulas
ſequeretur, vt ſuprà eſt oſtenſum, & patebit infrà:
ad impugnationem autem vnius partis ſeu actus ſa-
9 tis † eſt detegere abſurditatem quæ inde reſultaret.
l. ſi C. de vſu. rei iudic. in auth. de non eligen. ſecun.
nuben. §. cum igitur. circa fin. col. j cap. ſolitæ. de ma.
& obed. & cap. noua, de pœnit. & remiſ. & ibi Abb.
facit cap. in geneſi. de elect. Validus eſt enim arti-
culus per reductionem ad inconueniens. l. debitor.
& ibi Bart. ff. de leg. ij. Item tantum quærit quis præ-
laturam per electionem & confirmationem, quan-
tum per ſententiam in patronatu argnendo à pari
vel maiori potentia, quoniam non requiritur maior
poteſtas data iudici in hoc, quàm confirmanti, ſed
per electionem & confirmationem non quærit quis
poſſeſsionem ſed facultatem, ſic ea adminiſtrandi,
& iuriſdictionalia exercendi ſecundum communio-
rem opinionem Innoc. Hoſtien. & Ioan. And. quam
ſequitur Abb. in cap. tranſmiſſam. de electio. Igitur
nec per ſententiam niſi poteſtatem vtendi omni fru-
ctu iuris patronatus. Et licet Butr. & Abb. in cap. ſe-
cundo. de renunc. notent per tex. ibi quòd ex inne-
ſtitura beneficij videtur quæſita quaſi poſſeſsio be-
neficij ſeu tranſlata: tamen hoc non eſt verum, vt pa-
tet ex dicta communi ſententia, & etiam ſecundum
alium intellectum tenentium contra communem,
& ſecundum ea quæ Abb. proſequitur in d. c. tranſ-
10 miſſam. & illa † verba in d. cap. ij. quibus papa man-
dat vt faciant inueſtitum beneficium pacificè poſsi-
dere, non probant tranſlationem poſſeſsionis nec
acquiſitionem, ſed poteſtatem tantùm intrandi pa-
cificè, non obſtante lite quæ terminatur prout ibi:
& ideo Butr. & Abb. non videntur firmare pedes, &
ſe remittere ad not. in d. c. tranſmiſſam. & in ca. ij. de
conſuet. Non obſt. quòd tres domini pro affirmati-
ua allegabant d. cap. de iudic. vbi Franciſ. de Aret.
quem refert & ſequitur Fely. colligit quòd in incor-
11 poralibus ſententia lata † eſt vnus modus qui tranſ-
fert poſſeſsionem ciuilem & naturalem ipſo iure: &
loquitur tex. de facultate eligendi, & ad idem Ange.
in l. qui reſtituere, de rei vendic. & in l. iij. §. j. de pub.
& Floria. in l. ſeruitutes, de ſeruit. vrb. præd. Et idem
Franc. de Aret. in l. iij. in princip. iiij. col. ff. de acquir.
poſſeſ. & Bald. in l. traditionibus. C. de pact. in l. Bar-
barius. de offic. præto. in l. iubete cauere, de iuriſdic.
omn. iud. & in ſua margarita, in verb. poſſeſsio. in fi.
& in d. c. cum eccleſia Sutrina, cùm inquiunt, quòd
in his quæ non ſunt merè incorporalia ſed corpo-
ralia, vel inſunt corporibus, vt ſeruitutes, requiritur
actus facti ad acquirendam poſſeſsionem. l. ſciendũ.
§ ſi fundum. qui ſatiſd. cog. l. non eſt mirum. §. ſcien-
dum. de pign. act. & l. qui vniuerſas. §. item enim præ-
tet. ff. de acquiren. poſſeſ. ſecus in his quæ nulli in-
ſunt corpori, vt in iure præſentandi & eligendi, vt
tunc ſecundum eos tranſeat quaſi poſſeſsio ex ſolo
actu verbi iudicis pronunciantis, tanquam ibi con-
ſiſtat quaſi poſſeſsio in ſola licentia iuris, quæ per
ſententiam quæritur, & hæc appelletur ciuiliſsi-
ſima, quæ iure ipſo transferatur abſque aliquo actu
vero vel ficto de vno in alium, ita quòd ſimus in
incorporaliſsimis, & quòd per hoc ſit caſus nota-
bilis ſecundum Capram. in d. cap. cum eccleſia Su-
trina, vt Franc. de Aret. refert in dicta l. iij. vbi papa
per ſententiam reduci ſpoliatos ad quaſi poſſeſsio-
nem: quia reſpondi vnico verbo quòd omnes præ-
dicti docto. in ſecundo membro confugiunt ad In-
nocen. in d. cap. cum noſtris, vbi Innoc. & alij ſen-
tiunt oppoſitum, vt eſt oſtenſum: ergo neceſſe eſt
intelligamus eorum dictum, iuxta notam allega-
tam. l. imperator. de in diem adiect. & Bartol. in l.
non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de liber. lega.
aut fateamur quòd æquiuocauerint aliter intelligen-
tes, quàm Innoc. & alij ſenſerint, qui pro negatiua
ſenſerunt, vt declarat Butrig. poſt alios ibi: dum di-
cit Innoc. finaliter reſidere, quòd per ſolam ſenten-
tiam non acquiritur quaſi poſſeſsio iuris eligendi,
niſi habeatur à ſuperiore licentia ad eligendum: &
quòd alij volunt vt ſine licentia ingredi poſsint, li-
cet primum ſecurius ſit. Vnde ſecundum vtrunque
ſenſum ſtat concluſio deciſionis, & Innoc. ſeipſum
declarat in cap. ex literis. de teſtit. ſpol. vlt. colum. ibi
poſſeſsio autem eligendi non videtur poſſe quæri,
niſi eligat, & ab eo electus habeatur pro electo ab
his, qui poteſtatem habent eligẽdi, vel ad minus eia
ſcientibus patiantur eum eſſe in poſſeſsione eligen-
di, inſtituendo electum, aut ſaltem non contradi-
cendo, altero illorum modorum ait, quos notaui in
cap. ij. de in integ. reſtitu. ſubiiciens quòd actus † cor- 12
poralis neceſſarius eſt in acquiſitione poſſeſsionis. l.
prima. in princ. ff de acquir. poſſeſ. cum ſimi. quam l.
etiam in iſtis incorporaliſsimis iuxta materiam in-
telligit. Non obſt. l. j. & quod Bald. ibi ſcribit. C. de
donat. quia interuenit traditio inſtrumenti. Item res
erat in præſentia: licet ſecundum aliam lecturam
ſpeciale ſit in donatione, vt ibidem per eundem Bal.
Nec ob. quòd confirmatus in prælatura poteſt age-
re in petitorio † & poſſeſſorio ante apprehenſionem 13
poſſeſsionis, vt in dicto cap. tranſmiſſam. quaſi con-
firmatio trahat ſecum poſſeſsionem, & ſententia
idem faciat: quia ex hoc non ſequitur quòd ſit in
quaſi poſſeſsione. Item permittitur nõ nomine ſuo,
ſed nomine & fauore eccleſiæ apud quam vniuer-
ſalis vel ſingularis, mortuo prælato, proprietas &
poſſeſsio remanent, cum nunquam moriatur, ſicut
nec ſedes apoſtolica. c. ſi gratioſæ. de reſcrip. in vj.
vel dicuntur eſſe apud ipſum qui viuit in æternum,
vt dicunt Inn. & Abb. in c. cum ſuper. de can. poſſ. &
propr. & Inn. in d. c. in literis. & Rota deci. x. in anti.
de cau. poſſ. & propr. & deciſ. j. in no. de reſtitn. ſpol.
Reſpondens ad d. l. cũ hæredes: ſed ſi hæredi id non
permittitur poſt aditam hæreditaté, cum eſſet ratio
fauoris: ad dicta Bald. in diuerſis locis vltra præmiſ-
ſa dic quòd contrarium ſentit in l. ij. C. de ſeruit. &
aqua. intelligendo eum ſimpliciter: nam ponit regu-
lam conſentiens huic deciſioni, quòd poſſeſsio in
iuribus quæritur rebus ipſis & factis, non ſola ani-
mi cogitatione: quia actus corporalis, in quo illud
ius repræſentatur. neceſſarius eſt, & ſic in ſeruitu- 14
tibus requiritur vſus rei, & in iure eligendi † actus
electionis. Item in l. fin. C. de edict. diui Adria. tol.
inquit ſe credere quòd hæres poſsit præſentare ſine
aliqua miſsione, quia ſufficit ius habere in puris in-
corporalibus, vt not. per Innoc. in cap. cum noſtris,
de conceſ. præbend. Vnde intelligit Innoc. vt ſuprà
dixi, ad ſenſum negatiuæ, & deciſionis, vt poſſet 15
præſentare † & vti fructu qui in præſentatione

conſiſtit.

conſiſtit, & in electione vt not.gloſ in ca.cum olim.
de maio.& obed.& Abb.in c.cum olim.de cau.poſſ.
& propr. Nam ad executionem huius iuris non eſt
neceſſe quem poſsidere,aliter ſequeretur quòd hę-
res patroni poſt aditioné hæreditatis ex quo nõ eſſet
poſſeſſor,non poſſet præſentare.Nec is ad qué tran-
ſiuiſſet vniuerſitas ſub qua eſſet pertinentia iuris pa-
tronatus ad cap.ex literis.cum materia,de iure patr.
& ſic de habente ſententiam,qui antea non poſſediſ
ſet.Item Bal.poſt eum Aluaro.& Alex.in c.j.de con-
ſue.rec.feu.in vſib.feud.inquit , quòd in incorpora-
libus eſt vna quaſi poſſeſsio quę conſiſtit in habitu,
& hæc acquiritur ex poteſtate cõferentis. Alia con-
ſiſtit in actu & executio[illegible] hæc quæritur operis
effectu,vt in c.tranſmiſſa[illegible]egato. Iſta eſt conclu-
ſio in habitu quę per ſententiam,non quę actu.Nec
obſt. quòd vnus ex dominis ponderat de patientia
quam victus tenetur præſtare victori, quaſi reſpice
ret impedimentũ cõtinuationis , quia reſpicit quòd
in acquiſitione quaſi poſſeſsionis teneatur pręſtare
patientiam,& ſucceſsiuè in continuatione. Ad Aret.
in d. cap. fin. de iudic. dicas quòd ſupponit vnum,
quod non eſt verum ex prædictis,ſcilicet quòd non
exiſtens in quaſi poſſeſsione nequeat præſentare,
cum ad id ſufficiat ius in proprietate,& quaſi poſſeſ
ſio in habitu,vt d.cap.tranſmiſſam.in ſuis terminis.
Et hoc eſt quod dicit Innoc.in verb. poteſt. in d.ca.
cum noſtris.& Bald.in d.l.fin.ad d.cap.cum eccleſia
Sutrina.dicas,quòd magis probat negatiuam iuxta
glo.in ver.reducentes. ſcilicet, verbo,non re, vt ſit
verbalis,& non realis,nec effectualis reſtitutio poſ-
ſeſsionis,& dicit Abb.ibi col.viij. poſt Cal. quòd ad
nullum actum poſſeſsionis vel quaſi facta fuit reſti-
tutio.Sed papa prius caſſauit electionem , & poſtea
reſtituit clericos,nec reſtitutio operatur effectũ caſ-
ſationis,ex quo ſine caſſatione aliqua eſt reuocanda,
electio facta aliquibus cõtemptis & excluſis, prout
erat in caſu cap.quod ſicut.& c.bonæ.el ij. de elect.
Et ſuper poſſeſſorio pronũciatio facta fuit , etiam ſi
de proprietate abſorbentem poſſeſsioné conſtaret,
vt ſatisfieret iuri volenti.quòd de qua re fuit cogni-
tum,de ea pronunciari debeat.l.de qua re. ff.de iud.
& d.cap.cum ſuper. Nam iuxta regulam c.cum dile-
16 ctus.eo.tit.quando ſimul agitur † petitorio & poſſeſ
ſorio,vna ſentẽtia debet terminari vtrunq;,ſed poſ
ſeſſorium præcedit in determinãdo ſeu pronuntian
do,ex exequendo verò proprietas.Item propter fru
ctus facta fuit,vt ibi,& in cap.ſeq.iuncta gl.ij.& c.ſi-
gnificauerunt,iuncta gl.fi.de teſti.quãuis ergo non
operetur acquiſitioné poſſeſsionis non dicitur ina-
nis ex prædictis.de more etiam eſt, quòd in ſentẽtiis
17 reſtitutoriis ponitur clauſula,talem reſtituendi † fo-
re & reſtituimus,& tamen verbalis eſt tantum reſti-
tutio.Ex quibus omnibus ſatis conſtat pro affirma-
tiua nullum eſſe textum,vnde erubeſcit. l.illam. C.
de collat.& in auth.de trien.& ſemi.§.cõſideremus.
col.iij.& in auth.de non elig.ſec. nub. §. cum igitur.
ver.ſin autem voluerit.col.j. ibi , nec quælibet eſt lex
aliquid tale dicens,quinimo negatiua habet omnes
regulas pro ſe,vt ſuprà,& rationem naturalem quæ
ſine lege ſola ſufficeret,ad l.ſcire oportet.§.ſufficit.
de excuſat.tuto.& l.cum ratio.ff.de bon. damnat. &
xxviij.q.j.ſic enim.& not.gloſ.j.quæſt.j.quæ reſtrin-
git & ampliat.l.cum pater dulciſsimis.ff.de lega.ij.&
habet tex.iuncta gloſ. in d.cap. ſi verò. cui non con-
tradicitur reſponſio , quæ pro affirmatiua conſi-
derabatur , quòd repræſentatio fieret ad poſſeſsio-
nem facti,ſi quippe reſpectu patroni ad acquiſitio-
nem poſſeſsionis , quæ non erat , licet reſpectu in-
ſtituti proſit vt non vexetur de facto,& dicatur fieri
ad cautelam,vt Abb.ibi poſt gl. declarat. Cæterùm
non reperitur cautum quòd tranſeat poſſeſsio † ſine 18
apprehenſione,niſi in caſu l.raptores.§. ſi autẽ dia-
coniſſam.C.de epiſc.& cler. vbi ciuiliſsimam poſſeſ
ſionem propterea docto.appellant. ergo ſtat regula
in aliis à iure non exceptuatis. in contrarium. l.nam
quod liquidæ.§.fin.ff.de pe.leg. & in authen.de non
alie.aut permu.§.vt autẽ.col.j.Sola enim lex eſt quæ
fingit dominium & poſſeſsionem quæri abſq; tradi
tione,non homo. Alex.cõſ.j.vol.v.Nec eſt ratio quòd
iſte caſus exceptuatus extendatur ad caſum deciſio-
nis, † cum non habeat ſimilem rationem , quo caſu 19
ſit extenſio,ſecundum glo.not.in l.j. C.de conditio.
indeb. & not.Abb.in c.fin.de re iu.iiij.col. & eſt tex.
in c.cum dilecta.& ibi etiam Abb.v.not.de confirm.
vti.vel inut.& in vltima diſputatione.do.Iaco.Simo-
netta,qui tenuerat affirmatiuam,motus auctorita-
te tantorum legiſtarum , victus rationibus & argu-
mentis,mutauit votum pro negatiua:pro qua etiam
ponens ſentiebat,qui ſecundum eam pronunciauit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio canon.& prabend. capitulariter tradi de-
bet,aliàs non eſt canonica , niſi aliud ſit de conſue-
tudine.*
2 *Poſſeſsio praben.qualiter acquiratur : vide remiſ-
ſiuè.*
3 *Poſſeſsio iuſtificatur per patientiam canonicorum
ad actus canonicis tantum competentes facta ad-
miſsio.*

DECISIO VIII.

VT legitima ſit poſſeſsio canonicatus eccleſiæ
cathedralis aut collegiatę non ſufficit quòd ſit
tradita à canonicis qui ſunt de capitulo:vt in c.cum
olim.de re iudic.& ibi doct. Sed requiritur † quòd 1
capitulariter tradita fuerit,& ita obſeruat palatium,
niſi ſit aliud de conſuetudine.ad hoc Innoc.Io.And.
& Butr.in c.in literis.de reſtitut. ſpol. vbi etiam tra-
dunt qualiter † acquiratur præben.poſſeſsio. & Rot. 2
eo.tit.in no.xij.aliter nunquam habita non eſt conſi
derabilis neque reſtituibilis,niſi ſucceſsiuè ex patien
tia † canonicorum ad actus canonicales canonicis 3
tantum competentes iuſtificata fuerit, ſecundũ Inn.
in d.c.in literis.& in c.ex parte.col.vlt.eo.ti.& Alex.
iij.q.j.c.j.col.v. quæ iuſtificatio ſi agatur poſſeſſorio
recuperandæ , debet præcedere ſpolium ad l.bono-
rum.ff.rem rat.hab.& But.in c.cum veniſſent. de re-
ſti.ſpol.& Rot.eo.tit.in no.ix.ac Alexand.& Imo. in
l.quod meo.in princip.col.ij.ff.de acquiren.poſſeſ.&
ita in vna nouiſsimè coram domino Hugone de Spi
na, de menſe Martij. 1522. fuit concluſum prout
idem recolo in actis tentum.

SVMMARIVM.

1 *Pacificus poſſeſſor quis dicatur.*
2 *Poſſeſsio pacifica reſpectu cap.de multa.& cap.licet
canon,quomodo intelligatur?*

3 *Lis ſuper beneficio an operetur circa poſſeſsionem, & eam afficiat.*

4 *Reſtitutio an competat intruſo contra formam c. ij. vt lite penden. lib. vj. ſi fuit ſpoliatus vigore executorialium.*

5 *Intruſio contra formam d. cap. ij. etiam ex cauſa permutationis vel aliàs, an via attentatorum ſit reuocanda.*

6 *Cauſa ſimpliciter ſuper beneficio commiſſa, ſuper petitorio & poſſeſſorio commiſſa cenſetur, & in optione actoris eſt intentare quam malit.*

7 *Cauſa quando eſt ſimpliciter commiſſa, admittitur quandoque ſuſpenſio petitorij, & termini ſemel tenti ſeruiunt etiam in poſſeſſorio.*

8 *Cauſa ſuper moleſtationibus beneficij commiſſa, includit etiam cauſam petitorij.*

9 *Rem ſiue beneficium pacificè poſsidere quis non dicitur, ſi ſibi ſuper ea mouetur quæſtio iudicialis.*

10 *Lis ſuper poſſeſſorio intentata non facit proprietatem litigioſam.*

11 *Proprietas vel poſſeſsio aut res ſeu actio etiam in materia beneficiali quando cenſeatur litigioſa, vide remiſsiuè.*

12 *Iudex datus ſimpliciter ſine aliqua dictione taxatiua ſeu excluſiua ſuper proprietate iuriſdictionem habet etiam in poſſeſſoria, quia petitorium habet in ventre poſſeſſorium, non autem econtra.*

13 *Cauſa appellationis à grauamine cum incidentibus, dependentibus, & connexis commiſſa, includit negotium principale, etiam de eo mentione non habita.*

14 *Poſſeſsio nec eius commodum tollitur per litem.*

15 *Quare Rota variat in ſuis deciſionibus.*

16 *Stylus ex tempore recipit varietatem in dubijs iuris.*

17 *Iuri ſcripto potius adherendum eſſe, quàm ſtylo Rc. cur. propter illius varietatem.*

DECISIO IX.

ROta in antiquis iij. de cau poſſeſ. & propr. & in
not. iij. in additione de præbend. voluit quòd ſi
1 quis ſit † in poſſeſsione beneficij, licet ei moueatur
lis ſuper beneficio, non ideominus dicatur habere
pacificam poſſeſsionem, quaſi ſatis ſit de facto poſſidere
pro poſſeſsione pacifica, quamuis ſuper iure
controuerſia ſuperuenit: allegat Innoc. in cap. conſtitutus.
de appel. el ij. qui idem tenet in ca. de multa.
de præben. & l. ſciendum. §. ſi fundum. qui ſatiſd.
cogan. ac. l. intra. ff. de di. & temp. præſcrip. Sed hanc
deciſionem meo tempore non memini obſeruatam,
quinimò potius contra, & propterea volui annotare,
& reperio quòd eam ad terminos d. ca. de multa.
arguit Egid. deciſ. dxvij. vt non ſit locus pœnæ, niſi
ſecunda aſſecutio fuerit pacifica de facto & de iure,
id eſt, ſi non litigioſa, ſecundum Archid. & Io. Andr.
2 in cap. commiſſa, de electio. in vj. reiecta † opinione
Innocen. Intelligendo tamen dummodo limitibus
legitimæ poſſeſsionis lis ſit mota: quo caſu non videtur
pacifica, ad gloſ. in d. cap. commiſſa, quod interpretatur
ſi infra duos menſes lis ſuperueniat,
per ea quæ Lap. in d. cap. voluit, vt Rota in dicta additione
non ſi poſtea: quo verò ad faciendum ſe promoueri
ad ſacros ordines in tempore ſub pœna priuationis,
vt in d. cap. commiſſa. & ca. licet canon. eo.
tit. & lib. ſufficit habere pacificam poſſeſsionem &
exercitium curæ, licet non habeatur maior pars bonorum,
ſecus in aſſecutione ſecũdi, vt incurrat quis
ipſo iure priuationem primi, in quo vltra pacificam
poſſeſsionem exercitij curæ requiritur poſſeſsio omnium
fructuum, vel ſaltem maioris partis. cap. ſi tibi
conceſſo. de præben. eod. tit. & gloſ. dicit ibi eſſe
ſpeciale, ne clerici mendicare cogantur, quòd primum
beneficium ſimile non vacet: ſed ne pereant
animæ, promoueri teneantur: & ita Io. Andr. Domi.
& Philip. Franch. in d. cap. commiſſa. & Rot. in d. additio.
firmant, & eo modo intelligunt, cap. cum in
cunctis. §. cum verò. de elect. pro hodierna obſeruantia
etiam facit tex. in cap. ij. vt lite penden. in vj.
vbi lis † ſuper beneficio, & ſic ſuper iure operatur, 3
& circa poſſeſsionem, & afficit eam, taliter quòd
non competit reſtitutio, vt Rot. in no. iij. in ij. addit.
de reſtitut. ſpoliat. nec intruſus contra d. cap. ij. agit
ad reſtitutionem † contra eum qui obtinuit in poſſeſſorio, 4
& vigore executorialium ſpoliauit ipſum,
Rot. eod. tit. in antiq. xvij. & Biſignet iiij. quinimo
intruſio † eſt via attentatorum reuocanda, Biſignet. 5
vt lite penden. Ita poſſeſsionis tranſlatio etiam ex
cauſa permutationis vel aliàs lite penden. in alium
per reum facta. Rot. iij. in no. & iij. in antiq. eod. titu.
Quod procedit etiam quando † ſimpliciter committitur 6
cauſa ſuper beneficio non expreſſo, quòd
ſuper titulo vel poſſeſsione, aut vtroque, vt ſit commiſſa
poſſeſsionis cauſa, argumen. l. ordinarij. C.
de rei vendic. & cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſsio. &
propriet. & eſt tex. notabilis in cap. j. de ſequeſtrat.
poſſeſ. & fruct. vbi etiam gloſ. & Abb. dicens quòd
eſt in opinione actoris, à qua cauſa incipiat: & quòd
actore ingrediente poſſeſsionem, reus eo inuito potest
vti petitorio. Nam petitorium ſicut abſorbet &
trahit ad ſe, ita habet in ventre incluſum poſſeſſorium,
vt in d. iuribus, & in cap. cum dilectus. cum
materia de cauſa poſſeſ. & propriet. Abb. in cap. j ij.
col. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. & cauſa † ſimpliciter 7
ſuper beneficio commiſſa admittitur ſuſpenſio petitorij,
prout in d. cap. paſtoralis. & tela ſimpliciter
tenta ſeruit etiam in poſſeſſorio, taliter quòd poſt
ſuſpenſionem petitorij non eſt neceſſe vt ſeruetur
denuo, vt obſeruat palatium. Item commiſsio † cau- 8
ſæ ſuper moleſtationibus beneficij abſque alia declaratione
inducit etiam cauſam petitorij, quicquid
ſuper vltimo ſentiat Cald. conſil. vj. de reſcrip. quod
in alia deciſione declaro, incipiente, Palatium, ſicut
tenuit ſub tit. de reſcript. Item quando agitur ſuper
titulo beneficij, dicitur agi ſuper quaſi dominio. ca.
ij. de dona. iuxta cap. ſi tibi abſenti. de præben. in vj.
Lis autẽ ſuper dominio vel quaſi efficit rem litigioſam.
auth. litigioſa. C. de litig. Cy. & Bat. in l. ij. C. eod.
ad idẽ c. j de confir. vti. vel inuti. vbi non dicitur quis
rẽ pacificè † poſsidere ſi ſibi ſuper ea mouetur quæ- 9
ſtio, & hoc no. & ibi Abb. eſt etiam tex. in c. ij. de renunc.
vbi But. & Abb. notant ꝙ non videtur quis beneficium
pacificè poſsidere, ſuper quo patitur controuerſiam
iudicialẽ. Siue igitur agatur ſuper re vel
iure, aut ſuper dominio ſeu quaſi, poſſeſsio ſit litigioſa
ſeu non pacifica. Non quòd cõtrouerſia ſuper
poſſeſſorio † faciat rẽ ipſam litigioſam, vt in d. auth. 10
hoc eſt

hoc eſt proprietatem, ſed bene poſſeſsionem, ex
quo agitur de dominio rei, ſecundum Butr. Et Abb.
in d. cap. j. & de quinta ſpecialiter in illa deciſiona
incipiente, maior pars dominorum, & conferunt no.
in alia, incipien. Palatium ſicut tenuit ſupra addu-
11 cta. Super quo quando proprietas, † quando poſſeſ-
ſio, quando res, quando actio ſit litigioſa, & in ma-
teria vltima Butr. & Abb. in d. cap. j. videatur gloſ. in
d. auth. & in d. cap. j. Et Bart. in d. l. ij. Abb. in cap. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ. vt lite penden. in materia bene-
ficiali etiam Innoc. in cap. cùm M. Ferrarien. de con-
ſtit. cap. ex parte. de arbitr. Bald. in d. auth. Phil. Fran.
in d. cap. ij. Mil. latè in verbo, litigioſa res ſit. Rot. de-
ciſ. iij. in d. addi. in no. vt lite penden. & Oldr. conſil.
ccxcix. allegans Inno. & Compoſt. in d. cap. cum M.
Ferrarien. Et prędicta ſeruiunt ad clem. vnica. de ſe-
queſtr. poſſeſ. & fruct. & regulas de annali & trien-
nali. ac ſimiles diſpoſitiones, requirentes pacificos
poſſeſſores, qui tales non ſunt, ſi de iure vel de fa-
cto iudicialiter aut extraiudicialiter moleſtentur. ſe-
cundum Pan. de Liaza. in clem. gratia. de reſcript. &
12 Rot. in d. deciſ. iij. de præben. in addi. Item iudex † da
tus ſuper proprietate, habet etiam iuriſdictionem
ſuper poſſeſsione, quia commiſſa cauſa poſſeſſoria
vel petitoria ſine dictione taxatiua tantum aut ſimi-
li, videtur vtrunque commiſſum, ſecundum Rot.
deciſ. ix. in no. de cauſa poſſeſ. & propr. licet commu-
nis opinio ſit in contrarium, vt refert ſequẽdo eam
Abb. in d. cap. j. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. col. iij. per
l. ſi da proprietate. C. ſi à non compe. iud. Cui tamen
reſpondet ex dictis docto. quatuor modis in d. cap.
paſtoralis. col. ij. quæ reſponſiones faciunt pro de-
ciſione Rotæ, quæ mihi placet, vt in commiſsione
proprietatis abſque dictione excluſiua veniat poſ-
ſeſsio, pro quo gl. ij. in d. cap. paſtoralis, & not. ſuprà
non econtra, per ea quæ habentur in allegata deci-
ſione, maior pars dominorum, & ſentit Collector in
13 d. deciſ. ix. Sub verbis autem † cum incidentibus, de-
pendentibus, & connexis, includitur principale ne-
gotium in cauſa appellationis à grauamine, etiam de
principali negotio mentione non habita, ſecundum
Egid. de xix. dummodo ſit eiuſdem naturæ, iuxta de-
ciſ. eiuſdem cccxxviij. redeundo ad terminos dictæ
deciſionis tertiæ, de can. poſſ. & propr. dico quod ad
inra in contrarium adducta in d. deciſ. iij. ex præmiſ-
ſis patet reſponſum, & non obſt. §. ſi fundum: quia
14 lis † non tollit poſſeſsionẽ nec eius commodum. c. j.
vt lit. penden. nimirum ſi poſſeſsio litigioſa releuat,
ſicut pacifica ab onere ſatiſdandi, nec in d. §. ibi di-
citur quòd ſit pacifica. l. ſi intra. nõ facit ad cauſam
loquens de ciuili interruptione ſecundum vnam le-
cturam, quæ interruptio non prodeſt omnibus, de
quo videndum per Bart. in l. naturaliter. ff. de vſuca.
& Abb. poſt Bui. ponentem opiniones in c. illud. vlt.
col. de præſcri. Nec mireris quod aliud ſenſerit tunc
15 Rota, quàm nunc † ſentiat. ita enim reperitur in plu-
ribus deciſionibus tam nouis quàm antiquis, & pro-
cedit ex mutatione auditorum variè ſentientium.
Nam, vt inquit Perſius Satyra 5.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno:

Cum tot ſint quandoque ſententiæ quot capita:
ſic ex varietate temporum ſtatuta variantur huma-
na, nec id reprehenſibile. cap. non debet. de conſan.
& affin. & meo tempore in quibuſdam articulis iu-
ris aliud voluerunt domini quàm antiqui, vſque ad
ea tempora iudicaſſent, prout in expectatiua in for-
ma pauperum, quòd non capiat canonicatum &
præben. in collegiata cum prærogatiua regulæ, vt in
illa deciſione pono. incipiente, dicebant maiores, &
ibi aliquid ad excuſandum vtrunque iudicium, ex
quo contrarium reperiebatur iudicatum, & idem in
vnione, inquit Mil. in verbo vnico, facta ex falſa cau
ſa, quòd tunc noui auditores tenuerũt eam nullam
ipſo iura: & quòd contrarium antiqui tenuerant:
circa quod quid hodie obſeruetur, vide cum diſtin-
ctione vnionis apoſtolicæ ab ordinaria deciſione in-
cipiente, Vnio ex falſa cauſa. Et ſicut in iſta, ita in
quibuſdam aliis inuenies annotatum, & iſtud non ad
detrahendum maioribus: ſed quia ſtylus ex tempo-
re recipit varietatem: & in dubiis iuris † quilibet co- 16
gitur ſequi ſuam intelligentiam, etiam ſi erraret in
vetando, ne aliàs ædificet ad gehennam. ea. per rnas.
el. ij. de ſimo. quòd ſi errorem deponere non poteſt,
& ſit auditor in ea cauſa, remittat cauſam ad can-
cellariam iudicandam ab alio, qui ſentjet cum votis
maioris partis, aut omnium, iuxta deciſionem xiiij.
de conceſ. præbend. in no. ſecundum Collectorem
ibi in fine: quia etiam in illo articulo, in quo iudex
tenetur iudicare ſecundum allegata & probata,
non ſecundum conſcientiam. l. illicitas. §. veritas. ff.
de offic. præſid. & ibi Bartol. de quo Abb. poſt gloſ.
in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delag. omnino
laborare debet vt exoneretur, & pati omne incom-
modum vt alius non ipſe pronunciet, vt ibi docto.
Item ſæpe reuelatur paruulis, quod occultum fuit
magnis, & vni, quod latet aliis: quia etiam detegi-
tur hodie, quod non fuerat cognitum, eſt ſingu-
laris textus in l. ij. §. ſed neque. C. de veter. iur. enucl.
& magis pro Modernis, quàm antiquioribus præ-
ſumitur, iuxta illud Priſciani: Quanto iuniores,
tantò perſpicaciores, gloſ. in l. gallus. in princip. ff.
de liber. & poſthum. ex quibus excuſatur quod di-
cit Hoſtienſ. in ſumma, de reſtitut. in integr. vt refert
Lap. allegatione xxvj. poſt princip. varium eſſe Ro-
manæ curiæ ſtylum, & quòd ideò potius iuri ſcri-
pto adhærendum ſit, quàm conſuetudini Romanæ
curiæ: † ex eo quod eſt fragilis & incerta, nunc alba, 17
nunc nigra, ac frequenter varia, ſuis tamen tempo-
ribus eſt ſequenda etiam extraçuriaın in caſu §. fin.
inſtitut. de ſatiſdatio. & facit cap. cum non liceat.
de maior. & obedien.

DE RESTITVTIONE SPOLIAT.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſus ab ordinario in vno ex ſex menſibus reſer-
uatis per regulas cancellariæ, ſi ſpoliatur an debeat
reſtitui?*

2 *Decretum papæ irritans quando inficiat titulum
& poſſeſsionem?*

3 *Decretum hominis ſic afficit, ſicut iuris.*

4 *Reſtituitur prouiſus ab ordinario ſi ſpoliatur ab
expectante habente inhibitionem & decretum.*

5 *Statuta & extrauagantes licet poſt publicationem
arctent, non tamen nocent partibus, niſi in iudicio
reducentur.*

6 *Reſtitutio impeditur quando notoriè conſtat de
non iure agentis in petitorio.*

7 *Poſſeſſores de iure citari debent.*

8 *Papa apponens manum prouidendo aut reſeruando inficit omnia in contrarium facta,& per eius decretum ligat etiam ignorantes.*

9 *Reſtitutio in beneficialibus non datur ſine titulo colorato,ne detur vitioſus ingreſſus.*

10 *Poſſeſſio ſola nihil operatur ſi titulus eſt notoriè nullus.*

DECISIO PRIMA.

1 PRouiſus ab ordinario † an deberet reſtitui contra prouiſum à papa, de beneficio quod vacauerat in vno ex ſex menſibus reſeruatis per regulas cancellariæ 1518. primò coram domino Iacobo Simonetta: ſecundò coram domino Paulo de Capiſuchis fuit diſputatum, & tandem maior pars dominorum voluit quòd non. Primò quia decretum
2 nedum inficit †titulum, verum etiam poſſeſſionem, prout videtur eſſe de mente Rotæ, deciſ.ij. de reſtit. ſpoliat.& de cauſa poſſ.& propr.xj.& xij.in antiq.& Egid.342.& 536.ad quas deciſiones vnico verbo reſpondebam, quod debebant intelligi, prout loquitur tertia.de reſtitut.ſpoliat.in no.quando ſumus in ſpeciali reſeruatione de certo beneficio, vel in generali notoria.cap.ij.de præbend.in vj.non in aliis,puta collectorum,ſubcollectorum,capellanorum,&c. Nam cũ de his poſſet dubitari an eſſent ſeu fuiſſent tales, & ſic eorum beneficia reſeruata, inquit ibi Collector,dicerem non obſtare agenti poſſeſſorio, arg.not.per Innoc.in cap.conſtituerus.de fil.presbyt. hæc autem de qua agitur ſiue diceretur generalis, non eſſet notoria, ſiue ſpecialis non eſſet de certo beneficio.igitur,&c.Sed maior pars ſuppoſuit non eſſe differentiam inter decretum de certo & de in-
3 certo,in hoc,ſeu quòd ita afficit decretum †hominis ſicut iuris,vt econtrario æquiparando põderat Rot. de reſtit.ſpol.in antiq.xvij. allegando l.ſi libertus.ff. de iure pat.ad hoc facit,quia Can.mitius agit,quàm iuris miniſter.dicit gloſ.in cap.apoſtolicæ,de excep. & index eſt lex animata, quæ durius agit quàm inanimata, no.glo.in cap.dilectus, ſecundo. de præbend. l. celſus. cum ibi nota.ff. de arbitr. decretum verò legis inficit,dicto cap.ij.& c.primo, & ij. vt lite pend.in vj.& Rot.de reſtit.ſpol.vij. in antiq. ergo & principis,quæ eſt lex animata: tamen non videtur quòd decretum ſuper incerto ita aſtringat.ca.j. ver. ſub incertum.de conceſ.præben.vj.cle.j. ſecundo reſponſo,eod.tit. quamuis in §.ſecus, propter appoſitionem temporis ligentur omnium manus,ne validè prouideant: item in expectatiuis habentibus inhibitionem & decretum nõ cauſatur talis infectio,
4 quin expectans † teneatur ad reſtitutionem prouiſo ab ordinario ſpoliato vt in dies practicatur. Quidam dicebant ad hoc quòd expectatiua nõ eſt ſuper certo, ſed eadẽ conſideratione nec regula reſeruans beneficia certis menſibus vacatura:& ſicut requiritur probatio extrinſeca, quod collector fuerit aliquia tempore quo habuerit beneficium, ita in propoſito quòd conſtet beneficia vacaſſe tempore expreſſo in regula, ergo idem iudicium. l. illud. ff.ad leg.aquil. Nec obſt. quòd etiam in reſeruatione, d. cap. ij. eſt neceſſe probari quòd vacauerit in curia, nam ibi ex quo eſt in corpore iuris notoria, id operatur notorietas facta probatione, non ſic in decreto hominis in quo non eſt tanta nec par ratio, ſed longè inferior, cùm non ſit ita patens nec tam notorium: incaenim ab omnibus ſcribi debet. l. leges. C. de legibus. vnde habentur pro notoriis: ſtatuta
5 † autem & ſi poſt publicationem arctent: non tamen ſunt ita notiſsima, nec de eis curant iudices, nec partibus nocent, niſi in iudicio producantur, ſicut nec extrauag. cap. paſtoralis. eum materia, de fide inſtrum.Bart.in l.cum prolatis.ff de re iud. Abb. & Felyn.in cap.primo,eodem titu. nam in caſu iſto poterat etiam dubitari an eſſent conceſſæ expectatiuæ, quia regula reſeruabat vſque ad generalem expeditionem expectatiuarum, ſed ſi quando notori-
6 riè conſtat † de non iure agentis in petitorio, impeditur reſtitutio. cap. ad decimas.de reſtit. ſpol. in vj. no. Innocen.in dicto cap.conſtitutus.& per Specul. in titu.de peti.& poſ. §.quia ſupradictum eſt,ex productione regulæ,& probatione vacationis in tempore conſtate de non iure in petitorio, & procederet concluſio maioris partis. Verum quia domini dixerant Rotam hoc non obſeruare in his terminis quod non quia contrarium dicit deciſio ſecunda.de reſtit. ſpoliat in antiq. Sed poteſt dici quòd ex caſu, quo infecta eſſet poſſeſsio. & ſic non datur reſtitutio in ſpolio. conſideretur non ius,non quando daretur reſtitutio,etiam ſi aliàs de non iure conſtaret ex cauſa,quæ non diſcolorat poſſeſſionem,& quod hodie ita practicetur quidquid aliàs fuerit tentum, & tunc adhuc dubia eſt concluſio, præſertim quia per eam paratur via ad ſpolia. Et ſi poſſeſſores citarentur,forſan aliquid releuans exciperent:ideò ius
7 voluit citari † poſſeſſores, & quòd nullus propria auctoritate ius ſibi dicat. l.meminerint. C. vnde vi. cap.licet epiſcopus. de præbend. in vj. & C. ne quis in ſua cauſa ius ſi. di. in rubr. & nigro, facit tamen pro cõcluſione.c.ſi eo tempore.de elect.in vj.vbi decretum irritans afficit omnia, quæ ſequuntur poſt ipſum, vt effectu careant, & iuris fomentum non habeant, ergo & poſſeſſionem: cui dici poteſt quòd loquatur in diuerſo caſu, & non ſit generale: iſtud patet in decreto expectatiuarũ, vt eſt dictum, idem in decreto reſeruationum per literas papæ reſeruantes beneficia vſque ad certum valorem,& Aret. in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acqu.poſſeſ. pen. col. reſpondet quòd d.cap.intelligatur de his quæ ſequuntur ita ad electionem, vt electio quæ præcedebat decretum, & ſic valebat, & ſine ea eſſe non poſſet, prout eſt confirmatio & tranſlatio iuris in illo beneficio, in quo non poteſt quæri ius ſine inſtitutione canonica, regula prima, de regul. iur. in ſexto. poſſeſsio verò bene poteſt haberi ſine illo iure. cap. in literis. cap. item cum quis. de reſtitut.ſpoliato.& in dicto loco Aret. impugnat dictam deciſionem tertiam in no. de reſtitut. ſpoliat. quam tamen defendit Socinus ab impugnationibus Aret. in l.rem quæ nobis. nona quæſt. principali. ff. de acquiren.poſſeſ. ad doctrinam Innocen. & aliorum in cap. vt noſtrum.de appellat.in cap.inter dilectos.de
8 exceſ.prælato.quòd appoſitio † manus papæ ex certa ſcientia inficit omnia quæ in contrarium fuerint, & quòd decretum ligat etiam ignorantes. Videtur ex prædictis reſponſum non procedere generaliter in omni decreto in caſu ſpolij: conſiderabat etiam pro concluſione vnus ex dominis, quòd in beneficialibus reſtitutio † non datur 9

abſque

abſque titulo colorato ſecundum Innoc.in d.cap.in
literis.ne detur vitioſus ingreſſus, cap.vnico, de eo
10 qui mit.in poſſ.cauſa rei ſer.in vj.& cum titulus † ſit
notoriè nullus ſola poſſeſſio non operatur. pro quo
facit quod Bald.in l.j.C.ſi momen. poſſeſ. fuer. app.
ij.col.quòd poſſeſſorio beneficij oportet allegari ti-
tulum. & idem ſi allegatur poſſeſſio iuriſdictionis,
quia iuris adminiculum deſiderat, ideo mixtum eſt
poſſeſſorium. Sed ſuprà dictum eſt Rotam non ſer-
uare quando notoriè conſtat de non iure in proprie
tate. Item ſufficit titulus coloratus, licet aliàs nullus
qui quando ſit talis vel non, tradit Abb.poſt alios in
cap.cum noſtris.de conce.præben.vlt.col. Item non
diceretur conſtare notoriè ex productione regulæ,
ſi vera ſunt motiua Aret. in d.§. nihil commune.ſu-
per quo notorio, quoniam ampla eſt materia, videa-
tur Bar.in l.ſcriptus.ff.de relig.& ſumpt.fune.& ca.
veſtra.& ibi Abb.de cohab.cler.& mulie. ad regulas
de beneficiis collectorum, &c. fuit dictum pro con-
cluſione, quòd non habent decretum, ſicut habet
regula, de qua in themate, propterea non inficiunt.
Audiui tamen à domino Thoma Regis, quòd in li-
teris prouiſionis beneficiorum collectorũ dicitur,
dudum beneficia collectorum reſeruauimus decer-
nentes irritum, &c.in forma ſicut quando prouide-
tur de vacan. in curia, quaſi habeat regula tale de-
cretum. pro quo facit, quia poſt regulas reſeruantes
beneficia plurimorum, ponitur in vltima clauſula
decreti, quæ videtur deſpicere omnes præcedentes.
ad l.iij.§.j.ff.de libe.& poſthum.vt dicamus quòd o-
mnes regulæ habeantur pro vna lege loquente de
reſeruatione beneficiorum: & quælibet regula re-
putetur vnus §. cogita: quia quatuor domini contra
concluſionem ſenſerunt. & eſt dubius paſſus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum papæ appoſitum in reſeruatione ſpeciali ſuper certo corpore beneficij inficit titulum & poſſeſſionem, nec datur reſtitutio aduerſus decretum.*
2 *Eadem ratio militat in literis acceſſus & regreſſus, ac coadiutoriè cum futura ſucceſſione, quæ in reſeruatione ſpeciali.*
3 *Decretum papæ in alternatiua conceſſa epiſcopo appoſitum, quare non inficiat ſicut in reſeruatione?*
4 *Alternatiua in beneficiando quid ſit?*
5 *Inhibitio apponitur in reſeruatione ad vacatura ſimul cum decreto non in vacanti.*
6 *Decretum habet implicitam inhibitionem, & inhibitio decretum.*
7 *Decretum & inhibitio æquiparantur in iure.*
8 *Prouiſio dicitur eſſe magis notoria, quam reſeruatio.*

DECISIO II.

Deciſio tertia in no.de reſtitu.ſpoliat. de qua in
proxima conclu.quòd quando ſumus † in ſpe
1 ciali reſeruatione de certo corpore beneficij vacatu
ri, vt decretũ appoſitũ in ea inficiat etiam poſſeſſio-
nem, & non ſit reſtituibilis: procedit etiam in literis
2 acceſſus & regreſſus † ac coadiutorie quæ ſolet con
cedi cum futura ſucceſſione, quia de iure non ita
dabatur, patet eod.titu.de cleric.egrot.& cap.gran-
di.de ſupplen.negl.prælat.in vj.prout in duabus cau
ſis coram domino Martino de Spinoſa fuit concluſum,
quia militant in eis rationes quæ in reſeruatio-
ne: ſed contrarium fuit dictum in decreto † alterna- 3
tiuæ conceſſæ epiſcopo in vna coram domino Pau-
lo de Capiſuchis, de menſe Maij 1521. ea conſidera-
tione, quia eſt ſuper incerto & non notorio, ſicut de-
cretum in corpore iuris & regularum quæ publican
tur in cancellaria. Item quia † alternatiua non eſt 4
prouiſio de aliquo beneficio, ſed facultas prouiden-
di cum remotione obſtaculorum, licet ex aduerſo
faciat, quòd ita alternatiuè habet decretum, cum in-
hibitione in ſex menſibus, ſicut regula de qua in
proxima concluſione. Item quòd nec dicta regula
prouidet, ſed inhibet, & decernit, & ſimul cum al-
ternatiua eſt conſideranda regula, quòd epiſcopus
non poteſt vti alternatiua, ſi prius vſus fuerit regu-
la de quatuor menſibus: ergo ſi vſus non fuerit, ir-
ritum eſt quod fit ab alio, etiam ſi epiſcopus non
prouideat in illis ſex menſibus, vt inquit Felyn.cap.
cum ex offi.de reſcript.vlt.col. Sed ad dictum Fely.
fuit reſponſum quòd procedit vt operetur decre-
tum reſpectu proprietatis, non poſſeſſionis: regula
verò non fuit conſiderata, ex quo inhibet & decer-
nit nullum vſum quatuor menſium poſt vſum al-
ternatiuè, & econtrà quo ad ordinarium habentem
alternatiuam. Et intellige in decreto beneficij vaca-
turi, non in decreto quod apponitur in prouiſione
beneficij vacantis, quia iſtud non inficit poſſeſſio-
nem. Et cum huius dicti peteret rationem vnus ex
dominis, quidam dicebant hoc eſſe propter inhibi-
tionem † quæ ponitur in reſeruatione ad vacatu- 5
rum ſimul cum decreto, quæ non apponitur in pro-
uiſione de vacanti: pro qua differentia facit quia in
c.ſi eo tempore.de elect.in vj.dicitur quòd papa in-
hibuerat & decreuerat irritum, &c. Sed non videtur
concludere quoniam iura & doc.decretum irritans
ponderant ad inſectionem, abſq; eo quòd velint in-
hibitionem cum decreto eſſe neceſſariã. De decreto
cum inhibitione eſt etiam text.in d.cap.ſi hi contra
quos.vt lit.pend.in vj.de inhibitione ſine decreto in
l.non dubium.C.de legi.decretum † enim habet im- 6
plicitam inhibitionem, & inhibitio implicitum de-
cretum, cum ſufficiat legiſlatore aliquid inhibuiſſe,
vel irritum decreuiſſe abſq; inhibitione expreſſa, vt
in dictis iuribus, ad hoc quia in terminis cle. vnicæ,
in §.ſecus.de conceſ.præb.ſufficit ſola reſeruatio &
acceptatio temporelimitata cum decreto: nec eſt ne-
ceſſaria inhibitio, cum ſolùm ſit neceſſaria quando
in iure exprimitur, c.tibi qui. de reſcript.in vj. aliàs
decretum † & inhibitio executoris æquiparantur, vt 7
in cap.ſi ſoli.de conce.præb.eo.lib.ita dicit Imo. poſt
gloſ.in d.cle.vj. Alij conſiderabant quòd reſeruatio
eſt de iure vacaturo: & quòd poſt vacationem appre-
henditur poſſeſſio, & ſic decretum eſt ante vacatio-
nem, prouiſio verò eſt de iure vacaturi: quæ non ita
afficit. Sed hoc non eſt generale: nam reſpectu poſ-
ſeſſionis quæ apprehenderetur poſt diem prouiſio-
nis de vacanti, ita deberet operari decretum in va-
canti, ſicut in vacaturo, & tamen non operatur.
Et reperio quòd Rota, Biſignet in antiq. vij. & in
antiq. xxv de conceſſio. præbend. dicit non vide-
re rationem diuerſitatis inter vacantia & vacatura,
quando venit caſus vacationis, licet in caſu deciſio-
nis xiij. vt lite pendente, in no. conſideretur diffe-
rentia: ſed non tenetur, & conſideratio eſt de va-
canti ad vacatura reſpectu puræ & conditionalis
diſpoſit

diſpoſitionis. Alius dixit, quòd ratio eſt, quia in re-
ſeruatione de vacaturo decretum eſt notorium: &
iſtud quod inficiat, operatur notorietas, quæ non
eſt in decreto de vacanti. Sed dubitari poteſt in quo
cõſiſtat huiuſmodi notorietas, ſiquidẽ in eo quod ex
diſcuſſione & productione ſtatim poteſt conſtare
notoriè de non iure agentis poſſeſſorio abſque ali-
quali diſcuſſione. cap. in literis, de reſtit. ſpol. prout
in vna conſideratione habetur in d. deciſ. iij. nota. de
reſtitu. ſpol. ij. col. vtique. Idem erit in diſcuſſione &
productione prouiſionis ſicut reſeruationis, ſi in eo
quoque producantur iura ante ſuſpenſionem peti-
torij, vt conſiderat Egi. deciſ. cccciiij. cum ſequen. Et
vtroque caſu poſſunt produci, & non eſt differentia
ſi in hoc quod de vacaturo eſt magis certum quàm
de vacanti apud papam poſſet eſſe magis certũ qui
ſcit quòd ei, cui reſeruãdo prouidet, ius competit &
non alteri: & eſt certus quòd nullus inferior quic-
quam in tali beneficio poteſt, non ſic in prouiſione
de vacãti, quia licet papa prouideat cum decreto, po
tuit ordinarius in partibus antea prouidiſſe, quòd
papa ignorat, & ſimilia quæ facti ſunt. ca. primo. de
conſti. in vj. Sed ex hoc non ſurgit notorietas: ma-
ximè ſi inſpicimus omnes alios à papa, magis eſt no-
8 toria † prouiſio de vacanti, quę tranſit ordinatiè per
multas manus & ſolitas. c. ad audientiam. j. de reſer.
quàm reſeruatio, quæ per pauciores, & vt plurimum
fit occultè & ſine ſupplicatione, vel quando cum ea
non ſemper regiſtratur: niſi dixerimus quòd papa
in decreto ad vacaturum, reſpectum habet nedum
ad titulum, ſed ad poſſeſſionem: quia ſupponit Ti-
tium poſſidere, non in decreto de vacanti, in quo ni-
hil tale conſiderat: cum poſſet credere ex experien-
tia, ꝙ aliquis in partibus poſſeſſionẽ habuerit, quan
do extra curiam vacatio datur, vt non apponat de-
cretum niſi pro Titio. Sed nec iſtud cõcludit ex quo
in prouiſione mãdatur prouiſum poni in poſſeſſio-
ne, & papa præmiſſa non aduertit, ex quibus patet,
& in hoc paſſu & in proximis deciſionibus huius
materiæ vix apparere rationem concludentem pro
deciſionibus, nec contra deciſiones. Ideo conſide-
randum vltra ne cogantur recurrere ad l. non om-
nium. ff. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem petens in iudicio via attentatorum an teneatur docere vel allegare titulum coloratum?*
2 *Reſtitutionem petens in iudicio via attentatorum, quid probare ſibi ſufficiat.*
3 *Attentatorum iudicium & recuperandæ in quibus differant remiſſiuè.*
4 *Si notoriè conſtet de non iure petentis, an ad ipſius inſtantiam reuocari debeant attentata?*
5 *Poſſeſſor licet de eius iure non conſtet, non eſt amouendus, quin potius abſoluendus, ſi de iure actoris non appareat.*
6 *Attentata ex mero officio iudicis, reuocari poſſunt.*

DECISIO III.

1 PEtens reſtitutionem beneficij via † attentato-
rum in iudicio, an obtineat ſi non coloret titu-
lum, Egid. deciſ. cclxxxvj. dicit quòd non: contra-
rium vult Rot. deciſ. ij. in no. de reſtitutio. ſpoliato.
Et iſta fuit in obſeruantia palatij meo tempore, ne-
dum in meris attentatis, vt ante omnia reuocentur
ſic vt debeant in priſtinum reponi ſtatum, cap. ad
præſentiam. cap. bonæ. de appel. & cap. non ſolum.
eod. titu. in vj. & ſi eſt res iudicata ſuper attentatis
executioni ante omnia demandari libet, antequam
veniatur ad negotium principale, inquit Rot. deciſ.
ij. de re iudi. in no. Verum etiam ſi agatur ſpolio lite
pendente facto, vt idẽ Egid. ſibi contrarius inquit
deciſ. xlix. allegans cap. cum M. Ferrarienſis. & ibi
no. per Ioan. And. de conſti. ea ratione, quia in atten
tatis magis inſpicitur contemptus ſuperioris, læſio
partis ac iuris. cap. cordi. in fine. de appel. in vj Item
integritas ſtatus cauſæ cum ſufficiat † probare pe- 2
tentem ſimpliciter poſſediſſe beneficiũ, vt in dictis
iuribus: & in cap. ex parte A. de reſti. quàm ius agen-
tis. Et hoc eſt quod põderat additio ad d. deciſ. ij. di-
cens ſatis eſſe probare ſolum ſtatum cauſæ, & quòd
iſte eſt vnus mirabilis effectus, ac differentia inter
attentatorum iudicium, & interdictum recuperan-
dæ: & ibi colligit differentias † quatuor, Abb. verò 3
in d. cap. bonæ. col. vj. cum ſeq. ponit quinque. Phil.
autem Franch. col. iiij. colligit ſeptem, vbi etiam affir
mant prædicta teneri communiter declarando ma-
teriam. Sed ſi notoriè † de non iure petentis reſti- 4
tui conſtaret, tunc ſunt deciſ. plures Egid. ccclvj. ac
ccexciij. & cccccliij. Item Rotæ vij. in antiq. & ij. in
no. vt lit. pend. & habetur etiam d. deciſ. ij. de reſtitu.
ſpoliat. & deciſ. xij. de cauſa poſſeſ. & propr. in antiq.
quòd ad ipſius inſtantiam non fit attentatorum re-
uocatio, etiam per viam attẽtati, ne iudex peruerſum
auctorizet in delicto, ſecundum gloſ. Innoc. in cap.
ſignificaſti, de diuor. vt dicit Rota in antiq. de reſti.
ſpol. xiij. pro quo cap. cum inter R. de elect. vbi nul-
lus auditur appellans, niſi eius interſit. cap. cum ſu-
per. de re iudic. cap. à collatione. iuncta gloſ. de app.
in ſexto. nec etiam communis ordinatio eccleſię im-
peditur per eum cuius non intereſt. cap. ex ore. de
his quæ fiunt à maio. par. cap. & in terminis, ne cum
peccato detur ad beneficium vitioſus ingreſſus. cap.
primo, de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſer. in ſexto. Ac-
cedit doctrina innocen. in cap. conſtitutus. de filiis
presbyter. Et iſtud quòd reus, † de cuius iure non 5
conſtat, non eſt à poſſeſſione amouendus: ſi etiam
de non iure actoris apparet, quin potius abſoluen-
dus. l. loci. §. fin. ff. ſi ſer. vend. l. qui accuſare. de eden.
& l. fin. C. de rei vendica. & eſt deciſio quarta in no.
de re iudic. & hoc vt notorius defectus iuris obſtet
in beneficialibus, eſt commune ſecundum Butr. in
d. cap. bonæ. colum. penul. Domi. in cap. ad decimas.
de reſtitut. ſpol. in vj. colum. iij. ac Phil. Franch. in d.
cap. bonæ. in vij. differentia. vbi vide de materia, &
& quid in aliis. Et pro hoc deciſiones Rotæ ij. &
xxiiij. in antiq. de reſtit. ſpoliat. volentes vt obſtet in
beneficialibus ſubiicien. quod ſecus videretur in re
prophana, ad idem Abb. in cap. ſolicitè, & in cap. in
literis. eod. titul. vbi dicit in colum. penult. differri
reſtitutionem & admitti exceptionem, quando ita
eſt notorium, quod certum eſt, vel ſatis veriſimile,
nullum ius competere. Alex. in iij. q. j. ca. ij. col. iiij.
hoc cumulat in beneficialibus, matrimonialibus, &
ſimilibus, & ibi de materia. Bene verum eſt quòd
ex † officio iudicis poſſunt talia attentata reuocari, 6
vt in allegatis deciſionibus, & deciſione quinta. vt
lite pendente, in antiquis, & ita obſeruat Rota, &
quando

qoando reuocat, contemptum animaduertit, & ſolet
ſequeſtrare abſque eo, quòd poſſeſsio reſtituatur
notoriè ius ooo habeoti, prout d. deciſ. ij. tenet Ant.
de Butr. & Phil. Franc. io allegato cap. bonæ. & not.
etiam quòd oon reſtituitur ſpoliatus qui fuerat poſ
ſeſsionem lit. penden. aſſecutus, ſecuodum Rotam
Biſignet. deciſ. iiij. in antiq. de reſtitutio. ſpoliato. &
xvij. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio renunciationis an obſtet agenti interdicto recuperandæ contra tertium, qui eum ſpoliauit poſt reſignationem factam in fauorem alterius?*

2 *Renuncians beneficium licet amittat poſſeſsionem iuris, tamen ſi incumbit poſſeſsioni realiter & de facto, ſi à tertio ſpoliatur, eſt reſtituendus.*

3 *Renuncians beneficio an non ſolum abdicet à ſe dominium, verumetiam ciuilem & naturalem poſſeſsionem. & num. 10.*

4 *Violentus poſſeſſor ſi incontinenti fuit deiectus, non aget ſpolio.*

5 *Succeſſor non tenetur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris triennalis pacifici.*

6 *Renunciatio facta per ſpoliatum poſt ſpoliationem, an ſit impedimento ſi vult agere ad reſtitutionem?*

7 *Reſtitutio in beneficialibus non competit ſine titulo colorato, ne detur vitioſus ingreſſus.*

8 *Poſſeſſor non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis alicui, niſi ſit ordinarius.*

9 *Agenti poſſeſſorio, in quibus terminis obſtet exceptio renunciationis, etiam ex cauſa permutationis.*

10 *Renuncians amittit omnem poſſeſsionem, ſi poſtea incumbit animo continuandi, illam de nouo acquirere videtur.*

11 *Poſsidens quomodo poſsit mutare cauſam ſuæ poſſeſsionis?*

12 *Accumulari an poſsit quis poſſeſsionem poſſeſsioni, ſicut accumulatio permittitur titulorum?*

DECISIO IIII.

FVit dubitatum coram domino Ioan. Staphileo
1516. in vna Segobien. archidiaconatus an. N.
1 de Roias qui ceſſerat archidiaconatui † vt prouide-
retur T. cui fuit prouiſum. & poſtea incubuit poſ-
ſeſsioni, & à tertio fuit eiectus, poſſet agere ad re-
cuperandā poſſeſsionem contra tertium, & maior
pars dominorum inclinauit quòd ſic, per deciſ. j. de
renun. in no. & Innoc. in cap. ſuper hoc. ac Cal. conſ.
2 iiij. eod. tit. vbi dicitur quòd licet † perdatur poſſeſ-
ſio iuris, oihilominus cedeos poteſt incumbere poſ-
ſeſsioni realiter & de facto, ioquit deci. Et ſi ſpo-
lietur tali poſſeſsione reſtitueretur, quia ſecundum
Cal. incumbēs poſtea poſſet retinere naturalem, ſed
perdet ciuilem. Sed cōtra. T. non poſſet com ad eum
voluerit transferri etiam poſſeſsionem. noo ad aliū:
& ita fuit iudicatum. Nam domini libēter iuuarunt
cedentem, quia is qui deiecerat capiebat archidiaco
natum vigore cuiuſdam gratiæ exorbitantis, quæ
male olebat, vt patet in regiſtro cauſæ huius. Aduer
tendum tamen in themate & materia, quia per ceſ-
3 ſionem † beneficij abdicat quis à ſe dominium &
poſſeſsionem. Ita Ioooc. in d. cap. ſuper hoc. & idem
Ioao. Andr. Imo. & Abb. in cap. ſolicitè. de reſtit. ſpo.
eſt tex. in l. iij. §. in admittenda. & l. ſi quis vi. §. diffe-
rentia. ff. de acquir. poſ. & Alex. infert, quòd renun-
ciaos beneficio, videtur etiam renuntiare poſſeſsio-
ni beoeficij: quod procedit nedum in poſſeſsione
ciuili, verumetiā in naturali: ſolo enim animo vtra-
que perditur, etiam priuſquam quis exeat de fun-
do, dummodo habeat animum diſcedendi, prout ha-
bet cedens iuri, ſecundum Alex. in d. §. in amitten-
da. vbi tex. ſolum animum conſiderat, & incipiendo
ab animo omnis poſſeſsio amittitur, dicit ibi gloſ.
quam ſequitur Bart. & alij communiter ſecundum
Alex. ibidem fit vt nequeat cedens agere ſpolio de-
ficiente primo extremo, vt not. in cap. conſultatio-
nibus. de offic. deleg. Non obſt. dictum Inn. in d. cap.
ſuper hoc. quia non loquitur in beneficialibus, ſed
in prophanis, vt conſtat ex iuribus allegatis, ſecon-
dum quod debet intelligi l. imperator. de in di. adie.
& Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg.
ideo Abb. in d. ca. ſolicitè. declarans dicit, quòd non
ſpoliatur, qui ſtatim poſt renunciationem eiicitur,
ſeu non admittitur, ex quo per renunciationem
ſpontaneam amiſit dominium & poſſeſsionem, ſi-
cut ille non agit iocerdicto vnde vi, qui violenter
† cepit poſsidere, & incontinenti fuit ſpoliatus. l. iij. 4
§. cum ergo. ff. de vi & vi ar. c. olim. j. de reſtitut. ſpol.
Sed ſi poſt ceſsionem incubuit poſſeſsioni, & ex in-
teruallo deiiciatur, poteſt prętendere ſpoliationem,
cùm etiam is qui cepit poſsidere non poſsit ex in-
teruallo expelli: & ſi appellatur, poterit intentare in-
terdictum. Ita ait Innoc. io d. cap. ſuper hoc, cuius
dictum in beneficialibus noo putat verum, ex quo
obſtat cedenti exceptio defectus proprietatis noto-
ria, quæ impedit reſtitutionem petentem ſecundum
eum. cap. conſtitutus. & ibi Innoc. de filiis presby. &
idem Abb. in c. in literis. col. penult. de reſtit. ſpol. di-
cens differri reſtitutionem & admitti exceptionem,
quando ita eſt notorium, quòd certum eſt, vel ſatis
veriſimile nullum ius competere petenti reſtitui. &
Alex. in. iij. q. ij. c. ij. col. iiij. loquēs in beneficialibus,
matrimooialibus, & ſimilibus. & vide in deciſ. inci-
piente, petens reſtitutionem ſub hoc tit. & vt li. pen.
Credit tamen verum quòd ſi longo tempore poſt
ceſsionem ſteterit in poſſeſsione, tunc præſumetur
iuſta, quia potuit acquirere ius de nouo, quod eſt
veriſimile ad cap. illud cum materia de præſumpt.
Et quia ordinarius noo ſuſtinuiſſet eum ſine titulo
tanto tempore, vt Lap. alleg. l. xxxix. Mil. in ver. bene
ficiū impetrans. & Anch. conſ. cxvij. ex quibus patet
ꝙ dictū Inno. poteſt procedere in beneficialibus (vt
dixi de eis nō ſentiat) in caſu poſſeſsionis lōgi tem-
poris, & hodie ſi triennio poſt ceſsionē poſſediſſet,
ex quo Lap. allegatio ad id tēpus io practica reſtrin
git meo tempore, vt ſufficiat † quòd prædeceſſor pa 5
cificè triēnio poſſederit ne ſucceſſor cogatur iuſtifi
care eius titulū & in propoſito ꝙ pręſumatur in tali
tempore titulū ſuperueniſſe, ad quā interpretatio-
oem facit regula de triennali poſſeſſore non mole-
ſtando, vt in deciſione incip. Lap. allegatio, ſub titu-
lo, de cauſa poſſeſ. & propriet. In minori verò tem-
pore ſuſtineri nequit, quia vltra prædicta etiam con
tra dictum capit. ſolicitè. quod probat † clarè im- 6
pediri reſtitutionem ſi ſpoliato anterior renunciatio
non ſit impedimento. Proprio nanque facto atque
contractu

contractu perfecto amittens poſſeſsionem, non habet etiam remedium cap. reintegranda. iij. quæſt. j. vt incipit Soci. in l. rem quæ nobis. in ij. q. p̃tinc. col. pe. ff. de acq. poſſe. deciſ. j. de renun. non obſt. qui verum eſt eum qui liti, cauſæ, ac beneficio renunciauit teneri ad fructus, ſi poſſeſsionem de facto nõ amittat. ad dimittendum autem tenetur, neque poteſt retinere, aut fructus percipere, vt dicit Ioan. Andr. in c. ſi. de renunc. & ibi omnes in hoc concord. cum his quæ conſideraui. & facit contra id quod eſt tentum, cum propter ea teneatur, quia ſine titulo, & quia de facto tenuit quod eſt ſine iure, & re ipſa ſicut quilibet alius etiam laicus incapax qui detinuiſſet, potuiſſet percipere fructus, & teneretur ad reſtitutionem vel habenti tit. vel eccleſiæ. c. fin. cum ibi not. de offic. ord. in vj. cum ad eum non ſpectent ſpoliatum omni tit. ſine quo canonico obtineri non poteſt beneficium. c. j. de reg. int. in vj. & certum ſit ad alium pertinere. l. cum quærebatur. C. vnde vi. nec reſtitu-
7 tio † in beneficialibus competit ſine titulo colorato ad not. Innoc. communem in d. c. in literis. de reſtit. ſpo. quam obſeruat palatium, licet Abb. ibi contra. & Lap. alleg. lij. lætatus ſum, in fine, ſaltem ex Rot. deciſ. vij. in no. de probat. Imo ſine colore tit. non fit reſtitutio, Egid. deciſ. xlix. cum ſeq. & xcix. de quo in illa deciſione incipiente, quamuis ad canonizationem, ſub eod. tit. & eſt etiam deciſ. v. in antiq. de reſtit. ſpolia. quæ dicit quòd hanc partem ſeruat curia Rom. & deciſ. xx. eod. tit. Idem concludens in cauſa ſpirituali, & hoc ne aliàs daretur vitioſus ingreſſus. c. vnico. de eo qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſer. in vj. & quia iuris adminiculum deſiderat, dicit Bar. in l. vnica. C. ſi de mo. poſ. fue. app. col. ij. ex quo apparet Inn. in loco allegato per Rotam in prophanis loqui. Et per hæc omnia reſpondetur ad illud quod ſine executore quis nequeat poſſeſsionem ingredi. cap. cum qui. de præben. eod. lib. cum materia, nec ſine citatione quenquam à poſſeſsione amoueri. l. meminerint. C. vnde vi. c. licet epiſcopus. de præben. in vj. nec ſibi ius dicere. C. ne quis in ſua cauſa ius di. in rubro & nigro: quia ſatis eſt quomodocunque ſit habita poſſeſsio, ſeu facta eiectio, quòd eiectus agere impediatur, cui abſq; titulo etiam colorato non detur reſtitutio ad poſſeſsionem ſeu detentationem in beneficialibus. Nec obſt. quod Cald. ait in d. conſ. iiij. & Butr. in d. c. ſolicitè. q. vlt. quòd incumbendo retinetur naturalis, quia vtraque eſt perdita, vt eſt probatum. Et non cadit retentio nec etiam naturalis, iuncta etiam cum ciuili ſufficeret ſine tit. in propoſito, neque ex poſſeſsione vnius aut duorum annorum, cautum reperitur præſumi tit. l. illam. C. de collat. & vt eſt dictum, tex. ſunt aperti. in d. c. ſolicitè. & c. accepta. eod. tit. ſimpliciter loquens nec diſtinguentes an poſtea cedẽtes incumbant poſſeſsioni ſtatim vel ex interuallo, per quod & ſequentia tollitur quod ſub dubio forte tentat Butri. in d. c. ſolicitè. in fi. nec
8 ãn prouiſus aut tertius reperiatur poſſeſſor † qui nõ habenti titulum coloratum, neq; aliquem titulum; etiam ſi eſſet prædo, poteſt dicere, quo ad te liberè poſsideo. l. loci corpus. §. fin. ff. ſi ſer. vendic. quæ exceptio realis eſt aduerſus quemcunque titu. non habentem. niſi ſit ordinarius qui tenetur inquirere. ca. ordinarij. de offic. ordin. in vj. & poteſt deijcere non habentem titulum, cui nõ obſt. regula de triennali, ſecundum Abb. in c. dilecto. de præbend. Felyn. poſt alios, in dicto cap. illud. de præſumpr. & in cap. ſicut. de re iudica. & Dominic. in dicto cap. ordinarij. & idem Innocent. in d. cap. ſuper hoc, inquit quòd in his † terminis agenti poſſeſſorio ob. exceptio renun- 9
ciationis, & ita adducit eum additio vlt. ad deci. tertiam, de reſtitut. ſpolia. in no. & voluerunt etiam indiſtinctè deciſione ſecundâ, in no. de rerum permu. quòd reſignanti etiam ex cauſa permutationis non competat vnde vi nec reintegrãda, & allegat etiam Innoc. in d. cap. ſuper hoc & quarta, de renunciat. in no. etiam in reſignatione de beneficio reſeruato facta in manibus ordinarij, & ſecunda in antiq. cum aliis. ergo ſine diſtinctione accipiamus. l. de pretio. ff. de publ. Et ex his conſtat non competere interdi-
ctum, & quòd per renuntiationem † eſt amiſſa om- 10
nis poſſeſsio: quòd ſi cedens incumbat poſtea, non dicitur cõtinuare, ſed magis poſſet dici de nouo acquirere, ſi quam poſſeſsionem quærat, ex eo quòd animus continuandi operatur nouam acquiſitionem, ſecundum Bart. Ange. Innoc. & Alex. in l. iij. in
princ. ff. de acquir. poſſ. aliàs poſsidens † non poteſt 11
ſibi mutare cauſam poſſeſsionis, niſi cauſa extrinſecus adueniente. l. cum nemo. C. de acquit. poſſeſ. & ſolo animo non poteſt deſinere quis poſsidere ex vna cauſa retenta poſſeſsione, & incipere poſsidere ex alia, ſed opus eſt vt alteri tradat, & à ſe abdicet: quoniam antiqua poſſeſsione remanente impoſsibilis eſt mutatio, & quòd ex noua cauſa poſsideatur, tex. eſt ſingularis in l. qui bona. §. fin. ff. de acqui. poſ. quem ita declarant ibi Raph. Cu. & Pau. de Caſt. ac Angel. in §. nouiſsimè, inſtitu. de vſu. quicquid dixerit Bitigner deciſ. j. de reſtit. ſpol. in antiq. referendo opiniones de antiquo poſſeſſore, &c. quia niſi deſinat poſsidere, vt ſuprà, non eſt dicendum quòd
de nouo poſsideat, ſed magis accumulet † poſſeſsio- 12
nem poſſeſsioni. ſecundum Pau. de Caſt. in d. cap. ſi. quemadmodum permiſſa eſt accumulatio & multitudo titulorum poſt electionem, de conceſ. præb. & ibi Abb. & eandẽ rem poſſumus ex pluribus cauſis poſsidere. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquit. poſſeſ. licet non curandum an continuaret, accumularet, aut de nouo quæreret in caſu, de quo quæritur, in quo poſſeſsio ſine tit. non ſufficit in interdicto vnde vi.

SVMMARIVM.

5 *Spoliatus etiam poſt longiſsimum tempus poteſt agere remedio canonis reintegra, etiã contra quemcunque ſucceſſorem.*

2 *Regula de triennali nec allegatio Lapi lxxxix. non defendunt ſpoliatorem.*

3 *Obliuio quo tempore inducatur.*

4 *Sententia in beneficialibus non tribuit ius, licet tranſeat in rem iudicatam reſpectu partis contra quam eſt lata, non autem ſuperioris.*

5 *Regula de triennali non vult aliquem in petitorio, nec poſſeſſorio moleſtari.*

6 *Regula de triennali non habet locum in eo, qui obtinuit cauſam commiſsi.*

DECISIO V.

IN vna Feſulana parochiali coram domino Iacobatio erat caſus, quòd vnus tenuerat cum titu. pacificè parochialem per aliquot annos, & ſucceſsiuè

alij quæ

1 alij quatnor vſqne ad † annos triginta, titnli enim
erant acti. ille qui primo tenuerat agebat ſpolio pe-
tens reintegrari: fuit eõcluſum à maiori parte quòd
non obſtaret ei curſus longiſsimi tẽporis, vt in pro-
xima deciſione, nec allegatio Lap. lxxxix. cum qua
Mil. in verbo beneficinm imperrans, & Anch. conſi.
cxvij. cum ſequacibus de quibus in alia deciſione ſu-
per intellectu dictæ allegationis, ſcilicet quòd non
tenetur quis iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris
2 pacifici. Incipit allegatio Lapi. minus regula † de
triennali poſſeſſore non moleſtando parans exce-
ptionem pacifico poſſeſſori. Nec doctrina Abb. in c.
contingit. col. iij. de dol. & contu. Cum hæc non pro-
cedant in ſpolio, qnod no. Sed adnerte quia Abb. in
d. ca. loquitur indiſtinctè non ſe reſtringens ad pro-
prietatem, & materia ibi eſt propottionabilis ad
poſſeſſorium & petitorinm, dum dicit Abba. quod
Clericus bonafide & titu. poſsidens beneficium al-
terius per decennium inter præſentes, & annos xx.
inter abſentes præſcribit in præiudicium veri recto-
ris. allegat Ioan. And. in ſimili in regula ſine poſſeſ-
ſione, de regu. iur. in vj. in mercur. Et qnia ex lapſu
tanti temporis videtur quis habere beneficium pro
derelicto in ſui præindicium, ad no. in l. ſi de eo. § j.
ff. de acquiten. poſſ. Vbi etiam Alexan. colum. ij. dicit
quòd ciuilis poſſeſsio perditur ob negligentiã tanti
3 temporis ex quo reſultat obliuio. † Et eſt quando
per decennium quis per ſe, vel alium non accedit
ad naturalem poſſeſsionem ſecundum Pau. de Caſt.
in l. in princi. colum. iij. eod. titu. dicitur enim perdere
ait Abba. potius ex facto ſuo quàm poſsidentis, qui
nec acquirit ex natura rei impræſcriptibilis, addu-
4 cens ſimile de ſententia † quæ tranſit rem iudicatam
reſpectu eius, contra qnem eſt lata, non contra ſu-
periorem, qui poteſt inquirere de defectu tituli, ex
quo ius non tribuit. ca. j. cum ibi not etiam per Abb.
de conceſ. præben. ſubiungens iſtud eſſe notandum.
quoniam ſi verum eſt, nouum eſt, atque mirabile di-
ctnm & ſatis coloratum: videatnr tamen Socin. in l.
rem quæ nobis. ij. quæſt. principali. ver. ſecundo du-
bitatur. ff. de acqniren. poſſeſ. dum inquit quòd ne-
gligentia decem annorum amittit quis poſſeſsionẽ
& remedium Canonis reintegranda. iij. quæſt. j. ergo
niſi probetur diligentia aut acceſſns ad naturalem,
ſeu aliud exclndens obliuionem, videtur ex addu-
ctis hic & in concluſione proxima dubium qnòd
ſimpliciter ſuper dicto Canone eſt in vtraque ten-
tum. ideo vlterius cogitandum & quoad regulam de
5 † triennali facit dnbium quod regula prædicta ex-
tracta ex concil. Conſtantieñ. approbata in concil.
Baſilieñ. incipien. Quicunque non violentns, ſecnn-
dnm tex. vbi vult quod nõ poſſet triennalis poſſeſſor
nec in petitorio nec in poſſeſſorio à quocunque mo-
leſtari: ſed propterea dico in alia deciſione, quòd re-
6 gula † ipſa non habet locum pro eo, qui obtinuit
committi cauſam: licet non proceſſerit niſi ad de-
cretum citationis duntaxat. vbi rurſum ponderat,
& incipit voluernnt domini in vna Parmen.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus quandoque poteſt petere reſtitutionem, cum remedium canonis reintegrãda ſit perpetuum.*
2 *Tempus non debet eſſe in cauſa vt quis alienum detineat, & locupletetur cum damno proximi.*
3 *Leges licitè allegantur in foro eccleſiaſtico, niſi canonibus contradicant.*
4 *Præſcriptio ſi ſimpliciter tollatur per legem aut ſtatutum, de qua intelligatur.*
5 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

DECISIO VI.

AN poſſeſſorium remedium Canonis reinte-
granda. iij. quæſt. j. competat ſolum vſque ad an-
nos triginta aut qnadraginta, vel ſupra, aut perpe-
tuo? vna pars dominorum tenuit quòd ei præſcri-
beretur † & eſſet perpetuum, hoc eſt vſque ad annos 1
triginta allegando Soci. in l. rem quæ nobis. quæſtio.
viij. ff. de acquiren. poſſeſ. & ita intelligantur Cano-
niſtæ qui in ca. ſolicite. de reſtitu. ſpoli. dicunt ſuper
gloſ. vltima, quod non eſt differentia in hoc inter
Canones & leges, ad idem optimè in l. ſicut. & l. om-
nes. C. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. alia & maior ſu-
perans in vno voto tantum voluit perpetuò dari, &
vltra tempus prædictum ſine præfinitione tali, affir-
mando hanc eſſe commnnem opinionem d. gloſ. ac
Canoniſtarum in d. cap. vide qnomodo ſentiant do-
ctores, quia Gofre. col. iij. & Hoſt. in ſum. à quo peti
poſsit in ſum. eod. titu. aiunt dari non obſtante qua-
cunque temporis conditione, Ioan. And. in d. ca. in fi.
ſimpliciter tranſit cum gloſ. Butr. dicit de iure ciuili
procedere gloſ. vt ſit annalis actio quoad pœnam
perpetuam quoad rei perſecutionem. de iure autem
Canonico videri ſibi vt debeat competere perpetuò
quando agitur condictione ex dicto Canone. Cardi.
& Abb. Ibidem dicunt non eſſe differentiam inter le-
ges & Canones, cùm leges dent annum in interdi-
cto, quia eſt prætoria actio. l. in honorariis. ff. de
actio. & obliga. & inſtit. de perpetu. & tempori. acti.
in princip. dictus verò Canon procedit quando agi-
tur condictione ex eo, & ſic non prætoria actione &
ſecundum Abb. ibi ita volnernnt Gofre. & Ioan. An.
aſſerentes finem dictæ glo. procedere in condictione
ex dicto Canone. Innocen. ſentit qnòd nulla præ-
ſcriptio habeat obſtare agenti poſſeſſorio de iure
canoni. & quòd iſta ſit mens Gofre. & Butr. licet ſe-
cus ſit de inre ciuili. l. ſi quis emptionis. C. de præ-
ſcript. xxx. vel xl. anno. l. j. in princip. ff. de vi & vi ar-
ma. pro prima opinione poſſet dici quòd verba vt
non obſtet aliqua temporis conditio, ſeu dicti Ca-
nonis qnæ ad metam longiſsimi temporis à inre ter-
minantur, & eo modo dicitur perperna actio. d. l.
omnes. & d. l. ſicut, aliàs ad vitam alicnins, vt in l. j.
iuxta gloſſ. ff. pro ſoc. & quod differentia cum decla-
ratione doctorum ad id tendat vel ſit intelligenda
taliter vt in prætoriis anno finiatur, in non præto-
riis, ſed ciuilibus aut aliis pront in condictione dicti
canonis quæ non eſt prætoria durent perpetuo, vi-
delicet vſqne ad xxx. vel xl. annos duntaxat vt in di-
ctis iuribus, qnamuis pro ſecunda facit verbnm ge-
neraliter quacunque. l. j. §. generaliter. de lega. præ-
ſtan. & qnòd † tempus non debet eſſe cauſa deti- 2
nendi alienum, & quòd locupletetur quis cum
damno proximi contra naturalem æquitatem. l. obli-
gationum. §. placet. de acti. & obli. l. nam hoc natura.
ff. de condict. inde. & ca. fin. de præſcri. Sed pro pri-
ma reſponderi poteſt per cap. quo iure. viij. diſtin. &
per to. ti. de vſuca. & de præſcrip. inſtitu. ff. & C. ac in
decret. in vj. & ad verbum quacunque, quòd per

prædicta ſit reſtrictum, & quòd hoc modo euitatur
correctio cum concordia. l. j. C. de inoffic. don. Nam
legibus ſtandum eſt, niſi canoni contradicant ex-
preſsè. cap. j. cum ibi not. per gloſ. & docto. de oper.
no. nuntia. & gloſ. iij. in ca. cum dilecti. de elect. Abb.
in cap. ij. & in ca. in cauſis. de teſti. l. ſancimus. de teſta.
5 & l. præcipimus. in fi. de appel. Nam † leges in foro
eccleſiaſtico licitè allegantur, etiam vbi in eadem di-
ſpoſitione concurrunt Canones. ca. à nobis. de teſti.
& ibi Abba. colum. j. & ca. dudum. ver. nos igitur. de
præb. in vj. Et pro his & prima parte multum aſtrin-
git text. cum gloſſ. ſingulari. in capi. j. de capi. cor. in
4 feu. volens quòd ſi ſtatuto † caueatur aut lege, quòd
certo caſu nulla currat præſcriptio non cenſetur
ſublata, niſi præſcriptio longi temporis decem aut
viginti annorum. ita firmat etiam Abba. in ca. ad au-
dientiam. colum. iiij. de præſcrip. & in d. ca. fin. col. vij.
ne videatur ſtatuens iura de longiori præſcriptione
loquentia vnico verbo tollere. l. ſi quando. C. de in-
offic. teſtamen. ſubiiciens illam gloſ. ſequi ibi Bald.
& tenere Ioan. Andr. in additione Specul. in titu. de
feud. colum. ij. referendo Dyn. ita conſuluiſſe, quod
ait etiam menti tenendum, & hoc quando ſtatutum
poteſt verificari in præſcriptione longi temporis ſe-
cundum Bald. in d. ca. quia ſi non poſſet, niſi in lon-
giſsima, vt in perſonalibus actionibus, vel rebus ec-
cleſiæ. d. l. omnes. & ca. de quarta. ca. illud. ca. quia iu-
dicante. cum ſimul. lib. de præſcript. tunc excluderetur
etiam longiſsima vt aliquid operaretur. l. ſi quando.
ff. de legat. j. ca. ſi papa. de priuileg. in vj. Barto. in l. iiij.
§. prætor ait. ff. de dam. infec. & Abb. in ca. paſtoralis.
in princi. de appella. Verum hoc aliâs in vna ex con-
cluſionibus meis conſiderabam non procedere per
text. iuncta gloſ. in l. auus. ff. de requi. rei. & ca. vigi-
lanti. de præſcript. vbi dicitur nulla dierum poſſeſ-
ſio, & intelligitur prohibita etiam longiſsima, pro
quo Barto. in l. cum ſatis. C. de agrico. & cenſ. lib. xj.
ex quo ſimpliciter loquitur quòd nulla currat. l. de
pretio. ff. de public. fortius Cardi. in clemen. ij. q. viij.
& in fi. de reb. eccleſ. non alie. & Felyn. in cap. cum
cauſa. ver. fallit primo. colum. iiij. de re iudic. quòd
quando ius reſiſtit conſuetudini, locum habet illa
ſolum quæ eſt temporis immemorabilis, cum ſit al-
terius naturæ ac fortioris potentiæ ait Abb. in d. c. fi.
de qua text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quotid. & æſtiua. tollen. c. ſuper quibuſdam. de verb.
ſignific. & cap. j. cum ſeq. de præſcrip. in vj. Sed ſi ius
expreſsè reprobet, non videtur etiam prædicta lo-
cum habere, eſto quòd non dicat de quamuis con-
5 ſuetudine, cum indefinita † æquipolleat vniuerſali.
l. ſi pluribus. de lega. ij. l. Iulianus. ff. de lega. iij. ca. ſo-
licitè. in fi. de ma. & obe. ca. quia circa. de priuileg. ca.
vt circa. de elect. in vj gloſ. & Abb. in ca. ij. de coniug.
lepro. quando verò materia eſſet ſui natura impræ-
ſcriptibilis, omnis etiam tollitur præſcriptio. ca. cum
ex officij. vbi etiam Abba. colum. j. & iij. de præſcrip.
& §. furtiuę. inſtitu. de vſuca. faciunt ad hæc. ca. cum
non liceat. iuncta glo. & d. ca. fin. eod. titu. ac ca. poſ-
ſeſſor. de regu. iur. in vj. ſi ergo ſumus in terminis in
quibus expreſsè non reprobetur præſcriptio atten-
tis vltimis fundamentis, erit locus præſcriptioni im-
memorabili contra canonem reintegranda. ſecun-
dum verò Cardi. & ſequaces etiam ſi ius reſiſtat, in-
ſpecta autem opinione d. capi. j. cum glo. de capi. cor.
& ſequentium eam. tunc etiam procederet longiſsi-
ma præſcriptio, ſaltem ſuper quo ex deductis hic &
quæ deducam in deciſ. ſeq. cogitandum, & quæ pars
dubij ſit verior, non obſtante quòd in vna Feſulana
quinque contra quatuor perpetuò competere te-
nerent, vt eſt dictum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium canonis reintegranda, competit etiam contra eum qui cum titulo & bona fide poſsidet.*

2 *Remedia in poſſeſſorijs & eorum diuerſitate vide remiſsiuè.*

DECISIO VII.

CONcluſerunt domini in vna Romana officio-
rum quæ primò fuerat coram domino Antonio
de Monte. Deinde coram domino Breuio, & vltimo
coram domino Iacobatio, quòd quidam de Scapu-
tiis qui emerat officia † à camera apoſtolica. & poſ- 1
ſidebat, non excluderet Cecchum Noticom præten-
dentem ſe ſpoliatum, & petentem reintegrari pro-
pter titulum emptionis, cum canon reintegranda,
detur etiam contra titulo poſsidentem, etiam ſi ad
eum res ſine vitio peruenerit. Et iſta eſt communior
opinio ſecundum Alexan. in d. l. rem quæ nobis. ff. de
acquiren. poſſeſ. quæ in iudiciis, ait, practicatur, &
pro ea ibi Iaſ. abunde colum. v. cum ſe. referens opi-
niones. Et pro communiori multa motiua adducens
ac conſilia Alexand. plura, & aliorum concludens
eam eſſe tenendam non obſt. quòd Franc. de Aret.
ibidem colum. vlti. & Abba. in ca. cum ad ſedem. de
reſtit. ſpol. dicant quòd in bonæ fidei poſſeſſore con-
nento videtur ceſſare ratio peccati, quod non eſt tu-
tum ex quo, quando conſtat ei de mala fide authoris,
militat contra ipſum conſideratio peccati. cap. illud.
& cap. fin. de præſcrip. & de multis † remediis poſ- 2
ſeſſoriis & eorum diuerſitate ac natura videantur
Barto. Alexan. & Iaſ. poſt alios in d. l. rem quæ nobis.
& Goffre. ac Hoſti. in ſum. de reſtit. ſpol.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio ſignata & data ſufficit ad colorandum titulum pro ſpoliato.*

2 *Agens interdicto recuperandæ in beneficialibus non debet probare titulum, ſed iuſtificare poſſeſsionem ex titulo.*

3 *Poſſeſsio habetur pro canonica cum ſola ſupplicatione cum litera non ad effectum gratiæ, ſed ad illius probationem requirantur.*

4 *Reſignatio beneficij poteſt probari per teſtes.*

5 *Poſſeſsio nec bonorum adminiſtratio in cathedralibus & monaſterijs capi non poteſt ſine literis.*

6 *Confeſsio tituli facta per ſpoliatorem ſufficit ad colorandum titulum pro ſpoliato.*

7 *Supplicatio ad obtinendam abſolutoriam in petitorio pro poſſeſſore eſt ſufficiens.*

8 *Supplicatio eſt titulus, & non expirat mortuo concedente.*

9 *Beneficium vacat per obitum illius, qui habebat ſolam ſupplicationẽ, licet aliter obſeruet cancellaria.*

10 *Supplicatio dicitur informis ante confectionem literarum reſpectu executorum.*

11 *Gratia an dicatur perfecta, & expiret reſeruatio ex ſola ſignatura? vide remiſsiuè.*

12 *Executor*

12 *Executor datus licet recipiat iuriſdictionem in habitu, non tamen illam exercere poteſt ante receptionem literarum.*
13 *Supplicatio ad docendum de iure tertij in iudicio producta eſt ſufficiens.*
14 *Regula, quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationis, ſed literarum, non habet locum in poſſeſſorio.*

DECISIO VIII.

QVamuis ad canonizationem tituli apoſtolici
requirantur literæ propter regulam qua cauetur
quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationis,
ſed literarum deſuper expeditarum. tamen ad
1 † obtinendum in interdicto recuperandæ poſſeſſionis
voluerunt domini duobus exceptis, qui tandem
conſenſerunt, quòd ſufficiat ſupplicatio ſeu gratia
ſignata. & data ſupplicatione abſque literarum expeditione
pro titulo colorato qui in beneficialibus
requiritur ſecundum Innocen. cuius opin. communiter
approbatur in cap. in literis. de reſtit. ſpol. & in
palatio obſeruatur quicquid ibi Abb. ſentiat in contrarium,
qui tamen ibi dicit communem eſſe opinio-
2 nem, quòd non debet agens † probare titulum, ſed
iuſtificare poſſeſsioné ex titulo, vel aliter colorare.
Ita etiam ibidem Butr. col. vj. & Alexan. iij. quæſtio. j.
cap. ij. colum. v. ac Rot. deciſ. v. in antiq. de reſti. ſpol.
quæ dicit quòd hoc tenet curia Rom. & dicit deciſ.
xx. eod. tit. quòd procedit in cauſa ſpeciali vt debeat
iuſtificari vel colorari titulus ante reſtitutioné. Nam
3 & poſſeſsio haberi canonice poteſt, cum † ſola ſupplicatione
enim ad eſſentiam gratiæ non requiruntur
literæ, ſed ad probationem & canonizationem
ſic, ſecundum Archi. Ioan. And. Domi. & Phil. Franc.
in prohe. vj. in fi. & Abb. in c. in noſtra. de reſcript. &
Gemi. pulchrè conſi. x. & Bald. in l. humanum. C. de
4 l. gi. Item † collatio beneficij ſicut renunciatio poteſt
probari per teſtes. ca. ſolicite. & ibi Bald. in fi. de
reſtitu. ſpol. & Rota de probat. in antiq. xxxix. ergo
non requirit literas. Secundò probatur per locum à
ſpeciali. l. ius ſingulare. ff. de legi. in extrauagan. in-
5 iunctæ Bonifac. viij. in titu. de elect. quæ in † cathedralibus
& monaſteriis improbat poſſeſsioné ante
literarum expeditionem. ergo in inferioribus beneficiis
oſtendit non eſſe neceſſarias literas. Tertiò ſufficit
ad colorem in ſpolio producere collationem
factam per vicarium epiſcopi, & probare per eundé
quòd ad conferendum habuit poteſtatem, vt vult
Egid. deciſ. 50. quam Rota ſequitur: fortius debet
ſufficere gratia ſignata & facta per papam, de cuius
6 poteſtate nullo modo dubitatur. Quartò ſi † pro
colorato titulo etiam ſufficit confeſsio tituli facta
per ſpoliatorem ſecundum Rotam de reſti. ſpo. xix.
in no. quæ etiam eſt in viridi obſeruantia, multo magis
ſignatura papæ, per quã proculdubio de gratia
conſtat, & ſic de titulo, de quo per confeſsionem infallibiliter
non apparet. Cæterũ tempore meo Rota
7 in pluribus cauſis abſoluit † poſſeſſores in petitorio
habentes ſolas ſupplicationes contra actores qui ti.
produxerant per literas & canonizari obtinuerant,
prout late in alia deciſ. oſtendo incipiente, obtentum
eſt in palatio, ſub ti. de ſenten. & re iudi. Si iſtud fit in
petitorio in reo contemplata poſſeſsio debet etiam
fieri in actore, vt recuperet poſſeſsionem cum non
ſit minus priuilegiatus ſpoliatus ſuper recuperanda
poſſeſsione, quàm conuentus actore non probante
ſuper habenda abſolutione, ſi iuta ſuper his ponde-
rentur. Item ſupplicatio † eſt titulus, patet quia gra- 8
tia per eam facta non expirat ſi moriatur papa antequam
ſcriptura deſuper facta ſit: & beneficium ha-
bentis † ſolam ſupplicationẽ vacat per eius obitum. 9
Ita Archi. Ioan. Andr. & Philip. Franch. in prohe. vj.
circa fi. & Rot. de reſcri. vlti. in antiq. quæ etiam eſt
in practica firma in palatio cauſatum, vt videmus in
beneficiis vacantibus pleno iure ceden. vel decedentibus
his quibus gratiæ reperiuntur factæ ſola ſupplicatione.
licet cancellaria aliter obſeruet, per quæ
reſpondetur ad Egid. deciſ. dcix. & dcxliij. quæ non
ſeruantur. non ob. Rot. de conce. præben. in no. xix.
quòd ante confectas literas † gratia dicitur quædam 10
res informis, quia in his terminis non loquitur, nec
eſſet vera ſi loqueretur per prædicta. Nam procedit
reſpectu executoris qui datur in gratia quo ad eius
poteſtatem quam non habet ante literas: cum ab earum
forma eius poteſtas peodeat. patet quia in vno
ſummario etiam ibi dicitur, quòd gratia ſemper in
tempore præcedit bullas, & propterea bullæ non
ſunt de eſſe ſubſtantiali gratiæ, & ad hunc ſenſum
videatur Millis in repertorio in verbo, gratia † apo- 11
ſtolica non cenſetur perfecta, vbi pro & contra, an
dicatur perfecta ex ſola ſignatura per quam expiret
reſeruatio, videatur aliquid ſaltem remiſsiuè in deciſione
incipiente, voluerunt domini pro maiori
parte ſub tit. de cauſa poſſeſ. & proprie. Et licet Biſignet.
iiij. eod. titu. velit quòd valet acceptatio & prouiſio
ante literarum expeditionem, & ſic contradicat
alteri deciſioni, & ſi vera eſſet, faceret pro iſta
concluſione. Nihilominus deciſio. xix. eſt poſt eam,
& magis tuta, & fortificatur per deciſionem ſequen.
Secundò quòd executor † à die dationis recipit iu- 12
riſdictionem in habitu non in actu, nec in exercitio,
niſi literæ fuerint præſentatæ. Et hoc eſt quod no.
Ioan. Andr. in cap. eam te. in fi. de reſcrip. loquens in
delegato qui à tempore datæ ſortitur iuriſdictionem,
quamuis illam non exerceat ante receptionem
cap. ſuper eo. el ij. de appel. facit. ca. paſtoralis. §. quoniam.
de reſcript. Tertiò potuit habere reſpectum
Rota ad regulam cancellariæ quòd nulla ſit acceptatio,
nulla prouiſio literis non expeditis, per quam
regulam probatur concluſio, quòd ſufficit ſupplicatio,
quoniam ſufficeret etiam in expectatiuis, niſi
eſſet regula ad acceptandum & prouidendum, & in
epiſcopatibus ac monaſteriis ad poſſeſsionem ſi non
ſuperueniſſet dicta extrauagans iniunctæ: quia gra-
tia ſola ſignatura perficitur, ad hoc quia ſufficit † ad 13
docendum de iure tertij producere ſupplicationem,
vt dico in dicta deciſione incipiente obtentum eſt.
Regula verò, quòd non iudicetur † ſecundum teno- 14
rem ſupplicationis, ſemper fuit intellecta in petitorio
& adiudicatione tituli, non in poſſeſſorio & reſtitutione,
& ita intelligitur & merito: quando enim
agitur ſuper ſpolio non iudicatur iuxta ſupplicationis
continentiam, nec canonizatur ſupplicatio quæ
tantum adducitur pro colore tit. qui non inquiritur
an ſit bonus vel non. Sed duntaxat vtrum ſit coloratus,
ad regulas traditas per Abba. poſt alios in cap.
cum noſtris. in fi. de conce. præb. de titulo colorato
& non colorato. Nam ſuper recuperãda poſſeſsione

eſt iudicium & fertur ſententia non de petitorio, &
probatio requiritur ſolum ad reddendam intentio-
nem agentis coloratam, & ſufficit de titulo probare
ſummariè, quando de titulo non agitur ad finem
pronunciandi ſuper illo. dicit Egid. deciſ. 50. & xcix.
& hoc clarius quando eſſet confeſsio ſpoliatoris de
titulo aduerſarij vt ſupra, ex quo tunc de titulo di-
ſcuti non poteſt. Et ita in vna Lanzaneñ. coram me
fuit conclusum de menſe Ianuarij 1519. quæ con-
cluſio mihi placuit; & eam adiuui, vt ſupra, & ſuc-
ceſsiuè ſic à domino Paulo de Capiſuchis & aliis
fuit firmatum.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio acceptationis in alio quàm beneficij loco facta, dato iuſto impedimento an ſufficiat?*
2 *Citatio per edictum, conſtito de non tuto acceſſu, decreta, in quibus & quot locis exequi debeat?*
3 *Citatione per edictum in pluribus locis executa poſt lapſum tempus vltimæ executionis ad comparendum & non antea proceditur.*

DECISIO PRIMA.

1 REGVLA de † publicatione & inſi-
nuatione requirit, quòd poſt accepta-
tionem & prouiſionem vigore gratiæ
expectatiuæ infra tres menſes à die
prouiſionis acceptatio in loco bene-
ficij publicetur, aliâs gratia, prouiſio,
& acceptatio ſint nullæ. Hæc in pluribus cauſis in-
tellexit Rota ſi in eo loco fieri potuit, & dato iuſto
impedimento quod ſufficiat facere in alio, & ſit ſa-
tisfactum regulæ per plura fundamenta quæ Ludo.
Roma. adducit conſi. cccc xxiij. Idem in intimatione
appellationis extraiudicialis, clem. cauſam. §. verum.
de elect. vbi text. quando ob metum vel potentiam
citandi quis impediretur. Et quando per edictum de-
2 cernitur citatio † in curia, conſtito de non tuto ac-
ceſſu (vt ſolent fieri) non eſt ſatis quòd in vno loco,
quicunque eſſet, fiat. Sed debet fieri in duobus, pro-
pter formam quæ datur in pluribus, cum numerus
pluralis non verificetur in vno, & ad minus requirat
duo. l. fina. ad Trebelli. l. vbi numerus. ff. de teſti. non
obſtante quòd aliâs ſi non eſſet forma, ſufficiebat
fieri in vno, vt dicit gloſ. in d. §. verum, in verbo ali-
quo. & licèt in forma apponantur tria loca, ſufficit
executio in duobus. Ita dicit Rota deciſ. v. in no. de
reſcript. & xxxij. in antiq. ac de dolo & contum. viij.
in no. Et Egid. ccxciiij. quod intellige in duobus ex
tribus in curia & totidem in partibus. & ſic in qua-
tuor locis, cum non ſufficit quòd in curia tantum in
duobus vel in partibus, aut quòd in vno in curia, in
alio in partibus in quo decipiebatur vnus procura-
tor ponderans verba deciſionum de quibus ſupra
quòd ſufficit in duobus, quia eſſet contra formam
decreti; & contra clemen. j. de iudi. vbi de pluribus
locis vbique & copulatiuè, non disiunctiuè ſeu alter-
natiuè, Ergo &c. l. ſi hæredes plures. de condi. inſtit.
l. ſi quis ita ſtipulatus. de verbo. obliga. l. diligenter.
ff. man. cap. cum dilecta. de reſcrip. Et pluries ſerua-
mus quòd ſi in partibus reperiatur facta executio,
& nullo modo in curia, habemus proceſſum pro
nullo, & facimus fieri in curia in duobus ſaltem lo-
cis executionem, & lapſo † tempore ad comparen- 3
dum à die vltimæ executionis, incipit validus pro-
ceſſus. Et ita de menſe Nouemb. 1522. in vna coram
domino Paulo de Capiſuchis fuit dictum quòd non
ſufficiebat factam eſſe executionem in partibus in
duobus locis, & in vno in curia. De materia citatio-
nis per edictum ad intellectum præmiſſorum & an
ſit ſpeciale in papa, & quid & in quibus caſibus poſ-
ſint alij, videatur Fely. in cap. quoniam frequenter.
§. porro. j. & ij. col. cum ſe. vt lit. non conteſt. Et quòd
ſpeciale eſt in papa in caſu d. cle. j. quòd citatio, lectio
& affixio arctent, dicitur in d. deciſ. viij. in additione.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus non tutus probatus contra vnum an afficiat alium vigore clauſulæ omnéſque alios &c.*
2 *Teſtes examinati ſuper nõ tuto acceſſu ſufficit quòd dicant quòd credunt non eſſe tutum citare eos.*

DECISIO II.

SI contra vnum eſt decreta citatio per edictum,
& doctum de non tuto acceſſu ad eum, & citetur
alius per edictum non perſonaliter, cõtra quem non
eſt probatum aliquid tale, citatio huiuſmodi non ar-
ctat nec deuoluit, quia de vnius † metu ſeu de non 1
tuto acceſſu non infertur ad alium. Et ita in vna co-
tam me habui proceſſum pro nullo. & cum à domi-
nis requirerem reſponderunt ita fuiſſe tentum: pro
quo facit, quia aliâs puniretur alius pro alio, quod
eſſe non debet. l. ſi quis in ſuo. §. legi. C. de teſta. regu-
la, non debet. de regu. iur. in vj. & pœna non egredi-
tur delinquentem. l. ſancimus. C. de pe. cap. ij. de his
quæ fi. à ma. parte ca. aliâs puniretur quis ſine culpa.
contra regulam ca. cognoſcentes. de conſti. Nec obſt.
clauſula, omnéſque alios, de qua in c. cum in multis.
de reſcri. in vj. vbi tex. vult quòd citandi per eam ex-
primantur in primo citatorio ad tollendas fraudes.
Rota verò cõtentatur, & ita practicatur quòd poſ-
ſint nominari & citari in partibus de dolo & contu.
in no. xviij. licet fuerint opiniones tunc, nunc talis
eſt obſeruantia, & vt plurimum commiſsiones ha-
bent clauſulam cum poteſtate citandi. N. omnéſque
alios in decre. ſeu executione in Ro. curia ſeu extra
eam nominandos &c. quoniam dicta clauſula cum
ſua interpretatione nõ operatur in citationibus per
edictum quãdo probatur non tutus acceſſus contra
certos, ſed ſi probaretur non tutus ad vnam prouin-
ciam ſeu ciuitatem contra quoſcunque, qui in ea eſ-
ſent citandi, & ſi generaliter vel propter dicta aut
ſeuitiam principis, vel aliâs non contra eos qui citan-
tur, tunc poſſet ipſa clauſula operari. Et quãdo con-
ceditur per commiſsionem quòd citentur aliqui per
edictum iuxta cle. dudum, de iudi. Sufficit † quòd 2
tunc teſtes dicant quòd credunt eſſe impoſsibile vel
non tutum citare eos, vt inquit deciſio. xxij. de re-
ſcrip. in antiq. Sed idem obſeruatur licet in com-
miſsione. d. cle. dudum non exprimatur cum ſolum
dicatur, quòd conſtito de non tuto acceſſu poſsint
citari per edictum. Ad hoc etiam ſunt deciſiones.
de dolo & contu. xvj. & xx. in antiq. vide eas, & licet
deciſio. xxj. eod. titu. ponderet ſi ſignetur commiſ-
ſio, vt petitur in forma, vt tunc debeat fieri informa-
tio iuxta text. d. clemen. ſecus ſi non dicatur in for-
ma, tamen hodie hoc non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas durare præſumitur, niſi mutata probetur.*
2 *Probatio ſemel facta in cauſa ſuper non tuto acceſ-*
ſu, deſeruit etiam in commiſſione executoriali.
3 *Executio eſt quodammodo acceſſorium, & fructus*
ſententiæ.

DECISIO III.

VOluit palatium in vna Anaguina coram me
quòd intimatio executorialium facta per edi-
ctum, arctaret eum contra quem pronuntiauetam
diffinitiuè, & ſententia tranſiuerat in rem iudica-
tam, quamuis in commiſſione vel vigore commiſ-
ſionis executorialis, etiam per edictum decretæ non
eſſet probatum de non tuto acceſſu, ex quo prima
commiſſio habebat, quòd poſſet per edictum citari,
& erat doctum non eſſe tutum acceſſum. Nam ſicut
1 præſumitur † durare voluntas, niſi probetur muta-
tio. l. cum qui. ff. de proba. ca. j. de his quæ vi metúſve
cau. fi. c. maiores. circa fi. cum ibi no. de baptiſ. & eius
effect. Ita præſumitur durare timor & metus, & ſic
2 quòd non ſit tutus † acceſſus, ex quo ſemel hoc eſt
probatum & conceſſum. & quia non probatur con-
trarium ſufficiat vna probatio. & hoc niſi conſtaret,
quòd cauſa timoris & metus ceſſaſſet ante tempus
decretæ executorialis, & eſſet tutus acceſſus, tunc
enim debuiſſet fieri intimatio aliter quàm per edi-
ctum, iuxta no. in dictis iuribus. Sed quid ſi cõmiſſio
executorialis nihil diceret, quòd per edictum eſſet
magis dubitabile, quia quando vtraque commiſſio
habet quòd poſſit fieri per edictum, ſatis videtur ſa-
tisfactum quòd ſemel fuerit probatum: nihilominus
3 quia executio † eſt fructus & quodammodo acceſ-
ſorium, & effectus ſententiæ, non inconuenit quòd
in eo ſapiat naturã ſententiæ, vt non exigatur men-
tio, niſi in prima commiſſione. quoniam & poteſtas
delegati durat ad annum ad exequendum. cap. quæ-
renti. de offic. delega. licet auditores Rotæ ſine ſpe-
ciali commiſſione propter præſentiam Principis
non exequantur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per edictum decreta debet legi & affigi ac*
affixa dimitti per aliquas horas.
2 *Executio an ſit bona, ſi in ea non dicatur, quòd lege-*
rit ſed tantum quòd affixit & publicauit.

DECISIO IIII.

FVit etiam tentum in vna Fauentina vallis Hamo-
nis coram me de menſe Ianuarij 1520. quòd
quando in executione alicuius citationis requiritur,
quòd tenor legatur, ſicut de citatione quæ decer-
1 nitur † per edictum, quòd debet legi & affigi, in-
quit deciſio. viij. de dolo & contu. in no. quòd ſi no-
2 tarius † exequens vel alius dicat in inſtrumento af-
fixi, & publicaui, ſit bona executio & ſatisfactum
formæ, licet non dicatur, quòd legerit vel explana-
uerit, aut ſimilia. pro quo facit cle. cauſam. poſt prin.
ibi perlecto. iuncto. §. quòd ſi forſan, in verbo publi-
cari. de elect. & gloſ. in verbo publicè in cle. j. de ſe-
pultu. & quòd Abba. in conſi. xcix. primo volumi. Et
quòd in tali citatione per edictum requiratur lectio,
vult dicta deciſio. & Mil. in verbo citatio, quando
committitur vni verbo. & Bar. in extrauag. ad repri-
mendum, in verbo publicè. ac Maria. Soci. in tracta.
cita. xxiij. artic. viij. quæſt. in fi. Quod tamen palatium
in quibuſdam cauſis non ſeruauit, contentum ſola
affixione: quaſi affixio ſufficiat, cle. j. de iudi. licèt in
cæteris, moti dicta deciſione, voluiſſent, quòd vltra
affixionem erat neceſſaria lectio. & hoc mihi mul-
tum placet, ſicut placebat, quia aliter poſſet quis af-
figere tali hora, & in eccleſia vbi eſſent ad diuina au-
diendum congregati ignorantes, quòd veriſimili-
ter non perueniret ad notitiam eorum qui citantur,
quamuis aliâs vox præconia paucis innoteſcat, auth.
qui ſemel. C. quomodo & quando iu.

SVMMARIVM.

1 *Executio citationis per edictum, quomodocunque*
decreta paſſim etiam tempore feriarum fieri poteſt.
2 *Citatio decerni & exequi, etiam per edictum poteſt*
die feriato.

DECISIO V.

ITem dixerunt domini, quòd ſi citatio per edictũ
fuerit decreta tempore, quo ſunt audientiæ, & le-
guntur citationes publicè in audientia contradicta-
rum, potuit fieri, & ſuſtinetur executio facta tẽpore
vacantiarum paſchatum, aut generaliũ de menſibus
Iulij, Auguſti, & Septembris, ſeu aliis vacationibus,
quibus audientia contradictarũ quieſcit. & hoc per
affixionẽ & aliàs, prout in curia ſolet fieri tempore
vacantiarum in duobus locis ad minus, vt in dictis
deciſionibus. v. in no. xxxiij. in antiq. de reſcript. Et
idem ſi erit decreta tempore vacantiarum, vt valeat
facta & executa tempore audientiarum, ſcilicet le-
gendo in contradictis & affigendo, ita quòd reperia-
tur in duobus locis, quocunq; tempore facta in cu-
ria executio. Licet videretur contra, quòd non po-
tuerit recedi à forma. l. diligenter. ff. man. c. cum dile-
cta. de reſcript. quæ eſt tempore vacantiarum, quod
vbique per affixionem, ex quo tunc ceſſat lectio in
cõtradictis & tempore audientiarum, quod legatur
in contradictis & affigatur &c. quaſi iudex decer-
nendo ſequatur tempus decreti, non tamen aſtrin-
gendo partem ad illud. Sed vt quandocunq; fiat ſe-
cundum poſſibilitatem † exequatur, aliâs ſequere- 1
tur, quòd ſi decretum fieret in fine audientiarum
de menſe Iunij, ſeu in principio Iulij non poſſet exe-
qui tempore feriarum, & cogeretur pars expectare
per tres menſes: vel habere aliam commiſſionem,
quòd poſſet exequi &c. Item ſi fieret in fine feria-
rum generalium, non poſſet exequi tẽpore audien-
tiarum: & oporteret expectare aliquod tempus va-
cantiarum, quòd non eſt admittendum: quia diffe-
rentur lites, quæ debent quantocitius terminari. l.
properandum. C. de iudi. ca. finem litibus. de dolo &
contu. & propterea non inſpecto tempore decreti,
fiunt paſſim executiones quandocunq;, prout tem-
pora patiuntur, & ſtylus habet rationem. cap. quàm
graui. de cri. fal. Executio † enim citationis ſiue ad 2
perſonã, ſiue ad domum facta eſt. & die feriato exe-
qui poteſt. cum non fiat per iudicem, nec cum cauſæ
cognitione: ſed per nuntium vel literas, vnde cita-
tio poteſt decerni, vel exequi tempore feriato ob ne-
ceſſitatem hominum, & exequi per edictum inquit
Rot. deciſio. j. in no. de feri. & ibi habetur quòd vnus
locus ſuccedit loco alterius, prout dicitur de maiori
eccleſia loco audientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vicina loca quo ad effectum exequendi citationem per edictum, quæ intelligantur?*

2 *Verba ſequentia declarant præcedentia, & econuerſo.*

3 *Citatio cum termino nimis breue, non arctat citatum, etiam poſt terminum.*

DECISIO VI.

PRæſentata erat commiſsio domino Paulo de Capiſuchis 1514. quòd procederetur per edictum ad inſtantiam V. contra magiſtrum Martinum Garſiam inquiſitorem hæreticæ prauitatis in regno Aragoniæ, & quòd citatio, propter non tutum acceſſum, fieri poſsit in terris vicinioribus dominiis catholici Ferdinandi regis &c. fuerat executa in Terracineñ. & alia eccleſia vicina ipſi Terracineñ. volebant tres domini quòd valeret, ex quo ſeruata erat forma commiſsionis ad literam. Sed dixi non valere, quia licet Terracineñ. & alia eccleſia eſſent viciniores, regno Siciliæ ſubiecto præfato regi, ta-
1 men debebat ſane intelligi † de vicinitate terrarum regno Aragoniæ, in quo citandus moram faciebat, & ſic debuit fieri in terris regis Franciæ vicinis dicto regno. & hoc indicant verba locorum viciniorum, ſeu ſi diceretur in locis circúuicinis, ſcilicet, illi patriæ in qua citandus habet domicilium, quia in omnibus ſubiungitur, quòd ſit veriſimile, vt de facili ad notitiam peruenire valeat. In propoſito autem eſt quaſi impoſsibile, quòd vnquam, aut ſaltem quòd infra xl. dies ad notitiam veniat, cum diſtet regnum Aragoniæ à Terracina per octingenta miliaria, vel circa, ſi non per plura, & à lege dentur vicena millia paſſuum pro d. l. j. ff. ſi quis cau. eſſet enim abſonum dicere papam ita intellexiſſe contra. l. nam abſurdum. ff. de bon. libe. l. fin. C. de vſu. rei iudi. Item loca non ſunt viciniora, nec quidem vicina, imo remotiſſima ab habitatione citandi. Itaque verba non verificantur, quæ omnia ſimul coniungi debent, cum ſe-
2 quentia declarentur † per præcedentia, & econtra. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. finis nanq; principis eſt, quod de facili poſsit ſcire citandus ne ignorantiam aliquã quomodolibet allegare valeat, quam in hoc caſu plus probabiliter, & iuſtè prætenderet, imo ad impoſsibile teneretur, contra l. fin. quæ ſen. ſi. app. reſcin. & l. impoſsibilium. de reg. iur. ff. & iiij. diſt. ca. erit autem. Sic etenim potuiſſet fieri in terris regis Burgiæ, ex quo in eis Ferdinandus rex habet dominium vnius ciuitatis, quod eſſet abſurdum, & etiã in aliis terris infidelium, aut fidelium vicinis pluribus inſulis, & terris firmis ſubiectis eidẽ regi, vnde accipiuntur omnia ciuiliter & commodè, data facilitate notitiæ & commoda poſsibilitate. l. nepos proculo. ff. de verbo. ſignific. Ad hoc optimè facit quòd
3 citatio † habet terminum ita breuem, quòd impoſsibile eſt comparere in termino, non arctat citatum, etiam poſt terminum, quoniam fuit temeraria. l. autem qui aliter. ff. quod vi aut clam. & ibi Bar. & Abb. in ca. dilecti. de dolo & contu. vij. col. quod procedit ſiue ſit iuris, vel facti impoſsibilitas, dicit Franc. de Arec. in l. ſi mihi & tibi. § ſi quis ſeruos. in fi. ff. de leg. j. & videatur etiam Spec. in titu. de citatione. §. j. item quòd facta eſt. & ita in voa Cathanien. legitimationis coram domino Bartholo. de Petraſancta 1519. tenuit Rota non valuiſſe citationem executam in Terracineñ. & vt ſupra cum termino. xv. dierum ad comparendum contra eum, qui erat in inſula Siciliæ, & maior pars concluſit citationem non arctaſſe dictum Martinum Garſiam, quæ concluſio locum habet, ſiue commiſsio dicat vt ſupra, ſiue nihil tale, ſed ſolum quòd per edictum &c. vt exequi debeat in locis vicinioribus, vt ſuperius eſt dictum.

SVMMARIVM.

1 *Lis iniuſtè mota, non inducit vitium litigioſi.*

2 *Calumnia apertiſsima eſt, ſine aliquo iure litem introducere.*

3 *Opinio vehemens habetur pro certitudine.*

4 *Ex pluribus coniecturis, reſultat plena probatio.*

5 *Probabilis litigandi cauſa, an excuſet à condemnatione expenſarum?*

6 *Confidens de iure ſuo, nõ debet illud temerè deſerere.*

7 *Dolus, licet conſiſtat in animo, tamen detegitur per exteriora.*

8 *Probatio præſumpta ſufficit, vbi clara & liquida haberi non poteſt.*

DECISIO VII.

COncluſit Rota in vna Aſtoriceñ. parochialis de Aguilar. duobus ſolum dubitantibus 1520. de menſe Martij, quòd valuit prouiſio ordinarij, non obſtante citatione executa contra febricitantem triduo prius, quàm decederet, prout contigerat: quia licet ſtante lite bona prouiſio ordinarij non valeat. cap. j. & ij. vt lit. penden. in vj. Tamen quando habe-
tur pro calumnioſa, non impedit † ordinarium, nec 1
inducit vitium litigioſi, & quando mouetur lis iniuſta malitioſè, tale vitium non inducit ſecundum Biſignet. deciſio. ij. de rerum permuta. allegat in articulo no. in l. j. §. j. ff. de litig. habuerunt autem domini pro calumnia, quòd hominem morti proximum quis citari fecerit, vt ſurrogari poſſet. & quòd de nullo iure oſtendat, aut omnino inualido. nam prout erat in facto fuerat annus, aut circà à die impetratæ commiſsionis, vſque ad diem executionis citationis. Idem ſi poſt ſemeſtre facta fuiſſet, vt ſupra quoniam conſtaret de expectatione & dilatione executionis, vſque ad tempus periculi & infirmitatis, vt præſumatur malitioſè conceptum quo caſu ſuccedit, quod inquit Phil p. Franch. in d. cap. j. poſt princip. vt non procedat text. ibi, quando lis in fraudem mota eſſet. & Innocen. in c. ſi pl. de cætero. de cleric. non reſiden. loquens de clerico procurante ire ad ſeruitia domini, vt fructus percipiat, ac Butr. in capi. ſignificante. de pigno. & Barbat. plura cumulans de cauſa procurata, conſilio. lvij. cum ſequen. in prima parte conſiliorum. Et pro concluſione eſt text. quem ponderaui in l. dolum. iuncta gloſſ. C. de dolo. & in capit. ij. de renuntia. in vj. vbi vnicum indicium ſufficit ad coniecturam doli, & fraudis, vt dixi, per quod reſpondi, quòd quamuis gloſſ. fina. in d. capit. j. in qua duo domini ſe fundabant, velit quòd & ſi appareat ſuperſtiti ius non competere, non propterea conualeſcit electio, ex quo ſine aliquo iure lis moueri poteſt, quæ qualiter procedat declarant ibidem Lapus Dominicus & Philippus Franch. qui videantur propter dicta per Biſignet. vbi ſupra. nihilominus quia vltra id, quod de iure non

oſtendeb

oſtendebatnt, concurrebat præſumpta calumnia, ſa-
2 tis erat, & apertiſsima eſt † etiam calumnia abſque
aliquo iure litem introducere, ſicut videmus hac té-
peſtate à quibuſdam ſine fundamento iuris moueri
lites, & ſunt iſti plures quàm expediret, vnde iam
ſimilia clamores prouocant. ideo iura in materia lo-
quentia ſunt applicanda ad iſtud magis præſumen-
dum, cum deſeruiant tempori. c. fi. de tranſac. xxix.
diſt. c. fi. Sic enim duo poſſent inter ſe litem fingere,
vt ius tertij impedirent. l. j ff. de litig. & dicit Io. And.
in c. non ſolum. vlt. col. de appel. in vj. Ita & magis ac
facilius vnus, vt noceat ordinario, ac ſibi putet pro-
deſſe via ſurrogationis, aut alia. & euentus mortis ci
tati hic cum ſurrogatione, quam ſine alio titulo pe-
rebat, qui litem mouerat canonizari, cauſant vehe-
mentem coniecturam calumniæ ac malæ conſcien-
tię. Sicut ait gl. in l. ſi quis extraneus. §. fi. ff. de acqui.
hæred. in caſu fortiori in quo ſecundum Anch. conſ.
cliiij. præcedens & vehemens opinio, ſeu veriſimilia
concurrens cum veritate, quæ poſtea ſequitur, facit
3 ipſam vehementem † opinionem haberi pro certitu
dine. Et in hoc dicto inquit Iaſ. in l. certum. ij. col. ff. ſi
cer. peta. quòd Anch. habuit aliquid vltra hominem,
& pro euentu etiam conſiderando eſt text. in auth.
de nup. §. quia verò. in fi. col. iiij. quis autem in caſu
iſto non opinetur calumniam, & non credat, ac ha-
beat pro certo litem malitioſam ſtante non iure a-
ctoris, citatione executa contra mortis proximum,
qui poſt paucos dies obiit, & ſecuta ſurrogatione?
4 certe nullus, quia ex tot coniecturis, † reſultat vna
plena probatio calumniæ, vt in ſimili no. gl. in l. ij. §.
ætas. ff. de excuſa. tuto. l. inſtrumenta. C. de proba. in
c. fi. in verbo teſtis. de ſucceſ. ab inteſta. in c. cum cau-
ſam. & ibi etiam Abb. de prob. quòd ſingula, quæ nõ
ſufficerent, collecta probant. ſancta ergo fuit cõclu-
ſio, & adiuuanda ad præcludendam viam malitiis. l.
ij de ind. vidu. tollen. l. meminerint. C. vnde vi. Nec
citatus arctabatur ad comparendum. l. quæſitum. ff.
de re iud. imo ſi iudex ſciuiſſet impedimentum, ſen-
tentia fuiſſet nulla, ſi ignoraſſet, ſed daretur reſtitu-
tio inquit ibi Bart. & Abb. in c. quærelam, de procu.
vlt. no. neque excludebat calumniam, ſi fuiſſet ve-
rum, vt dicebatur, quòd obieerat citatus morbo pe-
ſtis contagioſo, quaſi non ſit credendum, quòd pro
omnibus mundi beneficiis auderet quis ire ad citan
dum, quia quòd laboraſſet ea egritudine, potuit
ignoraſſe procurator. Item non ipſe ſolus, ſed no-
tarius, & teſtes ad actum citationis acceſſerunt. Præ-
terea ſufficit legere & citare à remotis, & tanta di-
ſtantia, qua citatus audiat & intelligat, vel dicamus
quòd ſitientes calumnioſè beneficia hæc & maiora
tentant: maximè quia propter breuem moram cum
aliqua diſtantia non timent infici, ſed bene exclu-
deret calumniam, ſi ante motam litem oſtenderet
de aliquo iure non procurato malitioſè ad effectum
ſurrogationis aut tribulandi poſſeſſorem, prout ex
liuore auaritiæ aut ambitione faciunt quidam, præ-
cipuè contra ſenes aut valetudinarios, & cum vitæ
diſcrimine cogantur venire ad curiam, vel cum eis
componere redimendo lites, & vexationes prout
experientia docet, ſed quòd eſſet aliquantulum du-
bitabile, licet non bonum, de quo intelligatur glo.
5 in dicto cap. j. & de tali dicitur, quòd probabilis † li-
tigandi cauſa excuſat à condemnatione expenſa-
rum, vt not. gloſſ. in c. finem litibus. de do. & contu.
in no. nam ſicut diffidens de iure ſuo, debet dimit-
tere rem, quam tenet. c. bonæ. ij. de poſtu. præla. iun-
cta glo. ita confidens † de eo vel omnino non deſpe- 6
rans, non debet illud temerè deſerere, nec relinque-
re indiſcuſſum. l. illud. de peti. hære. & tunc lis eſſet
impedimento ordinario, & non obſtaret executio
citationis facta, vt ſupra, ex quo credulitas talia
qualis iuris excuſaret calumniam, ſi aliundè non in-
duceretur: in quo peritus iudex ex facie detecti iu-
ris, & aliarum coniecturarum informabit animi ſui
motum ad præſumendum vel non calumniam, cum
dolus † conſiſtat in animo, & detegatur per exte- 7
riora. d. l. dolum. & d. c. ij. cum ibi. nota. quoniam ipſe
magis hoc ſcire poterit. l. teſtium, vſque ad §. item
diuus Hadrianus. ff. de teſt. c. in præſentia. de renun-
ciatio. cap. conſtitutus. in fi. de fideiuſ. & in his, in
quibus non poteſt † haberi clara ſeu liquida pro- 8
batio, ſufficit quòd iudex ex vehementi opinione
inducatur l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili.
Barto. in l. in illa prima. in fi. ff. de verb. obligat. innib.
& ratione difficilis probationis eſt ſufficiens præ-
ſumpta probatio ſecundum Bal. in auth. quas actio-
nes, vlt. col. C. de ſacroſan. eccle. & lex eſt contenta
indiciis, & argumentis, ſecundum eundem in l. ſi
quis in hoc genus, de ſacroſan. eccl. & in l. quicunq;.
col. penult. aliàs vlt. C. de ſer. fugi.

VT LITE PENDENTE.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatio gratioſa quæ ſit?*
2 *Lis dicitur durare in perſonam gratioſè ſurrogati.*
3 *Surrogatio gratioſè conceſſa, admittit ſurrogatum in locum defuncti ſine miniſterio iudicis.*
4 *Lis ita dicitur pendere per admiſsionem, ſicut quando citatio eſt legitimè executa.*
5 *Lis prius viuere in perſonam illius, qui ſurrogari mandatur non dicitur, quàm per iudicem ſit facta admiſsio.*
6 *Prouiſio ita differt à mandato de prouidendo, ſicut venditio à promiſsione de vendendo.*

DECISIO PRIMA.

ALEX. de Lecanis in caſu deciſionis
incipiente, dubitaui in cauſa Tauri-
nen. ſub titu. de re iudica. quia fuerat
ſurrogatus in ius ad litem Latini an-
te latam ſententiam per d. Martinum
de Spinoſa, & ſurrogatio erat gratio-
ſa per verbum ſurrogamus, † non mandatum de 1
ſurrogando per verbum ſurrogari, mãdamus ſurro-
ges vel ſimilia. voluere domini quòd mortuo poſtea
Antonio Pauis, patronus non potuerit præſentare,
nec ordinarius inſtituere, cum lis ſuſtineretur, † & 2
viueret in perſonã ſurrogati gratioſè, ſicut duraret
viuẽte eo, in cuius locum eſt facta ſurrogatio. c. j. &
ij. vt lit. pend. in vj. & cle. j. eod. titu. Sapit etenim na-
turam eius in cuius locum ſurrogatur. l. ſi cum. §.
qui iniuriarum, ſi quis cauti. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur.
& cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, vt lite pendente.
Papa † nanq; ſurrogando gratioſè admittit ſurroga- 3
tum, & ponit in locum defuncti, abſq; eo, quod ſit

neceſſe aliquo miniſterio, & perinde eſt, ac ſi fuiſſet
à iudice admiſſus, cum non ſit minor poteſtas papæ
4 quàm iudicis in hoc. & ita † inducit pendentiam li-
tis ſola admiſsio, ſicut ſola citatio legitimè executa,
vt dicit Egid. deciſio. dxlv. & Felyn. in cap. cum ſu-
per. colum. vltim. de re iudica. ſecus in mandato de
5 ſurrogando in quo vt habens † illud dicatur eſſe in
cauſa, & ex eius perſona lis viuat, requiritur ad-
miſsio iudicis, prout in ſimili reſtitutione aduerſus
rem iudicatam rigoroſa, prout de iure reſtitutus,
non dicitur eſſe in lite, nec res litigioſa, donec in-
ducat eius vigore litem coram iudice, vt ſæpius eſt
tentum, licet pendente lite non debeat reſtitui. cum
nihil poſſet innouari, & attentata veniunt reuo-
canda: Rota de appellationib. in nota. lj. quæ eſt in
obſeruantia non lxij. illi contraria eodem titu. pro
iſta differentia facit quod dicit Egid. deciſio. dcix.
6 vbi ad propoſitum vult aliud eſſe † prouiſionem,
aliud de prouidendo mandatum, ſicut aliud eſt ven-
dere, aliud pactum, ſeu promiſsio de vendendo, in-
quit Iaſ. poſt alios. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cer-
to loco. Et vide quando tertius ſurrogatur, quid iu-
ris in deciſio. x. vt lite penden. in no. an poſsit agi ſu-
per attentatis, &c. Verum quia ſententia tranſiue-
rat in rem iudicatam, ſi Alexand. de lite ſciuiſſet,
potuiſſet etiam ei nocere ad l. ſæpe, & ibi Moderni.
ff. de re iudic. & cap. quamuis, eodem titu. ac l. Caius.
ff. de pigno. acti. cum materia. & cap. ex literis, cum
ibidem not. & per docto. de tranſacti. de quo ſtatim
videas.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatio in lite, facit præſumptionem notitia li-
tis in ſurrogato.*
2 *Surrogatio in lite motu proprio facta, non arguit
ſcientiam litis in ſurrogato.*
3 *Surrogatio in euentu litis appoſita in prouiſione ad
ſupplicationem illius, qui ſurrogatur, non infert no-
titiam litis in eo, niſi aliunde probaretur.*

DECISIO II.

SVrrogatus fuerat in ius, & litem Latini de Be-
naſſays, Alexander de Lecanis, antequam domi-
nus Martinus de Spinoſa ferret ſententiam abſolu-
toriam in fauorem Antonij Panis, vt patet in caſu
deciſionis incipientis, dubitaui in cauſa Taurinen.
ſub titu. de re iudicata. Et quia idem Alexander non
venerat ad cauſam, nec appellauerat à ſententia in-
1 fra decendium, dicebatur litem † extinctam fuiſſe,
etiam quo ad eum, ex quo ſurrogatio fundata in lite
arguit ſcientiam litis prædictæ, vnde eſt ei impu-
tandum ad allegata iura & no. per Abb. & Felyn. in
2 cap. cum ſuper. de re iudica. Sed quia † erat motu
proprio, ceſſauit motiuum ſtante per Alexand. regu-
la. l. verius. ff. de probationib. & cap. præſumitur, de
regulis iur. in vj. idem ſi fuiſſet ad eius inſtantiam, ex
3 quo poſt prouiſionem papæ in euentum litis † ſur-
rogabar. Ita quòd ex gratia ſcientia non inferebatur,
niſi aliunde probaretur, cùm de lite diceretur
euentualiter, non aſſertiuè, ex quo collige caute-
lam tu Curialis, vt nec in ſuppplicatione ſurroga-
tionis, nec in literis dicas affirmatiuè de lite, ſed
euentualiter.

SVMMARIVM.

1 *Papa conferens beneficium litigioſum in curia va-
cans, de iure patronatus laicorum exiſten. nulla de
eo mentione habita, an collatio valeat, & num. 5.*
2 *Lite pendente Patroni præſentare, ac ordinarij in-
ſtituere ſeu prouidere, non poſſunt.*
3 *Gratia ſurreptitia reputatur, ſi in ea non expri-
mantur omnia quæ principem ad dandum, vel ne-
gandum mouere poſſent.*
4 *Derogatur iuri patronatus laicorum per papam,
ſi de eo mentio fiat attenta lite.*
6 *Lis per ſententiam aut morte ciuili, vel naturali
collitigantium finitur.*
7 *Prouiſio in deuolutis, nulla de iurepatronatus men-
tione habita, valida reputatur.*
8 *Clauſula derogatoria iuripatronatus in litigio-
ſis, & deuolutis, ad cautelam non neceſſariè po-
nitur.*

DECISIO III.

SOlet papa, quando beneficia † quæ ſunt iuriſ- 1
patronatus laicorum, ſuper quibus lis pendet,
vacant in curia, ea conferre, & derogare iuripatro-
natus huiuſmodi, ſed ſi non fiat mentio, nec dero-
getur, fuit dubitatum coram me 1 5 1 9. In vna
Glaſquen. in tertia inſtantia an valeret, prætende-
batur beneficium eſſe de iurepatrona. Regis Sco-
tiæ. & quidam ex dominis tenuit quòd non, quia
difficilius derogatur in his, etiam ſi in curia vacent,
ne retrahantur laici à fundatione talium beneficio-
rum, dicit gloſſ. penultim. in cap. cum dilectus. de
iurepatronatus, & quamuis durante † lite patroni 2
præſentare nequeant. cap. j. & ij. vt lite penden. in vj.
tamen lite finita, & ſic remoto impedimento poſ-
ſent. nam in fortiori, ſcilicet in impedimento pro-
ueniente culpa impediti hoc procedit. cap. quia di-
uerſitatem de conceſ. præbend. vnde videtur quòd
patronis præiudicetur. Et licet ipſi tempore litis,
quo papa prouidet, habeant manus ligatas, nihilo-
minus ſi fuiſſet expreſſum, quòd erat de iurepatro-
natus laicorum, maximè Regum, Ducum, Marchio-
num, de quibus in regula cancellariæ volente quòd
de talibus expreſſa mentio fiat, forſan papa non pro-
uidiſſet ei, cui prouidit, ſed alij: vel non derogaſſet
etiam attenta lite, aut difficilius. quibus caſibus gra-
tia † dicitur ſubreptitia, quoniam omnia debent ex- 3
primi, quæ poſſent mouere principem ad dandum
vel negandum. cap. poſtulaſti. & cap. ſuper literis.
de reſcript. & not. ibi Abb. & in cap. paſtoralis. §. præ-
terea, de officio delega. & Egid. deciſio. iiij. Vlterius
videmus quòd ſit † mentio, & papa derogat atten- 4
ta lite: ergo ſi non fieret, aut non derogaretur,
non valeret, nec aliàs dicamus quòd clauſula, atten-
ta lite, fruſtra ponatur. Signatura enim, quæ cum
miſterio apponit clauſulam iſtam, non vtitur ſuper-
fluis: quia fruſtra membranas occuparet. l. iiij. ff. de
vſu. cap. ſolicitæ. de maio. & obed. ver. ſed interpoſi-
tum. & xix. diſtinct. in memoriam. Sed omnes do-
mini præter duos, voluerunt † prouiſionem va- 5
lere eo fundamento, quia ſtante lite, nec pa-
troni præſentare, nec ordinarij poſſunt inſtituere,
nec

nec prouidere d.c.j.& ij. Ita quòd nulla eis fit iniu-
ria, nullum præiudicium, de quo poſsint conqueri,
aut propterea retrahi. Papa autem habita vocatio-
nis notitia, ſtatim prouidet, ne diutina vacatio no-
6 ceat eccleſiæ.c.ij.de conceſ.præben.& lis † non fini-
tur, niſi per mortem ciuilem aut naturalē litigantis.
Item per ſententiam inquit Mil.in verbo lis, finitur.
& in cle.j. vt lite pen. cum ibi no. vnde raro contin-
geret quòd ſtante lite tempore vacationis, ceſſaret
lis ipſa ante prouiſionem, pro quo l.nam ad ea. ff.de
7 leg.facit etiam pro concluſione, quia in † deuolutis
non eſt neceſſe de huiuſmodi patronatu facere men
tionem, attentò quòd papa, ad quem ob negligen-
tiam patronorum facta eſt deuolutio, poteſt ſine ali
qua præſentatione prouidere, quamuis poſſet dici
quòd deuolutio cauſetur ex culpa patronotum, vel
8 negligentia, non autem lis. clauſula † vetò deroga-
tionis, attenta lite, fuit dictum, quòd ad cautelam
ponitur, non neceſſariò.l.teſtamentum. C. de teſta.
quæ etiam in deuolutis apponitur ſine neceſsitate,
nec expreſsio iurisſpatronatus, etiam Regis, tetra-
xiſſet Principem intellecta lite: prout videmus, quod
non retrahit. Et iſtud oſtendit ſtylum dictæ clauſu-
læ, neque cautum eſt quòd inducatur ſurreptio in
iſtis terminis, allegabatur etiam pro deciſione con-
ſil.Cal. l. vt lite penden. ſed ſolum dicit d. cap. j.
eod tit.habere etiam locum in præſentationibus au-
diui poſtea in ſignatura gratiæ à domino Anconi-
tano, quòd iſta concluſio erat vera & ſemper in
Rota tenta.

SVMMARIVM.

1 *Lis ſuper poſſeſſorio tantum, non facit beneficium li-
tigioſum, nec eſt impedimento ordiuario, quin poſsit
occurrente vacatione prouidere.*
2 *Lis ſuper poſſeſsione beneficij, eſt quaſi ſpiritualis &
de foro eccleſiaſtico.*
3 *Exceptio criminis cum infamia ſurreptionis, pro-
uiſionis, aut poteſtatis defectus, in prouidente, an
admittatur in interdicto adipiſcendæ?*
4 *Teſtamenti vicium inuiſibile, non impedit hered.
mitti in poſſeſsionem.*

DECISIO IIII.

MAior pars dominorum concluſit in vna Bri-
xien.coram do.Io.Antonio de Triuultiis, de
1 menſe Iunij 1521. litem † ſuper poſſeſsione benefi-
cij, non inducere litem in proprietate, neque facere
rem litigioſam, reſpectu tituli & iuris in beneficio:
nec impediuiſſe ordinarium, quo minus potuerit
prouidiſſe non obſtan.cap.j.& ij.vt lit.penden.in vj.
cum clem.j.eod.tit.Iſta eſt vera & communis opinio
de qua text. in authent. litigioſa. vbi etiam Cyn. &
Bald.ac Bart.in l.ij. C.de litig.Inno.& But.in c.cum
M.Ferrarien.de conſti.Ioan.And.& Abb. in c.eccle-
ſia ſanctæ Mariæ. & in c.fina. vt lit. penden. & dico
plenius in illa deciſione incipiente Rota in antiq.
tertia, quod tūc demum res efficitur litigioſa, quan-
do ſuper dominio vel quaſi, prout in beneficialibus,
eſt mota quæſtio, non ſi ſuper ſola poſſeſsione, quo
caſu poſſeſsio fit tantū litigioſa & quaſi dominium
poſſeſsionis non proprietatis vt But.& Abb. decla-
rant in c.j.de confir.vti.vel inuti. & d.c.j. & ij. vt lit.
pend. in vj. non loquuntur in lite ſuper poſſeſsione
ſecundum Io. And.in d.c.ij.ac Pau.& Cat.in d.cle.&
alios quos ad vtrunq; refert Mil. in verbo, litigioſa
res fit. Non ob. quòd tres domini pro contraria par-
te allegabant Abb.in c.literas. de iura. calum. quòd
quæſtio poſſeſſoria beneficialis † ſit ſpiritualis & fo 2
ri eccleſiaſtici, quia in his terminis ſecundum eum
dicitur quaſi ſpiritualis, ſed eſto quod eſſet ſpiritua-
lis vel quaſi, & fori eccleſiaſtici vt dicebam: aliud eſt
eſſe de foro eccleſiaſtico, & ſpirituali, aut quaſi, vel
mixto, aliud quod res ipſa ſeu rei poſſeſsio etiam ſpi
ritualis dicti fori ſit litigioſa, nam ratione mixturæ
ſpiritualitatis vt in iure patronatus, vel quia ſaltem
de colore tituli ſit videndum vt in poſſeſſorio recu-
perandæ & ſimilibus.cap.quanto.de iudic. & Inno.
in c. literis. de reſtit. ſpo. & ex aliis cauſis de quibus
per Abb.in d.c. literas. cauſa tam poſſeſſoria quàm
petitoria participat in aliquo, an ſit tota ſpiritualis
& ſic iuriſdictionis eccleſiaſticæ, non autem pro-
pterea res ipſa litigioſa, cum de ſpiritualitate cauſæ
& fori eccleſiæ inferatur ad rem litigioſam. l. natu-
raliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſ. l.neque
natales.C.de probationib.& cap. in præſentia. eod.
tit.nec refragatur Biſignet. in antiquior. deciſio. iiij.
de reſtitu.ſpol. quia in principio dicit quòd lis erat
ſuper petitorio, ex quo litigabatur de beneficio,
quamuis poſtea dicatur pronunciatum in poſſeſſo-
rio.hoc enim potuit contingere vel ob ſuſpenſio-
nem petitorij, vel remanente aliàs indeciſa lite ſu-
per petitorio.c.paſtoralis.de can. poſſ. & proprie. &
tunc procedunt d. c.j. & ij. quando verò loqueretur
deci.Biſignet.de cauſa ſolius poſſeſſorij, fuit tentum
contra eam propter communem ſententiam vt ſu-
prà.& hæc pars mihi placuit, non obſtan. quod Lap.
quem refert Mil.in d.loco, voluerit oppoſitum & ex
æquitate Mil.vt ait idem tenet circa finem licet non
videatur firmare pedem: nec etiam obſtat ſi eſſemus
in interdicto † adipiſcendæ poſſeſsionis, in quo di- 3
ſputatur de titulo & obſtat agenti exceptio crimi-
nis cum infamia.cap.attendens.de accuſatio. & vbi
allegatur ſubreptitia prouiſio ſeu per falſas obten-
ta, aut poteſtatis defectus in prouidente, non prius
prouiſus poſſeſsionem nanciſcitur quàm de validi-
tate tituli fuerit diſcuſſum. & admittitur exceptio
defectus proprietatis ſi incontinenti offeratur, &
plures aliæ de quibus, & in materia Abb.in cap.cum
olim.penul.& vltim.colum.de cauſa poſ.& proprie.
& in c.cum olim.col. vlt.de do. & contum. quoniam
ſufficit principaliter agi de poſſeſsione etiam ſi ali-
qualiter in caſu & caſibus diſcutiatur titulus, ſicut
eſt dictum, quòd coloratus requiritur in interdicto
recuperandæ, ſed non ad effectum pronunciandi ſu
per eo, vt inquit Egid. deciſ.50.& xcix. & dico latius
in illa deciſione incipiente, quamuis ad cauoniza-
tionem tituli, de reſti.ſpol.& id inſpicitur quòd prin
cipaliter aut principalibus agitur. l. qui exceptioné,
& ibi glo.de condi.inde.l.j.& l.quòd dicitur.in prin.
ff.de auct.tu.c.de cætero.cum ibi no. de homi. Et ita
ad propoſitū dicit Abb.in d.c.literas.de cauſa quaſi
ſpirituali: quando agitur de poſſeſſorio habente cau-
ſam proprietatis annexam, ex quo in tali eſt fienda
aliqualis probatio ſuper ipſo iure, vt in reſtitutione
coniugis & ſimilibus. Et propterea non dicitur merè
ſpiritualis cum principaliter tractetur de violentia
non de iure ipſo ſpirituali. Et ad hoc Mil. etiam
in allegato

in allegato loco, ſed prout dicit Abb. in c. conſtit. ij.
de appel. col. vlti. agens adipiſcendę in beneficiali-
bus intentat interdictum, ſicut hæres aut bonorum
poſſ.ſſor effectus dominus rerum hæreditariarum,
4 & tamen vitium † teſtamenti inuiſibile non impe-
dit hæredem mitti in poſſeſsionem. & ſi appareat le-
gitimus contradictor, procedit ſicut in l. ij. & l. fin.
cum ibi not. per gl. Bart. & Bald. C. de edic. di. Adria.
tol. Sed aduerte quia de anno 1526. de menſe Mar-
tij dominus Iacobus Simonetta, qui erat ponens, di
xit in quadam cauſa quòd lis ſuper poſſeſſorio impe
diebat ordinarium, reprobata ſeu non tenta in hoc
gl. d. c. j. vt lit. pend. in vj. in qua opinione erat etiam
Ioan. Staphileus ex quo ſaltem requirebatur color,
& ſic aliquid attingebatur de titulo. Sed ad hoc ſu-
pra reſponſum eſt, articulus non fuit aliter diſputa-
tus. ego verò dixi tentum in vna cauſa contra opi-
nionem prædictorum & erat iſta, & eſt vera, & com-
munis vt patet.

SVMMARIVM.

1 *Lis in qua nihil eſt actum per xviij. annos an impe-*
diat ordinarios & ſit locus diſpoſitioni. c. j. & ij. vt
lit. penden. in vj.
2 *Lis non finiri aliter quàm per ſententiam an reci-*
piat aliquam limitationem.
3 *Litis motio iniuſta non inducit vitium litigioſi.*
4 *Tempus ad litem finiendam de iure canonico, quod*
ad litigantem, non eſt præfixum.

DECISIO V.

ERat in vna lite Giennen. beneficij, quæ coram
d. Iacobo Simonetta pendebat per annos xviij.
1 † & forſan pluries ceſſatum in eius proſecutione,
abſque eo quòd fuiſſet ad aliquem actum præintro-
ducta in litem proceſſum, dubitabatur an eſſet ne-
glecta, ita quòd non impediret ordinarium, nec in-
duceret vitium litigioſi ad terminos. c. j. & ij. vt lit.
pend. in vj. & cle. j. eo. titu. vt habetur per totum. ff. &
C. de litig. & per Egi deciſ. dccxlix. licet per appel-
lationem, colligentem ſex edicta in materia litis pen
dentis. Et idem de aliis effectibus iuris, quòd vera lis
pendens operatur. & vna pars dominorum inclina-
nit pro affirmatiua, per text. iuncta gloſſ. & docto.
cum ea in verbo, non proſequitur, in dicta clemen.
j. item quia per decennium præſumitur ac induci-
tur obliuio. l. peregrè. ff. de acqui. poſ. gloſſ. in l. j. C.
de ſer. fu. & quod tenet Abb. in c. contingit. de do.
& contum. col. iiij. ibi. Secundò ex d. gloſſ. no. & Soc.
in l. rem quæ nobis. in ij. quæſt. prin. col. penulti. ff. de
acqui. poſ. quòd priuauit quis poſſeſsione negligen-
tia annorum decem. Sed dubitationem facit deciſio
Rotæ x. in no. vt lit. pend. per quam alij domini di-
2 cebant contrarium, vt non finiatur † lis niſi per ſen-
tentiam. pro qua opinione facit, quia in vna conie-
ctura ad præſumendum calumnioſam ac doloſam
litem ſufficit. l. dolum. iuncta gloſſ. C. de dol. & c. ij.
de renunc. in vj. quæ ex longi temporis diuturnitate,
hoc eſt decennij. C. de præſcript. lon. tempo. x. vel xx.
ann. & ſic multo magis. xviij. annorum, colligitur, ex
quo non eſt veriſimile quòd ſi inſtantia eſſet aut
dubitabilis, aut ab omni malitia calumniáque libera,
fuiſſet tanto tempore neglecta, quæ ſic videtur pro
derelicta habita, cum nemo iactare præſumatur. l.
cum de indebito. in princ. ff. de proba. c. cum ſuper
hoc. de renun. Nec ius quod bona fide prætenderet,
indiſcuſſum tanto tempore derelinqueret. l. illud. ff.
de peti. hær. quinimo potius dicendum quòd rediés
ad cor conſcius non iuris, aut probabiliter diffidens
à lite ceſſauerit. nam qui diffidit de iure ſuo, debet
dimittere rem quam tenet. c. bonæ. el ij. iuncta gloſ.
de poſtu. præla. fortius nihil tenens, ſed petens tene-
tur diſcedere à lite, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè.
Ex quibus arguitur potens coniectura, qua ſtante
litis † motio malitioſa non inducit vitium litigioſi 3
ſecundum Biſignet. deciſ. ij. de te. permu. in antiq. in
fi. Item quando eſſet mota in fraudem ſecundum
Phil. Franc. in c. j. poſt prin. facit quod no. But. in c. ſi-
gnificante. de pigno. & Innoc. in c. de cætero. de cle.
non reſ. quando dicit de clerico procurante ire ad
ſeruitia domini, vt fructus beneficij recipiat, & plu-
ra cumulat Barbat. de cauſa procurata conſi. lviij. cũ
ſe. in prima parte conſi. coadiuuatur hæc pars, quia
per eam finis litibus imponitur, quæ aliàs poſſent
fieri immortales. l. properandum. in prin. C. de iudi.
& c. finem litibus. de dolo & contu. & c. irrgantium.
de re iudic. Sed aduerte quia illud, quòd ſi nullus li-
tem proſequatur, lis extinguatur, intelligit Mil. in
repertorio in verbo, litis pendentia non finitur &c.
ſi facta ſit renunciatio coram iudice, ad no. per Cyn.
& Barto. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib.
leg. & in l. poſtquam liti. C. de pact. & Butr. in cap.
cum pridem. de pac. Cum aliàs ridiculum eſſet dice-
re, quòd eo ipſo quòd ſuperſtes litem non proſequi-
tur, lis finiatur, ex quo iure canonum ad litem fi-
niendam non eſt † certum tempus præfixum. c. pen. 4
de iudi. Subiungit tamen in verbo, lite pẽdente, quo
ad litigãtem quod de animo ac mente partiũ quòd
noluerit litem proſequi ſufficit, ſi conſtat quando
id exprimant in iudicio vel extra verbo. Sed conſi-
dera quia docto. allegati non dicunt eſſe renuntiatio
nem neceſſariam in his terminis, ſed quòd d. l. poſt-
quam liti. loquitur in renuntiatione quæ fit in iudi-
cio, ſeu præſente iudice, licet ratio videatur aſtrin-
gere etiam ex eo quòd lis fundata ex actore, reo, &
iudice. c. forus. cum ibi no. de ver. ſig. nõ debet ita de
leui ex ſola taciturnitate tolli, maximè quia etiã in-
tereſt papæ propter d. c. j. & ij. cũ d. cle. j. Secus in a-
miſsione poſſeſsionis dependente à ſolo animo per-
dentis & cuius ſolius intereſt. l. iij. §. in amittenda. ff.
de acqui. poſ. Poteſt tamen pro prima opinione dici
quòd ſicut ſuperſtes ſolus potuiſſet expreſsè renun-
tiãdo, ita poſsit tacitè negligẽdo tanto tẽpore quòd
ex tali negligẽtia arguatur animus habendi litẽ pro
derelicta, prout poſſeſsionẽ, & beneficiũ per iura &
motiua adducta. & no. per Abb. in d. c. contingit. cũ
taciti & expreſsi idem ſit iudicium. l. cum quid. ff. ſi
cer. petatur. vel ſaltem hoc procedat in terminis. d.
cle. j. vt Mil. in d. verbo. lite pendente, proſequitur &
declarat. Et ita maior pars in d. cauſa Giennen. tene-
bat non eſſe impeditum ordinarium in conferendo
propter eiuſmodi litem per prima fundamenta,
quamuis in alia cauſa memini fuiſſe tentam. d. de-
ciſio. x. Ita quòd iuxta varietatem caſuum facile eſt
nunc concludi vnum, nunc aliud, cõtemplata vbiq;
æquitate, atq; hominũ & temporũ malignitate, quẽ-
admodũ dico in deciſ. incipiẽte cõcluſit Rota. Cau-
ſam tamẽ ſeu litẽ in cauſa Gień. propter varietatem
opinionum

opinionum concordare ſtuduit d.Iaco. Simonetta, & tandem concordauit vt ab eo audiui.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo altero ex collitigan.citatis ſua intereſſe putantes per audientiam contradictarum proceditur.*
2 *Abſentia procuratoris probata proceditur per audientiam contradictarum.*
3 *Procurator defuncti dominus litis effectus, in beneficialibus an citari debeat?*
4 *Proceditur per audientiam contradictarum cum procuratore minus ſufficienti praefixo termino ad docendum de ſufficienti mandato.*
5 *Coniuncta perſona in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus etiam cum cautione de rato non admittitur pro coniuncto.*
6 *Proceſſus per audientiam contradictarum contra intereſſe putan.inualidus reputatur contradictore legitimo apparente omiſſo.*

DECISIO VI.

MOrtuo altero ex collitigantibus etiam poſſeſſore, dirigi poteſt petitio contra intereſſe pu-
1 rantes † inquit Egi.deciſ.clvj.& ita proceditur ipſis
citatis per audientiam contradictarum, vt Rota
deciſio.xiij.in no.vt lit. penden. & etiam proceditur
2 per audientiam contradictarum abſentia † procura
toris probata etiam ex cauſa recreationis, deciſio eſt
v.in no.de iudi.& reo citato non comparente,vt deciſ.xiiij.de do.& contum.in no. Sed in vna Vrbeuetana prioratus ſancti Spiritus, quæ coram me pendebat quærebatur, an deberet etiam citari procura-
3 tor defuncti † qui ante obitum principalis erat dominus litis effectus,vel omiſsis intereſſe putantibus
eſſet omnino contra talem procuratorem procedendum,quaſi non eſſet reuocatus, ex quo non agebatur de cauſa eccleſiæ ſed perſonæ,quia ſuper titulo beneficij ſecundum intellectum gloſ. quem ſequitur Card.in clem.fin.quæſt.j.de procuratorib Et voluerunt domini quòd bonus eſſet proceſſus factus per audientiam contradictarum contra intereſſe putan. quamuis ad cautelam potuiſſet citari procurator, ad gloſſ. d.clem. dixerunt quòd non eſt vera eius opinio,vel non ſeruatur,de quo dubitaui aliàs prius poſui mouendo in deciſione incipiente. Nota quòd voluerunt domini,ſub tit.de appel.poteſt etiã
4 procedi † per audientiam contradictarum, & cum
procuratore minus ſufficienti, ſimul præfixo ſibi termino ad prouidendum de ſufficienti mandato. ait Rot.xviij.de do.& contum.in antiq.Sed ad cautelam fit quæ non obeſt. l.teſtamentum. C. de teſta. nec abundans malam fidem inducit.l.pe. C.de euic. facit c.bonæ.el ij.de elec.non neceſſariò ex quo conſtat de inſufficientia procuratoris,cum in beneficia-
5 li cauſa † & ſpirituali non admittatur coniũcta per-
ſona pro coniuncto etiam cum cautione de rato, ſi non habet mandatum,vt no.in c.coram.de offic.delega.& ibi Abb.col.ij. & in c. eum pridem. col. iij. de pac.in c.accedens.col.ij.de præben. & eſt deciſio Rotæ.vj.in no.de procura. licet ſecus ſit in prophanis. l.ſed & hæ perſonæ. ff. eo. & quando eſt dubium de mandato in l.j. C.eo.& de his ac materia per Abb.in dicto cap.coram.Si verò eſſet mandatum ſufficiens,
6 conſtaret de legitimo † contradictore,& contra eum
debere procedi nominatim,vel contra eius procuratorem habentem ſufficientem poteſtatem, omiſsis intereſſe putantibus. cõtra quos nequit validè procedi,ſi omittatur contradictor de quo conſtet ad c. fin.cum materia.de elec.in vj.& ibi Domi.col.iij.dicens quòd quando eſt certus, non ſufficit vocatio per edictum, ſed requiritur ſpecialis. facit gloſſ. in verbo nominatim.in cle.j.de vi. & ho. cle. & auth. ſi omnes.& ibi Bal. & alij. C. ſi vt ab hære. ſe abſti. Et no.quod dicitur in principio etiam poſſeſſore mortuo, quia nedum ſententia adiudicatoria verum etiam abſolutoria validè proferri poteſt in his terminis, vt noto in alia deciſione incipiente, Dubitaui in cauſa Taurinen.vbi videas motiua conferentia ſub tit.de re iudic.

DE SEQVEST. POSS. ET FRVC.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum non decernitur quando reſtitutus aduerſus rem iudicatam in petitorio,obtinuit ſententiam pro ſe.*
2 *Clementina vnica de ſequeſtra.poſſ.& fruct.in quo caſu loquatur & intelligatur.*
3 *Reſtitutionis cauſa eadem cum prima reputatur, & coram eodem iudice terminari debet.*
4 *Reſtitutoria ſententia contraria primæ reuocat expreſſè primam,alias non valet.*

DECISIO PRIMA.

OBTINVERAT quidam in vna
cauſa Elnen. beneficij ſententiam &
rem iudicatam in petitorio in audito
rio † Rotæ, & eius vigore poſſeſsio- 1
nem aduerſarius reſtitutus obtinuit
aliam pro ſe, fuit concluſum quòd virtute ſecundæ non debuit decerni ſequeſtrum, de quo in cle.vnica. de ſequeſt. poſſ. & fruc. ea ratione quia ſi ſententia à qua appellatur excuſat, fortius illa quæ tranſit in rem iudicatam, & multo magis
ipſa res iudicata,ad hoc text. in d. cle. † loquens de 2
vna ſententia vt eius vigore fiat ſequeſtrum, ſi contra eam alia non ſit promulgata,prout declarat Car. ibi in iiij.q.poſt Io.An. Et quòd ſententia quæ parit ſequeſtrum intelligitur de prima, nec diſtinguitur an fuerit ab eo appellatum,quod no.pro intelligentia. d. cle. & tamen verum eſt ſententiam in cauſa reſtitutionis reuocare aliã prius latã, & licet poſſet dici prima inſpecto iudicio reſtitutorio, nihilominus vere eſt ſecũda,quãuis poſsit reſpectiuè appellari prima vel ſecũda, prout in formãdis ſentẽtiis po-
ni ſolet.Nã † cauſa reſtitutionis cẽſetur eadem cũ pri 3
ma,& debet expediri corã eodem iudice.l.præfecti. & l.illud.ff.de mino. & procurator in prima tenetur eam proſequi,nõ ſic cauſam appellationis,vbi perſona iudicis & tribunal mutãtur.Ita Ange. & Pau. de Caſt.in l.qui proprio.§.item quæritur. ff.de procura. poſt gl.& Iaſ.in l.inuitus.C.eod.ti. & Bal.in dicto §. item quæritur ſup. v. lec. Accur. & vj. vltramontanorum, declarat quando dicatur, & quo reſpectu noua cauſa, quando eadem,nec identitatem, & alia excludit,quòd coram diuerſis quãdoque iudicibus expediuntur,quoniam iſtud euenit ex commiſsione
principis:& ſententia † in reſtitutorio contraria pri- 4
mæ reuocat expreſsè primam, vel aliàs non valeret,

qua

quia eſſet ſententia contra ſententiam.l.j. C. quando prouo.non eſt nece.c.inter monaſteriũ.de re iud. vbi gl.fi.& Abb.v.col. cum ſe. ponunt ſeptem caſus fallentiæ ad hanc regulam declarando materiam.& idem de compromiſſo & laudo contra rem iudicatam, vt non valeant, dicit Bal. in l.ſi diuerſa. ad fi. C. de tranſa. Et in vna Parmen. archipresbyteratus coram domino Hugone de Spina In qua erãt latæ tres conformes abſolutoriæ ſuper petitorio cum impoſitione perpetui ſilentij de more palatij contra Bonifa.de Aldigeriis, & pro Iacobo Cola pro quo Bonifacio reſtituto fuit poſtea pronuntiatum canonizando gratiam apoſtolicam eiuſdem domini.Negarunt ſequeſtrum 1519. de menſe Martij memores concluſionis factæ in dicta cauſa Eluen.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrum decernitur vna ſententia lata in petitorio pro eo qui contra ſe ſententiam & rem iudicatam obtinuit in poſſeſſorio.*

2 *Sententia in poſſeſſorio non facit præſumptionem contra obtinentem in petitorio.*

DECISIO II.

FVit in vna alia cauſa beneficiali concluſum,
1 quòd ſi habens † contra ſe rem iudicatam ſuper poſſeſſorio, cui paruerat, poſtea pro ſe primam ſententiam ſuper petitorio obtineat, eius vigore debuit decerni ſequeſtrum, cum ſententiæ ſuper poſſeſſione habuiſſent finalem exitum: & ſi fuerat ſequeſtrũ, debuit relaxari victori, vt in d.cle. ſed attenta iſta ratione in proxima deciſ. contrarium debuiſſet concludi, licet poſſumus dicere, quòd ibi ſumus in caſu diuerſo & habente diuerſam conſiderationem, vt
2 patet. & ideo alia eſt melior ratio, quia ſententia † in poſſeſſorio, non facit præſumptionem contra obtinentem in petitorio, ſecundum doct. in d.cle. ex quo ſunt diuerſa, & de vno non infertur ad alterum. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſ. nec præiudicat petitorio, vt dicit Car. in d.cle. in ij. oppo. iij. col. cum ſeq. Et cum ratio primæ ſententiæ contra alias ad negandum ſequeſtrum ſit fundata in præſumptione, quæ oritur ex ea, ſecundum Car. ibi declarantem in iiij. q. Iſta prima non faciens præſumptionem non obſtat ſecundæ quod no. in materia, & pro eo, quòd dicitur in text. de finali victoria, ac pro prima ratione vt intelligatur finalis. quando agitur poſſeſſorio illa quæ deſuper tranſit in rem iudicatam nõ expectato iudicio proprietatis nec eius fine. Secus ſi poſſeſſorium & petitorium ſimul fuerit deductum vt finalis dicatur victoria. ſententia quæ ſuper proprietate fertur prout diſtinguit idem Car, in quæſt. xxix.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrum decerni poteſt cõtra ſymoniacum triennalem. ſi contra ſe reportauit ſententiam tanquam vitioſus poſſeſſor.*

2 *Regula de triennali non defendit habentem ſymoniacum ingreſſum.*

3 *Symoniaca electio eſt nulla etiam ignorante electo.*

DECISIO III.

ITem 1516. in vna cauſa beneficiali Lunen. Sarzanen. coram do. Martino Spinoſa concluſum fuit quod cõdemnatus in terminis d.cle. vnicæ, qui trien-
1 nio poſſederat pacificè non gauderet † exceptione, quæ ponitur ad caſum d.cle. nec euitaret ſequeſtrum ſi erat ſymoniacus, tanquam vitioſus & poſſidens ſine colore. pro quo Innoc. in c. niſi cum pridem. de renun. in princ. dicens quòd ſymoniacus & intruſus ſunt fures. j. q. j. c. ordinationes, nec habent titulum, licet ſibi videatur quòd non debeant dimittere eam poſſeſſionem facti. quem habent abſque licentia, & ibi videatur But. hoc tenens in ſymonia in promotione per ſe commiſſa: facit etiam quod Fely. in c. in noſtra. de reſcript. ſcribit in materia intruſionis & poſſeſſionis non coloratæ ſecundo cot. & in c. inſinuatum. de ſymo. circa fin. Item quia regula de triennali poſſeſſore non moleſtando quæ habet ſimilitudinem cum dicta exceptione, & videtur ab ea orta,
2 & requirit, ac eſt contenta † titulo & poſſeſſore coloratis, excipit habentem ſymoniacum ingreſſum tanquam incoloratum, & carentem iuris adminiculo: vnde in eo qui ingreditur per ſymoniam ab ipſo vel alio eo ſciente commiſſam, ſtat concluſio etiam ſecundum But. Car. & alios in d. c. niſi. & Fely. in d. c. inſinuatum, ac Mil. in verbo ſymoniacus eſt ab omni &c. Abb. tamen in c. pen. de ele. indiſtinctè notat
3 quod electio † facta ſymoniacè eſt nulla, etiam ignorante electo: quia vitioſè facta. & idem in collatione, de quo per doc. in d. c. ordinationes, & vbi ſuprà.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrum non decernitur contra triennalem qui ſententiam priuationis contra ſe ob non ſolutionem penſionis reportauit.*

2 *Priuatus beneficio non eſt amouendus à ſua poſſeſſione, niſi præmiſſa citatione & iuris ordine ſeruato.*

3 *Regula de triennali fraternizat cum cle. de ſequeſt. poſ. & fruct.*

4 *Titulus coloratus qui & quando dicatur? vide remiſſiuè.*

5 *Conſtitutio execrabilis an obſtet agenti poſſeſſorio.*

6 *Reſtitutio an canonico regulari ſpoliato competat de beneficio ſeculari cum prouiſione ordinarij?*

DECISIO IIII.

FVit etiam concluſum in vna coram domi. Ioan.
1 And. de Triuultiis, quod triennalis † poſſeſſio pacifica eius qui declarabatur priuatus beneficio, quia non ſoluerat penſionem in tempore, excluderet ſequeſtrum, per tex. iuncta glo. in c. licet epiſcopus. de præben. in vj. videtur tamen obſtare ratio de non colorato poſſeſſore ad regulam quam tradit Abb. in c. cum noſtris. col. vlt. de conceſ. præb. quòd quando inducitur priuatio à iure, vel ab homine, poſſeſſio dicitur incolorata & d. c. licet epiſcopus,
2 loquitur de non amouendo poſſeſſore † quantumcunque priuato, & eius beneficio alteri iam collato abſq; citatione & iuris ordine, prout etiam in l. meminerint. C. vnde vi. non autem an ſit coloratus poſſeſſor necne & quando de colore diceret Abb. in d. c. cum noſtris. ad probandum priuatum non habere colorem allegat d. c. licet epiſcopus. & c. de multa. de
3 præben. Item quia regula de triennali † fraternizans cum text. dictæ cle. non debet prodeſſe, niſi habenti titulum & poſſeſſionem coloratam ex verbis regulæ & eius antiqua interpretatione. titulus autem qui

ante

ante priuationem erat, euanuit adueniente incurſu
priuationis ex iuris diſpoſitione, & eſt redactus ad
non titulum ſola poſſeſsione remanente, quæ cum
ſit facti, non potuit à iure infirmari. l. denique. ex
quib. cauſ. ma. l. j. §. ſi vir vxori. & l. cum hæredes. ff.
de acquir. poſſeſ. quod autem Dnmi. in c. felicis. de
pœ. in vj. & aliunde Felyn. in c. Rodulphus, in verbo.
ſed declaratoria, & ibi citatur etiam pars, pen. & vlt.
char. de reſcript. inquiunt & not. in additione ad
deciſio. iij. de reſtitut. ſpol. in nouel. quòd in ſenten-
tia iuris requiritur declaratio, & non impedit ſpolia-
ti reſtitutionem, poſſet dici, intelligi requiri quo ad
facti probationem vt à poſſeſsione amoueatur, &
ad alios effectus, de quibus in dictis locis non quòd
de iure non ſit verè priuatus, pro deciſione tamen
facit quod ipſa regula videtur omni colore conten-
ta, quod non ſymoniace aut contra. c. ij. de præben.
4 in vj. habitus vt in ea, de quo & quando dicatur † ti-
tulus coloratus & poſſeſsio, & quando non, & ad
materiam tango in illa deciſione, quòd dicta regu-
la procedit in habente titulum ab ordinario de pri-
ma dignitate in cathedrali poſt pontificalem, aut
principali in collegiata, non obſtante concordatis
Germaniæ & regula cancellariæ talia beneficia re-
ſeruante, incipit, proponebat. Illud verò quod
titulus videatur per priuationem reſolutus proce-
dat intelligendo de iuſto, cum titulo ſaltem iniuſto
poſſideat, inquit gloſſ. in dicto cap. licet epiſcopus.
qui ſi ſufficiat in terminis regulæ, ſecundum quos
ſufficit poſſeſsio cum titulo colorato, & propterea
excommunicatus, defenditur à regula, ex quo eſt
capax poſſeſsionis quæ eſt facti, & à iure nequit in-
firmari, licet, ſi ſpoliaretur, non reſtitueretur: quia
obſtaret exceptio excommunicationis prout ſentit
gloſſ. ſuper dicta regula. ergo & cle. quæ ad vitan-
dam ſequeſtrationem fuit contenta poſſeſsione trien
nij ad ſimilitudinem vſucapionis, quæ terminatur
trienn io: & quia per lapſum dicti triennij aliquan-
do acquiritur ius eccleſiæ poſſidenti prout declarat
Card. ibi. viij. not. & quæſt. xj. Additio autem vltima
diſtinguit ſententiam hominis à ſententia iuris, &
diſputat ſi reſtitutio competat, & an execrabilitas
5 † obſtet agenti poſſeſſorio, quod quæſiui à quibuſ-
dam dominis in vna cauſa coram me, & erant opi-
niones, nec fuit aliquid firmatum, licet reperiam
deciſionem xv. de reſti. ſpol. in antiq. pro parte affir-
matiua, & opinionem in dicta additione, vbi vltima
eſt pro negatiua. Item quia ſumus in vna ſententia
per appellationem ſuſpenſa, aliàs extincta. l. j. in fi.
ff. ad Turpil. c. venientes, de iureiur. ex quo petitur
ſequeſtrum poſſumus dicere nondum condemna-
tum eſſe priuatum quouſque contra eum ſit res iu-
dicata, cum hoc ſit de quo agitur, an ſit priuatus vel
non. facit etiam deciſ. ix. de reſtit. ſpol. in antiq. vo-
6 lens quod canonico † regulari ſpoliato beneficio ſe-
culari quod habuerat ab ordinario competat reſti-
tutio, & ſequitur Felyn. in c. dilecta. de reſcript. vlt.
char. & limitatione. ſuper veritate cuius fuit etiam
dubitatum in vna coram domi. Sibinicen. de menſe
Maij. 1521. & ſuper eius intelligentia ac. c. cum de
beneficio. de præben. in vj. videantur Lap. & Domin.
in d. c. & Fely. in c. in noſtra. col. pen. ver. ij. de reſcrip.

S V M M A R I V M.

1 Sequeſtrum an impediatur per appellationem, & an violans ſequeſtrum ſub tali prætextu ſit locus pœnæ cle. ad compeſcendas.

2 Appellatio ab interlocutoria in ſcriptis & cum expreſsione cauſæ fieri debet.

3 Sequeſtrum in beneficialibus regulariter eſt permiſſum.

4 Appellatio ab interlocutoria cuius iniquitas detegitur allegationibus iuris, ſine expreſsione cauſæ fieri poteſt.

5 Appellans à decreto ſequeſtri debet inſerere cauſam in appellatione.

6 Remiſſoria ad probandam violationem ſequeſtri an regulariter concedi debeat.

DECISIO V.

DVbitatum fuit coram Mercurio de Vipera in
vna beneficiali Mediolanen. de Villegio 1520.
de menſe Maij, an appellatio interpoſita à diffiniti-
ua cum inde ſecutis, ſeu à diffinitiua & quocunque
alio grauamine, impediat quominus ſequeſtrum de-
cretum ante appellationem iuxta formam cle. vni-
cæ de ſequeſtra poſſeſ. & fruct. potuerit exequi, † & 1
ſi fuerit violatum, locum habeat pœna, dictæ clem.
& quidam domini tenebant non debere exequi, nec
eſſe locum pœnæ, cum appellatio ſuſpendat iudica-
tum. l. j. in fi. ff. ad Turpil. cap. venientes, de iureiur.
& quòd per illa verba cum inde ſecutis videbatur à
decreto ſequeſtri appellatum, ex quo aliud non fue-
rat ſecutum poſt ſententiam. l. ij. de libe. & poſthum.
l. fundum qui locatus, cum l. ſeq. ff. de fund. inſtruct.
cum ibi not. & licet regula velit quòd in appellatio-
ne † ab interlocutoria ſit exprimenda cauſa. c. cordi. 2
de appell. cle. appellanti. eodem titu. & decretum hu
iuſmodi dicatur interlocutio, ſuper quo quando ſit
diffinitiua, aut diffinitiuæ vim habens, vel interlo-
cutoria, eſt gloſſ. in d. clem. & ibi docto. & tradit Bar.
in l. Titiæ. ff. de accuſationib. Alexand. ſuper rubrica
de re iudic. ff. & Abb. etiam ſuper rubr. eod. titu. in
decreto limitatur ſecundum Bal. in l. minoribus. C.
de his qui. vt indig. & Philip. Franc. in d. c. cordi, in
iiij. limit. quando conſtat de grauamine iuris præſum
ptione aut per allegationem iuris, vt ſi iudex man-
det ſequeſtrum fieri, quod eſt regulariter prohibi-
tum. C. de prohib. ſequeſt. per l. nimis propere. C. de
exce. rei iud. & c. j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. tunc enim
non requiritur cauſa, ſed maior pars contrarium
concluſit: & ego fui in hac opinione & hoc per deci-
ſionem Biſignet. in antiquior. ij. quæ eſt prima in
antiquis eodem titu. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. vbi
plura videas fundamenta per quæ tolluntur contra-
ria, & ad dictum Bal. reſpondebat vnus ex dominis,
quòd in beneficialibus ſequeſtrum † regulariter eſt 3
permiſſum, quod non videtur tutum, cum Car. in d.
cle. vnica. iiij. col. dicat quod per cle. iſte caſus debet
addi ad alios caſus fallentiæ not. per gloſſ. in l. vni-
ca. C. de prohi. ſequeſt. pec. & in cap. ij. de ſequeſtra.
poſſeſ. & fruc. vnde dicas aliter, quòd cum in re tam
aperta, quando ſequeſtrum, quod ius prohibet, de-
cernitur, ſuperuacua ſit expreſsio cauſæ, vt inquit
Bal. in d. l. minoribus. ar. l. ſi conſtat. ff. de appell. quo-
niam iniquitas talis interlocutoriæ detegitur per
allegationem iuris: ita in hoc caſu requiratur ex-
preſsio quod ſumus in re clara & ad cle. præmiſſa, &
magis iniquitas appellationis colligitur ex hoc

quod iure permittente decretum eſt ſequeſtrum, &
ceſſat præſumptum vitium interlocutionis per ra-
tionem expoſitorum. l. & ſi contra, in fi. de vulg.&
pup.l.fin ff.de lega.iij. Ratio ergo Batt.concludit ad
caſum, quando ius apertè facit contra interlocutio-
nem, non quando ei aſsiſtit ſicut in propoſito ſiue
cle.ponat regulam ſiue exceptionem.Neque obſtat
quòd quia condemnatus forſitan poſſederat trien-
nio pacificè non fuiſſet locus ſequeſtro, vt in d.cle.
quia ſaltem iſtud debebat allegari & conſtare iudici
ex probationibus facti.& non proficeret niſi ex de-
ductis appareret manifeſtè ſecundum Bal.in d.l.mi-
noribus,dicentem quòd quando ſumus in interlocu
4 tor:a† cuius iniquitas detegitur per allegationem iu
ris non eſt neceſſe inſerere cauſas appellationis.arg.
l.j.in fi.de dot.præleg.& ita debet intelligi Innoc. in
c.ſi.de noui ope.nun. Sed vbi debet detegi ex pro-
bationibus facti, ita quòd eſt quæſtio facti & non
iuris, vt in his terminis, tunc procedit quòd appel-
lans ab interlocutoria habet neceſſe exprimere cau-
ſam quare ſententia ſit iniuſta. ita etiam ſentit Phil.
Franc.referendo Bald.in d.l.minoribus, in c.j.de ap-
5 pel.in vj.col.ij.ex quibus conſtat quòd omnino† cau
ſa in appellatione erat exprimenda hic, ſicut quan-
do appellatur ab executore excedente. c. quòd ad
conſultationem, de re iudic. iuxta gloſſ. & declara-
tionem Abb.ibi & aliorum.Preterea nunquam eſſet
locus ſequeſtro, ſi per verba, cum inde ſecutis,ſeu
à quocunque grauamine,& ſimilia, abſque explica-
tione cauſæ & grauaminis cenſeretur appellatum à
decreto ſequeſtri,& ſuſpenderetur iuriſdictio,cum
decretum ſequeſtri ſoleat fieri ſtatim lata diffinitiua
eadem audientia vel ſequenti. Sic enim eluderetur
prouiſio cle.de facili, cum dicta verba ſint in vſu ad
cautelam,vel facilia cuiquam, contra l.ſi prætor.de
iudic.& l.fin.ff.quod vi aut clam. Cæterum ſiue ſe-
queſtramus iuſtè & bono zelo moueamur, ſiue ſit
dubium,debet obtemperari, vt ait Car.poſt Laud.
& Zenz.in d.cle.vnica, dummodo ſit lata ſententia
ſufficit reſiſtentia facti.vt ibi.xj.col. Nam non debet
quis propria temeritate violare, ex quo violat poſ-
ſeſsionem quæ eſt facti, vt in dictis deciſionibus. ij.
& j. & factum ac præſumptionem & contemptum
punit cle.ſicut aliàs factum ipſum.Lex etiam ſi non
producat iuris effectum. l.quid ergo. §. cum autem.
ff.de his qui no.infam.& c.nuper.de biga.& in cauſa
6 prædicta fuit data remiſſoria † ad probandum vio-
lationem ſequeſtri habito articulo pro concludenti,
cum aliàs dari non debeat,nec conſuerit.

DE PROBATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Collationis pertinētia ad inferiorem pertinere quo-
modo probetur?*

2 *Fama regulariter non facit plenam, ſed ſemiple-
nam probationem.*

DECISIO PRIMA.

PERTINENTIA collationis ad ar-
chidiaconum,decanum,priorem, ſeu a-
lium epiſcopo vel archiepiſcopo,ſeu alio
ordinario inferiorem, ad quem de iure
1 non ſpectat, probatur † per famam ſecundum Ro-
tam deciſio.iij.in nouel. de probationib. quod pro-
cedit quando ordinarius non eſt in cauſa nec proui-
ſus ab eo, ſed alius habens à papa vel aliunde. Nam
contra ordinarium voluerunt domini quòd ſuffice-
ret in vna Parmen. parochialis ſanctæ Chriſtinæ
quam propoſui de menſe Martij 1520. In qua age-
batur inter prouiſum ab vno canonico Parmen. qui
contulerat ratione præbendæ de Sorbulo & pro-
uiſum à Cardinali de Farneſio adminiſtratore eccle
ſiæ Parmen. niſi fama eſſet adiuncta alia ſpecie pro-
bationis,prout erat, quæ intelligentia mihi placuit.
Nam pro ea facit quod vult Egid. deciſ. dlxx. dum
intelligit famam ſufficere niſi directo agatur ſuper
pertinentia, vel ſuper collatione facta ab ordinario,
Et ſi aduerſarius negaret huiuſmodi collationis per-
tinentiam,non habeat. Nam † fama regulariter non 2
facit plenam probationem, ſed ſemiplenam. cap.j.
vbi gloſſ.de appel.ſuper quo quando plenè,quando
ſemiplenè, quando nihil tale inducat, habetur ſal-
tem remiſsiuè in illa deciſione, quòd fama probat
ius patronatus antiquiſsimum,incipit,fama regula-
riter, in propoſito autem probat modo quo ſupra:
& facit quod Egid. deciſio. cxxviij. & quod Bartol.
dicit de fama in l.celſus. ff. de vſucapio.quòd indu-
cit iuſtum errorem, & tribuit cauſam præſcriben-
di,ac inducit titulum putatiuum ſecundum Abb.in
c.de quarta. & c.ad audientiam. vlt.col. de præſcrip.
facit, quia aliud eſt quando agitur contra eum cui
ius aſsiſtit, aliud ſi ei non aſsiſtat. c.ad.decimas. de
reſti.ſpol.c j.de præſcri.in vj.cum ibi no. ad idem Fe.
de Se. conſil. ccxliij. vbi aliud ſentit quando agitur
inter plebem in cuius plebanatu ſita eſt capella, &
patronos, quis eorum præſumatur eſſe in poſſeſsio-
ne,cum neutri ius aſsiſtat? Aliud quando eſſet quæ-
ſtio inter patronos & ordinarium,cuius intētio eſſet
fundata de iure communi.xvj.q.vij.omnes Baſilicæ.
cum c.ſe.& c.j.de cap.monach.c.de zenodochiis.de
relig.domi.ac.c.cum ex iniuncto,in fi.de hæret.

SVMMARIVM.

1 *Fama habito reſpectu ad indicia & præſumptiones
vnde fama traxit originem an plenè vel ſemiplenè
probet?*

2 *Dominium antiquiſſimum an per ſolam famam
probetur?*

3 *Dominium quomodo probetur, & an ſit differentia
inter antiquum & antiquiſſimum? vide remiſſiuè.*

4 *Fama an ſufficiat in probando iure patronatu an-
tiquiſſimo?*

5 *Fama in his quæ metam humana memoria excedit
ſatis probat.*

6 *Patronus ille dicitur cuius anteceſſores per centum
annos præſentarunt.*

7 *Ex præſcriptione temporis immemorabilis an ac-
quiratur ius patronatus?*

DECISIO II.

FAma regulariter † non facit plenam, ſed potius 1
ſemiplenam probationem.l.iij.§.eiuſdem quoq.
iuncta gloſſ.ff.de teſti. & voluerunt aliqui, vt refert
Barto.in l.admonendi.ff.de iureiurand.& gloſſ. in c.
j.de appella.cap.præterea.de teſti. cap.illud. de præ-
ſump.c.ex literis.de iureiur.& quòd ſemiplenè pro-
bet in ciuilibus, inquit Franc.de Aret. in conſil. lv.
col.ij.

col.ij.adducens plures docto.ad hoc,quòd qualiter
procedat tradit Philip.Franc. in dicto c.j. col.ij. qui
omnino videatur in materia, quinimo ſecundum
Bar.in l.de minore.§.tormenta. ff.de quæſt. quando
indicia & præſumptiones,ex quibus fama traxit ori
ginem, non multum vrgent, arbitrabitur iudex
quòd non faciat ſemiplenam. Et quando habet or-
tum ab inimicis,de ea non eſt curandum. c. licet ex
quadam,de teſtib.c.cum in iuuentute. de præſumpt.
c.qualiter & quando,el ſecundo.de accuſ.Et in qui-
buſdam caſibus ſolum coadiuuat abſque eo quòd
faciat aliquem gradum probationis, Abb. in c. ve-
2 niens.j.de teſti.vlti.col.Dominium autem † antiquiſ-
ſimum bene probatur per famam ſolam.l.at qui na-
tura. §. cum me abſente. vbi gloſſ. ff. de neg. geſt.
quam ita declarat ibi Ang. ad Are. & ſequitur con-
ſil.xxxvj.& Pau.de Caſt. in l.proprietatis.C.de pro-
bationib. Socin. conſil.cclxxxiij. col.iij. & Bald.in l.
conuenticulam.C.de epiſcop.& cleri. dicit in factis
multum antiquis opinionem generalem haberi pro
veritate. Rota verò de re iudica. xv.in no. dicit do-
minium non probari per famam aut communem re-
putationem & poſſeſsionem prędeceſſoris,ſed opor
tet quòd probetur per veras cauſas,& hoc eſt veriſ-
ſimum.ſequitur Abb.in c. cum ad ſedem. de reſtitu.
ſpol. vij.col. licet bene releuet ab onere probandi
negatiuam illum, qui aliàs probare tenetur ſecun-
dum eam deciſionem.xv.aliàs vlti. in not. de proba.
Sed Alex. ſimpliciter loquendo dicit ſolam famam
ſufficere ad probandum dominium in antiquis. in
l.rem quæ nobis.vij.col.ff.de acquir.poſ.vbi adducit
ita tenere multos, & eſſe communem opinionem
omnium.in c.cum cauſam,de probationi. vbi videa-
3 tur † an de tali antiquo quod differat ab antiquiſsi-
mo,vel ſine tali differentia loquantur, Barto. etiam
tradit in l.quidam in ſuo.ff.de condi.inſtit.quomo-
do probetur dominium,& ſuper intellectu gloſſ. in
dicto §.me abſente. & plures caſus ponunt Abb. in
d.c.veniens.& Anch.in c.veniens. de verb.ſignfi. in
vj.vij.col. cum ſeq. in quibus ſola fama probat ple-
nè, & ſicut probatio dominij eſt difficilis, Inquit
Cyn.in l.cum res.C.de prob.& Abb.in c.ſæpe,de re-
ſtit.ſpol. ita ius patronatus cum non ſufficiat proba-
tio.xl.ann. & vltra continuæ poſſeſsionis, ex quo
certis modis acquiritur, de quibus Innoc. & Abb.
in rub.de iure patro.& diuerſa ſunt eſſe patronum,
quia reſpicit petitorium, & eſſe in quaſi poſſeſsio-
ne, cum reſpiciat poſſeſſorium. dicit Philip. Franc.
in c.vnico.ij.col. eodem ritu. Videntur enim in hoc
4 fraternizare,& in eo quòd in probando † patronatu
antiquiſsimo fama ſufficit, quemadmodum in do-
minio. & hoc ſequitur Rota meo tempore tenendo
opinionem Bal.in l.cum ſuper.C.de rei ven.& videa-
tur idem Bal.in auth.quas actiones,circa fi.C.de ſa-
croſan.eccle.& Innoc.in c.veniens.de ver.ſign. Pro
qua obſeruantia & ſententia facit,quod idem Bal.in
conſil.cccx. v.vol. ſuper hoc an patronatus eccleſiæ
probetur per literas antiquas, dicit ad propoſitum
5 quòd in his † quæ metam humanæ memoriæ exce-
dunt, fama ſatis probat, ad idem Deci.conſi.clxxiiij.
& per indicia & famam probatur ius patronatus
antiquiſsimum.& allegat Fed.de Se.conſ.cccxxxiij.
ſuper primo. colum. ij. dicentem negari non poſſe
6 illum † eſſe patronum, cuius anteceſſores iam per

annos centum præſentauerunt. Ad hæc doctrina
Ioan.And.in regula,quòd alicui,de regu.iur.in vj.in
mercu.quòd ex † præſcriptione temporis immemo- 7
rabilis acquiritur ius patronatus,licet Archid.cõtra,
& opinionem Io.And.ſequitur Abb.in c.j.de reli.do
mi. quando laicus fuit longiſsimo tempore in quaſi
poſſeſsione præſentandi. Nam difficile eſt probare
patronatũ antiquum.& Fely.in c.cauſam.de præſcr.
iij. col. quando allegatur titulus patronatus, & ad
probandum inducitur tempus immemorabile,non
quòd præſcribendo, ait, acquiratur ius patronatus
per laicũ,ſed quia ex tali tẽpore præſumitur titulus,
& tũc nõ putat neceſſariũ probare famã,tituli quod
eſt no.tam circa patronatum,quã circa dominium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de fama qualiter deponere debeant vt concludant?*

2 *Fama,rumor,communis reputatio,notorium & manifeſtũ quomodo inducantur,& in quibus differãt.*

3 *Duo teſtes probant famam & notorium.*

4 *Publicè exponit Bal. id eſt, coram populo vnde teſtis dicens quòd publicè audiuit dici,probat famam, & num.7.*

5 *Teſtium dicta ſunt adiuuanda,non cauillanda.*

6 *Teſtis deponens præſumptiue, ex præſumptione iuris ſufficienter probat.*

8 *Probatio præſumptiua quando ſit concludens.*

9 *Teſtis deponens de auditu à pluribus, & quòd ſic communiter dicebatur,ſufficienter probat communem opinionem.*

10 *Teſtis quòd teneatur reddere cauſam ſui dicti quando locum habeat.*

DECISIO III.

AD hoc vt teſtes,qui deponunt de fama, neceſſe
eſt quòd dicant ſe audiuiſſe à maiori † parte ho 1
minum, ſeu gentium talis ciuitatis vel oppidi. cum
ex eo colligatur quòd maior pars populi ita ſentit,
nec ſufficit dicere audiui à maiori parte populi,
quia non concludit vbi ſit iſta fama,& dictum teſtis
debet neceſſariò concludere. l. non hoc. C. vnde le-
git.Ita Bart. in l.de minore. §.plurimum. ff.de quæſt.
ſubiiciens, ſis ergo cautus vt deponat quod eſt pu-
blica vox & fama, quia publicè dicitur per ciuita-
tem, ſeu à maiori parte populi talis ciuitatis, caſtri,
ſeu villæ, & quod non probat teſtis dicendo, quòd
eſt publica vox, nõ reddit cauſam per aliquod quòd
ſenſu percipiatur. non enim dicit quòd audierit à
maiori parte populi, ſed quòd hoc dicitur, idem ſi
dicat audiuiſſe publicè dici, cum eſſe poſsit quòd
vnus publicè dicebat: hanc opinionem ſequitur
Ang.in l.iij.ad Mace.& Bald. in additione Speculat.
in titu.de ſen.in vj.col.& Alexan.conſil.xxv. vol.iiij.
in cauſa verten.inter Antonium,penult.col.& cxvij.
viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominam Lu-
ciam prout refert Iaſ.in d.l.non hoc facit,quia fama
† communis reputatio, manifeſtum, & notorium 2
non inducuntur ab vno vel duobus, ſed ab omni-
bus,aut à maiori parte populi.l.j.C.de teſt.& plus in
ſe habet fama quàm rumor.c.ſuper eo, cum ibi not.
de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ.vbi Abb.dicit, quod
fama propriè eſt quando tota ciuitas,ſeu vicinia,aut
maior pars reclamat. Rumor verò, quando aliqua

pars,puta tertia,vel quarta. Et de ſama,rumore ma-
nifeſtu,communi opinione,& notorio quid ſint, in
quo differant.& de materia vide Bart.in l.ſcriptus.ff.
de reli.& ſum.fun.& Abb.in c.veſtra,de coha.cle.&
mulie. & text.ac docto.in fi. eodem titu. & aliquid
per Innocent.& Anchar.in c.veniens, de verb.ſign.
in vj. Sed aduerte quod quamuis fama & notorium
3 nequeant induci per duos teſtes, poſſunt † tamen
probari per duos, gloſſ. iiij. q.iij.teſtes. §.item ſæpe.
Abb.in c.tertio loco.de præſumpt. & c.quia nos, de
appellationib.Bald.verò in c.per tuas,de proba.poſt
4 princip.io verbo publicè † exponit,id eſt coram po-
pulo & vicinis, ſubiungens facere ad dictum teſtis
dicentis, quòd publicè dici audiuit, vt probet fa-
mam,& tenet etiam contra Bart.in c.præterea, vlti.
col.de teſti. ſufficere teſtem deponere quod audiuit
à maiori parte populi, cum intelligatur de populo
illius ciuitatis & interdum ſufficit fama viciniæ tex.
eſt ait hic no.quod popularis fama intelligitur illius
populi vel vicinalis illius viciniæ,& ſatis eſt ſi dicat,
quia publicè dicitur per maiorem partem populi &
aliàs non affirmet de ſuo auditu, quia ſufficit quòd
reddat cauſam per ſenſum corporis præſumptum
per locum à communiter contingentibus, nam ſi
dicatur publicè,& eſt vnus de populo, præſumitur
audiuiſſe quod ab omnibus dicitur. cap. j. de poſtu.
5 præla. quia † dicta teſtium non ſunt cauillanda nec
calumnianda, quin potius iuuanda & ſuſtinenda
pro viribus. cap.cum tu. de teſti. l.quoties.ff.de reb.
dub.Ad hoc Bar.in l.j.ff.ſi certum peta.iij.colum.vbi
vult ſatis eſſe quòd dicat ſcio quia vicinus, quia & ſi
non inferat neceſſariò cum poſsit eſſe vicinus &
6 ignorare,† ſufficit quòd concludat præſumptiuè ex
ex præſumptione iuris tali quæ ad condemnatio-
nem ſufficiat: præſumitur autem ſcientia ex ſenſu
corporis ſufficiens ad condemnationem, vt in iuri-
bus adductis ibi per Bar.ita etiam Lanfran.in repeti
tione.c.quoniam contra, in vet. teſtium depoſitio-
nes,col.iiij.& ſecundum Bal.in d.c.præterea.Ita con
ſuluit Dy.ad idem c.literas,de præſum. ibi, publica
voce,ex quo etiam text.infert Bald. ad dictum teſtis
7 † qui dixit ſe audiuiſſe publicè dici,quia intelligitur
publica voce dici à populo & ſic probat famam. Ita
enim eſt aptior expoſitio ſecundum communem in-
tellectum loquentium, ad quem eſt recurrendum.
c.ex literis,el primo,de ſponſ. l.Labeo,verſi.verum.
ff.de ſupell.lega. Ita etiam referendo Bal. tranſit Iaſ.
in d.l.non hoc, & opinionem Bal.ac ſequacium ſer-
uat Rota admittendo probationem famæ per depo-
ſitionem teſtium de publico auditu, quòd in pluri-
bus cauſis audiui à dominis. Et in vna Roman. do-
morū coram domino Camillo de Ballionibus 1519.
inter Matthæos & Capiteferros, in qua quærebatur
an eſſet probata fama per quinq; teſtes, prout ſtatu-
tum requirebat? & contentabatur taliter probari
poſſe metum,cum allegaretur Bart. vbi ſuprà quod
non ſufficiebat dictum de auditu, fuit à d.Mercurio
de Vipera,& d.Iacobo Simonetta,& quibuſdam aliis
reſponſum quòd contra opinionem Bart.erat obſer
uantia.pro qua facit,quia in probanda fama non ſu-
mus in probatione neceſſaria,ad quam inſeruiunt ra-
tiones Bart.ſed ſumus in præſumptiua, in qua ſatis
eſt quòd ſequatur per ſenſum iuris præſumptione,
vt per Bart. in dicta l.j. & Bald. in dicto c.præterea.

& latè in l.cōuenticulam.C.de epiſ.& cle. vbi in iiij.
col.inquit.quòd in probatione † præſumptiua aut 8
volumus probare actū in genere, puta quòd aliquis
ſit malæ famæ,aut pauper & ſimilia.& tunc ſufficit
ratio,quia ſum vicinus, quoniam concludit per lo-
cum à communiter cōtingentibus. Si verò actum in
ſpecie, & tunc aut eſt actus à communiter acciden-
tibus, qui conſueuit eſſe notus viciuis, vt mors &
ætas.ad idem. l.oram. ff. vnde cog. aut non conſue-
uit eſſe notus à communiter contingentibus vicinis,
vel habet ſe pariter ad notum & ignotum. vt homi-
cidium Petri,vel furtum de re Martini,& tunc non
probat in fama vel ſumus in probando actu in ge-
nere vel in ſpecie,qui cōſueuit eſſe notus vicinis cū
non cauſetur,vt eſt dictū,niſi à toto vel maiori parte
populi,vnde non eſt neceſſaria. Ita exacta probatio
nec per ſenſum verum, quod no.in materia ad hoc
pertinenter facit quod dicit Inno.& poſt eum Anch.
in d.c.veniens.de verbo.ſign.in vj.v.& pen.col.quòd
licet in probanda communi opinione † debeat teſtis 9
dicere ſe à multis audiuiſſe,quos interrogatus,ſi no-
minat, bonum eſt, tamen ſi reſpondeat non habere
memoriam de aliquo. quia nec recordatur de certo,
ſed quòd ſic communiter dicebatur.Videtur nihilo-
minus valere teſtimonium, allegata l. in ſumma. §.
idem labeo.ff.de aqua plu.arcen. Item à cōmuni vſu
loquendi videtur teſtis apertè deponere de cauſa
ſcientiæ dicendo ſic,cōmuniter audiui dici. Et pro-
bat quamuis non repetat dicto tempore, vel in dicta
ciuitate Nam deponendo contenta in articulo eſſe
vera,quia ſic communiter audiuit dici,intelligimus
rationem dicti ipſius teſtis de eiſdem loco & tempo
re contentis in articulo, non de aliis, ne aliàs eſſet
ſibi contrarius, & in falſum incideret atq; eius di-
ctum non valeret d.c.cum tu.cum vulgaribus.& tan
to magis procedit opinio Bal.& Rotę, quando teſtis
reſpondens de publico auditu, vel de publica fama
non eſſet interrogatus quomodo ſcit,quia quamuis
dictum teſtis ſine redditione † cauſæ non probet. l. 10
ſolam. C.de teſti. tamen eſt verum in his quæ perci-
piuntur iudicio intellectus,nō quæ ſenſu corporeo:
dominium nanq; & incorporalia cum ſimilibus in-
tellectuali iudicio percipiuntur, & in talibus teſtis
debet dicere cauſam ſui dicti etiam nō interrogatus
ad hoc vt probet,in aliis quę per ſenſum corporeum
quis percipit,valet dictum ſine ratione quando non
interrogatur de ea,ſed ſi interrogatus non redderet
vel non bonam aſsignaret,non valeret, Ita Inno. in
c.cum cauſam.eo.tit. Pau.de Caſtr.in l.proprietatis.
C.de proba.& Bal. in d. l.ſolam.ſubtiliter declarans
& diſtinguens id quod eſt notū quo ad plenam no-
titiam per ſenſum corporis,vt per viſum, auditum,
& cæteros eiuſdem generis, in quibus ſenſus non
decipitur circa obiectum proprium,ſicut in contra-
ctu vel maleficio de quibus plena habetur notitia
per viſum & auditum,ab eo probando quod non eſt
obiectum ſenſus ſed intellectus,vt dominium & ſi-
milia & de vtriſq; eſt tex.Inſti. de re.corp.& incorp.
in princ.& vſq; ad finem.ſed fama quę eſt obiectum
ſit nota per ſenſum corporeum exteriorem, ſcilicet
per auditum,nō per interiorem vt hoc termino vtar,
ergo probat ſine cauſa vt ſuprà. Nec ſumus in caſu
in quo plurimum laboret res intellectus,licet in fa-
cto conſiſtat, vt in probando aliquem ebrioſum vel
furioſum,

ſutioſum, nec vbi requiratur præ dominium intelle-
ctus ſupra ſenſum, in quibus non creditur teſti, niſi
applicet rationem concludentem ex ſenſu, quod eſt
in omnibus, quæ ſunt difficilis probationis, ex eo
quòd videri vel ſentiri non poſſunt directè, vt adul-
terium & reliqua eiuſdem qualitatis quæ Bal. per re-
gulas & exempla tradit in d.l. ſolam. cum fama non
ſit eiuſmodi vt patet. & conferunt etiam ad hanc
concluſionem motiua quæ adduco ſuper illo dubio
incipiente, pluries coram domino M.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum vt aſſeris, vel vt aſſeritur, in gratia appo-
ſitum quomodo oneret vel releuet ab onere proban-
di narrata. & num 6. & 8.*

2 *Fundatio, conſtructio, & dotatio æquiparantur in
iure.*

3 *Prouiſio papæ etiam motu proprio facta non præiu-
dicat iuripatronatu laicorum.*

4 *Iuſpatronatus ſi ex præſcriptione acquiritur, qui-
bus noceat?*

5 *Iuriſpatronatus laicorum ex conſuetudine, ſeu præ-
ſcriptione, an in literis prouiſionis vel expectatiuis
mentio ſit facienda?*

7 *Beneficium an præſumatur liberum vel ſeruum à
natiuitate?*

9 *Verbum vt aſſeritur, tanquàm generale & imper-
ſonale non cenſetur prolatum per impetrantem.*

10 *Probatio aſſerentis beneficium de iurepatronatus
laicorum vel clericorum eſſe, an ſibi vel impugnanti
incumbat? & num. 12.*

11 *Derogatio aut mentio iuriſpatronatus clericorum
in literis neceſſaria non exiſtit.*

DECISIO IIII.

HActenus obſeruatum eſt, vt audio, ab antiquis
patribus, & meo tempore in palatio, quòd ſi in
impetratione beneficij dicitur, tale beneficium
1 quod, vt aſſeris, † de iurepatronatus laicorum exi-
ſtit, impetranti incumbat onus probandi quòd ſit
ex præſcriptione vel conſuetudine, vt ſic excludat
quod non ex fundatione, vel dotatione, aut cõſtru-
ctione, aliàs prouiſio ſine derogatione & abſque pa
tronorum conſenſu eſt nulla. c. decernimus. xvj. q.
vij. ſecus ſi dicatur quòd beneficium, vt aſſeritur, de
iurepatronatus laicorum exiſtit, vel per alia verba
æquipollentia, tunc enim aſſerenti patronatum lai-
calem etiam poſſeſſori beneficij ad excluſionem
prouiſionis, & ſic impugnanti eam incumbit proba
2 re quod ſit laicorum & ex conſtructione, † funda-
tione, aut dotatione, cum in hoc iſti tres æquipa-
rentur; vt not. gloſſ. in cap. piæ mentis, ead. quæſtio.
Innocent. & Abb. ſuper rubric. de iurepatrona. ratio
nullitatis eſt, ne laici à conſtructione, fundatione,
vel dotatione retrahantur ſecundum gloſſ. in capit.
nobis. & in cap. cum dilectus, vbi etiam Abb. eodem
titu. & Butr. in cap. dilectus. de officio lega. propter
quam rationem papa in dubio non videtur velle
præiudicare iuripatronatus laicorum, nec poteſta-
te quam habet in derogando etiam ſi prouideat
3 † motu proprio ſecundum Rotam deciſio. lxxj. in
antiq. de reſcript. Ita quod concluditur inualiditas
quæ vt inquit Felyn. in tract. quan. lite. apoſtol. no.
patro. colum. j. non reperitur iure ſcripta, ſed eam
ſumpſerunt iure ſcribentes ex ratione d. cap. cum di-
lectus, ac iurium ſimilium, & ipſam fortificat Fely.
per multa ſimilia & bonas rationes, quæ ſatis men-
tem iuris aperiunt. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de
excuſ. tut. Butr. verò in dicto cap. dilectus. allegat ad
hoc text. in clemen. per literas, de præbend. qui re
vera in alia materia loquitur, licet in ſimili bene fa-
ciat. prædicta autem ratio ceſſat quando eſt ex con-
ſuetudine vel præſcriptione, dicit Butr. in dicto cap.
dilectus. & ibi Card. etiam & Federic. de Sen. conſil.
lxiij. & lxiiij. incip. infraſcriptæ quæſtiones, ac alij
quos refert & ſequitur Felyn. in dicto tractatu in xj.
limitatione firmantes eo caſu poſſe legatum de la-
tere conferre, quamuis contrarium ſentiat Innocen.
in dicto cap. dilectus. in fine. quaſi etiam his caſibus
poſſent retrahi laici à benefaciendo eccleſiæ: cuius
opinio eſt contra communem, & conſideratio falſa
ſecundum Alexandr. conſil. lxxiiij. colum. vltim.
volum. iiij. dicentem quòd laici † non retrahuntur 4
à fundatione eccleſiarum quando de ſuo proprio
non poſuiſſent ad tale ius quærendum, imò potius
eſt præſumendum, vt non multum curarent de
præſcriptione quærenda, videntes parum eis pro-
deſſe, licet pro veritate proſit ſaltem contra colla-
tiones ordinariorum, contra quos eſt præſcriptum,
vt tenent Butr. Cardin. & Imol. in cap. dilectus, &
Alexand. in cap. hortamur. lxxj. diſtinct. in fine, ſed
nihil contra papam aut legatos de latere, ex quibus
patet quod opinio Imol. quam Decius ſequitur
conſil. cxxvj. non ſubſiſtit, niſi forſitan in vno caſu
ad quem Deci. videtur ſe reſtringere, & ipſum ten-
tat Felyn. ſub dubio forte in dicta xj. limit. pro quo
facit quod Ioann. Andr. adducit in regula quòd ali-
cui, de regulis iur. in Mercur. colum. vltim. & Abb.
in cap. querelam. colum. iij. de elect. & idem Felyn.
qui videatur in cap. cauſam quæ, colum. iiij. de re-
ſcript. & Alexand. in dicto c. hortamur. lxxj. diſtinc.
colum. vlti. dum dicit vtile eſſe vendicanti iuſpatro-
natus, quòd ad illud præſumendum alleget præſen-
tationes & plurimas in curſum temporis, & ſic in
eo caſu poſſet defendi opinio Imol. non tamen ſim-
pliciter verum eſſet de iure ex communi ſententia
quod Decius ait in allega. conſil. & Fely. in dicta xj.
limita. iuxta ſenſum Modernorum, tunc Roma. cur.
refert vt in curia Romana præualeat quòd non dif-
ferat patronatus ex fundatione, à patronatu ex præ-
ſcriptione, quinimo hoc tempore iudicatum eſt
quòd de iure patronatus laicorum eccleſiæ ratio-
ne, non autem patrimonij. Item laicorum † ex con- 5
ſuetudine vel præſcriptione in literis collationum
papæ, ſeu expectatiuis non ſit neceſſaria mentio,
prout in deciſio. quæ incip. memini, ſub titu. de iu-
repatro. aliàs de proba. dixi, quam videas: quia con-
fertur ad iſtam, & conſideratio Alexand. in dicto
conſil. lxxiiij. vt laici non retrahantur, ex quo nihil
ponunt de ſuo proprio, quam etiam Card. Alexand.
ponit in cap. hortamur. lxxj. diſtinc. facit ad id quod
in dicta deciſione tetigi. Quid ſi ius patronatus
competeret ex priuilegio? & pro deciſione iſta &
aliis adductis eſt vulgatum conſil. Cardin. Zab. lxix.
vim faciens & diſtinguens verba † vt aſſeris, à ver- 6
bis vt aſſeritur. In primo nanque caſu aſſerens pa-

tronatum laicorum, habet contra ſe quod ſit ex con
ſtructione, fundatione, ſeu dotatione ex eo quòd
beneficia non naſcuntur, ſed fiunt. vnde in dubio
conſtructa, fundata, aut dotata per patronos viden-
tur, ad hoc text. in dicto cap. querelam, & ibi Abb.
iij. colum. ponderans ipſum, & idem Abb. conſil.
lxxvj. & cvj. volumi. ij. quo ſtante aſſerens tenetur
probare eſſe aliter patronatum beneficium quàm
ex conſtructione, fundatione, ſeu dotatione cum
modis præmiſsis, vel vno ex eis exiſtere aſſeruerit
& huiuſmodi expreſsio ſit pars gratiæ, ex quo ver-
ba vt aſſeris referuntur ad impetrantem. & ſic cauſa
intentionis ſuæ ad regulam. l. ij. ff de probatio & no.
Ioan. Andr. in cap. j. vt lite non contc. in vj. quam ſe-
quitur Abb. in cap. ij. colum. ij. de præſumptionib. &
ad collecta per Felyn. in cap. ad aures. in tertia con-
cluſio. & col. de reſcript. Et omiſſo an beneficium
7 †magis præſumatur à natiuitate liberum quàm ſer-
uum? de quo Rocch. in tractatu de iurepatrona. in
verbo conſtruxit, in quæſt. xx. vbi pro & contra qui
videatur & eo quod not. Bald. in cap. ſignificauit. de
teſtib. quòd ſi tempore ædificationis naſcitur libe-
rum, nunquam poſtea recipit ſeruitutem, licet ſecus
econtra, dato tamen patronatu, ſemper placuit mihi
hæc pars vt in dubio potius præſumatur quòd ſit
vno de tribus modis prædictis, vel duobus aut om-
nibus quàm ex præſcriptione vel conſuetudine,
quoniam occurrit præſumptio quòd beneficia non
naſcuntur. Item tollitur coniectura libertatis de præ-
ſenti, & etiam ab origine, cum ex præſenti ſtatu pa-
tronatus præſumatur in præteritum. l. circa. de præ-
lat. l. liberis. §. fina. ff. de liber. cauſ. Egi. deciſ. ccccxcj.
& l. ex perſona. C. de probationib. iunct. gloſſ. & ibi
Bald. magiſtraliter regulam iſtam declarat firmans
eam procedere in materia contingenti, qualis eſt
iſta, quando præſens ſtatus ſeruitutis poteſt concur-
rere cum naturali veritate antecedentis, vt ſi præ-
ſumamus conſtructionem, ſeu dotationem ab exor-
dio, & conſequenter ſeruitutem ſicut præſumere
debemus per text. in dicto cap ſignificauit, à contra-
rio ſenſu, prout Rota intelligit & deciſio. iij. in antiq.
de iurepatrona. ſicut & in iuribus allegatis præſu-
mitur de libertate, & de non facultatibus, & ſicut
aliàs præteritis circa futura. cap. mandata, de præ-
ſumptionib. vel ſaltem onus probandi libertatem
transfertur in aſſerentem propter dictas coniectu-
ras ſeruitutes arguentes. l. ſi poſsideris, & ibi gloſſ.
C. de probationib. & cap. vnico, vbi etiam gloſſ. alle-
gans concord. in verb. actore, vt eccle. benefic. ſi. di.
conf. & Rota deciſio. xv. & fi. de iud. in no. Aduerte
tamen quia attento fundamento quod beneficia
fiunt & non naſcuntur, item quòd dotantur, quòd
ſine fundo non datetur exiſtentia, quòd omnia be-
neficia mundi eſſent patronata, tamen videmus
quòd pro maiori parte ſunt libera, ideo dixi ſuprà,
ſuppoſito quòd reperiatur ius patronatus, vt tunc
motiua quæ adduxi militent. Secundo verò caſu
8 quando verba † vt aſſeritur, vel per alia non aſſer-
tiua dicitur de patronatu laicorum, impetrans nihil
affirmat quod ſit laicorum, nimirum ſi poſſeſſor
beneficij vel alius aſſerens eſſe tale in hoc dicitur
eſſe actor, & tenetur probare quòd aſſerit, vt eſt di-
ctum per iura & regulas allegatas. & bene ſeruiunt
motiua Car. in d. conſi. lxix. & per hoc Rota optimè
deciſ. lx. in antiq. de reſcript. dicens quòd verba † vt 9
aſſeritur, in gratia circa expreſsionem valoris poſi-
ta, ſunt generalia & imperſonalia: & ideo non aſtrin-
gunt partes nec videntur prolata per impetrantem:
ſecus in verbis vt aſſeris, quæ ad partem referuntur
& alia. lxxvj. eod. tit. quòd ſupplicatio ſignata per pa
pam per verba vt aſſerit eſt ſurreptitia, niſi ita ſit, ſe-
cus ſi per verba vt aſſeritur. Tertio caſu quando di-
citur quòd beneficium † vt aſſeris de iurepatro. lai- 10
corum vel clericorum exiſtit: tunc etiam probandi
onus quòd eſſet laicorum incumberet impugnanti
literas prouiſionis ex quo impetrans non fundat ſe
nec firmat pedem quod ſit laicorum, cum loquatur
alternatiuè, vel clericorum, in quo loquendi genere
ſufficit alteram partem eſſe veram. l. ſi quis ita ſti-
pulatus fuerit. ff. de verborum obligationib. & re-
gula in alternatiuis, de regulis iur. in vj. & ſi eſſet cle-
ricorum ſolet derogari ex ſtylo: quinimo quando
eſſet laicorum & clericorum ſimul quia dicitur in
derogatione, ſi laicorum tantum & ex fundatione,
vel dotatione pro medietate, aliàs in totum quo vlti
mo caſu niſi derogaretur, præponderat qualitas lai-
calis in mixtura annullans prouiſionem, vt plene
per Felyn. in dicto tracta. quan. lite. apoſto. in vj. am-
pliatione, col. v. Sed in primo non eſt † neceſſaria men 11
tio nec derogatio, vnde omiſsio non vitiat, prout eſt
communis vſus & firmatur, Fely. poſt Rot. in d. tra-
cta. iij. limitatione. col. vij. & annotaui in alleg. deciſ.
incip. memini. & ita † in vna cauſa coram domino 12
Martino de Spinoſa, in qua erat clauſula alternati-
ua fuit concluſum de anno 1523. de menſe Iunij.
quod menti tene ad limitationem ſeu declaratio-
nem præfati conſil. Card. lxix. vel quia eſt tertius ca-
ſus ibi non expreſſus & ſæpe contingens ac vtilis
merito notandus, inquit text. in l. legati. in princ. de
lib. leg. & non aſpernendus ait in his terminis Bart.
in l. verus. §. duorum. in fi. ff. de leg. ij.

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem ſententiæ, proceſſus & iuriſdictio ſunt neceſſarij.*

2 *Præſumitur pro proceſſu in ſententia lata parte præſente, & non appellante.*

DECISIO VNICA.

VICARIVS, qui dicebatur de Bol-
tanya Oſcen. dioc. impugabat ſenté-
tiam, † quæ contra eum produceba- 1
tur in cauſa dictæ vicariç ſuper crimi
ne hæreſis, quo erat cõdemnatus per
inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſub
prætextu quòd nõ doceretur de proceſſu, quẽ inqui
ſitores non concedũt dari alicui. Item quia de pote-
ſtate & iuriſdictione inquiſitorum non apparebat. l.
vnica. C. de mand. princip. c. cum in iure. de offi. dele.
gl. in c. j. de cen. in vj. c. quoniam contra. de proba.
auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. non obſtãte quòd
acta recitabantur in ſententia, ſed coram d. Hugone
de Spina. 1514. fuit concluſum † quòd præſume- 2
batur pro proceſſu ex ſententia, ex quo fuerat la-
ta contra ipſum præſentem, & non appellantem
per doctr

per doctrinam Innoc.in d.ca.cum in iure, communiter approbatam, vbi etiam Abb.& Bart.in l.j.C.de relati.& Abb.poſt alios in d.c.quoniã contra.col.xv.

DE IVREIVRANDO.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perhorreſcentia poteſt præſtari per habentem deſuper ſpeciale mandatum.*

2 *Clauſula ad præſtandum quodlibet licitum & honeſtum iuramentum, eſt ſufficiens ad iurandam perhorreſcentiam.*

3 *Iuramentum perhorreſcentia, licet debeat præſtari ab initio: tamen virtute Innocentiana in Rota poteſt præſtari quandocunque.*

DECISIO PRIMA.

DOCTRINAM Ioan.Andr.& ſequacium, de qua in ca.vt circa, in fi.
de elect.in vj. quòd in caſu.d.ca.& ca.
ſtatutum.§ cum verò, de reſcrip.eod.
1 lib.vbi de iuramento † perhorreſcentiæ, quòd poſsit præſtari per alium, qui habeat deſuper mandatum, meo tempore ſeruat Rota quamuis Archi.teneat contrariũ, ponderando verba per proprium iuramentum. Domi.verò poſt Ioan.And.magiſtraliter in d.ca.vt circà, diſtinguit, quòd aut iura requirunt, vt quis iuret ſimpliciter, & poteſt per alium, vt patet in clemen.j.de iureiuran.cum autem exigunt iuramentum alicuius in propria perſona, vel propriæ manus ipſius, & non poteſt per alium, ſecundum Ioan. And.aut requirunt proprium iuramentum illius, qui facit actum.& tunc aut ipſe facit actum in propria perſona, & per ſe iurare debet: aut facit per alium, & per eum iurare poteſt: dum tamen habeat ſpeciale mandatum. quia vt dicit Ioan.And. quamuis tua perſona, vel tua manus non ſit mea: tamen iuramentum, quod ſpeciali mandato in animam meam præſtas, meum eſt. patet, quia ſi ſit falſum, cenſeor periurus.c.ij.de iureiuran.in vj.& prædicta ſecundum Domi. faciunt ad not.in l.ij.§.quod obſeruari vbi etiam Cyn.& Bald.C.de iur.calum.& ita in vna Gerundeñ.manſi coram domino Martino de Spinoſa 1516.& in alia Ianueñ. plurium millium coram me 1518. Rota voluit ad iurandum
2 † perhorreſcentiam, ſufficere mandatum, in quo dicatur quòd poſsit præſtari quodlibet licitum, vel honeſtum iuramentum in animam conſtituentis, cùm tale iuramentum ſit licitum. Item honeſtum & à iure approbatum, & in verbo quodcunque veniat illud, l.ſi pluribus. ff.de leg.ij.& fortius ſi eſſet verbum neceſſarium, ex quo neceſſarium eſt quando reſcriptum fundatur in perhorreſcentia, & ſignatura reſpondet præſtito iuramento prædicto, quia aliâs
3 iudex, niſi præſtaretur † ab initio, non haberet iuriſdictionem, vt d.§.cum verò, & ibi no. licèt virtute Innocentianæ in Rota præſtari poſſet in fine primæ, aut ſecundæ ſententiæ, refectis expenſis, & hoc ſecurius ſi eſſet facultas ad iurandum de calumnia, & quodcunque alterius generis licitum & honeſtum, aut neceſſarium iuramentum præſtandum. quoniam & ſi procurator generalis iurarẽ nequeat, vt no.glo. penulti.in d.c.vt circa.& non ſit ſpecialitas ad iurandum de perhorreſcẽtia in dictis verbis, nec expreſſus caſus iuramenti calumniæ, requirens ſpeciale mandatum.ca.fi.de iura.calum.& no.gloſſ.in ca.qui ad agendum, de procura.in vj.ſubiecta clauſula generali de quocunque alio iuramento, quo caſu veniunt alij ſimiles etiã pares, vt in c.ſedes, de reſcrip. & dict. capi.qui ad agendum, cum ibi not. & ſatis eſſet quòd iuramentum perhorreſcentiæ non eſſet magis, quàm calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna l.ſi quis maior.C.de tranſact.an habeat locum in omni contractu iurato? & nume.7.*

2 *Cenſus, an habeat caducitatem ob non ſolutionem? & nume.6.*

3 *Iuramentum, an debeat regulari ſecundum naturam contractus cui eſt appoſitum?*

4 *Pœnam ſpecialem, quæ à iure non eſt expreſsè ſtatuta, imponere non debemus.*

5 *Pœna certa à iure inducta, & non alia eſt imponẽda.*

6 *Vaſallus amittit feudum in ſolis caſibus, in quibus id iura diſponunt.*

7 *Periurium an faciat quem cadere à iure contractus ipſo facto?*

8 *Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, & non tranſit ad heredem.*

9 *Iuramentum non facit heredem, & de foro eccleſiaſtico ſi aliàs non eſt.*

10 *Hæres ex iuramento defuncti, periurus non exiſtit.*

11 *Iuramentum ex parte recipientis, & perſonale, & reale eſſe poteſt.*

DECISIO II.

QVòd cadat quis à iure contractus cenſualis iurati, ſi non ſoluat, ratione periurij in vna Valentina caſtrorum 1519. coram domi.Ioan.Anto.de Triuultiis inter Magiſtrum, & ordinem ſancti Iacobi de Spata & N. de Guyl. militem caſtrorum poſſeſſorem tenuit maior pars dominorũ † per l. ſi quis ma- 1
ior.C.de tranſa.prout in omni contractu intelligunt eam doct.quos ibi refert & ſequitur Iaſ.in ij.colum. Aliqui tamen ex dominis contradicebant, cum videretur eis rigoroſum, quòd in pœnis fieret extẽſio. l.cum quidam, de libe.& poſt.l.interpretatione.ff.de pœ.c.odia, de reg.iur.in vj.maximè in ipſo contractu
cenſus, † qui non habet caducitatem ob non ſolu- 2
tionem.ca.conſtitutus.vbi gloſ.& doct.de reli.do.&
propterea iuramentum debebat † regulari ſecũdum 3
naturam cõtractus.l.fi.C.de non nu.pe.Pro quorum opin.conſiderabam non inducere perditionem iuris nec priuationem, quod non eſt lege cautum.tex.eſt, no.in auth. de non elig.ſec.nub. §.cum igitur. col.j. quem ponderat Bal.in auth.ex teſta.vlti.col.C.de ſecun.nup.& quia erubeſcimus, & eſt periculoſum in his terminis ſine lege expreſſa hoc firmare. l.illam. C.de colla.in auth.de trien.& ſemiſ.§.cõſideremus. colum.iij. Item quia nõ debemus imponere pœnam
† ſpecialem, quæ à iure expreſsè non eſt ſtatuta.gl.eſt 4
menti tenenda ad propoſitum.in c.fi.de iurepat.quã ſequitur ibi Abb.& in c.querelam.iij.col.de iureiur.
Et quando † certa pœna eſt à iure inducta, non eſt 5
alia imponenda, niſi per habentem plenitudinem poteſtatis.c.bon.ij.iuncta glo.de elect.vbi Abba.& in c.venerabilis.viij.col.ver.circa primum, de excep. pœna ergo ſtatuta in tranſactione non inducatur in hoc caſu. Ad idem, quia eſſet in materia feudi,

6 vaſſallus † non perdit feudum : licet veniat contra
iuramentum fidelitatis, niſi in caſibus, in quibus id
iura dicunt.text.eſt in ca.j.§.illud.ij.quæ fuit pri.cau.
benefic.amit.in vſi.feud. Ita Alex.conſi.cüj.videtur
prima conſideratione.pe.col.j.volu.adducens plura
facientia ad iſtam partem, nec etiam cadit ob non
ſolutionem annuæ penſionis debitæ proferendo ſe-
cundum communiores concluſiones,vt inquit idem
Alexan.in conſi.xix.viſo themare volu.iij nam & ca-
ſus pœnales ſunt ſtricti iuris.ideo non extendun-
tur, lege, in teſtamento.la j.ff.de condi.& demon.&
in eis clara, & plena exigitur probatio ſecundum
Bald.in ca.j.col.fi.quali.domi.propr.feu.pti.qui uo-
cat primum in l.cum proponas.colum.fi.C.de hæte.
inſtitu. Et nihilominus pro ſententia maioris partis
facit.ca.querelam.de iureiuran.& ibi gloſſ.j.& fin.ac
7 etiam Bald.notans quòd periurium † facit quem ca-
dere à iure contractus ipſo facto. & Alexan.conſil.
lxxxv.non puto.j.volu.vbi dicit communiter teneri
pœnam.d.l.ſi quis maior,habere locum in omni con
tractu iurato.& quòd diſpoſitio exorbitans tendens
ad maiorem obſeruationem iuramenti, extenditur
de caſu ad caſum ex identitate rationis,vt no.per gl.
& doc.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.
& Iaſ.conſi.cvj. Magnifice prætor.v.colum.iij.vol.ac
idem Iaſ. in l.ij. in ix. q. C.de iure emphy.vbi firmat
non inuenire contradicentem:& tenendo hanc par-
tem poteſt reſponderi ad d.§.illud.quod loquitur in
iure cõſuetudinario feudorum ſingulari contra re-
gulas iuris cõmunis.ideo non eſt trahendum in con-
ſequentia. l.quod verò contrà.cum ſeq. de legi. Ita
Bart.in l.vt iuriſiurandi. §.ſi liberi.ff.de oper.li.& ad
illud de pœna quòd periurium nõ eſt propriè pœna,
ſed crimen, propter quod pœna infertur,vt ait Bal.
in l.obſeruare.§.proficiſci. iij.col.ff.de offic.proconſ.
hoc tamen non eſt excludere, quin ſimus in materia
pœnali.Verum eſt quod.d.l.ſi quis maior.exigit do-
lum ſine quo periurium nõ iucurritur.l.qui iuraſſe,
in princi.ff.de iureiuran.xxij.q ij.quæritur.§.item op-
ponitur.de quo in terminis. d. l.ſi quis maior. Bald.
in d.§.proficiſci.& Alexan.qui videatur in l.fi.ff.qui
ſatiſd.cog.quælibet autem cauſa etiam iniuſta excu-
ſat à dolo.l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cau.& Iaſ.in d.l.
ſi quis maior. j.col. Suppoſita autem parte affirma-
tiua pro cõmuni fuit ab omnibus concluſum,quòd
8 ſi in contractu cenſuali iuramentum † ligabat iuran-
tem, non tamen eius hæredem nec ſucceſſorem.ca.
veritatis,de iureiuran.vbi non eſt ille caſus,ſed con-
cluſio eſt vera, quam tenuit Ioan. And.in ca.fi.de ſe-
pul.j.col.dicens quòd hæres non obligatur ex iura-
9 mento defuncti.neque eius occaſione poteſt † trahi
ad forum eccleſiaſticum.& doc.communiter firmãt
in d. cap.veritatis.vt refert & ſequitur Abba.ibidem
vlti.col.quòd iuramentum non tranſit in hæredem,
etiam ſi quis iuraſſet pro ſe & ſucceſſoribus, ac hæ-
10 redibus, & tales nunquam ſunt periurij † ex iureiu-
rando defuncti ac ca.penulti.eod.titu. Nam in ſpiri-
tualibus ligatur anima, quæ ſine proprio conſenſu
ligari non poteſt. Ideirco in eis requiritur ſpeciale
mandatum.ca.fi.de iura.cal.in vj. Secus in tempora-
libus,in quibus obligatio tranſit in hæredes.l.vnica.
vt act.ab hære.& con.hære.incip.l.veteris.C.de con-
11 tra.& commit.ſtip. Quamuis ergo iuramentum † ex
parte recipientis quandoq; ſit perſonale,quandoq;
reale,ex parte tamen iurantis ſemper eſt perſonale,
prout concluſiuè infert Abba.in d.ca.veritatis. Sed
prædicta procedunt non ligari hęredes,quo ad cen-
ſuras & pœnas animæ,ſed reſpectu pœnæ caducita-
tis ac reſolutionis contractus. Sunt variæ doctorum
ſententiæ,ſicut domini fuerunt varij.

DE EXCEPTIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe poſt ter-*
minum ad articulandum bene tentum,an admitta-
tur an dandos obiectus?
2 *Obiectus quando poſt terminum ad articulandum*
dari poſſunt? & nume.4.
3 *Admiſſus à iudice ad cauſam & non antea, poteſt*
videre regeſtrum.
5 *Obiectus contra iura quecunque poſt terminum ex-*
cluſiuum producta,dari poſſunt.

DECISIO PRIMA.

VTRVM veniens † ad cauſam vigore 1
clauſulæ generalis, omnéſque alios
poſt terminum ad articulãdum bene
tentum, poſtquam Rot.non admittit
obiectus,vt eſt decis.viij.& ix.de ex-
cep. in antiquio.& xxxiij. de prob.&
de teſtib.xxvij.quæ fecit differentiam inter cauſam
ſpiritualem & prophanam,poſſet dare materiam ob-
iectiuam coram domino Sibiniceñ.de menſe Aprilis
1521. fuit dubitatum in vna cauſa N. & mihi vide-
batur prima facie quòd poſſet,quia quãdo venit ad
cauſam dicitur habere eius notitiam,non ante:vnde
quia prius non potuit, licet eum primùm poteſt à
ſimili eius, qui poſt terminum excluſiuum ex noua
ſcientia & cauſa admittitur.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.
de interrog.act.c.paſtoralis.de excep.& facit.ca.inſi-
nuante.de offic.dele.& c.vt circa.in ver.niſi aliquid.
de elect.in vj. Et quia ſine culpa non debet excludi.
c.cognoſcentes.de conſtit. Item quia etiam poſt ter-
minum ad articulandum Rota admittit obiectum,
† quando ante dictum terminum dari non poterat, 2
vt ſi producat gratiam poſt terminum prædictũ ci-
tatus ad dicendũ contra gratiã, poteſt tunc obiicere
contra eam, etiam ſi omnes termini eſſent tenti,ſed
caueat vt ſtatim in eo termino obiiciat, quia poſtea
non audiretur, propterea nemo † admittitur ad vi- 3
dendum regeſtrũ, niſi admiſſus à iudice ad cauſam,
ita quòd ſtatum litis antea ignorauit.Scientia enim
non præſumitur.l.verius.ff.de proba.& videns cau-
ſam agitari contra alium,quæ ad eum ſpectabat,ve-
nit ad iudicium inuitatus & inuitus.l.inter ſtipulan-
tem.§.ſ.ff.de verb.oblig. Sed fuit à maiori parte con-
cluſum,quòd non poſſet,quia admittitur ad ſtatum,
ſi petiit, & ſine petitione & iure.c.ſi hi contra quos.
vt lite penden. in vj. & quia gaudet beneficio ſtatus
litis.debet cum qualitate eſſe admiſſus,& onus pati.
l.eum qui.ff.de iureiuran. Item in poteſtate ſua erat
venire vigore nouæ commiſſionis, & non clauſulæ
generalis,& in tali caſu non arctari ad ſtatum cauſæ
cum ſuis qualitatibus. Imputet ergo ſibi, regula
damnum, de regulis iuris. in vj. & l.ij.§.quod dixi-
mus.ff. ſi quis cautio. Poſſet dari poſt terminum
† obiectus, quando de nouo peruenit ad notitiam, 4
ſuper quo ſtatur iuramento partis. capit. vt circa.
vt ſupra.

vt ſupra. de elect. in vj. & cle. conſtitutionem. eo. tit. Item in propoſito veniendo cum noua commiſsione de nouo ad cauſam non vtendo ſtatu, vel cum commiſsione aduerſarij citando in ingreſſu aduerſarium ad diceudum contra commiſsionem, & ſucceſsiuè ad libellandum, quia non eſt tunc quod imputetur venienti ad litem, nec de quo conqueratur aduerſarius. Item ſi inſtrumenta ab alterutra partium
5 aut intra † quæcunque poſt terminum excluſiuum, etiam in calculo ferendæ ſententiæ, producantur contra talia, poteſt dari obiectus, quod pars citatur ad dicendum contrà, quoniam ante citationem non videntur producta iura, vt attētent ad opponendum, & faciant fidem. gloſſ. & Bartol. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo de plano, quo. in crimi. leſ. maie. proce. facit deciſio Egid. xxvij. & Ludo. Roma. conſil. ccccxix. Pars ergo producens ſtatim citet aduerſarium ad contradicendum, & ſeruet terminum. Et citatus, ſi terminus ad articulandum erat tentus, contradicat in termino, qui tenetur, quo ad iura nouiſsimè producta, aliàs poſtea non audiretur, prout practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones articulatæ, ſine articuli includentes etiam per indirectum ius dantis non dicuntur merè obiectiua.*

2 *Per reum & poſſeſſorem, obiectus etiam ſine titulo dari poſſe, quomodo intelligatur?*

DECISIO II.

1 IN eadem cauſa fuit tentum † non eſſe merè obiectum, ſi data inualiditate prouiſionis aduerſarij probata profeſsione & religione, ſubintret, & valeat prouiſio mea non obſtante quod Old. ſubtiliter oppoſitum ſentiat conſil. cxvj. & clxx. & ibi quòd ſit de iure dantis, quando directè canonizat titulum, non quando indirectè & exemplificat, quia pluries vidi practicari, quòd quomodocunq; oſtendam aduerſario ius non competere, & includam validitatem tituli mei, etiam per indirectum totum ſit de iure meo, & hoc per deciſio. xviij. & xix. de except. in antiq. pro qua obſeruantia & deciſionibus facit, quia non eſt merè obiectus, ideo debet admitti, facit. d. cle. conſtitutionem, de elect. vel ſi eſſet materia obiectiua, admitteretur tamen non vt obiectus, ſed vt ius partis, vt dicit Rota j. in no. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. & de teſtib. in antiq. xxvj. & Felyn. in cap. olim. de reſcript. penulti. colum. declarans materiam, & deciſiones vij. & viij. de except. in antiq. & ij. in antiquiot. Biſignet. dum dicitur etiam
2 reum † & poſſeſſorem poſſe dare obiectum ſine titulo, vt intelligatur, niſi eſſet lapſus terminus ad dandum obiectus, quia non renouabitur ad dandum omiſſos, niſi inferant nedum ius non competere aduerſario: ſed etiam competere danti obiectum, vide ibi melius quàm alicubi: & in materia loquuntur deciſio. xiij. xiiij. xix. & xx. de teſti. in antiq. cùm aliis pluribus ſequentibus.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

SVMMARIVM.

1 *Doctu de obitu actoris proceditur per audientiam contradictarum, citatis intereſſe putantibus.*

2 *Sententia nedum adiudicatoria, verum etiam abſolutoria contra intereſſe putantibus mortuo actore, valida reputatur.*

3 *Permiſſum eſſe videtur, quod non reperitur expreſsè prohibitum.*

DECISIO PRIMA.

DVBITAVI in cauſa Taurineñ. Capellaniæ, quæ erat mihi commiſſa inter Alexand. de Lecanis & Anton. de Romagnano, an ſententia abſolutoria lata per dominum Martinum de Spinoſa in fauorem Antonij Panis cum impoſitione perpetui ſilentij de more palatij, vt de re iudica.
in antiq. xxvij. citatis † intereſſe putantibus per audientiam contradictarum docto de obitu Latini de Benaſſays actoris eſſet valida, & litem extingueret? quia licet procedi poſſit ad adiudicationem ſecundum Rot. vt lit. penden. viij. in nouis, non tamen ad abſolutionem, nam mortuo actore reus eſt conſecutus ſuum intentum: quia re ipſa ab actoris petitione abſolutus, ex quo mortuo actore moritur cum eo ſua petitio, cum ſit perſonalis in auth. de nupt. §. deinceps. colum. iiij. vnde dicitur lis finita ſine ſententia, vt inquit Egid. deciſio. clvj. Ioan. And. in cap. ſi hi contra quos, vt lite penden. in vj. in no. & ita affirmabat dominus Thomas Regis procurator Alex. ſe audiuiſſe à domino Alexandrino, quando erat auditor Rotæ, quòd pro reo abſolutoria dari non poterat, quoniam nec intererat, ſed domini voluerunt
1521. de menſe Maij valere ſententiam † dicentes, 2
quòd dicta deciſio. viij. non negat, quin peti poſſet etiam ad effectum abſolutionis, & hoc propter multos effectus, & maximè ſi caſu procederet illud, quòd non finitur lis niſi per ſententiam vt Rot. x. eod. titu. in no. Item Egid. dicit finitam litem, niſi reus velit, proſequi, & ita Ioan. And. intelligit in d. cap. ij. & eſt text. in cle. j. cod. titu §. ſi verò, etiam mortuo petitore, dummodo poſſeſſor ſeu alius cuius intereſt, litem proſequatur. poteſt ergo proſequi, & non dicetur lis finita, & valebit ſententia, & ſe onerare expen. quando ita placuerit etiam ſi non conſequetur aliquid vltra abſolutionem, ſicut eſt in optione, quòd lis extinguatur magis per ſententiam, quàm per renuntiationem vel mortem, aut per taciturnitatem non proſequendo, vt dicit gloſſ. in dicta clemen. j. quod proſequitur Mil. in verbo, litis pendentia non finitur, niſi per ſententiam. & in verbo lit. pendente quoad litigantem, & ibi lis finitur, & vitium litigioſi purgatur &c. niſi reſtringēdo prædicta dicetes poſſeſſorem poſſe litem proſequi ad effectum adiudicationis tantùm, non abſolutionis prout etiam Egid. ſentit deciſione lxxv. xcv. cum text. & docto. ſimpliciter loquuntur, & Egid. in dicta deciſio. quòd non ſit veriſimile reum velle ſe expen. & litibus fatigare, aſſerit non quòd nequeat, & in allegata deciſio. xcv. inquit ſe magis dubitare. Item aut apparenter non prodeſt abſolutio, & omnino cautela talis non nocet, l. teſtamen. C. de teſtament. maximè cum ita placeat, quo caſu vtile iudicatur inſpecta voluntate, ſicut nocere diceretur ſi id obtinere non poſſet, vel fieret contra eius voluntatem. §. præterea ſi quis generaliter, inſtitutio. de actionib. l. finali de vſu & habita.

habita.Bartol.l.ij.iiij.colum.ff.ſolu.matri.& gloſ.ſuper verbo meliores.in ca.fin.de conſue.in vj.aut apparenter prodeſt in aliquo, vel prodeſſe poteſt, & multa latent in quibus forſan neceſſaria, aut expediens erat, ſeu eſſe poterat abſolutio, & conſilium fuit eam obtinere. Ita quando quis dubitat poſſe probari contra ſe, vti poteſt cautela.l.ſi quidem.C. de excepti.prout in caſu dubitati poſſet, an noceret non habere abſolutionem, vel prodeſſet habere de præſenti aut in futurum. Propterea non reperitur
3 † expreſſe prohibitum, ergo permiſſum.l.j.de procura.l.j.de teſtib.ff.& cap.cum apud, de ſpon.& mat. cum ſimilib.de quo Brocardo, & contrario eſt text. iuncta gloſſ. in cap. corporalia, ſuper verbo non inuenitur, de tranſla. epiſco. & pro iſta deciſio vide aliam, quæ incipit, mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio ſola ſi per eam conſtet de non iure actoris, etiam in ſecunda & tertia inſtantijs, ſufficit ad abſolutoriam obtinendam.*

2 *Literæ per actorem producta & canonizata nō ſunt impedimento, quin reus docto de non iure poſſit abſolutoriam obtinere.*

3 *Sententia condemnatoria, reuocari poteſt per abſolutoriam.*

4 *Supplicatio iuris propriæ, vel iuris tertij excluſiua iuris agentis procedit à pari quoad abſolutoriam obtinendam.*

5 *Regula quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationis, ſed literarum quomodo procedat & interpretetur.*

DECISIO II.

OBtentum eſt in palatio, vt reus, qui fuerit condemnatus lata contra eum canonizatoria tituli aduerſarij, abſoluatur diffinitiuè cum perpetui ſilentij impoſitione in ſecunda aut tertia inſtan.in
1 qua det † ſupplicationem ſignatam, & datatam, per quam conſtet de non iure aduerſarij, & literas canonizari non debere, & hoc cum reuocatione primæ aut ſecundæ, prædictis non obſtan.quòd tres domini clamabant, id fieri non poſſe, aut non eſſe in
2 vſu ſine expeditione literarum, quando literæ † ex aduerſo etiam in actis, & canonizatæ per diffinitiuam, quæ neceſſariò pro abſolutione erat renocanda, quia.l.qui accuſare de eden.l.fin.C.de rei vendi. cap.vnicum, vt eccleſia.benefi.ſi.di.conſe.cum aliis, quæ dicunt debere reum abſolui, actore non proban. non requirunt à reo vt aliquid producat pro abſolutoria.vnde etiam ſi ex productis tantum per actorem conſtaret de non iure actoris, vel quia reus ad nullitatem gratiæ ſolum daret de regula reuocatoria, ſeu de publicationis defectu, proculdubio ab-
3 ſolueretur † in quacunque inſtantia, & reuocarentur condemnatoriæ ſententiæ. ergo & quando ſupplicatio detegit non ius actoris, quia idem ſi per
4 ſupplicationem † appareat de iure tertij excluſio iuris agentis.l.loci corpus.§.fin.ſi ſer.vendi.& Bartol. l.ij.ff.de exce.rei iudic.quo caſu tantum eſt ſatis eſſe producere ſupplicationem iuris tertij ſine literis, hoc eſt pluſquam eo modo docere de iure proprio & ita 1521.de menſe Maij in vna Redoneñ.parochialis ſancti Helerij coram domino Triuultio in prima, & domino Breuio in ſecunda, cum regiſtrum videram pro cauſa Gebeneñ.parochialis de Ochia, quæ pendebat coram domino Hugone de Spina ſuper illo articulo, an in temporali vnione detur vacatio, vt prius, vel per diſſolutionem, & remaneat effectio necne, retuli prout videram: vere dominus Antonius de Monte reuocauerat ſententiam domini Triuultij Canonizatotiam in prima gratiæ ſi neutri, & abſoluerat Iacobum qui dederat de iure tertij cum ſupplicatione, & abſque literarum productione, vt in futurum non dubitaretur, quin etiam antiqui patres ita obſeruaſſent quòd placuit. Regula
† autem quòd non iudicetur ſecundum tenorem 5
ſupplicationis, ſed literarum deſuper expeditarum, procedit in adiudicatoria non in abſolutoria, & ſic eſt interpretata ad concluſionem, & ad prædicta facit deciſ. Rot. iiij. in no.de re iudi. & aliquam annotaui cum motiuis in vtraque incipiens, quamuis ad canonizationem, ſub titu.de reſtit.ſpoli.& prima, ac tertia, etiam in no.de re iudi.

DE APPELLATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis in caſu cle.cauſam.§.quid ſi forſan, facta abſque eo, quod affigatur, eſt bona, & cauſam deuoluit.*

2 *Citatio per edictum decreta neceſſariò eſt affigenda.*

3 *Executio citationis, quomodo fieri debeat?*

4 *Forma tradita in d.cle.cauſam, eſt ſeruanda in executione citationis, vigore commiſſionis decreta.*

5 *Differentias inter appellationem iudicialem & extraiudicialem vide remiſſiuè.*

6 *Lis per appellationem extraiudicialem, non dicitur pendere.*

DECISIO PRIMA.

TENTVM fuit in vna Redo.parochialis de Curia coram me 1520. de menſe
Maij, quòd intimatio † appellationis ex- 1
traiudicialis facta in duobus locis, non reperta perſona in caſu cle.cauſam.§.quòd ſi forſan. de elect.erat bona, licet non fuiſſet affixa in eiſdem cedula appellationis, ex quo text.d.cle.ſolum requirit quòd porrigatur, ſeu perlegatur tenor appellationis, & detur copia, ſi petatur: quo facto fit deuolutio ad ſedem apoſtolicam.& hoc quādo eſt in perſonam domini vel procuratoris, & in eorum abſentia. quòd fiat publicatio & porrigatur copia ſi petatur, & eſt in frequenti vſu iſte modus citandi & de-
uoluendi. Quando vero decernitur † per edictum 2
probato non tuto acceſſu, tunc eſt affixio neceſſaria, cle.j.de iu.& Rota de dolo & contu.viij.in no.& aliâs iuxta formam citationis decretæ in qua dicitur fiendam eſſe in locis deſignatis affigendam, publicandam, & exequēdam &c. Sed quando non decernitur per edictum, nihil dicitur de affixione, ſed
mandatur quòd executio † fiat, & citatio in propriis 3
perſonis, ſi commodè haberi poſsint, alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum, ſi ad eas tutus pateat acceſſus, & in parochiali &c. vel in cathedrali & parochiali, nec non in parochiali, ſeu parochialibus, ſub qua vel quibus degunt, aliiſve eccleſiis, & locis publicis infra miſſarum & aliarum diurnarum

horarum

horatum ſolenni a,ſtante populi multitudine ad an-
diendum diuina, ſeu aliâs legitimè congregata, &
quòd publicè alta & intelligibili voce fiat taliter,
quòd veriſimiliter ſit ad citandorum notitiam indu-
bitatam peruenire, ne ignorantiam aliquam quomo-
dolibet allegare valeant, & hanc formam palatium
habuit ex.d.cle.cauſam.cum materia, nedum quan-
do de partibus appellatur ad ſedem apoſtolicam vt
ſupra, verum etiam quando virtute commiſsionis
decernitur in palatio citatio, forma & modo præ-
miſsis, ſufficit publicatio abſque affixione. Loqui-
tur autem.d.cle.in beneficialibus, non in aliis cauſis
realibus & perſonalibus. d.Cardi.in d.§.viij.quæſt.
Sed in omnibus cauſis videmus ita ſeruari. Ideo
4 Rota † xxij. in no.de reſcrip.dicit fuiſſe ordinatum,
quòd ſi cauſa committitur cum poteſtate citandi in
partibus, ſeruanda eſt forma cle.cauſam.& aliâs de
appellatione extraiudiciali, loquuntur text.in cap.j.
cap.vt circa.ca.procurator.de elect.ca.concertationi.
de appella.in vj.& dicitur appellatio extraiudicialis
prouocatio ad cauſam incipiendam, quando fit ex-
tra iudicium cauſa non cœpta.cap.cum in Romana.
de appella. Et ibi Abba.ponens aliquas differentias
5 † inter appellationé iudicialem & extraiudicialem.
& in ca.dilecto.de excep.penul.col.ac in ca.cum I.&
A.de re iudic.col.iiij.& magiſtraliter colligit.xiiij.in
cap.bonæ.de appella.& quòd generaliter in duabus
6 conueniunt. Sed per extraiudicialem † appellationé
lis non dicitur pendere ſecundum Rotam eod.titu.
lxix.in antiq. an autem attentata poſt extraiudicia-
lem appellationem ſint nulla vel annullanda, vi-
deatur poſt Butri.& Abba. Philip.Franch.in ca.con-
ſuluit.& ca.ſæpe.eod.titu.& latius in ca.bonæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio procuratoris poſt ceſsionem & litis & cauſæ factam per dominum, non eſt admittenda? & nume.8.*
2 *Reuocatio procuratoris tacitè intelligitur eſſe facta. ſi dominus litis & cauſa ceſsit.*
3 *Mortuo principali procur. etiam effectus dominus litis, non eſt citandus, ſi proceditur contra intereſſe putantes.*
4 *Procurator dominus litis effectus, an poſsit reuocari, & nume.5.& 6.*
5 *Procurator efficitur dominus litis, ad domini non ſui commodum.*
6 *Reſcriptum auocatorium ſi ſit ſurreptitium eſt nullum ipſo iure quia auocatio eſt odioſa.*
7 *Renuntiare litis & cauſa, & renuntiare iuri quid importent?*
9 *Iudiciũ ſeu actus cum procuratore reuocato, quando teneat? nume 12.*
10 *Sententia ſi fertur non viſis actis, eſt nulla.*
11 *Sententia lata contra iam defunctum non tenet.*
13 *Procurator rectè agit etiam in fauorem reuocantis, donec certificetur.*
14 *Certificatio an ſit in conſideratione, quando agitur de præiudicio reuocantis?*

DECISIO II.

NOta quòd voluerunt domini 1519. de menſe
Octob.in duabus cauſis coram domino Mer-
curio de Vipera & Nicolao de Aretio, quòd quia
principalis † in cauſa beneficiali ceſſerat liti & cauſæ 1
ante ſententiam diffinitiuam, eius procurator à tali
ſententia contra ſuum principalem lata, appellare
non potuerit, ea ratione, quia per ceſsionem videtur
tacitè reuocatus, † licèt iuri non ceſſerit, ex quo 2
quantum ad litem & cauſam ceſsit, & habuit ani-
mum non litigãdi, vel ſaltem declarauit illam litem
proſequi nolle, pro qua concluſione facit cle.fin.de
procu.quòd ſicut ibi per obitum rectoris eccleſiæ re-
uocatur procurator, ita hic per ceſsioné, cum locum
habeat etiam in moriente ciuiliter ex identitate ra-
tionis, Rot.in no. xxviij.co.ti.& hoc intelligendo cle.
etiam ſi ageretur ſuper propria cauſa, non ſolùm ſi
pro eccleſia, prout ſecundo modo glo.ſentit.& Car.
ibi in j.q.qui etiam videatur in prima, & Egi.deciſ.v.
in fi.declarat quòd proſecutio tituli beneficialis nõ
competit nomine eccleſiæ, ſed proprio. Nihilominus
me dubitante in vna alia, an mortuo † principali in 3
cauſa ſuper titulo beneficij potuerit decerni proceſ-
ſus contra intereſſe putantes, abſq; eo quòd citare-
tur procurator mortui, qui erat etiam effectus do-
minus litis: fuit reſponſum quòd ſic, & quòd ita fue-
rat intellecta. d.cle. & erat in practica quæ intelli-
gentia videtur contra prædictos. Ideo conſiderabis
non obſtante quòd procedant præmiſſa quando liti
renuntiaretur, quia verum eſt remanere ius, & ſu-
per eo de nouo agi poſſe non amplius, quo ad cau-
ſam & inſtantiam, cui eſt per ceſsionem renuntiatũ.
Nec refragatur quòd expreſsè reuocari non potuiſ-
ſet procurator † dominus litis effectus.l.ante litem, 4
cum ſeq.ff.de procu.ergo nec tacitè, eſt enim ſeu re-
putatur vna perſona cum domino. dicit gloſſ.in l.ſi
procurator.ff.de do.ma.excep.quia ſecũdum Zenzé.
quem refert & ſequitur Cardi.in d.cle.iij.opinione,
hoc non eſt ad commodum † procuratoris, ſed do- 5
mini, quòd per conteſtationem efficiatur litis domi-
nus.l.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.ff.eo.&
cum nullum effectum dominij habet, nõ poteſt dici
priuatus aliquo iure dominij. Item dicitur ſolùm fa-
ctus dominus inſtantiæ quo ad hoc, vt ſine cauſa re-
uocari non poſsit, vt in dictis iuribus. ſed in tacita
reuocatione non cadit conſiderare cum cauſa, vel
ſine. vnde valeat reuocatio, & in eo plus operatur ta-
cita, quàm expreſſa, quod eſt mirabile ſecundum
Zenzc. in d.cle.& contra regulam.l.cum quid, cum
ibi no.ff.ſi cer.pe.quinimo vt ſubiicit Cardi.in dicto
loco etiam expreſsè reuocari poteſt poſt litem con-
teſtatam taliter, quòd reuocatus poſtea nihil poteſt,
quia ſi ſe ingereret, eſſet ſuſpectus.l.quæ viam.ff.eo.
de procura. Cum tantùm id poſsit velle. quòd cauſa
cognoſcatur, an ſit iuſtè reuocatus.& hoc pro con-
ſeruatione ſuæ famæ quæ videtur grauati de facto,
quando ſine cauſa, vnde iſtud non impedit effectum
reuocationis. Ita in d.l.quæ omnia.ver.niſi fortè.&
hæc interpretatio congruit iuribus adductis & aliàs
placuit. pro qua in ſimili facit quod Innoc. Hoſtien.
& Ioan. Andr. dicunt in ca.ex literis.de offic.delega.
quòd auocatorium † reſcriptum, ſi ſit ſurreptitium, 6
eſt ipſo iure nullum, quia reuocatio eſt odioſa, quo-
niam fit contumelia iudici, qui ſine cauſa reuoca-
tur, iudicis enim & procuratoris non intereſt quòd
reuocentur, dũmodo cum cauſa & ſine contumelia:
in procuratore videatur.c.ij.& c.ſi quem.de procur.
in vj.& ibi docto.Gottf.in ſum.co.tit.v.col.intelligit
etiam

etiam vt ſolum audiatur procurator volens probare
falſam cauſam ſuſpitionis, quam dominus prætendit.
& eatenus audiatur, vt æſtimationem ſuam defendat,
non vt procuratione vti velit, ſubiungens,
quòd is contra quem procurator inſtitutus eſt, audiatur
in hoc, cum eius interſit diuerſis procuratoribus
non impugnari.d.l.quæ omnia.Deciſio autem
Rotæ xxv.de procu.in antiq.facit differentiam inter
ſecundam inſtantiam & primam ea ratione, quia diuerſa
eſt cauſa principalis à cauſa appellationis, vide
ibi redeundo. ad caſum ſi procur. erat tantùm domiuus
inſtantiæ nimirum ſi quantum ad illam inſtantiam,
& litem nihil poſsit poſt ceſsionem: quinimo
ſi eſſemus in prophanis. per renuntiationem litis
eſſet renuntiatũ inſtantiæ cauſæ, & iuri in iudicium
deducto: adeo quòd ad eandem denuo redire cedens
non poſſet, ex quo per renuntiationem eſſet finita.l.
poſtquam liti.C.de pact. quam ita declarat ibi Alex.
& de ceſsiune litis & cauſæ. Item pronuntiatio litis,
7 cauſæ, † & iuris, & quid importent per Bart.in l.naturaliter.
§.nihil commune. col.iiij.ff.de acqui.poſ.&
Abb.in c.dudum.ij.de elect.iiij.col.in c.cum pridem.
de pact.in princi.c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& proprie.
col.iiij. Sed quia ſumus in beneficiali titulo, &
ſuper eo agitur non inducitur renuntiatio titu.nec
iuris ſuper eo, niſi fiat in manibus habentis poteſtatem.
ca admonet.ca.quòd in dubij.ca.dilecti.cum ibi
not.de renuntia.& in materia eſt elegans deciſio.iij.
eod.titu.in no.quæ practicatur prout dicit quòd renuntiatio
litis debet fieri coram proprio auditore,
qui non admittit ceſsionem iuris ſi fieret: quia nec
poteſt, ſed litis & cauſæ tantum, & iuris coram ſuperiore,
aliàs facta non valet & ponit inter ea differentiam.
Concluſionem autem intellexerunt do-
8 mini vt non admittatur † appellatio procuratoris,
ſi ſciuit dominum ceſsiſſe, ſecus ſi ignorauit, ſed ſi
tacitè reuocatur procura.per ceſsionem, quid refert
ſciat procurator vel ignoret? & ad l. ſi procuratorem.
in fi.ff.de procur.l.vnica.C.de ſatiſda.cap.mandato.
de procur.cum materia.& ca.ex parte decani.
quatenus loquitur de iudicialibus, de reſcriptis,
9 quod tenet † iudicium cum procuratore reuocato,
ſi reuocationem iudex & aduerſarius ignorauerunt,
poteſt dici quòd in iudicialibus non attẽditur ſcientia
aut ignotãtia reuocati, ſed tantùm aduerſarij vel
iudicis aut vtriuſque. vnde ſumus in diuerſis caſibus
non aduerſis.l.fi.ff.de calumnia.& quando eſſemus
in ſimilibus non obſtaret tenendo opinionem gloſſ.
& Barto.in d.l.vnica.quòd quando iudex ſciuit iudicium
ſit nullum, ſi ceſsio fiat in manibus iudicis, vt
ſuprà.vel ſit in actis, quæ non licet iudicem ignora-
10 re, † ex quo non viſis eis ſententia eſt nulla, gloſſ.&
docto.in ca.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.c.cum
ex literis. cum ibi not.de reſtit.in integ. & eſt longa
apoſtilla Alexan.ad Bart.in l.prolatam.C.de ſententiis,
& quærimus an iudex debeat, vel non admittere
appellationem? ſi verò tenuerimus opinionem glo.
in d.ca.mandato.& Abb.ibi in ca.ex inſinuatione.&
ca.in noſtra.eod.titu.quòd ſufficeret alterius ſcientia,
idem dicit in iudice vt eſt oſtenſum non cadat hic
ignorantia. quando verò daretur caſus, quòd iudex
ignoraſſet & pars ſciuiſſet, & eſſet vera opinio gloſ.
& Bartol.in d.l.vnica.quòd valeret ſententia, poteſt
ſecundo dici, quod ibi ſumus in expreſſa reuocatio-
ne, in qua id eſt quòd poteſt imputari reuocanti,
quare non certiorauit iudicem aut aduerſarium ſeu
vtrunque, ſecundum varias opiniones? At in tacita
reuocatione à lege inducta nihil tale poteſt imputari,
& hoc attento Bart.in d.l.ſi procuratorẽ.& Abb.
in d.c.mandato, volunt quòd indiſtinctè non teneat
iudicium, & quòd iura loquentia in expreſſa, non
habeant locum in tacita. nam † nec ſententia lata 11
contra defunctum tenet.l.de qua re.§.ij.de iudi.l.pe.
ff.quæ ſen.ſi.appel reſcin. Aliud eſt in ſcientia partis
vel iudicis, aliud in ſcientia procuratoris, de qua vel
ignorantia in iudicialibus iura non curant, non obſt.
cle.j.de renuntia. & d.c.ex parte decani, inquantum
dicit de extraiudicialibus, quia habet varias lecturas
vbi actus valet, niſi † peruenerit reuocatio ad noti- 12
tiam ſuperioris vel procuratoris reuocati. Quia primò
reſpondetur quòd procedunt in expreſſa non in
tacita reuocatione. Secundò in extraiudicialibus non
in iudicialibus, an autem in tacita reuocatione locum
habeat, quòd re integra vel non, id eſt, ante litem
conteſtatam, vel poſt inducatur reuocatio, &
quid in expreſſa, videatur Card.magiſtraliter in ca.
quoniam Abb.de offic.delega.v.vj.& vij.quæſt. Sed
pro diſtinctione dominorum repetio Abb.in d.c.ex
parte, vltimo no.dicentem quòd quicquid agit pro-
cura.reuocatus ante † certificationem reuocationis 13
etiam fauorem domini tenet ita, quòd aduerſarius
non poteſt allegare illam reuocationem in præiudicium
reuocantis, & in hoc habet tex.pro not.dicens
quòd idem voluit ibi gloſ.& Innocen.niſi dicamus,
quòd loquitur in extraiudicialibus cum in iudicialibus
doc.ſolùm reſpiciant ad notitiam iudicis vel partis,
non autem procuratoris reuocati prout de mat.
per eundem Abb ibi.iiij.col.& verbum aduerſarius
poteſt verificari in eo, cuius intereſt valere, vel non,
actum extraiudicialem, vel qui poſtea propterea litigaret,
& ſic eſſet aduerſarius, & ſi Abba.intellexiſſet
de actu iudiciali & eius dictum eſſet verum. poſſet
reſponderi, quòd loquitur de expreſſa non de tacita
reuocatione, ſed hoc non obſtaret in propoſito,
ex quo in tacita per mortem militat ratio Bartol.&
Abba. de qua ſupra non in tacita per ceſsionem, in
qua eſt quid imputetur cedenti, ſicut expreſsè reuocanti.
Ideo in vtroque idem ſit.l.illud.ff.ad l. Aquil.
ca.inter corporalia.de tranſla.epi.ca.cum dilecta.de
confir.vti.vel inuti.ca.cum martæ.§.fina.de celebra.
miſſa. & tunc is eſſet an Abba. de iudicialibus ſenſerit
an verum ſit, & ad illud, quòd iudex non poteſt
ignorare, in iſto caſu poſſet dici non eſſe verum,
quando coram alio iudice vel in manibus papæ eſſet
facta ceſsio, licet ſit reſtringere, & poſſet ad dictum
Abba.conſiderari, quòd quicquid fit poſt reuocationem
alicuius, etiam ſi cedat in eius commodum,
dicatur fieri contra eius voluntatem, & ſic iudicetur
incommodum, & non valeat per text.in §.præterea
ſi quis generaliter. inſtit.de vſuca.& Bartol.in
l.ij.in princip.iiij.colum.ff.ſol.ma.quia ſicut non cogeretur
recipere contra ſe, non debet admitti contra
alium, quin poſſet allegare reuocationem & voluntatem,
ne claudicet actus.l.fi.C.de frue.& lit.expen.
& ita glo.in d.c.ex parte ſentiunt, nec bene perpendendo
quòd glo.& Innocen.dicunt id, quòd colligit
Abba. ex text. quinimo quomodocunque ſentiat
Abb.contra eius dictum in glo.ij.c.ij.de procu.in vj.

quòd

quòd indiſtinctè valeat reuocatio in præiudicium
reuocantis, & Hoſtien.in cap.auditis. ac Rot. eo.tit.
in antiq. xj. quòd conſtituens nouos procuratores
ad acceptãdum videtur primos reuocare: eſto quòd
14 non ſint certificati, cùm certificatio † non inſpicia-
tur, quando agitur de præiudicio reuocantis, & ſu-
mus ibi in extraiudicialibus, & idem Abb. in d.cap.
mandaro.colligit in principio, quòd non valet pro-
curatoris reuocatio poſt litem conteſtatam, ſi ipſe
procurator tantum fuit certioratus: & hoc in præiu-
diciũ aduerſarij, qui debuit certificari, ſed valuit in
præiudicium reuocantis, quia non poteſt prætẽdere
defectum ignorantiæ, vt no.in d.cap.ex parte.& lo-
quitur in iudicialibus. Ad idem Fely.in d.c.ex parte.
iij.fallẽn.x.col.dicens fallere regulam, vbi agitur ſo-
lùm de præiudicio conſtituentis, quia valet reuoca-
tio etiam non intimata & geſta per ipſum ſunt nul-
la, etiam ſi ſententia eſſet lata. Allegat poſt alios Pau.
de Caſt.in d.l.ſi procuratorem. qui loquitur in iudi-
cialibus. Aduerte tamen quia Card.in d.cle. v.q. in-
quit rex.ibi procedere, ſiue fiat reuocatio procura-
toris tacitè ſiue expreſsè, & hoc niſi taciti & expreſ-
ſi eſſet diuerſa ratio, ſed Bart.in l.ſi quis. §.Iulianus.
ff.de procur.& Abb.in cap.non iniuſtè.eod.tit.col.j.
firmant quòd per conſtitutionem ſecundi procura-
toris, quando eſt lis conteſtata, non reuocatur pri-
mus: quia nec poteſt ſine cauſæ cognitione, quę cau
ſa in reuocatione tacita non cadit, ex quo opi. Pau.
de Caſt. in d.l.ſi procutarorem. videtur deſtrui hoc
caſu, & vide in materia diſtinctionẽ Bar.in l.mutari.
ff.eod.& adducta ſuprà & circa reuocationem pro-
curatoris in iudicio, & extra iudicium ad negocia vi
deatur, in iiij.col.cum ſeq. & Bald. in cap.audita.de
reſtit.ſpoliat.& in d.l.vnica.Imo.& Abb.in d.cap.ex
parte.& Rot.de procur.in no.ij. iuxta additionem,
quando agitur cum certa perſona, quando cum in-
certa, & Imo.etiam in d.cap.mandaro.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio abſente vel impedito iudice coram ho-
neſta perſona interponi poteſt.*

2 *Appellans in abſentia iudicis, tenetur ad expenſas
in articulo executiuo factas, quouſque appellatio-
nem produxit.*

3 *Expenſæ contumaciales ſemper præſtantur, etiam
ſi contumax iuſtam habuerit cauſam litigandi?*

4 *Expenſæ executionis factæ poſt appellationem pro-
curatoris, de cuius mandato non conſtabat, vſque ad
productionem mandati ſolui debent.*

5 *Clericus ſi ante ſententiam non excipit, de priuile-
gio clericatus, tenetur ad expenſas.*

6 *Attentata poſt appellationem extraiudicialem, an
& quando veniunt reuocanda?*

DECISIO III.

1 SÆpe impedito iudice qui diffiniuit † coram alio,
vel honeſta perſona appellatur legitimè, Rot.de
appella.in not.I.Mil.in verbo, appellatio fieri debet.
& dico in alia deciſione incipiente, Appellauerat
quidam, contingit quòd habens pro ſe diffinitiuam
proceſsit ad executionem, & condemnatus poſt ali-
qualem proceſſum, produxit appellationem, fuit
2 concluſum, quòd ad expenſas † in articulo execu-
tiuo factas, vſque ad terminum, in quo appellatio-
nem talem exhibuit appellans, appellatio teneatur,
ex quo appellatus & iudex exequentes in nihilo
peccarunt appellationem ignorantes, poſt termi-
num autem appellationis productæ tenetur appel-
latus. l.ſi quis inficiatus. ff.depo. & not. Bald.ibi ad
vtrunque quòd quis poteſt habere iuſtam cauſam
litigandi vſque ad certam partem iudicij, & vſque
ad certam non: quod inquit tene menti propter ex-
penſ.refectionem. Appellans verò à culpa aut dolo
nequit excuſari, quia paſſus eſt expenſas fieri, & ad
executionem procedi, ideo ſibi imputetur. l. quòd
quis ex ſua culpa.ff.de reg.iur.cap.damnum. eodem
tit.in vj.ad hoc cap.exceptionem, de except.cap.j. in
princip.eo.tit.in vj.vbi differens excipere de excom-
municatione, condemnatur in expenſis, pro quo in
ſimili cap.finem litibus.de do.& contum. & ibi glo.
in verbo, expen. notans quòd omnes expenſæ † quæ 3
fiunt ob contumaciam alterius partis, indiſtinctè
præſtantur, qualemcunque litigandi cauſam ha-
buerit is, cui præſtatur, ad quod allegat multa iu-
ra facientia ad propoſitum: nec videtur carere ſu-
ſpicione malitię, qui citatus ſuper executione diſtu-
lit opponere de appellatione, forſan vt aduerſariũ
laboribus & expenſ.fatigaret, & de nullitate acto-
rum ageret, ac dictorum iurium: aut ſaltem eſt cul-
poſus, quod ſufficit, & forſitan non liber à contu-
macia, pro qua & qualibet etiam ante perempto-
rium fit in expen. condemnatio, & poſt perempto-
rium etiam excommunicatur, cum ſit delictum, ita
gloſ.in cap.j.de dolo & contuma. in vj.cap. j. cum ibi
not. de iudic. l.omne delictum. §. contumacia. ff.de
re mil.facit cap. j.in fine.& ibi Phil.Franc. de appel.
in vj. & l.eum quem temerè.iuncta gloſ. ff. de iudic.
vbi temeritas ad idem obligat, ac libelli confuſio ſe-
cundum vnam lecturã, & hoc etiam accidit, quan-
do quis appellat † pro alio, & verè eſt procura.& de 4
mandato non docet, ſiue non poſsit ſiue nollit quo-
niam eius principalis ſoluet expenſas executionis
vſque ad diem productionis mandati, de dolo, cul-
pa, aut negligentia ſua aut procuratoris, de qua etiã
regulariter tenetur. l.& eleganter. §. ſi dolo. l.arbi-
traria.§.dolo.ff.de dolo.l.ſi procurator.C.de procu-
ratoribus.cap.j.iuncta gloſ.vt lite non conteſtata.ca.
cum olim.de cauſa poſſeſ.& propriet. vbi gl.& cap.
ſignificante.cum gloſ.de appellat. & Philip.Franc.
in cap. ex ratione. colum viij. eodem titu.& iſtud in
pluribus cauſis abſque aliqua diſceptatione memi-
ni firmatum, quod etiam † in clerico non excipien- 5
te de priuilegio clericatus ante ſententiã, ſed poſtea
ad impediendum executionem, allegante ſe cleri-
cum, ac proceſſum inualidum, fuit aliàs tentum, vt
actori in expenſis ſatisfaceret, vt colligit Egid.deciſ.
ccxxvj. & in vna Saonẽn.lanarum 1518. coram do-
mino Iacobo Simonetta, eſt etiam obſeruatum, ad
hæc facit pertinenter Rota xxviij.in not. de appella.
quòd † attentata per iudicem vel partem poſt ap- 6
pellationem extraiudicialem ante notificationem
eiuſdem eis factam, non veniunt per modum at-
tentati reuocanda propter iuſtã ignorantiæ cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non dicitur deſerta. ſi in termino ad pro
ſequendum appellationem aſsignat a cõmiſſio eius fo-
ribus. licet non iudici fuit præſentata.*

2 *Terminus hominis quando ſuccedit loco termini iu-
ris, quomodo intelligatur.*

DECISIO IIII.

DE more eſt in palatio, quòd appellanti à diffi-
nitiua dantur apoſtoli reuerentiales, quia ius
deferr,& non deferens punitur,cap.de priore,cum
ibi not.de appellat.cap.cum appellationibus. eo.tit.
in vj. & hoc cum termino decem dierum in forma
ſolita.ita quòd ſi infra decendium cauſa appella-
tionis non reperiatur commiſſa, deſerta eſt appella-
1 tio. ſed licet præſentata ſit commiſsio † cauſæ ap-
pellationis iudici,ad quem die xj. concluſum fuit in
vna Roſcen. 1515. coram do.Antonio de Triuultiis
quòd non eſſet deſerta,dummodo die x.probaretur
data curſori vt præſentaret eam, ex quo conſtat de
diligentia,cui concluſioni non obſt.l.fin. §.illud. C.
de temp.appel.& Faſtol.dubio xxxvij.quòd vlterior
inſtantia & maior proſecutio requiruntur,quia lo-
quuntur in tempore appellationis finiendæ nõ pro-
ſequendę,vt hic quo caſu ſufficit itineris arreptio.c.
cum cauſam.de re iudic.ac reſcripti impetratio.cap.
ex parte. cap.dilectus.ij. de reſcript. Item inchoatio
vltima die, ſeu alia quælibet proſecutio Rot. Biſi-
gner in antiquior.xx. de appellat. cum non aſsigne-
tur terminus ad proſecutionem appellationis com-
plendam,ſed inchoandam, deciſio eſt vlt. aliàs lxvj.
eod.tit.in no.ita & Abb.poſt alios in cap.perſonas.ij.
col.ver.ij.caſu,& Philip.Franc.colum.iiij.ibi, ſecun-
dum principale. & ibi ſecundo caſu. & facit ad hæc
cap.ij.vbi etiam Abb.& Ioan.Andr.in cap. ſæpe. eo.
2 tit.dicens quòd terminus † hominis propriè eſt ad
inchoandum,iuris verò ad finiendum, & quamuis
ſimus in termino ſtatuto in curia,& exigatur maior
diligentia quàm ſit dictum ſecundum Abb.& Phil.
Franc.in d.cap.perſonas.ad d.deciſ.xx. nihilominus
vt ibi ſatis eſt adire Vicecancellarium aut locum te-
nentem, vel eum qui pro tempore ad ſignaturam
commiſsionum eſt præfectus, & ſi erit impeditus
proteſtari: vnde probare porrectam commiſsionem
ſucceſsiuè ſignatam, atque curſori exhibitam, vt
præſentet facta collegio curſorũ ſolutione, eſt oſten
dere omnem diligentiam & proſecutionem,& pluſ-
quàm adiuiſſe ſignare debentem, ac vltra quàm in
vno actu proteſtari,aut ſaltẽ proteſtationi æquipol-
lens, & ita Egid. inquit deciſ.dxciij. ſufficere quòd
in vna hora congrua fuerit quæſitus, qui ſignat
commiſsiones, & non potuerit congruo loco repe-
riri,ex quo tempus illud non datur ad complẽdum
ſed ad aliquam diligentiam faciendam, quæ præ-
miſſo modo probatur, & ſi eſſemus in caſu dubio,
Rota inclinat ſemper pro non deſertione, ſecun-
dum not.Pau.de Caſt.in l.j.ff.ſi quis cautio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deſerta dolo, aut negligentia procura-
toris nocet domino.*
2 *Agi poteſt ad intereſſe contra procuratorem, per
cuius negligentiam appellatio eſt deſerta.*
3 *Reſtitutio aduerſus deſertionem competit domino
ſi procurator,cuius cauſa appellatio dicitur deſerta,
non eſt ſoluendo.*
4 *Res ſpiritualis an recipiat æſtimationem?*
5 *Reſtitutio an impediat executionem?*

DECISIO V.

REgula iuris eſt, quòd ſi deſeritur † appellatio, 1
dolo aut negligentia procuratoris, non excu-
ſatur dominus, nec propterea competit ei reſtitu-
tio.l.& eleganter.§.ſi dolo.& l.arbitrio. §.dolo. ff. de
dolo.Ita tenet Spec.tit. de appellatio. §. nunc bre-
uiter.ver.quid ſi pars.Pau.& Card.in clem.ſicut,eo.
titu.Ange.& Imol.l.ab executore.ff.eod.not.Innoc.
& Ioan.Andr.cap.cum olim.de offi.deleg. quos re-
fert & ſequitur Philip.Franc. cap. ex ratione. de ap-
pel.iij.chart. vet. circa quartum impedimentum, &
gloſ.pen.poſt princ.in cap.cum acceſsiſſent.de reſti.
in integr. Sed poteſt agi contra † procuratores ad 2
intereſſe,vt in d.iuribus,cum ibi not.& l.à procura-
tore man.l.ſi procurator.de procurato. C. Fallit re-
gula,quando procurator † non eſſet ſoluendo,tunc 3
enim reſtitueretur dominus.d.§.ſi dolo.& glo.fin.d.
§.dolo.& pe.d.cap.cum voluiſſent. & ibi Abb.v.col.
pro regula & fallentia, Card.in d.clem.ſicut,allegat
ad fin.§.j.ff.de eo per quem fac.erit.Oldr.conſi.clvij.
& Philip.Franc. in d.c.ex ratione, differentiam non
eſſe ſoluendo in beneficialibus, quæ non recipiunt
æſtimationem, gloſ. cap.coram. de offic.delega. vbi
etiam Abb.& in cap. cum olim. remiſsiuè. de cauſa
poſſeſ.& propr. & cap.accedens. de conceſ.præben.
in quibus locis ponit an ſaltem indirectè res ſpiri-
tualis † recipiat aliquam æſtimationem, & poſſet in 4
beneficiis pretendi aliquod intereſſe æſtimabile. Hãc
fallentiam Rota non admiſit meo tẽpore, & ſi con-
ceſſa ſit reſtitutio cõſueta, prout de iure ex eo, quòd
cauſæ beneficiales & ſpirituales ſunt in curia quo-
tidianæ, vt plurimum tractantur per procuratores:
vnde impedirẽtur executiones cum magno partium
diſpendio, ex quo † reſtitutio regulariter impedit 5
executionem,l.vnica.C.in integr.reſti.po.& Abb.in
cap.ſuſcitata.de reſti.in integ.ita quòd ſtylus inter-
pretatur commiſsionem, ad quem commiſsio vide-
tur ſe referre.cap. ex literis.de conſtit.& proceditur
ad executionem, niſi in aliquibus cauſis alia iuſtifi-
catio aut excuſatio coadiuuans aut mouens iudi-
cem cõcurrat.l.j.ff.ex qui.cau.ma.& ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas an excuſet ab appellando, & appellatio-
nem proſequendo?*
2 *Publicatione teſtium denegata, an ex hoc ſenten-
tia impugnari poteſt.*
3 *Paupertas ne afflictio addatur afflicto eſt iuuanda.*
4 *Infirmitas an præbeat iuſtam cauſam excuſationis?*
5 *Reſtitutio an competat ſi propter obitum procura-
toris ſententia tranſiuit in rem iudicatam.*
6 *Pauperi quomodo prouideatur, quando agitur vt
rei iudicatæ pareat.*
7 *Pauper quis dicatur: vide remiſsiuè.*
8 *Appellans de ſtylo curiæ, dummodo infra annum ali
quid ſiat, habet biennium ad proſequendum & fi-
niendum appellationem.*

DECISIO VI.

FIrma eſt propoſitio, quòd excuſatur quis † ab 1
appellando,& ſi non fuerit appellationem proſe
cutus propter paupertatem. l.ſi procuratorem. §. ſi
ignorantes.ff.man.cum materia,tenent gl.l.inuitus.
C.de procur.c.non iniuſtè.eo.tit.vbi legiſtę.& cano-
niſtę communiter,ſcilicet Abb.anti.Hoſt.Collec.Io.
Andr.

And.Card.Imo.Bald.& Inno.in c.ex ratione.de ap-
pel.Et ibi etiam Abb.col.j.& Fely.in prin. Licet Bar.
in d.l.inuitus, contra, ex quo poteſt appellari viua
voce ſine impenſa.l.j.in fi.cum ſeq.ff.de appel. l.liti-
gatoribus.C.eo.intelligens.d.§. loqui tantum de ap-
pellatione exercenda, quam quis tenetur proſequi,
niſi ob inopiam excuſetur, qui verè loquitur ſolùm
de interponenda in omni ſui parte, cum de exercen
da verbum nullum.& ita Pau.de Caſt.in d.l.inuitus,
dicit & intelligit.d.§.quando ex forma,vel aliàs ap-
pellãs tenebatur proappellatione ſoluere gabellam,
prout per ſtatutũ ſoluitur in ciuitate Lucana, vt in-
ueni in regeſto vnius cauſæ Luca. domus coram me.
quod eſſet reſtringere & diuinare. Vnde Alex. me-
lius ibidem ſecundum Odof.Rich.Malum. & Salyc.
in d.§.quod non poteſt intelligi, quando non pote-
rat appellari viua voce. Sed hoc non eſt generale &
reſtringitur.Ideo Abb.in d.cap.non iniuſtè, intelli-
git,quando viua voce fuit appellatum incontinen-
ti. Et hoc puto verius non diſtincto an potuerit vel
non:Nam ſecundum Fulg.in d.§. vt inquit Alex. in
d.l.ſi non vult quis ſtatim, ſed cautè & conſulto ad-
uocato appellare,quo caſu neceſſarius eſt in ſcriptis
libellus.d.l.j.&in eo formãdo & concipiẽdo impen-
ſa,dicit Odof.in ſum.de procur.vlt.col. & Imo.in d.
cap.non iniuſtè.iiij. & ibi Collect. & Card.& repe-
ritur vna additio ad Collecta. in d. cap. quòd etiam
quando fuiſſet appellatum ſtatim paupertas profi-
ceret,vt voluit Bald.in l.ij.ff.ſi quis cautio.& in l.ac-
ceptam.C.de vſur.& Matheſil.ſingulari ſuo vltimo.
Sed ſi appellauit ſtatim viua voce,non videtur quòd
in eo proſit,in aliis videaurur quotæ allegatæ. Item
beneficium decendij ad appellandum ad hoc datur
inter cætera, & non eſt coarctandum, quia ſic au-
ferretur regula iudulrum, de reg.iur.in vj. cum nec
reperiatur cautum, quòd in aliquo caſu aſtringa-
tur quis ſtatim appellare. l.illam. C. de collat.& ita
dicit Imo.in d. cap. quòd non arctatur, cum in eius
ſit electione viua voce vel in ſcriptis appellare, poſ-
ſet enim pauper,qui minus prouidus & potens eſt,
quàm diues,habere patrocinium & alia: & quid,&
quomodo, & quando pro omni tuitione ſit appel-
landum ignorat, erraret de facili, ſi fuiſſet ei dene-
2 gata publicatio † teſtium, & diffinitiuè pronuncia-
rum, ſi à diffinitiua duntaxat appellaſſet,non à de-
negatione, quoniam non poſſet impugnare ſenten-
tiam propter denegationem, cap.cum I.& A. de re
iudic.Et ibi Abb.& ſic de aliis multis præmaturè &
ſine conſilio factis,excuſatur etiam, qui ob pauper-
tatem non eſt proteſtatus,nec potuit, & pro prote-
ſtante habetur,ait Bal.c.cæterum.de reſcri.Et ſi Bar.
bene videatur,aliter ſentit in d.§.ignorantes. quàm
in d.l.inuitus.&videtur dicere ꝙ paupertas etiam in
appellando excuſet. Sed an currant vel non, tẽpora
appellationis proſequendæ propter paupertatem?
Alex. in d.l.remittit ad no. per Inno. in d.c.ex ratio-
ne.de appel.& Bar.in l.fi.C.de cõd.inſer. Iaſ.verò ibi
allegando eoſdẽ.& Bal.etiã in aliis locis vult,quòd
paupertas nedum excuſet à proſequendo, verũ etiã
efficiat vt non currat tempus datum ad proſequen-
dum.Adducit ad hoc etiam in c.dilecti.de do. & cõt.
& in c.ægrotans.ij.q.iij.ſubiiciens Bald.dicere in l. ij.
§.ſi quis in iudicio,in fi.ff.ſi quis cautio. quòd Guil.
de Cun.euaſit quẽdam pauperem à pœna furcarum
qui appellauerat,& præ inopia appellationem proſe
cutus non fuerat. Et non obſt. quòd aliqui domini
conſiderabant auditores Rotæ poſſe protogare fa-
talia vigore Innocentianæ, cum modica aut nulla
impenſa,& quòd eſſet eludere plures res iudicatas
impedire executionẽ ratione paupertatis, Rota ad-
miſit hanc executionem & admittit, & habetur com
miſsio in ſimilibus,prout de iure, vel conſtito de le-
gitimo impedimento ad appellandum vel proſe-
quendum,&c.Et merito in iſtis, † quia iuuanda eſt 3
paupertas, ne afflicto addatur maior afflictio. l.
diuus.ff.de offic.præſid.ca.ex parte. de cler.ægro.&
compatiendum ad benefaciendum.c.licet. de cenſi.
& glo.in c.ad audientiam.de cleri. non reſid. aliàs ſi
non excuſaretur pauper, perderet forſan quicquid
parum ſupereſt,& eſſet necare eum,contra l.necare.
de alen.vel agnoſ.lib. Videamus enim quòd cogun-
tur impotentes deſerere cauſas, redire ad partes,
nullos dimittere procuratores, aut aliquos qui ne-
gligunt,cum nudi & inermes nequeant contende-
re,cap.frequens.de reſtit.ſpol.in vj. Pecunia nanque
eſt neruus belli, & vt plurimum excluduntur, vel
non ita audiuntur ab his,qui eos deberent benignè
iuuare, iuxta Iuuenal. Satyra 3. inquit, *Nihil habet
infelix paupertas durius in ſe, quàm quòd ridiculos
homines facit, & plurima ſunt quæ non audent omnes
homines pertuſa dicere leua profit.* Ergo in propoſito
paupertas prout in aliis prodeſt.§.ſed & propter pau
pertatem.inſti.de excu.tut.l.ſi quis ad declinandam.
C.de epiſ.& cler. cum ibi not. idem dicamus de in-
firmitate,† vt præſtet excuſationem, vel præbeat iu- 4
ſtam cauſam reſtitutionis, pro quo §.item propter
aduerſam valitudinem.inſti.de excu.tut.c.in tua.qui
ma.accuſ.poſ.ita Hoſt. & Io. Andr. in d.cap.non in-
iuſtè.& de vtroq;,ſcilicet paupertate & morbo etiam
Bald. videatur in d.l.ij. §.ſi quis in iudicio. ff. ſi quis
caut.& Bar.in l.quæſitum.de re iud.& Abb.poſt glo.
in cap.quærelam.de procur.facit etiam glo.in d.ca.ſi
ægrotans.& Gof.vbi ſuprà. Item ſi quis procurato-
rem dimittere non potuit, vel dimiſit † & obiit: & 5
ſententia tranſiuiſſet poſtea in rem iudicatam, dica-
tur nemine appellante aut proſequente,vel proro-
gari fatalia petente,& in aliis caſibus,ſi quis legiti-
mè fuerit impeditus,vel ſit ſaltem iuſta cauſa ad ob
tinendam reſtitutionem,quæ(vt ſuprà) proficiat.l.j.
l.ſed & ſi prætorem.§.j.iuncta glo.& ibi Bart.ex qui.
cau.ma.& Bart.etiam in l.fin.col.ij.ff.de in integ.re-
ſti.& gl.in d.cap. ſi ægrotans. & de caſu mortis pro-
curatorum ſæpius fuit obſeruatum in Rota, habita
commiſsione,vt eſt dictum. Sed quomodo conſide-
ratur paupertas aduertendum, & in quanto debet
prouideri † pauperi:quia quãdo agitur vt rei iudica- 6
tæ,quoad fructus & expenſas,pareatur,ſupponitur
beneficium c.Odoardus.de ſolut. Rota,cuiquam cle
rico quantumcunq; infimo aſsignat annuatim pro
victu & veſtitu, ſine quibus vitam ducere non poſ-
ſumus.cap.ſi quis propter.de fru. ducat. auri de ca-
mera xxiiij. & ſi quid vltra habeat conſignatur vi-
ctori vſque ad integram ſatisfactionẽ, niſi condem-
natus eſſet miles, doctor, aut aliàs qualificatus, cui
ex arbitrio auget qualitatem perſonæ, & patriæ vbi
habitat,fertilitatis,& ſterilitatis habita cõſideratio-
ne,prout in conſtitutione dotis,inſpecta quantitate
patrimonij,& dignitate perſonæ.l.cum poſt. §.verò.

ff.de iu.dot. & etiam commune remedium ceſsionis bonorum ad fugiendos carceres, & de eo inſtit. de actio.§.fin.& l.j.C.qui bon.ced.poſ.functa l.fin.eod. tit.quæ de dilatione quinquennali ac creditorum alternatiua electione diſponit,& Rot.xxij. de reſtitu. ſpoliat.in antiq.& xxxj.de re iudic. & in materia ca: olim.ij de reſtit.ſpol.& ibi Ioan. Andr. vltra remed. d.c.Odoardus.& in practica pro clericis beneficiatis remedium c.peruenit.de fideiuſſ. quo beneficio fructus condemnati aſsignantur victori, deducta ſumma,vt eſt dictum,ne victus egeat: eſt & aliud ex benignitate canonica conceſſum delinquẽti,de quo l.di.ſtudeat ne fame pereat,pro quo cap. cum haberet.de eo qui dux.in matrim.quam pol.per adulr.& facit cap.Henricus de cle.pug.in duello,aliàs autem
7 quis †dicatur pauper.traditur per Bar.in l.ſi conſtante.in princ.ff ſol.matrim.ij.q.col.iij.& Abb.in cap.j. de accuſat.vbi habetur quòd in caſibus quibus à iure expreſſum ſtatut expreſsioni, quando non in rebus leuis præiudicij ſtamus opinioni vulgari, ſi magni, relinquitur arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonarum,cauſarum, & terrarum.Et quia de aſſecutione & deſertione appellationis eſt dictum, ne ſtylus palatij antiquus, & qui eſt in viridi obſeruantia obliuioni tradatur.Inſtit.de teſtam. in princi.
8 Sciendum quòd licet appellanti † regulariter detur annus ad proſequendum & finiendum, & ex cauſa biennium,auth.ei qui appellat.C.de tempo. appella. cap.cum ſit romana.de appel.in curia tamen ſine tali cauſa datur biennium forſan,ex eo quòd frequentiores ſunt cauſæ forenſium, qui non modico tempore ad veniendum & conducendum teſtes, ac portandum inſtrumenta indigent. Item quia multitudo eſt cauſarũ maxima de vniuerſis Chriſtianorum regionibus, & ſatis eſt ita eſſe introductum, quòd procedit,dummodo infra annum aliquis actus fiat, prout ſeruatur,& ponit Faſ.dub. Rotæ xxxvij.quando verò deſeritur appellatio lapſu biennij, non vidi dari triennium eo modo, quo extra curiam ex cauſa tribuitur biennium, quia nec ſimpliciter curia admittit biennium, ſicut ius commune annum, cum velit quòd aliquid fiat, vt eſt dictum, quod non eſt ſic de anno iuris vt requiratur intra ſemeſtre aliquid fieri, cum ſufficiat etiam in vltimo induciarũ termino anni comparere.auth. item ſi appellatione. C.de tempo.appellat.quod qualiter intelligatur videatur ibi Bart.& Abb.poſt Ioan.Andr.& Butrig.c. ex ratione.v.quæſt.de appel. verum eſt quod d. cap. ex ratione, prouidet ex cauſa de tertio anno. Et ita ibi declarat Philip.Franc.colum.viij.verſi. circa tertium impedimentum. ſed ſi vt ferretur ſententia, quis ſumma ope inſteterit,non labitur fatale biennij. l.fin.§.illud.de tempor.appel.C.Rot.xxxviij. de appel.in antiq.& cauti procuratores petunt ſemel,bis, & ter pronunciari parte citata, & annotari in regeſtro petitionem per notarium cauſæ, cap. quoniam contra. de probat. & ſi aliud prætendatur impedimentum, habetur commiſsio conſtito de legitimo impedimento. vel prout de iure, & curritur ad ca. ex ratione. cùm mate. aliàs habetur cõmiſsio quòd decernantur executoriales, & taxentur expenſæ, ſi ſententia non fuerit habita in biennio, cum concluſio non ſufficiat, vt in d. deciſ. xxxviij. quoniam licet poſſet auditor pronunciare ſuper deſertione, ſecundum Rot.iiij.de appellationibus. in no.ix.xiiij. & xxiiij.cum aliis, tamen non ſolet, & rariſsimè id facit meo tempore, & (vt dicunt antiquiores) pro poſſe eſt abſtinendum pro partium commoditate, & minori diſpendio.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio fatalium facta procuratore putatiuo citato,an valeat?*

2 *Auditor Rotæ vigore Innocentianæ poteſt prorogare fatalia.*

3 *Iudicem poſſe ſupplere defectum tutoris, quomodo intelligatur,& quid agere & ſcire debeat?*

4 *Motu proprio principis aliquid eſſe factum, non præſumitur,niſi id exprimat.*

5 *Appellanti ſi auditor dat reuerentiales, quæ concurrere & interuenire debeant, vt verè eos dediſſe videatur.*

6 *Arbiter & arbitrator qua poteſtate vſus eſſe videatur,ſi ſimpliciter pronunciauit,vide remiſsiuè.*

7 *Clauſula omni meliori modo,quando ſubiungitur in aliqua diſpoſitione,in qua eſt expreſſus ineptus,quid operetur?*

8 *Fatalia etiam ſine citatione partis in vim bullæ Innocentianæ prorogari poſſunt.*

9 *Fatalia ſi prorogantur in vim commiſsionis,legitima citatio partis an ſit neceſſaria?*

DECISIO VII.

QVamuis auditor Rotæ vigore Innocentianæ poſsit prorogare fatalia, vel de nouo concedere:tamen ſi ad partis†inſtantiam prorogat,& non 1
procurator,ſeu qui putabatur, vel qui non acceptauerat ad videndum prorogari citatus reperiatur, dubitatum eſt in vna Roman. domorum coram domino Hugone de Spina, de menſe Martij 1521. an prorogatio valeat, & vna pars dominorum dicebat quòd ſic, quia Rota aliquando tranſiuerat in dubio pro non deſertione ad doctrinam Pau. de Caſt. l.j.ff.ſi quis cautio.ad hoc poteſt adduci,quia ſi aliunde quàm per Innocentianam, vel quia extat commiſsio,poterat auditor prorogare, debet tenere ex capite vtili non inſpecto inutili,& eo modo quo poteſt regula vtile,de regul.iur.in vj.& Bartol. in l.j.§. ſi quis ita.ff.de verb. oblig. Nam quod non tenet ex vna poteſtate,ſuſtinetur ex alia.l.iij.ff.de milit.teſta. & actus ab ea geſtus præſumitur ſecundũ modum, qui poteſt ſubſtineri,not. Abb.cap.niſi eſſent. j. col. de præbend.in vj.de quo Innocent. & poſt alios latè Fely.cap.cum ex officij.de præſcript.ix.colum.cum ſequen. vſque ad vlti.char. & licet papa in prorogatione per commiſsionem manuum apponat, nihilominus poteſt auditor † vigore Innocentianæ proro- 2
gare.l.iij.ff.de milit.teſtam. & ita fuit in Rota obtentum aliquando: aliquando & nouiſsimè valdè dubitatum, quando ſequitur commiſsionem, an teneat in caſu dubij, alia pars tenebat quòd non:quia in iſtis requiruntur ſcientia & voluntas,de qua conſtet, prout inquiunt Bartol.Salyc.& Paul. de Caſtr. l.ſi curatorem. C. de in integr. reſtitut. mi. quòd licet iudex, † quando tutor haberi non poteſt, poſſet 3
eius defectum ſupplere,argum.l.ſi longius.de iudic. l.ſi cum dotem.ff.ſol.matrim. tamen hoc intelligitur

dummodo

dummodo ſciat, quod tutorem non habet, & id fa-
ciat ea intentione, vt ſuppleat. Ideo debet exprimi
in actis, ſciens tutorem non habere, & volens ſup-
plere, quod nõ eſt in propoſito, ad hoc Ang. in tract.
male. in verb. ex eius mero officio. & c. ſi motu pro-
prio. de præb. in vj. quod nõ dicitur facere princeps
4 † motu proprio, niſi exprimat: & hæc pars mihi pla-
cuit, pro qua facit, quòd quando dat auditor reue-
5 rentiales in formã appellanti † & petenti apoſtolos,
videtur dediſſe eos, ſi à diffinitiua & intra decen-
dium, ac à legitima perſona appelletur, & petantur,
aliàs refutatorios, & iſte eſt ſtylus palatij, & ſi appel
lans non erat principalis, nec procu. ſententia tran-
ſit in rem iudicatam, nec videtur appellationi dela-
tum: licet iudex aliàs poſſet deferre vt videmus, ergo
non ſuſtinemus actũ ex capite poſsibili, patet, quia
auditor voluit vti Innocentiana, ſed partis inſtan-
tiam reſpexit, neque de Innocentiana à parte, nec
iudice aliquid dictum, & per hæc non obſtant mo-
tiua pro affirmatiua. & quia ſumus magis in claro,
quàm in dubio, quam poteſtatem pars & auditor ele
gerint, ceſſat doctrina Paul. de Caſtr. allegat & alia
fundamenta, quia etiam coniecturæ. l. continuus. §.
cum ita. ff. de verb. obligat. & ſubintrat illud quod
potuit, voluit, & c. multum. C. ſi quis alte. vel ſi. cum
ſuper. de offic. deleg. & quod dicitur de procurato-
re, & aliis agentibus ex capite incongruo, qui pote-
rat ex congruo & valido. l. habeat. ff. de inſtit. Ludo.
Rom. conſil. ccccxlvj. & ccccxcvj. vbi plura ad pro-
6 poſitum. Item quando arbiter † & arbitrator ſimpli-
citer pronunciat non expreſſo, an ex altera vel vtra-
que poteſtate, communiter dicitur, quòd debêt in-
ſpici acta, per quæ etiam ſi ſimus in dubio, mens de-
claratur iudicantis, refert Fely. n. d. cap. cum ex offi-
cij. col. xv. vnde etiam ſi eſſemus in dubio, ex actis
apparet, quòd nihil in vim Innocentianæ, ſed magis
ex alia facultate. facit etiam quod voluit Spec. in tit.
de actore vniuerſitatis, ver. Sed pone, quem refert
& ſequitur Abb. in c. petitio. in fi. de procurat. quòd
conſtituens ſub nomine ſyndici actoris, procurat. &
nego. geſto. intelligitur facere iuxta ſubiectam ma-
teriam, vt etiam Fely. in d. cap. cum ex officij. xj. col.
Ergo & auditor iuxta tenorem petitionis, in qua de
Innocentiana verbum nullum. Item quia etiam
7 quando ſumus in caſu in quo aliquid fit, cum † clau
ſula omni meliori modo, ſi eſt expreſſus modus in-
eptus, non operatur, niſi in expreſſo, quãdo modus
aptus non deſcendit ex expreſſo. Cal. conſil. j. de ac-
cuſat. Anch. conſil. ccclvij. Fely. d. cap. cum ſuper. vlt.
col. ſed in caſu iſto, eſt expreſſa via commiſsionis,
vel alia ſeparata ab Innocentiana: ergo concluſio
fuit, quòd ſocietas confalonis, contra quam Maria
obiiciebat de re iudicata, impetraret reſtitutionem
aduerſus deſertionem ob culpam, aut negligentiam
procuratoris. Pro aliquali concordia occurrit, quod
affirmatiua procedat, quando nulla eſt commiſsio
ſuper prorogatione, & citatur bonus vel putatiuus
8 procurator † ad videndum prorogari fatalia in vim
bullæ Innocentianæ, quia & pars & iudex ad Inno
centianam reſpexerunt, maximè, quando ex alio ca-
pite prorogare non poſſet, vt non vitiet citatio de
non legitima perſona facta, quando & ſine ea va-
luiſſet prorogatio: quo caſu etiam ſine citatione
non diceretur iuxta Innocentianam, ſed ſimplici-
ter ad videndum prorogari. Idem etiam & ſeruitent
ad hæc prima fundamenta, & frequens vſus procu-
ratorum ad Innocentianam recurrentium, tãquam
ad promptum & ſecurum remedium. Negatiua ve-
rò quando eſt ſuper prorogatione, commiſsio & ci-
tatio fit ad prorogandum iuxta tenorem commiſ-
ſionis, & reperitur facta contra non legitimam per-
ſonam, vt in ſecundis fundamẽtis, niſi quis diceret
quòd virtute commiſsionis † hoc fieri poſſet ſine ci- 9
tatione, quod non videtur, quoniam nec fidem fa-
ceret, niſi parte citata, ad gloſ. Bart. in extrauag. ad
reprimendum, ſuper verbo de plano, quo. in crimine
læſæ maieſt. proced. Egid. deciſ. xxvij. & Ludouic.
Roman. conſil. cccccxix.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi non inuento iudice à quo, coram ho-
neſta perſona appellauit, an teneatur redire ad eun-
dem pro apoſtolis, vel probare ipſum in momento
impeditum, & num. 3. & 6.*
2 *Appellationis modus quando iudicis præſentia ha-
beri non poteſt?*
4 *Appellans termino iuris aſsignato, & interim, &c.
tenetur pro apoſtolis iudicem adire, antequam la-
bantur dies triginta.*
5 *Iudex de apoſtolis reſpondere, vſque ad vltimum
momentum non tenetur.*
6 *Appellatio in abſentia iudicis à quo coram hone-
ſta perſona, quomodo fieri poſsit & debeat?*
7 *Domicilium iudicis dicitur congruus locus ad ap-
pellandum & apoſtolos petendum intra tempus
debitum.*
8 *Apoſtoli, quando in abſentia iudicis appellatur, an
neceſſariò peti debeant?*
9 *Triginta dies ad recipiendum apoſtolos, quando cur
rere incipiant, vide remiſsiuè.*
10 *Iudex non deferens appellationi interpoſitæ à diff-
nitiua puniri poteſt.*

DECISIO VIII.

APpellauerat quidam biduo ante curſum decen
dij coram honeſta perſona, quæſita iudice à
quo, & non inuento, † nec curauerat poſtea redire 1
ad iudicem ipſum pro apoſtolis, nec probare quòd
fuiſſet in momento impeditus, fuit à maiori parte do
minorum concluſum in vna coram do. Hugone de
Spina 1519. quòd non eſſet deſerta appellatio: &
pro concluſione allegata deciſio Egid. ccclxxxj. Et
quia paſſus eſt dubius, & caſus quotidianus, arro-
gam exemplo legiſlatorũ. l. legaui. in princ. ff. de lib.
leg. aliqua motiua hincinde pro viribus. Et pro affir
matiua & deſertione, quam aliqui tenebant, facit c.
ab eo. de appel. in vj. vbi dicitur, quòd à iudice ſunt
exhibendi apoſtoli, aliàs præſumitur appellationi
renunciare appellans, ſi intra tempus petere præ-
termittat, ad hoc in ſimili c. ſi tibi abſenti. verſ. ſed ſi
epiſcopus. de præb. eod. titu. Item videmus in curia,
quando non reperitur iudex intra decendium, cau-
ti procuratores veniunt ad eius habitationem tem-
pore momenti, & ſi nequeunt habere eius copiã ap-
pellant, aut petunt † reſponderi de apoſtolis coram 2
quocunq; notario & teſtibus, cum proteſtatione de
abſentia sui impedimento. iuxta c. fi. de appel. quaſi
ſtylus innuat non eſſe ſatis ita appellaſſe, ſi in mo-

mento,data iudicis copia non redeat ad ipſum ap-
pellans pro apoſtolis:ad idem quod inquit Butr.in c.
ex ratione.ver.ex his deciditur.eod.tit.quòd appel-
lans quis nō potuit habere copiam papæ,debet pro-
teſtari de impedimento ſecundum gl.in verbo pro-
poſita.in c.cupientes.§ quòd ſi per viginti.de elect.
in vj.Subiiciens non eſſe ſatis quòd ſemel fuerit im
peditus,cùm oporteat quòd durauerit & cōſtet du
rare: quia ſi hodie non potuit habere copiam papæ,
habebit craſtina.Et quod Ang. ait in auth. ſed lis.C.
de temp. appel. videlicet, vt cauſa appellationis in
terminis d.auth.remaneat intacta abſq; damno mo-
tæ, ſi appellans fuerit ſollicitus ad introducendum
eam in cōſiſtorio principis,& non potuerit, ex quo
aditum ad principem non habuerit: pro quo tex.in
l.fi.§.illud.C.de temp.appel. ibi, ſumma ope nixum
litem exercere, quaſi vſque ad finem termini iuris,
quoties detur facultas,debet redire ad iudicem pro
3 † appellatione ſeu apoſtolis. ad idem Bal. in authen.
item ſi appellatione. & Salyc. in d.§.illud. eod.titu.
quòd licet regulariter ſufficiat vna interpellatio.l.
titia ſeya.§.ſeya.de leg.ij.& l.mora, in princip. cum
ibi not.per Bar.ff.de vſur. in cauſa tamen appellatio-
nis non ſufficeret,ideo debet cum ea inſtantia & di-
ligentia,cum qua ſunt petendi apoſtoli. Item ſi fieri
poteſt, appellandum eſt coram iudice à quo, & ab
eo petendi apoſtoli, vt eidem honor debitus tribua-
tur, l.omnem honorem. C. quando prouoc. non eſt
neceſ.& c.vt debitus.de app.habita ergo copia ipſius
vſq; ad vltimum momentū adiri debuit. facit quod
referendo Marheſi.ſequitur Fely.in c.ex tranſmiſſa.
circa medium,de præſcr.qui appellans coram hone-
ſtis iuris ob defectum contingentem in perſona iu-
dicis à quo,debet altera die requirere iudicem.Et ita
conſuluit Alex.conſ.xix.vol.x. ibi, circa ſecundum:
volens,quòd interim debeat requiri,dicens proba-
ri in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori. cum ibi not.
per Bar.op.iij.ff.de no.ope.nun.faciunt not.per gloſ.
in verbo,expectandi.in p.c.de conſue.rec.feud. Pro-
4 pterea quando iudex aſsignat † terminum iuris, &
interim quandocunque tenetur appellans ante flu-
xum xxx.dierum adire iudicē pro apoſtolis ſub pœ-
na renunciationis appellationis, aut deſertionis; &
iudex ſub pœna dare.l.iudicibus.C.de appel.l.vnica,
iuncta gl.ff.de libel.dimiſſo.& d. ca.ab eod.& ſi ante
vltimum momentū requiratur,poteſt dicere,prout
practicatur,ſi velit differre, nolo adhuc reſpondere,
5 † quia ſum in termino,cum poſsit intra tempus iu-
ris tenere impeditum appellantem, cle. quamuis. §.
pen.& fi.vbi etiam glo.de appel.vnde videtur fauo-
re & beneficio iudicis terminus appoſitus,& conſe-
quenter appellans aſtrictus ad expectandum vlti-
mam horam pro habēdo iudicis præſentia,aut pro-
banda abſentia ſeu impedimēto,vt eſt dictum. Pro
conclusione verò ac validitate appellationis abſque
6 deſertione † facit, quia ſi iudex ſe abſentet à loco iu-
dicij, ſufficit appellare coram perſona auctentica,
nec tenetur appellans ſequi alibi iudicem pro inti-
manda appellatione, & petendis apoſtolis. l. ij. §.bi-
duum,ver.dies. ff. quando appel.ſit. & ſatis eſt pro-
ſequi coram iudice ad quem, ſecundum Egid.in d.
deciſ.ccclxxxj.Et appellari poteſt ac peti apoſtoli in
abſentia iudicis coram aliis, cum proteſtatione de
abſentia,vt inquit Mil. in ver.appellatio fieri debet.
Item ſatis eſt ſemel requirere iudicem congruis lo-
co & tempore, & ſi fuerit abſens,potuit appellari in
loco tribunalis tanquā congruo,vt in d.§.biduum.
cum ſequen.& voluerunt Archid.& Ioan.Andr.in
c.ab eo,ad hoc Rot.50. in no.eod.tit.volens ſatis eſ-
ſe iudicem in abſentia congruis loco & tēpore fuiſ-
ſe requiſitum, & proteſtari quòd libenter appella-
ret,ac apoſtolos peteret à iudice à quo, ſi eius præ-
ſentiam habere poſſet,& non aſtringitur,etiā quan-
do appellationem potuit iudici intimare.Item quòd
locus domicilij † fuit congruus ad appellandum,& 7
petendum apoſtolos infra tempus debitum prout
contigerat hic,quòd non inuento iudice in domo ibi
coram honeſta perſona fuerit appellatum, & petiti
apoſtoli ſaltem teſtimoniales vnico contextu, iuxta
formam dictæ cle. quamuis, & ſic iuri ſatisfactum,
fortius firmat Phil.Fran.in d.cap.fi.quæſt.xiij.quòd
quando † appellatur in abſentia iudicis, non ſunt 8
de neceſſitate petendi apoſtoli,ſecundum Spec. eo.
titu.in iiij. parte. § ſequitur videre. ver. notandum.
Igitur quamuis ad cautelam poſsit appellari coram
honeſta perſona, tamen id non eſt neceſſe, ita te-
nent etiam Bald. & Angel. in l ij. C. de his qui per
met. iudic. non appella ea ratione quia reuerentia-
les aut refutatorios apoſtolos nullus alius dare po-
teſt iudex à quo,in d.cap.ab eo.& cap.ſuper.eod.tit.
& lib.nec à iudice ad quem,ſi coram eo eſſet appel-
latum peti deberent ex quo dare non poteſt. Super
hoc autem ſunt opiniones in contrarium, voluit
Rot. deciſione prædicta, quòd apoſtolorum peti-
tio nequeat omitti ex eo,quòd apoſtoli ſunt pars &
eſſentia appellationis, aliàs fruſtrà doctores diſpu-
tarent in d. cap.eo. & in d. clem. quamuis ante xxx.
† dies pro apoſtolis currunt à die prolationis ſenten 9
tiæ vel appellationis interpoſitæ:quicunque ergo ſit
appellans, quando non petierit, reputabatur non
appellaſſe,vt in dictis iuribus & aliis ibidem addu-
ctis.& opinionem dictæ deciſionis in hoc, vt verum
tenet Domi.in d.c. ab eo. & cum ea etiam tranſit ibi
referendo Rot.Phil Franc.quamuis ex aduerſo for-
ſan dici poſſet diſputationem fore vtilem & neceſſa-
riam quando appellatur à iudice in eius præſentia,vt
tunc ſunt petendi apoſtoli poſtquam dare poteſt,
non quando in abſentia. Vide tamen Archid. & Io.
And.in d.c.ab eo,tenētis quòd non ſit de ſubſtātia,
vt peti debeant apoſtoli in ipſa appellatione, dum-
modo intra xxx. dies petantur, redeundo ad caſum
deciſionis ſubiungit Philip.Fran. in d.q.xiij. ad pro-
poſitum,quod non eſt neceſſe reuerſo poſtea iudice
redire ad eum pro petendis iteratò apoſtolis, cùm
ſufficiat quòd ſemel fuerit requiſitus,& ita antiqui
domini,vt inquit Fely.in d.cap.ex tranſmiſſa, tene-
bant:quibus tamen pro affirmatiua ipſo reſpondet,
vt ibi.Nihilominus etiam pro negatiua facit † quia 10
ius defert appellationi à diffinitiua,& iudex non de-
ferens punitur,cap.de priore.cum ibi not.de appel.
c.cum appellationibus.eod.tit.in vj. Igitur ſatis eſſe
debet ſemel appellaſſe, & apoſtolos petiiſſe, cum à
iure videatur delatum.Nec obſt.quòd bis ad minus
peti debuiſſent,vt dicunt ſcribentes in d. cap.ab eo,
ſuper verbo,ſæpius.Nam illud erat ante d cl.quam-
uis,quæ vnica petitione eſt contēta. Et ad dicta Bal.
Angel.& Alexand & alium, poteſt pro negatiua
reſpondere, quòd loquuntur de tempore appella-
tionis

tionis proſequeudæ anni, vel biennij ad materiam, d.aoth.ſed lis.& aorhen.qui de appel.eod. tit.pront etiam loquitur tex. in d. §. illud. Et hoc eſt ſatis dinerſum à terminis appellandi,& apoſtolos petendi. l.papinianus exuli. ff. de minor. Et quòd cauti viri expectent momentum & non videtur ex prædictis oeceſſarium, ſed fit ab abundantem cautelam, quæ non nocet & tollit omnem dubitationem. l. teſtameorum. C.de teſtam.& cap.bonæ.el j.de electio.ex quo non teperitur expreſſum, quod debeat expectari momentum.l.illam. C.de collaio. Nec dicatur quòd appellans poſſet captare iudicem impeditum tertia, ſexta, aut oona die, & tunc appellare coram hnneſta perſona, poſt factam diligentiam de indice reperiendo, & eo modo vitare ne coram eo appellaret, ſi ſemel ante momentum abſentia vel impedimentum ſufficeret, quinimo fugeret refutatorios apoſtolos, quos forſan habuiſſet, quod non debet poſſe eſſe in poteſtate partis, contra honorem iudicis ac io præiudicium aduerſarij, quoniam poteſt dici non eſſe abſonũ, ex quo durius eſſet tenere condemnatum, cuius fauore eſt datus à lege terminus appellandi & apoſtolos petendi, vel ſaltem ita eius contemplatione, ſicut & iudicialiter impeditum, quòd omoi die cogeretur cum diſpendio & labore data abſeotia inquirere indicem, etiam vſque ad vltimum momentum: quid enim ſi ob cauſam ſuper qua lis vertitur, aut alia negocia compelleretur ſtatim poſt ſententiam aut diem ſequentem, ſeo vlteriorem prope finem decendij longius peregrinari, vtique lex deboit eſſe contenta tali diligentia, per quam iudici honor eſt tributus abſque contemptu, & magis abſentię iudicis in dubio eſt imputandum, partique ſubueniendum, quàm fraudi aſcribendum, argum. cap. fin.cum ibi nota.de præſumptio. Adde clemen. quamuis, cum gloſ. dicendum quòd licet appellans iudice oolente reſpondere ante finem termini iuris de apoſtolis cogatur expectari, ſi per totũ terminum eus offerre voluerit, arg.c.ſi à iudice.de appellatio.in vj. cum non dicatur morosſus iudex ante lapſum termini, tamen appellans noo tenetur iterum adire iudicem poſtea quàm ſemel intra termioum petiit, per quam petitionem videtur iuri ſatisfeciſſe, prout gl.& Card.inquiunt in d.cle. Nam eiuſmodi terminus pro apoſtolis communis eſt tam appellanti quàm iudici, & ab eo tempore quo incipit currere appellanti & iudici à quo, vt not. Philip. Franc.in d.c.ab eo in prioc. Verum pro affirmatiua ad illud quod ſufficiat io abſentia appellare, & apoſtolos petere abſq; eo, quòd iterato iudex ſit adeundus, dici poſſet, vt procedat quaodo fuit in vltimo momento appellatum, non ante momeotũ, vel quando aotè, ſi fuiſſet doctũ de abſentia aut impedimento iudicis, etiam in ipſo momeoto. Et quòd in his caſibus duntaxat verificétur dicta eorũ, qui voluot, ꝙ non debeat iterum adiri, ac Fel.in d.c. ex tranſmiſſa. non obſtãte ꝙ ptu negatiua in dubio pro validitate appellationis accipimus.l.quoties.ff.de re.du.& in c. abbate.de ver.ſig.& pro oõ deſertiooe ad doctrinam Pau.de Ca.io l.j.ff.ſi quis cau.& ꝙ hoc tenẽdo nil ali cui tollitur, cũ veritas perquiratur, quæ magis inueſtigatur, & ſi manifeſtetur ei, omnia credere debent.viij.di. veritate. poſſeot etiam alia pro vtraque parte cõſiderari, & vtilis eſſet principis declaratio.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia an currant pendente termino remiſſoriæ?*
2 *Cautela optima pro quocunque volente diffinitiuè pronunciare.*
3 *Fatalium curſus publico fauore introductus exiſtit.*
4 *Tempus in dubio præſumitur præfixum inſtantiæ, non iudici.*
5 *Appellanti an currat tempus, ſi facto iudicis vel partis fuerit impeditus?*
6 *Impedimentum appellati petentis remiſſoriam excuſat appellantem.*
7 *Pendente partium compromiſſo tempus non currit ad proſequendam appellationem.*
8 *Solennitates iuris quando non ſint remiſſibiles per partes?*
9 *Iuriſdictio quando poſſit prorogari de tempore ád tempus per partes, vide remiſſiuè.*
10 *Terminus præfixus inſtantiæ debet intelligi, ſi infra dictum terminum cauſa poteſt expediri.*

DECISIO IX.

AN eſſet deſerta appellatio in voa coram dominoo Camillo de Ballionibus 1516. fuit dubitatum ex eo, quòd durante termino † remiſſoriæ datæ 1
ad partes pro examinandis teſtibus, iuxta c. præſentium.de teſti.in vj.lapſum eſt biennium quod in curia datur ad proſequendum & finiendum, dummodo infra annum aliquid fiat, prout dico in deciſ. incipiente, firma eſt propoſitio, ſub tit.de appel.& ponit Faſto.dubio Rotæ, xxxvij. Et voa pars dominorum volebat noo eſſe deſertam, nec decurriſſe fatalia, ex quo pendẽte dilatione iudicis officium quieſcit.l.ſiue pars.C.de dilatio. & iudex debet expectare douec ſit finita dilatio, & ſic noo eſt quid imputetur parti appellanti, ad hoc dictum Cyn. & Dyn. quod refert Bald.in l.ſi cum ipſe. ff.de excuſatio. tuto.quòd caueatur ſtatuto, quòd quælibet cauſa infra tres menſes decidatur, & aduerſarius ad looginquas partes gratia teſtium producendorum dilationem petat, quæ vltra dictum tempus extendatur quòd non obſtante ſtatuto pars debet audiri, & poſt menſes tres de cauſa cognoſci, quod eſt ootatu dignum, ait Bal.accedit quod ſcribit ipſe Spe. in tit.de appel.§.nunc breuiter tranſcurrendũ eſt, ver. quid ergo ſi appellatur, col.ij. quòd in cauſis totius vrbis ad ſupremũ tribunal per appellationẽ delatis, non poteſt iuris rigor per omnia ſeruari, cum quandoque oporteat remiſſiones ad prouincias remotas ſuper variis articulis fieri, quæ nõ poſſunt infra breuis termini ſpatiũ expediri, nihilominus (inquit) de hoc ſæpe excipi videmus, ſed.rarò pronunciari. Pars alia forſan maior tenuit oppoſitum, quaſi id non ſit iure cautum, l.illam. C.de collat. Secundò, quia eſſet nimiũ differre cauſarũ expeditionem, quæ quantò citius finiendæ ſunt d.l.properandum. C.de iudic.& c.finem litibus.de do.& contu. Tertiò, quia eſt quid parti imputetur, quare paſſa eſt talem concedi dilationem, quæ bienniũ excederet, eſſet longa vel breuis inſpecta, eo quod ſupererat de biennio conceſſionis tẽpore, arg.l.ij.§.quid diximus. ff. ſi quis caut. Seu quia non petiit prorogari fatalia ꝙ vnicuiq; petenti in Rota conceditur vigore Innocentianæ, & etiam paruo diſpendio ac breui ſpatio fit per viam commiſſionis, ad l. ſiue. pars, reſpondebatur quòd

iudex potoiſſet pronunciare reuocando dilationem
2 remiſſoriæ,ſicut de mote † in palatio auditores pro-
nunciant diffinitinè reuocans prius dilationibus,
& datis refutatoriis quibuſcunq; appellationibos,
& eſt optima cautela pro qoocunque diffiniente in
quocunque tribunali,no. eam vel ſecundo,licet io-
dex debeat finem dilationis expectare, qoòd non
3 iden minus currunt fatalia.qoorom † curſus eſt pu-
blico fauote inductus,vt not. Abb.in ca.ex ratione.
col.ij.circa fi.de appel.ad not. per Batt. io d.l.ſi com
ipſe.quem ſequitor Iaſ.in l.propetandum. in princi.
col.vj.in v. limit. C.de iudic. fuit reſponſum proce-
dcre,quando terminos præfigitur liti, ſecus ſi præ-
figatur iuriſdictioni, prout præfigitut in cauſa ap-
pellationis,ſecundũ Alex.qui ad hoc fuit allegatus,
conſi.cüij.vol.v.vt tunc nequcant per eiuſmodi dila-
tiones prorogari ad not.Inno.in c.de cauſis. de offi.
deleg.quemadmodum Bald.ſentit in d.l.& Felyn. in
cap.venerabilis,in ſecunda concluſ.col.v.de iod.vbi
4 ait quòd in dubio tempus † præſumitor præfixom
inſtantiæ & non indicis,quia hoc modo obuiatur im
mortalitati litium, ſecuodum Io. Andt.in addit.ad
Spec.in tit.de leg.§.teſtat,quod ſequitor Imo.in d.c.
de cauſis.dicens eſſe menti teneodom.Spec.verò(vt
dicebat)pars iſta non loquitut io iſtis terminis, vel
non figit pedes, quòd fuerit pro nondeſertione iu-
dicatum.Mihi placet prima opinio,cum ſufficiat ap-
5 pellantem † à iudice vel à parte citra culpam ſuam
fuiſſe impeditũ,cui non poteſt imputari,quando ſtat
per iudicem vel partem.l.fi.§.illud.C.de tempo.app.
& d.cap.ex ratiooc.cum ibi not. ob iudicis enim aut
partis impedimentum appellans habet ſecondum
fatale, vt eſt communior ſententia, quam refert &
ſequitur Phil.Dec.in d.c.ex ratione.ver.Secundus ca
ſus.& ver.quartus caſus.col.iij.& vj. & in effectu fir
mat ad propoſitum,quòd ſi appellatus petiit lógio-
res dilationes,vt currerent fatalia, ſeu appellauit ab
interlocutoria,vel quid ſimile, tuoc babet appellãs
ſecondum fatale,& ad hoc ſubiicit multa facientia
pro hac parte, fortius ergo concurren. impedimen-
to partis petentis remiſſoriam, & iudicis conceden-
tis,vt io d.l.ſi cum ipſe. ad hoc optime Rota deciſ.
vij.in no.de appellationib.dicens quòd impedimen-
6 tum † appellati petentis remiſsionem excuſat appel
lantem,legitimè nanque impedito tempora iuris vel
hominis noo currunt.l.j.in fi.C.de anna.exceptio.in
in auth.de ſanct.epiſc.§.ſi quis epiſcopus. ver. ſi ve-
rò.col.ix.c.ne pro defectu.de elect.ca.j. & c.illud.de
præſcr.c.quia diuerſitatem. de coocef. præb. cap. ſi
electio.de elect.in vj.& clem.ſicut.in fi.de appel. Ita
concludit Rota deciſ.ij.de dila.io no. ſuper illo arti-
culo,quòd terminus duorum vel trium menſium ad
teſtes recipiendos aſsignatorum,non currit pendeo
7 te † partium compromiſſo,& ita nunc fuit deciſum
ooo obſtante,quòd quidam ponderabant cõtra de-
ciſionem, quòd terminus erat appoſitos deciſioni
non iuriſdictioni, vt habetur in d. deciſ. Nec refra-
gatur quòd dicant doct.de impedimento occurren
te in j.fatali,ex quo in curia regulariter datur bien-
nium: vt ſuprà, & d.cap.ex ratione, propter impe-
dimentum conceditur vltra & prouidet de triennio,
vt firmat idem Phil.Dec.in d.ca. neque curarunt iu-
ra, quòd propterea differatur cauſarum termious,
cum hnc iuſtius conſueuerint, quam ſine culpa ex

facto partis vel iudicis appellantem plectere. ex.co-
gnoſcentes.de conſtit. quoniam nec poterat appel-
lans iudicem in tali conceſsinne impedire,nec eſt cu
randum quòd non ſit vſus prorogatione remedio
Innocentianæ facili, aut via commiſsionis in tem-
pore, cum idem habeamus in excuſatione ob pau-
pertatem,qoamuis etiam pauper poſſet in vna cita-
tione abſqoe alia impenſa protogationem obtinere
vigore dictæ Innocẽtianę,& tamen ſi non obtioult,
eſt excuſatus,vt in d. deciſ. firma eſt propoſitio. vbi
hoc corroboratur ex multis ſufficit reſpõdenti date
inſtantiam, & eſt ſatis etiam ad aliquid probãdum.
j.q.j.c.ſicut vrgeri,& ibi gloſ.c. cum marthæ. de ce-
leb.miſ.glo.in c.fi.de ſuppl.negl.præl.in vj.& Card.
in clem.ne Romani.col.uij.de elect.& conſtat per ca
ſum paupertatis, & ſic impoteotiæ eſſe eiuſdem ge-
neris, & io cauſa appellationis,per quæ patet quòd
licet terminus,de quo agitur, aſſeratur publico fa-
uore inductus, ſecundũ Abb.d.c. ex ratione.ij. col.
quemadmodum de tempore inſtantię ſentit gl in d.
l.properandom.in prin. & iuris ſolennitates nõ ſint
per partes remiſsibiles, † qoando pro publica vtili- 8
tate ſunt introductæ,aliàs ſic,ſecondum Ion.in d. c.
in cauſis.ante fi.ſuper quo videatur Bar.poſt alios in
d.l.properandum.& Abb.in d.c.ex ratione.ac in ca.
pen.col.v.de iod.& canoniſtæ in d.c.io cauſis. Item
etiam ſi concedatur quòd ſit iuriſdictioni præfixus,
com Alex.in allega.conſ. loquatur de termino dato
per ſtatutum in cauſa appellationis, & dicat quòd
erat præfixus ioſtantiæ,& Io.And.faciat duo mem
bra in d.c.in cauſis,vt aliud ſit quãdo terminus ad-
iicitur deciſiooi vel diffinitioni,aliud quando ioriſ
dictioni,ſuper quo videatur etiã Abb.in d.c.in cau-
ſis.col.j.glo.& col.ij.vbi dubium eſt cum quæſtione
ſeq.de ſtatuto opponente certum terminum, infra
quem debeat cauſa expediri, & in c.ſignificaſti.eo.
tit.poſt princ.& latius io d.ca.pen.col.v. vbi colligit
magiſtraliter quid iuris quando tempus adiicitur
parti, quando iudici,quando inſtantiæ,quando a-
ctioni, quòd nihilominus etiam in his caſibus & ſi-
milibus,ac in pluribus aliis ex variis cauſis durat in-
ſtantia,ſeu curſus fatalium ceſſat abſque deſertione
appellationis, multos caſus ſimiles accumulo in d.
deciſ.firma eſt propoſitio,plures alios ponunt Abb.
& Phil.Dec.in d.c.ex ratione. & non eſt pars ſeu iu-
dex qoi proroget, ſed lex in hac materia ita diſpo-
ſuit,& pro hac ſimiliter motiua ex aduerſo. Vnde il-
lud quod nequeant prorogare tempus, nec ſit poſt
termioum iuriſdictioni appoſitum cognoſcẽdi nec
diffiniendi poteſtas, intelligitor, niſi ex cauſa, vt
hic, ratione impedimenti prædicti, vt in d.l. ſi cum
ipſe,& in d.cap.ex ratione,& in iuribus adductis in
allegata deciſione,firma eſt propoſitio,& ſecundum
Bald.in d.l.quando vtraque † pars conſenſiſſet, po- 9
tuiſſet prorogari iuriſdictio de tempore ad tempus.
Non obſt.Rot. Biſignet j.de appellatio.in antiquior.
qoòd ſi poſt concluſionem labantur fatalia, deſe-
ritur appellatio, quia ideò eſt ex quo non ſtat per
iudicem,ſed per partẽ,quę debebat petere ferri ſen
tentiam,vt dicitur ibi,& in d.§.illud vnde potius di
cit pro prima opinione,vt contra culpabilẽ & negli-
gentẽ deſertio fiat,oõ cõtra impeditũ.quę opi.pro-
culdubio eſt vera,ſuppoſito,prout erat quod ad peti
titionẽ appellãti remiſsio cõceſſa fuerat. Adde etiam
ſecundum

ſecundum Abb.quòd quamuis iudex nequeat finito tempore aliquid facere, ſi terminus ſit præfixus iuriſdictioni, vel iudici. & iuriſdictioni iuxta tradita ſuperius, & per Abb.in d.cap. pen. col.v. nihilominus prout concludit col.iij. quando lis protrahatur vltra terminum à iure communi vel ſtatuto præfixum, non ex impedimento alicuius, ſed ex magnitudine cauſæ, vel propter plures in caſibus maioribus ab interlocutoria. Item ſi ſtatutum præfigat duos menſes, & actor dicat ſe habere teſtes vltra mare taliter, quòd requiritur maior dilatio, quàm ſit terminus totius inſtãtiæ, credit quòd poſsit pronunciari ex eo, quod non poteſt imputari partibus
10 vel iudici: quoniam † terminus debet recipere interpretationem à iure, videlicet ſi cauſa infra terminum expediri poſſet, quòd de commoda & poſsibili iuxta materiam ſubiectam expeditione ciuiliter accipiendum eſt, data competenti dilatione, ne probationum neceſſariarum copia & facultas ſubtrahatur, aut coarctetur. l. nepos proculo. ff. de verb. ſig. & l. quicunque. C. de hæretic. & hæc pars prima ex prædictis habet etiam æquitatem, quæ ſi eſſemus in dubio, coadiuuatur per dictum Pau. de Caſt. in l. j. in princ. ff. ſi quis cautio. vt in ambiguo præualeat ſententia pro non deſertione. quod ſemper obſeruauit Rota meo tempore, & dato ſine præiudicio veri; quòd ſtaret ſecunda opinio, negari tunc non poſſet aduerſus curſum fatalium, deſertionémque reſtitutio ex tam iuſtiſsima cauſa. ad quod ſufficeret lex j. ff. ex quib. cau. maio. & conferunt ea, quæ Phil. Dec. ex mente & dictis doctorum refert ac ſentit in his & ſimilibus caſibus in d. ca. ex ratione. circa ſecundum & quartum caſum, & quæ in præfata deciſione, firma eſt propoſitio, annotaui. facientia optimè ad vtrunque: omitto, quod voluerunt duæ deciſiones Rotæ xxxiij. & xxxvij. de teſtib. in antiq. ex quo ſe fundant, quòd remiſſoria decreta eſt bullata, licet dicant, quòd auditor non poteſt ſine noua commiſſione vlterius in cauſa procedere, ex quo papa manum appoſuit, cap. vt noſtrum. de appel. quaſi expirauerit eius poteſtas. Nam hodie vigore Innocentianæ decernuntur abſque plumbo.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad intimandam appellationem iuxta formam clem. cauſam. præfixum intelligitur, quomodocunque intimatio fiat.*

2 *Clauſula in principio alicuius diſpoſitionis appoſita quando reſpiciat caſus ſequentes.*

DECISIO X.

1 MEnſis † infra quem appellatio extraiudicialis in terminis cle. cauſam, de electio. debet intimari parti vel procuratori ſpecialiter cõſtituto, aut tempus in quo quàm cito commodè fieri poſsit poſt lapſum menſis, cenſetur præfixus, etiam quando principalis & procurator non inueniuntur, & intimatio fit in domo, vel in eccleſia cathedrali, ac in eccleſia, vel beneficio, de quo agitur, quia eadem eſt ratio in vtroque caſu. l. illud. ad l. Aquil. & l. à Titio.
2 ff. de verb. oblig. Nam illa clauſula, † tunc demum ad ſedem eandem deuolui cenſemus, ponitur ante omnem caſum & iuncta cum tempore præfixo ad intimandum, reſpicit omnes caſus qui ſequũtur, prout dicitur de clauſula quæ ponitur in principio alicuius diſpoſitionis in l. iij §. j. ff. de lib. & poſth. Et dato, ac non cõceſſo, quòd non eſſet tẽpus appoſitum ſecundo caſui, in verb. quòd ſi forſan, non videretur repetitum, ex quo inter ſecundum & primum ratio diuerſitatis non apparet maximè, quia ſi papa voluiſſet quòd in ſecundo caſu, quandocunque poſſet publicari, vtique dixiſſet, argum. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & ita dixerunt domini in vna Nannetẽ. parochialis coram me 1519. in qua vna pars oppoſitum tentabat; & pro concluſione facit ver. intimatio verò, & ibi intra tempus prædictum, vbi gloſ. ita declarat.

DE CONFIR. VTI. VEL INVTILI.

SVMMARIVM.

1 *Collatio præben. vni per capitulum non obſtante receptione ac promiſsione prius alteri facta tenet, etiam ſi receptus confirmationem in forma communi à papa habuerit.*

2 *Confirmatio in forma communi, nullum ius de nouo tribuit.*

3 *Confirmationum apoſtolicarum diuerſæ ſpecies cum ſuis effectibus, vide remiſsiuè.*

4 *Capitulum conferẽs alteri, quàm recepto, punitur.*

DECISIO VNICA.

RECEPERAT capitulũ Caſalen. quendam in canonicũ cum promiſſione præbẽdæ primò vacaturæ, receptus obtinuerat à papa confirmationem in forma communi, poſtea capitulum primam vacantem alteri contulit, fuit concluſum 1516. coram do. Io. Antonio de Triuultiis valere † collationem, receptio enim in 1
canonicum authoritate capituli, nec dat, nec dare poteſt ius ad vacaturam præbendã afficiens, quominus liberè teneat alteri facta prouiſio, ſecundũ Inn. & communiter doct. dicit Abb. in c. inter cætera. de præben. Idem in mandato papæ de prouidendo. ca. dilectus. ij. eo. tit. Nec obſt. c. ſi apoſtolicè. eo. ti. in vj. quia loquitur de alia cõfirmatione, quàm in forma communi, quæ confirmatio † in forma cõmuni ſicut 2
& innouatio priuilegij. nullũ ius de nouo tribuunt, parum vel nihil operãdo, c. quia diuerſitatẽ. de conceſ. præb. c. j. c. examinata. & vbiq; gl. & Abb. in c. cũ dilecta. de confir. vti. vel inutil. c. quia intentionis. de priuil. & gloſ. in ver. confirmatum, in c. cum acceſsiſſent. de conſti. Nam qui confirmat, nõ dat. l. & quia, cum ibi not. ff. de iuriſd. omn. iud. & c. inter dilectos, de fide inſtru. Quando autẽ dicatur † confirmatio in 3
forma communi, vel ex certa ſcientia, & de effectu vtriuſque, ac materia, traditur in allegatis locis, & Mil. in verbo, gratia non poteſt dici ſurreptitia, & per Bar. latius & magiſtraliter in d. l. & quia, col. ij. & per Abb. in d. cap. j. & d. c. examinata. in c. porrecta. & in c. pen. eod. tit. & in d. ca. quia diuerſitatem. colum. ij. inquit, cauſa, quæ eſt ex certa ſcientia, operari tres effectus notabiles, & de effectu triplici eſt ibi gloſ. in verbo, communi. & in d. cap. cum acceſsiſſent. & Abbas etiam in cap. cum ſuper. colum. prima, cum ſequen. de cau. poſſeſ. & proprieta. Nec refragatur cap. ſi capitulo. & cap. ſi ſoli. cum ſimili. de conce. præb. in vj. quando ibi proceditur vltra, quàm ad ſimplex mandatũ de recipiendo aut conferendo, vt patet. Punitur † tamen capitulum alteri cõferens, 4
quàm

quàm recepto.d.cap.inter cætera.& d.cap. dilectus. & vbique Abb.declarans ex quo receptus à capitulo debet habere præbendam:recepto nanque in canonicum ad primam vacantem, ius acquiritur canoniæ: licet præbendam ex promiſsione prohibita petere non poſsit. Bene poteſt iure communi ratione canoniæ,quia canonicua ſine præbenda eſſe non poteſt.d.cap.relatum. cap.dilectus,primo. & d.cap. dilectus,ſecundo. vbi Abb. cap.cum ſuper. de conceſ.præben.& Goffred.ibi in ſumma.

DE CLERIC. NON RESIDEN.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ an debeantur habẽti indultum de percipiendis fructibus cũ ea integritate cum qua illos perciperet,ſi in eccleſia reſideret.*

2 *Diſtributiones quotidianæ dantur pro ſola intereſſentia.*

3 *Diſtributiones quotidianæ nullis intereſſentibus, applicantur eccleſiæ.*

4 *Verba latino ſermone concepta, quomodo ſint interpretanda.*

5 *Verba iſta reſidere,& intereſſe differunt, etiam ſecundum communem vſum loquendi.*

DECISIO VNICA.

HABEBAT prior eccleſię Oxomen. breue apoſtolicum de percipiendis
1 † fructibus,qui reſidentibus in eccleſia dantur,vel totum quod quis perciperet in eccleſia reſidendo, cuius prætextu petebat quotidianas diſtributiones:pro quo alleg.gl.in c.cum dilectus.de cle. non reſid.& c.excommunicamus.§.catholici.de hęret.Hoſt.& Io.de Ana.in c.ad liberandam. de iudic. Vbi de priuilegio cruce ſignatis conceſſo, quod integrè fructus perciperent,ac ſi eſſent in eccleſia reſidentes, & ibi cõcludunt venire etiam quotidianas diſtributiones,quod ſequitur Imo.in c.j.de cler.non reſid.in vj.quando in eccleſia non eſſent illi,quibus huiuſmodi diſtributiones deberentur. Et iſta opinio ſimpliciter placebat aliquibus ex dominis: pro quo facit,quia vſus loquendi,communiſq; intelligentia videtur,vt reſidere in eccleſia ſonet,& ſapiat intereſſentiam,ac ſeruitiũ in diuinis, quæ etiam in odioſis eſt ſequenda.l.liberorum.§.quod tamen Caſsius. de leg.iij.l.cum delanionis.§.aſinam. ff. de fun.inſtr. c.inter corporalia.ver.ſed neque.de tranſla. epiſco.c. maiores.col.iij.de baptiſ.c.ex literis.j.de ſpon.c.vnico.iuncta gl.de iniur.in vj.Bar.in repet. l.omnes populi.in ij.q.vj.quæſt.princip.de iuſti.& iur. in l. talis ſcriptura.in princ.de leg.j.& in l.j.in princ. ff.ad leg. falcid.Abb.in prohe.decre.ij.& iiij.col.in c.ij.de arbi. in c.ex tenore.in fi.de fo.compet.in c.per tuas.col.ij. de proba & in c.ij.de accuſ. Coadiuuatur hæc pars, quia cum fructu, & effectu eſt accipiendum, quòd aliquis in eccleſia reſideat,non quod dormiat,& nihil agat. Item aliàs non operaretur conceſsio verbi in eccleſia.l.pen.§.docere. ff.ne quis eum qui in ius voca.eſt,vi exim.c.relatum.de cler.non reſid. & in c. ſi papa.de priuileg. in vj. Sed maior pars tenuit oppoſitum in cauſa Oxomen.fructuum coram domino Sibinĩcen. 1521. de menſe Nouemb. Cum aliud ſit reſidere,aliud diuinis intereſſe,pro qua intereſſen-
2 tia. non pro ſola † reſidentia quotidianæ diſtributiones dantur,& ſunt inuentæ: vt in d.c.j. & tenent Collect.Io.Andr.Butr.Card.& Abb.in d.cap.cum dilectus.& glo.in verbo,affuerint.& d.c.j.& ibi Anch. Domin.& Phil.Franc.& communiter doct. & quòd ſit iſta opin.communis fatetur Ioan.de Ana.in d.ca. ad liberandam.licet cõtra eam ſentiat:eſt etiam vera quòd non omnis reſidens in eccleſia, intereſt diuinis,nec de primo infertur ad ſecundum: neque canoni eſſet ex ſola reſidẽtia ſatisfactum. Item ratione ſolius reſidentiæ in eccleſia,in aliquibus locis datur aliquid, quod non reſidentibus in ea negatur, & tamen differt ab eo, quòd datur intereſſentibus horis canonicis, & ſic à dictis diſtributionibus,nec verbum integrè includit quotidianas diſtributiones, quæ non ſunt fructus propriè, de quarum natura aliquid videas in illa deciſione incipiente, lite pendente,& ſatis operatur priuilegium reſpectu fructuum,quos priuilegiati non perciperẽt, & quando non eſſent alij in eccleſia, non propterea deberent
3 tales diſtributiones † dari,niſi intereſſentibus: ſed magis applicari ſi non eſſent quibus deberentur,eccleſiæ,ad not.in c.fin.de reſcrip.in vj.ſecundum Domin.& Phil.Franc.in d.c.j. communis verò loquendi vſus poteſt negari eſſe talis, vt ſuprà, & quando eſſet in ſermone vulgari,ex quo indulgentia eſt la-
4 tinè † concepta, venit interpretanda ſecundum artem literarum, aut groſſum loquendi modum literaliter,ait Bald.in l.lege.circa fin. C.de legit.hæred. allegando Cyn.in l.ſi cum ante.C.de don.ante nup. talia nanque vulgaria in latinum redacta, debent iuxta intelligentiam iuris,ac mentem loquentis exponi,inquit Bart.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tutel. & Alex.conſi.v.volum.iij.Modus autem literalis iuridicus eſt,vt non ſufficiat reſidentia, & per diſtincta vocabula,quòd requiritur intereſſentia,quódq;
5 iſta † apertè differunt,reſidere,& intereſſe,etiam ſecundum modum loquendi, ac decidendi in iure, quem princeps indulgens dicitur ſequi, non violare,vt in d.cap.j.cum aliis adductis, & ſi breue exprimat de fructibus,quotidianę diſtributiones nõ ſunt in numero fructuum,ſed alterius generis ſtipendia, prout in d.deciſ.lite pendente,vbi ad propoſitum.

DE PRÆBENDIS.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta excommunicato, etiam occulto,non tenet,& num.5.*

2 *Ignorans ſe excommunicatum,an beneficium & literas apoſtolicas impetrare poſsit?& num.6.*

3 *Dolus in excõmunicatione, an exiſtat neceſſarius?*

4 *Excommunicatus occultus,an differat à publico?*

6 *Excommunicatus occultus eligi, nec electioni eligendo intereſſe non poteſt.*

7 *Collatio beneficij facta excommunicato, non conualeſcit ex ſequenti abſolutione.*

8 *Acceptatio facta per excommunicatum, an valeat? vide remiſsiue.*

DECISIO PRIMA.

NON valet collatio † beneficij facta ex- 1
communicato, etiam occulto, cap. poſtulaſtis.de cler.excommu.mi. & Rot. v. in no.de conceſ.præben. & ita dominus Iacobus Simonetta iudicauit in vna Tolleran.cano. & præben.

& præben. pro Benedicto Gentili contra Troiani,
& nouiſsimè 1522. de menſe Maij in alia Plocen.
cano. & præb. coram domino Paulo de Capiſuchis
fuit firmatum. Duo tamen ex dominis in dicta cau-
ſa Plocen. conſiderabant, quia ſententia cenſura-
rum erat lata in tribunali auditoris cameræ contra
abſentem à curia vigore obligationis, in forma ca-
meræ citato vno ex pluribus procuratoribus ad con-
fitendum debitum conſtitutis, iuxta ſtylum in ſimi-
libus, & excommunicatus id ignorabat, quòd tem-
peraretur concluſio, vt valeret ſententia ad effectum
exactionis debiti confeſſati, non reſpectu pœnæ nul
litatis prouiſionis: pro quo facit quod dicitur de de
creto papę ligāte quoſcunq; ordinarios & ignoran
tes quo ad nullitaté actus, qui in contrariũ geritur,
non autem obligante eos ad culpā neq; ad pœnam,
ſecundum Ioan. Andr. in cap. tibi qui. ad fi. de reſcri.
in vj. & ita alij etiā in aliis caſibus, quos refert Fely.
in cap. cæterum. in verb. prima reſtrictio, eod. tit. &
ad hoc ponderabant in cap. apoſtolicæ. de cler. ex-
commu. mi. Rot. in antiq. xliij. de reſcri. quòd igno-
2 rans † ſe excommunicatum poſsit impetrare bene-
ficium ſeu literas apoſtolicas. Item Hoſtien. Io. And.
cum ſequacibus in d. cap. apoſtolicę. ac Card. conſil.
xl. vbi dicit, quòd quando excommunicatio eſt om-
nino occulta, remanet valida, ſaltem abſolutione ſe-
quuta, vlterius ex quo in contrahenda excommu-
nicatione requiritur vera & indubitata notitia, ac
perſonalis citatio, non videtur ſufficere denunciatio
facta procuratori, ad doctrinam Innoc. vulgatam in
cap. fin. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſer. quam al-
legat & ſequitur Lud. Rom. conſil. cccclxxxij. & eſt
apoſtilla ad Bart. in l. ſi quis inficiatus. ff. depo. Nam
3 vt incidat † quis in excommunicationem, dolus eſt
neceſſarius, dicunt Innoc. & Ioan. Andr. in ca. quan-
to, de ſenten. excom. Taliter quòd ſi ignorantia ex
prædictis non ſufficeret ad inualidādam excommu-
nicationem, ſeu ab ea non præſtaret excuſationem,
ad minus proficiat ad euitandam pœnam nullitatis
collationis. Sed pro concluſione, quam cum maiore
parte tenui, eſt communis theorica, quòd occultus
4 † excommunicatus non differt à publico in his, quæ
geruntur iure priuato: ſiue enim excommunicatus
aliqua faciat, vel cum eo gerantur, non ratione pu-
blici iuris ſeu officij, ſed priuati, concernentia eius
priuatam vtilitatem, ſeu alterius, ſi acta huiuſmodi
ſint aliàs excommunicato prohibita, non valent,
etiam ſi putaretur non excommunicatus, cap. cum
dilectus. vbi gloſ. & Innoc. de conſuet. Egid. deciſio.
lxvj. Abb. in cap. paſtoralis. §. verum. colum. v. & Phi.
Franc. colum. ij. de appella. Allegantes ad hoc Ioan.
5 Andr. in cap. j. de reſcrip. in vj. & inferunt † non va-
lere collationem beneficij factam excommunicato,
etiam ſi putabatur non excommunicatus, aut igno
rabat ſe talem, ad idem Imo. ibi & Abb. in d. ca. po-
ſtulaſtis. ac Felyn. in cap. ad probandum. col. pen. de
re iudic. & ad hoc eſt, quòd ſuper d. cap. apoſtolicæ.
Hoſtienſ. Ioan. And. Butr. & alij dicunt, quòd etiam
6 omnis occultus † non poteſt eligere, neque eligi,
cùm iſti ſint actus, qui nullo modo cadunt in ex-
communicatos, vel ſuſpenſos per iura, quæ addu-
cunt, ita nec collatio beneficij cadit per d. cap. po-
ſtulaſtis. cum ſimil. cum etiam excommunicatio, ne-
dum ab honorabili, verum etiam à vili repellat offi-
cio in excommunicati odium. cap. poſt ceſsionem.
& ibi Abb. col. ij. de probat. facit etiam ca. bonæ. cum
gl. de æta. & qualit. cap. quia diuerſitatem. de conce.
præben. nec præfati doctores allegati in d. conſi. per
Card. dicunt valere collationem, quin potius contra
inducendo vt ſuprà, & in hunc ſenſum, videas eun-
dem Card. in d. cap. apoſtolicæ. col. j. Circa verò im-
petrationem literarum, Ioan. Andr. & Abb. in d. cap.
apoſtolicæ. tenent etiam contra gloſ. per cap. j. de re-
ſcrip. in vj. & reſpondet ad d. cap. apoſtolicæ, & iura
ſimilia, quòd procedunt reſpectu pœnæ irregulari-
tatis, & aliarum pœnarum, non reſpectu inualidita-
tis actus, ac vinculi cenſuratũ: ex quo conſtat igno-
rantiam ſatis operari circa excuſationem à dictis
pœnis, & quòd nō debet prodeſſe circa validitatem
actus, in quo agitur de lucro, cum iura diuerſam ha
beant rationem lucri à damno. l. fin. C. de condi. Ita
in ſimili dicimus de concubinario, quòd eſt ſuſpen-
ſus in directa ſuſpenſione, quando eſt notorius, aliàs
ſolùm quoad ſe, & ſaltem quantum ad eum ſuſpen-
ſus, occultus eſt, ſecundum Butri. in cap. quia circa.
de biga. Ita occultus excommunicatus quoad ſe, &
eius vtilitatem inhabilis eſt: & non conſtat de cer-
ta notitia ad validitatem excommunicationis neceſ-
ſaria, quoniam ad id ſe aſtrinxit in obligatione in
forma cameræ. Item in terminis concluſionis ſup-
ponitur validitas ſententię excommunicationis, ex
qua nullitas reſultat collationis, vt eſt probatum,
quæ ex ſequenti † abſolutione non conualeſcit. ca. 7
non firmatur. de regu. iur. in vj. circa acceptationem
† autem quæ fit per talem excommunicatum, Rot. 8
d. deciſ. v. dicit valere, cuius oppoſitum Fely. vult in
d. c. ad probandum. videantur motiua Lap. alle. viij.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia minoris valoris cc. duca. Cardinalibus per concil. Lateranen. nouiſsimè celebratum conferri & commendari prohibentur.*
2 *Reſeruatio cum prouiſione facta in fauorem Cardinalis, ſi fructus non excedat cc. duca. non tenet.*
3 *Nullitas actus, an ex ſola inhibitione reſultet?*
4 *Papa non ligatur decretis conciliorum, quia ſupra ius & concilium eſſe dignoſcitur.*

DECISIO II.

INter cætera capitula generalis concilij Lateranen.
in ix. ſeſsione. iij. non. Maij, anno ij. Leonis x. pu-
blicata, ſtatuitur † quòd decætero Cardinalibus ſan 1
ctæ Ro. eccleſię non cōmendentur, aut conferantur
beneficia, quorum fructus ducentorum ducat. au.
de ca. ſe. co. ex va. an. non conſtituunt vel attingunt,
voluere domini eodem anno in vna coram do. Pau.
de Capiſuchis, quòd reſeruatio † cum prouiſione 2
facta Cardinali Cibo de beneficiis inferiorum va-
lorum nō eſſet valida, quia ſi non haberet concilium
generale decretum irritans, ſatis eſt legiſlatoré pro-
hibuiſſe. l. non dubium. C. de legib. Item ratio con-
cilij videtur fuiſſe, vt de inferioribus beneficiis pro-
uideretur pauperibus, & aliis non Cardinalibus,
quódque pluralitas & ambitio in eis ceſſarent: &
quia decens eſt vt maiora maioribus, minora mi-
noribus beneficia conferantur: vnde hoc, tanquam
fauorabile erat adiuuandum interpretatione, & re-
gula odia, de regul. iuris, in vj. cum vulgaribus: &
idem in alia cauſa corā domino Sibinicen. de menſe
Aprilis

Aprilis 1521. fuit dictum, ſed prout dubitaui, ad-
huc de veritate deciſionis dubito, ex quo ſolùm di-
citur quòd non prouideatur, non quòd ſi fiat, ſit
uulla prouiſio. Nam non eſt ſimpliciter verum ex
3 ſola inhibitione induci † nullitatem: quoniá quam-
uis notarius non matriculatus prohibeatur facere
inſtrumenta à ſtatuto, ſi tamen fecerit, valeur, & ſi
facere non deberet, ex quo ſtatutum non proceſsit
vltra anuullando, ita Bartol. in l. vniuerſos. per illum
tex. C. de decu. lib. x. ad idem de clerico, cui officium
tabellionatus interdicitur, cuius inſtrumenta, ſi ro-
getur de eis, valent, cap. ſicut. vbi Ioan. Andr. ne cler.
vel monach. & plura ad id cumulat Dec. conſil. xvij.
eodem modo dicendum, vt Cardinalibus prouideri
non debeat, ſed ſi prouideatur, prouiſiones valeant,
enim papa non liget ſeipſum, quòd quando vult, ex-
primit, vt in indultis Cardinalium & regulis, quòd
non teneãt prouiſiones etiam per ſuam ſanctitatem
factæ, &c. & tunc requiritur expreſsio cum deroga-
tione ad materiam. l. ſi quis. in princ. ff. de leg. iij. cum
igitur non dixerit, voluit ca. ad audientiam. de deci.
nec ſibi legem edidit à qua recedere nequeat, l. pen.
ff. de arbitr. eadem enim & maior poteſtas apud eum
remanet. cap. dudum. de præbend. in vj. voluntatis
quippe & decentiæ eſt pro obſeruantia concilij, non
neceſsitatis. l. digna vox. C. de legib. cùm non aſtrin-
4 gatur † à concilio ſupra quod eſt, ſicut ſupra ius. ca.
ſignificaſti. de electio. cap. propoſuit. de conceſ. præ-
ben. Præterea multa ſunt capitula in eodem conci-
lio & ſeſsione, contra quæ in dies fit validè, & mi-
nus durum eſſet concludere, quòd non valerent: in
omnibus autem videtur idem iudicandum, quaſi
vna determinatione & conſideratione ducantur. l.
nam hoc iure. §. ij. ff. de vulg. & pupil. l. hæreditatem.
C. eo. Pro deciſione tamen facere videtur, quòd pa-
pa reddit ſe difficilem Cardinalibus in prouidendo,
& quando prouideret, derogat concil. quaſi aliter
non valeret, & ex hoc potuit interpretatio induci,
& ex eo quia papa in ſignatura reſpõdet ſæpe, ſicut
reſpondit ſemel me præſente vni petenti pro Cardi-
nali, quòd non poterat, ſi ad ducentos non aſcen-
debat, eius ergo fuit interpretari, cuius fuit conde-
re, l. fin. C. de legib. cap. cum veniſſent. de iudic. licet
dici poſsit quòd difficultas fiat, ratione decentiæ &
obſeruantiæ, vt ſuprà, derogatio verò ad cautelam.
l. teſtamentum. C. de teſtam. & verba papæ ad terro-
rem fiunt, ne Cardinales ipſum moleſtent, & patien
ter ſuſtineant obſeruari, quod cum tanta maturita-
te ſimul cum eo fecerunt, videatur tamen ſi in con-
cilio aliquod decretum irritans, concernens etiam
caſum iſtum, quia ex quo domini fuerant præſentes
ceſsioni prædictæ, & eius publicationi factæ in ceſ-
ſione, & videbant obſeruari etiam à Leone x. Ita fue
runt contenti copia impreſſa abſque productione
originalis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia reſeruans beneficia, quæ duxerit acceptanda cum clauſula prouiſionis ex nunc, prout ex tunc, & econtrà per ſequentem reuocationem irritatur: quia dicitur eſſe in pendenti ante acceptationem.*

2 *Expectanti cum clauſula acceptandi ius in re, nec ad rem ante acceptationem quæſitum non exiſtit.*

3 *Ius in re & ad rem, quomodo acquiratur, & an de eo alteri quæſito in prouiſione papa ſit facienda mentio?*

4 *Prouiſio ſeu commenda ex nunc, prout ex tunc, &c. non dicitur verè facta tempore data, quia conditionalis exiſtit, recipiens tempus vacationis & acceptationis.*

5 *Appoſitio menſis in gratia conditionali operatur, vt decretum in ea appoſitum ſtatim liget.*

6 *Gratia in forma pauperum, & qualibet alia expectatiua conditionalis & incerta exiſtit.*

7 *Gratia ad vacatura cum clauſula acceptandi, eſt ſuper incerto, & dat decretum incertum, ſed per acceptationem ad certitudinem reducitur.*

8 *Decretum ratione initij & finis, certum & incertum iuxta varios caſus exiſtit.*

9 *Incertitudinem in gratia modo præmiſſo conceſſa, duplicem eſſe conſideratur.*

10 *Gratia ad vacatura cum clauſula acceptandi, quare cum ſit incerta pro ſpeciali, & non generali reſeruatione capiatur?*

11 *Relatiuum quis vel qui iunctum verbo futuri temporis, quando faciat ſuum antecedens conditionale? & nume. 13.*

12 *Relatiuum iunctum verbo præſentis temporis, importat demonſtrationem.*

14 *Clauſula quæ duxerit acceptanda. eſt conditionalis & facit gratiam, decretum, & omnia ex conditione pendere, & ideo in ea tempus exiſtentis conditionis, & non datæ, inſpicitur.*

15 *Clauſula ex nunc, prout ex tunc, &c. licet inchoationem temporis notet, non tamen in conditionali operatur, quin tempus conditionis impletæ, & non ſermonis prolati attendatur.*

16 *Actus conditionalis non operatur ante aduentum conditionis.*

17 *Fictio quælibet habet duo extrema, finis ſcilicet, & principij, & requirit habilitatem in vtroque.*

18 *Principium quando, & quomodo trahatur ad finem actus & econuerſo?*

19 *Conditio quæ dependet ex facto tertij, non ita grauat, ſicut illa, quæ dependet ex exiſtentia rei vel voluntate eius, pro quo eſt ſcriptum.*

20 *Dominium in beneficialibus & vltimis voluntatibus, ſine traditione acquiritur.*

21 *Retrotractio non fit niſi per fictionem, & fictio non operatur, niſi ſuadente æquitate.*

22 *Fictionis nulla æquitas ſuadet, quòd locum habeat in beneficialibus.*

23 *Verbum de cætero, reſpicit futura.*

24 *Papa ſi prouidet, ſi detur executio in actu prouiſionis, dicitur exequi ſuam prouiſionem, cum in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis.*

25 *Acceptatio in mandato de prouidendo, eſt actus ad productionem gratiæ neceſſarius.*

26 *Reſeruatio an expiret ſi commenda aut prouiſio, cuius contemplatione videtur eſſe facta, effectum ſortiri non poſsit? & num. 28.*

27 *Taxa beneficij an tempore datæ vel vacationis attendi debeat? vide remiſsiuè.*

29 *Reſeruatio expirat per ſolam prouiſionem papæ.*

30 *Doctor conſulens per verbum fortè, dicitur quæſtionem quo ad ſe decidere.*

31 *Clauſa de ſuſpenſione ad effectũ, an referatur non ſolum ad comendam, verum etiam ad reſeruationem?*

32 *Diſpoſitio*

32 *Diſpoſitio conci. Lateranen. nouiſſimè celebrati, vt beneficia eccleſiaſtica. cc. duc. va. an non etiam Cardinalibus conferantur, aut commendentur, an vendicet ſibi locum in praeſtimonijs ac penſionibus?*

33 *Beneficij appellatione de ſtylo in expectatiuis, non veniunt praeſtimonia?*

34 *Praeſtimonia ad hoc, vt beneficij appellatione veniant, an ſufficiat, quòd ſint ſolita dari in titulum perpetui beneficij?*

DECISIO III.

1 SVper gratia motu proprio facta † in qua Leo reſeruabat beneficia vſque ad ſummam duorum millium ducat. quæ Cardinalis Surrentinus infra menſem poſt vacationis notitiam duceret acceptanda, & ſic acceptata ex nũc prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc eidem commendabat, quamuis data gratiæ præcederet conſtitutionem conciliarem, de qua in proxima deciſione. Nihilominus ex quo vacatio beneficiorum, & conſequenter acceptatio neceſſariò contingit poſt ipſam conſtitutionem, fuit de menſe Maij 1523. in vna Abulen͂. præſtimoniorum coram domino Iacobo Simonetta penden. concluſum per dominos, duobus primò contradicentibus, & vno ſolo tandem in contradictione permanente: quòd commenda non valeret, eo præcipuo fundamento, quòd prouiſio & gratia præcedens irritatur per reuocatoriam ſequentem, quando adhuc erat in pendenti, vel nondum conditio extiterat. c. ij. & ibi Ioan. Mo. Ioan. And. Anch. & magis communiter docto. de conſe. præben. in vj. & Fely. in c. fi. col. ij. cum ſeq. de conſtit. Peruenit enim commenda ad terminum acceptationis, à quo validè non incepiſſet, ſtante prædicta cõſtitutione anteriori, & hoc quoad præſtimonia, & beneficia infra valorem ducentorum duca. quo caſu actus etiam inceptus nondum conſummatus, nec perfectus vitiatur. l. pro parte. & ibi gl. de ſeruit. l. qota. ff. ad l. Aquil. & docto. in d. c. ij. ac Oldra. conſi. lviij. fortius ergo & facilius nondum inchoatus. Nam Cardinali Surrentino ante accepta-
2 tionem † nullum ius in re, neque ad rem erat quæſitum. vnde nihil habebat præter ſpem, vt inquit Car. in cle. vnica. §. ſecus. in j. opin. de conce. præben. loquendo de gratia cõditionali, qualis eſt iſta, vt oſtendam infrà, nimirũ ſi conſtitutioni ſubiecta erat. c. fi. eo. tit. in vj. Simile habemus in expectatiua cum eadem clauſula acceptandi, per quam nec quidem ad
3 rem ius quæritur, ſed ſpes tantùm, cum † ad acquiſitionem iuris ad rem requiratur acceptatio, & iuris in re prouiſio, de quo iura ad rem in collatione papali non eſt neceſſaria mentio, iuxta Rotæ opinionem, quæ eſt in obſeruantia, vt in d. ca. fi. & ca. ſi poſtquam. vbi Philip. Franch. de præben. eod. lib. & Rotæ deciſio. xxvj. & xxvij. in antiq. de conceſ. præbend. & xvj. in nouis. de præben. Egid. deciſio. clxvij. Cal. conſi. viij. in fi de reſcrt. Mil. in reperto. in verbo gratia per quam prouidet papa. & Fely. in ca. cauſam quæ, in verbo clauſula anteferri. char. vlti. & in ca. in noſtra, corre. xxviij. de reſcrip. Hinc eſt quòd Ioan. And. & alij in d. ca. ij. dicunt quòd ius creatum in re, vel ad rem non tollitur per illam conſtitutionem, quæ id non exprimit, ſed bene reprobat conſtitutio ſpem, atque ius habiturum in re, vel ad rem. Nec quòd talis gratia, ſeu ius nequeat impediri per inferiorem, neq; prouiſio infra menſem, etiam non data acceptatione fieri, vt in d. §. ſecus, communiter intelligendo prout dicit Fel. poſt alios in c. cum ex officij. char. pe. & vlti. de præſcrip. cauſat quòd commenda ſit facta in ius, in re, ſeu ad rem quæſitum, ſed operatur vt ligentur manus inferiorum ob temporis appoſitionem, vt inferius ſubiiciam. Et propterea
teneas † non eſſe verum, quòd papa commendauerit tempore datæ, quia tunc commenda præcederet 4
conſtitutionem. Nam verè facta eſt ſub conditione de futuro, prout volunt doct. in d. cle. vnica. vbi Imo. in pluribus locis & in col. vlti. & Anch. in op. ix. col. xv. Car. in d. §. ſecus. poſt Pau. & Lap. col. j. cum ſeq. non obſtan. quod Boniſa. de Vital. ibidem velit quod d. §. ponens clauſulam acceptandi infra menſem, loquatur de gratia pura, non de conditionali, quaſi differat in iure, & facto, à caſu præcedenti: quoniam idem Bonifac. fatetur eſſe aliquos, & communiter omnes ſentientes, vt aduerſetur in iure, non in facto:
videlicet quòd appoſitio † menſis in gratia condi- 5
tionali efficiat, vt decretum ſtatim liget etiam ante conditionis aduentum. & procedit ad §. ſecundum. Cardi. ibi poſt Paul. colum. iij. & Rot. deciſio. ij. de conceſ. præben. in no. nedum in forma gratiæ, verum etiam pauperum, vt ait. Sed quòd ſit conditionalis apertè vult Bellẽzi in tract. de chari. ſubſi. quæſt. pe. aliàs. cxxiij. exemplificans in expectatiuis, in quibus, ait, emanant reſeruationes ſpeciales cum clauſula, quæ infra menſem duxeris acceptandum, vt in ca. j. de conce. præben. in vj. & in d. §. ſecus. ad idem Rota deciſio. j. eod. titu. in antiq. dum dicit, quòd gratia
† in forma pauperum, & quælibet gratia expectatiua 6
habeat cõditionem. l. iij. qui & à quib. ma. l. vnum ex familia. in princi. de leg. ij. & l. cum ita. ff. de opti. lega. idem tenet Old. in conſi. clxviij. ad primam, allegans eadem iura, quod in ſe eſt verum, vt ex prædictis patet, & clarius demonſtrabo ſtatim, licèt ad d. l. iij. & conſimilia iura reſponderi poſſet prout reſpondet Bart. in l. Meuius. in §. duorum. in opin. iiij. iij. partis principalis. colum. vj. cum ſeq. de leg. ij. & in l. iiij. §. j. colum. vlti. ff. de verb. oblig. Non obſtat, ſi dicamus diſpoſitionem collatam ad diem incertam, quia tunc etiam ſumus in conditione. paria namq; ſunt dicere cum moneris, & cũ acceptaueris, ſeu quæ, vel quando acceptaueris, ex quo incerta eſt dies vacationis, & menſis: ad hoc tex. in l. j. & in l. dies incertus, iuncta glo. ac in l. eum qui. de condi. & demon. & in l. interuenit, cum gloſ. ff. de lega. præſtan. & Oldra. in d. conſi. lviij. Item ſecundum Rot. deciſio. xxv. de con-
ceſ. præben. in antiq. gratia † cum clauſula ad acce- 7
ptandum, eſt de vacaturo, & dat decretum incertum, & ſuper incerto, quòd demùm ligat, quando ad certitudinem per acceptationem ducitur. ca. dudum. §. conſiderantes, de præben. in vj. & ca. j. ver. ſub incertum. de conceſ. præben. eod. titu. & quamuis appoſitio menſis ſtatim liget, vt in d. §. ſecus, non tamen temporis appoſitio tollit incertitudinem, & ſatis eſt, quòd ordinarios impediat, & hoc operetur. l. ſi quando. ff. de leg. j. & ca. Abbate, de verb. ſignifi. & eſt mirabile, atque æquum, quòd iſtud inducat, ait Card. in d. §. ſecus, colum. iij. & licèt ibi in quæſt. iiij. ſecundum Paul. ſubiiciat quod iuxta varios caſus,
quandoque † decretum eſt incertum ratione initij, 8
& finis, quandoque ratione alterius, & quandoque

certum ratione vtriuſque, non per hoc tollitur in-
9 certitudo, † quæ hic eſt duplex. Prima ſi & quando
occurrit dies vacationis, & menſis. Secunda an tunc
& quo die menſis acceptet Cardinalis, quorum
vtrunque cum ſit de futuro, non eſt certum naturæ,
nec legi, quæ certa dicitur de eo, quod eſt: non de eo,
quod futurum eſt, cum non ſit certa, niſi de eo, de
quo poteſt certus eſſe homo, non de futuro, ſeu de
eo, quòd ex futuro pendet euentu ſoli Deo patens.
ca. innuit. de iudic. in l. ſi pater. cum ibi no. de ſolu. &
in l. quidam. §. ſuum. & ibi Bar. ff. de acqui. hære. Abb.
in ca. ſuper quæſtionum. §. fin. de offic. deleg. & in ca.
paſtoralis. in princi. colum. iij. de appella. & dico la-
tius diſtinguendo certitudinem naturæ, & legis in
deciſione incipiente, quidam, de reg. ca. Pro his facit
quod idem Card. ſecundum eundem Paul. in d. §. ſe-
cus. ij. colum. inquit & Imo. colum. vlti. quòd gratia
10 † virtute clauſulæ, quòd duxeris acceptandum, ante
acceptationem eſt incerta, quantumcunq; capiatur
pro ſpeciali, non pro generali, ex quo in vno benefi-
cio debet conſumi: etiam ſi afficiant beneficia quæ-
cunque & ſi opponeretur non inſpici incertitudi-
nem reſpectu vacationis, cum mors, beneficij ceſsio,
& alij vacationum modi non deſtinentur ad finem
gratiæ, nec ideo veniant vt gratia effectuetur, dic ſuf-
ficere quòd inſpiciatur reſpectu acceptationis, quæ
eſt correſpectiua ad tempus, quod prius ſupponit
exiſtere. Hoc etiam, quòd ſumus in diſpoſitione con-
11 ditionali, oſtendit natura † relatiui quod, vel quæ
iuncti verbo futuri temporis acceptaueris, vel acce-
ptanda duxeris, cum tunc faciat conditionem. l. ſti-
chum qui meus erit. ff. de leg. j. facit enim ſecundum
glo. ibi & Bart. ſuum antecedens conditionale, ac to-
tam diſpoſitionem, quando in eo ſubſtantia diſpoſi-
tionis conſiſtit, prout hic beneficium, & commenda,
ſeu commenda beneficij, ſicut ibi res legata, & per-
ſona in quibus ſubſtantia extat, ſecus ſi antecedens
non erat ſubſtantia, ſed qualitas, vt diſtributio par-
tium, de qua in l. ij. ff. de hære. inſti. Item ſecus ſecun-
dum Bart. & Alex. in d. l. ſtichum, ſi fieret relatio ma-
gis ad executionem, quàm ad ſubſtantiam actus. l. ſi
decem cum petiero, & l. ſi ita quis. in prin. ff. de verb.
oblig. quòd non eſt in caſu iſto, vbi tota clauſula ac-
ceptandi refertur, & ſit propter commẽdam, in qua
perſiſtit ſubſtantia, & gratia, quæ tunc ſit quando ſe-
quitur acceptatio. vnde non cadit executio, nec exe-
cutionis conſideratio in actu acceptationis, vt decla-
12 rabo inferius. Quando verò relatiuum † eſſet iun-
ctum verbo præſentis temporis, importaret demon-
ſtrationem, ex eo quòd non haberet tractum ad fu-
turum. l. cum ad præſens. ff. ſi cer. peta. quem tractum
habet caſus noſter. & quãdo eſſemus in verbo præ-
ſentis temporis, in quo non ſumus adhuc, iuxta fal-
lentiam primam quam ponit Alex. in d. l. ſtichum ad
regulam de demonſtratione, vitiaretur commenda:
ex quo demonſtratio acceptationis denotata per re-
latiuum, faceret deficere eſſentiam, id eſt commen-
13 dam non facta acceptatione. Et hoc † vt relatiuum
quis, vel qui conditionem inducat: in propoſito con-
ſiderat, vt vidi poſtea, Anch. in d. cle. col. xviij. ſecun-
dum doctrinam Bart. in l. eum qui. §. qui ſtipulatum.
ff. de verb. oblig. hoc modo videlicet, quod aliquan-
do dies apponitur conditioni affirmatiuæ, & tunc
videtur apposita cauſa limitandæ obligationis, vt
conditio veniens infra tempus, faciat committi obli-
gationem: ſecus ſi poſt tempus, ex quo infert, quòd
in gratia de qua loquitur text. in d. §. ſecus, tempus
apponitur conditioni affirmatiuæ, cum idem ſit di-
cere, quod infra menſem duxerit acceptandum, ac ſi
diceretur, ſi infra menſem acceptauerit, ex quo rela-
tiuum iunctum verbo futuri temporis conditionem
inducit, vt in dicta l. ſtichum. Item ſucceſsiuè inueni
Old. conſi. ccxxix. Hæc ſunt dubia ſuper quatto du-
bio col. vlt. quòd clauſula, † quod duxeris acceptan- 14
dum, eſt conditionalis, vt in d. l. cum ita. & in d. cle.
quodque decretũ. & omnia ex conditione pendent.
d. c. j. de conceſ. præben. vnde etiam ſi gratia dicere-
tur pura, penderet tamen ex conditione, ex qua li-
quet diſpoſitionem eſſe conditionalem, qua condi-
tione ſuppoſita, ſequitur concluſio, quòd conditio-
nalis gratia nihil ponit in eſſe ante conditionis exi-
ſtentiam, ſed ſolam ſpem tribuit. ideo in ea tempus
exiſtentis conditionis inſpicitur, non datæ, vel pro-
lati ſermonis. l. itaque. ff. ſi cer. pet. §. ex conditionali.
inſtitu. de verb. oblig. c. j. in fi. de ſponſa. in vj. & in d.
cle. per totum, & habetur in dicta deciſio. x. & idem
quando etiam ſub die incerta, vt eſt dictum, & tenet
Oldr. in d. conſi. lviij. & clxviij. Cui concluſioni non
obſt. dictio ex nunc, prout ex tunc, † & econtra, in- 15
choationem temporis notans, quaſi videatur fieri,
ſeu facta commenda tempore datæ, & ex hoc argua-
tur mens papæ, quæ etiam in actu conditionali pri-
mum debet obtinere locum, arg. l. in conditionibus.
ff. de condi. & demon. & in hoc multum ſe funda-
bant aduocati don Arnaldi de Velaſco, domi. Ioan.
Baptiſta de Senis, & dominus Melchior de Baldaſſi-
nis. quia vt eis dicebam, dum papa commẽdat bene-
ficia, quæ Car. acceptaret, attentis etiam verbis, ma-
gis colligitur quòd ante acceptationem non com-
mendet, & ex verbis intẽtio deprehenditur. l. labeo.
§. idem tubero. ff. de ſuppellec. lega. & xxij. q. ij. Is au-
tem: item in actu conditionali, obiectus, non proce-
dit cum clauſula ex nũc, prout ex tunc & c. cum non
operetur ex tempore datæ, ſed ex tempore accepta-
tionis duntaxat, taliter quòd terminus conditionis
implete attẽditur, non ſermonis prolati, ex quo con-
ſtat commendam non exiſtere tempore conſtitutio-
nis, ſed magis in tẽpus acceptationis fore collatam,
gloſ. eſt nota. in d. cle. in princi. ſuper verbo ex nunc,
quam Cardi. Anch. Imo. & Boniſac. de Vital. ibi ſe-
quuntur dicentes, quòd ſuppletur, & habetur pro
ſubintellecta dictio ex tunc, extremum tempus de-
notans. l. iiij. ff. de condi. & demon. ſcilicet; vt valeat
ex tunc, nam & iuriſdictio delegati inquit Cardi.
ibi. q. x. eſt ſine effectu ante conditionis euentum, &
per prædicta tollitur, quòd Alexan. dicit in l. j. C. de
condi. inſer. allegans quotas plures, quòd quando
verba ex tunc, prout ex nunc, adiiciuntur in aliqua
diſpoſitione, effectus videtur collatus in tẽpus præ-
ſens, quo verba proferuntur, ad illum actum, qui ſit
tempore prolationis verborum: quia procedit in di-
ſpoſitione pura, non in conditionali ex prædictis, vt
patet vltra ea in c. præterea, el ij. de appel. vbi Innoc.
& Ioan. And. poſt Ioan. & Abb. antiquum. col. iij. &
Abb. ſiculus col. pen. dicunt quòd actus trahitur ad
diem conditionis, vt antea non operetur, non facta
differentia in terminis excommunicationis ibi, ſiue
ſit dictum ex tunc, prout ex nunc, ſeu ex nunc, prout
ex tunc.

ex tunc.tota igitur diſpoſitio pēdet à futuro,& conditionis implemenrum deſiderat,cuio dicatur facta per verba futuri temporis,non obſtante verbo,commendamus ex oonc &c. ex quo refertur ad tempus cooditionis,prout conſiderat Old.in d.conſi.cccxix. qui videatur, neque poteſt actus conditionalis, qui purificatur per acceptationē, trahi retro ad tempus datæ & prolationis verborū ad l. qui Balneum cum ſimil.ff.qui potio.in pigno.habe.ex quo ſuperuenit impedimentum concilij,medio tempore inhabilita-
16 tem extremorom induceos, cum in fictiooe † & retrotractione vtriuſq; extremi à quo,& ad quod exigatur habilitas iuxta.l.bonorum,rem ra.habe.& tradita per Bar.io l.ſi is qui pro emptore.io prio.col.vj. cum ſeq.ff.de vſuca.c.tanta cum materia,qui fil.ſint legi.c.ſi pro te.de reſcrip.in vj.& io c.literas.de tempo.ordi.vbi etiam Butri.notat, quod quælibet fictio habet duo extrema, principij videlicet, & finis: & quandoque finis trahitur ad priocipium, quandoq; econtrà. Et hoc eſt quod Ioan.Mo.Ioan.Aod.& ſe-
17 quacea dicunt io d.ca.ij.quod conditio † quæ extat poſt cooſtitutionem oon trahitur retro,vt diſpoſitio valeat ex eo, quod non iouenit rem in eadē cauſa,ſed potius iu cauſa mutata ſicut etiam habetur in l.j.in princi.ff.ſi ex noxa.cau.aga.& ca.quemadmodum,cum ſi.de iureiur.Et ſi hic daremus principium reſpectu actus & prolationis verborum, & eſſet in aliqua conſiderariooe, cum reſpectu commendæ nullum ſit ius tributum, omnino magis traheretur
18 principium † ad fioem quam econuerſo, & fiois attenderetur ſecūdum theoricam dictæ deciſ.x.quòd quando initium dat eſſe perfectū actui, & eſt cauſa neceſſaria omnium, tunc ioitium potius quam finis inſpiciarur.l.iij. §.ſcio.ff.de miu.quod non cadit hîc, vbi nihil eſt ceptum, ne dicam perfectum ante exiſteotem cooditionem, vt ſuprà. quando verò fiois dat eſſe perfectum, & præcedeotia ordinaotur ad finem, prout teſeruaôo & commeoda fiuot,vt Card. effectualiter habeat beneficia reſeruata & commendata,ex quorum fructibus poſsit onera Cardinalia ſuſtinere.& fit atque perficitur io eodem inſtanti acceptationis, vel ſtatim poſtea, quod iueſſe videatnr. l.lecta.ver.dicebā. ff.ſi.cer.pe.& l.petens. C.de pact. & ſic per ſecundū extremum,ſeu fioem,vel eo tempore, prout eſt dictum, tunc potius finis, quam initium conſideratur, vt io ſundamentis pro hac parte in dicta deciſione adductis,facit etiam ad hoc tex.in d.l.cum qui.ff.de condi.& demon.vbi io legatis conditiooalibus tempoa inſtantis cōditionis inſpicitur, ad l.interuenit.in auth.de nup.§.quia verò hactenus, col.iiij.quæ iura Oldr.ponderat in d.conſi.ccxxix.ad prædicta cooferr quod io fortioribus terminis tradit Barto.io l.ſi patre furioſo.ff.de his qui ſuot ſui vel alie. iur.dum diſtinguit,an retractetur ex ſuperuenienti, quod eſt legitimè factum,dicens quòd quādo cauſa impediens,prout hic cooſtitutio, reſpicit cauſam finalem.prout ad propoſitum commendam,tunc impediret ne fieret, vt in caſu iſto accidit, ita & quod factum eſt, quod eſt fortius, ita etiam ſentit Oldra. in d.conſi.lvuj.ſecus inquit Batt.ſi cauſam efficientem reſpiceret, vt noo tollatur tam factum, hoc autem oihil erat factum, vt ſupra eſt oſteoſum, oec ſub prætextu qood ſimos io cooditione mixta, fit retrotractio, ad d.l.qoi Balneom.& l.ſi filius.cum ibi

not.per Moder.ff de verb.obli.quia eſſet contra præmiſſa. Secundò quia magis videmur eſſe io poteſtatiua, ſi perſonam coocedentis attendamus, & tunc ſeruit gloſ.in d.ca.ſi pro te. Idem ſi perſonam Cardi. conſideremus, à cuius voluntate dependet, prout Imo.conſiderat in d.cle.col.iiij.ibi ſecundò ioterdum pendet ex exiſtentia rei prima conditio, ſi cooſtiterit quòd ſit vitæ laudabilis, vel ex voluotate ipſius, pro quo ſcribitur, vt in ſecooda conditiooe,ſcilicet de acceptando, quam in col.ſeq.proſequendo articulum,poteſtatiuam appellat, quæ non debet trahi retro ad uot.in d.l.ſi filius.& per Bart.io d.l.ſi is qui pro emptore.in prin.q.v.prin.circa fictinnem tranſlatiuam.io col.xx.vbi aſsignat rationem, quòd ideo non trahitur retro,ex quo deficit æquitas,cùm eſſet in poteſtate partis implere:vt in l.potior.in prioci.& §.j.ff.qui potio.in pigno.habe. Habet ergo Imo.cooditiooem pro poteſtatiua in his terminis acceptationis faciendæ,non ignarus oportere ſupponere vacationem, ſioe qua acceptatio ſequi noo poſſet:quæ vacatio non contingit nec deſtioatur ad finem commeodæ:ſed ſolum inſpicitur vacatione occurreote, an acceptet, vel non per declarationē animi, & hoc dicit,& ponderat text.in d.cle.vnde etiam Boniſac. de Vitali.ibi col.iij.inquit, quòd non ita grauat condio dependens † ex facto tettij vt in d.ca.ſi pro te 19 ſicut quæ dependet ex exiſtentia rei, vel voluntate eius,pro qoo eſt ſcriptum,ex quo oo.io hac materia factum partis ac rei exiſteotiam inſpici, quæ tamen à facto eius, pro quo ſcribitur, pendeat, pront laudabiliter viuere, eſt io arbitrio libero, & ſimilia.non aotem inducit miniſterium mors,quæ certa eſt,licet dies iocertus:vt in l.j.ff.de condi.& demoo.oec rēſignatio beneficij, aut profeſsio religionis, ex quibus ſequitur vacatio beneficiorum,cùm non veoiaot vt gratia commeodæ effectuetur contemplata permiſſione diuina,aut facto hominis. Vlterius ex alin tollitur obiectus, ſi verum eſt quod Ancha.cooſiderat io d.cle.op.vj.col.xij.quamuis ſuper princi.artic.ſint opiniones,dum pro opin.Old.& Lap.quam copioſè proſequitur inter alia motiua,ponderat quòd.d.ca.j. de conceſ.præben.io vj.arguit de vltimis voluntatibus ad hanc materiam beneficiale,& quòd in vtraq; dominium † abſque traditione quæritur,ſed in vlti- 20 mis voluntatibus exiſtens conditio non trahitur retro. l.j. §.ſerui. ff.ad ſylle. ergo oec hic trahatur, ſed deſuper videatur Bartol.in d.q.v.in d.l.ſi is qui pro emptore. vbi dicit de legatis, quando trahantur retro vel non, & in quibus differant à contractibus? Secuodò ponderat quòd rettotractio † oon fit, niſi 21 per fictionem.d.c.ſi pro te. cum ſi.neque fictio ſine æquitate, quæ eam ſuadet.l.poſtliminium.circa prin. ff.de capt.& poſtli.re.& declarat Batt.io d.l.ſi is qui pro emptore.in oppo.iij.& col.Sed in beneficialibus † nulla æquitas fictionis ſuadet cum ſimus in ambi- 22 tioſis.cap.quamuis, de præbeo.iu vj.ergo ſtrictè debeot accipi, & metiri effectum ex tempore diei ceſſionis:noo retro, & io propoſito ex tempore exiſtentis conditionis:& ſi procedit,motiuum adiuuari poteſt, quòd collatio beneficij uon debet eſſe in pendeoti.c.in electionibus.c.vt quis duas,de elect.io vj. & regula.actus legitimi.de reg.iur.co.lib.cum ſimil. Verbum etiam de cætero, † poſt quod ſeqoitur,be- 23 neficia ono cōmeodentur,de quo in conſtitutione,

non contradicit, tanquam initium actus, non execu-
tionem reſpiciens de futuro, ad no. per gl. & Anch.
in ca. licet canon. & in c. prouida. vbi Anch. de elect.
in vj. quia ſatis eſt demonſtratum commendam non
præcedere conſtitutionem, ſed ſequi, per quod re-
ſpondetur ad tradita per Bart. in l. omnes populi. in
v. q. prin. ff. de iuſti. & iur. & per Imo. in c. fi. de conſtit.
dum in colum. vj. alleg. ca. fi. de ſponſa. duo. & ca. j de
poſtu. præla. iuncta gloſ. ſuper verbo de cætero in vj.
& ad l. iubemus. C. de teſta. quia loquitur in caſu ha-
bente complementum ex parte agentis per omnia,
quamuis pro effectu teſtamenti & executione, cum
ſit ambulatoria volũtas, debeat expectari mors, per
quam firmatur teſtamentum, licet tunc non fiat. l. iij.
in fi. de adi. leg. & l. j. ff. de teſta. nec cadit conſidera-
tio, quòd in eo dicatur expectari ſola executio, quaſi
non requiratur, niſi vacatio cum acceptatione, quo-
rum primum nequit impediri, & ſecundum cum ſit
facti, poteſt etiam per excommunicatum fieri, cui
etiam nequeat validè prouideri ſecundum Rot. de-
ciſio. v. in no. de conceſ. præben. ca. paſtoralis. de cle.
excom. mi. & ideo in deciſ. incip. non valet. de præb.
vel ſi ſolum acceptationis factum attendatur, illud
impedit conſtitutio. quæ nec Cardinalem forſan in-
habilitat, licèt commendam deſtruat, vel impediat:
quia ſufficienter eſt oſtenſum, quòd non expectaba-
tur poſt datam gratiæ executio cõmendæ tanquam
factæ, ſed magis vt fieret, ita quòd vacatio, accepta-
tio, & commenda per conſtitutionem veniunt, neq;
hic acceptatio eſt executio commendæ: & ſi dicere-
mus commendam præcedere & acceptationem ex-
pectare, quia potius veniret ad complementum vel
24 conſeruationem. Nam quando papa † prouidet, per
ſeipſum dicitur exequi ſuam prouiſionem, cum ſit
executor executorum, & ordinarius ordinariorum,
concurrens cum omnibus, & habens totum orbem
pro territorio. ac in beneficialibus poteſtatis plenitu-
dinem. c. ij. c. ſi à ſede. de præben. in vj. cle. j. in fi. vt lit.
pend. ca. propoſuit. de conceſ. præben. ix. q. iij. cuncta
per mundum. & cap. per principalem: & ſic idem eſt,
qui cõmendat & exequitur, ſi executionem hic con-
ſideremus: vel ſi non detur executio in actu proui-
ſionis ſeu commendæ, cum præambulis, tunc conſi-
derabitur in traditione poſſeſsionis & inſtitutione
ſupra curam, ac in fructuum perceptione de inſti-
tutione authorizabili reſpectu curæ vt ponit Butri.
in c. cum ſatis. de offic. Archi. de effectu poſſeſsionis
eſt tex. in l. Titia. ff. de ſol. cum ſi. Quando verò man-
dat per alium prouideri, tunc ille exequitur. c. ſi ſu-
per gratia. de offic. delega. & ca. executor, de conceſ.
25 præben. in vj. & hoc caſu acceptatio † non eſt execu-
tio, nec effectus gratiæ, ſed actus ad eſſentiam, ſeu
productionẽ gratiæ neceſſarius, vt ex prædictis pa-
ret, non obſt. quod Fely. colligit in d. c. fi. in declara-
tione. ij. char. pe. de conſtit. dum ponit, quòd non da-
tur deſtructio in futuris, quæ nullatenus ſunt ſepa-
rata, ſed penitus connexa cum præteritis habentia
omnimodam dependentiã. & talem, quòd non poſ-
ſet conſtitutio reſpicere actus futuros, quin etiã tan-
geret præteritos: quia vltra iam dicta hîc, nihil eſt
conſiderabile, quo ad acquiſitionem iuris de præte-
rito. Item ſumus in ſeparatis, quorum quodlibet po-
teſt ſtare per ſe, & producere effectus diuerſos. ſtat
26 enim reſeruatio † abſque commenda, & acceptatio
etiam ſine ea, & per reſeruationem impediuntur or-
dinarij, cùm non expiret ſicut nec affectio, quouſq;
papa prouiderit vt Rot. deciſio. xiiij. de præb. in anti.
& ix. ac xj. in no. & vt ſuperius eſt firmatum, per ac-
ceptationem quæritur ius ad rem, quod operatur, vt
ordinarius illud tollere nequeat. d. c. ſi poſtquam. &
ibi Philip. Franch. poſt alios, & pono in deciſio. incip.
Nuntius, de præben. & prout eſt dictum, acceptatio
non impeditur per conſtitutionem, & cauſat alios
effectus ad terminos. d. §. ſecus. & aliâs, etiam ſi non
ſequeretur prouiſio, vel ſequuta deſtrueretur. Item
ad nullitatem commẽdæ non ſequitur in omni caſu
etiam nullitas reſeruationis, ita quòd nõ omnia præ-
terita tangerentur, nec daretur connexio. eſto quòd
eſſet facta ante conſtitutionem, quod non eſt, ex quo
tota gratia dicitur conditionalis. & per fundamenta
pro deciſione adducta, & ſolutiones habes reſponſa
ad prædicta & alia obiecta, & quando vtrunque eſt
ſub cõditione tam reſeruatio quàm commenda, non
eſt leuis dubitatio, an tunc ſublata cõmenda rema-
neat reſeruatio cum ſuſpenſione vnionis perpetuæ,
quæ vnio erat facta eccleſiæ Sabineñ. cui cardinalis
ſanctæ Crucis præerat, qui habebat in gratia vnio-
nis ad reſeruata ſine clauſula acceptãdi, quia ex ad-
uerſo don Arnaldus de Velaſco, cui erat prouiſum
ex ceſsione Cardinalis Surrentini, prętẽdebat quòd
ſua prouiſio ſubintrauerat per clauſula generales,
data ſubſiſtentia reſeruationis cum ſuſpẽſione vnio-
num: & pro negatiua adducitur Innoc. in c. inter di-
lectos, de exceſ. præla. quòd in conditionali non re-
maneat vinculũ impediens, ad hoc conferunt dedu-
cta pro gratia, quòd ſit conditionalis & d. deciſio.
Rot. x. loquens de taxa, quæ erat † vna tempore da- 27
tæ, & alia tempore vacationis, quæ ſecunda ibi atten-
ditur & Oldra. in allega. conſi. lviij. clxviij. & ccxxix.
ac Ludo. Roma. conſi. cccxxxv. & Bellenzi. in alleg.
quæſt. penulti. Item quia papa non videtur reſeruare
ſuccedente acceptatione, niſi ſit vtilis reſpectu com-
mendæ propter quam ſit, vt verba cum effectu acci-
piamus. l. pe. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc.
eſt, vi exi. & c. relatum, de cle. non reſi. Nam & ſen-
tentia intelligitur de valida, & alia etiam de quibus
in c. fi. de re iudi. in cle. paſtoralis, eo. tit. in l. iiij. §. con-
demnatum, eo. tit. & in l. non putauit. §. non quæuis.
ff. de bo. poſ. contra tab. & quòd Anch. dicit in pluri-
bus caſibus conſi. lviij. circunſpectis regulis vt re-
maneat † reſeruatio, procedat in pura reſeruatione, 28
non in conditionali, vel in propoſito, ſi nullitas re-
ſultat aliunde, quàm ex validitate acceptationis, vel
commendæ, vel quia papa commẽdabat ſuſpenden-
do alias gratias ad effectum præſentium: tunc data
inualiditate commendæ ceſſat reſeruatio, quaſi li-
mitata cauſa. l. in agris. ff. de acquit. re. do. vel cauſa
ceſſante. de appel. & quando hoc eſſet, quòd reſer-
uatio remaneret, dicebatur quòd non impediebat
expectantes, ſeu authoritate apoſtolica venientes,
qualis erat cardinalis ſanctæ Crucis veniẽs ex vnio-
ne, ſeu alius ex eius iure caſſo ſecundum opin. Ludo.
Roma. in d. conſi. & Bellenzi. in d. quæſt. penul. in
opin. vlti. quoniam in prima vult vt differat decre-
tum ſuper certo beneficio vacaturo ab appoſito ſu-
per incerto, vt non afficiat hoc caſu vltimo, niſi iu-
xta d. §. ſecus. pro affirmatiua verò allegatur c. vt no-
ſtrum. de appella. & d. ca. inter dilectos cum materia,

& ibi

& ibi concludit Abb.poſt Ioan. And.& Compo.in c.
quòd ſicut, de elect.quòd ſi collatio non habeat lo-
cum, vel effectum ob ſurreptionem literarum, aut
perſonæ indignitatem ordinarius eſt pro ea vaca-
tione impeditus.arg.ca.ſi eo tempore, de elect.in vj.
29 & ſic remanet reſeruatio, † quæ ſolùm per proui-
ſionem expirat & ad Innoc.in d.c.inter dilectos, re-
ſpondebatur, quòd refert opi.non bene firmans pe-
dea:ſed magis ſecundum me, videtur ſequi, quòd de
conditionali eſt dictum per illa verba. alij dicunt, &
fortè melius, ex quo, ſub dubio fortè, reſpondent
ſæpe periti.l.ſi duo.& ibi gloſ.de arbi.l.iij.in princi.de
an.leg.l.quantæ audaciæ.ff.de publi. & vectig.& ca.
accedens.el j.vt lit.non conte.& ita Bart.dicit in l.ſo-
cietatem §.arbitrorum.col.v.ff.pro ſo.& prout Ang.
inquit in l. in ſubſtitutione. ff. de vul. & pup. quem
refert & ſequitur Socin.conſil. xciij.col.x.ſi doctor
30 conſuluit † per verbum fortè, dicitur quæſtionem,
quoad ſe, decidere, quamuis ſit dubitationis nota,
quod menti teneas in practica, & dum dicit, & me-
lius, ſatis ſe declarat Innocen.quòd inclinat in eam
partem, & ita intelligit eum Bellenz.in d.q.pe. Quo
ſtante reperio quòd Ancha. in d.conſi.lviij. vbi per
plura fundamenta tenet affirmatiuam in multis ca-
ſibus ibi collectis ex ſcriptis Ioan. And.vt dicit in d.
c.inter dilectos, ponit inter cæteros quando proui-
ſio, ſeu de prouidendo mãdatum reperitur non ſor-
tiri effectum ob conditionis defectum, & ſic contra
Innoc.ad hoc d.deciſ.j.cum addi.ad conſi.Ludo.Ro.
& Bellenzi.in opin.ij.reſpondetur, quòd fundant ſe
in falſa cauſa, & defectu poteſtatis, qui defectus hic
ceſſat, cùm concilium non impediat reſeruationem
motu proprio fieri, nec ſumus in falſa. vnde ſeruiunt
magis motiua collecta per Lud.Ro.pro affirmatiua,
& eſto ſine veri præiudicio, quòd non eſſent impe-
diti authoritate apoſtolica veniente, tunc tenentes
affirmatiuam dicebant, quòd ex quo Cardinalis
Surrentinus acceptauerat, ligatæ eſſent manus etiã
iſtorum & omnium, quinimo quòd per d.§.ſecus,
abſque dicta acceptatione infra menſem nullius te-
neret prouiſio, quãdo don Arnaldus infra menſem
fuiſſet prouiſus, pro quo Rot.in antiq. Biſigner.de
conce.præben.vij.& in antiquis.xxv.& ſi poſt, quod
omnino obſtabat reſeruatio, quæ remanebat facta
acceptatione cum clauſulis ſuſpenſionis, inhibitio-
31 nis, & decreti, ad illud de ſuſpenſione † ad effectum
præſentium conſidero, quòd licet in vna charta
vtrunque ſcriptum ſit, duæ tamen erant gratiæ, ſicut
aliâs in l. patris & filij, de vulg.& pup.& in l.ſcire
debemus.ff.de verbo.oblig.vna videlicet reſeruatio-
nis cum ſuſpenſionibus, inhibitionibus, & decreto:
alia commendæ cum eiſdem clauſulis, & in vtraque
erant illa verba, quòd ſuſpendebat papa ad effectum
præſentium. itaque ſuſpenſio huiuſmodi in gratia,
& parte commendæ appoſita non referebatur ad
reſeruationem & primam gratiam, quæ erat diuer-
ſa, & poterat eſſe ſine ſecunda. Item quia iam habe-
bat eandem clauſulam, ex qua demõſtrabatur quòd
papa in omnem euentum reſeruare intendebat ad
l.iij.§.j.de libe.& poſthu.& l.talis ſcriptura.& no.ibi
per Bar.ff.de leg.j.miſterium in ſe debent importare,
ne aliâs eſſent ſuperflua, & fruſtra membranas oc-
cuparent, ex eo quòd ſatis fuiſſet ea in ſecunda gra-
tia commendæ apponere, ſi ad omnia præcedentiã

etiam reſpectu gratiæ reſeruationis inſerrentur.l.iiij.
ff.de vſur.& ca.ſollicitæ, de ma.& obed.quòd an ita
voluerit papa, ex verbis vtriuſque gratiæ, & mente
ponderare & elicere licet.l.nominis.§.verbũ ex lege.
ff.de verbo.ſignifica.ex prædictis negari non poteſt
quin paſſus ſit dubius, & fuerit etiã apud antiquos,
& ex his etiam quæ habentur deciſ.xiiij.vt lit.pend.
in no. & per Egid. conſi. xxxiiij.col.iij.cum ſeq.vbi
facit differentiam inter decretum, quòd apponitur
pro certa perſona, & decretum quod apponitur pro
incerta:pro quo etiam Anch.conſi.cccxcix.intentio
domini, & in materia, diſtinguit idem Anch.in ca.is
beneficia, de præb.in vj. & quia coram Adriano vj.
deſuper domi.de Rot.diſputarunt, & coãm ſuper in-
tellectu cuiuſdã breuis ad inſtan.dicti don Arnaldi
producti ad partem affirmatiuã iuuandam, & multis
vtrinq; adductis domini fuere diuiſi, & adhuc ſub
iudice articulus pendet indeciſus:ideo omiſsis aliis,
quæ adduci poſſent pro vtraque parte.pro nunc laſ-
ſus, vltra non progredior.non tamen prætereo quòd
cum lis etiam ſit ſuper quibuſdã præſtimoniis pro-
ponebatur don Arnaldus, quòd conſtitutio conci-
liaris loquitur, ne commendentur parochiales eccle-
ſiæ dignitates, aliáque beneficia † eccleſiaſtica, vt ſic 32
non videatur comprehẽdere præſtimonia, tanquam
fuit alterius naturæ ac quædam ſtipendia, prout in
expectatiua tenet Abb.conſi.xlvij.vol.ij.quem ſequi-
tur Fel.in c.poſtulaſti, in ver.iiij.declaratio.de reſcri.
non obſtan.dictione alia, quæ refert ſimilia expreſ-
ſis, & licet diuerſitatem referat in ſuppoſito, refert
nihilominus idẽ vel conſimile in ſubſtantia vel qua-
litate.l.ſi fugitiui, cum glo.C.de ſer.fug.c.ſedes.iun-
cta glo.de reſcrip.Ioan.And.poſt Ioan.Mo.in c.cum
in illis, in fi.de præb.in vj.& Rot.de reſcrip.in antiq.
liij.& quatenus impedit commendari Cardinalibus
videtur exorbitare & ſtrictè, prout verba ſonant, de-
bere intelligi. l.iij. §.hæc verba.el ij.de neg. geſt. l.ſi
ſeruum. §.non dixit prætor.ff.de acqui.hæred.& re-
gula odia, de re.iur.in vj.& cùm non habeat verbum
generale quæcunq;, non continet præſtimonia nec
penſiones, niſi inquantum de eis exprimit, iuxta tex.
cum gloſ. in cle.j.de vita & ho.cle. Sed contrarium
fuit concluſum, quia conſtabat dicta præſtimonia
eſſe dari ſolita, & data in titulum perpetuum bene-
ficij eccleſiaſtici per ea, quæ Ioan. And.dicit in d.ca.
poſtulaſti.vbi deſcribit præſtimoniũ, quaſi præſtans
nimium, & Mil.cumulat in repertorio. in verbo, be-
neficij appellatione, & facit quod dicit Oldra.conſi.
cxl.in eccleſia Calagurritañ.in fi.& Anch.in regu-
la, beneficium, de reg.iur.in vj.& ad Abb.in allega.
conſi. † Quidam ex dominis reſpondebant, quòd 33
quãdo procederet in expectatiuis, eſſet propter ſty-
lum cãcellariæ, ſi expectans crearetur in canonicum,
non ſi non eſſet creatus, de ſtylo tamẽ non fuit do-
ctum, an ita ſit in creatis vel etiam in omnibus, vt
in expectatiuis non contineantur præſtimonia ſub
nomine beneficiorum, niſi de eis fiat expreſſa men-
tio:credo tamen quòd non ſufficiat † præſtimonium 34
dare in titulum perpetuum beneficij eccleſiaſtici,
niſi habeat annexũ aliquod onus ſpirituale taliter,
quòd intitulatus arctetur ad aliquod ſeruitium ec-
cleſiaſticum, quod nequeat fieri per laicum, vt tunc
dicatur eccleſiaſticum beneficium, de quo ſicut de
beneficiis eccleſiaſticis, debeat mentio fieri, & veniat

appellatione beneficij, & non aliâs, prout concord. opi. diſtinguit Gemi. conſi. lxxxix. ſuper dubiis præmiſsis, & ad hunc ſenſum faciunt quæ Oldra. præmittit in princip. d. conſil. cxl. & ad hoc cognoſcendum, attendendæ ſunt qualitates, præſtimonium, & onera, de quorum natura videas in dictis locis, & per Cardi. quæſt. xj. & Bonifac. de Vitali. col. vlti. in cle. ij. de offic. ord.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij manualis impetratio, aut vnio ſiue cõmenda, qualitate huiuſmodi nõ expreſſa, eſt ſurreptitia.*
2 *Beneficia ſecularia de iure communi perpetua, & non temporalia præſumuntur.*
3 *Beneficia regularia licet naturaliter manualia exiſtant, tamen ſi ſint curata aut electiua; de iure perpetua reputantur.*
4 *Beneficium ſeculare & regulare curatum, ſeu non curatum, requirit manualitatis expreſsionem, ſi manuale exiſtit.*
5 *Beneficium regulare non curatum, nec electiuum, non indiget manualitatis expreſsione.*
6 *Qualitas quæ in facto conſiſtit, non autem quæ de iure ineſt, exprimi debet.*

DECISIO IIII.

QVod impetratio vnionis de beneficio, quod erat manuale, & ad nutum ſuperioris amoui-
1 bile, eſſet ſubreptitia de manualitate † non habita
mentione, concluſum fuit per ea, quæ Cald. in ſimili tenet in reſeruatione conſil. xxvj. de præbend. Item in ſimplici impetratione in titulum, vel commendam, ſeu alia diſpoſitione eadem conſideratione, intelligendo tamen quòd tale beneficium eſſet
2 ſeculare, quorum ſecularium natura † eſt, vt ſint
perpetua, & perpetuò, non ad tempus cenſeantur collata. lv. diſt. præcepta. c. veniens. cum ibi no. de fi. presby. glo. in c. pe. de cle. egro. Lap. alleg. ix. & Cald.
3 in d. conſi. dat † regulare curatum ſeu electiuum,
quod etiam à iure eſt perpetuum, quamuis alia regularia naturaliter manualia exiſtant, prout vtrunq; patet in c. ij. de ſta. mo. & ibi Abb. notans prælatos regulares eſſe perpetuos, ex quo eliguntur ab eorum capitulis, cle. ne in agro. §. ad hæc, vbi etiam gloſ. in verb. id clauſtrum. eod. titu. cle. j. ante fi. de ſup. neg. præl. c. cum ſingula. iuncta glo. in ver. intelligibilis, de præben. in vj. Egid. deciſio. cciij. & Abb. in ca. conſtitutis. ij. no. de elect. papa enim eſt iuris conſcius, facti ignarus. l. omnium. C. de teſta. & ca. j. de conſtit. in vj.
4 neceſſe eſt vt in omnibus † ſecularibus ac in regula-
ribus electiuis ſeu curatis intelligat, quando ſunt manualia, quòd ſint talia ad validitatem gratiæ per rationes Cald. in d. conſi. Nam ſecundum iuris diſpoſitionem putat ea eſſe perpetua. ideo ſi beneficiũ
5 † quod impetratur eſſet regulare, non curatum, ne-
que electiuum, & vere manuale, non indigeret manualitatis expreſsione, bene indigeret, ſi eſſet perpetuum, ex eo quòd non ſunt exprimendæ qualita-
6 tes, † quæ à iure communi beneficio inſtant, ſed illæ
duntaxat quæ de facto ex conſuetudine vel ſtatuto aut aliàs ſicut Lap. poſuit in d. alleg. ita Fel. poſt alios. in c. in noſtra. col. iiij. de reſcrip. facit Rot. xxxj. in no. co. tit. & plura motiua ad hoc pono ſuper dubio illo incipiente pluries, vbi videas omnino.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſeu aliæ quouis modo appoſita in impetratione beneficij, quòd exprimitur per deuolutionem vacare, concernit omnem modum vacandi.*
2 *Probatio deuolutionis non eſt neceſſaria, quãdo ineſt clauſula illa generalis, quæ comprehendit omnem modum vacandi.*
3 *Clauſula reſtringens ſe ad modum vacandi expreſſum, arctat impetrantem ad illum probandum, aliàs nullus alius comprehenditur.*

DECISIO V.

QVando prouiſio fit de beneficio vacante certo modo, & dicitur in ea tanto tempore vacaſſe, quòd collatio ſecundum ſtatuta Lateraneñ. concilij eſt ad ſedem apoſtolicam deuoluta. cap. ij. de conceſ. præben. ca. ſicut. ca. licèt. ca. literas. & ca. fin. de ſupplen. negli. præla. & vbi ſubijcitur clauſula quouis
† modo, & ex quauis cauſa vacet, venit omnis vaca- 1
tionis forma. quæ in vim præfatæ clauſulæ continetur, & omnis modus vacandi, de cuius virtute eſt deciſio. j. Rot. de reſcrip. in no. & lij. de conceſ. præben. in antiq. ſi papa, ac Biſignet. xij. in antiq. de præ-
ben. etiam ſi deuolutio † non probetur. neque in gra- 2
tia alius vacandi modus ſit expreſſus præter modum deuolutionis cum dicta generali clauſula, dum-
modo non ſit aliqua alia clauſula. † quæ ad deuo- 3
lutionem ſe reſtringat, prout aliquando ponitur; quando deuolutio datur in literis diſpoſitiuè: quia tunc, niſi de ea conſtaret, nullus alius modus comprehenderetur, cum limitata ſit prouiſio. l. ne in agris. ff. de acqui. re. do. & c. j. de ſepul. & per hoc vltimo reſponde ad id, quod ex aduerſo proponebatur, quòd cancellaria non daret, quando fit expeditio, vel de deuoluto principaliter, ſi deuolutio non appareret. nam procederet, quãdo eſſet dictum. dummodo tamen deuolutum ſit, vel dummodo eius collatio deuoluta ſit, vt præfertur, prout in vna cauſa Taurineñ. capellaniæ legi literas cum tali clauſula, aliâs fruſtra membranas occuparet clauſula generalis, quæ quãdo non fit reſtrictio, debet aliquid, & quicquid poteſt operari. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. Abbate, de verb. ſignifi. c. ſi papa, de priuileg. in vj. c. ſollicitæ, de maio. & obed. cum ſimilib.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans de infecta poſſeſsione ac fructibus malè perceptis, tenetur facere mentionem, & iſta duo æquiparantur. & nume. 4.*
2 *Super fructibus malè perceptis de ſtylo ſoluitur compoſitio papæ.*
3 *Beneficium occupans pendẽte lite, ad fructus, etiam qui percipi potuerunt, ſicut violentus tenetur.*
5 *Impetratio de diſtributionibus quotidianis indebitè, & ſine titulo perceptis mentione non habita, valida fuit reputata.*
6 *Diſtributiones quotidianæ non computantur inter fructus, reſpectu regulæ de exprimendo valore.*
7 *Ordinarius poteſt inquirere ſuper fructibus malè perceptis.*
8 *Noua prouiſio, an purget vitia preterita occupationis, vt fructus illicitè quæſiti ſui remaneant?*
9 *Collatio ordinarij iuxta canonicas ſanctiones dicitur legitima, licet reſeruationes ipſam impugnent.*

10 *Iura*

10 *Iura de veris fructibus intelliguntur, non de his, quæ perſonæ ſudorem requirunt, quamuis nomen fructus large modo ſumatur.*

DECISIO VI.

LIte pendente ſuper cano. & præbend. eccleſiæ
Taurinen. Guterius de Treyo prouiſus ab ordi
nario percepit diſtributiones quotidianas per ali-
quot menſes, poſtea obtinuit à papa prouideri, &
nihil dixit quòd diſtributiones percepiſſet. Argue-
bam cum duobus ex dominis quòd non valeret gra-
tia, ex quo tit. ordinarij, ob litis pendẽtiam erat peni
tus diſcoloratus cum poſſeſsione. c. ſi hi cõtra quos,
vt lit. pend. in vj. & Rot. deciſ. ij. in addi. de reſtit. ſpol.
1 in no. & tunc tenetur † quis facere mentionem, tam
de infecta poſſeſsione, quàm de fructibus malè per-
ceptis, ad no. per Hoſti. & Io. And. in c. dudum. el ij.
de elect. cum ſit fur & latro dicit tex. ibi nec excuſat,
quòd dentur ratione ſeruitij, & in recõpenſam ſolli-
citudinis diuinorum officiorum, vt in c. j. de cle. non
reſi. in vj. & quandoq; manualia & quandoq; victua
lia appellantur, & ibidem in c. de cętero. eo. ti. io anti.
& c. licet, de præben. & per Car. conſi. liij. & Felyn. in
c. cum olim. in prin. de re iudi. quia ſi G. non eſſet ca-
nonicus, aut non reputaretur pro canonico, procul-
dubio eas non habuiſſet. quæ ſi tanquam tali cum
ſtallo in choro, & loco in capitulo conceſſa fuere,
vnde ſi abſque ti. perceperat, tenebatur dicere. Item
ſi cum reprobato & ſine iuris fomento, quia paria
ſunt, l. nulla. ff. de aucto. tu. & c. tuę, de cler. non reſid.
facit etiam c. conſtitu. de procur. vbi non eſt differen
tia, vel quòd non ſit conſtitutus procurator, vel
quòd minus ſufficienter conſtituatur, & ita Abb. ibi
colligit, pro hoc facit, quia negari non poteſt, quin
rem alienam contrectauerit, furtum committendo,
vel rapinam, dicit in d. c. dudum. ſciebat namque aut
ſcire debuit, cum iuris ignorantia non releuet. l. le-
ges. C. de legib. quòd non erant ſuæ, nec ei debitæ di
ſtributiones, niſi canonicè eſſet inſtitutus, regula
prima, de reg. iur. in vj. & quod vitioſè percipiebat
quòd canon prohibet. c. vnico. de eo qui mit. in poſ.
cau. rei ſer. eo. tit. quodq; ad alium ſpectabant. l. cum
quærebatur. C. vnde vi. & neceſſe habere iniuſtè ha-
bita reſtituere, quoniam non ſufficit huiuſmodi do
minum agendo pœnitentiam in ſola oratione & ie-
iunio euadere, vt inquit Hoſti. in d. c. dudum. Si ergo
2 papæ † dixiſſet, veriſimiliter voluiſſet, vt compone-
ret, prout ſtylus docet, & illud de ſeruitio perſonali
non excludit, quin in caſu d. c. j. de cler. non reſid. co
gatur ad reſtitutionem diſtributionum, quarum do
minium non acquiſiuit, nec ſuas fecit, & idem eſſe
debet in omni caſu malæ perceptionis, non conſide-
rato quòd ſeruiuit & laborauit, & quòd os bouis tri
turantis ligari non debuit. c. extirpandæ. poſt princ.
de præben. Quia labor attenditur à iure in haben-
tibus legitimum ingreſſum & reſidentibus in caſi-
bus, locis, & temporibus permiſsis, non in prohibi-
tis, aliàs præſtaret peccandi occaſionem contra d. c.
vnicum, de eo qui mit. in poſ. & l. ij. cum ſi. C. de in-
di. vidu. toll. quòd ſumus in prohibitis, patet ex præ
3 dictis, & ex eo quòd occupans † beneficium pen-
dente lite, tenetur etiam ad fructus, qui percipi po-
tuerunt, ſicut violentus, vt Rot. iiij. & v. in no. de
reſtit. ſpoli. Item ſi parti teneretur ad reſtitutionem
quotidianarum diſtributionum condemnatus per
ſententiam ſuper cano. & præb. quo caſu potuit ha-
bere iuſtam cauſam litigandi, & titulum coloratum
ſicut in vna coram do. Bartho. de Petraſancta domi-
ni voluerunt, & in alia Burgen. (ſi memini) coram d.
Iac. Simonetta, ex quo per condemnatum ſtetit, quo
minus obtinens ſententiam pro ſe reſederit & inter-
fuerit. licet in vna Illerden. quam propoſui poſtea du
bitauerint, & petierunt informari, quod factum non
fuit, multomagis in caſu iſto G. tenetur papæ expli-
care perceptionem. Vlterius iſta duo † videntur æqui 4
parari, ſcilicet quòd fiat mentio tam de occupatio-
ne beneficij, quàm de fructibus malè perceptis ex
eo vt not. Phil. Franc. in c. cum qui. de præben. in vj.
& Felyn. in c. in noſtra. in fi. de reſcript. Et poſt hæc
dubitaui inſpecto rigore iuris, quamuis æquitas mul
tum me inclinaret ad validitatem † gratiæ, & quod 5
non ſubintraret impetratio Petri de Valentia con-
tra gratiam apoſtolicam G. Sed magis eſſet G. excu-
ſatus quòd maior pars tenuit, pro qua ſententia fa-
cit, quia aut conſideramus reſpectu regulæ de expri
mendo valore fructuum, & non cõputantur † diſtri- 6
butiones quotidianæ in fructibus ſecundum Rot. vij.
in no. de præben. Old. conſi. cxviij. & Fely. in c. ad au
res. xiij. concluſione. de reſcript. nec de eis ſoluitur
annata. Aut inſpicimus quòd debeantur papæ, & nõ
videtur cum applicentur capitulo, ſeu dentur deſer
uientibus pro abſentibus, iuxta varias eccleſiarum
conſuetudines. Nec refragatur, quòd videatur rem
alienam occupaſſe, quia ſi non eſt debita papę, omiſ-
ſio non inducit nullitatem, cum remaneat actio his
quibus debentur. Secundò & tene mẽti. Iſtud etiam
meo iure non reddit prouiſionem nullam, licet ordi-
narius † poſsit inquirere de fructibus malè perceptis, 7.
cum ſola taciturnitas vitioſi ingreſſus, etiam quan-
do ſumus in impetrante beneficium, quòd quis te-
merariè aſſecutus erat, operetur nullitatem, ſecundũ
Fely. in c. poſtulaſti, de reſcrip. pe. col. in quo caſu di-
cit procedere opinionem Abb. & ſequacium, quam
curioſè refert. Si verò teneamus opinionem Pet. de
Anch. & Car. in cle. ſi Romanus, de præbend. quòd
non vitietur etiam ſi quis ſcienter taceat. quòd ſe in-
truſit, niſi acceptaſſet à ſeculari penitus incapaci, vt
per eundem Fely. in d. loco. ſumus in terminis clario
ribus, quòd non eſt fienda mentio de vitioſo ingreſ-
ſu, nec de perceptione fructuum, quia, vt ait ad pro-
poſitum, noua prouiſio operatur, † vt ex nunc in fu- 8
turum, non autem purgat vitia præteritæ occupatio-
nis, vt remaneant ſui fructus illicitè quæſiti. In caſu
verò de quo agitur, erat clauſula, quòd poſſet expri
mere cauſas infectiuas, ſed ſuper fructibus verbum
nullum. Et propterea proponẽte dicto Iac. Simonet-
ta de menſe Martij. 1532. cauſam, dubitatum fuit ſi
omiſsio vitiabat. Tertiò eſto ſine præiudicio veri
quòd de fructibus eſſet fienda mentio, iura & doct.
de veris & proprijs fructibus loquuntur, non de di-
ſtributionibus, quæ inter fructus non computantur
vt ſuprà. Prætetea hic non ſumus in eo qui ſe teme-
rariè intruſerit, quia habuit ab ordinario, & ſatis vi-
detur excuſari habito reſpectu ad communes cano-
nes, ſecundum quos collatio † ordinarij dicitur legi 9
tima, quamuis ius ſpecialis reſeruationis ipſam im-
pugnet dicit Egid. deciſi. cxvj. ſi. petens facit quòd de
anno 1514. in vna Ciuitatem. can. & præben. voluit

Roc.poſt plures diſput.dominum Francīſ.de Oſorio
excuſatum eſſe,ex quo non potuit probari,quòd ha
buit notitiam litis, quando ordinarius ei prouidit.
Et ſic quòd eſſet in mala fide, quando poſtea obti-
nuit prouiſionem apoſtolicam, in qua tacuit de per
ceptione fructuum.Ita quòd fuit abſolutus ab impe
titionibus Io.Porres.non obſtat,quòd in eo malam
fidem habet qui contra iura poſsidet.l.quemadmo-
dum.C.de agri.& cenſi.lib.xj. & c.qui contra,de re-
gu.iur.in vj.& quod decretum d.c. ſi hi contra quos
ligat ignorantes.c.ſi eo tempore,cum ibi no.de elec.
eo.lib. Quia procedit quoad incipiendam vſucapio-
nem,in qua error & iuris ignorantia non proficiũt,
quoniam requiritur bona fides poſitiuè, ſecus eſt in
acquiſitione fructuum, in qua ſufficit malam fidem
abeſſe,vt in l.ſed & ſi lege. §.ſcire. ff.de pet. hære. &
ibi Bar.hoc autem aberat ob ti.ordinarij & litis igno
rantiam,vel dicamus,quòd non ſumus in ignoran-
tia iuris.ſed facti, ex eo quod ignoratur exiſtentia
litis.& tunc lucratur quis fructus,& ſuccedit,quòd
ſcribit Abb.in c.ad noſtrã ad fi. de re.ec.nõ alie. etiã
in c.dilecto.ij.col.de præb.quod ſi cõtractus eſt nul
lus cũ errore iuris, non præſtat excuſationem etiã à
perceptione fructuum, quin debeat fieri reſtitutio,
quia ius apertè reſiſtit:ſecus quando ius non reſiſte-
ret,nec aſsiſteret, vt tunc error excuſat & procedat
doctrina Bar.in d.§.ſcire.ſi verò erretur in facto,lu
crentur fructus ex bona fide, nam & ex contractu
nullo facit quis fructus ſuos propter bonam fidem,
vt dicunt Inn.& Car.in d.c.ad noſtram. & decretum
nullum,quia ex cauſa falſa interpoſitũ præſtat tenẽ-
di colorem inquit Bald.in c.diuerſis fallaciis,de cle.
coniug. loquens de epiſcopo diſpenſante ſuper be-
neficio. Vltimò,quando admitteretur ſine præiudi-
cio, quod non faceret G. ſuas diſtributiones ſatis
eſſet pro deciſione, quòd propterea non vitiaretur
impetratio,iuxta collecta per Fely.in dicto c.poſtu-
laſti ſecundum vtranque opinionem maximè, quia
ſi in cauſa pro dicto Franciſco de Oſorio fuit hoc
rentum,vbi eramus in veris fructibus, fortius fit in
diſtributionibus quotidianis, quæ non computan-
tur in fructibus, & id debet duntaxat exquiri, an
ſciens & prudens nihil iuris habere percipiat,ſeu po
tius ignoret quo deprehendatur malam fidem abeſ-
ſe. quod ſi forſan non prodeſſet à vitanda reſtitutio-
ne,proficiat ſaltem ad nullitatem gratiæ fugiẽdam,
ex fundamentis adductis, ex quibus tentari poteſt
ſub dubio fortè,quòd illud quod non defenderet in
fructibus,excuſaret in diſtributionibus quotidianis.
in quibus ſupponeretur notitia litis, pro vtroque fa
cit, quia materia eſt pœnalis propter nullitatem a-
ctus.l.ſenatus.ff.de contrah.empt.& vendi.c.diſpen-
dia.in fi.de reſcrip.& gl.in c.decet.§.ordinarij.de im
mun.eccle.in vj. Et conſequenter benignè pro vali-
ditate in dubio interpretanda. l. quoties. ff. de reb.
dub.c.Abb.de verbo.ſignifi.l.in pœnis.ff.de reg.iur.
10 & regula odia. eod.tit. in vj.vt iura † quæ de fructi-
bus loquuntur de veris intelliguntur, non de his,
quæ requirunt perſonæ ſudorem, datò quòd largo
modo fructus dici poſſent, vt in l. iij. §. hæc verba.
ff.de nego.geſt.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio nulla de fructibus indebitè perceptis,quãdo tertio debentur,mẽtione habita, valida reputatur.*

2 *Compoſitio ſuper fructibus indebitè perceptis facta cum papa, licet vniuerſali vel particulari eccleſiæ debeantur,plene liberat.*

DECISIO VII.

ITem in vna Calagurritan.coram domino Staphi-
leo de menſe Maij 1521. dicebant domini pro ma
iori parte ſatis poſſe defendi valere prouiſionem ſi-
ne mentione fructuum quando tertio † & non ec- 1
cleſiæ eſſent debiti, quia ſi pro his teneretur quis
componere cum camera apoſtolica,omnino tenere-
tur etiam tertio. Ita quòd cogeretur bis ſoluere, &
purgare contra mentem iuris volentis, quòd etiam
in bina promiſsione eiuſdem rei ſufficiat vna ſolu-
tio.l.qui bis idem.ff.de verb.obli. & quòd ſemel ab-
ſolutus de crimine, iterum non accuſetur. c.de his
criminibus.de accuſ.& faciunt no. ibi per gl. quan-
do verò eccleſiæ † deberentur,ſeu vniuerſali,ſeu par- 2
ticulari, papa poteſt pro ſe capere, & facta cum eo
compoſitione plene liberat. allegabant ad hoc Ho-
ſtien.in d.c.dudum.el ij.de elect.xij.col.ver.nec ſuf-
ficeret etiam ſi in iſto caſu aliàs fuiſſet dubitatum,
& procedit hoc etiam in veris fructibus,pro qua fa-
ciunt adducta in proxima deciſione ſecũdum vnam
opinionem ibi relatam.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio papæ de deuoluto ad ſedem apoſtolicam cum præbendis reſeruatũ,quod Cardinalis ex indulto cõferre poterat,ſi infra ſex menſes conferre neglexit.*

2 *Tempus de iure ad conferendum præfixum, non currit impedito.*

3 *Beneficia reſeruata per regulas, cùm in eis inferiorum negligentia non detur, deuoluta dici non poſſunt, nec impetratio de eis tanquàm deuolutis admittitur.& num.8.*

4 *Beneficia exemptorum data eorum negligentia deuoluuntur ſtatim ad papam.*

5 *Indulta ſunt remotiua obſtaculorum ordinarijs conceſſa, & ſic fauorabilia exiſtunt; quia illos conſeruant in ſua propria iuriſdictione.*

6 *Conferendi tempus papæ præfixum non exiſtit.*

7 *Poteſtas papæ vel eius executoris ad alium non deuoluitur.*

9 *Ordinarius reſignationem beneficij reſeruati admittere ſed non conferre poteſt.*

10 *Reſeruatio non tollitur per indultum, ſed facultas conferendi per eum ac ſi non eſſet facta reſeruatio conceditur.*

11 *Reſeruationis vinculum, ſtatim etiam ante vacationem cenſetur eſſe iniectum.*

12 *Reſeruationis, & non vacationis tẽpus attenditur.*

DECISIO VIII.

PApa contulerat † Io.de Madrigal. parochialem 1
de Valdepennas Tollatan.dioc.dummodo eſſet
ad ſedem apoſtolicam deuoluta. Ita quòd vt conti-
neretur in gratia,neceſſe erat, quòd daretur deuo-
lutio, cùm alij modi venientes ſub clauſulis quo vis
modo,non operentur propter clauſulam reſtringen-
tem ad deuolutionem,vt notatur in alia deciſione in-
cipiente, Voluerunt domini in vna coram me,& fa-
cit quod habetur deci.x.de iu.patr.in antiq.oppone
batur nõ eſſe taliter deuolutã,ex quo erat reſeruatã.
Et cardin

Et cardinalis Tolletan. habebat indultum eum fa-
cultate prouidendi, perinde ac ſi regulæ ac gratiæ
reſeruantes non emanaſſent, & quia infra ſex men-
ſes Archiepiſcopus Cardinalis neglexerat confer-
re, deuoluebatur facultas conferendi ad capitulum.
c.ij.de conceſ. præbend. & de capitulo ad alios gra-
datim, prout ibi Abb. poſt alios declarat, verum quia
2 omnes † erant impediti ratione reſeruationis, eis
non currebat tempus. l.j. in fine. C. de anna. except.
& c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. nec erat
quòd eis imputaretur, cùm non poſſent tollere im-
pedimentum. c. fin. de elect. iuxta no. ibi per Abb. &
facit deciſio. ij. de conceſſ. præbend. in antiq. dormie
bat ergo interea terminus quòd ad papam prouiſio
de reſeruato ſpectaret, cùm ſeipſum non liget, & ſit
plenè dominus. c. dudum. de præbend. in vj. l. digna
vox. C. de legib. cle. j. in fi. vt lit. penden. & no. doct. in
c. quæ in eccleſiarum. de conſ. Ita quòd papa non di-
citur prouidere antequam ſit deuolutum. Facit quia
3 † in reſeruatis per regulas, vt in prima dignitate poſt
pontificalem. & principali in collegiata, non dat ſi-
gnatura de deuoluto: quia non datur negligentia
alicuius inferioris, nec tranſitus de perſona in perſo
nam. Pro parte Ioannis fuit conſideratum, & hæc
pars obtinuit, quòd ſicut quando ſumus in exem-
4 pto, † poteſtas ab eo deuoluitur ad papam, cùm non
ſuperior nequeat ſupplere negligentiam alterius. c.
libet. de ſupplen. negli. præla. & per Abb. in d. c. ij. Ita
hic vbi beneficium erat reſeruatum reſpectu Card.
qui pro ea vice ſeu tali beneficio, videbatur exem-
ptus occaſione indulti prædicti. Item quod d. c. ij in-
telligatur ſecundum Abb. & alios ibi, & Abb. in c.
cum in cunctis. §. fin. poſt Inno. de elect. ac Fely. in c.
irrefragabili. de offi. ordi. in prin. ij. col. vt ad capitulum
fiat deuolutio, quoad beneficia pertinentia ad epiſ-
copum proprio iure, ſecus ſi iure ſpeciali, vel ob ne-
gligentiam, aut delictum inferioris prælati, & quòd
Cardinalis non poterat iure proprio conferre, ita
quòd non ad capitulum, ſed ad papam facta erat de-
uolutio. Ad hoc tamen arguendo dicebam, quòd in-
5 dulta † Car. ſunt remotiua obſtaculorum, reducen-
ria & conſeruantia ordinarios in propria iuriſdictio-
ne, ideo fauorabilia eſſe. l. ſi vnus. §. quod in ſpecie,
de pact. l. filio quem pater, de liber. & poſthum. & c.
cum aliquibus. de reſcript. in vj. vbi Domini. ij. col.
& ita fuere interpretata in Rota, & idem de alterna
tiuis: pro qua interpretatione eſt conſil. Anch. xxxj.
nunc ſuccedit tex. in dicto cap. cum aliquibus, quòd
propria non concedentis auctoritate dicitur ordi-
narius facere, & ibi inquit Domin. poſt Ioannem
monac. quod licet remotio impedimenti ſit papalis,
non tamen receptio, quemadmodum in ligato ma-
nibus & pedibus, qui ſoluitur ab aliquo. nam poſt-
ea ſcribit, & ambulat pro ſe & propriis viribus, non
alienis: nec ſi Archiepiſcopus vice papæ conferret,
locum haberet. d. c. ij. ſicut dicitur de executore ſe-
cundum glo. in cle. ſi beneficio, in verbo epiſcopi. de
præbend. & Abb. in cap. fin. de præſump. in fine. quia
6 papæ † & eius executori non eſt tempus conferendi
præfixum, niſi vbi cautum reperitur, vt dicit Domi.
in c. ſtatutum. de præben. in vj. vltim. col. nec in iure
habetur quòd de papa, vel eius executore deuolua-
7 tur † poteſtas ad alium, dicit Imol. in d. c. cum no-
ſtris. pen. char. de conceſ. præbend. vnus ex dominis
reſpondit quòd ſi non erat propriè deuolutio, largo
modo poterat appellari deuolutio, aut reuolutio,
ſeu poteſtas ad papam reducta. Alius dixit, quòd ſi-
cut ab exemplo datur ad papam deuolutio, ita à Car
dinali. Hi quaſi caſus ſunt ſimiles, ſaltem in ratione,
ex quo poſt Archiepiſcopum ſolùm papa potuit pro
uidere. Alius ait, quòd pro deuolutione ad papam fa
ciebat tex. in d. c. ſtatutum, ſi Epiſcopus, papa non
conferente, infra menſem negligat conferre, quòd
deuoluatur ad papam, non ad alium, cum ibi etiam
remoueatur obſtaculum, vt dicit Dom. pe. col. & fiat:
& licet in d. c. nihil dicatur, ſi Epiſcopus negligat,
quomodo ad papam redeat, conſiderat, ſi pro deci-
ſione facit, quòd quia in reſeruatis † non videtur 8
eſſe deuolutioni locus, ſi papa quoad Archiepiſco-
pum Tolletanum tollat impedimentum dando con-
ferendi facultatem, quòd in tali caſu negligentiæ ad
ipſum papam deuoluatur, non ad alium gradatim,
ex quo ſi papa Archiepiſcopo id non conceſſiſſet, o-
mnino omnes erant impediti, & deuolutio nō cade-
bat in impeditis, & quòd ad validitatem, & ſuſtenta
tionem gratiæ in dubio ad l. quoties. ff de reb. dub. o-
mnibus impeditis ſatis dicatur ad papam deuoluta
poteſtas iuxta ſtatuta Lateranen. concilij. ſaltem vir-
tualiter ex capite deuolutionis, aut reſeruationis,
vel aliàs ex quo ſolus papa poteſt prouidere. Fuit etiā
dictum quòd indultū ſuſtuliſſet reſeruationem ibi,
perinde ac ſi regulæ &c. nō emanaſſent, cū idem ope
retur fictio, quòd veritas, & ſublatis regulis benefi-
cium erat liberum, quo capitulū prouidere potuiſſet
ſi Archiepiſcopus in ſuo luſtro neglexiſſet, & ſi ſe-
mel fuiſſet liberū, ſemper remanſiſſet liberū, donec
ſuperueniret ſeruitus, ſicut ſemel effectum ſemper
durat effectum, etiam ſi eſſet cauſa finalis affectionē
inducens, vt Rot. de præbend. ix. in no. vt idem dica-
mus in libertate, & fortius ceſſante cauſa liberta-
tis, hoc eſt Cardinali vel eo non conſentente, vel quia
idem operetur propoſitum in propoſito, quòd op-
poſitum in oppoſito, & ecōtra, & eadem ſit contra-
riatum diſciplina. l. & ſi contra. §. fin. cum ibi no. dè
vulga. & pupil. & l. fin. in fi. ff. de lega. iij. Item quia
vinculum reſeruationis non dicitur iniectum ante
vacationem, ſed tempore vacationis duntaxat, pro
quo Rot. in Biſiguet. iiij. de renuncia. vt ordinarius
† dicitur poſſe admittere reſignationem beneficij 9
reſeruati, non conferre, quaſi tempus vacationis ad
effectum impediendi collationem conſideretur, &
quòd ita loquantur regulæ & extrauagan. inducen-
tes reſeruationem, quodq; hoc ſuppoſito tempore va
cationis nullum ſubeſt impedimentum, ſed fuit cō-
cluſum indultum non tollere † reſeruationem, ſed da 10
re facultatem prouidendi, perinde ac ſi non eſſet re-
ſeruatio, id eſt non obſtātibus reſeruationibus. vnde
non fingit ſublatum vinculū, ſed aperit facultatem
de reſeruatis, ac ſi talia nō eſſent, quamuis ſint. ſemel
nanq; affectum ſemper durat affectū, quouſq; proui
deatur de eo Ro. de præb. in anti. xiij. & d. deciſ. xiiij.
etiam ſequens & ix. in no. probant hoc, & quòd vin
culum reſeruationis † cenſetur ſtatim iniectum, tr
quando papa reſeruat etiam ante vacationem, ex
quo nō tollitur per hoc quòd deſinat quis eſſe col-
lector, & affectio & reſeruatio cenſetur ab appoſi-
tione manus papæ & eius decreto. c. vt noſtrum. de
appela. & c. inter dilectos. de except. præla. & quòd
ibi Inno.

ibi Inno.& Abb.& quòd non tempus vacationis,ſed
12 reſeruationis † debeat attendi , eſt deciſio Biſignet.
in antiquio.ij.de præben.quæ optimè facit,& indies
videmus papam reſeruare beneficia antequam va-
cent,& decernere irritum.ac inhibere &c.licet effe-
ctus vt nullus validè diſponat , inſpiciatur tempore
vacationis , ſeu videatur in eum euentum collatus,
& ita iudicauit Domi. Nicolaus de Aretio de menſe
Aprilis 1521. pro Ioan.de Madrigal.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio papæ per obitum familiaris ſui,nulla de fa-
miliaritate Cardinalis,de qua defunctus etiam ex-
titerat , mentione habita , valida reputatur , cùm
nec eius conſenſum exigitur.*
2 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis , quia
attenditur etiam inter perſonas.*
3 *Priores in ſcriptura,in iure potiores,& prærogati-
uè iuxta ordinem potentiores exiſtunt.*
4 *Diſpenſatio in vno ex impedimentis ſtantibus duo-
bus,non ſufficit.*
5 *Reſeruationibus pluribus ſuper eodem beneficio con-
currentibus , de omnibus eſt habenda mentio in im-
petratione.*
6 *Beneficia vacantia per obitum familiaris Cardi-
nalis,non ſunt reſeruata,ſed prouiſio ſine expreſsio-
ne,& eorum conſenſu nulla exiſtit.*

DECISIO IX.

STante familiaritate T.ad papam,qui Cardinalis
etiam familiaris reperitur, ex qua cauſatur affe-
ctio ſeu reſeruatio beneficiorum , quæ obtinet per
regulas Cancellariæ per extrauagan. aut ius com-
mune in vacatione beneficiorum ex eius perſona,
ſuccumbit minor familiaritas maiori.Ita quòd pro-
uiſio papæ & impetratio à papa valent etiam non fa-
1 cta † aliqua mentione de familiaritate Cardinalis,
nec de eius nomine,& abſque conſenſu Cardinalis,
qui ſecundum regulam exigitur aliàs. ſatis enim
quòd de familiaritate papæ ſit expreſſum , & ita in
quibuſcunq; cauſis palatium obſeruat. ratio quia
maius lumen extinguit minus. c.ſollicitè. de ma. &
obe.c.volentes.de offi.dele.& c.antiqua de priuileg.
Item demonſtrat ordo regularum Cancellariç,cum
in primis regulis ponantur reſeruationes beneficio-
rum ad ſedem apoſtolicã , poſtea prouidetur quoad
familiares Cardinalium. nam licet nõ præſumamus
ex ordine,quando mẽs eſt certa.§.ante hæredis, In-
ſti.de lega.l.nec enim de ſolu.l.cú pater. §.fidei tuæ.
ff. de leg. cum ſimi. maximè in his quæ fiunt vnico
contextu,ſicut videtur editæ regulç per edictionem.
Item & in craſtino aſſumptio. ff. de actio.& oblig.in
rub.& l.quidam de pecul.lega.tamen bene præſumi
mus,quando ſumus in dubio. l.generaliter. §. quid
ergo.el ij.de fideic.liber.prout dicit Barto. in l.mori-
2 bus.§.prius.in fi.ff.de vulg.& pup. quia ordo † ſcri-
pturæ deſignat ordinem voluntatis , proceſſus , &
charitatis.l.quoties,in princ.de vſuf.l.gallus.§.qui-
dem rectè.ff.de liber.& poſthum. de conſecra. diſ.ij.
c.in Chriſto pater.iuncta gloſ.j. qui ordo attenditur
nedum inter perſonas , verùm & inter vocabula vt
dicit Bald.in d.l.quoties.& in reſcriptis. c.cum dile-
cta,& glo.ibi in verbo tranſponentes.de reſcript. &
ex ordine verborum eſt argumentandum,gloſ.in c.
fi. de app. ſæpe nanque ordo inſpicitur & ſeruatur.
c.mandato.de præben.in vj.& no.gloſſ.in c.quorun-
dam.de elec.& c.pen.de ſepul.eod.lib. Abb.in c.fi.de
poſtu.in fi.& in c.Nicolao.de appel.in princ.& in re-
gulis hoc patet,quando in eadem regula priores † in 3
ſcriptura ſunt in iure potiores,& prærogatiuè iuxta
ordinem potentiores , prout patet in illa quæ ponit
cellulas illuſtrium in primo gradu , & ſucceſsiuè
aliorum , & in alio de concurrentibus in impetra-
tione beneficiorum vacantium, aut certo modo va-
caturorum,vt habentes motum proprium præferan
tur non habentibus,aliàs graduati non graduatis &
ſic de aliis vt ſequitur.non obſt. quòd vult Ioannes
Andr.ſuper arbore affinitatis poſt prin. quod ſtan-
tibus duobus † impedimentis matrimonij non ſuf- 4
ficit in diſpenſatione expreſsio alterius , cuius con-
trarium gloſſ.ſenſerat in c. non debet. de conſan. &
affi.vbi Abb. concordat opin. & quod ſolutus vno
vinculo excommunicationis , remanet ligatus alio,
ſi duplici tenebatur,vt inquit gloſſ.in c.ita quorun-
dam. de iudæ. & ſic quòd debuerit fieri mentio de
vtraque reſeruatione,vel familiaritate,ex quo vnius
extinctio aliam non tollit,vt per multa exempla ha-
betur deciſ.xxxij.de præben.in antiq.quia vbi reſer-
uationes & vincula reſpiciebant ſolum papam , non
ſicut hîc papam & Cardinalem,ius per vnam ibi alia
non extinguitur, hic verò maior offuſcat minorem,
& ita in duplici excommunicatione eſt diuerſa ra-
tio:quoniam debet abſolui , & facere pœnitentiam
de vtraq; : vnde patet quòd termini ſunt diſpares.
nam quoad ſedem apoſtolicam ſolum requiritur,
quòd de ſua papa intelligat,& ſumus in vna,non in
pluribus reſpectu papæ,de qua quia ſi concurrerẽt
plures † reſeruationes generales , de omnibus eſſet 5
fienda mẽtio in impetratione.vt late Fely.in c.in no
ſtra.de reſcrip.in vj.cor.vel verius non ſumus in du-
plici reſeruatione, ex quo Cardinali non reſeruatur
† per regulam beneficium ſui familiaris,ſed quòd in 6
impetratione debeant exprimi nomen , & titulus
ipſius, & ſi in curia fuerit , eius ad id accedat aſſen-
ſus,aliàs gratia deſuper ſit nulla,bene in duplici fa-
miliaritate, quarum altera ſuccumbit maiori , & eſt
ſine viribus & effectu. ideo non conſiderabilis , nec
afferens impedimentum,regula non præſtat.de reg.
iur.in vj.nec propter eam papa minus prouidiſſet li-
bere.nec cauetur quòd ob iſtam cauſam,aut ei ſimi-
lem fuiſſet difficilior, & aliter nõ arctatur impetrãs
ſecundum gl.in cle.j.de præben. ſed ſolutio in lega-
to multiplicitet vt ſit liber requiritur quo ad omnia
vincula,quorũ quælibet ſtat per ſe,vt in dicta deciſi.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritatis falſa expreſsio in literis prouiſionis
non viciat gratiam,ſi literæ fuerunt taxatæ.*
2 *Falſi expreſsio ſine malitia,non viciat gratiam.*
3 *Falſa expreſsio præſumitur doloſa in gratioſis.*
4 *Falſitas ſine commodo , & præiudicio committi non
ſolet.*
5 *Regula & extrauagans Alexandri.vj. de filiis fa-
miliaribus quare emanarunt?*

DECISIO X.

VT valida fuerit prouiſio voluerunt domini in
vna Viſen. parochiali coram me de menſe
Martij

Martij 1522. non obſtan. quod falſo dicebatur in ea
prouiſum eſſe familiarem, & commenſalem vnius
1 ſcriptoris apoſtolici, ex † quo literæ reperiebantur
taxatæ, & ſic ordinariè non autem gratis expeditæ,
quæ quando gratis expediuntur non taxantur, ſed
dicitur gratis pro familiare ſcriptoris, & hoc quia
non eſt cautum in iure talem expreſsionem induce-
re ſurreptionem, & illa tantùm inducuntur, quæ
expreſſa reperiuntur ſecundum gloſſ. in ſimili in
clemen. j. in verbo vel alteri. de præbend. Item quia
2 falſi expreſsio ſine † malitia non vitiat inquit Inno.
in c. cum noſtris. col. ij. de conceſ. præbend. & facit
optimè Egid. deciſ. iiij. Nec obſt. l. pen. C. ſi contra ius
vel vti. publi. l. fi. de diuer. reſcrip. c. ſuper literis, de
reſcript. & quod no. Innoc. in c. ad falſariorum. de
3 cri. fal. quòd in gratioſis falſa † expreſsio præſuma-
tur doloſa, quia vt dicit Egid. d. deciſ. iiij. ſufficit prin
cipem ex ea non eſſe inductum veriſimiliter ad fa-
cilius concedendum, & ad excludendum dolum,
quod nemini nocuerit, nec propterea deliquerit,
de primo conſtat, quia princeps non habet reſpe-
ctum magis ad familiares ſcriptorum, quàm ad a-
lios curiales, maximè, quia ſcriptorum & aliorum
officialium prærogatiuorum. vt ſuprà, magnus eſt
numerus, & eorundem familiarium longe maior, &
ſatis eſt quòd hoc habeat de gratioſa expeditione,
neq; mouetur ex eo, quòd in ſupplicatione dicunt
ſe familiares papæ ſeruitiis talis ſcriptoris inſiſtent.
cum ſciat papa id ex priuilegio ſcriptoribus conceſ-
ſo, exprimi ad effectum liberæ expeditionis: non ad
trahendum ipſum qui non ignorat ſufficienter eſſe
proſpectum huiuſmodi officialibus, ac eorum fami-
liæ per priuilegia, quodque non ſunt ſui familia-
res & commenſales re vera. Ideo non obſt. conſil.
Gemi. cxxviij. quòd non ſentit de iſtis, ſed de fami-
liaribus & commenſalibus papæ veris, quibus papa
eſt obligatus, & ſolet eſſe promptior & largior, &
ceſſant omnia motiua Egid. deciſ. cccccxliij. ſecun-
dum patet. ſcilicet quòd expreſsio nulli præiudicat,
neque exprimens delinquit. ex quo beneficio fami-
liaritatis non eſt vſus in ſui commodum, & alterius
4 damnum. falſitas autem abſque commodo † & præ-
iudicio non ſolet committi, neque præſumitur ſe-
cundum gloſſ. notabilem in l. penult. C. ad l. Cor. de
fal. & per hoc tollitur nota. Inno. in d. c. ad falſario-
rum, qui tamen non infert vt ſupra, ſed dicit quòd
in literis gratiæ ac contra publicam vtilitatem maior
examinatio eſt habenda, quàm in literis iuſtitiæ, ad
5 extrauagan. Alexand. vj. † Contra fictos familiares
& regulam cancellariæ, quæ annullant literas & ex-
communicant cum aliis pœnis, fuit reſponſum ex
prohe. à quo finalis ſumitur ratio. l. fin. ff. de hæred.
inſtit. & ex toto tenore patere, quòd emanarunt, ne
cancellaria fraudetur in ſuis emolumentis. vnde re-
mota fraude per taxam & expeditionem ordinariam
non priuilegiatam ceſſant dictæ conſtitutiones. l.
adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. c. cum ceſſante. de
appel. & in quantum annullant gratiam, faciunt pro
concluſione, quaſi de iure valeat, cùm aliàs nõ eſſet
inualidare neceſſe, nec conſtitutio aliquid in ea par-
te induceret vltra ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quod prouideatur de beneficio in eccle-
ſia, non comprehendit dignitatem principalem in
ipſa eccleſia.*
2 *Mandatum de prouidendo de eccleſia in altera ex
rectoriis curatis exiſtentibus in eccleſia, effectum
ſortiri poteſt.*
3 *Error qualitatis expreſſæ ſi de corpore conſtat, non
viciat literas apoſtolicas.*

DECISIO XI.

SI impetrantur literæ quòd prouideatur † de be- 1
neficio in eccleſia, non continetur rectoria, quæ
eſt caput eccleſiæ: quia aliud eſt quòd prouideatur
in eccleſia, aliud quod de eccleſia. c. fin. de præbend.
gloſſ. in verbo incerta. in clem. j. eod. titu. Sed ſi ſint
duo rectores cum duobus beneficiis curam anima-
rum habentes, & nullus alius, qui ibi ſit archipreſ-
byter, præpoſitus, vel decanus maior dictis rectori-
bus, abſque eo quòd diſcerni poſsit, quòd alter ex
eis ſit principalis aut principalior, literę de prouiden
do de eccleſia poſſunt † ſortiri effectum in altero ex 2
curatis, ex quo non poteſt dici prouiſum de benefi-
cio in eccleſia, ſed magis de ipſa eccleſia. cũ vtrunq;
repreſentent eccleſiam, vt dicatur rectoria eccleſiæ,
ita de menſe Martij 1 5 2 2. in vna Mediolanen. co-
ram domino Camillo de Ballionibus fuit conclu-
ſum, pro concluſione facit quòd refert Abb. in d. c.
fin. quòd mandatum de prouidendo in aliqua eccle
ſia, in qua ſunt præbendæ, & alia beneficia minora
non poteſt exequi in præben. ſecundum doct. com-
muniter: ſed ſi nõ eſſent ibi niſi præbendæ, ne ſit fru
ſtratorium, poterit locum habere in præbend. l. ſi
quando. ff. de leg. j. in c. Abbate. de verbo. ſignific. c. ſi
papa, de priuileg. in vj. hic autem niſi ſortiretur effe-
ctum in altera ex curatis redderetur inutile, facit
Rot. deciſio. liij. de reſcript. in antiq. vbi etiam error
† qualitatis expreſſæ non vitiat literas, ſi de corpo- 3
re conſtat: ſecus ſi in gratia eſſet relatiuum aliquod,
vel quod, ex quo ſupponit diuerſitatem beneficio-
rum, quia tunc non ſortiretur effectum in vnico, vt
refert Mil. in repertorio in verbo, gratia per quam
mandatur, vbi videas exempla & eſt deciſ. Rotæ xij.
de præbend. in no. & gloſſ. in cle. j. in verbo incerta,
eod. tit. & Felyn. in c. in noſtra. corr. xxiiij. de reſcript.
Non obſt. quòd vtrunque non videatur poſſe dici
pariformiter curatum, nec caput: cùm eccleſia vnius
eſſe debeat capitis & ſacerdotis, non plurium. c. quo
niam. de offic. ordin. c. cum non ignores. de præben.
quia licet plures non debeant eſſe ſacerdotes prin-
cipaliter inſtituti, ex eo quòd iuri repugnat eccle-
ſiam eſſe plurium inſolidum. poſſunt tamen eſſe plu
res curam animarum habentes, & quilibet dicitur
habere curam, ſiue dicatur rector, ſiue vicarius, ſiue
perſona, & exercitium curæ poteſt eſſe apud plures,
vt dicunt Inno. Hoſt. Anch. Imo. & Butr. in d. c. cum
non ignores. & in materia videantur etiam Archid.
xxj. q. ij. ſicut Lap. allega. v. Old. conſ. lxvij Car. conſ.
xxx. quidam A. ij. col. Collect. & Abb. in d. cap. cum
non ignores. nec etiam eſt abſonum ſecundum
Imo. & Bart. ibi, pluribus curam populi competere
inſolidum, ſicut pluribus tutoribus & curatoribus
curam pupilli & adulti, l. j. ff. de admi. tuto. caput au-
tem dictorum rectorum, ſeu prælatus erit, vel epi-
ſcopus, vel collegium, vel papa, vt docto. præfati
declarant in dicto cap.

SVM

SVMMARIVM.

1 Prouiſio papæ de dignitate principali in collegiata, etiam de cura parochianorum, cui imminebat animarum mentio non habita valet. & nu. 3.

2 Prouiſio beneficij nulla de ipſius qualitate, vt puta electiui ſacerdotales &c. mẽtione habita an valeat?

4 Expreſsio per æquipollentiam, an valeat ſicut directa?

5 Cura collegialis, & cura parochialis, ſi ſunt in diuerſis eccleſiis quomodo, & quando mentio ſit habenda in literis.

6 Mentio in impetrationibus, niſi in caſibus in iure expreſſis fieri debet, & an per æquipollens ſufficiat?

7 Noua prouiſio tacito defectu, de quo papa potuit habere notitiam per regulas cancellariæ vel diſpoſitione iuris communis, non eſt ſurreptitia.

8 Qualitas quæ de facto, non autem de iure communi ineſt in beneficijs, exprimi debet. & nu. 11.

9 Beneficia ſecularia perpetua, regularia verò manualia de iure communi præſumuntur.

10 Gratia vnionis in ſeculari tacita manualitate eſt ſurreptitia, ſecus in regulari non curato, nec electiuo.

11 Regula cancellariæ de qualitatibus beneficiorum exprimẽdis in impetratione, quomodo intelligatur?

13 Diſpoſitio principis potius pro conſeruatione iuris communis, quàm illius derogatione interpretari debet.

14 Taciturnitas talis exiſtens, qua expreſſa princeps non ita de facili conceſsiſſet, quomodo intelligitur & cognoſcatur.

15 Falſitas expreſſa quæ non inducit ad concedendum, non viciat gratiam.

DECISIO XII.

PLuries coram domino Martino de Spinoſa
1519. fuit diſputatum, an valeret prouiſio apo-
1 ſtolica facta de dignitate † collegiata, in qua de no-
mine dignitatis, & quòd erat collegiata expreſſum
erat, ſed non quòd haberet curam parochialem, &
domini fuerunt varij. vna pars tenebat non valere
per tex. in cle. j. de præben. vbi habetur quòd de cu-
ra eſt fienda mentio, ſecundo per ea quæ Biſigner.
dubio. xiij. eod. tit. vtrum cum quis, ibi ſecundum
2 eum, tunc fuit tentum quod impetrans † dignita-
tem eccleſiæ collegiatæ electiuam, licet faciat men-
tionem de collegio, nihil agit, niſi etiã dixerit quòd
eſt electiua, vt in d. cle. quia per hoc, quòd dicatur
de collegio, non ſequitur infallibiliter. ergo electio
ſpectat ad collegium, & ſic eſt electiua, cum eſſe poſ
ſit in facto pro veritate, quòd electio non pertinet
ad conuentum, ſed ad alicuius collationem, & non
probat hoc eſſe. l. non hoc. C. vnde legit. c. in præſen-
tia. de proba. Et papa vult intelligere etiam quæ ſunt
facti, cum poſſet ea ignorare. c. j. de conſti. in vj. Ter-
tiò facit Egid. deciſ. ix. circa fin. & Card. conſi. xxx.
quidam archipresbyter. iiij. col. vbi dicunt quòd non
archidiaconatus, ſed dignitas alia poſſet eſſe ſine
cura, habenda ſit mentio de cura, de quo motiuo &
aliis ibi per Card. ad idem Felyn. c. in noſtra, primo
correl. de reſcrip. ad hoc etiam Rota, xl. in antiq. de
reſcrip. quod de qualitatibus præben. eſt fienda men
tio vtrum ſit ſacerdotalis vel electiua. Alia pars te-
3 nuit † pro affirmatiua, & hæc mihi placuit & placet,
quia pro ea eſt communior opinio, quam refert &
ſequitur Domi. in c. cum in illis. §. fi. de præben. in vj.
in vlti. col. vt ſufficiat facere mentionem de collegia-
ta, abſque eo quòd de cura dicatur, etiam ſi ſit paro
chialis, ex quo ſatis dicitur facta mentio de cura per
verba æquipollentia, quando eſt expreſſum de colle
giata † & expreſsio per æquipollentia valet ſicut di- 4
recta & nominata. c. licet ex quadam. de teſti. cum ſi.
hanc partem tenent Pau. Ioan. Cal. & Curiale. quæ
placet Lap. & Ioan. de Lig. prout refert Dom. in d. lo
co & habetur in practica cancellariæ in verbo gra-
tiam, fol. lxxviij. vbi dicitur quod impetrãs gratiam
beneficij collegiati vel cõuentualis. ſi hoc exprimit
quod ſit collegiatum aut conuentuale, non tenetur
aliter facere mentionem de cura, etiam ſi habeat cu-
ram parochialem extra collegium vel conuentum.
Idem Ioan. Andr. & Oldra. ac communiter curiales
vt etiam refert & ſequitur Phil. Franch. in d. c. cum
in illis. in princ. col. ij. cum diſtinctione tamen quod
ſi cura † collegialis, & cura parochialis ſunt in di- 5
uerſis eccleſiis, quia vna eſt collegiata, alia parochia
lis, tunc aut ſunt inuicem vnitæ, ita quòd quælibet
eſt principalis, & nulla accedens alteri, & de vtraq;
cura debet expreſſa fieri mentio in literis impetra-
tis & impetrãdis, ſed ſi vna eſt alteri acceſſoriè vnita
tunc ſufficit, quòd de principali expreſſa mentio
fiat, & hoc tam in impetratis quàm impetrandis, ſi
verò cura vtraque ſit in eadem eccleſia, ſi appareat
quæ ſit principalis, de illa debet fieri expreſsio, ſi
non appareat, de vtraque fiat, ex quo vna non inclu-
dit aliam, quòd procedit in literis impetrandis, ſed
in impetratis fortè videtur ſufficere fieri mentio-
nem, quod ſit collegiata. & ita Phil. Franch. concor-
dat opiniones & Domi. ait quòd vltimum dictum
videtur ſequendum in impetratis primum in impe-
trandis, vt ſolidius agatur ſecundum Lap. & conue-
niunt in eandem ſententiam. ſiue ergo cura collegia
lis eſſet principalis, aut cura parochialis accederet
ad collegialem, vel eſſemus in dubio in eadem eccle
ſia valet impetratio pro quo. l. quoties. ff. de reb. dub.
& c. Abbate ſancti Siluiani. de ver. ſignifi. cle. j. non
obſt. quia ſatis eſt expreſſum eſſe per æquipollens,
& quando eſt dictum de maiori & principali dictum
eſt de acceſſoriis & minori cura ar. c. ſuper eo, eo. tit.
in vj. nec. d. cle. exigit quòd expreſſa fiat mentio di-
rectò & nominatim, ſed quomodocunq; fiat ad hoc
c. ſtatutum. cum ibi not. de elect. in vj. Nam ſicut ibi
apparet, cura parochialis nihil addit habenti digni-
tatem collegiatam non parochialem, nec operatur
vnica dignitati collegiatæ quod operatur per ſe. ſi-
cut ergo non addit in iure & ibi ita nec ad impetra-
tionem, nec in beneficiorum impetratione eſt haben
da mentio, niſi de caſibus in iure expreſsis ſecundũ
glo. in ſimili in d. cle. in verbo, vel alteri, & non caue
tur iure † quòd debeat fieri expreſsè taliter quod 6
non ſufficiat. per æquipollens vel per expreſsionem
principalis, ſeu maioris, deciſ. Biſignet. cum ſequa-
cibus eſt contra communem & contra c. j. de elect.
vbi tex. loquitur negatiuè quòd niſi per electionem
non prouideatur. vbi ſunt duo vel plures, vnde pa-
pa qui habet iura in ſcrinio pectoris ſui. d. c. j. de con
ſtit. intelligit de electiua, quando dicunt quòd eſt col
legiata. Item in ſimili validum dicitur priuilegium
ſuper antiquis decimis de poſſeſsione percipientium
eas,

eas,non faciens mentionem.quia reperiſitur,& præ-
ſumuntur ab aliquo poſsideri,quod princeps veriſi-
militer credit,ſecus in decimis monialium,quas præ
ſumit à nemine poſsideri. c. dudum. de decimis. &
ibi Ioan. Aud. Car. & Abb. vt declaro latè in alia de-
ciſione incipiente , fratres minores. Ratio autem
quod infallibiliter Biſignet.Egi.& Car. procederet,
ſi aliter eſſet quam debet ſecundum ius commune,
vt ſi collegiata eſſet collatiua , ſi archidiaconatus
non haberet curam animarum, cùm de iure habeat.
c.dudum.ij. de elect.c.ad hæc. de offic. Archi. & ſic
de aliis , tunc enim ex quo talia ignorat papa de eis
eſt habenda mentio , quando retraxiſſent aut diffi-
cultaſſent principem ad materiam.cap.ſuper literis.
&.cap.poſtulaſti.cum multis aliis.de reſcript. & ve-
rificatur quod non ſequitur infallibiliter inſpecta
diſpoſitione iuris dummodo ita ſit pro veritate , ſi-
cut ius diſpoſuit , & in hoc fuit æquiuocatio , cum
iſtud ſit inſpiciendum quòd patet , quia ſecundum
7 Rot.xxxj.de reſcript. in no. noua † prouiſio in qua
eſt tacitus defectus , de quo papa potuit habere
ſcientiam ex diſpoſitione iuris , vel ex regulis can-
cellariæ non eſt ſurreptitia,& idem dicit Felyn.in d.
cap.in noſtra. iiij. correla. quia non ſunt exprimen-
8 dæ † qualitatea,quę inſunt de iure communi bene-
ficio:ſed bene quæ inſunt de facto ratione conſue-
tudinis. qualitates nanque quæ à iure inſunt , non
indigent expreſsione ſecundum Egid. deciſione
ccccl xxxviij.ſi impetrans & ita reſpondit vni audito
ri Vrbanua.v.vt dicit Rot.lxxv.de reſcript.in antiq.
& tenet Bal.in c.cum ordinem.iiij.col.de reſcrip. di-
cens quod impetrans ſuper feudo,non habet facere
mentionem de conſuetudinibus feudorum, quæ in
reſcripto comprehenduntur,ſecus ſi eſſet conſuetu-
do certi feudi exorbitans à conſuetudine recti feu-
di,vt dicit etiam in l. præſcriptione. C. ſi contra ius
vel vti.pub. iiij.col. quod non decipitur princeps in
his , quibus ſupponitur habere ſcientiam legis. l.o-
mnium.C.de teſta.ſaltem præſumptiuè, vt glo.xxiij.
d.c.præterea,licet non habeat ſemper ſecum ſapien
tes,puta quando vadit venatum,hæc, & alia quæ in
d.correl.cumulat Felyn. probant caſibus etiam for-
9 tioribus. Idem in beneficiis † ſecularibus probatur,
quæ ſui natura ſunt perpetua.lv.diſtin. præcepta &
Lap.alleg.ix. Regularia verò omnia manualia , ſeu
ad nutum ſuperiorum amouibilia, niſi ſint curata
aut electiua Egi. deciſ.cciij. ex conſtitutione autem
ſecularia poſſent eſſe manualia , aliqua autem tem-
poralia Lap. in d.alle. & regularia etiã ex aliis cauſis
fieri perpetua.Et valet in regularibus impetratio de
beneficio regulari non expreſſo , quòd ſit manuale:
quia papa eo ipſo quòd exprimitur eſſe regulare,in-
telligit quòd eſt amouibile, niſi eſſet curatum , aut
electiuum,& iſtud fuit ſæpius tentum in Rota,cuius
contrarium debuiſſet teneri , ſi attenderemus quod
non ſequebatur infallibiliter,ex quo per priuilegiũ,
aut aliàs poterat eſſe perpetuum. Item in ſeculari
quod eſt perpetuum , clarum eſt valere impetratio-
nem de tali,nihil exprimendo de perpetuitate.Secus
ſi reperiretur eſſe manuale ex conſtitutione ſeu alio
modo , quia tunc non teneret ſine expreſsione ma-
nualitatis Cal.conſ.xxvj.de præben.& ita in vna Ca
merinen.prioratus coram domino Bartholomæo de
Petraſancta inter prothonotarium de Spinola & N.
fuit concluſum quòd gratia † vnionis tacita manua- 10
litate in ſeculari , eſſet ſurreptitia , non in regulari,
non curato , nec electiuo , & vtcunque noto in illa
deciſione incipiente,concluſum fuit in palatio, facit
etiam ſtylus cancellariæ in expeditione,qui quando
non eſt conuentus in monaſterio, exprimit monaſte-
rium,quod conuentu caret , quando eſt , non aliter
exprimit , ſed ſolum dicit tale monaſterium , quaſi
primum papa ignoret , ſecundum intelligit ex ex-
preſsione monaſterij , vt ſupra in aliis ſimilibus. ad
Car.in d.conſi.quod verba impetrationibus debent
tantum operari id,quòd neceſſariò inferunt,reſpon-
ſum eſt ita de neceſsitate inferri inſpecta diſpoſitio-
ne iuris communis, quæ ſemper inſpicitur quando
nil eſt immutatum,& ex prędictis eſt reſponſum ad
d.deciſ.xl.de reſcript. quæ etiam facit pro iſta parte
quomodocunq; qualitates ſint expreſſæ.Non obſtat
c.ſuſceptum.de reſcrip.in vj.quod expreſſo vno mo-
do non venit alius,quia in caſu de quo agitur,vterq;
modus & de vtraq; cura erat dictum per ęquipollẽs
& vt ſupra. Nec obſt.Biſignet.xviij. de præb.quam
Fely.ponderat in d. c. in noſtra , quia verum eſt ex-
preſſa dignitate non cenſeri expreſſam curam , niſi
ſit talis,cui de iure cura immineat,& ſi eſſet talis,nõ
requiritur alia expreſsio , quia papa intelligit , & de
præpoſitura loquitur Biſignet. ac de impetratione
ad quodcunque officium & perſonarum vacans &
vacaturum & c.vnde nihil ad rombum.Et ita in vna
cuſtodiæ fuit etiam iudicatum,† quod bona impe- 11
tratio de cuſtodia, non expreſſo quod aliquid ei in-
cumberet, & conſtabat , quod tenebatur ad ea quæ
habentur in c. vnico , de offic. cuſto. quia papa hoc
intelligebat eſſe de iure.ad hoc etiam facit quod Bar.
tenet in l.j.ff.ſi certum peta.iij.col.ſatis eſſe quod di-
ctum teſtis in ſui ratione , vt ſcio : quia ſum vicinus
concludat præſumptiuè non neceſſariò ex præſum-
ptione iuris taliter , quòd ad condemnationem ſuf-
ficiat. in caſu autem iſto ſufficiat ad omnia vera iu-
ris diſpoſitin,quam ſequi oportet niſi probetur alte
rata , & quòd ſit ſatis concludere præſumptiuè iu-
ris præſumptione in dicto teſtis,plura cumulo in illa
deciſione, quòd fama probatur per teſtes de auditu
publico , incipit ad hoc vt teſtes , ex quibus patet in
puncto iuris deciſionem relatam per Biſignet. non
procedere.nec eſſe ſequendam , attento ſtylo curiæ
minus in dubio in quo pro validitate & excuſatio-
ne à nullitate , ſed in concurrente regula cancella-
riæ † de qualitatibus exprimendis in impetrationi- 12
bus beneficiorum,an dignitates,perſonatus,vel offi
cia ſint, eiſque cura immineat animarum , & an ad
illa conſueuerint , pro electione aſſumi &c. de qua
dictum fuit,quia eſt.de dandis propter decretum ir-
ritans in ea poſitum,vt etiam dicit ibi gl.& commu-
niter dicitur, quoad eas quæ ſunt de dandis vel nõ.
nunquid habeant decretum , vel ſolùm ſine decreto
reſpiciant expeditionem. vt primo caſu ſint de dan-
dis non ſecundo:dubium facit, quia Bart. in l.iij. §.
prætor ait.ff.de dam.infect.& Abb. in c. paſtoralis. in
prin.de appel.volunt quòd ſtatutum interpretatur
contra ius,quando aliàs nihil operaretur, vt ſcilicet
aliquid addat iuri communi, ita quod non ſufficiat
mentio per æquipollens.ſed ſaltem fieri debeat con-
ditionaliter,vt dicitur in regula,ſed vna pars domi-
norum propterea non inclinauit in negatiuam , nec

receſsit ab affirmatiua conſiderans, quòd regula
noluit in hoc deſtruere tot regulas iuris vno verbo,
argum. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. & quod
ſit ſatis per æquipollens & aliis modis, vt ſupra, vel
13 dicamus quod quando diſpoſitio † principis poteſt
interpretari in derogationem iuris communis, &
etiam ad conſeruationem potius accipiamus pro
conſeruatione, ſecundum Innocent. in cap. dudum.
de decim. in ij. cuius dictum de facili non reperitur
alibi ſecundum Butr. ibi & de eo meminit Bald. in
l. bonorum. C. qui admit. ad bon. poſſeſ. vt refert ac
ſequitur Felyn. in tracta. quando lite. ap. no. patr. in
iij. ampliatione quod dictum, an intelligant in diſpo
ſitione principis non ſtatutaria, vel in ſtatutaria, aut
habente rationem paritatis cum ſtatutis, videndum
pro concordia vel contrarietate? occurrit tamen
quòd doctores ſatis Moderni dixerunt curiales
communiter tenere ſatis eſſe de collegio fieri men-
tionem, vt Dominic. & Philip. Franc. in locis allega-
tis, & quòd talem impetrationem regula metuerit,
à qua non ſit diſcedendum. l. minime. ff. de legib.
quia in monaſterio non habente conuentum, ſtylus
etiam hodiernus habet, vt dicatur, quod conuen-
tum caret, in habente contentatur dicere ſolum
monaſterium, & ſic de aliis. Regula autem ſi non di-
cat ſaltem conditionaliter. reſpicit abbreuiatores,
quòd debeant dare negatiuè. ergo quod ipſi faciunt
eſt inſpiciendum ſecundum tempus, quo ſtylus va-
riatur vt dicit Lap. allega. lj. & cui iura deſeruiunt.
xxix. diſ. cap. fina. & cap. fin. de tranſact. Nam ad di-
14 gnoſcendum, an taciturnitas † habeat vitiare, re-
quiritur quod ſit talis qua expreſſa princeps facile
non conceſsiſſet ad no. in cap. poſtulaſti. & cap. ſuper
literis. de reſcript. quod intelligitur ſecundum com
munem curſum & ſtylum cancellariæ, nam aliàs
non poſſet vnquam ſciri, an princeps feciſſet gra-
tiam, aut non fortè eam feciſſet, vnde referendum
eſt hæc ad probabilem coniecturam, vel commu-
nem vſum aliarum literarum per principes con-
ceſſarum, ſeu concedi ſolitarum, ita dicit Felyn.
in cap. in noſtra. eodem titul. in xx. correl. & facit
l. ſi interpretatione. ff. de legib. & cap. cum dilectus.
15 de conſuetud. & quando † exprimitur quod eſt fal-
ſum, non vitiat etiam expreſsio, quæ non inducit ad
concedendum, pulchra eſt deciſio Egid. iiij. & Rot.
lxix. in antiq. de reſcript. & ibi de materia & Mil. in
verbo gratia. in beneficialibus ſi eſt ſurreptitia. in re-
pertorio videatur etiam Alexand. in l. fin. §. in com-
putatione. C. de iure deliber. quomodo procedat do-
ctrina Bart. in d. §. prætor ait.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium in cathedrali eccleſia, licet non ſit opus exprimere nomen ſancti, tamen ſi impetratur ex reſignatione alterius & fiat huiuſmodi expreſſio ſuſtinetur.*
2 *Reſignationes an fauorabiles & coadiuuandæ exiſtant?*
3 *Impetratio etiam ex cauſa ceſsionis, eſt ambitioſa.*
4 *Impetratio de beneficio vacaturo non comprehendit beneficia in cathedrali exiſtentia, niſi exprimatur.*

DECISIO XIII.

Licet glo. antepe. in fi. in c. quamuis. de præben. in
vj. velit quòd non valeat impetratio de benefi-
cio † expreſſo nomine ſancti Petri in cathedrali ec- 1
cleſia propter ſtylum, & cum ea tranſeant doct. Ni-
hilominus in vna Virdunen. Ca. & Præben. coram
domino Martino de Spinoſa, domini ſubſtinuerunt
impetrationem ex cauſa reſignationis, ex eo quòd
reſignationes à mera voluntate, & quadam quodam
modo liberalitate fiunt, † & quia ſunt fauorabiles ac 2
adiuuandæ etiam reſpectu reſignantis, & eius cui
prouidetur, quæ deciſio habet multum de æquitate
& bono iudicio, ſed in puncto iuris non poſſet de-
fendi ſuppoſito ſtylo, ac communi ſententia per gl.
ex quo impetratio etiam ex cauſa † ceſsionis eſt am- 3
bitioſa, & ideo reſtringenda, vt d. c. quamuis. cum
vulga. & poteſt impetranti dici, expreſsiſſes cautius,
& prout ſtylus docet. l. in Ciuilem. C. de fur. Item be
neficia † in cathedrali non veniũt, niſi de ea dicatur, 4
& dicendum eſt ſine nomine ſancti, vt inquit Fely.
etiam in c. in noſtra. xxxix. correl. de reſcrip. ad idem
Abb. in c. ſacroſancta. de elect. vbi limitat in primo
nota. magnam tamen excuſationem meretur, qui
exprimit eccleſiam cum nominatione ſancti, ſub
qua intitulatur & ſine dolo eſt, vnde excuſationem
meretur. l. igitur. §. poteſt. ff. de libe. cau.

SVMMARIVM.

1 *Regula cancellariæ diſponens, quòd habens ſignaturaper fiat, præferatur alteri habenti per conceſſum, intelligitur etiam ſi habens per conceſſum eadem die ſit poſſeſſor.*
2 *Cap. ſi à ſede. de præben. in vj. quomodo intelligatur?*
3 *Gratia motu proprio conceſſa, vincit omnes alias prærogatiuas.*

DECISIO XIIII.

Regula eſt Cancellariæ † quòd habens gratiam 1
per fiat, in concurſu præferatur habenti per cõ
ceſſum quæ 1513. in duabus cauſis fuit interpretata,
vt procedit etiam ſi habens per conceſſum eadem
die ſit poſſeſſor non obſt. c. ſi à ſede. de præbend. in
vj. quia habebit locum data in cæteris paritate, & al-
tero tantum poſſeſſore. Idem ſi habens conceſſum,
haberet etiam motum proprium, & ad id quod dice-
bam duo vincula vincere vnum. l. cum in adoptiuis.
C. de adopt. §. ſi hodie. inſti. eo. auth. itaque. C. eo. &
quod triplex funiculus potentior eſt vno. c. j. de treu.
& pa. cum vulgaribus, dixerunt domini quaſi om-
nes, quòd regula loquebatur generaliter non atten-
tis aliis prærogatiuis, ſed ſola ſignatura vt ſupra,
itaque ſimpliciter erat intelligenda, & quòd d. c. ſi
à ſede, † exorbitat, vt inquit ibi Phil. Franc. iij. col. & 2
non excedit terminos ſuos. cap. j. de ſepultur. ad hoc
quia reperiatur collatio facta vni per epiſcopum, &
eadem die alij per Vicarium, præfertur habens ab
Epiſcopo habenti à Vicario etiam poſſeſſori ſecun-
dum Dominic. in d. c. ij. Cald. conſil. vij. eod. titu. qui
tamen videatur, quia in hoc contradicit Phil. Franc.
ij. col. poſt Lap. quamuis pro opin. Dominic. faciat
illa ratio quòd epiſcopus, & ſic altus ſuperior con-
ferendo videtur auferre poteſtatem vicario quoad
illud beneficium, ne videatur facere actum nullum.

l.iij.ff.de milit.teſta. Et cùm non appareat de priori-
tate,& c.niſi pro opi.Lap.poſſeſſorio faciat præſumi
anterioritatem occurrit quod d.c.ſi à ſede, procedit
quando à diuerſis. Idem beneficium confertur ea-
dem die,non quando ab eodem,& ſic non quando
à papa & alio auctoritate papæ,quia papa facere di-
citur.c.ſi eum.c.ſi apoſtolicæ.c.hi qui, de præbend.
in vj.c.cum aliquibus de reſcript. eodem libr. l. j. §.
ſed neq;.ver. omnia. C. de vete. iur. enuc. vnde Car.
aut alius dicit conceſſum in præſentia domini no-
ſtri papæ,idem de vicario reſpectu ordinarij,quaſi ab
eodem, non à diuerſis factum cenſeatur. bene au-
tem diuerſi cenſentur,ſi papa, legatus de latere, &
ordinarius loci concurrerent, & ad illud de pluri-
bus vinculis ſuppoſita veritate etiam reſpondetur
magis ſpecificando, quod locum habet, niſi vnum
ſit potentius pluribus. l. nam & ſi parentibus. ff. de
inoffic. teſtam. facit etiam, quia in regula de con-
3 currentibus quod habens † motum proprium præ-
feratur cæteris non habentibus,vt graduati non gra
duatis, & ſic de aliis prærogatiuis, ibi ſolus motus
proprius vincit aliàs prærogatiuas quotquot ſint,
& ita gloſſ.ſentit ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio c.ſi à ſede, non habet locum in poſſeſſione illius,cui prouidetur per ceſſionem vel mortem prouiſi ab ordinario, qui concurrebat cum prouiſo à papa.*
2 *Prouiſio magis qualificati ex ceſſione minoris prærogatiuati, non præiudicat alteri eodem die cum minori in prouiſione concurrenti.*
3 *Prouiſio in beneficialibus eſt actus legitimus, qui non recipit idem neque conditionem.*

DECISIO XV.

ITem fuit dubitatum coram domino Camillo de
Ballionibus in cauſa Vormatien.ſcholaſtriç 1518.
ad materiam d.c.ſi à ſede,de præben.in vj. an poſſeſ-
ſio eſſet in conſideratione, quando vnus habet à
papa, alius ab ordinario eadem die, & de prioritate
non apparet, ſi neutro poſſidente habens ab ordi-
nario cedat,vel decedat, & prouideatur Titio, qui
poſtea aſſequitur poſſeſſionem,& habens à papa ce-
dat etiam & prouideatur G. an G. debeat obtinere,
& præferri Titio? & quidam arguebant Titium fo-
re abſoluendum ex eo, quòd militet præſumptio
prioritatis tituli in habente ab ordinario, ex quo is
qui eſt prouiſus, ex eius ceſſione habuit poſſeſſio-
nem.nam ſi prouiſus à papa fuiſſet prior, veriſimile
eſt quòd habens per eius ceſſionem vel deceſſum
aſſequutus fuiſſet poſſeſſionem non alius, ad hoc
facit quod Lap. voluit in d.c. poſſeſſionem conſide-
rari tempore quo agitur, & non diſtinguitur magis
de poſſeſſione primo quàm ſecundo loco prouiſo-
rum.l.j.§.generaliter.ff.de leg.præſtan. Item Titius
eſt reus & poſſeſſor & G. eſt actor & cùm non con-
ſtet an prouiſus à papa fuerit anterior in dubio de-
bet abſolui. l. qui accuſare. C. de eden. c.fina. de re
iudic. Sed contrarium à maiori parte fuit conclu-
ſum,& hoc mihi placuit eo fundamento, quia ſi ce-
dentes concurrerent, prouiſus ab ordinario ſuccum
bebat prouiſo à papa propter ampliorem præroga-
tiuam conferentis. vnde ex ceſſione eius qui nihil
habebat, Titius nihil conſequitur. † quia plus iuris 1
ex eius perſona cedente vel decedente, non tranſ-
fertur, quàm haberet. l.traditio.ff.de acqui.re.domi.
l.ſi liberam. C. quòd cum eo. & in regula nemo po-
teſt.de regul.iur.in vj.nec à cedente, ſed à ſuperiore
inueſtiente ius habetur, vt not. Abb. in c.ij. de præ-
ſcript. ſuperior autem prouidet, niſi alteri ſit ius
quæſitum tempore prouiſionis,vt patet in clauſula,
quæ in prouiſione apoſtolica apponitur,nec ex titu.
nouo concurrit Titius cum prouiſo à papa, neque
reperitur eſſe in terminis d.cap.ſi à ſede. nimirum ſi
præfertur Gaius.poſſeſſio nanque ſua venit ad titu.
ſuum ex eius vigore, non ad titulum prouiſi ab or-
dinario, de quo loquitur d. cap. meritò non conſi-
derabilis maximè quia d.cap. exorbitat. prout Phil.
Franch. ibi. ita quòd vltra caſum ſuum non exten-
ditur, ſed ſolum procedit in poſſeſſione primo lo-
co prouiſorum eodem die. non obſt. quòd prouiſus
ab ordinario primo loco abſolueretur, ſi poſſideret,
quia tunc loquitur d. c. nec ſumus in dubio, quòd
Titius mereatur abſolui, ſed in claro iure prouiſi
à papa,& ſic etiam eius qui eo cedente haberet & d.
c.ſi à ſede, adiudicatoriam etiam ac canonizatoriam
concedit,& ſi prima opinio procederet, poſſet alter
habens ab ordinario cedere in fauorem tertij, qui
haberet poſſeſſionem vel alterius, qui de facili & ſi-
ne mora poſſet habere,& eo modo tolleret ius pro-
uiſo à papa, quòd ſine eius facto non aufertur re-
gula id quod noſtrum. de regulis iur. in vj. & aliàs
abſurdum & contra iuris regulas in authen. de non
eligen.ſe.nuben. §.cum igitur.colum.j. cap. ſolicitè.
de ma.& obed.& c.nona.de pe.& remiſ. Sic in duo-
bus † perſonis à papa eodem die, quorum magis 2
prærogatiuatus ſeu gratificatus vincit alium, quia
non perderet ius, ſi alius cedat in fauorem tertij,qui
eſſet magis qualificatus, quam primo prouiſo eo-
dem die, vlterius prouiſio in beneficiis † eſt actus 3
legitimus, qui non ſtat in pendenti data acceptatio-
ne prouiſi,ſed ſtatim perficitur,nec recipit diem aut
conditionem.c.ij.de elect.cap.ſi tibi abſenti.de præ-
bend.in vj.regula actus legitimi de regul.iur.ff.& in
vj.vnde remota ſeu non data poſſeſſione in prouiſo
ab ordinario. ſtatim fuit quæſitum ius apoſtolico.
non ob.quòd Lap. voluit inſpici idem tempus quo
agitur in ipſa poſſeſſione,quia gl.in d.c.ſi à ſede,Do-
mini.& Phil.Franc.ſentiunt contrarium,& eſto ſine
præiudicio veritatis, quòd eſſet vera opinio Lapi
locum haberet in prouiſo ab inferiore poſſidente
tempore litis concurrente cum prouiſo à ſuperiore
non in alio.

SVMMARIVM.

1 *Regula de exprimendo nomine & titulo, ac conſenſu Cardinalis in impetratione beneficij vacantis per obitum familiaris ſui, non habet locum in prouiſione facienda ex reſignatione familiarium.& nu.4.*
2 *Taciturnitas cauſæ de præſenti aut præterito retrahens, vel reddens principem difficiliorem ad concedendum, inducit ſurreptionem, ſecus de illa quæ poſſet contingere de futuro.*
3 *Futura habentia ſe ad eſſe & non eſſe, non eſt opus, vt de eis in impetrationibus mentio habeatur.*
5 *Regulæ cancellariæ ſunt ſtricti iuris, & non egrediuntur ſuos terminos.*

6 *Derogatio regulæ de.xx.eſt fauorabilis, quia fit reductio ad ius commune.*
7 *Derogatio regulæ de. xx. etiam in beneficijs exiſtentibus, vbi Cardinales habent indultum, non inducit ſurreptionem.*

DECISIO XVI.

VNus familiaris Cardinalis deFerneſio ceſſerat
in manibus papæ, papa prouiderat Titio non
1 expreſſo de familiaritate, † nomine & titu. eiuſdem
Cardinalis, & cum derogatione regulæ de infirmis
reſignantibus, & infra viginti dies ex eadem infir-
mitate decedentibus. prætendebat Cardinalis 1 5 1 4.
prouiſionem nullam, quia obierat infra dictum tem-
pus, quaſi papa non prouidiſſet ita de facili. nec re-
gulæ derogaſſet intellecta familiaritate. c. cum adeo.
c. ad aures. c. ſi proponente cum aliis. de reſcriptis.
nam remota derogatione dictæ regulæ vacaſſet per
obitum, non per reſignationem, vt in eadem regula
idem non admiſſa ceſsione, ſeu non facta alicui pro-
uiſione ex ea, & tunc per aliam regulam impetratio
ſine expreſsione nominis, tituli, ac familiaritatis
Cardinalis, eiuſque conſenſu, ſi in curia ſit nulla eſt
& ſecundum deciſiones de familiaritate Cardinalis
dicere oportet. vt plenè Felyn. in cap. in noſtra. xxj.
cort. de reſcrip. Sed pro validitate fuit concluſum ea
2 ratione, quia cauſæ † de præſenti aut de præterito
exiſtentes aliàs tales, quæ retraherent, aut difficilio-
rem principem redderent, ſunt in conſideratione
quoad ſurreptionem, obreptionem, & intentionis
defectum inducendum, non de futuro quæ poſſent
& non poſſent contingere, vt in omnibus iuribus in
materia diſponentibus, patet ad hoc deciſio Rotæ.
xxv. in no. de reſcrip. quòd non ſunt ponderanda in
propoſito futura habentia ſe ad eſſe, & non eſſe per
iura quæ adducit. Et propterea Fel. in d. c. in noſtra.
3 eod. tit. corre. vij dicit quod de futuris † habentibus
ſe ad eſſe, & non eſſe merè contingenter, non eſt
opus in impetratione facere mentionem, contingẽs
autem erat quòd infra vel ſupra xx. dies, & ex eadẽ
infirmitate decederet. Item, quod papa prouideret
4 vel non, vt ſuprà, & quoad familiaritatem † regula
non loquitur de reſignante, ſed de moriente ſeu de
impetrante beneficium vacans per obitum familia-
ris, non per reſignationem & deciſ. de quibus Fely.
in d. corre. xxj. procedunt in caſu vacationis per obi-
tum, & ita etiam gloſſ. in d. regula & de iure ſemota
regula prædicta omnino per reſignationem vacaſ-
ſet, vnde non eſt in conſideratione remotio obſta-
culi regulæ, ſed magis diſpoſitio iuris, ſicut cauſa
naturalis non accidentalis. l. qui habet. ff. de iure. re-
5 gulæ † enim ſunt iuris ſtricti, quemadmodum ſta-
tuta, & non egrediuntur terminos ſuos. l. iij. §. hæc
verba. de nego. geſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor.
ff. de acquiren. hæredita. cum ſi. & reductio ad ius
commune. & ſic derogatio regulæ eſt fauorabilis,
6 † prout etiam alternatiua, quæ ordinariis in ſex
menſibus conceditur non obſtan. gratiis præuen-
tiuis, & pẽdens à mera principis poteſtate, & volun-
tate. l. ſi vnus. §. quod & in ſpecie. de pact. l. non ſta-
tim. ff. de pecul. xxxv. diſtinct. ab exordio. c. cum ali-
quibus, & ibi Dominic. ij. colum. de reſcript. in vj.
Anchar. conſi. cxxxj. Ita quod non poſſumus dicere
vacaſſe per obitum. ſicut autè quidam in partibus
habentes priuilegium mediæ annatæ de benefi. va-
cantibus per obitum prætendunt, quando poſt ceſ-
ſionem eſt facta mentio cum derogatione dictæ re-
gulæ, & cedens moritur infra viginti dies. Nam in-
ſpecto iure hoc non eſt verum, nec inſpecta regula
ex quo ſublata eſt, idem ſi non eſſemus in familia
Cardinalis, ſed in habente beneficium in ciuitate,
vel diœce. cuius Cardinalis eſt adminiſtrator, & ha-
bet indultum propterea de omnibus beneficiis va-
cantibus, præter quam per reſignationem in mani-
bus papæ, & reſignaure illud cum ſimus in caſu ex-
ceptuato, quemadmodum quoad regulam iam di-
ctam in caſu non comprehenſo in ea, taliter quòd
nec de indulto eſt neceſſaria mentio, & ad hæc facit
dec. cum ſuis motiuis incipiens, commendauerat,
nec † quod derogetur regulæ de xx. diebus cauſat 7
ſurreptionem aut obreptionem, quia militant ea-
dem motiua & ita fuit iudicatum quod non, ad mul
ta ſimilia vt inquit Felyn. in d. vij. corr. cum non no-
ceat taciturnitas iuris quod in beneficio potuiſſet
quis conſequi, ſi ego non impetraſſem, etiam ſi per
impetrationem meam præcludatur ei via ad futu-
ram & nouam impetrationem. prout in caſu regu-
læ, quoad familiares, & indulti quoad non familia-
res præcluditur.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus an mutetur per mutationem prabẽda?*
2 *Optio vel aſſenſus in eccleſiis abſque nouo titulo, & collatione fit.*
3 *Optio prabendarum de quibus intelligatur, vt optio locum habeat?*
4 *Prabenda conſtituitur ex rebus temporalibus, ideo poteſt aſsignari laico, quando non eſt annexa canonia.*
5 *Excõmunicatus poteſt prabendã vacantem optare.*
6 *Collatio beneficij facta excommunicato, etiam excommunicationem ignoranti eſt nulla.*
7 *Iudex an teneatur iudicare ſecũdũ deciſiones Rota.*

DECISIO XVII.

ERant in eccleſia Apen præbendæ diſtinctæ, vna
de Iſtrio nuncupata. Alia de Alanſono, & ſic de
aliis. Antonius de Turri obtinuit ſibi prouideri à ſe-
de apoſtolica de canonicatu & præben. quos Elzea-
rius de Turri in dicta eccleſia obtinebat ex ceſsio-
ne dicti Elzearij, qui poſtea obiit, capitulum noluit
admittere ad poſſeſsionem præbend. de Iſtrio Anto-
nium, quia ſtante ſtatuto ſeu cõſuetudine de optan-
do G. de Cordnano antiquior canonicus dimiſit
ſuam de Alanſono, & optauit ipſam de Iſtrio taliter,
quòd illam de Alanſono habuit Antonius. dubita-
ui ego, qui eram auditor huius cauſæ, an Antonius
habuerit canoniam quam obtinebat G. & G. cano-
niam quam obtinuerat Elzearius ita, quòd per mu-
tationem præbendarum eſſent mutatæ canoniæ,
cùm dicat Egid. deciſ. lxiij. quod in præbendis † di- 1
ſtinctis, mutata præbenda mutatur canonicatus,
propter inſeparabilem connexitatem & Rot. vj. de
conſuetud. in nouell. idem ſentiat. Sed contrarium
fuit concluſum, quia per optionem non extinguitur
antiquus titulus, nec nouus quæritur dicunt Io. An.
Ancha. & alij in c. ſi. de conſue. in vj. quod eſſet ne-
ceſſe fateri ſi fieret mutatio canonicatuum, pro hac

parte

parte Rot.Biſignet.v.eod.tit.vbi determinatum fuit contrarium, quia ex quo non habebat ti.canonicum in prima minori non poteſt haberi in ſecunda media, quoniam in eccleſiis, vbi habet locum optio,
2 † vel aſſenſus, ſeu permutatio præbēdarum fit tranſitus de vna ad aliam abſque nouo titulo, & abſque noua prouiſione ſeu collatione in virtute prouiſionis habitæ in prima, ſecundum Archi. & Ioan. And. in d.c.fi.& Rot.deciſ.xv.in antiq.eo.ti. vnde ſi canonicus titulus non erat in prima, non poteſt haberi in ſecunda, aliàs ſequeretur quòd eam ſine canonico titulo obtineret contra c.j.de regulis iur. in vj.idem tenet Card. conſil.cxxvj. dum dicit quòd antiquior canonicus ſine noua collatione ex titu. quem prius habebat in præbenda, permutat prædia præbendæ. non enim poſſet acquirere nouum titulum præbendæ ſine inſtitutione, ſicut non poſſet ſibi ipſi conferre, aut ſe præſentare vel eligere. cap. cum in iure. de elect. c. fin. de inſtitu. cum ibi not. & in caſu quem proſequitur ſubiungit quod remanente Ioan. præbenda ſua ipſe adeptus eſt poſſeſsionem præbend. Viuiani & poſſeſsionem præbendæ ſuæ fictione iuris ex iure conſuetudinis fuerunt applicatæ præben. Viuiani & not.ſecundum Car.ibidem, quod conſuetudo, quæ habet quòd antiquiores canonici poſsint
3 optare præbendas † non intelligitur de præbendis propriè ſumptis. prout præbenda eſt ius ſpirituale, quod confertur ſoli canonico, ſed intelligitur impropriè prout præbenda eſt temporalis ipſa nempe prædia vel reditus, quod propriè ſumpta, ſit ius ſpirituale, ſingulariter probatur in c. dilectos. de præbend. ibi de communi aſſenſu augmentare valeant numerum præbendarum quoddam ius ſpirituale de nouo creando, de impropriè ſumpta loquitur tex.in cap. quia nonnullis. de magi. in verbo aſsignetur, dum dicitur aſsignando magiſtro fructus vnius præbendæ, & notanter dicit de prouentibus & non de ipſo tit.præbend. quòd ſic debeat accipi conſuetudo de optando. probatur ex eo quod not. Ioann. And.in d.cap.fin.de conſuetud.& conſtituitur præ-
4 bend. † ex rebus temporalibus inquit Abb.in c.ſuggeſtum.de iur.patro.differentiam inter canoniam & præbendam ponit gl.in c.cum M.Ferratien.de conſt. & Abb.declarat quando præbenda eſt ius ſpirituale, quando temporale in d.c.dilecto. & in c. maioribus.eo.ti.quia quando non eſt annexa canoniæ dicitur quid temporale, & poteſt cōferri laico ad ipſius ſubuentionem. quando verò eſt annexa tunc eſt ius quoddam partim temporale partim ſpirituale ratione canoniæ. nec laico conferri poſſet quamuis ius patronatus, quod etiam eſt mixtum. c. quanto. de iudic.cadat in laicum, quia hoc eſt ex gratia. c.quoniam.de iur.patro. Ad deciſionem ponderabat pars quæ erat pro non mutatione canoniæ d.conceſ.Car. in ſuo caſu.nam ex tenore literarum prouiſionis cōſtat quòd P.impetrauit canonicatum vltimi defuncti & præbendam, quæ vacauerat per dimiſsionem ca-
5 nonici qui optauerat, vnde ſi optando † præbendam eſſet viſum etiam acquirere nouum canonicatum, & dimittendo præbendam dimittere antiquum, literæ apoſtolicæ non emanaſſent quod canonicatum per obitum, & quoad præbendam per dimiſsionem, ſed per dimiſsionem ſuper vtroque. tamen an bona eſſet impetratio diſputat Car. & vult quòd ex dimiſsione Martini non vacauit præbenda, fuit etiā ponderata deciſio Rot.v.de conceſ.præbend. in no. quod excommunicatus poteſt optare.ergo non poſſumus dicere quòd acquirat nouum canonicatum,
cùm collatio † beneficij facta excommunicato ſit 6
nulla.c.poſtulaſti.de cler.excom. mi. quod procedit etiam quando ignoraret excōmunicationem, vt habetur in deciſ.incip.nō valet collatio. præterea quando præbendæ ſunt diſtinctæ, eſt diuerſitas inter canoniam & præbendam, quia facta mentione de canonia, non cenſetur facta mentio de præbenda Ro. de reſcrip.in no.xxxij.ergo non eſt bona illatio l.Papinianus exuli.cum ſi.ff.de min. Et ſic non ſequitur quod optando prębendam dimittat quis canoniam, ex his fuit dictum quod vel deciſ. vj. de conſue.non loquitur in his terminis vel ſi loqueretur quod eſt contra communem à qua non eſt recedendum, vt dicunt doct.in c.j.de conſti. Niſi conſuetudo haberet, quòd canonia in hoc ſequeretur præbendam. dicebatur etiam deciſionem loqui, quando præbendæ erant tit.beneficiales, quia tales non ſunt in propoſito caſu, & ita etiam Egi.deciſ.lxiij.pro quo.d.deci.vj. ibi aut præbendæ vt ſicut ti.beneficiales & eccleſiaſtici ſunt inter ſe actualiter & realiter diſtinctæ & in vlti.colum.ibi & ſic loquitur text. de præbend.vt titulus beneficialis poſſeſſa & conferunt quæ ſequuntur ibidem.& ſi Rot.& Egid.tenuiſſent contra deciſionem iſtam & ſecundum varietatem temporum Rot.variè ſenſerit, & ſtylus etiam non fuerit firmus, vt confert Lap. alleg.lij. & dico in alia deciſ. ſicut pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum ſcripturæ ſunt intelligendæ.xxix.diſtin. c.fin. & c. fin. de tranſact.in fi. nec iudex cogitur iudicare
† ſecundum deciſiones, quia non ſunt approbatæ 7
per papam. ſed eis ſtatur tanquam deciſionibus magiſtralibus vt inquit Card.in c.paſtoralis, de fide inſtrumen.& ita de menſe Octobris 1519.concluſum quòd canonia quam Antonius reſignauerat in manibus legati Auinionen. erat illa, de qua prouiſum fuerat eidem Antonio ex ceſsione Elzearij, & non illa quam tempore optionis obtinebat G.de Gordoano, & quia ſuper ea in curia lis pendebat erat canonizanda ſurrogatio Bartho.Bochi.contra Antonium & Claudium Badoche prouiſum ex ceſsione Antonij.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium patrimoniale à papa, an de oppoſitione per filios patrimoniales coram ordinario loci, cauſa obtinendæ prouiſionis iuxta ſtatuta locorum facta, mentionem facere teneatur?*

2 *Impetrans an de præſentatione, vel electione aut de acceptatione facta, per expectantem mentionem facere teneatur, & clauſula dummodo nō ſit alteri, &c. quando ſufficiat?*

3 *Præſentare, eligere, aut inſtituere ſeipſum nemo poteſt.*

4 *Electo, vel præſentato, & inſtituto quale ius queratur?*

5 *Per oppoſitionem factam à filijs patrimonialibus non acquiritur ius in re, nec ad rem, niſi conſtitutio ſinodalis, aut approbata conſuetudo aliter diſponat.*

6 *Lite inter opponentes legitimè introducta an impetrans mentionem facere de huiuſmodi lite teneatur?*

DECISIO XVIII.

MVlta ſunt beneficia in diœceſ. Palleotinen. & quibuſdam aliis in Hiſpania patrimonialia,
ſeu præſtimonia. aut præſtimonialia nuncupata, ad
1 quæ filij † patrimoniales, ſeu naturales oriundi ex
ipſis locis, villis, aut caſtris habent facultatem ſe opponendi, quando vacant per ſe vel procuratorem
infra dies quindecim vel plures, aut minores coram
epiſcopo aut ordinario loci, vel eius vicario ſecundum varios ritus & ſtatuta locorum, qui ordinarij
ſeu vicarij tenentur ea conferre habilioribus & ſufficientioribus, iuxta tenorem conſtitutionum aut
vſum præſcriptum, occurrit in vna coram do. Hugone de Spina 1517. quod duo filij naturales ſe oppoſuerant ad vnum tale beneficium vacans, tertius
poſt oppoſitionem impetrauit à papa non facta mentione de oppoſitione, fuit dubitatum an prouiſio apoſtolica valeret, & quidam dicebant quòd non. allegantes Rot. deciſi. xvj. Item licet de more de præ-
2 bend in no. vbi de præſentatione † & electione neceſſaria eſt mentio, quaſi per oppoſitionem, ſaltem
ad rem, ſit ius quæſitũ conſiderabile, quia ſi etiam in
re non eſſet dubium propter clauſulam, quæ in prouiſionibus apoſtolicis apponitur, dummodo tempore datæ non ſit alteri in dictis beneficiis ius quæſitum, ſed dixi quòd deciſio. faciebat contra & eius
ratio, nam de acceptatione vigore expectatiuæ per
quam quæritur ius ad rem, vt ibi, non tenetur impetrans apoſtolicus facere mentionem: quia ſine tali
mentione ſufficiunt clauſulæ, quas papa prouidendo apponit, vt dicitur in d. deciſio. & not. Ioan. And.
& Phil. Franc. poſt alios. c. ſi poſtquam, de præbend.
eo. lib. ergo nec de oppoſitione, dato, quòd per eam
quæreretur ius ad rem, nam licet expectanti præiudicatum diceretur quo ad beneficium acceptatum,
tamen gratia non peribat ex quo remanebat ſalua
ad aliud vacaturum, non ſic in præſentatis vel electis. oppoſitio autem accedit ad acceptationem, non
ad electionem vel præſentationem, patet, quia in
alio patrimoniali vacan. poteſt ſe opponere, ſi in primo non potuit ex oppoſitione ius habere, ſicut expectans ſecundum acceptare, non ſicut ſic electus
aut præſentatus, ſi periret electio aut præſentatio,
quia acceptare pendet & eſt in mera facultate expectantis, & non acceptare ita ſe opponere cùm non
requirat, niſi factum oppoſitionis per ſe vel procuratorem coram ſuperiore. eligere verò ac præſentare à facultate & voluntate tertij, propterea dicebam
quòd per oppoſitionem nullum ius, etiam ad rem
3 quæritur, cum nemo † poſſet ſe præſentare, eligere,
inſtituere, baptizare, & ſimilia: quoniam debet eſſe
perſonarum diſtinctio. c. cum in iure, de elect. c. fin.
de inſtit. c. per veſtras, de iurepa. c. debitum, de baptiſ. cùm à ſeipſo nullus oriatur, nec in beneficio
ius ſibi ipſi tale conferre valeat, oporteat quòd per
actum alterius tribuatur: & tamen per electionem
4 & præſentationem † quæritur ius ad rem per inſtitutionem & confirmationẽ in re. c. dilectus, iũcta gl.
de off. leg. gl. in c. cũ Bertoldus. de re iu. & ibi Abb.
iij. col. & eſt tex. in c. fin. de conceſ. præbend. in vj. ad
illud quod ſæpe fuerat iudicatum, quæſitum fuiſſe
5 ius, etiam † in re per oppoſitionem, dixi quòd fuit,
quia in talibus eccleſiis, ita volebat ſinodalis conſtitutio, de qua fuerat datum, vel probata conſuetudo præſcripta, ſed vbi de altero non conſtat nullibi
cauetur, ex facto meo ius mihi in beneficio, vel ad
beneficium acquiri. ergo &c. l. illam. C. de colla. nec
eſt exemplis iudicandum. l. nemo. C. de ſent. nec facio vim an prouiſio apoſtolica ſit ante tempus datum ad opponendum, vel poſt, prout alioqui faciebant, quia oppoſitio id ius non affert remota conſtitutione & conſuetudine, vt ſuprà, neq; tempus reperitur id operari, ſicut nec obligationem inducit,
nec tollit. l. obligationum. §. placet. ff. de act. & oblig.
hoc niſi ante prouiſionem apoſtolicam ordinarius
iuret opponentes toliſſet ſententiam canonizatoriã
oppoſitionis alterius, etiam in qua inſtitueret, prout
ſolent facere ordinarij, in talibus ſententiis, tunc
enim ius in re eſſet quæſitum non obſtan. quod à tali
ſententia fuiſſet appellatum, & non valeret. apoſtolica prouiſio. ideo in partibus deberet fieri examen
& pronunciare infra octo dies ad hoc, vt non præuenirentur ab apoſtolicis, vel vbi ſunt ſtatuta aut conſuetudo reformare ea, & in ſcriptis redigere pro cõſeruanda oppoſitione, quæ eſt in cauſa quod plures
docti fiunt, qui remanerent ignorantes. vnde Rota
quando poteſt iuuare probationes, quòd quæratur
etiam ius in re, multum diſpenſat, & ita concluſit maior pars, quòd non obſtan. conſtitutione nec conſuetudine, oppoſitio non impediat impetrantem, ſed ſi
tempore impetrationis † apoſtolicæ lis eſſet inter 6
opponentes bene introducta, non valeret prouiſio
tacito de lite, quando cederet in præiudicium iuris
litigatorum, aliàs ſic ſecundum Oldr. conſil. ccxcix.
& Fely. in c. in noſtra, de reſcrip. xv. cottel. videatur
Mil. in verbo gratia ſi eſt impetrata lite pendente.
cederet autem in præiudicium, ſi oppoſitio alterius
valeret, aliàs non deficeret, & quando dicatur lis talis & confirmatio ordinarij, vel inſtitutio habeat vim
diſſinitiuæ vel interlocutoriæ tradit gloſſ. in c. fina.
de elect. in vj. in verbo inanes, & ibi Domini. & Phil.
Franc. ac Abb. in c. conſtitutis. el ij. de appel. iij. col.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ vnius clerici, an minuant fructus adeò, quòd in expreſſione veri valoris deducantur?*
2 *In expreſſione veri annui valoris, an ſalarium deſeruientibus in eccleſia dari ſolitum detrahatur?*

DECISIO XIX.

DVbitabatur in vna Parmen. ſeu Mantuan. parochiali coram me 1519. in qua dabatur de regula, quòd non erat expreſſus vetus valor, & ſi de-
ducebantur expenſæ & neceſſaria † pro vno cleri- 1
co, ita quòd venirent in oneribus, ſuſtinebatur gratia aliàs non, nunquid eſſet fienda deductio? Et plures domini in prima poſitione conabantur tenere
negatiuam ea conſideratione, quia ſicut rector, qui
deſeruit per alium, non poteſt deducere ſalarium,
quod præſtat vicario, ex quo per ſeipſum ſeruire
tenetur. cap. extirpandæ. §. qui verò, de præbend. Ita
nec debeat deducere pro vno clerico. Sed pro affirmatiua allegabam text. in c. vt quiſque, de vi. & ho.
cle. vbi habens curam populi debet habere clericum, qui ei ſeruiat, & ipſum iuuet. igitur quicquid
neceſſariũ eſt pro clerico, onus eſt, & de redditibus
deducendum. hoc enim eſt impoſsibile plebanum
ſine

ſine miniſtro in ſacrificio altaris & aliis, ſine quibus miniſtrare ſacramenta, ac ſeruire eccleſiæ non poſſet ſine vno clerico ſaltem eſſe poſſe. vnde ibi Abba. not. quod redditus eccleſiæ in dubio præſumuntur ſufficere pro duobus, quia debet ad minus eſſe in parochiali vnus clericus vltra ſacerdotem, & Felyn. in ca. ad aures iij. colum. de reſcrip. facit cap. j. de inſti. cum ibi no. & in ſecunda poſitione maior pars dominorum in affirmatiuam inclinauit: licet poſtea partes concordauerint pro canonizando gratiam & pro affirmatiua: quæ etiam eſt benignior noto, quòd coram do. Mar. de Spinoſa in vna Regien. 1521. in-
2 ter Galeatinum, qui impetrauerat ob † non expreſſionem veri valoris & alium, fuit habita à dominis conſideratio de ſalario cæterorum presbyterorum, qui vltra rectorem neceſſarij erant pro ſeruitute, ſeu ad anniuerſaria, & alia miniſteria eccleſiæ, prout ex fundatione cauebatur & merito, quia omnia iſta onera etiam neceſſaria, ſunt ſicut æs alienum, ante omnia deducenda. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb. ſignifica. & ideo vbi eſſent neceſſarij duo clerici & tres vel vlteriores presbyteri vltra rectorem, & eius ſeruitium totum eſſet in oneribus, quod no. quia ſæpiſsimè contingit.

SVMMARIVM.

1 *Horam habens in prouiſione præfertur non habenti, & qualiter probetur hora?*

2 *Gratia apoſtolica licet non poſsit probari, niſi per literas, tamen eius qualitates per teſtes probari poſſunt.*

DECISIO XX.

QVotidianum eſt in curia, quòd cōcurrunt plures in prouiſione vnius beneficij eadem die à papa. Item à papa & ordinario. Et quia hora non ponitur in prouiſione papali, ſi vnus ex prouiſis per te-
1 ſtes probet † horam, eius prouiſio præualet & canonizatur in Rota. Idem ſi in prouiſione ordinarij ſit hora, vt præferatur apoſtolicæ ſine hora, quia licet non ſequatur neceſſariò anterioritas in habēte, aut probante horam, nec probat hoc eſſe &c. l. neq; natales. C. de proba. c. in præſentia, eo. tit. l. non ob hoc. C. vnde legi. nec certitudinariè de prioritate conſtet, tamen negari non poteſt, quin certius probet. vnde probans de die, vincit non probantem, & iudicatur anterior, ſaltem præſumptiuè, quia certior eſt ſua probatio dicit Cyn. in l. de rebus. C. de do. ante nup. & Saly. in l. ſi debitor. C. de priui. fiſ. & dicit Bald. in d. l. de rebus. quòd probari poteſt prioritas in hora, vel puncto. ergo ex duabus gratiis eiuſdem diei præfertur. & præſumitur prior illa, quæ horam habet in literis, vel quæ per teſtes eam probauerit. nam licet
2 gratia † ipſa apoſtolica debeat probari per literas, quod examinant Archi. Ioan. And. Domi. & Philip. Franch. in prohe. vj. in fi. & ponit Bal. in l. humanum. C. de legi. Abb. in ca. in noſtra, vlti. colum. de reſcrip. & concludit Rot. xxvij. in no. eod. titu. nihilominus tempus, qualitas, & circunſtantiæ bene poſſunt probari per teſtes, vt d. deciſio. xxvij. & eſt gloſ. in verbo ſi non appareat. in c. duobus, de reſcrip. in vj. volens etiam per confeſsionem partis poſſe apparere. & facit quod Barto. & Alex. tradunt in l. certi condictio. §. j. ff. ſi cer. pet. quòd probatio requirēs ſcripturam, poteſt declarari, coadiuuari, & certificari per teſtes, & ibi habes multa ſimilia ad hoc. c. ſi à ſede. de præb. in vj. à ſimili quòd ſicut ibi poſſeſsio prouiſi ab ordinario vincit apoſtolicum, quamuis non inferat, nec concludat prioritatem, ita hic temporis, diei, vel horæ appoſitio. ad hæc etiam communis theorica quam Socy. & Iaſ. in l. j. in princi. colum. ij. ff. ſol. mat. ſequuntur tanquam veriorem, dicentes ita fuiſſe iudicatum in curia, & ita tenuiſſet etiam Mar. Sili. & alios in d. l. de rebus, & Ioan. de Pla. in l. j. C. de iure fiſci lib. x. quicquid idem Soci. conſulendo oppoſitum tenet conſi. lxxxvij. in conſiliis vltimò & nouiter impreſsis. Cuius motiua ex prædictis tolluntur, & ex his quæ ipſe & Iaſ. ponunt in d. l. j. & ita 1521. de menſe Iunij in vna Viterbien. capel. coram me fuit poſt antiquam & modernam obſeruātiam concluſum, quòd reſtitueretur ad poſſeſsionem expectatiuus, qui habebat horam in inſtrumento poſſeſſionis xxij. ab habente poſſeſsionē etiam inſtrumentalem eadem die ſine hora, non obſtan. quod continuauerat, & ſic poterat præſumi anterior, ex quo ſtante certiori probatione horæ, & coniectura anterioris poſſeſsionis debeat reſtitui ad illum ſtatum, poſtquam Rota reſtituit ad ſtatum ſpoliatos, non attento quòd momento poſſederint inquit Alexand. viij. diſtinct. quo iure arg. l. cum ſponſus ſponſæ. §. fi. ff. de public. & ita pronuntiaui.

SVMMARIVM.

1 *Mors præſumitur quòd impetrationem præceſſerit, etiam ſi eadem die facta reperiatur.*

DECISIO XXI.

CArdinalis Ferrarien. impetrauerat decanatum eccleſiæ Capuanæ per obitum, reperiebatur impetratio facta in die obitus, † cum derogatione 1
regulæ de non veriſimili notitia obitus, fuit concluſum pro valida impetratione, quia licet impetranti incumbat onus probandi vacationem tempore impetrationis, cùm agat ad canonizationem. l. ij. ff. de proba. & teneatur verificare contenta in ſua gratia, vt per Moder. maximè per Fely. in ca. ad aures, de reſcrip. Et non probet, quòd poſt obitum impetrauerit probando diem mortis. l. neque natales. C. de proba. cap. in præſentia. eod. titu. tamen fuit dictum quòd præſumebatur mortem præceſsiſſe prouiſionem, ex quo in dubio præſumitur illud præcedere, quod eſt neceſſarium ad validitatem actus. l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hære. inſtit. & ibi Cyn. & Bal. dicentes notabiliter id fingi præceſsiſſe, quod facit actum valere, facit l. quoties. ff. de reb. dub. & c. Abbate ſancti Siluiani, de verb. ſignific. quòd in dubiis pro validitate actus, & vt magis valeat quàm pereat, & quia ſumus in prohibitis. cap. ij. de conceſ. præben. debet præſumi factum tempore licito ad vitandum delictum. l. merito. ff. pro ſoc. & Bat. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de ope. no. nun. & non obſt. quòd non potuerit haberi notitia obitus veriſimiliter, poſtquam erat regulæ derogatum contra quod videtur l. hæres inſtitutus. cum ſeq. ff. de acqui. hære. quibus reſpondeas quòd impetrans quoad te firmiter credit vacare qui impetrat, ſed nequid obſtet regulæ derogari petit, vel quòd in beneficiorum impetrationibus ita fiat etiam ſcientia & tollentia

papæ & ſatis eſt quod verè vel præſumptiuè impe-
tratio ſequatur obitum cum derogatione regulæ,
quando non erat poſsibilis notitia, & pro iſta am-
pliantur deciſ. Rot.j.in antiquior. Biſignet.de præ-
ſump.ac xxiiij. in antiq.de proba.& ij. de except. ac
iij.de conceſ.præb.in no.& Egid.cccxliij.cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio præbendarum in cathedralibus ad quem pertineat?*
2 *Præbendarum collatio eſt communis inter epiſcopum & capitulum.*
3 *Collatio beneficiorum in collegiatis eccleſijs, de iure communi ad quem ſpectet?*

DECISIO XXII.

VAriæ reperiuntur opiniones ad quos collatio
1 † præbendarum in cathedralibus ſpectet, &
Rota etiam variauit, quia Egid.deciſ.lxix.refert pa-
latinum ampleċti hanc opinionem quod collatio præ-
bendarum huiuſmodi pertineat ad epiſcopum, cum
conſenſu ſui capituli, & fuit opinio Compo.in cap.
cum eccleſia Vulterana, de electio.pro qua facit.ca.
ca noſcitur.de his quæ fi.à præla.& eam proſequitur
Domi.& Alexan.xxj.diſtinct. ca.j.quando illi de ca-
pitulo viuunt & ſunt habiles ad eligendum, & ad-
miniſtratio eccleſiæ non eſt diuiſa inter capitulum
& epiſcopum.c.quanquam.& ibi gloſ.de elect.in vj.
c.nouit.c.quanto. de his quæ fi.à præla.c.j.de capel.
mon.ca.cum ex iniuncto, de hære. Ioan.And.in re-
gula quod alicui, in mercurialibus de reg. iur. in vj.
& ita inquiunt no. Hoſt.in d.c.cum eccleſia.& pro-
cedit c.à collatione, de appel.in vj.& ita poteſt vno
modo intelligi d.ca.ea noſcitur.& facit.c.edoceri,de
reſcrip.& ita procedit ſecundum eos opinio in d.ca.
cum eccleſia.& Archi. ibi tenentia requiri conſen-
ſum. Hoſti. verò voluit ſpectare ad epiſcopum cum
conſi. capituli in d.ca.cum eccleſia.quando bona &
adminiſtratio ſunt ſeparata inter capitulum & epi-
ſcopum;non ſi ſimul poſsideantur,vt referunt Abb.
ibi.iij.col.& Domi.& Alexan.in d.ca.j.allegantes ad
hoc.d.ca.nouit, & cap.quanto.& Archi.in cap.ij.de
conſue.in vj.& Feder.de Sen.conſi.xxxix.Alio tem-
pore Rota tenuit,quòd ſpectet ſimul ad epiſcopum
& capitulum, vt de conceſ. præben.iiij.in no.& ab
iſta opinione non diſcedit Alexan.in d.ca.j.& Abba.
in d.ca.cum eccleſia,quando præbendæ fuerunt in-
ſtitutæ de bonis communibus,vel ſumus in dubio,
ex quo tunc de talibus præſumitur creatio,& Abba.
in d.ca.refert hanc partem tenere gloſ. in verbo per
capitulum ipſum ſimpliciter loquendo in ca.irrefra-
gabili.de offic.ordi.in ca.fin.de ſup.neglig.præla.&
in §.j.xxj.diſtinct.in verbo.& minores.& ſecuti ſunt
in d.ca.cum eccleſia Philip.Vin.& Goffre.& pro iſtis
facit ſecundum Ioan.And.cap.quod quibuſdam,de
fideiuſ. & ca.quia nonnullis. de magiſtr.& quodam
modo docto. Moderni tranſeunt communiter cum
hac opinione ait Abba. & pro ea opinione vt com-
muni ſecundum Paul. plura colligit Egid. d. deciſ.
lxix.& Alexan.in d.ca.j. dicit quòd videtur maiori-
bus authoritatibus gloſ.& doct.munita & commu-
nis, pro qua etiam eſt gl.in d.c.cum eccleſia.& Abb.
quia quando præben. ſunt fundatæ de bonis parti-
cularibus perſonæ retinẽtis ſibi patronatum,in quo
ſolo caſu Abba.concedit præſentationem patrono,
& inſtitutionem epiſcopo cum conſilio,ſeu conſenſu
ſui capituli, ſeu non abiicientis, cùm tunc etiam
quærat patronatum.ca.ſignificauit.de teſti. Rota v.
de iurepatrona. in antiquior. vtique non eſt reſtrin-
gere concluſionem:quia in omni beneficio patrona-
to, ex gratia patrono eſt conceſſa præſentatio & e-
piſcopo inſtitutio, de iure abſque eo, quod capitu-
lum habeat participium.cap.iij.de iurepatro.capi.ex
frequentibus.de inſtit.gloſ.penul.in ca.fin.de offic.
vicar.in vj.& cap.j.de inſtit.eo.lib.niſi in conſilio vel
conſenſu ſecundum Abba.Nam in materia allegata
excipiunt beneficia patronata, tanquam habentia
ſuam naturam ab aliis ſeparatã, Item beneficia alia,
in quibus conſuetudo circa prouiſionem aliquid in-
dixit,vel illud ſeruetur,& propterea ſunt variæ con-
ſuetudines eccleſiarum. Rota hodie iſtam opinio- 2
nem ſequitur, vt ſit communis epiſcopi, & capituli,
prouiſio in omni caſu,ſalua conſuetudine,& patro-
natibus exceptis, & eſt ſecurior, quia communior,
vt eſt d.ca.prudentiam.de offic.delega.in princ.ca.j.
& ibi Abba.poſt alios, de conſtit. & ad eam plurium
ſententia ex adductis concurrit ac eſt applicabilis.
In collegiatis verò eccleſiis cathedralibus inferio-
ribus † Egid.deciſ.dccxviij. refert in princi.quòd de 3
iure cõmuni collationes ſpectant ad collegia & præ-
latos ſimul ſecundum Cald.in d.ca.cum eccleſia,&
poſtea allegat in contrarium Biſignet.de præben.&
in antiquior. dicit etiam ad prælatum & capitulum
collationem canonicatuum & præbendarum ſpe-
ctare, non ad epiſcopum. idcirco Lap. alleg.xxxij.
prima concluſio.& deciſio.iiij.in no.de conceſ.præ-
ben.ſin autem pertineret ad collegia. & refert opin.
& domini fuerunt varij Ioan.de Lig.cuius opi.Rot.
refert in d.deciſio.iiij.voluit vt præſentatio, ſeu ele-
ctio ad collegium,ſeu capitulum:inſtitutio,ſeu con-
firmatio ad epiſcopum pertineat,& hanc opi.ſequi-
tur Federic.de Sen.conſi.ccxxiij.aliâs ccxxiiij.vt in-
quit Abba.in d.ca.cum eccleſia,& ibi etiam Collect.
& Cardi.in iiij.quæſt.& eam ſequitur Abba.ibi niſi
in caſu in quo præbendæ non eſſent annexæ cano-
nicatibus, ſed conſiſterent in mera temporalitate, vt
tunc quo ad canonicatum præſentet capitulum, &
epiſcopus inſtituat,quo ad præbendas capitulum
prouideat de qua diſtinct.dubitat Alexan.in d.cap.j.
xxj.diſtinct.penulti.colum. propter communionem
quam habet canonicatus cum præbenda ſecutus ius
idem in vtroq; caſu.& ad hoc faciunt no.per Archi.
x.quæſt.j.regenda,& not.per Innoc.in ca.cum vene-
rabilis.de religio.domi.& Ioan.And.in d.ca.j.de ca-
pel.mona.in vj.& hanc cõcluſionem vt communem
ſecutus eſt Rota in vna Nouarieñ.coram domi.B.de
Petraſancta 1520. & in alia Banonieñ.canonicatus.
& præben. in eccleſia collegiata ſeculari inter Car-
dinalem de Graſsis, ſeu ab eo prouiſum ex vna, &
Barth.Barbatia ex alia à capitulo electum coram do.
Hugone de Spina 1520.quòd eſt menti tenendum
propter varietatem opin.& tanta iura in hac materia
tam in iſto,quã in proximo articulo,in quibus doct.
multa ſcribunt,quorum iurium multitudo,opinio-
númq; tanta varietas obſcuritatem quandam, per-
plexitatémque cauſat, & aliâs ambiguum in iure,
prout Bar.inquit in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.iij.
ff.de verb.oblig. & Abb.in ca.paſtoralis.in princ.de
reſcrip.

reſcrip.& videatur Ioan.de Silua in tract.de beneficio in ij.parte xxij.quæſt.v.caſu, & Domi.& Alexan. in d.cap.j.Butti.& alij in d.cap.cum eccleſia,& ponderentur gloſ.in d.ca.quanquam.quam not.Abb.in ca.cum veniſſent.de reſtitu.in integr. Secundò not. quòd ab exordio iuris antiqui & diſpoſitione eccleſiæ Epiſcopi prouidebant de omnibus beneficiis ſuæ diœceſis,non expectata electione ſeu præſentatione aliquorum. & poſtea fuit inductum, vt in eccleſiis collegiatis electio pertineret ad collegium,inſtitutio ad Epiſcopum capi.j.de elect.cum ibi not.per docto. & in patronali præſentatio ad patronum,& ad Epiſcopum inſtitutio,& pro ea quæ dicta glo.diſtinguit multa iura in materia adducta poſſunt declarari, & ad concordiam reduci,& ideo ex conſuetudine Epiſcopus poteſt habere ius eligendi in collegiata & regulari,vt ex text.colligit ibidem Abb.ex quo de facili fit reditus ad primæuam naturam xxxv.diſtinct. ab exordio.& nedum eo caſu ſeruari debet conſuetudo,verum etiam quando deuiaret à iure,prout ex dictis doctorum colligitur in hoc articulo & præcedenti,vt concluſiones etiam hodiernæ procedant ſalua conſuetudine, & exceptis patronatis.& quòd in collegiatis electio pertineat ad collegium,non ad epiſcopum vel legatum.tenet etiam Abb.in ca.cum venerabilis, de except.xij.col.allegat.cap.ij.& iij.de offic.leg.in vj.Et quòd epiſcopus habet confirmare electionem , etiam ſi ſit collegium religioſorum.tenet etiam Abb.in ca.cum collig.,& in ca.ſignificauerunt,in princi.eod.tit.ſuper quo Domi.& Alexan. plenè in d.cap.diſtinguentes collegium eccleſiæ ſecularis à regulari,caſus autem in Nouarieñ.& Bononieñ.erãt de collegiatis ſecularibus.& iſta ſunt quotidiana propter frequẽtes vacationes præbendarum & canonicatuum in cathedralibus & collegiatis.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio papæ de beneficio vacante per obitum familiaris prædeceſſoris ſui defuncti in familiaritate cardinalis viuentis,an ſit canonica?*

2 *Affectum ſemel ſemper durat affectum,donec de eo prouideatur.*

3 *Inferiorum manus per reſeruationem,affectionem, & decretum papæ ligata exiſtunt.*

4 *Familiaritas papæ defuncti conſideratur ex effectu ex ea reſultante,qui durat etiam eo defuncto.*

5 *Familiaris papæ vel cardinalis,licet eſſe deſinat,beneficia tamen , quæ tempore familiaritatis obtinebat,reſeruata papæ remanent.*

6 *Regulæ cancellariæ ſunt ſtricti iuris, adeò quòd nec extendi,nec ſuos terminos egredi poſſunt.*

7 *Reſeruata & facta beneficia papæ , ad eius ſucceſſorem tranſeunt.*

8 *Reſeruatio nulla eſt maior in iure,quàm inducta per cap.ij.de præben.in vj.*

9 *Dignitas maior poſt pontificalem, aut principalis in collegiata,ſi vacat per obitum familiaris cardinalis,an requiratur cõſenſus cardinalis,ex quo ſunt reſeruata papæ per aliam regulam?*

DECISIO XXIII.

VTrum reſeruatio , ſeu affectio præcedens , ſeu remanens ex familiaritate N. Soſa ad Alexandrum ſextum,mortuo Alexandro ſuperet familiaritatem,quam idem Soſa poſtea habuit ad cardinalem ſanctæ Crucis , in cuius viuentis familiaritate obiit taliter, quòd valuerit prouiſio Leonis x.facta Ioan.
Bertraudo,abſq; expreſsione †nominis & tit.& ſine 1
conſenſu eiuſdem Cardinalis,quæ ad validitatẽ prouiſionis apoſtolicæ regula cancellariæ xxx.requirit, ſicut ſi valuiſſet ſi Soſa præfati Leonis fuiſſet familiaris,vt in deciſ.ix.ſupra eo.tit.incipiente,ſtante familiaritate Titij,& arguendo ad partes primò videtur,quòd non fuerit valida,cùm ceſſauerit familiaritas papę per obitum Alexandri,& ſic concurſus maioris familiaritatis cum minori.Ita quòd non obſtat quod iudicatum eſt. vt maius lumen offuſcet minus,vt in ca.volentes.de offic.leg.ca.ſollicitè,de ma.& obe.ca.antiqua.de priuileg.l.iiij.§.ſi tam vicinum.& ibi Bart.ff.de dam.infec. Secundò quia Cardinalis haberet beneficiũ regulæ, etiam ſi Soſa fuiſſet prius familiaris alterius Cardinalis defuncti tempore obitus Soſæ,vt in dicta regula, ſic ergo reſeruatio cauſata ex familiaritate primi Cardinalis defuncti, quæ vel cuius effectus remaneret ad vtilitatem papæ non nocet ſecundo Cardinali ſuperſtiti,ita nec debet nocere cauſata ex familiaritate papæ defuncti, ex quo vtraque eſt ad commodum papæ. Tertiò ſi papa ſibi voluit præiudicare per dictam regulam reſpectu familiaritatis Cardinalis defuncti propter ſecundum Cardinal.viuentem.Eadem conſideratione videtur, quòd idem voluerit reſpectu familiaritatis ad ſuos prædeceſſores cùm proſpiciat Cardinalibus, quod ad honorem & cõmodum, & de ſuo det,ſibiq; tantum præiudicet.vnde latiſsimè in ipſius præiudiciũ, Cardinaliúmq; beneficium debet interpretari. l.fin. ff.de conſti.princ.c.cum dilectus.de conſue.c.dilecti. de don.c.olim de verb.ſignific.glo.in cle.ſi de beneficio,de præben.Cal.conſi.xxij.eo.tit.& vij.de reſcri. Abb.in c.ſuper eo.col.ij.de offic.delega.& in c.fi.de pœnit.& remiſ. Quartò quia ratio regulæ fuit propter onera & impenſas , ac alia quæ Cardinales ſuſtinent pro eorum familia , ſecundum Rot.de præben.in antiq.xvj.quæ militat, licèt reſeruatio remaneat ob papæ familiaritatem iam ceſſantem. Neque obſt. quòd ſit iudicatum in beneficiis prothonotariorum non eſſe locum regulæ ratione potentioris vinculi,per tex.in d.c.volẽtes.& in d.c.ſollicitè cum aliis , quia potuit eſſe ex eo, quòd tales ſunt ſedis apoſtolicæ officiales , non vnius papæ tantùm.familiaris verò vnius papæ non remanet familiaris alterius, nec ſedis apoſtolicæ. Ex aduerſo videtur quòd valuerit prouiſio , quia quamuis ceſſet familiaritas,
remanet reſeruatio ſeu affectio , † & ſemel affectum 2
ſemper durat tale, donec de eo prouideatur iuxta extrauag.Pau.ij.ad Roma.de conceſ.præben.& Rot. in antiquior. Biſignet xx.de præben.ac in antiq.xiiij.
& in not.xj.quæ reſeruatio † ſicut affectio, & decre- 3
tum,omnium inferiorum manus ligant.c.inter dilectos cum materia.& ibi Innocen.de exceſ.præla.ca. ſi eo tempore,& ibi etiam docto.de elect.in vj.& c.ij. de præben.eod.titu.de affectis enim & reſeruatis ſolus papa prouidet , & vinculum reſeruationis habet. Item affectionis ad papam afficit, quòd regulæ locus non ſit. hoc etiam patet ab ordine regularum primò reſeruantium papæ, poſtea prouidentium Cardinalibus, qui ordo in eis, vt eſt in palatio, in multis aliis caſibus conſideratum & obtentum, denotat

denotat ordinem voluntatis.l.quoties.ff.de vſufruc.
& c.mandato.de præben.in vj. Nec in propoſito vi-
detur differre quòd duret vel non papæ familiari-
4 tas, † ex quo produxit reſeruationem quæ durat,&
affectionem,quæ reſeruatio inſpicitur etiam viuen-
te papa, cuius fuiſſet quis familiaris, non familiari-
tas vt familiaritas,ſed vinculum & effectus,ex ea re-
ſultans, & ſic ex familiaritate maioris cauſatum, ni-
mirum ſi durat, & offuſcat ita mortuo, ſiue viuo
põtifice,& rectè procedat iudiciũ fundatum in ma-
iori lumine & ordine regularum. Nam & ſufficit
5 quòd fuerit quis familiaris † alicuius Cardinalis vel
papæ,quamuis poſtea eſſe deſinat, ad hoc vt benefi-
cia, quæ tempore familiaritatis obtinebat, rema-
neant reſeruata papæ,vt eſt dictum, & proſequitur
Fel.c.in noſtra.col.xxj.de reſcrip.Illud autem quod
non noceat ſecundo Cardinali viuenti vinculum
cauſatum ex familiaritate primi, eſt propter regu-
lam, in qua id papa conceſsit in ſui præiudicium,
aliàs noceret,prout in regula tertia.& cum dicta re-
gula xxx. non dicat de vinculo cauſato ex familiari-
tate papæ, nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruus.§.non
dixit prætor. ff. de acquiren. hæredita.ſatis eſt enim
quod in expreſsis gratiam de ſuo fecerit.item verba
regulæ non conueniunt, niſi vinculo cauſato ex fa-
miliaritate Cardinalis. non ergo in aliis includitur
mens papæ, quin potius includitur.l.has accuſare
§.in omnibus. de accuſa.& l.iiij.§.toties. ff.de damn.
infec.in quibus ſi voluiſſet.ca.ad audientiam.de dec.
& cum ſit caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iu-
ris, & regulæ tertiæ reſeruantis papæ indifferenter.
l.cum dotem. ſolu. matri. & l.commodiſsimè. ff.de
libe.& poſthu.& dato quòd ratio regulæ fuerit ob
alimenta & onera &c. non ſequitur quod extra ca-
ſum ſuum procedat,ex quo verba non patiuntur,&
6 aliàs regulæ † ſint ſtricti iuris ſicut ſtatuta, taliter
quòd non debent extendi, nec ſuos terminos egre-
l.iij. §.hæc verba. el ij.de neg.geſt.l.in agris. ff.de ac-
quiren. re. do. & cap.j.de ſepultu.& quod ſtrictè, in
expreſsis duntaxat accipiatur, conſtat etiam ex eo
quod loquitur de vacatione per obitum, & non ex-
tenditur, ſi ciuiliter familiaris moriatur, aut bene-
ficio priuetur, ſeu renunciet, ſecundum gloſatorem
ſuper ea, nec eſt aliqua in regula expreſſa ratio, ex
qua in vim extenſiuam ſeu comprehenſiuam ve-
niant caſus ſimiles ad l.libertum.§.ſenatus conſulti.
ff. de rit. nupti. & clemen.j. in ncta gloſ.de elect.nec
vnica quæ habeatur pro ſcripta iuxta gloſ. peregri-
nam in l.quamuis.C.de fideicommiſ.quoniam duas
alias conſiderat Egid. deciſ.cccxxxij. quæ videatur
ibi.& eſto quòd illa de alimentis, & oneribus eſſet
vna & finalis, ex qua liceret arguere, & quæ ſuffi-
ceret ad §.affinitatis.inſtit.de nupti.omnino obſtant
prædicta, & hoc quod reſeruatio ex familiaritate
papæ non eſt ſimilis,nec æqualis reſeruationi ex fa-
miliaritate Cardinalis ſed potius maior, igitur &c.
ca.ſedes.de reſcriptis,cap.qui ad agendum.de pro-
cura.in vj.& cle.non poteſt.eod.titu.& per præmiſſa
tollitur etiam illud de latiſsima interpretatione,
quæ ex multis hic non accommodatur, etiam ex eo
quod eſt pronuntiatum in beneficiis prothonota-
riorum & ſimilium. Nec refragatur quod tales ſint
ſedis apoſtolicæ officiales, cum idem iudicetur de
camerariis, & aliis familiaribus papæ habentibus
officium, ſi ad familiaritatem Cardinalium tranſie-
rint, item aperta eſt differentia inter papam & Car-
dinalem, quia Cardinales non habent ſucceſſorem
in familiaritate, neque in reſeruatione aut affectio-
ne, etiam ſi eius contemplatione eſſet in aliquo con-
ſiderabilis. Papa autem ſic quoad reſeruationem &
affectionem, † etiam ſi familiaritas de perſona ad 7
perſonam non tranſeat. quoniam ſedes apoſtolica
nunquam moritur, nec imperium.cap.ſi gratioſæ.
de reſcrip.in vj.& in auth.quo.opor.epi.§.licentiam.
colum.j.itaque reſeruata & affecta papæ ad eius ſuc-
ceſſorem tranſeunt, & niſi eſſet dicta regula xxx.
reſeruatio præcedens ex familiaritate Cardinalis,
nihil beneficij aut vtilitatis afferret primo Cardina.
nec quidem ſecundo:quia quòd beneficia familia-
rium ſint Cardinalibus reſeruata, dicere non poſſu-
mus, ſed habent tantùm id quod eis regula conceſ-
ſit,facit etiam pro affirmatiua quod ponit Bellenzi.
in tract.de chari.ſubſi.quæſt.cxvj.pro qua ponderat
gloſ.dictæ regulæ verbum, ſimilem tranſierint, in-
nuens quòd ſi ad maiorem,puta papæ,non ſit locus
regulæ exhorbitanti,vt in d.ca.volentes.& ibi Abb.
de offic. delega. & quia perſona loquentis cenſetur
excepta, vt non veniat in generali ſermone.l.inquiſ-
ſitio.C.de ſolut.& ca.venientes.de iureiur.& ex hoc
infert ad caſum, cùm regula loquatur de familiari-
bus Cardinalium non papæ exemplificando etiam
in officialibus ſedis apoſtolicæ firmans ita eſſe de
iure,licet ſubiiciat contrarium fuiſſe practicatum in
beneficiis vnius prothonotarij, & ſcriptoris apoſto-
lici, propter vnam conſtitutionem factam in con-
claui tempore electionis Innocen.viij.quod non ob-
ſtat, quia potuit Innocentius ita mandaſſe, vel ca-
pitula conclauis, aut iſtam conſtitutionem factus
pontifex confirmaſſe, & ſecundum eam fuiſſe iudi-
catum, quæ hodie non apparet, & magis facit pro,
quàm contra: quia ſi eſt de iure, non erat opus con-
ſtitutione, & aliàs legibus iudicandũ eſt, non exem-
plis.l.nemo.C.de ſenten. Verum pro negatiua facit,
quod regula practicatur, & procedit in beneficiis
familiarium Cardinalium apud ſedem apoſtolicam
decedentium,& nulla eſt † reſeruatio maior in iure, 8
vel aliàs magis peculiaris quam.cap.ij.de præbend.
in vj.igitur videtur ceſſare illud de maiori lumine &
potentiori vinculo,cui gloſ.regula reſpondet,quòd
in hoc papa ſibi præiudicare voluit, & licet clarè
non exprimat, omnino ita eſt tenendum, quia ſi
iſtud non eſſet, parum aut nihil regula prodeſſet,
ex quo familiares Cardinalium pro maiori parte in
copioſo numero moriuntur apud ſedem, ob con-
tinuam Cardinalium in Roman.curia reſidentiam,
pro quo. l.ſi quando. ff.de lega.j.capi.ſi papa.de pri-
uilegiis. in vj. Item ſtante naturali Cardinalium in
curia, neceſſatieque vt in cap.bonæ.el j.cum ibi no.
de poſtu. præla. & quia ſine papæ licentia non ab-
ſunt ab ea, priuilegium & beneficium regulæ in-
telligendum eſt ſecundum perſonarum conditio-
nem, & conſequenter etiam conſiderata morte
familiarium apud ſedem. l , lenum. §.equitij. ff. de
vſu & habita. magis autem faceret pro negatiua,
ſi in prima dignitate † poſt pontificalem, ac prin- 9
cipali in collegiata, quæ ſunt reſeruata papæ per
dictam regulam xxxj. requirat conſenſus Cardi-
nalis & ſit locus regulæ xxx.& Alfonſus Contreras
procura

procurator Cardinalis ſanctæ Crucis iudicatum aſ-
ſerebat, quia ſi ita palatium regulam intellexiſſet,
non poſſet aſsignari rationis diuerſitas inter caſum
& caſum, ſed quòd taliter fuiſſet iudicatum, nihil
oſteodit, oeque ego declaro hic opinionem meam,
propterea quia cauſa adhuc pendet indeciſa coram
domino Ioan. Stapbileo Epiſcopo Sibioiceñ.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ.

SVMMARIVM.

1 *Expectans habens ad duo vel tria, in duabus vel tribus collationibus nē poterit acceptare, niſi vnum in qualibet collatione.*

2 *Creatus in canonicum, non poteſt in illa collatione aliud beneficium acceptare, præter præbendam.*

DECISIO PRIMA.

QVOD habens gratiam expectatiuam ad
duo vel tria, quæ iofra meoſem duxerit
acceptanda in forma, in duabus vel tri-
bus collatiooibus, non poſsit acceptare
1 duo vel tria io † eadem collatione, ſed vnum tãrum.
poſt longas diſputationes fuit conclusum à maiori
parte dominorum intelligēdo diſtributiuè, non col-
lectiuè fundamentum fuit quia ſicut papa in dubio
noo videtur velle grauare eccleſiam in admiſsione
duorum. ca. mandatum. de reſcri. ita oec onerare col-
latorem, niſi ad vnum facit, quia ad tres collatores
& collationes gratiam facit, & ad tria beneficia, ex
quo diſtributio colligitur, & ſi aliter eſſet ſequi poſ-
ſet, vt dicebam, quia io vna collatione aut diœce. eſ-
ſent. xxx. expectantes quilibet habēs ad tres & tria,
quæ poſſent io eadem collatione vel diœce. accepta-
re. xc. beneficia, & ſic malitioſè nocere voi collatori
ac collationi. vnde aperiretur etiá via ad malignan-
dum, quod fieri noo debet. l. ij. de indi. vidui. tolleo. l.
meminerint. C. vnde vi. & ita 1518. de menſe No-
uembris pronuntiauit dominus Martinus de Spi-
noſa io voa Trechoreñ. parochialis, cuius ſententiam
reuocaui, quia fuit producta gratia, quòd duas pa-
rochiales in eadem diœceſi poſſet acceptare, ergo
quãdo oon dicitur de duabus, datur intelligi, quòd
ſcribitur diſtributiuè. teoentes oppoſitum conſide-
rabant, quòd verba ooo repugnabãt, quin tria poſ-
ſent in eadem collatione acceptari, nec papæ mens,
quæ iure probaretur, cùm nullibi hoc caueatur &c.
l. illam. C. de colla. item quòd Abb. io d. c. mandatum
aſſerit expreſſè non prohiberi, quod papa nõ inteo-
dat grauare eccleſiam ſuper receptione duorum. Sed
fuit reſponſum ſatis eſſe cautum ex mente. d. cap. ſeu
arguẽdo à ſimili ſtante eadem ratione. l. noo poſſent.
conſtare ex mente,quòd papa ſubroget aut præſer-
uet præterquam in expenſis, & ad effectum prædi-
ctum dum ſuſpendit,nec etiam videtur cadere mo-
tiuum latiſsimæ interpretationis aut mentis præ-
ſumptæ in ipſa ſuſpenſione clara & aperta, etiam ſi
ob merita gratia facta dicatur,ex quo hic vrgeret in
præiudicium Roberti.Verùm pro ſecunda opinione
facit illa deciſio incipiẽs, ſuppoſito,vt in prima de-
ciſione,ſub titulo de reſeruatione, quòd valet pro-
8 uiſio † ex cauſa ceſsionis in manibus papæ per pa-
pam facta de beneficio, quod erat mentaliter reſer-
uatum,ſi in clauſula ſuſpenſiua gratiarum dicatur
etiam mentalium, & non reſtringatur ad effectum
reſignationis tantùm, quamuis in alia parte ſuppli-
cationis de mentalitate papa non intellexit, & hoc
ſecundum vnum modum intelligendi, quòd papa
non extinguat, ſed ſuſpendat præſeruando quem
cum motiuis, ibi vide.pro iſta parte accedit. & alia
deciſio incipiens,confirmauerat papa,ſub tit.de re-
9 nunc.in qua habetur quòd gratia † ad primum va-
caturum non capit beneficium in manibus papæ in
fauorem certæ perſonæ reſignatum, nec de tali in-
telligitur.igitur in eo ſeu eiuſmodi vacatione non
conſumitur, & ibi patet, quòd quando fit in mani-
bus papæ † quomodocunque ſit concepta ſupplica- 10
tio, videtur ex ſtylo facta in fauorem,prout videas
in d.deciſ.. Et ex hac conſideratione & proxima da-
ta veritate earum quando alia fundamẽta non ſub-
ſiſterent, poſſet ſtare ſecunda opinio pro qua d.Ni-
colaus iudicauit. Ego verò in tertia & ſecunda in-
ſtantia reſpectiuè cauſam concordaui ob varietatẽ
opinionum, ex eo quòd quatuor domini tenuerant
primam partem, & quinque ſecundam, & ſtudui
defendere iudicium maioris partis, poſtquam ſecun
dum ipſam fuerat pronuntiatum ex aliquibus ſimi-
libus, & ex determinatione dictarum deciſionum,
quæ occurrerunt poſt iſtam.

DE EMPT. ET VENDIT.

SVMMARIVM.

1 *Venditio etiam iurata, & cum clauſula ſciens, &c. ſi vendens eſt læſus vltra dimidiam iuſti precij, reſcindi poteſt.*

2 *Abſolutio in caſu enormi & enormiſsima læſionis à iuramento peti poteſt. & nu.4.*

3 *Reductio ad arbitrium boni viri ſtante enormi læſione, non obſtante quacunque verborum cautela, peti poteſt, & nu.6.*

5 *Reſtitutio propter enormiſsimam læſionem competit eccleſiæ, etiam poſt quadriennium.*

7 *Iurans non contrauenire: an ſit ita periurus ad ſupletionem precij, ac ſi ageret ad reſtitutionem rei?*

DECISIO VNICA.

Contra venditionem † iuratam cum clau- 1
ſula ex certa ſcientia, & aliis apponi ſoli-
tis competeret remedium. l. ij.C.de reſc.
vend.& c.pe. de emptio.& vend. ex quo
domus fuerat vendita pro mille ducatis. quæ erat va
loris duorum milliũ & tricentorũ, dubitatum fuit
in vna Romana domus de Colũna 1513. quidã vo-
lebant quòd non, adducentes gl.Bar.& alios in d. l.
ij.glo.etiã in d.c.pe.& quod hæc eſt opinio cõmunis
legiſtarum & canoniſtarum in dictis, pro qua Anc.
cõſ.ccccxxxiij.orta lite.& Alex.cõſ.xlij. j. vol.ſuper
præmiſſo pro ea parte vt communi plura allegat, &
quòd ſit cõmunis inquit Inn. in d.c. pe.& alij in c.cũ
contingat.de iureiu.facit quod Bar.tenet in l.ſi quis
cũ aliter.ff.de ver.obli.& hoc quia vſque ad dimidiũ
eſt permiſſa deceptio.d.l.ij.& d.c.pe.& l.in cauſæ. la
ij.§.j.ff.de mino.& ſupra dimidiam debebat operari
iuramentum,etiam in maiori ſumma tricentorum,
nihilominus maior pars voluit competere, exiſti-
mans magnam eſſe læſionem & enormem, qua ſtã-
te iuramentum non debet eſſe vinculũ tantæ læſio-
nis, ſicut enim quando ex dolo iuratur præfatum re-
medium nõ excluditur, ita debet eſſe quãdo re ipſa.
d.l.ſi quis cum aliter,& ſi contrariũ diceremus, lo-
cupletaretur actor cũ graui iactura venditionis cõ-
tra æquitatem.l.nam hoc natura.ff.de cõdi.inde. Nã
dimidia cum exceſſu multum depauperat, pro iſta
æquitate facit quod voluit But. in d.cap. cum con-
tingat.quem ibi refert Abb.xix. col. cum ſequen. in
ix.caſu vt non valeant contractus & iuramentũ data

enormi læſione, quin potins poteſt peti abſolutio
2 †in caſu enormis, aut enormiſsimæ læſionis, etiam ſi
fuerit iurarũ quòd non veniret quis conrrà etiam ra
tione enormiſsimæ læſionis. quod inquit etiam pro-
cedere, ſi minor dixiſſet, qund totũ illud pluries eſt,
dat, & donare intendit, cùm non ſit abſq; dolo &
fraude contrahens cum conſumpturo, & cum actu
ipſo male conſumente. l. ſi quis cum ſciret. ff. prn em-
pto. cum aliis quæ allegat, etiam ſi fuiſſet iuratum
omnia & ſingula vera eſſe, & hęc dicit Abb. eſſe om-
ni æquitati conſona, putans quod maior poterit cõ-
trauenire data enormiſsima læſione, conſiderans ad
hnc conſuetudinem notariorum, & multa alia de
quibus ibi, & idem Barb. in c. quintauallis. de iure-
iur. quam etiã ibi referr Abb. colũ. xv. cum ſeq. & in
d. c. cum contingat, quòd enormiter deceptus non
obſtan. poteſtate arbitris data, quod poſsint eſſe in to
rum de iure vnius dare alteri, poterit contrauenire,
quamus non appareat de dolo ex propoſito, ſed re
ipſa idem Anch. in repentinne. c. canonũ ſtatuta de
cõſti. & aliquatenus ſenti Ho. in d. c. cum contingat,
licet multi cõtra inquit ibi Abb. quorũ motiua hinc
inde proſequitur latius in d. c. quintauallis, vbi etiã
refert Bal. dicere communiter obſeruari, quòd non
3 obſtate † quacunque verborum cautela ob enormé
læſionem poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri
quia non eſt veriſimile partes ſenſiſſe, quòd arbitra-
tor poſſet eos enormiter lædere, arg. l. cũ aquiliana.
ff de tranſact. dicit etiã Abb. in d. c. pe. vlt. colũ. quod
minor enormiter læſus poteſt petere abſolutionem
à iuramento, ar. op. d. c. cum contingat. & c. ij. de pac.
in vj. & quod ita Bart. in d. c. cõtingat, conſuluit etiã
ſi dixiſſet ſe velle donare, quòd in maiori, ſequitur
Abb. data enormiſsima læſione, & quòd iuramentũ
videtur illicitum ex parte recipientis, cùm interue-
nerit dolus ex propoſito vel reipſa, quo caſu compe
4 tit abſolutio † ad no. in c pe. & c. debitores. de iure-
iu. quæ dixit notanda tanquã quotidiana Imo. etiã
qui dixit in d. c. pe. viij. ix. x. col. glo. & doct. commu-
niter ſentire pro negatiua. ex pluribus fundamẽtis
firmat articulũ eſſe dubium, & tandẽ ait per ea, quæ
deduxit, dicendum videri, quod de iure non habeat
obſtare iuramentum circa remedium. d. l. ij. & quod
hæc pars videtur ſatis probabiliter de iure ſuſtineri,
& quod à tali iuramẽto poteſt peti abſolutio, prout
poteſt quando per dolum & metum fuiſſet iuratũ,
& iſtud videtur æquum & de iure probabile & ad
gl. & doc. quòd iuramentum præiudicet maiori. re-
ſpondet poſſe dici quod gl. & doc. nil dicunt de ab-
ſolutione à iuramento, etiã ſi re vera videantur vel-
le ſimpliciter quòd præiudicet Alex. etiam in d. l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. iiij. colu. putat contra
communem poſſe ſuſtineri. vt cõcedatur abſolutio
à iuramento, quia auc. ſacramenta puberum. C. ſi ad
uer. vend. d. c. cum contingat, & d. c. ij. non loquun-
tur quando deceptio eſt vltra dimidiam cum lucro
alterius, licet ſubiungat difficile eſſe id obtinere in
practica contra auctoritatem dictarum gloſſarum.
in caſu autem propoſito fuerat obtenta commiſsio,
quæ abſolutionem à iuramento ad effectum præſta-
bat, ſine qua maior pars tenuit vt ſupra. in magna
tamen varietate opinionum propter communem
ſententiam contrariam quãtuncunque rigoroſam,
ideo Rota pro maiori parte tenuit quæ multũ æqui
tati innititur. l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod cer. loc.
nedum in iſta verùm etiam in aliis in caſu enormis
læſionis quod non obſtet iuramentum, neque aliæ
clauſulæ quæ poni ſolent, putans damnum eſſe gra-
ue & enorme, facit etiam pro deciſ. gloſſ. in c. j. de in
integ. reſti. in vj. vbi propter † enormiſsimam læſio- 5
nem, aut eminentiſsimum damnum reſtituitur ec-
cleſia poſt quadriennium & vltra. In caſu autẽ quo
agitur damnum ſatis eminet, quod eſſet diſcutien-
dum, quando magna, maxima enormis, vel enormiſ
ſima ſit læſio, & in qua ſumma vel parte, an in ſexta
vel tertia & Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. v.
col. cum ſe. ff. pro ſoc. tradit & Abb. in d. c. quintaual-
lis. xvij. refert quatuor opiniones pro quanta læſio-
ne † competat reductio ad arbitrium boni viri, & 6
col. ſeq. ſubiicit quòd quando dicatur euidens ini-
quitas: non credit poſſe dari certam doctrinam, ſed
ex variis circunſtantiis iudex arbitrabitur, & deſu-
per, dat regulas & quando dicatur magna vel parua
quantitas, conſideratur reſpectu perſonarum & cau
ſæ ſecundum Bald. quem ibi Abb. col. xvj. adducit al
legando. l. cum filius. §. hæres meus. ff. de legat. ij. &
glo. in c. fin. de re iudic. in vj. nec eſt nouum quod pa-
latium in Rota & ſignatura quandoque teneat cõ-
tra communem quando contraria opinio communi
eſt æquior, prout in caſu deciſionis primæ de procu.
in antiq. contra quem eſt communior opinio, vt di-
co in alia deciſione incipiente, introducta erat lis,
& abunde Fely. in cap. cauſam quæ. de iud. pe. & vlt.
col. & in pluribus aliis caſibus ſuper quibus plures
reperiuntur deciſiones. aduertendum tamen quòd
in d. c. pe. dicitur poſſe agi † ad reſtitutionem rei aut
ſuppletionem prætij, quod ſi eſt iuratum de non
contraueniendo, fieri nequit ex quo ita faciens eſ-
ſet periurus, cum prohibitum ſimpliciter ſit alterna
tiuè prohibitum. l. quod ſub conditione. §. j. & ibi
Bal. ff. de condi. inſti. dicens bene poſſe agi ad ſupple-
mentum precij, & hoc vt notandum inæternum ſe-
quitur Fely. in cap. inter cæteros. vlti. colum. de re-
ſcrip. & declarat Ant. de Burgos, in iſto tracta. ſuper
d. c. pen. char. pe. viij. limitatione quod ſi agat ſolum
ad ſupplementum, non poteſt excludi ratione iu-
ramenti, ex eo quod non cogitauit tantum dam-
num, nec efficitur periurus poſtquam vult ſeruare
contractum eò modo, quo poteſt & intelligebat,
ſcilicet pro iuſto precio ſed tenendo non obſtare iu-
ramentum, non habet locum huiuſmodi dictum,
quinimo poterit agi alternatiuè ſine pœna periurij,
ex quo eodem errore aut deceptione ex animo, ſeu
re ipſa fuit iuratum ſicut contractum, vt per Imo.
& alios in d. cap. pen. dum arguunt pro affirmatiua.
vnde regulatur iuramentum à natura cõtractus pro
quo l. fin. C. de non nume. pecu. Item cum optio ſit
emptoris, vt d. c. pen. vbi etiam Abb. poſt alios vide-
retur ei agendo præciſè tolli facultas à lege con-
ceſſa, quoniam ſententia debet eſſe conformis tali
petitioni. l. vt fundus. C. eod. tit. cap. licet Hely. de
Simo. aliter teneat & quia eſt in ſolutione debet
poſſe peti alternatiuè, quemadmodũ quãdo vtrunq;
eſt in obligatione. l. miles. §. decem. ff. de re iudi. quã-
uis in terminis concluſionis hoc non cadat, quando-
quidem erat habita abſolutio à iuramento.

DE

DE LOCATO ET CONDVCTO.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ quas locator operarum in præſtatione feciſſet, non deducuntur in conuenta mercede, ſi per eum non ſtetit, quominus præſtarentur.*

DECISIO PRIMA.

LOcauerat Raphaël de Caſilibus ciuis Romanus quibuſdam de Saulis operam ſuam & rem, hoc eſt Burchia ſeu Nauigia ad conducendum ſal ad Capitolium in ripa, ſeu marmorata, præparauerat Burchia & alia neceſſaria, & fecerat portari partem, non totum, quia illi de Saulis noluerunt, petebat integram mercedem abſque eo, quod deducerentur expenſæ, quas neceſſariò in portando reſiduo feciſſet. ex quo per eum non ſteterat. fuit dubitatum coram dom. Martino de Spinoſa 1514. an
1 expenſæ, † quas fuiſſet omnino paſſurus in conducendo reſiduum, eſſent deducendæ, & quatuor domini ſæpius poſita cauſa tenebant, quod ſic, tum quia nullus caſus eſt, qui hoc genus expenſarum deducendarum excuſet l. fin. de ope. ſeruo. l. fundus. in prin. fa. ercíſ. l. fructus. ff. ſol. mar. cum ibi no. niſi in decimis. c. cum homines. c. tua nobis. de deci. no. glo. vtrunque in c. grauis. de reſti. ſpolia. c. ad noſtrã primo, de iureiur. tum quia non debet plus operari fictio, quam veritas, licet tantidem ſit in ſuo caſu. l. filio. quem pater. de lib. & poſthu. l. fin. de his qui ve. æta. impe. l. vnica. §. accidit. iunct. gloſ. C. de rei vxo. acti. Bartol. in l. j. §. hoc autem ſenatus, ad ſille. & in repetitione l. ſi is qui pro emptore. x. col. ver. v. ff. de vſucapi. & ſi totum portaſſet, pro toto expendiſſet, & quia lex ſine æquitate non fingit, l. poſtliminium. in prin. de capti. & poſtlimi. re. l. denique. cum l. ſeq. ff. ex quib. cau. maio. Bartol. in dicta repetitione. iij. colum. quæ non ſuadebat, nec patiebatur vt plus lucri faceret, non conducendo quam ſi conduci feciſſet, item quia in his competit actio ad intereſſe, & quantum interſit non vltra. l. ex conducto. l. dominus horreorum. in fin. ff. loca. vbi ſufficit locatori quod remaneat ſine damno, maior pars tenuit contra, & ſic fuit iudicatum ea ratione, quia per locatorem non ſtetit, qui fecerat omnia præparari ad conducendum, & pro parte conduxerat, pro qua l. ſi addes. §. fi. l. qui operas. & Bart. in l. ſi vno. §. item cum quidam. ij. col. circa. fin. eo. tit. neque ob. quod in dictis iuribus non dicitur in expenſis, ſed de mercede conuenta, quoniam ſatis eſt quòd non iubent expenſas tales deduci, & ſolum conſiderabant quòd filij interim non locaſſent operas, prout etiam in l. diem functo. c. de offi. aſſe. vnde aliàs ſimpliciter intelligantur. nam ſi locator perdidiſſet nauigia pro tempore, quo partem fecit conduci, aut aliud damnum paſſus fuiſſet, ceſsiſſet totum in eius detrimento, & in eo etiam periculo erat pro reſiduo ſi portaſſet. ergo ſicut poterat eſſe in damno, æquũ eſt vt lucrum, ſi caſus contingit, ſentiat. vbi enim periculum, ibi lucrum, l. fin. §. ſed cum in ſecundo. C. de fruc. §. cum autem. inſti. de emptio. & vend. regula ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & & regula, qui ſentit onus. eod. tit. in vj. cum ſecundum. de præben. c. j. de ſepult. cle. j. in prin. de cẽſi. ſicut econtra: qui lucrum amplectitur onus non recuſat. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. & per hæc tolluntur prima fundamenta, & etiam poteſt dici quod d. l. fundus loquitur in alio caſu, & in expenſis factis deducendis ab eo qui fecit, nõ in his, quæ factæ fuiſſent, vt deducantur ab alio, qui eas non fecit in ſolutione mercedis eius, qui facturus fuiſſet in d. l. fin. de ope. ſeruo. etiam continet caſum diuerſum & reſpectu factarum expenſarum, ita quòd non eſt bona illatio, nec circa diuerſa contrarieras, nec applicabilis periculi & damni conſideratio. l. fin. de caſũ. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ. c. poſt tranſlationem. de renun. c. inter corporalia. de tranſlat. epiſcopi. ca. dilectus. de offic. ordi. cap. cum cauſa. in fi. de teſt. Nec in propoſito cadit fictio aliqua, quæ eſt pro veritate contra veritatem aſſumptio, ſcilicet quando ius certum de aliquo facto fingit ſtatuendo oppoſitum, vt dicit glo. in d. §. accidit Bart. in d. repetitione in diffinitione fictionis, & Abb. in c. is qui. de ſpo. & mat. & quando in ea eſſemus, æquitas ſuggeret pro deciſione ex aductis, ex quibus patet, etiam non ob. l. dominus Horreorum, quæ loquitur de conductore deſerente res cõductas ante tempus, vt domino ad intereſſe teneatur, cui lex ſatis prouidit cum eo quod intereſt. vbi non erat ratio periculi, quæ in caſu deciſionis, vt eſt dictum non ob. etiam quòd ex æquitate canonica vſque ad intereſſe, & non ſupra agi debeat. c. ſuam cum materia. de pœ. quia oſtenſum eſt id eſſe æquum vtroque iure, & dicit Abb. in ca. dilectus. de arbit. quòd etiam ſi eſſemus in pœna à lege ciuili aut canonica impoſita, poſſet exigi à clericis & laycis, cum non peccet, quia facit ex permiſsione legis. l. grauis. C. de adult. xxiij. quæſt. iiij. qui peccat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis, an poſsit propria domini auctoritate expelli vel ſit neceſſaria ſententia declaratoria?*
2 *Emphyteuta ſi ceſſauerit à ſolutione & dominus nõ declarauerit velle eſſe deuolutum eo viuente contra eius heredem, huiuſmodi declaratio fieri non poterit.*
3 *Penſionem non ſoluens in tempore an & quando ſit excommunicatus, & priuationem incurrat?*
4 *Collatio facta de beneficio patronato ſine præſentatione patronorum, ipſis non contradicẽtibus valet.*
5 *Pœna regulariter ad heredes non tranſeunt.*
6 *Heredi quæſtio de felonia commiſſa per defunctum moueri non poteſt, ſi eo viuente dominus non eſt conqueſtus.*
7 *Dominus non reuocans feudum propter feloniam commiſſam per vaſallum, an & quando eius heredes reuocare poſsint?*
8 *Filius an amittat feudum ob delictum patris, & vtrum ſit differẽtia inter delictum non comiſſum in perſona domini, vel extra, & de aliis, vide remiſsiuè.*
9 *Reuocatio fit ob demerita & ingratitudinem, quæ ad heredem tranſire non debet.*

DECISIO II.

1 APertiſsimi iuris eſt quod ſi emphyteuta † priuatus ceſſet à ſolutione canonis per triennium, & eccleſiæ per biennium, cadit à iure emphyteutico.

l.ij.C.de iur.emphy.c.potnit,loca.in quo an requi-
ratur ſentẽtia priuata,ſunt opinioocs de quibus per
glo.& doct.ibi ſed communiter videtur, quod non
ſit neceſſaria ſecundum Iaſ.abundè referentẽ varias
ſententias in d.l.ij.co.iij.cum ſeq.ac.iij.ver.pro clara.
vbi firmat poſt longum proceſſum fuiſſe dominum
emphytentã propria auctoritate expellere, & Alex.
conſi.vj.vol.iij.col.v.& vj.Requiritur tamen directi
domini declaratio,vt in d.l.ij.ibi volenti. & vbi etiã
glo.& Bar.& Saly.in l.fi.in fi. co.ri.Ang. in anth.de
non alie.§.ſcire autẽ.col.ij.& ſi emphyteuta etiam it
requiſito domino alienante, vt non cadat niſi do-
minns voluerit,& declaranerit ſe velle,tenet Alex.
cõſ.xxij.vol.ij.& cvj.viſo themate.vol.iiij.col.ij.con-
ſiderans quod ſecundum Imo.in repetitione.c.fi. de
reſcrip.co.xxiiij.ac Saly.in d.l.fi.d.c.potui, æquipa-
rat emphyteutam non ſolnentem iofra biénium, &
alienantem non requiſita eccleſia, &cùm in primo
caſu noo priuetur, niſi volente & declarante do-
mino, nec in ſecundo, & ſic ad caſum, & adeo re-
quiritur declaratio, quòd intendit oon ſolnentem
priuatum eſſe, vt explicitè de ea conſtare debeat,
ita Dec. conſi. cxlvj.col.iij.ver. capio ſecundum, vbi
allegat Bartol. & alios plures in hunc ſenſum, nec
immerito, cum voluntas in mente retenta nihil ope
retur.l.ſi repetendi.C.de cond.ob.cau. dato facit. l.
in ambiguo.in fi.ff. de re.dub. & c. quemadmodum
iuncta.glo.ij.de iureiur.& propterea ſi domious vi-
2 oente emphyteuta† qni ceſſauerat in tempore ſatiſ-
facere, hoc non declarauerit, videtur voluiſſe, &
non poterit contra eius hæredem declarare, prout
in vna Bononien.bonorum coram domino Triuul-
tio 1521. fuit à maiori parte concluſum & ponde-
ratum conſi.cu.clxiiij.prælatus.co.pe. vbi cõſiderat
quod ita demũ cadit ipſo iure, ſi dominus voluerit,
3 vt in d.l.ij.idem in non ſolutione † penſionis infra
meoſem & ſex menſes, qni vt plurimum apponun-
tur ſub pœna excommunicationis & ſucceſsiuè pri-
uationis beneficij eccleſiaſtici eo ipſo obſeruat Ro-
ta,prout in vna Gebenneo. monaſterij 1516. coram
domino Bartholomæo de Petraſancta fuit tentum
& ſucceſsiuè in aliis firmatum, quòd procedit etiã
in ſimili pœna appoſita ab inualiditatem aut redu-
ctionem peoſionis,ſeu ob aliam ſimilem cauſam ea-
dem ratione, vt eſt dictum,& patet infra, attento
quod gratia, cni debet fieri ſolutio, pœna cenſetur
appoſita,vt ipſo tacente oon ſit ceſſans excommu-
nicatus,nec priuationẽ incurrat,patet,quia ſi poſt-
ea ſimpliciter abſque proteſtatione creditor penſio
nem decurſam accipiat oſtendit noluiſſe pœnam,&
debitor non cadit,niſi volente creditore ſecundum
oo.in d.l.ij.& ibi.Cyn.& in d.c.potuit. quicquid ſu-
per eo io contrarium ſeotiat Abb. col.iiij. Nam illa
eſt verior opinio, æqoior, & communior vt latè pro
ſequitur Iaſ. in d. l.ij.char.xj. incipiendo ibi in ea gl.
& determinando per quotum quæſtiones,& ita etiã
4 dicunt doct.in collatione † facta de beneficio patro
nato ſine patroni præſentatiooe, vt refert Fely.in c.
cum Bart.col.vj.de re iudi. ioferens ad caſum quod
autem fauore domini & creditoris,pœna ſit appoſi-
ta conſtat,quia eis applicaotur &ſunt debitæ.l.poſt
legatum.§.amittere.de his qui.vt indig.l.ij.§.ſi duo.
de colla.bo.& ibi Bar.infert ad ſtatutum & declarat
in l.ij.§.fin.ff.ad Tertul.& eſt etiam bo.text.in l.pen.
C.de lega.iſtis igitur inuitis nolentibus, vel non de
clarantibus locum oon habet.l.inuito.ff. de reg. iur.
poſſet enim creditori diſplicere priuato, & nocere
diceretur ſi contra eius voluntatẽ fieret, cni ſatisfit
quomodocunque ei placeat.l.fi. cum gl.ff. de vſu &
habi.§.præterea ſi qnis generaliter. inſti.de acti.glo.
in ver.maiores.in c.fi.de conſne.in vj.& Barto.in l.ij.
in prin.col.iiij.ff. ſol. mat. & ſi abſqne declaratione
daretur cadncitas poſſet in damnnm domini redun
dare,cui nõ expediret forſan rem habere per ſe,nec
de facili reperiret,qni rantum reſpooderet, nimirũ
ſi domino volẽte & in eius fauorẽ pœna eſt decreta.
l.quod fauore.C.de legi.non ob.quod in beneficia-
libus pœna impooitur ab homine oon à lege, quaſi
tunc oon ſit applicãda illi propter quẽ eſt impoſita
ad ea,quæ dicit Iaſ.in l.j.C.de his qui.vt indig. qnia
ſi oon eſt à lege in corpore iuris ſcripta eſt ab ipſa le
ge animata hoc eſt à principe.vt in auth.de conſul.
§.fi.col.iiij.& ix.q.iij.ipſi ſunt.vel ſecundo dic quòd
dicitor tali deberi,ſi non neceſſariò ſaltem de condi
goo,arg.dictornm iurĩ quinimo quod ipſi debea-
tur.oſtendit ſtylus,qni ſufficit,eſto ſine præiudicio
quod non deberetur,ex quo ſtylo prouiſio benefi-
cij ob non ſolutionem penſioois vacantis oon con-
cedirnr regulariter alteri,qoam ei cui pẽſio erat ſol-
oenda,vode habetur pro iure.c.ex literis.de cõſti. c.
quam graui.de cri.fal. & mos papæ inſpicitur qui ex
ſignatura talium impetrationũ colligitur.l. vel voi-
uerſorum,de pig.acti.nummis.ff.de leg.iij.c.illo vos
io fi.de pigno.& Biſignet.de reſcrip.in antiq. deciſ.
v.& ſicut ſtylus papæ & ſignaturæ de facto colligi-
tur,ita etiam palatij dicit Rota deciſ.xvj.de cooſue.
in antiq.quòd eſt ius, licet ex facto oriatur quod
Bar.in repeti.& de quibus.§.j.ff.de leg.col.j.& in re-
peti.l.ij.C.quæ ſit long.conſue.in q.j.col.iiij.& co.vj.
poſt prin.declarat ponendo conſuetudinem cõſide-
rati tribus modis, quæ regula & ſtylus non minus
ſtant firmiter, ſi alicui alteri quam creditori ex gra
tia & volũtate priocipis fieret prouiſio, cum debeat
ad id haberi reſpectus, quòd frequentius accipit in
communi curſu fieri ac concedi ſolet. tex. eſt menti
tenendus.in l. ſuus quoque. §. puto geoctaliter. de
hæred ioſtitu. facit l.nam ad ea.ff.de legib.& c.quod
alicui.de regu.iur. in vj.item † pœnæ regulatiter ad 5
hæredes noo tranſeunt,niſi quatenns ad eos perue-
nit.l.vnica.C. ex delict.defuncto. & hoc ſecundum
canones ad animæ ſalutem proſpicientes.c.vlt.cum
gl.de ſepul.c.in literis.de rapto. gl. fi.io c.peccatum.
de regu.iur. io vj.cap.j.de ſolutio.c.tua nos.& c.Mi-
chaël.de vſur.non tamen reſpectu pœnæ, vt ibi. &
quòd non tranſeant pœnæ in propoſito & pro con-
cluſione eſt bonus text.in l.j.§.fi.ff.ad ſill.l.omnimo
do cum glo.in verbo noo licebit, de iooffi.teſt.l.his
ſolis.& l.fi.C.de reuoc.donat. vbi etiam gloſſ. fin. &
Angel.ac Salyc. item Bald. ootans ſecundum eam,
quod ſi feudatarius † commiſit feloniam, & domi- 6
nus non eſt conqueſtus viueote feudatario & hæ-
redi, eius quæſtio de felonia moueri non poteſt,
etiam ſi feudum videatur ipſo iure reuerſum ad
dominum ſubiiciens, quòd vbicunque dicitur ipſo
iure reuerti ad dominum, intelligitur ſi dominus
velit,& petat aliàs ſecus,ad idem gl.fin.in c.fi.de do
na.arguens qnod feudum non eſt filio auferendum
ob feloniam patris ſi patri quæſtio mota non fuerit,

licer

licet vt inquiunt ibi Ioan. And. Butr. & Abb. melius
ſecundum literam arguatur ad caſum conuerſum,
quòd ſi vaſallus fecerit feloniam contra dominum,
7 & dominus † feudum reuocauerit hæres reuocare
non poſsit, quod verum intelligunt, ſi fuit ſciens,
& ad reuocandum tempus habuit ſufficiens aliàs
reuocat. & ita etiam ſentit Cyn. in l. j. C. de reuo. do-
na. ſed quia materia eſt ampla, an & quando filius
8 † amittat feudum ob delictum patris, & vtrum ſit
differentia inter delictum commiſſum in perſonam
domini vel extra, & inter delictum conſiſtens in fa
ciendo, vel in amittendo, & an differat feudum ab
emphyteuſi & in materia, vide pro nunc remiſsiuè
tex. cum glo. in d. c. ij. de feu. & ibi omnino Abb. in
& Ioan. An. in addi. ad Spec. eo. titu. in priu. §. fi. An.
de Iſer. in c. j. eo l. j. ſi vaſal. feu. priue. cui defe. Cyn. in
l. ij. C. de liberr. eo. li. Bart. in l. idem Iul. §. ſi quis ali-
cui. de leg. j. in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. de ope. libert.
& in l. eum qui. ff. de interd. & releg. & ibi addi. ad
ipſum Bal. in l. j. per quas perſo. nobis ac. & in l. lege.
C. de legit. hære. Salic. in d. l. ij. q. xxxij. vbi Iaſ. q. vlti.
Franc de Are. in d. l. idem Iul. aliàs eſt. l. cum ſeruus.
§. ſi quis alicui. Dy. & Ioan. An. in regula non debet.
de reg. iur. in vj. Collect. & Card. in d. c. ij. & A[illegible]h.
in conſi. cxlij. pro domina Paula. col. j. Abb. cōſil. uj.
vol. ij. q. vij. Alex. conſi. ciij. vol. j. col. vlt. & conſi. cvj.
cum ſe. vol. iiij. Phil. Cor. conſi. lj. iij. lib. & Soci. conſ.
xxv. volu. j. Redeundo ad deciſionem pro ea vltra
præmiſſa facit. d. l. fin. & quod canoniſtæ præcipuè
Bu. & Abb. dicunt in d. c. fi. co. ij. quod merita & de-
9 merita ſunt perſonalia & cum reuocatio† ac decla-
ratio pœnæ fiant ob demerita, & ingratitudinem
non debent tranſire ad hæredem actiuè nec paſsiuè,
ex eo quod ex parte vtriuſque eſt perſonalitas, ait
Abb. col. iij. & facit l. quia tale. ff. ſolu. mat. continua-
tio ergo aut ceſſatio emphyteutæ, quia dominus vo
luit ſeu tacuit, cùm in dubio voluiſſe præſumatur,
aliàs declaraſſet arg. c. ad audientiam. de deci. non
debet nocere ſucceſſori. ſic enim alius qui non pec-
caſſet, & odioſus forſan domino eſſet pro eo, qui de
liquiſſet & delictus fuiſſet puniretur quod eſſe non
debet. l. ſi quis in ſuo. §. fi. C. de ino. teſt. c. cum in ve-
teri. in fin. & ibi not. de elect. in regula non debet. de
reg. iur. in vj. Quod autem taciturnitas domini ar-
guat voluntatem pœnæ, patet per d. l. fi. de iure em-
phy. vbi Sal. col. j. not. quòd ſi dominus permittit la-
bi tempus duorum menſium ſibi à lege conceſſum,
ſi facta denunciatione velit emere perinde eſt ac ſi
dixerit ſe nolle emere, & quāuis dominus poſt bien-
nium ſeu triennium reſpectiuè quādiu non ſoluitur
poſſet declarare quandocunque, cùm iſte caſus dif
ferat à caſu prædicto, nihilominus, ex taciturnitate
arguitur talis voluntas quandiu tacet ſciens ſibi
apertam eſſe taciturnitatem.

SVMMARIVM.

1 *Si dominus caducitatem non declarauerit eius ſuc-
ceſſor illam declarare non poteſt.*
2 *Hæres licet contra eum declaratio fieri non poſsit,
tenetur tamen ad decurſos, & non ſolutos ca-
nones.*
3 *Hæres emphyteutæ interpellatus non ſoluens pen-
ſiones decurſas infra biennium vel triennium non
cadit à iure ſuo. ſecus de decurſis tempore ſuo.*
4 *Penſionem non ſoluens non eſt excommunicatus, nec
incurrit pœnam priuationis creditore tacente.*
5 *Pactum appoſitum in contractu emphyteutico quòd
liceat domino rem apprehendere abſque declaratio-
ne, quid operetur?*
6 *Pactum & ſtatutum à pari procedunt.*
7 *Pactum appoſitum conforme diſpoſitioni iuris com-
munis, quid operetur?*
8 *Pacto appoſito vt ſolutio fiat ab emphyteuta quoli-
bet menſe, an triennium expectari debeat ad hoc, vt
dicatur non ſoluens cecidiſſe à iure ſuo?*
9 *Emphyteuta ſi eſt data licentia vendendi cuicun-
que voluerit, an domino irrequiſito vendere poſsit?*

DECISIO III.

ITem concluſum in eadem cauſa Bononien. bo-
norum de menſe Maij 1522. In ſecunda inſtan-
tia coram dn. Paulo de Capiſuchis, quòd ſi domi-
nus non declarauerit caducitatem eius ſucceſſor
† nequeat declarare ad quod ſeruiūt motiua Cu. in 1
d. conſi. clxiij. & l. fi. C. de reuo. dona. ac gl. in c. fi. de
dona. & quædam fundamenta proximæ deciſionis,
& illud quod poteſtas declarandi regulariter non
tranſit ad hæredem, nec egreditur perſonam. glo. eſt
in l. idem Pomponius. §. fi. de rei ven. Bar. & Alex. in
l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verb. obli. quod intellige
domino ſciente & valente reuocare, vt in ipſa deci-
ſione eſt expreſſum. Item fuit concluſum quòd licet
ſucceſſor, † contra quem declaratio fieri non poteſt, 2
teneatur ad decurſos canones, ſeu ex eo quod ſit
hæres. l. veteris, de contra. & commit. ſtip. & l. vni-
ca. C. de act. ab hære. & contra hæred. incip. præter-
quam in pœnis & ibi quatenus ad eos peruenit, vt
in proxi. deciſ. apertiſsimi &c. ſeu ex hoc quòd res
tranſit ad eum cum onere ſuo functione præterita-
rum. l. imperatores. ff. de publi. c. ſi quis laicus. xvj. q.
j. c. j. cum materia. de ſu. Io. And. in regula non eſt in
mora. de reg. iu. in mercu. & Phi. Frāc. cum aliis quos
refert in c. fi. §. fi. de offi. or. in vj. Quod an in ſucceſ-
ſore beneficij reſpectu penſionum quæ prætendun-
tur non ſolutæ à prædeceſſore locum habeat, vt ſuc
ceſſor teneatur & varietas inter dominos & lis in
auditorio Rotæ nondum deciſa, qui articulus indi-
get declaratione tamen pro eiuſmodi † penſionibus 3
etiam ſi interpellatus infra biennium vel triennium
à die interpellationis ceſſauerit non incidit in pœ-
nam caducitatis, bene incideret ſi à ſolutione pen
ſionum ſui temporis ceſſaret. Pro concluſione facit
quod pœna reſpectu temporis prædeceſſoris vide-
tur remiſſa, ſeu non habuiſſe locum ob taciturnita-
tem domini, vt in d. deciſio. apertiſsimi. ergo non
debet egredi perſonam delinquentis nec pro eius
culpa & pro alieno tempore puniri. l. ſancimus. C.
de pœ. c. ij. de his quæ fi. à ma. par. cap. non ob. pro-
pria contumacia ſucceſſoris requiſiti, quia aut da-
mus incurſum & remiſsionem ratione taciturnita-
tis & pœna ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. l.
qui res. §. aream. ff. de ſolut. aut dicimus non incur-
ſam pœnam, ex quo dominus nō declarauit, & tunc
ſolū remanet debitū à ſucceſſore ſoluendū cum nec
à lege, nec à domino ratione taciturnitatis ſit remiſ-
ſum, ſed nō pœna ſalua expenſatū condēnatione, in
qua puniretur ſi litē pararet ſuper ſolutiōe canonū
decur

decurſorum,ex quo victus victori in expenſis con-
demnandus.l.eum qui temerè.ff.de iud.l.properan-
dum.§.ſinautem.C.de iudic.c.fi.de ma.& obe.c.fioê
litibus.de dol.& contu. & c.calumniam de pœn. cũ
ſi. Nam non reperitur expreſſum quòd quis eadat
niſi pro tempore ſuo,aut quod caſus prædeceſſoris
remiſſus vel nõ effectuatus propter domini tacitur-
nitatem poſſet in perſonam ſucceſſoris effectuari,
ergo erubeſcimus.l.illam.C.de colla. quod in pœna
libus non eſt extendẽdum,vt in allegata deciſione,
& quia non eſt imponẽda pœna quæ non reperitur
ſpecialiter cauta maximè in materia priuata,quæ ſi-
ne expreſsione aperta non inducitur per text. opti-
mum in auth.de non eligen.ſecun.nuben.§.cum igi-
tur,vet.ſinautem,col.j.quem ad hoc ponderat Bald.
in authen.ex teſtamento.C.de ſecun.nup.& eſt pere
grina glo.in c.fi.de intepatto. & alia Io. in ſimili.xv.
q.iiij.in ſum.quam exclamat Imo.in e.querelam, de
iureiur.ſecundum Feli. ibi col. ij. vbi etiam Abb.iij.
& in e. cum venerabilis,de excep.viij.& Alex.conſi.
ciiij.vol.j.col.ea.ex quibus dicendum quòd compel-
latur,ſicut quis in ſenſu ſoluendo ratione cenſualis
contractus abſque pœna amiſsionis rei.c.cõſtitutus.
cum glo. de reli. do. nec ex verbo omnimodo poſi-
to in d.l.ij.de iure emphy.concluditur caducitas per
lapſum tẽporis eo ipſo taliter quod tam viuo quàm
mortuo non ſoluente poſsit declarari, quaſi decla-
ratio quo ad incurſum non operetur, & ſic morte
ceſſantis non impediatur.quoniam vltra adducta in
proxima deciſ.pondero quòd in ea lege immediatè
ſequitur,ſi dominus voluerit, & paulò antè fuerat
dictum,volenti ei licere, ad hoc eſt quòd ſuperiùs
fuit conſideratum de conditione tacita aut expreſſa
à lege in huiuſmodi incurſu, vt tunc demum induca
tur pœna fauore domini, quando dominus velit &
declaret non antea ad hoc, quia ſi aliter diceremus
ſequerentur multa inconuenientia,quòd ſtatim de-
curſo termino ſine ſolutione data priuatione etiam
inuito domino,quando etiam acceptaret poſtea pẽ-
ſionem ſimpliciter,oporteret rem de nouo concede
re,quod nunquam fit,domino caducitatem nolen-
4 te. Item in beneficialibus † de quibus eſt dictum in
proxima deciſ.eſſent excommunicati non ſoluentes
& mille animæ & ſuprà in infinito numero illaquea
tæ,& vltra eſſent priuari & indigerent noua proui-
ſione beneficij, & tamen videmus quòd ſi creditor
tacet & penſiones acceptat nolens caducitatem,nul
lus reputatur excommunicatus,nullus priuatus,&
ita patientia, quando eſſet neceſſaria, ſufficeret &
excuſaret,aliâs arguit cum conſuetudine optima iu
ris interprete pœnam non eſſe incurſam. l.ſi. inter-
pretatione.ff.de leg.& c.cum dilectus,de conſuetu.
Item ſi velimus dicere quòd data declaratione cen-
ſeatur retro non ſoluens priuatus à die lapſus vlti-
mi termini hoc non offendit iſtam cõcluſionem, de
quo tamen latius dicam in ſeq.deciſ. incip. fuit etiã
5 cõcluſum.Item quia erat pactum† expreſſum quod
ſi emphyteuta,qui habebat ab eccleſia, infra bien-
nium non ſolueret,liceret domino propria auctori-
tate abſque declaratione rem apprehendere, dice-
bant duo domini debere operari fuiſſe inductam
caducitatem non facta declaratione neque appre-
henſione,ex eo quòd conuentio debet aliquid in-
ducere.l.ſi quando.ff.de le.j.c.ſi papa, de priui. in vj.
& Barto.in l.creditores,in iiij.q.col.v.cum ſeq.C. de
pig.coadiuuo hanc partem,quia quamuis† pactum 6
& ſtatutum in multis differant,regulariter tamen à
pari procedunt, & quod poteſt fieri per pactum &
ſtatutum.l.non impoſsibile.ff.de pac.glo.ſuper rub.
C.de decre.decu.lib.x.Bart.in repe.l.omnes populi.
in x. q.col.viij.ff.de iuſt.& iur.& in l.fi.col.ij.circa fi.
C.de pac.Abb.in c.cum dilectus,col.vj.de arbi.& in
c.ſi diligenti.no.iij.de foro compe.ſtatutum autem
quãdo aliàs nihil operaretur accipit, vt aliquid ad-
dat iuri communi.l.j.ad moni.Bar.in l.iiij. §. prætor
ait.co.ij.ff.de dam.infec.Bal.in rub.C.qui accu. non
poſ.col.pe.But.in c.cauſam quæ.co.ij.circa fi.de do.
& contu.Imo.in l.ſi.verò.§.de viro.col.iiij.ff.ſol.ma.
& Ale.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib. de-
clarans materiam & in cõſi.lxxxv.animaduerſis.co.
pe.vo.iiij.quod procedit etiam in odioſis,vt aliquid
operetur etiam ſi generaliter intelligendo poſſet
ad terminos iuris reduci inquit Abb.in c.paſtoralis,
in princi.de appel.ergo & pactum. Item concurrit
diſpoſitio hominis cum diſpoſitione legis tenendo
quod eſt dictum poſſe dominum propria auctorita-
te expellere emphyteutam, quo caſu pactum varios
operatur effectus quandoque permiſsiuè, quando-
que prohibitiuè iuxta ſubiectam materiã vltra ius
ſecundum gl.not.in c.verum,de cõdi.appo. ac Imo.
& Alex.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.j.idẽ Imo.
in c.cum contingat.in v.membro principali.col.xxj.
de iureiur.& late Cur.conſi.lxvj.char.v.& Barb.cõſi.
lxiij.col.iij.volu.j.Sed quando fuit poſita contrariũ
tenui reſpondendo primo loco & alij præter duos
tenuerunt hoc præcipuè fundamento,quia vt eſt in
proximis cõcluſionibus firmatum quod cadat quis
& quod poſſet dominus propria auctoritate expel-
lere omnia regulantur, vt locum habeant ſi domi-
nus voluerit & declarauerit eius fauore quòd non
debet in ipſius redundare odium,quod ſtante nõ eſt
admittendum dominum voluiſſe paciſci,vt omnino
caderet etiam ſi ſibi diſpliceret & non declararet ꝙ
poſſet ex multis contingere in proxi. deciſ. demon-
ſtrati,nec eſt veriſimile quòd per tale pactum volue
rit perdere iuris arbitrium attento quod dependet
mero à libera & ſola voluntate ſua & eſt ei facile de
clarare arg.l.iij.ff. de mili. teſta. ex quo patet ceſſare
præſumptam mentem paciſcentis, & non obſtare
contraria nec militare in hoc caſu cùm potius ſit di-
cẽdum vt deduxerit dominus † idẽ per pactũ quòd 7
ius ipſum, quando per omnia ſit iuri conforme ex
quo plura ſolent exprimi à iure cauta quæ nihil ope
rantur.l.iij.ff.de leg.j.l.non rectè.C. de fideiuſ. Item
pactum eſt intelligendum ſecundum naturam con-
tractus ac ſubiectam materiam ſicut iuramentum.l.
ſi vno.ff. loca.l.ſi inſulam, de præſcrip.verb,ſi ſtipu-
latus,cum ibi no.ff.de vſur.& l.fi.C.de non nu.pen.
vide poſtea Phi.Cor.conſil.cxv.vol. j. qui per ratio-
nem prædictam ita conſuluit in ſtatuto, ideo moti-
ua alia ibi videantur non obſt. quòd Specu. verſic.
lxxviij. in tit. de empt.& Ioan. Fab. voluerit quo-
rum opinionem refert Iaſon in d.l.ij.queſt.xiiij.col.
xj. quod in pacto facto † vt ſolutio fiat quolibet 8
menſe ab emphyteuta non expectatur triennium
vt poſſet expelli, ſed ſufficit expectare per menſes
ſex, quaſi ſit ſatis duplicare tres, quia non habet
ſaporem & Ioan. And.in additione ad Spec. in alle-
gato

gato loco refert Cyn. tenere quem ſequitur debere expectari triennium, & reſpondet ad contraria quæ loquuntur de reſcriptione non de pœna prouenie͂te ex ceſſatione canonis & Iaſ. vbi ſuprà tenet cum Ioã. And. declarans adducta in oppoſitum procedere in præſcribenda libertate contra ſeruitutem quod eſt fauorabile non in pœnis quæ differu͂t. l. cum quidem. ff. de lib. & poſth. ſed eſto quòd opinio Spec. & ſequa cium ſtaret etiam quo ad fine͂ menſis non expectato ſemeſtri procederet reſpectu ſolutionis facie͂dæ non reſpectu pœnæ, de qua non eſt dictum & quæ nunquam venit, niſi in caſibus expreſsis, vt dixi. nam per eiuſmodi pactum non eſt immutata diſpoſitio iuris cites pœnam nec pactum quod eſt ſtrictiſsimæ naturæ extenditur vltra quàm co͂tineat. l. ſancimus. de teſta. C. l. veteribus. de pact. & l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. Item termini ſunt diſpares, cùm nec in cauſa Spec. quando aliquid induceretur detur caducitas abſque apprehenſione per quam fit declaratio cum idem & plus ſit facto quàm verbis aliquid demonſtrare. l. iij. §. falſus. l. Paulus. ff. rem ra. hab. e. per tuas. de arbi. c. cum dilecti. & ibi glo. de appella. & pactum quod liceat propria authoritate apprehendere non excludit quin ad caducitate͂ requiratur declaratio ſaltem per apprehe͂ſionem cum nec hoc dicat nec ad hoc venerit, vt patet ad quod facit. l. pe. C. de libe. præte. poſſet tamen operari pactum quando contraria opinio eſſet verior, ſcilicet quòd liceret propria authoritate apprehendere vel expellere vel in varietate opinionum quòd tunc locum haberet opinio in pactum deducta. l. j. §. ſi co͂ueniat. ff. depo. quia quilibet rei ſuæ poteſt legem dicere & in hac materia approbantur co͂uentiones l. Mæuius. l. qui hære. in prin. ff. de condi. & demon. l. in re mandata. C. man. & l. j. & l. ſi. C. de iure emphy. ad prædicta facit quia voluit, idem Spe. co. ti. ver. xciiij. & ibi
9 Ioan. And. in addi. quod ſi eſt data emphyteutæ † licentia vendendi cuicunque voluerit, non propterea poteſt vendere ſine licentia aut requiſitione domini, prout eſt de iure & ſequitur Alex. co͂ſi. cvj. viſo themate inſtrumenti. vol. iij. dicens quòd dicta clauſula continens vendendi facultate͂ debet intelligi ſecundum naturam actus ſuper quo ponitur. l. j. §. ſi quis ſub co͂ditione. ff. de leg. commu. l. ſi quando, in prin. C. de inoffic. teſta. cum ſi, quàuis in caſu in quo conſulit dicat, quod operatur per modu͂ facilioris probationis quo ad perſonas expreſſas in pacto, cum non reperiatur tex. qui prohibitas perſonas enumerat, in quas nequit fieri alienatio iuxta d. l. ſi. de iure emphy. & Iaco. ac Ber. quos adducit Spe. ac Vber. de Bo. ſecundum Ioan. And. ibi idem voluerunt, ſed in hoc vltimo, Sal. in d. l. ſi. col. j. ſentit oppoſitum & cum eo Imo. & Lud. Ro. ac Alex. ſibi contrarius quos refert & ſequitur Iaſ. ibi col. ij. & Bal. ac Ang. cum aliis adductis per eundem Iaſ. col. iij. in quæſtione ſimili, quando emphyteutis eſt conceſſa alicui ſtipulanti pro ſe & pro his quibus iura ſua concedere voluerit ſiue dictum ſit pro ſe & cui ipſe dederit vbi in ſi. ſit opinionem Spe. co͂muniter reprobati, contra quam ſentiunt etiam Iacob. de ſancto Georg. in tract. feu. in ver. Ita etiam quod ipſi vaſalli, & Cur. in iiij. parte. in ti. ex qui. feud. amit. in ij. regula q. v. vbi teſtatur ita obtinuiſſe in practica. Sed eſto quòd hæc pars eſſet verior aut co͂munior in his terminis non propterea

deſtruitur deciſio quæ habet caſum diuerſum & rationem ſeparatam ac ſingularem ne pactum noceat paciſcenti. in caſum autem Specul. prodeſt abſque eo quòd aliquo reſpectu præiudicare poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Pœna excommunicationis ac priuationis beneficij non incurritur, nec regrediendi ſeu accedendi ob non ſolutionem penſionis locus non exiſtit tacente penſionario, & nume. 9.*
2 *Succeſſor in beneficio vigore facultatis iuris regrediendi ſeu accedendi ob non ſolutionem penſionum tempore prædeceſſoris decurſarum moleſtari non poteſt ſi penſionarius viuente debitore tacuerit.*
3 *Succeſſor in beneficio an teneatur ad decurſas penſiones tempore prædeceſſoris non ſolutas.*
4 *Succeſſor eſt tutus quo ad incurſum pœnarum, de quibus ſupra etiam ſi non ſoluens reſignet, cùm eadem ſit ratio in morte ciuili quæ in naturali.*
5 *Penſionis reſeruatio à principio non autem à partibus voluntate dependet.*
6 *Sententia hominis probationem non expectat.*
7 *Differentiam inter ſententiam legis & hominis, vide remiſſiuè.*
8 *Actus legitimi an recipiant diem vel co͂ditionem?*
10 *Lex de eo quod eſt, non de eo quod futurum eſt certam eſſe debet, quomodo intelligatur iſta regula? vide remiſſiuè.*
11 *Vaſallus ſi ob delictum feudo priuetur & dominus remittat delictum an tanquam nouum vel antiquum feudum retinere cenſeatur?*

DECISIO IIII.

FVit etiam concluſum duobus contradicentibus 1522. in vna coram do. Camillo de Ballionibus quod ſi ob non ſolutionem † penſionis ſit appoſita 1
pœna excommunicationis & ſucceſsiuè priuationis beneficij eccleſiaſtici, vel etiam conceſſus, regreſſus, ſeu acceſſus, & is cui reſeruata eſt penſio ac regreſſus, vel acceſſus tacuerit viuente debitore penſionario quod in te͂pore in ſolutione defecerat quod non ſit incurſa aliqua pœna nec ſuccedens † in beneficio 2
propterea poſſet ſuper beneficio moleſtari, licet ſuper decurſis penſionibus an teneatur † pro prædeceſſore paſſus ſit dubius, & nondum in palano deciſus cum in vna cauſa domini fuerint varij & tetigi in 3
proxima deciſ. in ij. c. Non enim dicitur priuatus nec excommunicatus, nec habens regreſſum poteſt conqueri niſi de ſeipſo, vt in proximis deciſ. eſt demonſtratum ex quo eius fauore, & beneficio fuerat de pœna prouiſum quibus & pro iſta adde. l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. fac. teſta. iuncta gloſ. quæ colligit quòd quamuis teſtamentum filio præterito dicatur nullum, tamen intellige͂dum eſt ſi ipſe velit dicere nullum non ſi taceat & allegat concor. & ita in cauſa Gebennen. monaſterij, de qua ſuprà obtinuit Cardinalis ſancto͂ru quatuor qui veniebat ex iure Card. Senogalien. defuncti ex eo quòd Senogalien. ante obitum contra non ſoluentem litem mouerat & ſic declarauerat aliàs non obtinuiſſet Cardinalis ſanctorum quatuor, etiam ad omnia ſurrogatus. nam prout eſt oſtenſum declaratio terminatur ad vitam creditoris ſiue debitoris quod procedit † etiam ſi non ſoluens reſignet ante declarationem, 4

ſucceſſor ſit tutus ex quo eadem eſt ratio & effectus
idem in ciuili morte quæ in naturali. l.mulier.ff.ad
Trebel.& Rot.xxviij.in no.de procu.Nam ante de-
clarationem creditoris & quandiu tacet poteſt debi-
tor impunè reſignare & validè ex quo nondum pœ-
na ſucceſſerat ſecundum vnam intelligentiã de qua
in proxi. deciſ. & aliâs à ſimili eius quod dicitur de
reſignante in fine anni dati ad faciẽdum ſe promo-
ueri ad ſacros ordines, quod potuit licet ſe ita re-
ſtrinxerit.c.commiſſa.de elect.in vj.Oldr.conſi.cciij.
factum tale eſt,de quo dico plene in deciſ.incipiente
tenuit palatium quod ſi acceptans. non obſt. quòd
aliud ſit in prophanis.l.ij.C.de iure emphy.exprimat
quod volente domino pœna ſuccedat, & quia in eis
eſt cuiq; liberum arbitriũ.l.in re mandata.C.mand.
quia non ſunt de his de quibus in l.nemo poteſt.ff.de
lega.j.aliud in beneficialibus, in quibus reſeruatio
5 penſionis † cum acceſſu & pœnis prædictis depen-
dent à principe non à partibus & vbi partis exigitur
vel adeſt conſenſus omnino magis ab ipſo principe
cum ſine eo partes nihil tale poſſunt, vt dico etiam
in illa deciſ. latius ſuper regreſſus incipiẽte in cauſa
Legioneñ. & apponitur certa dies cum incurſu qui
pro homine interpellat, & videtur operari ex ſen-
tentia legis animatæ & hominis accedente maximè
6 partium conſenſu abſque alio miniſterio cum † ſen-
tentia hominis non expectet poſt ſe probationes.l.
magnam.C.de contrah.& cõmit.ſtip.& Rot.de reſt.
7 ſpol.in no.iij.in additione ſciens differẽtiam † inter
ſententiam legis & hominis, quia iura hîc & in pro-
ximis deciſ.adducta probant à ſimili.l.non poſſunt.
ff.de legi.& omni caſu eſt certa pœna & dies,& quia
vbiq; apponitur fauore creditoris ſuccedunt iura &
rationes,de quibus in præfatis deciſ. Itẽ illud quod
aliter tenendo quaſi omnes obligati ad penſiones
quorum pauci ſoluunt in tempore viuerent in pec-
cato & indigerent noua collatione beneficiorum &
abſolutione ab excommunicatione quam nemo ha-
bet tacente creditore vt ſuperius dixi,nec refragatur
quod titulus beneficiorum nõ debet pendere à vo-
luntate partis.ca.ij.de elect.in vj.regula actus legiti-
mi,de reg.iur.eo.lib.quia vt inquit Dyn.in d.regula
8 in fi.verba debẽt exponi actus legitimi,ſcilicet † qui-
dam ſubiungens quod generalis regula remanet in
contrariũ quod omnes actus legitimi diem recipiunt
& conditionem,inſtit.de verb.obliga.§.omnis,licet
fallat in quibuſdã in quibus regula loquitur ſecun-
do in multis iuris articulis permittitur pendentia in
ſimilibus.ca.ſi tibi abſenti.cum ibi no.de præb.in vj.
Item in quibuſdã regulis cancellariæ quæ ſunt ſatis
notæ. Item hæc eſt diuerſitas in multis caſibus quæ
videntur ſimiles & vrget illa conſideratio quod fa-
9 uore creditoris, vlterius † poteſt dici titulũ ſemper
eſſe firmum apud debitorem donec declaret credi-
tor:vt tunc iure ipſo transferatur in creditorem re-
greſſum aut acceſſum habente,vel ſi nulli eſt proui-
ſum in talem euentum dicatur priuatus, & eo mo-
mento priuatio ſuccedat quo creditor declarat vel ſi
data declaratione volumus quod ſit retro priuatus
ab ea hora citra quam ceſſant leges. Iam erat certa
de eo quod erat naturæ certũ.l.cum quidam.§.ſuum.
ff.de acqui.hære.& Abb.in c.paſtoralis.de reſcrip.&
in c.ſuper quæſtionum.§.ſi.de offic.deleg.& in c.pa-
ſtoralis, col.iij.de appel.facit.§.conditionis,inſti.de
verb.obliga.de hoc tamen & quomodo ſit accipien-
dum quod dicitur legem † eſſe certam de eo quod eſt 10
non de eo quod futurum eſt,dico in illa deciſ.ſuper
regula de publicanda acceptatione incipiente, qui-
dam habens vbi vide quia faciunt ſcripta ibi ad præ-
dicta.nec obſt.quòd Bal.voluit in c.j.de prohi.feud.
alie.per Feder.in vſi.feu.quod quando ob delictum
ſeu feloniam vaſallus † feudo priuatur & dominus 11
remittit delictũ quod cenſetur vaſallus retinere feu-
dum tanquam antiquũ non tanquam nouum ſi non
priuabatur ipſo iure,ſed erat priuandus per ſenten-
tiam,ſecus ſi eſſet ipſo iure priuatus,vt tunc iudica-
retur feudum nouũ,ad hanc differentiã refert Abba.
in c.ſi.col.pen.de do.quod quando vaſallus priuatur
ipſo iure, quia alienauit quãuis dominus ad ſe feu-
dum nõ reuocauerit quod nihilominus hæres poſſit,
ſed ſi non priuetur ipſo iure contra filiũ non agitur
ob patris delictũ quæ offendunt prædicta & proxi-
mas deciſ.quia contra opin.Bal.eſt gl.in l.peculium.
la j.in §.ſi ære, de pec.alia in l.quod dicitur, in §. pe.
in verbo creuiſſe.ff.de impẽ.in rebus dota.fact.& iij.
in d.c.j.§.inſuper,de prohi.feud.alie.per Fede.Bat.in
l.ij.ff.de excep.rei iudic.dum dicit quòd quando ius
tertij eſt excluſiuũ iuris agentis ipſo iure intelligitur
ſi tertius velit & allegat. d.l.ij.C.de iure emphyt.&
cum opinione glo.tranſeunt communiter doct.ſim-
pliciter & indiſtinctè & illam ſequitur Imo.in ca.ij.
col.iiij.de feud.vt accipiatur ſi dominus voluerit etiã
in caſu priuationis ipſo iure: & ex hac ſolutione ex
communi ſententia tolluntur obiecta.& fortificatur
hæc deciſio cum duabus proximis ſupra.

DE RERVM PERMVTATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Expectans cum beneficio acceptandi vigore reſer-
uationis cum prouiſione etiam motu pro[illegible]o ad be-
neficium certa ſumma, non capit beneficium in ma-
nibus ordinarij ex cauſa permutationis reſignatum.*
2 *Permutari an poſſit beneficium generaliter etiam
motu proprio reſeruatum & qualiter ſuccurratur
permutanti beneficium ſpecialiter reſeruatum?*
3 *Reſeruatio ſimul cum decreto, non autem ſola affi-
cit ante notificationem.*
4 *Motus proprius in expectatiuis,quid operetur?*

DECISIO VNICA.

FVIT poſt binam diſputationẽ à ma-
iori parte dominorum tentum in vna
Nanneteñ. prioratum coram me de
menſe Ianuarij 1521. Quod reſerua-
tio cum prouiſione motu proprio ad
vnum beneficium vſque ad ſummam
50.duca.quod officialis papæ infra menſem accepta-
ret,nõ haberet locum in beneficio ex cauſa permu-
tationis † in manibus ordinarij reſignato,licet ordi- 1
narius de eo compermutanti prouidiſſet,quia etiam
ſi detur vacatio ceſſione taliter facta.c.inter cætera.
de præben.& ibi Abb.in c.cum venerabilis,de excep.
v.col.cle.j.de rer.permu.& cõmuniter doct.c.vnico.
eo.tit.& non valeat prouiſio ordinarij ſtante reſer-
uatione generali vel ſpeciali proprio motu ſecũdum
Fede.de Sen.eo.tract.q.j.& conſi.cxij.Amice chariſ-
ſime.& Philip.Franc.poſt Domi.in d.c.vnico.dicen-
tem quod in reſeruatione motu proprio ſeu generali
impeditur

impeditur permutatio, vt in extrauag.dudum, Be-
nedicti xij. & execrabilis Ioan.xxij.§.quæ omnia.ac
Rot.d.deciſ.j.cum aliis adductis per Phil.Nihilomi-
nus inſpecta ratione æquitatis.d.ca.vnici.& ne con-
ceſs ione iuris vtentes fraudenrur, vt in d.cle.& quia
hodie omnes reſeruationes fiunt motu proprio ac
expectatiuæ habent etiam verbum reſeruamus &
clauſulam motu proprij quamuis non clauſulas ſu-
ſpenſiuas ſicut reſeruationes voluerunt quod reſer-
uatio non caperet, facit quia non eſt ſpecialis ad cer-
tum corpus beneficij quæ peteat, vt habetur deci-
ſione licet de more, de præben.in no.xv.ad hoc Flor.
c.quæſitum, de rer.permu.limitans ſingulariter.d.c.
vnicum. prout ibi Philip.iij.col.vt procedat quando
2 † quis impetrauit generaliter primum vacaturum
quo caſu poteſt fieri permutatio non obſtan.expe-
ctantibus, quia ex quo nequeunt habere primum
vacans per permutationem poterunt habere aliud,
vt ibi in j.gloſ. ſecus ait ſi quis impetraſſet certum
vacaturum, puta archidiaconatū talis eccleſiæ pro-
pterea quando permutans non eſt in dolo aut culpa
poteſt redire ad beneficium dummodo detur pro-
babilis ignorantia & propria authoritate iuxta æqui-
tatem.c.ſi beneficia, de præben.in vj. ſecūdum Ioan.
And.in d.c.vnico. Fede.in viij.q.& Imo.quem refert
Philip.in d.ca.vnico.v.col.alij dicunt quòd eſt opus
noua collatione, vt plene Rot.d.dec.j.& v.& d.con-
ſilio. & Philip. referens Domi.& alios in dicto loco
& poteſt ſupplicari papæ vt permutationē compleat
cum alius id facere nequeat obſt.reſeruatione Fede.
d.q.j.& v.& d.conſi.cxij.& Philip.in d.c.vnico.col.vj.
ſatis autem ignorantia datur ex regula præſumitur,
de reg.iur.in vj.l.verius.ff.de prob.& quia vt inquit
Fed.iij.q.veriſimiliter ſciri potuit reſeruatio quando
erat generalis in vna prouincia & pluribus nota nō
ſi ſecreta & particularis quæ adiuuari non potuit
vbi ſubiicit relinquitur optioni permutantium an
velint redire ad beneficia vel ſuis ſumptibus venire
ad papam pro expeditione permutationis, item quia
non permutaſſet veriſimiliter qui ſciuiſſet eam per-
diturus.l.fin.iuncta glo.in verbo poſſum, de condit.
cauſ.da.cau.non ſeq. l.cum de indebito. ff.de proba.
c.ſuper hoc.de renun.ſaltem onus probandi culpam
& ſcientiam incumbit reſeruatiuo.c.vnico.vt eccle.
benefi.ſine di.confer.conſideretur ergo quæcunque
opinio non cadit tale beneficium quinimo tentabāt
plures ex dominis quod valeret etiam prouiſio con-
ſiderata æquitate.d.c.vnico.Et dominus Spinoſa di-
cebat quòd in reſeruationibus inductis per extraua-
gantes regulas & ius commune procederet nullitas
prouiſionis in terminis noſtris non in reſeruatione
per literas, pro iſta ſentētia, licet contra doct.ſupra
allegatos, facit quia in d.c.vnico.& in d.cle.ratio eſt
expreſſa.& tunc nedum via extēſionis verum etiam
in vim comprehenſiuam ſeu materia ſit pœnalis, ſeu
correctoria comprehēditur omnis caſus cadens ſub
ratione ſcripta per tex.peregrinum meliorem in iure
ac menti tenendum eſt.l.libertum.§.ſenatuſcōſulti.
ff. de ritu nup.ibi ſententia apprehendi, cle.j.iuncta
glo.in verbo eligatur.de elect.tradit Alexan.l.ſi con-
ſtante.in princi.poſt alios.ſol.mat.gloſ.eſt not.in c.ſi
poſtquam.in verbo prouiſione, de elect.& in ca.j.in
verbo Italiæ.de tempo.ordi.in vj.& pertinenter glo.
in c.vnico.quam ibi not.Domi.quòd conſtitutio ex-
orbitans extēditur de ſtricta ſignificatione vocabuli
ad latam, ad idem Alex.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de
leg.j.vij.col.vbi allegat concor & Abb.in prohe.de-
cre.iiij.col.in c.at ſi clerici.col.xvj. & in §.de adulte-
riis.col.iiij.de iudi.Ratio autem eſt generalis non re-
ſtricta ad expectatiuam nec ad gratiam factam ad
inſtan. magis quod ſi eſſet reſeruatio etiam motu
proprio &c. patet quia verum eſt permutantes vti
iuris cōceſſione ac æquitati conſonum ne ſine culpa
fraudetur eorum honeſto & permiſſo voto, nève di-
ſpendia patiantur.c.cognoſcentes.de conſti.Itē quia
ita expectat reſeruatiuus, ſicut expectatiuus.& vter-
que habet in gratia verbū reſeruamus cum decreto
irritanti, ita & reſeruatio † cum decreto afficit ante 3
notificationem non ſola reſeruatio ſecūdum Anch.
Domi.& Philip.in c.ſi eo tempore.de elect.in vj.neq;
obſtat quòd in alio caſu docto.dicunt in d.ca.vnico.
quòd exorbitat & non debet extendi: quia in caſu,
de quo agitur hoc permittitur attenta ratione ex-
preſſa procedat illud in aliis caſibus, quibus ratio
non aſtringit, & ſi aſtringat, dicerent contra verita-
tem ex prædictis cōſtitutio execrabilis non contra-
dicit, quia eſt extrauagans loquens in ſuo caſu extra
quem non licet arguere.c.paſtoralis cum materia.de
fide inſtru.prout Bart.in l.vt iuriſiurandi.ff.de ope.
liber.ait de conſuetudinibus feudorum, & niſi pro-
ducantur tenet ſentētia contra eas.vt Fely.poſt alios
in c.j.de re iudi. vnde quia exprimit de caſu permu-
tationis magis facit cōtra per locum à ſpeciali quaſi
liceret etiam eo caſu, niſi fuiſſet expreſſum, per d.c.
vnicum. & eius rationem generalem maximè quia
exempli cauſa videtur dictum de expectatiuis, qua-
rum tunc vſus erat frequens. rarus autem reſerua-
tionum.l.dam.infect.la ij.ff.de dam.infect.c.j.iuncta
glo.j.ne cle.vel mo.ſecula.neg. ſe immiſce.& ſufficit
initium eſſe generale.l.fin.§.fi.ff.de iuris & fac.igno.
nec ob.motiuum Feder.in d.q.j.quòd reſeruationes
executorum debent reſtringi ne impediant æquita-
tem iuris.d.c.vnici, & quia ambitioſæ non factæ per
papam proprio motu quæ ſunt fauorabiles & latiſ-
ſimæ.ca.ſi motu proprio, de præben.in vj.cle.ſi Ro-
manus.eo.ti.quia motus proprius prodeſt ad tollen-
dam ſurreptionem vt in dictis iuribus & in expecta-
tiuis non ſuffragatur niſi ad hoc vt vult regula can-
cellariæ de motu proprio quæ licet non ſit de dandis
vt dicitur.declarat tamen effectum vnicum: in expe-
ctatiuis igitur non operetur alium.Non autem ope-
ratur contra intentionem cōcedentis quæ fuiſſe vi-
detur ne impediatur permutatio. d.c.vnico.data ta-
men eſt in vna cauſa Piſauricñ.regula vt annotaui in
deciſ.incip.clauſula motus proprij & ſecūdum eam
iudicatum, & eius tenor eſt quod motus proprius
† in expectatiuis non ſuffragetur, niſi ad excluden- 4
dam ſubreptionem literarum, & ſic firmata vt non
tollat gratia expectatiua habens motum proprium
optionem propter dictam regulam.& ſic illa deciſio
& eius motiua conferunt ad iſtam.item quod poſſet
ordinarius vel nō prouidere eſt intereſſe papæ citra
quem conſtitutio.d.ca.vnici ab eo ædita pleniſsimè
interpretari debet contra quancunq; gratiam quæ
caſum non excipiat.c.cum dilectus, de conſue.& gl.
in cle.ſi de beneficio, de præben.ne æquitas d.c.im-
pediatur etiam per ſuas reſeruationes: nam & execu-
tores autbor.apoſtolica faciunt.c.hi qui, de præben.

in vj.nec contradicit quod inferiot nnn poteſt ſe intromittete de his quæ princeps ſibi teſeruauit.ca.vt noſtrum, de appel. cum ſi.quoniam nec poteſt infra menſem de beneficus comprehenſis ſub expectatiuis cle.vnica.§.ſecus.de conceſ. præben. etiam ſi expectautes non acceptent, vt late per Fely.poſt alios in cap.cum ex officij,de præſctip.& ideo regula dat ordinariis quatuor menſes in quibus expectauuæ non habeant locum, & tamen de expectatiuis dicitur nominatim in d.c.vnico,vnde quomodocunque eſſent impediti ordinarij in caſu permutationis ſunt teſtiruti per d.ca.niſi papa ſibi reſeruet prouiſionem prout in d.extrauag.execrabilis. & ſimilibus quæ de permutatione diceteut: quia ſi per verba generalia ſemper recipieut interpretationem à iure per d.cap. vnicum cõſiderata ratione quæ gubetnat legem ad §.dulciſsimis. l.cum pater.de lega.ij. ff.qua inſpecta tolluntur alia motiua.ideo non eſt alienum à iute tenete permutationem aliâs riiè factam nou impediri pet reſeruarionem motu proprio prout tenebant & ſeruabaut illi de Tuſcia quos tefert Fede.in d.conſi. xij.licet dicat quod male propter declaratioñe tunc Benedicti,nam in expectatiuo habeute motum proptium tenet Alex.de Antilla in repeti.d.ca.licet.de rer.petmu.quem refert & ſequitur Gemi.conſ.ciiij. quod non impediant permntare volentem ſecundũ diſpoſitionem.d.c.indiſtinctè loquentis, & occurritur voracitati quorundam reſeruatiuorum aucupati ſitientium beneficia talium permutãtium à quo viri timoratæ conſcientiæ abſtinent etiam ſi poſſent aliquo caſu,quia in talibus cadit illud quod ſummum ius dicitur eſſe ſumma iniuria quãuis aliâs non dicatur iniuria quod iute fit.l.iniuriarũ.§.j.ff.de iniur. c.cum eccleſia Vlteraň.de elec.quòd quia in duabus cauſis coram me occurrit & etiam quotidianum eſt volui prædicta examinaſſe exemplo legiſlatoris in l. legaui.ff.de libe.lig.& ex omnibus conſtat ſaltem ſuſtineri deciſionem quoad tepellendum reſeruãtium & quoad poteſtatem ordinarij citca validitatẽ prouiſionis articulum eſſe diſputabilem.

DE TESTAMENTIS.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio expreſſa vulgaris cum clauſula tunc & eo caſu an excludat tacitam pupillarem?*

2 *Tantum & duntaxat hæ dictiones taxatiuæ de ſui natura excludunt omnes caſus tacitos & ſubintellectos.*

3 *Tunc iſta dictio non eſt taxatiua nec excluſiua, ſed demonſtratiua, aut declaratiua rei cui adijcitur & in tempore extremitatem notans.& nunc.*

4 *Expreſſio eorum quæ tacita inſunt nihil operatur.*

5 *Subſtitutio neceſſario habere debet aliquam conditionem.*

6 *Tunc & eo caſu, iſta verba quando cadant in aliqua diſpoſitione, & an aliquam præſumptionem excluſionis ſeu reſtitutionis inducant?*

8 *Iura per ſubauditiones aut repetitiones tacitas non reuocantur nec per ſimilitudinem earum correctio inducitur.*

9 *Præſumptiones diuerſæ ſi concurrant, vincit fundata in potentiori ratione ac veriſimili coniectura.*

10 *Eo caſu, iſta verba adiuncta dictioni tunc exaggerant non reſtringunt diſpoſitionem.*

11 *Subſtitutio vulgaris concepta in vno caſu an comprehendat alium ſi mater ſit in medio.*

DECISIO PRIMA.

CLARVM eſt, in iure ſubſtitutionem factam filio impuberi vulgariter continere tacitam pupillarem & factam pupillariter tacitam vulgarem in terminis. l. iam hoc iure cum ſi. ff.de vul. & pu.dubitatum fuit in vna Roman.aliâs Lucan.teſtamenti & bonorum in qua dominus Camillus de Ballionibus & ego fuimus electi à Cardi.Cortoneñ.& à Baldaſſarre de Piſciadatario arbitris an verba tũc & eo † caſu appoſita in ſubſtitutione expreſſa 1
excluderent tacitam & licet Bald.conſi.lvij.item inſtituo volu.ii.dicat quòd prædicta verba ad vnum caſum ſe reſtringant,& Anch.conſi.ccclvj.ex ſerie teſtamenti quod videntur excludere omnes alios caſus quos cõplectitur vulgaris ſubſtitutio & ea ponderet & Lu. Ro.conſi.cxxxj.j.dubitatio.ac cxxxviij. nona ſuperuenit:& Deci.conſi.lxiij.& ego tenui videlicet quod ad caſum expreſſum præciſè reſtringatur ſubſtitutio & ad alium non porrigatur propter dictionem tunc nihil ominus tenuimus contrarium & ita 1519. per ipſos arbitros ſuit iudicatum & ſententia arbitrorum poſtea in Rota cõfirmata duabus ſolùm contradicentibus: nam regula de tacita contenta in expreſſa nõ tepentur limitata per dicta verba, ſed ita demum quando eſt dictio taxatiua tantummodo aut ſimilis ſecundum Saly. in l.præcibus. C.de impu.& aliis ſuſti. Alexan.& Iaſ.poſt alios in l. quamuis.eo.tit.ergo non eſt recedendum ab ea. dicit glo.ſuper rub.de reg.iut.in vj ante ſi.item hoc tenet clare Bal.nouellus.in repeti.l.j.ff.de vulg.& pup. in xiij. char. ſuper tertio effectu vulgaris expreſsè continentis tacitam pupillatem ver. iiij. limita. niſi teſtator ſubſtituiſſet vulgariter tantum & exemplificat ſi hæres non erit, tunc & in eum caſum tantum vel duntaxat † ſubſtituo Titium quo caſu non con- 2
tineretur tacita propter naturam dictionis taxatiuæ quæ eſt excludere caſus tacitos & ſubintellectos.l. iij.§.cum Titio.ff.de adi.leg & cle.exiui de paradiſo. §.cum autem.de vetb.ſignific.vbi melior tex.ad hoc qui ſit in iure, ait Iaſ. in d.l.iam hoc iure.col.ij.pro quo conſidera quod dictio † tunc non eſt taxatiua 3
nec excluſiua,ſed demonſtratiua aut declaratiua rei cui adiicitur & in tempore extremitatẽ notans. l.iij. §.fi.ff.de condi.& demon. patet in generali exemplo vulgaris ſi hæres non erit & in quolibet ſpeciali tunc ſi hæres Titius ſeu eo caſu in talem euentum Titius ſit hæres cum hæc æquipolleant. Item pondero quod ſenſus ſubſtituentis non erat alius quinimo talis abſque ſimilium verborũ adiectione vnde tacitè inerat,& ſic † expreſsio nihil operatur.l.omit- 4
to §.ſub conditione,de tutel.& ff.de lega.j.per l.non rectè. C.de fideiuſ. verba igitur prædicta ſolum declarant & demonſtrant abſque quod excludant tacitam à lege præſumptã ex coniecturata mente ſubſtituentis qui ſi de caſu præſumpto cogitaſſet etiam in eo expreſſè ſubſtituiſſet,vt dicunt Bart.& Alexan. in d.l.iam hoc iure occurrit quod iſte eſt quidã modus ita loquendi in huiuſmodi forma ſubſtitutionis & magis declarandi, non tamẽ neceſſarius quo ſine alternatione & electione vel excluſione tacita, de
qua

qua loqnimnr aliqni teſtatores & notarij vtuutnr
aliqui non, & ſi ſubſtituens excludere voluiſſet om-
nem alium caſum ab expreſſo ſicut dixit tnuc & eo
caſu ſubiunxiſſet ſolo ſolum vel tantum aut ſimilem
excluſiuam vel taxatiuam ar.l.vnicæ. §.ſinautem ad
deficienus C.de cadu.tol.& c.inter corporalia, ver.
nec illud.de tranſla.epiſ.vbi & gloſ.oſtendo quia in
l.Lucius Titius.ff.de hær.inſti.& in l.cum proponas.
C.eod.dictio tunc non apponitur neceſſariò nec in-
ducit iuris miniſterium, ſed ponitur demonſtratiuè
ac declaratiuè idem in l.lecta, ſecuudum Bart.ibi in
ij.opiu.ff.ſi cer.pet.& de hoc tex.videtur expreſſus in
l.Gallus, in princi.vbi dictio tunc in vno caſu appo-
ſita iuxta.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.&
declaratione doct.ibi quod curioſus reperiet in plu-
ribus aliis iuribus. ſic etiam in contractibus non re-
fert dicere ſi nauis ex Aſia veniret promitto cẽtum,
vel tunc promitto centum aut tali caſu promitto
centum cum nec plus nec minus ſit in vna promiſ-
ſione quàm iu alia, & quod verba eiuſmodi non ex-
cludant tacitam demouſtro vlterius, qnoniam & ſi
quis prohibet vno tempore permittit iu alio & econ-
tra, qui in vno caſu ſubſtituit in alio videatur ſubſti-
tuere vt prouiſio in vno caſn videatnr in aliis remotio
& permiſsio in vuo in aliis quandoque prohibeat &
econuerſo.l.impetator, de poſtu.l.ſtat.liberum.§.ſti-
chum.de lega.ij.l.cum prætor, de iudi.l.commodiſſi-
me.ff.de lib.& poſthu.l.maritus.C.de proc.c.nonne.
eum ibi not.de præſump.& hoc maximè procedere
deberet hic ex quo caſus tacitus eſt directe contra-
rius expreſſo & omnino diſsimilis in effectu in ver-
bis prout dicit Iaſon opponendo in d.l.iam hoc iure.
5 col.j.tamen cnm ſubſtitutio † debeat habere neceſ-
ſario vnam conditionem propterea ſi teſtator ſub-
ſtituat in eum caſum vel euentum conditionem il-
lam de neceſsitate ponit: ideo uon videtnr exclu-
dere alium caſum.ita iuquit Bar.in d.l.iam hoc iure
quamuis aliqui quos refert ibi Iaſ. ſentiant non eſſe
neceſſe vnam conditionem exprimere nihilominus
quando exprimitnr quod eſt quaſi ſemper pro quo.
l.iura.cum dua.ſeq.ff.de legi.ſatis vrget conſiderano
6 Bart.& verba † tuuc eo caſu nou cadunt niſi expri-
matur aliqua conditio quæ ſi omittatur ſubintelli-
gitur, vt ſi hæres nou erit ſubſtitutioni locus exiſtat
non aliter inſpecta expreſſa ſubſtitutione cnm vul-
garis caſum iſtum habeat in geuere in confuſo tan-
tum qui alios complectitur, vt declarat Bart.in l.fiu.
C.de inſtit.& ſubſti. ſub condi.fac.& dato ſine præ-
iudicio veri qnod ex prædictis verbi & ſubſtitutione
in vnum caſum expreſſum & certum euentum ad-
mitteremus cauſari aliquam præſumptiouem excln-
ſionis ſeu reſtrictionis ar.dictorum iurium omniuo
in termiuis couclusiouis eſſet potentior præſum-
ptio ad l.iam hoc iure iuducentis tacitam ratiouem
veriſimilis mentis diſpouentis quæ ratio etiam eſt
potens in contractibus. l.tale pactum.§.fi.vbi etiam
glo.ff.de pact. & in ſtatutis reſcriptis & aliis diſpoſi-
tiouibus ſecundum Bald.& Paul.de Caſt.ibi & late
Cur. conſi.l.ij. col.ij. non euim ex iſtis verbis colligi-
tur aliqua vel nou æque veriſimilis couiectura ſub-
ſtitueutis ad excluſionem ſicut à lege ad incluſio-
nem ex quo vis verborum iſtud neceſſariò non im-
portat præcipuè, quia tacita continetur quaudo vul-
garis eſt etiam cõcepta iu vnum caſum tantum puta
ſi poſthumus non naſcatur, & idem eſſet ſi diceretur
in euentum vel caſu quo poſthumus uou naſcatur,
& ſi conciperemus quod qui in vno caſu ſubſtituit
in aliis excludit, arg.d.l.iurium vtique nunquam eſ-
ſet locus ſubſtitutioni tacitè inductę à lege. vnde niſi
ſubſtituens clare excludat ſtat coniectura & diſpo-
ſitio legis non obſtante natura dictiouis tunc extre-
mitatem notantis † quoniam iuxta materiam ſub- 7
iectam vel apponitur declaratiuè vel exprimit cla-
rius quod tacitè inerat vel uon importat iuris mini-
ſterium, vt eſt dictum prout de iurameuto in l.fi.C.
de non nu.pec.& in l.ſi vno.ff.loca.& ibi gloſ.notans
quod ex qualitate cõtractus verba accipiuntur con-
tra propriam ſignificationem & glo. in verbo tit.in
c.j.de vſur.in vj.l.iuſulam, de præſcrip.ver.& Barto.
iu l.ſi conſtante.in princi.q.j.col.iij.ſolu.matr.& in l.
omnes populi.in vj.q.prin.col.viij ff.de iuſt.& iur.in
propoſito autem ſumus in terminis quibus lex in-
ducit caſum omiſſum ex veriſimili mẽte ſubſtituen-
tis taliter quod ad hunc ſenſum omnia verba pro vi-
ribus ſunt intelligenda non contra niſi in caſu cla-
ro, & licet ſit limitata vulgaris in vno caſu indiui-
duo tamen pupillaris generaliter procedit caſus eſt
ſing.iuncta glo.in d.l.fi.quem ſequitur Iaſ.in d.l.iam
hoc iure circa med.quare ad excluſionem tacitè non
ſufficit leuis, ſed oporteret grauem & potentem ha-
bere coniecturam & ex eo quia agitur de tolleuda
diſpoſitione.d.legis, vel vt eo caſu ceſſet quæ tamen
debet ſtare, niſi cauſa cõiecturæ deficiat.l.ſancimus.
C.de teſt.nam nec per ſubaudinoues aut repetitio-
nes tacitas † reuocantur iura.gloſ.eſt notab.in c.cu- 8
pientes. §.quod ſi per viginti. de electio.in vj.neque
etiam per ſuppletiones inducitur iurium correctio
aut per ſimilitudinem rationis, vt uo. Abb.in c.vi de-
bitus.col.vj.de appel.facit optimè.l.ij.C.de condi.in-
ſer.propterea ſi daremus concurſum † præſumptio- 9
num ex prædictis vinceret præſumptio tacitæ ſub-
ſtitutionis fundata in potentiori ratione ac veriſi-
militudine, ſuper qua lex diſpoſuit, vt traditur in l.
diuus.cum ibi no ff.de in integ.reſtit.iu c.cum inter
R.ſeniorem, de elect.& in c.literas.iuu.glo.de præ-
ſump.non ob.conſi. Bal.lvij.quia conſulit in diuerſo
caſu ab iſto & fundat ſe in forma cõditionali à qua
recedi nou poteſt.l.qui hæredi.§.fin.& l.Mæuius.ff.
de condi.& demonſt.& quia Antonia cui erat facta
ſubſtitutio ſi antequam filij procreareutur ex ea de-
cederet, vt tunc Eleonora ſuccederet deceſsit ſuper-
ſtite filio dicit eſſe caſum in l.ex facto.§.penulti.ff.ad
Trebel.& in l.generaliter, in prin.C.de inſti.& ſub-
ſtit.ſub condi.fac.quæ iura non cõtrariantur.d.l.iam
hoc iure nec cõcluſioni & eſt diuerſitas caſuum nec
conſideratio quam ſubiicit de aduerbio temporis
tunc allegando.d.l.iiij.§.fin.& l.vxori vſumfructum
villæ, de vſufruc.lega.ac l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.
& pup. refragatur quia dicta iura procedunt in ma-
teria ſatis diuerſa & quando habetet ſimilitudinem
voluntas diſponentis eſt iu eis vt expectetur tempus
quod colligitur ex dictioue tunc denotante tempo-
ris extremitatem, vt per Bart.qui ita declarat & in
ſingulis aſsignat alias rationes & aliud eſt quod per
dictionem tunc notetur extremitas temporis non
ſubſiſtente alia coniectnra nec lege in contrarium
aliud quod excludatur tacita ſubſtitutio fomentata
à lege & quando teneamus ſenſum Bal.communem

in d. l. in ſubſtitutione. & ibi Iaſ. ait colum. j. aliàs ij. quod quamuis conditio negatiua ſi hæres non erit habeat ſenſum ſi nunquam hæres erit, & ſic videatur verificari ſub aliquo tempore fuerit hæres, tamẽ vbi agitur de excludendo ſubſtituto pupillari reſtringitur ad tempus mortis nec ſufficeret prius fuiſſe hæredem vt deciditur ibi, etiam nnn oſtenditur concluſio quæ agit de includendo ſubſtituto in caſu omiſſo, imo faceret pro concluſione quæ ad concluſionem tacitæ ſubſtitutionis eſt adiuuanda & conſetuntetiam pro ſolutione dictarum legum quæ Iaſ. vbi ſupra colum. penulti. ſcribit & quod addit

10 Bald. † & eo caſu ſeu in eo caſu eſſe, vnius caſus reſtrictiua non probat præcipuè in terminis concluſionis & eſt exaggeratio verborum non reſtringens nec excludens iuris diſpoſitionem:& contrarium eſt demonſtratum ſuperius per plura fundamenta Anch. in allega. conſi. ccclvj. adducit eadem iura & ex alio etiam non contradicit, quia quod prædicta verba excludant omnes alios caſus dicit eſſe fauore fratris exiſtentis in medio, nam quemadmodum lex in-

11 terpretatur vulgatem † conceptam in vnum caſum vt non comprehendat alium ſi mater ſit in medio. d. l. ſi. ſecundum intellectum Batt. & Bald. & d. l. præcibus. fortius ita debet interpretari in fauorem fratris contra vxorem teſtatoris. quãdo ergo eſſet vera ſententia Anch. non operatur boc dictorum verborum proprietas ſecundum eum, ſed coniectura & fauor fratris vel non ſola natura verborum, ſed iuncta cum dicto fauore, & hoc modo etiam faceret pro concluſione ex quibus conſtat non obſtare Lud. Ro. & Deci. in allega. conſil. quoniam omnes conſulunt in longe diuerſis terminis & procedunt per eadem motiua quibus alij ſuprà, & quando ſint veræ earum determinationes non ſunt applicabiles ad hunc caſum, nec concludentes quod præfata verba excludant tacitam.

SVMMARIVM.

1 *Fructus hæreditatis in quartam trebellianicam neque legitimam quoad liberos primi gradus non computantur.*

2 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem detrahit duas quartas.*

DECISIO II.

1 QVod fructus non computentur † in quartam trebellianicam quoad liberos primi gradus etiam ſi duæ quartæ deducant, concluſum fuit de menſe Nouemb. 1521. In vna coram domino Nicolao de Aret. per l. iubemus. C. de trebell. ita Batt. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad leg. Falcid. & Ang. conſil. cxxiiij. Zoylus colum. vlti. concludens filium grauatum de reſtituenda hæreditate habere duas quartas, de quo pro & contra gloſ. in l. papus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtamen. & in l. quanque. C. ad leg. Falci. quòd iure canonum eſt expeditum locum

2 eſſe duarum † quartarum detractioni. c. Raynutius, & ibi gloſ. antepenul. ca. Raynaldus & vbique canoniſtæ. de teſta. gloſ. j. in ca. in præſentia, de proba. & Barto. in d. l. meminiſſe. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. vet. quod ſi hæredem. ff. de vulg. & pup. vt eſt in obſeruantia iudiciorum. Subiungit Ang. quod fructus non imputantur in legitima, nec in trebellianica. d. l. iubemus. & l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſt. Nec obſt. quòd d. l. iubemus. ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. quod de bonis. §. fructus. & in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. debeat limitari in detractione vnius quartæ tantùm ponderando ibi dodrãs reſtituatur iuncto fine legis & in d. §. cum proponeretur. dicat Alexan. quòd eſt limitatio peregrina, & ſingulariter notanda memiquè tenenda, & ab alio non ſcripta, quia idem Alexan. in d. §. quod auus mutauit ſententiam ſequendo Bart. & Ang. propter quam authoritatem dicit durum eſſe in practica obtinere contrarium, ſubijciens quod ſi d. l. ſolùm haberet locum, quando filius detraheret vnã quartam ſeruiret deucuro, ex quo nedum liberi primi gradus, verùm etiam alij habent legitimam abſq; computatione fructuum, vt in d. §. repletionem, per quem ſatis erat in vna quarta prouiſum. verbum autem dodrans intelligatur de eo quod ſupereſt deducta tamen prius legitima. ſicut intelligit Bald. in l. filium quem habentem. colum. xij. ver. extra op. C. fa. erc. & dixi in l. tatione. §. quòd vulgo. in gloſ. j. ſuper eo, & iſta ait, adde his quæ ſcripſi in d. §. cum proponeretur, & aduerte quia Pau. de Caſt. etiam videtur ſenſiſſe cum Barto. in d. §. quod auus & clarius in d. l. iubemus, cum quo & Philip. Cot. conſi. clxx. colum. j. vol. iiij. item quod ſit locus detractioni duarum quartarum videtur inductum, vt dici ſolent per d. c. Raynutius & Raynaldus, & ſic ſi ita eſt poſt. d. iubemus quæ hoc conſiderauit, nec conſequenter quòd fructus diminuerent trebellianicam, & cum non mutetur expreſsè, remanet incorrecta, & abſq; reſtitutione. l. ſancimus. de teſta. l. præcipimus. in fin. C. de appel. no. per glo. & doct. in c. j. de ope. no. nun. l. de precio. ff. de publi. nec refragatur, quod ab exordio humanæ naturæ fuerit in mente conditoris legis detractio duplicis quartæ & ratio anterior ipſa. l. iubemus, & quod lex antiqua quandoque habet reſpectum ad caſum iuris, quòd poſtea editur iuxta nota. per gloſſ. in verbo effrenatam. capi. ſignificauerunt, de teſtib. ibi non iuris nouitatem, ſed ratio eſt antiqua & ſuper rubr. de regulis iuris. in vj. ante fin. Bartol. in l. legitima. colum. j. verſic. ſed oppo. iſta exempla. ff. de pact. & Abba. in ca. publicatio, colum. j. de elect. quod tu nota ad multa, quoniam ſi imperator in d. l. id reſpexiſſet, & propterea voluiſſet non debere computari, quando duplex quarta detraheretur, expreſſiſſent. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollendis. & capi. ad audientiam. de decimis. cum ſciret in legitima non computari. Item ex hoc non infertetur neceſſariò correctio aut reſtrictio, nec eam ſuadet ratio, quin potius oppoſitum ex prædictis, nemo enim inquit Bald. in dicta l. iubemus. colum. ij. dicet principium eiuſdem legis, loquens de fauore filiorum, aliquo iure eſſe correctum, quod iunctum cum fine procedit in liberis primi gradus, vt fructus non computentur in ſortem in alijs ſecundum Bartol. ibidem dicentem, tene hoc menti perpetuò, quia faciet tibi magnum honorem.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ſi ab hærede confectum non fuit, an perdat commodum trebellianicæ? & nu. 6.*

2 *Mandatum ſpeciale comprehenſum ſub generalitate*

tate verborum, an ſufficiat in petenda reſtitutione
in integrum?
3 *Inuentarium non faciens, debet cemplere de ſuo le-*
gataries & fideicommiſſarios.
4 *Hæres fideicommiſſario vniuerſali rationem red-*
dere tenetur.
5 *Extenſio fit in exorbitantibus data paritate ratio-*
nis, vbi verba poſſunt adaptari ex lata ſignificatiõe.
7 *Appellatione falcidiæ an veniat trebellianica.*
8 *In correctorijs etiam data rationis identitate, non*
fit extenſio.

DECISIO III.

IN eadem cauſa quia hæres non confecerat inuen
1 tarium, † an perdidiſſet commodum trebelliani-
cæ dubitabatur, & pro affirmatiua allegabantur Ia.
de Are. & Cy. Bal. & Saly. in auth. ſed cum teſtator.
C. ad leg. falc. quæ opinio videtur probari ibi & in
corpore vnde ſumitur, de hære. & falc. §. huic nobis,
vſq; ad §. ſin verò expreſſum. col. j. capiẽdo trebellia-
nicam nõ facto inuentario ſub generali nomine fal-
cidiæ prohibitam, cum falcidia à falce dicta ſit, gene
rale nomen trebellianicam comprehendens, vt not.
in auth. vnde ſi parens. C. de inoffi. teſta. & dicit Bal.
conſi. xcix. ſuper primo quæſito. vol. iiij. ibi etiam af-
firmat hanc partem eſſe veram de iure, quamuis vt
ſubiicit, de conſuetudine inducta per errorem opi-
nionum communiter ſeruetur contrarium. idem in
l. cum tale. §. j. ff. de condi. & demon. pro quo motiuo
vide in ſimili Abb. in c. coram, col. ij. de reſti. in integ.
2 quòd in petenda reſtitutione † principaliter requi-
rente ſpeciale mandatum, ſufficit ſpeciale ſub ver-
borum generalitate comprehenſum, de quo dico in
deciſ. incip. dubitaui in vna Caurien. Item quia l. Mar
cellus. §. quod autem. ff. ad trebel. paRificat, vt ceſſet
trebellianica in caſibus, quibus ceſſat falcidia, &
hoc argumento vtuntur Bart. & alij in d. auth. ſed cũ
teſtator, ſuper illo articulo, an trebellianica poſsit à
teſtatore prohiberi. Itẽ quia ſimiles ſunt, §. ſed quia.
inſti. de fideicom. hære. & not. gl. in verbo, ſubſtitu-
tus. in d. §. ſin verò expreſsiſſet, & quia tex. d. authen.
vult quod non faciens † inuentarium compleat de
3 ſuo legatarios, & fideicommiſſarios, nomine autem
fideicommiſsi, de proprietate ſermonis videtur con-
tineri tã particulare quàm vniuerſale, & ſunt æqui-
parata. l. ſi ſeruum. §. ſi inſtitutus. ff. ſi quis omiſ. cauſ.
4 teſta. & quia hæres † tenetur vniuerſali fideicom-
miſſario rationem reddere. ergo inuentarium confi
cere, quod eſt exordium rationis. l. j. §. officio. ff. de tu-
tel. & rati. diſtra. & per iſta & alia motiua hoc tenent
Old. conſi. cxxxiiij. ſatis credo Bart. conſi. lj. in nomi-
ne domini Amen, Bonauẽtura & ccxxxiiij. Lena Ma
ratelli. Pau. de Caſt. in d. l. cũ tale, vbi etiam Imo. iſtud
no. ad perditionem trebellianicæ, Roma. in auth. ſi-
militer. C. ad l. falc. Albet. Caleottus in ſua margari-
ta. in rub. ad treb. Cuma. in d. §. quod autem. & in d.
l. tale. & in conſil. cxij. viſo tenore compromiſsi, &
Fulgo. conſil. xlj. caſus talis. col. vlt. ac lxxxvij. propo
nitur. & xcvj. pro deciſione poſt princ. quos refert &
ſequitur Corſet. in trac. de pote. regia, ac materia tre
bellianicæ. q. lxxiij. fol. xxiij. in fi. aſſerens hanc opi-
nionem videri magis communem, ad idem Ange. de
Are. in §. pe. inſti. de hære. qua. & diffe. col. vlt. & in §.
ſed quia, per text. quem poſt alios ponderat in alleg.
auth. in ver. illo adiecto. vt certentur legatarij & fidei
commiſſarij, ne eis nocumẽtum fiat, qui videtur ma
gis loqui de vniuerſalibus quàm particularibus, cũ
præiudicari poſſet, ſi inuentarium non fieret, pro
qua conſideratione facit ratio in ver. ſi verò non fe-
cerit iuxta glo. in ver. creditoribus. Item quia ratio
prohibitionis falcidiæ eſt præſumptio, quòd tãtum
hæres ſubtraxerit, quantum valet falcidia: quæ mi-
litat etiam in trebellianica, inquit Bald. in d. conſil.
xcix. & ſecundum hanc partem atteſtatur ipſe Ang.
in d. §. eo patrocinante Ferrariæ fuiſſe iudicatum, &
quod eam tenent Pet. in auth. ſed cum teſtator. Flor.
& Imo. in d. l. Marcellus, & Angel. in l. j. §. hæc ſti-
pulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. falc. quam etiam ſe-
quitur Socy. in conſulendo & iudicando in dicto §.
quod autem aduerte, quia ratio præſumptæ ſubtra-
ctionis, malignitatis, ac inobedientiæ legis, de qua
in dicto ver. ſi verò, cum ſit ſcripta in l. vel vnica,
quando ſcripta non eſſet, fortiter aſtringit pro affir-
matiua. data enim rationis identitate & ſimilitudine
in trebellianica etiam pœnalis conſtitutio extendi-
tur, ſiue dicatur interpretatio, ſiue extenſio, vel
incluſio ex tacita mente legis, prout iura & docto.
diuerſimodè loquuntur. nam de vi comprehenſiua
eſt ſingularis text. quem nunquam tradas obliuio-
ni, in l. libertum. §. ſenatuſconſulti. ff. de rit. nupt. de
quo etiam Iaſ. in authen. quas actiones. col. vij. C. de
ſacroſan. eccleſ. & de ea ac aliis modis in clement. j.
iuxta gloſſ. in verbo eligatur, de elect. & glo. pen. c. ſi
poſtquam. eo. tit. & in c. j. in verbo Italiæ, de tempo.
ordi. in vj & Abb. in prohe. decre. col. iiij. & in repeti
tione. c. extirpandæ. §. qui verò. ver. quæro certum
eſt. xxiij. de præbend. facit gloſſ. in l. ij. in verbo, ſed
hoc de his, qui not. infra. & in l. ſi conſtante, in princ.
ff. ſolu. matrim. de vnica ratione eſt gloſſ. in l. quam-
uis. C. de fideicom. Item in exhorbitantibus etiam
fit extenſio † data identitate ad caſus qui inſpecta 5
lata ſignificatione vocabuli, comprehendi poſſunt,
ſecundum Alex. qui plura cumulat in l. filiusfami-
lias. §. diui. col. vij. ff. de leg. j. & per hoc ſilerent fun-
damenta negatiuæ. item ex eo, quoniam ſuppoſita
æquiparatione falcidiæ & trebellianicæ, per d. §.
quod autem. allegatus §. ſin autem, extenditur per
ipſum §. quòd autem, ſicut per l. vt tantum. ff. de ſer.
cor. quæ eſt antiqua, extenditur. l. ſi quis ſeruo puſte
rior. C. de fur. vt not. ibi. & in l. quod verò. ff. de legi.
& per Bart. in d. l. ſi conſtante. col. v. in vij. quæſtio. j.
partis, noua nanque diſpoſitio ſuperueniens in vno
ex æquiparatis, etiam limitatoria aut pœnalis lo-
cum habet in alio propter æquiparationem, vt in di-
ctis locis, & per legiſtas in l. ij. ff. de lega. j. ac per
Abb. in c. ij. col. penult. de mut. peti. & in c. de mul-
ta. col. v. de præbend. ſed pro negatiua fuit conclu-
ſum, quam † Roſr. in tit. de trebellianica, & Iaco. de 6
Belui. in d. §. hinc nobis, tenuerunt, quos refert &
ſequitur Ioan. And. in addi. Specul. de inſtru. edi. ſu-
per verbo, fecerit. Ang. in d. §. ſin verò expreſſum, &
in d. auth. ſed cum teſtator. vbi etiam Bar. in lec. & in
conſ. ij. domino Ioanni quicquid variando dixerit in
aliis conſiliis ſupra adductis, pro affirmatiua affir-
mat ita ſeruari communiter, & in d. l. Marcellus. in
prin. q. vlt. & Imo. cui videtur ceſpitare in d. l. Marcel
lus. §. j. ſe remittit nihil firmando ad d. l. cum tale.
§. j. tenet hanc partem tanquam communem in d. §.

hæc ſtipulatio. col. pen. teferens quod eam tenebat
Fran.de Campo.eins præceptor in d. auth. ſed cum
teſtator. Alex.etiam in d.l. Marcellus,& conſil.xxix.
perſpectis.col.ij. vol. v. iſtam aſſerit eſſe veriorem &
communiorem, quam ſequuens eſt Dyn. vt refert
Cald.in d.couſil.xcix.& Ioan.de Ana.conſi.lxj.vt re-
fert Corſet.in alleg.tract.ac Pau.de Caſt.conſi.clxij.
aliàs.clxiij.viſa facti narratione, & Old.in l.fi. C.de
iure deli.prout Corſet.vbi ſuprà,& Alex.in d.l.Mar
cellus, referunt Rich. etiam Malumb. quem Cyn.
arguendo pto negatiua adducit in d. auth. ſed cum
teſtator, & Bald. qui videatur in l. filium quem ha-
bentem.col.x.ver.item quærò.C.fa.erciſ.præcipuum
negatiuæ fundamentum eſt, quòd à iure conce-
ditur trebellianica, quæ non reperitur expreſsè
prohibita omiſſo inuentario, inquit Bal. in d.conſi.
xcix.noſtrûm ergo non eſt extendere,vt infra pate-
bit,minis igitur corrigere.l.ſi verò.§.de viro. ff.ſolu.
mat.l.præcipimus.in fi.C. de appel. præcipuè in pœ-
nalibus.l.interpretata.ff.de pœ.& reg.odia,de regu.
iur. in vj. in quibus non eſt ſufficiens verbi genera-
litas,cum inſpeciatur proprietas & ſtricta natura vo
cabuli.l.iij.§.hæc verba.el ij.ff.de neg.geſt.& c.in no-
ſtra,de iniur.per extenſionem,vt eſt ſecũdum Ang.
in d.§.ſin verò.expreſſum, quòd appellatione falci-
diæ veniat trebellianica, per quam non inducitur
7 legum correctio. Item trebellianica † impropriè ve-
nit appellatione falcidiæ ſecundum gl.in d.auth.vn-
de ſi parens, nec ſimilitudo generis eſt ſatis aut ſe-
cundum quid in caſu & caſibus facta,cùm requira-
tur ſimplex,ſeu in indiuiduo,aut quod ſit eadē cau-
ſa in eo, ſeu ad id ad quod ſit comparatio: ex quo
quòd vltra non prætendit fimbrias, & omnino ſilet
data diſsimilitudine.c.tranſlato.& ibi Abb.de conſt.
& in prohe.decre.colum.vij.ac Fely.in c.capitulum,
de reſcrip.col.ij. & in æquiparatis neceſſe eſt ſint o-
mnino ſimilia,ſaltem in caſu æquiparato abq; diſsi-
militudine, vt ſuprà, aut correlatiua, vel per viam
generalis regulæ aliàs aſsimilata ſecundum Bart. in
d.l.ij.& Abb. in d. conſi.ij. & tamen plures ſunt in-
ter ſalcidiam & trebellianicam differētiæ,quas quia
colligere eſſet laborioſum, ſufficiat l.in quartam. ff.
ad l.falc.& diuerſitas, quæ ex dicendis patebit, nec
ſecundum Imo.in d §.hæc ſtipulatio Alex.in d.conſ.
xxix.Bal.in d.l. filium quem habentem,ratio videtur
eadem ex eo quod inuentarium fieri debet,vt appa-
reant res hæreditariæ, & non eſt tanta præſumptio
occaſione trebellianicæ, quam ſcit hæres ſe poſſe o-
mnino detrahere,quanta ratione falcidiæ, in qua à
princ. non cadit huiuſmodi certitudo, nimirum ſi
quo ad falcidiam magis videtur degenerare prǽſum
ptio, & propterea potius fuit in ea prouidendum,
cum res particulares occultari poſſunt, non ius vni-
uerſale.cùm nec minui poteſt: licet ad hoc vltimum
pertinenter contra negatiuam reſpondeat Bal. in d.
conſi.xcix.quòd licet ius intellectuale nequeat ſub-
trahi,poſſunt tamen mobilia occultari,propter quæ
fuit occurrendum,ex quo iura fiunt rebus non ver-
bis.l.ij.in fi.C.eod.de lega.& c.commiſſa.de elect. in
vj.Quo vero ad illud de ceſſatione ſalcidiæ dicit Bar.
in d.l.Marcellus.& Bal.in d.l.filiũ quem habentem,
quòd ſi ceſſat iudicio teſtatoris, tunc & trebelliani-
ca,quia ex eadem cauſa & potentia procedēs, ſecus
ſi ex alia extrinſecus,ſcilicet ratione delicti in omit-
tendo confectionem inuentarij,& illud quod hæres
teneatur de ſuo complere fideicommiſſario, propriè
non cadit in vniuerſali fideicōmiſſo, ex quo ſemper
ſolui poteſt de hæreditate, vt ait Imo.in d.§.hæc ſti-
pulatio,& Alex.in d.l.Marcellus. & in d.conſ.xxix.
ex pluribus demōſtrat quòd tex.in corpore.d.auth.
propriè loquatur de particulari, patet etiã quod ſi-
cut inter legata & fideicōmiſſa per omnia, quod eſt
fortius,adæquata.l.j.ff.de leg.j. ſunt plures differen-
tiæ,de quibus per gl. & doct. ibi ita inter fideicom-
miſſa particularia,& vniuerſalia demonſtratur ex di
uerſitate nominum coniuncta cum diuerſitate titu-
lorum, ex qua diuerſificantur effectus ad l.ſi idem,
cũ ibi no.per doc.C.de cōdi. & in l.ſi quis omiſſa. ff.
ſi quis omiſ.cau.te. quã legē Alex. in d. l.Marcellus.
inducit ad oſtendēdũ,quòd legata particularia, ex
quibus deducitur falcidia,nō ſunt regulariter ǽqui-
parata fideicōmiſſo vniuerſali,nec ecōuerſo,ſed par
ticulari.præterea vbiq; tex.& pluries repetit de falci
dia,& nunquã dicit de trebellianica, quæ gemina-
tio ad totiés replicata maiorē & præciſam delibera-
tionē in quidditate ſermonis arguit. l.cũ ſcimus. &
ibi Bar.de agri.& cenſi.lib.xj.& in l.j.C.de plus peti.
facit l.baliſta.cũ ibi no.ff.ad treb.& in c.Raynaldus.
de teſt.circa fi.ibi cũ inuentariũ fecerit,etiã ſi à con
trario ſenſu ſumeretur argumentũ, loquitur text.in
falcidia,nō in trebel.vt gl.ibidē nn.& Bal.in d.l.filiũ
quem habentē.ſiquidem de trebellianica intellexiſ-
ſet,dixiſſet.c.ad audientiã.de deci. nec nos ergo di-
camus,l.illam.C.de coll.& remaneat in diſpoſitione
iuris expreſsi permittentis detrahi.l.ſi cũ dotem.ſol.
ma.l.commodiſsimè.ff.de libe. & poſthu. neq; enim
debemus nec poſſumus ſpecialem pœnam inducere,
quæ à iure non ſit impoſita,tex.eſt no.in auth.de nō
eli.ſec.nub.§.cum igitur.ver.ſin autē,ibi, nec quæli-
bet eſt lex aliquid tale dicēs,col.j.& glo.cōmuniter
approbata in c.fi.de iure pat.& ibi Abb.in c.querel-
lam.de iureiur.col.iij.& quando in certo caſu prout
in falcidia eſt aliqua impoſita,nō eſt alia, nec in alio
caſu,vt in trebellianica imponenda,niſi per haben-
tem poteſtatis plenitudinē,optima eſt gl.in c.bonæ.
el ij.de elect.Abb.in c.cũ venerabilis.de excep. Alex.
conſi.ciij.ea.col.j.vo.& per tex.in d.§.cum igitur.no.
Bal.in auth.ſed cum teſtator.C.de ſecun.nup.col.iij.
quòd non inducit aliqua priuatio, quæ non ſit lege
cauta.igitur nec hæres trebellianica priuandus, nec
valet conſequentia, Citari debet fideicommiſſarius
vtilis,& ei tenetur hæres reddere rationē:ergo con-
ficere inuentarium: alias pœna ſalcidiæ ſe extendet
ad trebellianicam vel ſuccedet,quia idem eſt in cre-
ditore & legatario ad pias cauſas,contra quos quar
ta non detrahitur.l.nō hoc.C.vnde legi.c.in præſen
tia.de prob.Ita Ang.in d.§.ſin verò expreſſum.Imo.
in d.§.hæc ſtipulatio.& Alex. in d.l. Marcellus. ma-
ximè quia verba non conueniunt trebellianicæ in
indiuiduo ſumptæ in hac ſtrictiſsima materia corre-
ctoria & pœnali. ergo nec mens.l.hos accuſare. §.in
omnibus.de accuſ.& l.iiij. §.toties. ff.de dam. infect.
ad alia motiua pro affirmatiua ponderata reſponde
vt per Bart.& Alex.in d.l.Marcellus.& per alios te-
nentes negatiuam in locis allegatis, & ad conſide-
rationem de cauſa expreſſa ſubtractionis videtur
reſponſum, ſuppoſito quòd non ſit per omnia ea-
dem ratio.Secundò dicas quòd in correctoriis † etiã 8
data

r

data rationis identitate non ſit extenſio auth. quas actiones, cum ibi no. C. de ſacroſan. eccle. etiam ſi ſit in l. expreſſa ratio, quando ſunt correctoria pœnalia, vt in propoſito per text. ſing. iuncta glo. in verbo in eiſdem, in cle. ij. de æta. & quali. quæ ad hoc magnifacit Alex. in d. l. ſi conſtante. col. iij. & eandem gl. vt ſingularem allegat Abb. in prohe. Decre. col. vj. quamuis arguat pro & contra, & non videatur firmare pedes, facit conſil. Abb. ix. vol. ij. & dictum Innoc. in c. ſedes, de reſcrip. ibi adductum quòd in materia reſtringibili appellatione clericorum non veniunt canonici, licet pro veritate non deſinant eſſe clerici, ſuper iſto paſſu eſſet vlterius inſiſtendum, cùm ampliſsima ſit extenſionis materia, ſed quia deciſio eſt ſatis grauata, vlterius non progrediat, quamuis ex hinc inde adductis non procedat ſine dubio, & quia opiniones doctorum varię faciunt rem ambiguam, vt inquit Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. col. iij. ff. de ver. oblig. Abb. in c. paſtoralis. in prin. de reſcript. & in c. j. de te iud. col. iij. Item quia deſuper variant Old. Bald. Bart. & Pau. de Caſt. & Ang. ac Imo. qui in d. §. hæc ſtipulatio, ſequitur negatiuã ait, tene quãuis Ang. etiam de Are. in allegato. §. pe. & Soci. in d. §. quod autem. ibi tenent affirmatiuam, loquiunt, cogitandum eſſe, pluribus tamen hodie ex allegatis hæc videntur eſſe pro affirmatiua, ſed pro negatiua & concluſione facit auctoritas Ioan. And. & ſequacium in paritate præponderans, quæ etiam in via iudicij eſt ſecurior & magis pia, nihilominus indigeret declaratione principis, vt dicit d. §. in verbo, in eiſdem, in fi. & plures aliæ gl. in vj. & cle. in pluribus dubiis caſibus idem dicunt, & eſſet expediens.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica, an in filijs primi gradu prohiberi poßit?*

DECISIO IIII.

1 VTrum trebellianica † in filiis etiam primi gradus potuerit prohiberi in vna Roman. hæreditatis de Buſalis 1514. coram me fuit dubitatum & opiniones erant variæ, licet maior pars inclinaret in affirmatiuam, ſed cauſa fuit ſopita per concordiam, nam glo. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. fal. tenet negatiuam quam præcipuè in filiis primi gradus multi ſequuntur, ſed ibi videãtur doct. pro affirmatiua & in l. iubemus. C. ad treb. in l. nemo poteſt, de leg. j. Alex. in l. Marcellus. in princ. v. col. ff. ad trebel. & conſil. xxix. perſpectis. v. vol. vbi hoc dicit magis communiter teneri, & Phil. Cor. conſil. xxij. in hac conſultatione, colum. ix. ac Corſet. in tracta. de trebellianica in primo dubio.

DE SVCCESSIONE AB INTESTATO.

SVMMARIVM.

1 *Filia naturalis tantum dummodo non ex damnato coitu ſuccedit matri excluſa auia, etiam quo ad legitimam. & nu. 3.*

2 *Solutus cum ſoluta de iure ciuili licitè fornicãtur.*

DECISIO VNICA.

DIANA mater naturalis & legitima imperiæ inteſtatæ defunctæ vendicabat eiuſdem à Lucretia filia imperiæ extra matrimonium procreata, tanquam eſſet inſucceſsibilis matri, nec filia nominanda in auth. ex complexu. & ibi gl. C. de inceſt. nup. & in auth. qui. mod. natu. effi. ſui. §. fi. col. vij. ſi verò nata probaretur ex cõplexu ciuili lege nõ damnato, petebat legitimã in bonis imperiæ. l. j. & l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſt. in auth. de trien. & ſemiſ. in prin. ver. hoc obſeruãdo. iuncta gl. col. iij. & no. in auth. nouiſsima. C. de inof. teſt. nam ex teſtamento debetur quarta parentibus, niſi ex iuſta cauſa exhæredentur. auth. in teſta. C. ad Tertul. verũ quia ex probationibus non cõſtitit fuiſſe natam ex coitu dãnato, vel inceſtus † adulterij nefarij, & ſimilis, ſed 1
magis innotuit fuiſſe vulgo quæſitã concluſit palatium Lucretiam matri ſucceſsibilẽ per text. in §. nouiſsime. inſti. de ſena. orph. & l. hac parte, vnde cogn. & l. j. §. ſed & vulgo quæſiti. ff. ad Tertul. & l. ſi qua illuſtris à cõtrario ſenſu, ſeu per locum à ſpeciali. C. eo. ti. ſuppoſito quod imperia nõ fuit illuſtris. idem ſi fuiſſet naturalis tantùm & no. gl. d. §. nouiſsime. & facit d. l. ſi qua illuſtris, & ibi etiã gl. iura autem primo loco adducta procedũt in coitu dãnato & lege imperiali, quoniam † cõplexus inter ſolutũ & ſolu- 2
tam non reprobatur à iure ciuili, vt l. j. C. de adulte. benè à canonica quæ tamen benignè prouidet omnibus de alimẽtis. c. cum haberet de eo qui dux. in ma. quam poll. per adult. quæ per hæredem extraneum filio naturali teſtatoris ſunt præſtanda, inquit Bal. in auth. licet. C. de natu. libe. Tenuit etiam † palatium 3
Dianæ non deberi legitimam, quia prima cauſa in ſucceſsione eſt filiorum. auth. de hære. ab inteſta. col. ix. in prin. & auth. ceſſante. C. de legit. hære. ergo excluditur in totum ad hoc text. in l. j. C. ad orphi. vbi filia admittitur in totum excluſa matre & ſenatuſconſultum, ita admittit vulgo quæſitam, ſicut legitimam & naturalem, vt in d. §. nouiſsime, & Iacob. Butr. Bart. Sali. & communiter docto. in d. l. ſi qua illuſtris, & Nicol. de Vbal. auditor Rotæ in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. vj. char. ibi circa ſecundam liberorum ſpeciem dicit. quòd tales naturales filij ſuccedunt in vniuerſo, ſicut filij legitimi & naturales, etiã ſi cum ipſis concurrerent per d. l. ſi qua illuſtris, naturales autem & legitimi excludunt auiam per d. l. j. ergo & vulgo quæſiti non obſt. text. in d. authen. licet. quia diſponit in patre decedente ſine ſobole ciuili, quo caſu vult quod ab inteſtato naturalis poſsit ſuccedere in duas vncias duntaxat, quin aut cum tali ſobole naturalis nihil habet, ſed tantum paſci debet prout ibi dicit Saly. & principium loquitur etiam ex teſtamento patris non matris. Ratio differentiæ eſt, quia mater eſt certa etiam ſi vulgo conceperit. Pater verò non niſi quem nuptiæ demonſtrant. l. quia ſemper. ff. de in ius voc. iuxta l. filium cum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & l. mulier. §. defunctæ. ff. de adulter. Ideo gloſſ. in dicto §. nouiſsime, dicit quod quando ſumus in procreato ex coitu non damnato lege Cæſarea filius ſuccedit matri non patri cum ſit inceſtus, vt §. vulgo quæſitos. inſtit. de ſucceſ. cogna. Nam & ſi habet certum patrem naturalem, non tamen ſuccedit, niſi in duabus vncijs, vt eſt dictum, ita in tutela ſi concurrat pater naturalis tantùm cum matre, præfertur mater. l. finali. C. quando muli. tut. offic. fung. poſſ. quemadmodum in ſucceſsione per iura allegata, mater ſuccedit ſimpliciter non ſicut pater in duabus vncijs, ſecundum Barto. in l.

ſi quis

ſi quis ſub conditione. iiij. col. ff.de teſta. tute. vnde
qno ad caſum deciſionis iura ſuprà adducta non
ſunt correcta,nec ſubeſt ratio quòd debnerunt cor-
rigi,aut ſaltem expreſſa correctio non apparet. igi-
tur,&c.l.ſancimus,de teſta. & l.præcipimus in fi. C.
de appell.& contra Dianam matrem & auiam reſpe
ctiuè,in his iudicauit dominus Iacobus Simonetta
1521.cuius ſententiam eodem anno confirmaui.

DE IVREPATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Poſteris relictum priuilegium, an extendatur ad natos ex fœminis?*

2 *Fœminæ in conſtitutionibus, vel teſtamentis ſub quibus verbis comprehendantur?*

3 *Iuſpatronatus reſeruatum illis de genere teſtatoris, extenditur ad deſcendentes ex fœmina.*

4 *Fœmina priuata etiam quod non ſit in dignitate, eſt capax iuriſpatronatus.*

DECISIO PRIMA.

RELICTVM erat iuſpatronatns
proximioribus de genere fundatoris
concluſum fuit quod deficientibus
maſculis, prout contigerat, in facto
deſcendentibus ex fœminis poſſent
præſentare, nam quãuis propriè non
dicebantur de genere, nec priuilegium conceſſum
1 † tibi & poſteris tuis, vel tuo generi extẽdantur ad
natos ex fœmininis,vt in l.j.§.perſonas. ff. de iur. im-
mu.& ibi Bar.& Alex.in addi. & Dy.in regula priui
legium perſonale de re. iur. in vj. & plura cumulat
Fely.in c.nouit.de iud.j.col. nihilominus ex ſtylo cu-
riæ nobilitas ex vtroq; parẽte eſt in cõſideratione,
vt dicit Nic.& Vbal.in trac.de ſuc.ab inte. xv.fo. ſe-
cundum Fely.in d.c.allegat c. venerabilis, de præb.
& ſaltem latè & largè poteſt dici, & participare de
genere & nobilitate,vt ſubiicit,& ſumus in fauora
bilibus in qnibus fœmina cõprehenditur, quæ aliàs
non veniret,vt dicit gl.in c.generali,de elec.in vj.cũ
etiam in odioſis fiat extẽſio,aliàs cõprehenſio ex ra-
tionis idẽtitate,quando ſublata ſignificatione voca
buli cõtinetur.cle.j.cũ gl.in c. j.de temp.ordi.in vj.&
2 ad ſtylũ reſpexit Rota, & quia † in ſucceſsionibus
deſcendentes ex fœminis veniũt ſecundũ Alex. in
d.additione.l.generaliter.§.cũ autẽ.de inſti.& ſubſt.
ſnb condi.fac.l.cũ acutiſsimi.C.de fideicom. & l. cũ
auus.ff.de condi.& demon.cũ ibi no.qui Alex.ibidẽ
ponit idem eſſe de verbo generationi, quod de ver-
bo generi, ſub verbo tamen ſobolis & prolis refert
fœminas venire,vt probatur in l.j.ſol.mat. in l.v. de
natu.lib.& l.fi.de bon.pręſcrip.ac.l.j.C.ne rei do.vel
temp.& quòd veniunt ſub verbo prolis, omnes qui
appellatione familiæ comprehenduntur. l.officiales
& auth.ſtatuimus.C.de epiſcop.& cler.& ſub verbo
generi tuæ,veniunt agnati & cognati, ſecundum gl.
notab. in materia in l.j. ff. de proba. verbum autem
progenies, comprehendit omnes deſcendentes ex
maſculina tantùm,vt probatur in l.fin. & ibi Bal. C.
de emancip.libe. & l.fin. & ibi etiam Bald. C. de do.
pro.iuxta l.dedit dotem. ff.de colla.bo. & in d. addi.
3 per eundem latius in patronatn † reſeruato filio, &
deſcendentibus ab eo maſculis veniunt fœminæ hę-
redes,ſeu ſuccedentes, licet non deſcendant à filio
ſecundnm Anch.conſi.lxxxj.ad idem ſi ædificans pa
tronus moriatur relicta filia fœmina hærede qui re-
liquerat patronatum fratribus & deſcendentibus
maſculis,&c. Cal. in conſil.iiij. de iurepatro. & hæc
conſilia bene faciunt ad deciſionẽ, quam etiam co-
adiuuat conſuetudo in pluribus locis. Item hæc alia
conclusio † quod fœmina & priuata mulier, etiam 4
non exiſtens in dignitate eſt capax iuriſpatronatus
& præſentandi, & tranſit in fœmina tale ius. Ita
Ioan.And.in c.nobis,de iurepatr. & in d. c. generali.
& Cald.conſil.j.de iurepatro.probatnr in c. fina. de
conceſſ.præbend.vbi etiam hoc tenet Abb. qui dicit
ſe non legiſſe in alio tex.de priuata muliere,& refert
Rotam in quadam deciſ.ita ſentire,& facit tex.iun-
cta glo.c.quoniam inueſtituras.xvj. q.vij. & hæredes
maſculi & fœminæ pariter ſuccedunt in iurepatro-
natus ſecundum docto. in cle.ij. de iurepatr.& ſatis
eſt,quòd iure non prohibeatur. Ita Abb.etiam in c.
dilecto.de teſti.& in c j.de iurepatro.& quod iuſpa-
tronatus, ita competat fœminæ ſicut maſculo pro-
ſequitur Roch. in iſto tracta. ſuper verbo compe-
tens alicui in j.quæſt.& ibi etiam hoc tenet,quando
competeret vniuerſitati, idem ſi competeret illis de
parentela, & fœminæ non ſint nuptæ extra paren-
telam,vel nondum ſunt nuptæ.ſi verò fuerint nup-
tæ extra parentelam, dependet ad hoc an fœmina
nupta dicatur de domo, aut de parentela patris ſui,
de quo in locis remiſsis per eum. procedit autem ſi
fœmina erit hæres vt in verbo ipſe vel is à quo in vj.
q.firmat ſalua vbique conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars alicuius collegij aliquid faciens, an dicatur ab omnibus de collegio factum? & nu.2.*

DECISIO II.

SVppoſita hodie pro vera ſententia, quod in pa-
tronatu plures ab vno deſcendentes ſuccedant
in ſtirpes,non in capita.& vnius loco habeantur pro
cle.ij.de iurepatro.ſecundum gloſſ.ibi Abb.Card.&
cæteros poſt Innoc. qui ita tenuerant ante d.cle. l
cet tunc tres deſuper eſſent opiniones, quas refert
Roch.in tract.de iurepatr.in verbo ipſe, vel is à quo
cauſam habuit.ij.q.j.col.fuit dubitatum in vna Piſa-
na coram do.Nicolao de Aretio,an deberet præferri
præſentatus ab altero ex patronis ei, qui erat præ-
ſentatus † ab octo, ex decem qui ſucceſſerant alteri 1
patrono, attento quòd duo ex dictis decem etiam
præſentauerant ipſum & ſic ſuperabant præſenta-
tum ab octo tantùm, cùm non haberet vnam inte-
gram vocem,vel an eſſent pares, quaſi quilibet habe
ret vnam integram vocem, & cõcluſnm fuit qnod
habebãt ius æquale,taliter quòd magis idoneus ve-
niebat pręferendus,aliàs in omni paritate erat locus
gratificationi,fundamentum fuit in eo, quod dixit
Car.in d.cle.ij.q.circa fi.quòd vox illorum decẽ erat
apud maiorem partem, & de ſuffragio minoris aut
præſentatione non eſt curandum ad idem Abb.in c.
paſtoralis.in prin.vlti col. de reſcript. dum ait quòd
vnus ex pluribus de eodem corpore pro nihilo re-
putatur, quando maior pars illius corporis ſeu re-
ſcripti remanſit in contradictione.ad hoc Ioan.An.c.
à collatione de appe.in vj.dicẽs quòd ſi duo corpora
habent

habent facere actum, & vnum concordat, & babet
perſonam alterius corporis, per hoc non obtinebit,
ex quo vox alterius corporis eſt apud maiorem par.
2 rem, cum factum † à maiori parte perinde habeatur,
ac ſi omues egiſſent. l. quod maiur. ff. ad municip.
quinimo voluit gloſſ. in c. nou poteſt. de re iudic. &
cum ea Card. ibi quod factum à maiori parte dici-
rur concordirer factum, quando actus explicatur à
pluribus, vt à collegio quamuis Abb. ibi contra &
But. in c. dilectus. de rempo. ordi. & idem Abb. quòd
non dicatur factum vuanimiter, ſi vnus ſolùm con-
tradicat in c. cum eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſeſ. &
prupri. in notabilibus pro gloſſ. tamen eſt text. in l.
duo ex tribus. ff. de re iudic. ibi quid enim minus ve-
rum eſt omnes indicaſſe, vbi verba notant veritatem
non fictionem ad ea, quæ Bar. tradit in l. ſi is qui pro
emptore. ff. de vſuca. niſi pro opi. Butr. & Abb. dica-
mus verum eſſe omnes iudicaſſe, ſed non concordi-
ter vno contradicente, quia lex acceptat quo ad eſſe
ctum iuris iudicium maioris partis, ſed hoc non eſt
præſentis ſpeculationis, ſuper quo tamen in recol-
lectis pro & contra quædam aunoraui. nun ob. deci-
ſioni quòd voluit Hoſtien. in c. poſtulaſti. de conceſ.
præben. & Fede. de Sen. conſil. ccxxij. quia fuit re-
ſponſum opiniunem Hoſt. non eſſe veram & repro-
baram per Iuan. And. in d. c. à collatione, & commu-
niter per alios qnos refert Felyn. in d. c. paſtoralis, iu
princ. vltim. col. & vt commune contra Hoſt. firmat
Rocb. in d. q. ij. vlt. col. quod dicit notandum, quia
multos vidit errare. Fede. verò referens opinionem
Hoſt. non figit pedes. quin potius ſentit, quòd eſſet
impugnari, & magis videtur facere pro, quàm con-
tra, ſicut Ioan. And. in d. c. à collatione poſt prin. in-
nuit & ſi teneret cum Hoſtien. non bene vt ſupra, in
propoſito autem præſentare, competit pluribus tan-
quam vni, & limitat eadem ratio, ac ſi competeret
pluribus, vt collegio ſecundum Rocb. in d. loco. &
ita gratificando pronunciauit do. Nicolaus de Are-
tio. 1519. & dominus Iacob. Simonetta dixit Rotam
eodem modo iudicaſſe in alia cauſa, dum ipſe eſſet
aduocatus, & defenderet opinionem Hoſt. Si verò
eſſent plures vniuerſitates, quæ haberent iuſpatro-
natus, quælibet habetur loco vnius ſingularis per-
ſonæ, & attenditur maior pars cuiuſq; vniuerſitatis
ad illam vocem perficiendam, vt Roch. in vj. q. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Patroni an ſint vocandi in diſmembratione, ſeu alie natione rerum eccleſiaſticarum?*
2 *Alimenta debent præſtari patronis eccleſiarum in euentum indigentiæ.*
3 *Honor eſt commodo præferendus.*
4 *Epiſcopus non poteſt eccleſiam patronatam facere collegiatam, nec cathedralem inuito domino.*

DECISIO III.

Diſmembrauerat papa decimas quaſdam ab ec
cleſia ſancti Stephani Bayonen. diœce. & ap-
plicauerat vicario & beneficiatis Villenouæ de Cen
teria, quam diſmembrationé rector ſancti Stephani,
1 & paruchiani patroni impugnabant, ex quo † de pa
trouis nihil dicebat, nec ipſi conſenſerant, & quod
omnes tangit debet ab omnibus approbari. l. fina.
C. de auct. præſtan. c. ad hæc. de offic. archidia. regula
quòd omnes, de reg. iur. in vj. & quia in dubio prin-
ceps nemini videtur præiudicare. l. ij. §. merito, cum
ſequ. ff. ne quid in lo. pub. l. nec auus. C. de emanci. c.
ſuper eo. de offic. deleg. Nec dubium quin ſi vale-
ret, præiudicaretur patronis, quorum intereſt bona
conſeruari pro eccleſia patrunata, nedum reſpectu
† alimentorum, quæ eis deberi poſſent, ſi indige- 2
rent. c. nobis. de iurepatr. & ibi de aliis competenti-
bus patrnnis, de quibus etiam Mil. in verbo patro-
nus, ſi eſt clericus, verum etiam quia in defectum
cogerentur de ſuo contribuere parochiani ad refe-
ctionem eccleſiæ ſecundum Abb. poſt alios in c. ad
audientiam. de eccl. edif. Item honorabilius ius com
petit patronis in pinguiori eccleſia, & aliàs honor eſt
† commodo præferendus l. Iulia. ff. ſi quis omiſ. cauſ. 3
teſt. vlterius † epiſcopus non poteſt eccleſiam ſim- 4
pliciter facere collegiatam abſque conſenſu patroni
ſecundum Bal. in l. ſi quis presbyterorũ. C. de epiſc.
& cle. neque erigere in cathedralem ſecundum An-
char. in c. cum inferior, de ma. & obe. nec alteri vnire
ſecundum Pau. de Eliaz. in cle. ne in agro. §. ad hæc,
de ſta. mo. & Abb. poſt Inno. in c. ſuggeſtum, de iure-
patr. Idem ſi vult auctorizare permutatione Cald.
conſi. ij. de re. permuta. & per Fely. plenius de his in
c. cum acceſsiſſent, de conſti. vij. col. Sed concluſum
fuit conſenſum patronorum non eſſe neceſſarium,
nec ad id patronos vocandos prout Innoc. & Abb.
firmant in c. vnico, vt eccl. benefi. ſi. di. confe. Anch.
in conſi. cxxj. ex narratis vlt. col. dicens non eſſe iu-
re cautum, & quod ſolum debet inſpici intereſſe de
præſenti, non autem caſus & aduerſa fortunæ in fu-
turum. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obli.
& Deci. conſil. clxxvij. & facit quod Lap. alleg. xvij.
non obſt. quòd in prouiſione beneficij eiuſmodi re-
quiritur conſenſus, vt not. in c. ij. de præbend. in vj.
quia illud eſt proprium ius de præſenti, & fructus
ſiue eligere & conferre, vt dicunt docto. in cap. cum
autem. de iurepatr. & no. in c. cum olim. de maio. &
obed. de honeſtare verò deberet requiri conſenſus
in alienatione, dicit Inno. in d. c. vnico. & eſſet cau-
tum. l. teſtamentum. C. de teſta. Nam poſſunt patro-
ni ex cauſa contradicere, & facere annullari ſecun-
dum omnes in dictis locis, quòd eſt neceſſariò intel-
ligendum de alia cauſa & quidem iuſta, quàm de in-
tereſſe ſuperius deducto in primis fundamentis, &
ita iudicauit dominus Ioan. Anto. de Triuultiis in
vna Bayonen. decimarum. 1520. valuiſſe diſmem-
brationem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia de iurepatronatus laicorum ex conſuetudine, vel præſcriptione comprehenduntur ſub expectatiuis, ſecus ſi ex priuilegio. & nu. 4.*
2 *Beneficia de iurepatronatus clericorum occaſione eccleſiæ non patrimonij, veniunt in expectatiuis.*
3 *Præſentatio clerici habet vim electionis.*
5 *Legatus de latere an poſſit conferre beneficia, quorum collatio, ſiue præſentatio pertineat ad aliquem iure ſpeciali?*
6 *Priuilegium & conſuetudo æquiparantur.*

DECISIO IIII.

Memini in vna cauſa Mediolanen. parochialis
de Morapolo coram me pendente fuiſſe dictũ

non

non tamen firmatum omnino, quòd beneficia laico
rum patronata ex conſuetudine non continebantur
ſub expectatiuis, ſeu reſeruationibus de ipſo iure
mentionem non facientibus, quaſi talis eſſet ſtylus
& conſuetudo, quamuis non præſcripta, ſed cauſam
concordati, & poſtea in alia Mediolanen. de Celi co
1 ram do. Matti. de Spinoſa fuit concluſum, quòd † cō-
prehenduntur etiam nulla habita mentione, & ſuc-
ceſſiuè coram do. Nicolao de Aretio 1521. in alia fir
matum & in vtraq; iudicatum, quoniam ita volunt
docto. quos refert & ſequitur Fely. in tract. quando
lite. apo. no. patro. in xj. fallentia & vltima eo motiuo
quia ceſſat ratio gl. pe. in fi. in c. cum dilectus, de iu-
repatr. retrahendi patronos à fundatione beneficio
2 rum. Idem in patronatu † clericorum occaſione ec-
cleſiæ non patrimonij, in quibus habentur vt patro-
ni clerici, non vt laici, abundè per eundem in eod.
tract. iij. aut. v. ampliatione ac iij. limitatione eiuſmo
di auctoritate patronata clericorum comprehendū-
tur in literis generalibus. c. ij. de præben. in vj. ſecun-
dum Arch. Ioan. And. Domi. & Phil. Fran. ibi ex quo
3 præſentatio † clerici habet vim electionis, vt no. Inn.
in c. cum auctoritate, de iurepatro. & de his etiam
per Imo. poſt Bur. & Car. in c. dilectus, de offi. leg. &
pro vtroq; videantur gl. in d. c. dilectus. & gl. antep.
in cle. ij. eo. ti. & in cle. per literas. in verbo apoſtoli-
cis, de præb. & Abb. poſt Hoſt. Ioan. And. & Butr. in
d. c. cum dilectus, & c. iij. eo. ti. & in c. dilectus. iij. de
præb. ac Philip. Franc. in c. vnico. §. verum. vlt. col. de
iurepatr. in vj. & Mil. in verbo gratia facta in reper-
torio. Quid autē in patronatu ex priuilegio But. in d.
c. dilectus. iij. col. de offi. leg. dicit quòd ſi laici habēt
4 † ex priuilegio apoſtolico auctoritatem præſentan-
di, non tenet collatio papæ ſine mentione, cùm præ-
ſumatur quòd non feciſſet in præiudicium priuile-
gij ſui. c. ſuper eo, de offic. deleg. & ita tranſit Imol.
col. vlti. in d. c. dilectus, & hoc in expectatiua vult
etiam Abb. conſi. xxviij. ij. vol. qui in d. c. dilectus. in
fi. quo ad legatum, an poſsit manus extendere ad be
neficia, quorum collatio ſpectat ad aliquem ex iure
ſpeciali, ſcilicet ex priuilegio vel conſuetudine? in-
quit quod non, allegando Feder. de Sen. conſil. lxiiij.
Nam præſentatio pertinet ad patronum iure ſpeciali
5 d. c. iij. & nihilominus legatus de latere confert † ta-
lia. vt ibi ſubiiciens ſe intelligere de priuilegio gene-
rali ſecus ſi papa dediſſet priuilegium, vt poſſet con-
ferre certa beneficia, quia tunc credit quòd legatus
de illis ſe intromittere nō poſſet, quia ſpecialis pro-
uiſio derogat generali. c. ſtuduiſti. eo. ti. c. dudum, de
præben. in vj. ſuper iſto non fuit aliquid dictum, ſed
ſolum adductum d. conſ. Abb. arguendo de priuile-
gio ad conſuetudinem, cui aliqui domini reſponde-
bant, quod ibi erat ratione mixturæ, ex eo quod ec-
cleſiæ minus dotatæ fuerat aucta dos. Sed quòd idē
ſit in competente ex priuilegio, quod ex præſcriptio
ne & conſuetudine occurrit, quòd ratio diſtrahen-
di à fundatione eſt vniformis in omnibus, ergo ius
idem l. à Titio. ff. de verbo. oblig. in ea enim ratione
ceſſante fundatur ſentētia doct. quoad præſcriptio-
nem & conſuetudinem. Item hoc probat ſtylus in ſi-
gnatura & literis papæ qui habetur pro iure. c. ex li-
teris. cum ſimi. de conſtit. excipiens patronata ex fun
datione & dotatione, quod extenditur etiam ad con
ſtructionem, vt dico in alia deciſione incipiente iu-
ripatronatus laicorum, non autem ex præſcriptione,
priuilegio aut conſuetudine, quibus ſtantibus non
obſtat dictum Butr. Imo. & Abb. quia licet Abb. di-
ſtinguat in collatione legati, æquiparat tamen priui-
legium & conſuetudo in vtroq; membro, & obſtat
fundamentum rationis ceſſantis peculiare in mate-
ria, & per verbum fortè attenta iſta conſideratione
dicit Fely. in d. xj. fallentia declarando eam, quòd
non eſt neceſſaria mentio, & ſic decidit ſub tali ver-
bo, vt inquit Aug. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. &
pup. & Soci. conſi. xciij. x. col. ſed clarius ibi in ix. am-
pliatione & pro conſideratione, quòd idem ſit in pri
uilegio, facit motiuum Alex. conſi. lxxiiij. vlt. col. vol.
iiij. quod pondero in alia deciſione incipiente, hacte
nus ſub hoc ti. & confert etiam ad iſtam & idem mo
tiuum, eandemq́; conſiderationem ponit Alex. in c.
hortamur. col. vlt. lxxj. diſtin. vbi plures in hunc ſen-
ſum, adducit, & facit † quod priuilegium & conſue- 6
tudo æquiparantur ſecundum gl. in verbo conſue-
tudine in c. nouit, de iudic. quod etiam Alexan. pon-
derat in d. conſi. col. ij. hanc partem reperi poſtea te-
nere Car. Zab. in d. c. dilectus. q. iij. & Roch. in tract.
de iurepatr. ſuper verbo competens alicui. q. xxiiij.
& idem Card. in cle. per literas. q. iij. de præbend.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator conſtitutus ad præſentandum B. ad beneficium nondum vacans, an ſi poſtea vacauerit, poſsit ipſum præſentare?*

2 *Lex quando reſiſtit actui ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio.*

3 *Poſſeſsio in cathedrali, qua non eſt bona iuſtificatur ex patientia canonicorum.*

DECISIO V.

ERat à patrono cōſtitutus procur. ad præſentan-
dum B. ad beneficium quod nondum vacabat
occurrente vacatione, procurator ipſum præſenta-
uit, fuit concluſum in vna Poſnauien. parochialis in
Ghoſtim coram domino Hugone de Spina 1521. de
menſe Maij talem præſentationem non tenuiſſe per
capitulum fin. de conceſ. præben. † nec validari, ex 1
eo quòd patroni conſenſus, de cuius mutatione non
apparet, videatur durare non ob. quod Deci. volue-
rit contrarium conſi. clxxij. in cauſa venerabilis. vbi
conſiderat, quod ex actu nullo declaratur voluntas.
l. fi. ff. de reb. co. & quod voluntas conſiſtens in ani-
mo eſt facti. l. in bonefidei. ff. de acquiren. re. domi. l.
conſi. in fi. ff. de cura. furi. & quod factum remaneat
quamuis lex annullet conſtitutionem procuratori
factam ſimpliciter ad præſentandum B. cùm res fa-
cti nequeat iure infirmari. l. j. §. ſi vir. vxori. ff. de ac-
quiren. poſſ. ergo habetur voluntas & conſenſus pa-
troni in eiuſmodi præſentatione, quæ durare præſu
mitur. l. eum qui. ff. de probat. & cum conſenſus poſ-
ſit præcedere & ſequi. c. cura. c. ſuggeſtum. de iurepa.
Hoſt. eo. ti. in ſum. §. fi. circa fi. ver. quid eccleſia. Abb.
diſputatione Augerio. xiiij. col. Car. in cle. j. in princ.
viij. colum. de ſupplen. negl. præla. Rot. v. in no. de re.
permu. ſi non proficit, vt conſenſus ante præſenta-
tionem reprobus proſit vt durans poſt præſentatio-
nem, ſicut prodeſt, ſi ſuperueniſſet infra tempus ad
l. bonorum. ff. rem ra. habe. quaſi canon ante actum
præſentationis & in ipſo actu illum reprobet, non

poſt, quia motiuum non eſt verũ.nã in d.l.fi. & ſi lex non reſiſtit.ſed c. fi. in d.c.fi. propter vitandum votũ captãdæ mortis & ita declarat Abb. poſt alios vnde ſuccedit communis doctrina Bar.in l.cũ lex.ff. de fideinſ.quod ſequitur Abb. in c.cum contingat.
2 prima co.de iureiu.quod quando lex reſiſtit† actui, ex eo nulla oritur obligatio ciuilis nec naturalis,taliter quòd conſenſus omnino eſt reprobus ab initio & ſemper nullus & ſine aliquo effectu, quod nõ ſit reſiſtentia in caſu.d.l.fi.patet ex his,quæ ibidẽ Bald. & alij ſcribunt,quamuis nec aſsiſtentia, quod quãdo ius reſiſtat quando non nec etiam aſsiſtat,tradit Bar.poſt glo.in l.ſed & ſi.l.§.ſcire.ff.de peti.hære. in l.cum quis.C.de iur.& fac. ign.tex.cũ gl.in c.ad decimas.de reſti.ſpol.in c.j.de præſcrip.in vj.& l.pacta quæ contra.C.de pact.& ibi Bar.Abb.in c.ſi diligenti.de præſcrip.vj.col.c.dilecto. de præben. co. ij. c.ad noſtrã.circa fin.de reb.ecc.non alie.& eodem modo reſpondeas ad l.obſeruare.§.fi.ff.de offi.procõſ.quẽ tex.ponderat pro ſe Decius,quod ſimus extra legis reſiſtentiã,conſtat ex eo,quod ſi non valet vt ex tũc quando legato à procõſule fuit mãdata iuriſdictio, ex quo iuriſdictionem,quam nondum habebat, alteri demandare non poterat,vt inquit ibi litera & in l. traditio.ff.de acqui.re.domi.c.quod autem. de iurepatro.valet ex quo tempore quo proconſul prouinciã eſt ingreſſus,cùm perſeueret in eadẽ volũtate, aliàs non in probata,ſed poteſtatis defectu quo ad exercitium impedimenta,ita quod operetur,quando poteſt, & incipit valere tẽpore habili,prout in ſimili in c.literas.de ſup.negli.præla.ſola patiẽtia dat ius in inſtitutis extra tempora , non ex inſtitutione illa ex tunc, ſed ex tali patiẽtia ex nunc,ad hoc etiã c.paſtoralis.§.quoniã.de reſcr.vbi iuriſdictio erat in habitu non in actu,ſed ſolũ exercitium impeditũ, & Abb.ibi.ij.notabili inter alia exempla adducit.d.§.fi. facit etiam deciſ.incipiens, vt legitima , quod poſ-
3 ſeſsio † quæ non eſt bona,quia non capitularis iuſtificatur ex poſt facto ex patientia canonicorũ , qui non erant inhabiles ad dandum,ſeu tradendũ eam capitulariter, in quibus apparet ius non reſiſtere, quin potius ſuperueniente ſuppoſitio potẽtiæ exercitij conſenſum operari,& ceſſare legem annullantem ſeu impedientem.c.cum ceſſante. de apppella. quæ ratio in caſu,de quo agitur non ceſſat occurrente vacatione beneficij & ſequuta præſentatione cũ fuerit ad tollendum votum captandæ mortis, quod dicere non poſſumus propterea ceſſaſſe aut fuiſſe ſublatum:ſed magis effectuatum , & ſic durare canonis prohibitionẽ,& annullationẽ effectu iã conſummato, vt dicit Bar.in l.pluribus.§.fi.ff. de ver.obli. in l. ita.§.Imperator vlt.co.ff.de lega.ij.& quando dicatur cauſa ceſſare declarat Lap. allegatione. cj. vij. col. Item ſi tantum irritaretur conſtitutio procuratoris,& remaneret conſenſus, qui poſſet ſeruire ad validandã præſentationẽ.d.c.fi.eſſet editũ verbis nõ rebus,atq; ludibrio & abſq; effectu,ex quo non deficeret conſenſus patroni,qui præſumeretur durare contra.l.fi.de vſur.l.ij.in fi.C.cõ.de lega. c. in his. de verb.ſig.c.commiſſa.de elec.in vj.l.ſi prætor. de iud. l.fi.ne quid in loc.pub.l.pen.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius vo.eſt vi exi.c.qualiter.de pact. c. relatum. de cle.non reſiden.& non eſſet occurſum voto mortis captandæ,& ad hoc non aduertit Deci. nec ad id quod cum aliquid prohibetur directo, vt per indirectum quodque ex eo ſequitur prohibitum id , & modus quo peruenitur ad illud. [illegible] ſponſa.l. non dubium.C.de legit. non [illegible] & in regula cum quid.de regu.iur. [illegible] agatur quod potuiſſet patronus reuocaſſe [illegible] ante præſentationem & cum intimatione [illegible] iuxta c.ex parte.de reſcrip.cum materia,& c.j.de renunc.& non eſt opus quærere , an valeat præſentatio procuratore legitimè reuocato, aut poſt & [illegible] n facta præſentatione non conſtito de canonica reuocatione,ex iam dicta præſumptione conſenſus duraret , & iuuaret taliter quòd euitari non poſſent abſurditates adductæ quæ ſufficiunt ad alicuius actus impugnationem.l.fi.C. de vſur. rei iud. in authẽ. de non eli.ſec. nuben.§.cum igitur.in fi.c.l.j.c. ſolut. §. cum inferior.de ma.& obe.c.quemadmodum. de iureiur.c.cum inter.de excepti.c.nona.de pœni. & remiſ.& ibi Abb.non ob.etiam quod res facti non poteſt iure infirmari,quia vltra reſpõſa quæ per doct. dantur in d.§.ſi vir vxori , quo ad iuris effectum bene infirmantur , caſus ſunt plures in toto ti.de cap. & poſtli.re.ff.& in multis iuris articulis conſideratoiuris effectu.licet facta pro infectis haberi non poſsint inſpecto ipſo facto.l.in bello.§.fact.e.cod. titu.hoc enim cadit ſub potentia , vt quòd factum eſt factum non ſit.xxxij.q.v.ſi Paulus.l.j.cum ibi no.C. de rap.virg.in prin.& ſatis eſt legem reprobare conſenſum , vt nunquam fomentum à iure habeat , & ſit extra omnem iuris effectum , prout in collatione & poſſeſsione, quæ habentur poſt & contra decretum irritans,quia titulus eſt diſcoloratus , & huiuſmodi poſſeſsio non reſtitutibilis & ſuperua anea.c.ſi eo tempore.de electi.j.& ij.vt lite pen.in vj.Rota tertia in no.in prima additione de reſti.ſpo.& tamen in his aliis infinitis factum concurrit,voluntas non deficit,& conſenſus adeſt , ſed abſque adminiculo,& ſine aliquo fructu ac miniſterio.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio iurispatronatus laycorum, præterquam ex fundatione vel dotatione, non extenditur ſi ex constructione existat.*

2 *Ius patronatus quibus modis acquiratur? & nu.10.*

3 *Extenſio de ſimilibus ad ſimilia, vbi eſt eadem ratio in exceptionibus ſeu fallentijs a regulis, an fiat?*

4 *Eccleſia patronata, an fieri poſsit collegiata inuito patrono?*

5 *Prouiſio papæ de beneficio patronato laycorũ abſq; derogatione, non præiudicat patronis.*

6 *Ius patronatus ex constructione vel fundatione, eſt æque potens iuri patronatus ex dotatione, cùm iſta tria æquiparentur in iure. & nu.7.*

8 *Æquiparatis duobus de iure antiquo, ſi de iure nouo aliquid in vno ſtatuatur, extenditur ad aliud.*

9 *Lex ex ſimilitudine rationis & conexitate negotij, etia ſi ſit pœnalis extenſiua interpretatione recipit.*

10 *Tantum vel alia taxatiua dictio, in fauorabilibus & pijs caſibus appoſita, excludit alios caſus non ſimilem ſed diſsimilem rationem habentes.*

DECISIO VI.

IVripatronatus laycorum in prouiſionibus beneficiorũ derogari† ſolet, ſi eſt ex fundatione vel do- 1

ratione pro medietate aliàs in totum, quandoq́, etiã
reuocantur conceſsiones iuris factæ pluribus, præ-
terquam ſi quis eorũ fundauerit, vel dotauerit, hæc
præſeruatio, & quod in totũ primo caſu non eẽſea-
tur derogatũ, prodeſt etiam ei qui cõſtruxerit, licet
non fundauerit nec dotauerit, ſed alius ſeu alij id fe-
cerint. ita fuit concluſum in vna Taurinen. cappel-
laniæ corã me in prima inſtantia pendẽ. 12. hoc
2 tantum fundamento quia ius patronatus† habetur
vno de tribus modis, vel quòd quis conſtruxerit ec
cleſiam. c. monaſteriũ. xvj. q. vj. c. iij. & c. nobis. de iur.
pa. vel quòd eam dotauerit. .filius. ea. q. vel quòd eã
fundauerit dato fundo vbi ſit cõſtructa. c. Abb. xvij.
q. ij. & d. c. iij. & d. c. nobis. ac c. ſignificaſti. de teſt. po
nunt Innoc. & Abb. ſuper rub. de iur. patro. vnde fra
ternizant modi prædicti in acquiſitione iuris patro
natus. irẽ etiã in vſu ac conſeruatione, vt infra ſubii-
ciam, quod vel quoad omnia ſeu ſaltè in prædictis
caſibus omnino vnus modus eſt ſimilis aliis, quod
ſufficit ad concludendam ſimilitudinem iuxta tra-
dita per Abb. in c. tranſlato. col. iij. de conſt. & latius
per Fely. in c. capitulum. co. ij. de reſcrip. Quo ſtante
3 ſuccedit, quòd etiam in exceptionibus† & fallẽtiis,
quæ fiunt à regulis, etiam ſi videantur in hoc odioſæ
quia contra regulas ſit, nihilominus extenſio de ſi-
milibus ad ſimilia, ſi eſt eadem ratio gl. eſt no. in l. j.
C. de condi. inde. & tex. menti. tenendus. in ca. cum
dilecta. & ibi Abb. v. notabil. de cõfir. vti. & inuti. vbi
notat hoc procedere, nedum in ſimplici diſpoſitio-
ne, verùm etiam in caſu excepto à regula vt ibi idem
vult Bur. quem refert & ſequitur Abb. in c. cum om
nes. col. v. de conſti. vt in quolibet actu graui abſen-
tes ſint vocandi, ex quo in tribus caſibus ibidem ex-
ceptuatis ex grauitate præiudicij vocari debent, dũ-
modo ſit eadẽ ratio grauis præiudicij, firmat etiam
Abb. in c. fi. col. iiij. de re iud. in propoſito autem ca-
dit rationis ideotitas. nam ſiue de rigore iuris ex di-
ſpenſatione, & tollerantia ſit habilitas, & poteſtas
quærendi ius patronatus vt inquit Bur. in d. c. iij. ſiue
ex gratia, quod in idem ſonat vt ibi not. Abb. ratio
ceſsionis fuit, vt per hoc inuitetur quis ad fundãdas
eccleſias, conſtruendas, & dotãdas, vt ait Arch. lxxj.
di. hortamur, & Bur. in d. c. iij. & eadem conſideratio-
4 ne non debet eccleſia † patronata fieri collegiata, ne
que patronis directè aut per indirectum auferri ius
ſeu commodum præſentãdi, & ne etiam layci à fun-
5 datione ſeu dotatione retrahantur, prouiſio, † papæ
de beneficio patronato laycorũ abſque derogatione
in dubio non præiudicat patronis, ita no. gl. in d. c.
nobis. & in c. cum dilectus. vbi etiã Abb. eod. tit. &
But. in c. dilectus. de offi. lega. & Fely. in tract. quã-
do lite. apo. no. patr. col. j. cum ſe. Ex quibus conſtat
6 quod tam in acquirendo quã in vtendo † & conſer
uando eadem eſt cauſa & par ratio, ſiue quis conſtru-
xerit ſiue dotauerit eccleſiam ſeu fundauerit, coad-
iuua deciſionem ex eo quod iſti tres modi acquiren
7 di ſatis videntur in iure † æquiparati, vtroque nan-
que modo acquiritur æque & potens ius & acquiſi
tum non magis conſer[illegible]tur vni quam alii, cùm ad
vtrunque vniformiter concludant rationes adductæ,
& ſic etiam abſq; differentia determinationes iuriũ
conueniant, neque in merito, quoniam fundus, cõ-
ſtructio, & dos neceſſaria ſunt, vt inferius dicam,
probatur etiam à diffinitione iuriſpatronatus tra-
dita per Io. And. quam ſequitur Abb. ſuper Rub.
de iurepatr. quòd eſt ius honorificum onerosum, &
vtile alicui competens in eccleſia, pro eo quòd diœ
ceſani conſenſu eccleſiam conſtruxit, fundauit, vel
dotauit ipſe vel is à quo cauſam habuit, ſiue acc pia-
mus diſiunctiue, vt in dicta diffinitione, ſiue copu-
latiuè, prout diffinit Roch. ſuper trac. de iurepat. in
prin. ibi & dotauit addens ipſe, vel is à quo cauſam
ſolus, vel alio concurrente, ita quòd æquiparatio vi-
detur facta per viam regulæ & diffinitionis, ac vni-
formitatis rationis in omnibus concludentis ad quæ
rendum, vtendum, & conſeruãdum, tunc habemus
quod quando duo † ſunt æquiparata de iure an[illegible] 8
quo, noua diſpoſitio ſuperueniens in vno diſtendi-
tur ad alterum, ſicut hic præſeruatio in duobus ad
tertium & non ſumus nos qui intendimus, ſed iura
antiqua dicit Bar. in l. ſi conſtante. in princ. in vij. q.
primæ partis principalis. col. v. ff. ſol. matr. & hoc eſt
quod Barto. & Alex. not. de æquiparatis regulariter
in l. ij. ff. de lega. j. vbi ponitur regula, vt etiam in ſta-
tutis quæ poſtea fiunt in vno caſu ex æquiparatis
viam regulæ & ſtrictè intelligũtur. l. ij. §. hæc verba.
ff. de neg. ge. & c. in noſtra. de iniur. procedat vt fiat
extenſio ſtatuti ad caſum omiſſum & idem firmat
Abb. in pœnalibus quæ benignam interpretatione
merentur. l. cum quidam. de lib. & poſth. l. interpre-
tatione. ff. de pœ. regula odia. de reg. iur. in vj. vt pœ
na adiecta vno ex duobus æquiparatis à iure videa-
tur adiecta in alio, in c. ij. col. iij. de mut. peti. fortifi
cans hoc multipliciter, & in c. de multa. col. v. de pr
ben. pro quo tex. cum glo. in c. ſi poſtquam. de ele. in
vj. quod ſimiliter procedit in iudiciis inquit Bartol.
d. vij. q. quia. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. loquẽs in ſeruo
in caſu ſpeciali & oneroſo extenditur ad filium per
l. vt tantum. §. j. ff. de ſer. cor. de quo eſt gl. notab[illegible]
in l. quod verò. ff. de legi. & in l. ſi quis. in fi. præterea
lex recipit† extenſiuam interpretationem ex ſimili- 9
tudine rationis, & ex connexitate negotij, etiã ſi cõ-
ſtitutio ſit pœnalis. tex. eſt in l. j. ff ad tertulli. & bona
glo. pen. in c. j. de poſtu. præla. in vj. ita not. Abb. in c
tranſlatio. de conſti. in caſu autem de quo agitur ſu-
mus in ſimilibus & connexis, ex quo tria cop[illegible]ti-
uè ſunt neceſſaria, vt ius† patronatus acquiratur ſeu 10
ad eſſe deducatur, ſcilicet fundus, conſtructio, & dos:
nec vnum ſine duobus, nec duo ſine tertio ſufficiũt,
vt eleganter & latè tradit Roch. in d. tract. q. j. ſuper
diffinitione, & in verbo eccleſiam fundauit. q. ij. ac
in verbo conſtruxit. q. iij. & in verbo dotauit. q. j. vbi
materiam declarat etiam circa diffinitionem, ſtatu-
rum etiam paſsiuè extenditur ſecundum Bart. in re-
petitione. l. omnes populi. in iij. q. ſextæ quæſtionis
principalis, colum. xix. cum ſin. ff. de iuſti. & iur. hinc
eſt quod priores leges trahuntur ad poſteriores &
econuerſo. l. non eſt nouum. cum dua. ſe. ff. de legib.
item facit tex. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad le. falci. vbi in
voluntate defuncti conſeruata in iure ſpeciali locu
habent omnes leges teſtamentariæ & ad hoc ponde-
rat iſtum tex. Bart. in repetitione. l. re coniuncti. col.
xiij. ff. de lega. iij. ita & hic locum habeant iura quæ
ex gratia tollerantia ſeu priuilegio de acquiſitione,
& conſeruatione iuris patronatus diſponunt ac[illegible]
dit quòd teſtator præſumitur ſe conformare cum
diſpoſitione ſtatutaria ciuitatis. l. hæredes mei. §. cum
ita. ibi Bartol. ff. ad trebellian. fortius præſeruatio
cum

cum diſpoſitione iuris, quod in tribus caſibus prędictis iuſpatronatus concedit & ſuſtinet ſemper, & dato quod in derogatione cum exceptione, ſeu in
11 præſeruatione eſſet dictio tantum † vel alia excluſiua, omnino fieret extenſio ad tertium caſum omiſſum habentem ſimilem rationem, quando ſumus in diſpoſitione quæ permittit aliquid fauorabile & pium. nam tunc dictio taxatiua ſeu excluſiua ſolùm excludit caſus diſsimilem rationem habentes, doctrina eſt notabilis Bar. in dicta l. ſi conſtante. in ix. quæſt. primæ partis principalis. col. vij. quæ probatur in l. illud. iuxta gloſſ. in verbo cauſa. de ſacroſanctis eccleſ. & eſt etiam optima litera cum glo. in l. ob æs. C. de prædi. mi. materia autem deciſionis eſt eiuſmodi generis, vt præſeruetur præſentatio, & nõ perdatur iuſpatronatus, & hoc nequis retrahatur à dotando, & beneficiendo eccleſiis, quod eſt pium & fauorabile, vt paret ex primis motiuis & probatur in l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſumpti. fu. in c. fin. de poſthum. in c. ſi quis presbyterorum. de re. eccle. nõ alie. in c. fin. de teſt. & ſunt infinita iura fauore eccleſiarum. aduerte tamen quod noto fuiſſe deciſum in cauſa Taurinen. capellaniæ, quia ſi quis videret ibi originalem conſtitutionem Innocentij viij. in qua reuocabat omnes conceſsiones iuriſpatronatus, inueniret quod à reuocatione præſeruantur omnes tres caſus, verùm putabatur quod non reſeruarentur, niſi duo, vel quia vnum modum omiſerat notarius in copia quæ dabatur, ideo incidit hæc dubitatio & deciſio quæ ſeruiat tibi in omni caſu cuiuſcunque diſpoſitionis, in qua fundamentum aliquod de præmiſsis militet.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans per verbum aſſerens, vel vt aſſeritur de iurepatronatus laicorum exiſtere, quid probare tenetur, & cui onus probandi incumbat? & num. 3.*

2 *Prouiſio beneficij de iurepatronatus laicorum ex fundatione, dotatione, vel conſtructione exiſtentis quando valeat?*

4 *Iuſpatronatus vendicare volens, præſentationes plurimas, & curſum temporis allegare debet.*

5 *Iuriſpatronatus laicorum ex conſuetudine, vel præſcriptione in expectatiuis vel alijs literis papæ, an mentio ſit neceſſaria?*

6 *Diſtinctio inter verbum vt aſſeris, à verbis vt aſſeritur, vide remiſsiuè.*

7 *Beneficium ſi liberum naſcitur, nunquam recipit ſeruitutem, ſecus econtra.*

8 *Beneficia licet pro maiori parte ſint libera, nõn tamen ſine fundamento daretur exiſtentia, quòd omnia eſſent patronata.*

9 *Beneficium impetrans aſſerens de iurepatronatus laicorum vel clericorum exiſtere, probandi onus, quòd laicorum exiſtit, ſibi non incumbit.*

DECISIO VII.

HActenus obſeruatum eſt, vt audio ab antiquis patribus, & meo tempore in palatio, quòd ſi in
1 interpretatione beneficij † dicitur tale beneficium quòd vt aſſeris, de iurepatronatus laicorum exiſtit, impetranti incumbat onus probandi, quòd ſit ex præſcriptione vel cõſuetudine, & ſic excludat quod non ex fundatione vel dotatione, aut conſtructione, aliâs prouiſio † ſine derogatione, & abſque pa- 2
tronorum conſenſu eſt nulla. c. decernimus. xvj. q.
vij. ſecus ſi dicatur quod beneficium vt aſſeritur † de 3
iurepatronatus laicorum exiſtit, vel per alia verba. tunc enim aſſerenti patronatum laicalem etiam poſſeſſori beneficij ad excluſionem prouiſionis, & ſic impugnanti eam incumbit probare quòd ſi laicorum, & ex conſtructione, fundatione, aut dntatione, eum in hoc iſti tres caſus æquiparentur, vt not. gl. in c. piæ mentis. cad. quæſt. Innoc. & Abb. ſuper rubric. de iurepatrona. ratio nullitatis eſt, ne laici à conſtructione, fundatione, vel dotatione retrahantur. ſecundum gl. in c. nobis. in c. dilectus. vel etiam Abb. eod. tit. & But. in c. dilectus. de offic. lega. propter quam rationem papa in dubio non videtur velle præiudicare iuripatronatus laicorũ, nec vti poteſtate quam habet in derogando etiam ſi prouideat motu proprio, ſecundum Rotam deciſio. lxx. in antiq. de reſcript. ita quod concluditur inualiditas, quæ vt inquit Fely. in tracta. quan. lite. apo. noc. patro. col. j. reperitur iure ſcripta, ſed eam ſumpſerunt ſcribentes ex ratione d. c. cum dilectus ac iurium ſimilium, & ipſam fortificat Fely. per multa ſimilia & bonas rationes, quæ ſatis meurem iuris aperiunt. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tuto. But. verò in d. cap. dilectus. allegat ad hoc tex. in cle. per literas. de præben. quæ re vera in materia loquitur, licet in ſimili benefaciat. prædicta autem ratio ceſſat, quando eſt ex conſuetudine, vel præſcriptione dicit But. in d. c. dilectus. & ibi Card. etiam & Fede. de Sen. conſi. lxiij. alias lxiiij. incipiente infraſcriptæ quæſtiones. & alij quos refert & ſequitur Fely. in d. tracta. in xj. limitatione firmantes eo caſu poſſe legatum de latere conferre, quamuis contrarium ſentiat Imo. in d. c. dilectus. in fi. quaſi etiam his caſibus poſſent retrahi laici à benefaciendo eccleſiis, cuius opinio eſt contra communem, & conſideratio falſa ſecundum Alexand. conſil. lxxiiij. vlti. colum. volum. iiij. dicentem quod laici non retrahuntur à fundatione eccleſiarum, quando nihil de ſuo proprio poſuiſſent ad tale ius quærendum, imo potius eſt præſumendum, vt non multum curarent de præſcriptione quærenda videntes parum eis prodeſſe, licet pro veritate proſit, ſaltem contra collationes ordinatiorum contra quos eſt præſcriptum, vt tenet But. Card. & Imo. in dicto cap. dilectus. & Alexan. in c. hortamur. lxxj. diſtinct. in fi. ſed nihil contra papam aut legatos de latere ex quibus paret, quòd opinio Imo. quã Deci. ſequitur conſil. cxxvj. non ſubſiſtit, niſi forſitan in vno caſu ad quem Deci. videtur ſe reſtringere, & ipſum tentat Fely. ſub dubio forte in d. xj. limitatione, pro quo facit quod Ioan. And. adducit in regula quòd alicui de regu. iur. in mercu. vlt. & Abb. in cap. querelam. colum. iiij. de elect. ac idem Felyn. qui videatur in cap. cauſam quæ. col. iiij. de præſcript. & Alexand. in dicto c. hortamur. lxxj. diſtinct. col. vltidum dicit vtile eſſe vendicanti † iuſpatronatus, quod 4
ad illud præſumendum alleget præſentationes plurimas & curſum temporis, & ſi in eo caſu poſſet defendi opinio Imol. non tamen ſimpliciter verum eſſet de iure ex communi ſententia, quod Deci. ait in allegato conſil. ac Felyn. in dicta xj. limitatione iuxta ſenſum modernorum tunc Rom. curiæ refert

vt in curia Romana præualeat, quòd non differat
patronatus ex ſundatione à patronatu ex præſcri-
ptione, quinimo hoc tempore iudicatum eſt, qood
de iurepatronatus laicorum ratione eccleſiæ, non
5 autem patrimonij. Item laicoru n † ex conſuetudine,
vel præſcriptione in literis collationum papæ ſeu
expectatiuis non ſit neceſſaria mentio, prout in de-
ciſione quæ incipit, memini ſub titu. de iurepatron.
alias de probat. dici quam videas quia confert ad
iſtam, & cooſideratio Alex. in d. conſil. lxiiij. vt laici
non tetrahantur ex quo nihil ponunt de ſuo pro-
prio, quam etiam Card. Alexandr. ponit in c. horta-
mur. lxxj diſtinc. facit ad id quòd in d. deciſio. terigi
quid ſi patronatus competeret ex priuilegio, & pro
deciſione iſta & aliis adductia eſt vulgatum conſil.
6 Card. Fab. lxix. in vim faciens, & diſtinguens † verba
vt aſſeris, à verbis vt aſſeritur. in primo nanq; caſu
aſſerens patronatum laicorum habet cõtra ſe, quòd
ſint ex conſtructione, fundatione, ſeu dotatione, ex
eo quòd beneficia non naſcuntur, ſed fiunt vnde in
dubio conſtructa, fundata, aut dotata per patronos
videntur ad hoc text. in d. c. quærelam. & ibi Abb.
col. iij. ponderans ipſum & idem Abb. conſi. laxvj. &
cvj. volu. ij. quo ſtante aſſerens tenetur probare eſſe
aliter patronatum beneficium, quam ex conſtru-
ctione, fundatione, ſeu dotatione com modis præ-
miſsis, vel vno ex eis exiſtere aſſeruerit, & huiuſmo
di expreſsio ſit pars gratiæ, ex quo verba vt aſſeris,
referuntur ad impetrantem. & ſic cauſa intentionis
ſuæ ad regulam. l. ij. ff. de proba. & not. Ioan. And. in
c. j. de lit. conte. in vj. quam ſequitur Abb. in c. fi. col.
ij de præſump. & ad collecta per Fely. in c. ad aures.
in iij. concluſione & colum. de reſcript. & omiſſo an
beneficium magis præſumatur à natiuitate libe-
rum, quam ſeruum de quo Roch. in tracta. de iure-
patro. in verbo cooſtruxit in q. xx. vbi pro & contra
qui videatur, & eo quod not. Bald. in c. ſignificauit.
7 de reſt. & ſi tempore ædificationis † naſcitur libe-
rum, nunquam poſtea recipit ſeruitutem, licet ſecus
econtra, dato tamen patronatu: ſemper mihi placuit
hæc pars, vt in dubio potios præſumatur, quòd ſit
vno de tribus modis prædictis, vel duobus aut om-
nibus, quàm ex præſcriptione vel conſuetudine:
quoniam concurrit præſumptio quòd beneficia non
naſcuntur. Item tollitur conjectura libertatis de
præſenti, & etiam ab origine, cum ex præſenti ſtatu
patronatus præſumatur in præteritum. l. circa. de
probatio. l. liberis. §. fin. ff. de lib. cau. Egid. deciſione
ccccciacj. & l. ex perſona. C. de probat. iuxta gloſ. &
ibi Bald. magiſtraliter regulam iſtam declarat, fir-
mans eam procedere in materia contingenti, qualis
eſt iſta, quando præſens ſtatus ſeruituris poteſt con-
currere cum naturali veritate antecedẽtia, vt ſi præ-
ſumamus conſtructionem ſeu dotationem ab exor-
dio, & conſequenter ſeruitutem, ſicut præſumere
debemus per tex. in d. c. ſignificauit. à contrario ſen-
ſu, prout Rota intelligit etiam in deci. iij. in antiq. de
iurepatro. ſicut & in iuribus allegatis præſumitur
de libertate, & non de facultatibus, & ſicut aliàs ex
præteritis circa futura. c. mandata. de præſumpt. vel
ſaltem onus probandi libertatem trãſfertur in aſſe-
rentem propter dictas cõiecturas ſeruiturẽ arguen-
tes, l. ſiue poſsideris. & ibi gl. C. de proba. & c. vnico.
vbi etiã gl. allegans cõcord. io verb. probante. vt eccl.
benef. ſi. di. confe. & Rot. deci. xv. & fi. de iud. in not.
Aduerte † tamen quia attento ſundamento, quod 8
beneficia fiunt, non autem naſcuntur. item quod
dotantur, quodq; ſine fundamento non daretor exi
ſtentia omnia beneficia mundi eſſent patronata, &
videmus quod pro maiori parte ſuot libera. ideo
dixi ſupra ſuppoſito quòd reperiatur iuſpatrooa-
tus, vt tunc motiua qoæ adduxi militeot. Secundo
verò caſu quando per verba vt aſſeritur, vel per alia
verba non aſſertiua dicitur de patronatu laicorum,
impetrãs nihil affirmat quod ſit laicorum, nimirum
ſi poſſeſſor beneficij, vel alius aſſerẽs eſſe tale in hoc
dicitur actor. & tenetur probare quod aſſerit, vt eſt
dictum per iura & regulas allegatas, & bene ſeruiũt
motioa Car. in d. conſil. lxia. & pro hoc Rota optime
deciſio. lix. in antiq. de reſcrip. dicens quod verba vt
aſſeritur in gratia circa expreſsionem valoris poſita
ſunt generalia & imperſooalia, & ideo non aſtrin-
gunt partem, nec videntur prolata per impetrãtem,
ſecus in verbis vt aſſeris, quæ ad partem referuntur
& alia lxavj. eo. tit. quod ſupplicatio ſignata per pa-
pam per verba vt aſſerit, eſt ſurreptitia, niſi ita ſit, ſe-
cos ſi per verba vt aſſeritor. Tertio caſu quando di-
citur quòd beneficium † vt aſſeris, de iurepatrona- 9
tus laicorum vel clericorum exiſtit, tunc etiam pro-
bandi onus quòd eſſet laicorum incumberet impu-
gnanti literas prouiſioois, ex quo impetrans nõ fuo-
dat ſe, nec firmat pedem quod ſit laicorum cum lo-
quatur alternatiuè vel clericorum. in qoo loqoendi
genere ſufficit alteram partem eſſe veram. l. ſi quis
ita ſtipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. & regula in al-
ternatiuis, de reg. iur. in vj. & ſi eſſet clericorum ſolet
derogari ex ſtylo, quinimo quando eſſet laicorum
& clericorum ſimol, qoia dicitur in derogatione, ſi
laicorom tantum, & ex fundatione, vel dotatione
pro medietate, alias io totum quo vltimo caſu, niſi
derogaretur, præponderat qualitas laicalis in mix-
tura annullans prouiſionem, vt plene per Fely. in d.
tract. quan. lite. opc. in vj. ampliatiooe. col. v. ſed in
primo non eſt neceſſaria mentio nec derogatio, vn-
de omiſſo non vitiat, proot eſt communis vſos, & fir
mat Felyn. poſt Rot. in d. tract. iij. limitatione. col. vij.
& annotaui io allegata deciſiooe incipiente, memini,
& ita in vna cauſa coram dom. Martino de Spiooſa,
in qua erat clauſula alternatiua, fuit concluſum de
anno 1523. de menſe Iunij quod teoe meoti ad limi
tationem ſeu declarationem præfati conſilij Card.
lxix. vel quia eſt tertius caſus ibi non expreſſus, &
ſæpe contingeos ac vtilis merito notandus, inquit
text. io l. legaui. in princ. de libe. lega. & oon aſper-
nendus ait in his terminis Bart. io l. meuius. §. duo-
rum. in fi. ff. de lega. ij.

DE SPONSALI ET MATRIM.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium putatiuum data ignorantia in altero ex contrahentibus, an legitimet prolem ſicut verum? & nu. 4.*

2 *Defectus in matrimonio putatiuo non reijcit filios nec efficit non legitimos, ſicut nec impedit legitimationem ex concubinatu.*

3 *Filius ex ancilla genitus, quando dicatur legitimus aut legitimetur?*

5 *Fily*

5 *Filij nati ex matrimonio illicito, quando vterq; vel alter ignorauit impedimentum, ſunt legitimi.*
6 *Filij nati an per ſubſequens matrimonium legitimentur, quando vnus ex contrahentibus ſit nobilis, alter verò viliſsimæ conditionis?*
7 *Matrimonium cum quacunq; etiam publica meretrice, ſine diſtinctione perſonarum contrahi poteſt.*
8 *Opinio ſingularis exiſtẽs pro matrimonio & legitimatione, an ſit ſequenda etiam contra communem?*

DECISIO VNICA.

VTRVM putatiuum matrimonium
1 †data ignorátia in altero ex cõtrahen
tibus legitimet prolem, ſicut verum
in vna Cathanien. legitimationis in-
ter filios don Bartholomæi de Iune-
nio ex vna, & don Peruchium & con-
ſortes de Iuuenio venientes iure cõſanguinitatis ad
caſtra dicti Bartholomæi ex alia, & aſſerentes filios
illegitimos, quia natos ex Antonella coniuncta Ga-
ritæ infra quartum conſanguinitatis gradum, quam
Gatitam Bartholo. proponebatur cognouiſſe carna-
liter, non obſtante quòd Antonella poſtea contraxe
rat publicè in faciem eccleſiæ, coram do. Mercurio
de Vipera 1521. de menſe Maij fuit dubitatũ, & qui-
dam ex dominis tenebant negatiuam, pro qua text.
in c. tanta. qui fil. ſint legi. ſimpliciter loquens. l. j. §.
generaliter. ff. de leg. præſtan. & gl. ibi in hoc reſidet
ſecundum Abb. qui ſequitur iſtam partem ea ratio-
ne, quia in dantibus operam rei illicitæ extra matri-
monium ignorantia non excuſat, cùm magis debeãt
imputari omnia. c. tua. de homic. c. non eſt ſine culpa.
de reg. iur. in vj. But. c. j. pe. col. de offi. deleg. ad idem
Bar. l. ſi adulterium. iij. col. ff. de adulte. quòd quando
coitus fit ſine colore matrimonij, ponitur indiſtinctè
attenta veritate non eo quòd putabatur, ideo ſi erat
conſanguinea punietur de inceſtu, ſi nupta de adul-
terio, ex quo ab initio dabat operam rei illicitæ, &
erat in dolo. arg. l. vulgaris. de furt. & l. eum qui. §. ſi
iniuria. ff. de iniur. Egi. Bellamer. in d. c. tanta. tenet
idem dicens quòd verba, ſed primum verius non
ſunt Ber. gloſatoris reperitur ac Iacob. de Ciconia,
qui fuit epiſcopus Illarden. & ſcripſit ſuper iiij. De-
creta. de quo meminit Hieronymus Paulus Barcbi-
nonen. in tracta. qui intitulatur practica cancella-
riæ, fol. liij. ſuper illo paſſu, Quod papa nequeat le-
gitimare filium Regis non recognoſcentis ſuperio-
rem tenere, idem ibi & Ioan. And. etiam ſecundum
Abb. quaſi ſenſerit quòd ſi ignoranter contraxerit
cum coniugatam filij inde geniti ſint legitimi. c. ex te-
nore. eo. tit. ſecus vbi interuenit contractus matrimo
nij. Butr. etiam videtur dixiſſe idem ibi, vnde puto
quòd quantum ad legitimitatem prolis illa nõ legi-
timaretur inſpecta potius veritate, & quia mater nõ
fuiſſet ſine culpa dando operam rei illicitæ ar. c. fra-
ternitatis. de frig. & malefi. videtur etiam Hen. Boïc.
hoc ſentire in d. c. ex tenore ij. col. ibi fortè contrariũ
& verum. Sed maior pars cõcluſit pro affirmatiua,
& in iſtam in via deciſiua inclinaui, pro qua glo. d. c.
tanta ibi, ſed primum verius eſt: quæ verba ſi Abb.
non habuit in ſuo codice, alij habuerunt & habent.
Item tex. in c. quòd nobis. eo. ti. vbi clarè iſtud firmat
Alexan. dicens prædictam gloſ. eſſe notabilem, quo-
2 niam defectus † in matrimonio putatiuo non reiicit
filios, nec efficit non legitimos, ſicut nec in concubi
natu impedit legitimationem, & eſt notabilis deter-
minatio (inquit) per quam extendimus. c. tanta. c. no-
ſtrum, & c. ex tenore etiam vbi eſſet defectus in con
cubinatu, ſentiens ita tenere But. qui in d. c. tanta. a-
pertè hoc ſentit. ver. quidam ſunt legitimi, dũ æqui-
parat putatiuum vero matrimonio, & in d. c. quòd
nobis inſerens per ipſum extendi. c. tanta. vt quòd
in eo operatur verum matrimonium, ſubſequẽs ope
retur opinatum, & hoc ait tenet ibi glo. Clarum eſt
ergo Butr. tenuiſſe affirmatiuã & taliter intellexiſſe
glo. quicquid implicitè & obſcurè dixerit in ver. vn-
de puto cui dicto tanquam primo, eſto quod eſſet
clarum non ſtaretur, quin Imol. ſecundo, & vt ad gl.
l. qui flur. §. Sabinus. ff. ad trebell. & Abb. c. de quar-
ta. iij. col. de præſcrip. præcipuè firmato & gemina-
to. l. baliſta. cum ibi not. ad trebel. eſt etiam de hoc
glo. in c. non omnis. xxxij. q. ij. cui reſpondebatur
quod iuxta quotam allegatam. c. abiicientur poſsibi
le eſſet matrimonium cum ancillis. Item quòd pro-
cederet, quando cum ancilla, ex qua Iacob. ſine ma-
trimonio filium habuiſſet, poſtea matrimonium vali
dè contraxiſſet. Tertiò quia dicebatur, quòd tunc
legitimus videbatur † filius ex ancilla de voluntate 3
vxoris conceptus. lvj. diſt. Iſmael. cum ibi no. glo. ta-
men quicquid ſit voluit ſufficere, quòd ita reputaba
tur, & ita intelligunt eam doc. vt infrà & an filij an-
cillæ legitimentur per ſubſequẽs matrimonium vi-
deatur Alex. in d. c. tanta. xj. q. pe. char. Ioan. And. nõ
obſtan. intelligentia. Abb. ſequitur gl. ibi, ſed primũ
verius intelligendo eam, quando cum ſecundo igno
rante matrimonium contraxerat, idem quando is
cum quo contraxit ignorat impedimentum, cùm
ſufficiat alterius † ignorantia etiam in putatiuo ad 4
materiam tex. & glo. non quod reſtringat, quando
extra matrimonium fuiſſet quis cõceptus & natus,
quod non ſufficeret putatiuè cõtrahere altero igno
rante, quia eſſet extra terminos prædictos Anto. &
Roſel. in tract. de legitimati. viij. char. ibi viſum eſt
dicit quòd licet determinatio iſta ſit fortis, vt exten-
datur. d. c. ex tenore, etiam vbi adiungitur defectus
in concubinatu, prout eſt gloſſ. in d. c. non omnis,
ſtat tamen in ea propter auctoritatem gloſſ. & Butr.
& Ludouic. de Sardis in eod. tracta. & char. ibi nunc
eſt breuiter pertractandum, iſtud tamen intrepidè
pro quo facit quòd Ioan Lupi de Hiſpania in tracta.
de matri. & legitimati. vij. char. ibi præterea, vt ait
Innoc. Gemi. conſil. lxvj. iij. col. affirmat hoc tenere
glo. in d. c. non omnis. Ioan. And. & But. & ipſe ſequi
tur reſpondens ad generalitatem d. c. tanta, quod di
ſtinguitur per alia iura, vt ſuprà facit, quod tradit
Hoſt. in c. j. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul.
quòd proles ſuſcepta † de non legitimo, imo de nul- 5
lo matrimonio cenſetur legitima, & præfertur opi-
nio veritati non obſtan. d. c. tanta, cùm intelligatur
quando mala fides fuit in vtraq;, prout ibi etiam di-
cit in fi. pe. col. & quod Bald. in l. qui contra. C. de in-
ceſ. nup. & Iaſ. in l. fin. vlt. col. ff. de condi. ſi cauſ. quòd
filij nati ex matrimonio illicito ſunt legitimi, quãdo
vterq; vel alter ignorauit impedimentũ, clarius hoc
tenet Bar. in l. eum qui. ff. de ſta. ho. Et quando ſuper-
uenit diſpenſatio dummodo detur ignorantia, quo-
niam error habetur pro titulo. l. celſus. ff. de vſucap.
& quando vnus tantum ignorabat, remittit ad c. ij.

qui fil.ſint legitimi.Henr.Boic.in d.c.ex renore, lo-
quitur de matrimouio contracto io caſu licito, & ſi
argueretur à fortiori,refert contrarium teuuiſſe Ber.
& Hoſt. in d. c. tanta, & qoando in caſu prohibito
vult alterius ignorantia præſtare excuſationem, &
Iaco.de Ciconia vbi ſuprà tenens negatiuam aſſerit
Hoſtien.& Ala.tenere affirmatiuam,non obſt.quod
Ang.in auth.qui.mo.natu.effi.legitim.§.ſed & aliud.
col.vij.dicit oon legitimari natos † perſequeos ma-
6 trimouium, ſi mulier uou erat matrimonio digna,
quia meretrix aut viliſsimæ conditionis, pater verò
nobilis & diues,prout hæc in don Bartholomæo &
Antooella coocurriſſe prætendebatur,& ſubiicit ita
vidiſſe de facto ſeruari,& conſuluerunt Batt. Fran.
de Piſis.Ang. de Amelia. & Hugo. Pelloti. & plures
alij renueruot quos refert Iaſ. in l. neque profeſsio.
C.de teſta. quia hoc iure canonum non recipit, nec
talis matrimonij prohibitio reperitur, ergo permit-
titur.c.cum apud. de ſpon. & matr. ios autem cano-
nicum in iſtis atteoditur non ciuile abrogatum, vt
proſequitur Alexao.in d.c.taota.in x.q.qui in xj.di-
cit quòd licet cum aocillis matrimonium eſſe non
poſsit,ſi tamen ex ancilla quis ſoſcipit filios ſecuto
mattimonio legitimantur, qoia iure canonico tale
matrimooiom procedit in vj.q.expreſsè tenet cõtra
Ang. & ſequaces, vt legitimetur proles habita ex
7 quacunque meretrice † certa & quocunqoe coitu,
qui poterit eſſe vxorius non diſtincto,an ſit fornica-
rius,vel aliter libidinoſus & damnatus, pro quoc.
iuter opera charitatis.de ſpooſa.& matrim. vbi ſine
diſtinctiooe perſooarum permititur cum publica
meretrice matrimonium,& eſt charitatis immenſæ,
& quanuis ex præmiſsis Ber. Ioan. And.& Butr.pro
vtraque parte adducantur, nihilominus communi-
ter eſt pars affirmatiua,aut ſaltem dubia ex varieta-
te doctorum,quæ facit ambiguum in iure,ait Bar.in
l.qoi Romæ. §.duo fratres. iij.col. ff.de verbo.oblig.
Abb.in c.j.de re iudic. & col.iij. facit c. paſtoralis. de
reſcrip.in v.lectu.de qua ibi Abb. quod licet ius cer
tum,quatenus tamen applicatur ad intellectum hu-
manum, poteſt eſſe dubium, & tunc pro matrimo-
nio & legitimatione.c.fi.de re iudic. maximè ſi vera
eſt,not.Hoſti. in c.ſi vir. de cogn. ſpiri. quod etiam
8 contra commuuem ſit ſequenda ſingularis † opinio
voius, aut maioris partis, ſentiens pro matrimonio
quod eſt periculoſum extra iſtum caſum,iu quo ma-
ioritas aut ad minus paritas ſtat pro matrimonio,&
idem ſi eſſet modica diſparitas,prout iu alia deciſio-
ne incipiente, contractus meo tempore, dico quòd
opinio glo.ſingularis iu iudiciis oon ſeruatur, quic-
quid in oppoſitum ſentiant ſcribentes in j.c.de con-
ſti.in quadam additiooe.& Abb.facit etiam,quia be
nigna,pia,ſancta, & fauorabilis eſt pro affirmatiua
interpretatio regula odia,de regu.iur.in vj. Nam di-
ſpoſitio d.c.tanta eſt,cooſilium iurium omnem ex-
tenſiooem in omoi caſu deſiderat,oon minus quàm
cauſa dotis.l.j.in prin. ff. ſol. matr. oſtenditur in illa
verborum ſubſtantia taora eſt vis matrimonij, ex
qua deprehenditur potentia,virtus,& charitas, in-
quit Alex.ibi,x.q.quæ charitas ampliauda eſt, quia
ſecuudum Apoſtolum ſuperat ſpem & fidem. & ſe-
cuudum eam vnuſquiſque ſibi ius ita dictom deſi-
deratet,igitur aliis dicat. ff.quod quiſq; iur. in rubro
& uigro.& c.cum omnes.de conſti. ex quo enim nũ-
quam excidit crementum, expoſcit quod in hoc &
in alio ſeculo recipit. c.charitas. el j. ij. & iij. cum ibi
no.& per totum,de pœnit.diſtinc.ij. Nec obſt.c.cum
inhibitio. de cland. deſponſ. vbi nou prodeſt igno-
rãria in coitu in figura matrimonij clandeſtioi. ergo
minus debet proficere ſioe matrimonio,cùm mioo-
ris ſit culpæ in tali matrimonio, quàm ſine aliquo,
quia procederet,niſi poſtea publicè in faciem eccle-
ſiæ cootraheretur, ſicut erat in propoſito factum,
quo caſu purgatur vitium claodeſtinitatis, quanuis
detegatur impedimeotum propter bouam fidem
vnius,vt legitima ſit proles.d.c.ij.& d.c.quòd nobis.
qui fil.ſiot legitimi, & ita communiter tenent doct.
inquiunt Aot.de Roſel.& Lud.de Sard.in locis præ-
dictis,licet idem Lud.contrarium ſentiat.

DE SIMONIA.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus reali ſimonia in ſpolio non auditur.*
2 *Simoniacus eſt excommunicatus ipſo iure per ex-
trauagantem Pauli.y.*
3 *Excommunicationis maioris exceptio,repellit agen
tem interdicto recuperanda.*
4 *Verba præſentis & præteriti temporis, licet regu-
lariter pœnam ipſo iure infligant, coniuncta tamen
cum verba ipſo iure, vel eo ipſo inducunt canonem
latæ ſententiæ.*
quia requiritur exercitiũ , ſine quo nominatio cum
receptione non ſufficit ad tradita per Bat.in l.j.§.fa-
miliæ.ff.de publi.& Anch.conſi.cccxcviij.& per alios
quos refert & ſequitur Fel.in c.per tuas.in fi.de ma.
& obe. Quoad ſecundum † vna pars dominorũ vo- 2
lebat eſſe inductam reſeruationẽ à ſimili eius quod
dicitur de Collectore,† vt ſit ſatis quod fuerit crea- 3
tus,etiam ſi moriatur ante acceptationem,vel poſt,
ante exercitiũ.vt inquit Rot.xiiij.de præbẽ.in anõq.
& xj.in no.& Fel.in c.in noſtra.correll.xxj.de reſcrip.
alia tenebat oppoſitũ , ex eo quod eſſet in poteſtate
papæ,& Cardinalium formando literas familiarita-
tis ſub quacunq; data reſeruationem inducere cum
præiudicio tertij.tu aduerte quòd quãdo ſolùm per
literas apparet de acceptatione domini , & non de
mutuo conſenſu acceptari in familiarem , procedit
negatiua, ex quo ad inſtar ſocietatis in contrahenda
familiaritate requiritur conſenſus vtriuſque,ſcilicet
domini & familiaris,dicuot Ioan.And.& Phil.Fran.
in d.c.fi.& Anch.in d.conſi.ſimile de collectore,non
obſt.cum in eo deciſum ſit, quia † collectoria in in- 4
uitum cõfertur,vt habetur in d.deciſ.xj.& confert,
quod tradit Bart.in l.abſenti.ff.de dona. non ſic fa-
miliaritas , vt eſt doctum,& patet ex his quæ Anch.
conſiderat in alleg.conſi.in princ.& eſt iſte caſus fre-
quens dum agitur,an aliquis defunctus fuerit fami-
liaris , & exhibentur literæ familiaritatis duntaxat
in quibus de conſenſu familiaris vel nihil dicitur,
vel illum non probant. Si verò detur acceptatio ac
mutuus conſenſus ſine exercitio , iſte paſſus eſt du-
bius propter deciſio.xiiij.& xj. in quo nihilominus
teneo negatiuam, quoniam caſus ſunt ſatis diuerſi,
vt eſt dictum,& ita reperio tenere Feli.in alleg.corr.
xxj.ſaluo, niſi ſtylus curiæ haberet, quòd eſſent fa-
miliares non exercentes eorum perſonas in fami-
liaritate,eſſent veri familiares ait, & hæc pars habet
rationem,vt ſi non tribuit talibus familiaribus præ-
rogatiuas, prout eſt concluſum circa primum quæ-
ſitum,nec eorum beneficia afficiat, quia aliter ea in
manibus ordinariorum cum effectu & iure permu-
tare non poſſent, neque aliàs vt libera tenere. & ce-
dere ſuppoſita reſeruatione ſecundum Fede.de Sen.
in tract.de permu.benefi.quæſt.j.

FINIS.

DECISIONES CAPELLAE THOLOSANAE.

Vna cum additionibus tam egregij viri Domini STEPHANI AVFRERII, quam etiam quamplurimorum aliorum nouiſſimè adiunctis.

INCIPIVNT dubia & quæſtiones quę in curia archiepiſcopali Tholoſæ tẽpore quo ego Ioannes Corſerij in legibus licentiatus fui officialis Tholoſanus, euenerunt. Cum poſteàq; anno domini, 1483. Iulij verò decima luce, ego Stephanus Aufrerius iuris vtriuſq; doctor inter almæ vniuerſitatis venerabilis ſtudij Tholoſani tunc regentes, uſque pontificium legentes omnium minimus per reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum meum dominum Petrum de Leone miſeratione diuinæ archipræſulem Tholoſanum ad officialis Tholoſani partes, licet immeritus fuiſſem deputatus in conſilio curiæ Archiepiſcopalis Tholoſæ, multorum occurrentium pro tempore dubiorum gratia: Deciſiones infraſcriptas, quas quæſtiones Capellæ vocant, aliquibus in locis ſcriptorum vitio, vel collectorum inaduertentia corruptas atq; defectuoſas, necnon per aliquos ſecundum alphabeti ſeriem (eorum pace dixerim) taliter qualiter ordinatas frequenter allegari conſpicerem: mecum ipſe taciens, ſæpenumero cogitaui, defectibus hiſce congruum remedium adhibere. Tandémq; diuino fretus auxilio, manu calamum arripiens, emendationi iam dictæ accuratiorem operam dare præſumpſi. At deciſionibus eiſdem quaſdam ſubſequentes quæ tempore meo ſuperuenere quæſtiones, & alias materias affines, prout ingenioli mei paruitas præſtare potuit, adijciens, earundem repertorium ſeu tabulam poſtremò conficere mihi certum eſt. Verum quia negare non valeo quin aliqua fuerint in hoc opuſculo per me deſcriptæ: quæ peritorum iudicio poſſunt impunè culpari: idcirco vos huius puſilli laboris mei, lectores, ad quos peruenerint apprimè velim exoratos, quatenus ſi quid in eo malè dictum inueneritis, benignè corrigere & emendare dignemini. Quandoquidem ipſe cum beato Aug. à puero etiam anniculo paratus ſum edoceri. Beneſcripta vero ſi quæ fuerint, non mihi, ſed omnipotẽti Deo, à quo bonum omne deſcendit, & dat omnibus affluenter. & non improperat, attribuatis. Cui laus, honor, virtus, & gloria in ſeculo ſeculorum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato omnis defenſio reſeruatur.*

2 *Fideiuſſor excommunicati an poſsit opponere compenſationem, & de debito ipſius excommunicati.*

3 *Excommunicatus ſi vt actor obtineat ſententiam, non poterit eam executioni facere demandari, niſi eo prius abſoluto.*

4 *Excommunicatus an poterit petere reduci laudum ad arbitrium boni viri.*

QVAESTIO PRIMA.

a ET primò [1] fuit quæſitum, an excommunicatus ſit audiendus petens abſolutionem, ſi excipiatur per partem conuentam de iudicato confeſſato, vel taxato: & excommunicatus ipſe compenſationẽ opponat de alio iudicato: Concluſum fuit quòd non. Niſi iudicatum oppoſitum eſſet liquidum & pars confiteretur, dictæque compenſationi conſentiret. ita tenet Hoſti. in lectu. in ca. cũm inter. de excep. & ibi Henri. Bohic. & ſic intelliguntur Inno. & alij doct. in hac materia loquentes. Et Cyn. in l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iuliam, de adulte.

a Ita voluit in glo. in c. cum inter, infrà alleg. quia qui compenſat, quodammodo agit: & petit l. amplius. ff. rem ra. hab. quam gl. ibidem ſequuntur Io. Vin. Tancre. & in c. ſi aliquãdo. de ſen. excom. idem Goſ. in eo. c. cũm inter. & Bal. idem Cyn. l. quoniã Alex. infrà alle. & facit ſibi no. per Bal. idẽ Bar. in alle. l. amplius. referens idem tenuiſſe Old. & Iaco. de Are. per d. l. amplius. idem Bal. in l. cum pau. in fi. C. de ſen. idẽ Bal. in addi. Spe. parte prima tit. de arb §. excipitur. idem Nelus de ſancto Gemi. in tract. de banni. in ſecũdo tẽpore. parte j. q. lxvj. Paul. de Caſt. conſi. lxvij. j. col. 1 Item videntur voluiſſe Barth, briſi. in quæſtione veneriali: quæ incipit, quæritur vtrum excommunicatus, &c. Idem Phil. in c. dilectæ. de except. o. Archi. j. q. iij. in ſum. in fi. tenere videtur Ioã. And. in alleg. c. cum inter. & Ant. ibidem. Idem Ioan. Fab. inſti. de act. §. in bonæfidei. ſuper glo. fin. 2 Panor. quid & Abb. ſicul. dicitur recitatis opi. glo. & ſequacium & Hoſt. & ſuor. adhęrentium in alle. c. cũm inter. Concludit, quòd licet actor neget & nõ acquieſcat compenſationi, illa tamen ſit admittẽda de æquitate: cũm ſit quædam defenſio. cũm ideo non ſoluat, quod impeditur facto aduerſarij. Si enim actor ſibi ſolueret, excommunicatus ſibi ſatisfaceret. ad quod no. per Bar. in alleg. l. amplius. vbi concludit in periurium non incidere, qui iurat ſoluere & cõpenſat, ratione prędicta Et hoc putat idem Sicu. magis conſonũ iuris rationi. cũm omnis † defenſio excommunicato reſeruetur. d. ca. cũm 1
inter. In iudicando tamen & conſulendo non diſcederem ab opi. Hoſt. quam ſeruat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. l. minima. ff. de legi. l. ſi de interpretatione. ff. eo. tit. & c. cum dilectus. de conſue. facit no. per Ioã And. in c. conqueſtus. de fer. An autem † fideiuſſor excommunicati poſsit op- 2
ponere compenſationem, & de debito ipſius excõmunicati? dic quòd ſic. Et ita concludunt Ioã. And. Ant. & Sicul. in alleg. c. cũm inter. & Ioan. Fab. 3 vbi ſuprà, ſa. quòd tenet Nelus de ſan. ge. vbi ſuprà. q. lxij vbi tenet, quòd fideiuſſor bãniti poteſt compenſare debitum banniti. faciunt no. per Dy. & doc. in regula iuris, qui ius. de reg. iu. lib. vj. gl. & doc. in c. vnico. de iure patro. eo. lib. per Sicu. cõſi. ſuo lxj. in j. coll. & lxxxij. in vl. i. col. in fi. per Ang. Are. inſti. de exce. ſuper rubr. col. xij & xiij. Adde quòd † excõmunicatus ſi vt actor ſententiam obtinuerit, non 3
valebit in effectu: quia non poterit illam executioni facere demandari, niſi eo abſoluto: ſed poſt abſolutionem poterit petere illius executionem: vt dicitur in glo. c. ſignificauerunt. de exce. & probatur in c. pia. eo. ot. lib. vj. tene. Bal. in alleg. ca. cum inter. Inno. & Sicul. in c. exceptione. eo tit. & idem Sicul. in alleg. c. ſignificauerunt. ſecus ſi excõmunicatus vt reus conuentus pro ſe obtinuerit ſententiam: quia poterit executioni demandari non obſtante excommunicatione: ita voluit Inn. in allega. c. exceptionẽ. & Bal. in margari. in verbo excommunicatus. verſi. xxvij. Sed † an excommunicatus poſsit petere 4
reduci laudum ad arbitrium boni viri? Ant. in allega. c. ſignificauerunt. videtur tenere quòd ſic. ſed ibi Siculus contra. & idẽ Bal. in alle. c. cum inter. vbi tenet etiam excõmunicatum principaliter & propter ſe non proponere querelã inofficioſi teſtamenti: vel non numeratæ pecuniæ: nec donationẽ inſinuare: vel bonorum poſſeſſionem agnoſcere. & nil poteſt petere: ſed ſuum animum poteſt declarare ſicut in contractibus: & vt tutor inuentarium & adminiſtrationem tutelæ per decretum iudicis exercere: licet in iudicio cõtentioſo non poſsit ſe legitimare, tamen valebit quantum ad contractus per ſe authorizandos: vt not. in alleg. c. pia. Aduerte tamen in eo quod dictũ eſt de laudo: & quod dici poſſet de nullitate ſententiæ, quia quando mandabitur executioni, bene poterit excõmunicatus petere reduci laudum. vel opponere de nullitate. & ita Anto. & Sicul. in alleg. c. ſignificauerunt. & quatenus concernit nullitatem: vide quæ ſcripſi. j q. ccv. additione.

s ADDITIO Primæ col. Adde Zaba. & Imo. in allega. c. cum inter. Sali. in alle. quoniam. Alex. Alb. in iiij. parte ſtatutorum. q. xcij. Bal. in c. intelleximus. de iudi. quod ſpſe Bal. in alleg. ca. cum inter. dicit eſſe verum in cõpenſatione extrinſeca: ſecus autem in compenſatione intrinſeca: puta quando compenſatur fructus cum ſorte.

1 ADDITIO NOVA. Ad præmiſſa adde & vide Iac.de ſancto Geor.in l.libertus.à parrono.on.2.& ſeq.ff.de in ius voc.

2 Gloſſ.fin.Adde Domi.idem tenentem in alleg.ſumma iiij.q.j.Bar.in l.libertus.j.cum ibi no.per Iaſ.ff.de in ius voc.& per eundem Bart.in l.inter tutores.in verſi.iiij.modo legitur.ff.de admi.tuto.& per Ange.conſi.cxxxij.& cclviij.& Feli.ſande.in alleg.c. cum inter.

3 Io.Fab.De hoc eſt tex.in l.verum.ff de compen.vbi bo.gl.& Pan.de Caſt.ad idē gl.in l.eius.& ibi Bal.& Sali.eo.tit.idem & melius Bal.& Sali.in l.tam mandatori.C.de non nume.pec.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamiliâs excommunicatus propter contumaciam, ſi petat abſolutionem, an teneatur ad expenſas contumaciæ.*

2 *Peculiū aduentitiū filij an acquiratur patri, & an in eo poſsit fieri executio propter eius cotumaciam.*

3 *Filiusfamiliâs an per litis conteſtationem dicatur quaſi contrahere.*

4 *Agens cōtra tertium ex delicto,non poteſt ille conuenire, niſi ille fuerit proſecutus iudicium vſque ad ſententiam.*

QVAESTIO II.

a ITEM fuit quæſitum [a] ſi filiusfamiliâs excommunicatus propter contumaciam petat abſolutio-
1 nem 1,an debeat ante omnia ſoluere expenſas contumaciæ,vel illarū ſolutio differri debeat vſquequo fuerit ſui iuris? Concluſum fuit, quòd abſoluetur purè:& ſolutio expēſarum differetur, donec ſui iuris efficietur,per gl.in l.denique.§.ſed vtrū ff.de mino.in l.quod ſi minor.§.ſi ſeruus.ff.eo.ti.& l.ſi filiofami.ff.ſol.matri. Sic aliâs obſeruatū fuit in dicta capella: quanuis Bar.teneat contrariū in præal.l.ſi filiofami.dicens quod contra filium poteſt procedi dupliciter:
2 vt vel teneatur de peculio 2: vel cōpellatur ad ceſſionem,caſu quo velit carcerem euitare,vel excommunicationem ſecūdum ius canonicū.Et iſto modo ſeruatur Tholoſæ in capella:& ita tenuit Richar.& Bar.in l.ſi dubitetur.§.filiusfamiliâs.ff.de fideiuſ.facit pleniſsimè.ff.de noxa.act.l.& ſi condemnatus.& l.cum & filiifamiliâs.C.de ceſsio.bonorum.

a Et in l.pe.C.qui bon.cedere poſ.in alleg.§.ſed vtrum.§.ſi ſeruus.& in l.quoties.la ij.ff.de noxa.act.& dicit id glo.tenere in præal.l.ſi filiofa Et hanc partem ſequi videtur Io Fab.inſti.de noxa.act.§.fina. Ang. Are.in §.actiones.ij.col.inſtituta.de actione.& Bart.in tract.carce.q.iij qui alleg.l.& cum filius familiâs dicit quòd veritas eſt iſta:aut filius eſt condemnatus & defenſus ita quòd in iudicio quaſi cōtraxit & tunc poteſt fieri executio in peculio: & ita loquitur gl.in alle.l.ſi filiofamiliâs.
1 probatur in l.iij.§.idem ſcribere.de peculio. Aut fuit † condemnatus vt contumax, vt in caſu noſtræ quæſtionis:& tunc ſecus.& ita loquitur glo.in præal.l.& cùm filiusfamiliâs.& l.ſi dubitetur. §.filiusfamiliâs. ff.de fideiuſ. & ita ſentire videtur Sal.in alle l.& cum filiusfamiliâs.Sed in quo peculio fiet executio:quia in eo habetur vt paterfamiliâs.vt l.ij.ff.ad Macedo.fiet etiam executio in aduentitio, patre conſentiente:vt dicit glo.ſingularis in præal.l.ſi condemnatus.& iſtum conſenſum non intelligas in ipſo actu executionis: quia tunc nullam dubitationem haberet:ſed intelligas illam gloſ.quòd pater filio conceſsit adminiſtrationem in aduentitiis.vnde concedendo quòd poſsit adminiſtrare, tunc in cōſequentiam videtur conſentire poſſe fieri executionem.Illo modo intelligunt Bart.& Ioan.de Imo.glo.prædictam in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect.& Ang. Aret.in alleg. §.fi.inſti.de noxa act.
2 Et prædicta intellige, † quando filius condemnatur ex delicto:vt quia eſt contumax: quo etiam caſu fiet executio in aduentitio in quo patri non quæritur vſufruct.l.fina.§ ſin autem patre recuſante.& § filius autem. C.de bo.quæ li.cùm in illis non poſſit patri præiudicare: quia non eſt legitimus adminiſtrator:vt in d.§.ſin autem.Si autem quæratur de peculio profectitio quando filius ſemper fuit contumax, & nunquam comparuit, non fiet executio: quia magis præſumitur condemnatus: quia non ſe defendit,quàm quòd delictum commiſerit:vt l.qui repudiantis.cum glo.in fi.& ibi Barto.& doct.ff.de inoffic.teſtamen.& l.ſi ideo.& ibi Bartol.ff.de euictio.& no.Bald.in l.tranſigere.C.de tranſact.circa medium, etiamſi pater ſcinerit agi contra filiū:vt l.præſes.cum gl.& ibi Bar.C.
de pig.& no.Bar.in l.cùm filius.in fi.prin.ff.de ver.obl. Si † au- 3
tem filius fuit litem conteſtatus, & poſtea ſe abſentauit: quia per lis.conte.dicitur quaſi contraxiſſe:vt d.§.idem ſcribit. fiet executio cōtra patrem in peculio:vt dicit Bar.in alleg.§.ſi de
vectig.quod tamen non placet Io.de Imo.quia † quando agi- 4
tur contra tertium ex delicto, vel iudicio alterius,nunquā ille poteſt conueniri,niſi ille fuerit proſecutus iudicium vſque ad ſententiā:vt d.l.qui repudiantis,igitur,&c.Nec obſt.d.§.idem ſcribit,quia dicitur quaſi cōtrahi ex ſententia,vt ibi: ita etiam dicit Bar.in d.l.cùm filius.quod eſt verius,ſecundum Ang.Are.vbi ſ.facit gl.& ibi Bar.ff.de præt.ſtip. Et prædicta procedunt quando agunt ex delicto,de quo vide per Io.in alle.§.fin.per Spec.& Bal.in addit. tit.de actore. verſ.ſed ecce.& verſic ſeq. Lud.Ro.cōſ.cliiij per Bar.in l.quoties.ff.de noxa.act.Bal.Bar.& doct.in d.l.cum filius fa.& Bal.in l. executorē. C.de exe.rei iud.in ver.modò quæro quid ecōtrà.& in l.ſi.C.de vſu.rei iu.

1 ADDITIO. Petat abſolutionem.Vide do.Guid.Pap.conſ.ccxi.incl. in facto mihi tranſmiſſo.& in deciſ.par la.Gratiano.q.cxxxv.

2 Teneatur de peculio. Idem videtur tenere Bald. in l. cùm filiusfa. infrà alleg.& Gui.Pa.quæſt.cccccxxvi.

ADDITIO NOVA. & el iudica.Adde quòd bona excommunicati rebellis & remanentis per annum in excommunicatione, poſſunt & debent confiſcari & fiſco applicari:infrà deciſ.ccclxv.Ioan.Andr.in c.j. de homicid.in vj.& Ang.Are.in c.quali.& quan.in parag..ad corrigendos. col.iij.extrà.de accuſat.& nihilominus ſi talis rebellis dierum efficeretur deterior, poterit inuitus abſolui ab excommunicatione. Io.And.ex mente ſancti Thomæ de Aquino,cap.j.extrà.de ſentent.excom.lib vj. vide Panorm. in cap. ob excommunicato.vlt.col.de reſcrip.ita refert Iaco.de ſancto Georg. in l. nec emere.C.de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an poſsit eſſe teſtis pro viro: Item an ſponſa pro ſponſo: Item an concubina.*

2 *Vxor an poſsit cogi teſtificari contra maritum.*

3 *Mulier prægnās non cogitur iurare nec teſtificari.*

4 *Mater regulariter non poteſt pro filio teſtificari, niſi in filij ætate comprobanda.*

5 *Pater an poſsit teſtificari pro filio in cauſa religionis.*

6 *Maritus an cogendus ferre teſtimoniū cōtra vxorē.*

QVAESTIO III.

ITEM fuit quæſitum. [a] Aliquis litigans cū Ti- a
tio,vult in teſtē producere vxorē eiuſdem 1 Titij, 1
qui opponit fieri non debere,fuit tandē appunctatum,quòd Titius bene dicit: prout tenet Cy.in l.ij.C.de teſti.& ibi Butri.& Colle.in c.in literis.eod. tit. Et ita fuit in d.capella obſeruatum.& cornat Hoſt.in d.c.& in ſum.de teſti.& haberi.& Spec. hoc videtur tenere in tit.de teſte.§.opponitur. verſ.quid ſi aduerſarius.& co.ti.§ de teſtium compulſione [c].Hoc verum,niſi in defectum probationis: vt not. per eum in c.ſi qui.eo.tit. De marito fuit concluſum, quòd poterit teſtificari contra vxorem,& ad hoc cogi.Primò,quia non inuenitur prohibitus. Secundò, quia non eſt domeſticus vxori.Item quia ceſſant rationes,propter quas mulier non poteſt teſtificari contra maritum,poſitæ in l.ij.C.de teſti.per Cyn.

a Ver.ſed nunquid vxor cogenda.Idem Sicu.in præalle.c.in literis.Idem Iac.Aegidij in tract.de teſte.iij.col. Idem Io.Fab.in præalleg.l.ij.Item Bart.in tract de teſte ver.itē repelluntur
domeſtici. Quòd † autem vxor non poteſt eſſe teſtis pro vi- 1
ro,tenet gl.in d.l.ij.& in l.j.§.ſi vir.& ibi Bar.ff ad Sylle Idem gl.inſti.de teſta §.pater.verſ.in teſtibus. quā ibi ſequuntur Io.Fab.& Ang Are.idē Bar.in l.vxori.ff de fal.Spe. vbi ſ. ver. ſed quid de vxo.& vir.ad idem gl.iiij.q.iij. §. itē in criminali. ver.idonei nō videtur niſi in his,in quibus domeſtica fides ſuſpecta nō eſſet:vt per gl Bal.& doct.in l.parentes.C. de teſti.& in præal.l.Et idem eſt in ſponſo & ſponſa, quia ſunt affines: vt l.quod ſeruus.ff.de condi.ob cau.Ang.vbi ſuprà, maxime ſi ſint in eadem domo,ſecundum Salic.in alle.l.ij.& Bal.Sed quid in
concubina? Bal.Sali.& Ang.vbi ſuprà & Bal.in præallegato c.in literis.dicunt idem,quia domeſtica. Tunc † enim vxor con- 2
tra virū cogetur teſtificari.Ita tenet Ant.in c.j.de teſti.cogen.Sicu & Bal.in alle.c.in literis.& Spe.in d.ver.ſed nunquid cogenda.& Nico.Mil.in ver teſtes.ver.Teſtes à iure priuilegiati,&c.niſi vxor tunc prægnans exiſteret: nam tunc tanquā infirma non videtur ad teſtimoniū cogenda.Bald.& Flo.in l.in uiti.l.au.ff de teſti.facit l.ij.§.ſi verò propter. ff.ſi quis cautio.

idem

2 idem Bal.in l.imperator.ff.de ſta.ho. Quod ſacit pro ꝛ vulgari
3 opinione mulierū: vt mulier † prægnans non cogatur iurare:
quia ſi non cogitur teſtificari, ergo nec iurare, cum debeāt te-
ſtes eſſe iurati. Sed illud intelligi debet ſecundū Bar.in alle.§.
ſi verò, quòd non tenetur perſonaliter in iudicio comparere:
etiam prægnans ex alio, quàm ex marito: ſed debet iudex ad
domū mittere vt iuret & deponat, per l.ad egregias ff de iu-
reiuran. & idem ſi non ſit prægnans. vt ca. mulieres. de iudic.
lib. vj. Et idem in matre in cauſa filiæ, in l.parentes. ibi gl. Cy.
& Bar. C.de teſti. & l.qui teſtamento. §.per contrariū. ff. de te-
ſtamentis. vnà cum gl. ibidē poſita per Spe.in ti.de teſte. § j. &
4 ibi Io. And.in additio. Mater † non poteſt regulariter pro filio
teſtificari, vt in alle.l.parentes. ſallit in cauſa ætatis filij cōpro-
bandæ: vt l.etiam matris. ff.de probatio. gl.in § item in crimi-
nali. verſi. teſtis idoneus. iiij.q.iij. Abbas in c.ſuper eo. de teſti.
Bald.in marga. ver. mater. ver. j. Bar.in l.ij.§ ætas. ff. de ea cuſa.
tuto. idem Bar.in alle.§.per contrariū. idem Ang Are.in alleg.
§.pater inſtituta. de teſta. Iac.Egi.in tract.de teſt. x.coll. Item
in cauſa ſtatus. Bar.in l.iij.§.duæ cauſæ ff.ad Carb idē Io.Fab.
in d.§.pater. ver.ſed neque. & Bar.in tractatu de teſte. Item in
teſtamento militis. Ang. poſt gl. ibi ſuprà. Sed non in cauſa le-
gitimitatis filiorū. Bar.in l. Gallus. in ſi prin. ff. de libe. & poſth.
5 quia falli poteſt in conceptione. Sed pater † bene teſtificatur
pro filio in cauſa religionis. gl.in præalle. verſi. teſtis idoneus.
An autem admittatur in cauſa matrimoniali, vide per Iacob.
Egid. vbi ſuprà, & per Ioan. And. Hoſtien. Bald. & Sicul.in al-
lega. c.ſuper eo.ij. & in c.videtur qui matrimo accu.poſ. Sicu.
6 tamen in alleg. c.in literis in ſi tenere † videtur virum non co-
gendum ferre teſtimonium contra eius vxorem. Niſi ſicut di-
ctum eſt de vxore defectu probationis.

a ADDITIO. Vxorem eiuſdē. An vxor & alij domeſtici poſ-
ſint cogi deponere contra illos quorum ſunt domeſtici. vide
Guidon. Papæ quæſtio. xlv.

a Quod autē Spe.in tit.de teſte. § j.verſi.ſed quid de vxore.
l.vno.j.alla refert quoſdā diſtinguere, an vxor ſit debilis quæ
virum timeat, & reſpuatur. nam variū & mutabile ſemper fœ-
mina. c.forus. de ver.ſig. Aut ſit virago quæ virum non timeat,
imò de facili verberaret eū: & hæc admittatur ſi ſit aliâs bonæ
famæ. arg. iiij.q.iij. verſi. coſ teſtes. & C.de teſti l.ij per gl. Cy.
& doct. & ſentit Sicu.in alle.c.in literis. vbi dicit idem cenſen-
dum de viro reſpectu vxoris. Sed quid in dubio, vbi de præmiſ-
ſis non apparet. Et tunc videtur non admittendum, quia ſunt
domeſtici, vt hic ponitur, & teneat Io.Fab. Bal & Sal.in alleg.
l.ij. & Feli. idem videtur voluiſſe in d.ca in literis. iiij.col.verſi.
fallit iiij. vbi allegat bonas rationes, quas ibi videre potes.

An vxor poteſt teſtificari pro viro vide per doct. Feli. in c.in
literis. in me. iiij.col.verſi. fallit quarto. de for. competen.

ADDITIO. NOVA. Adde Iaco.de ſan.ge.in l.teſtis ido-
neus. ff.de teſti. vbi in gloſ. vlt. tenet, quòd vxor nō poteſt eſſe
teſtis pro viro, nec econtrà. quia eſt perſona domeſtica & di-
citur ſocia diuinæ & humanæ domus. in l.aduerſus. C.de cri.
expeti. hæ. & quia maritus & vxor reputantur eadem caro: ca.
Martinus. Ber.de cog.ſpirit.

De domeſtici, idem tenet Iacob.de ſan.ge.in d.l.teſtis ido-
neus. ff.de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Famulus pro domino eſſe teſtis non poteſt.*
Admittitur tamen ad probandum innocentiam do-
mini qui ad ſui defenſionem aliquem occiderit, nu.2.
Item qui tempore teſtimonij non fuerit domeſticus,
nu.3. & 6.
4 *Domeſtici in cauſa criminali non poſſunt eſſe teſtes.*
5 *Familiares qui dicantur, & qui domeſtici.*
7 *Teſtes domeſtici quibus in caſibus admittantur.*
8 *Domeſtici patris non poſſunt teſtari contra filium,*
nec econtra.
9 *Subditus an poſſit teſtari pro domino ſuo.*

QVAESTIO IIII.

a ITEM fuit quæſitū,[a] an familiaris, vel ſeruitor
produci poſsit contra dominum? Concluſum fuit,
quòd ſic per dicta Spec. & alior. doctor. vbi ſuprà.

1 a Pro domino † verò famulus teſtis regulariter eſſe non po-
teſt. l.ſeruos. & ibi Sali. C.de quæſti. l.etiam. & ibi gl. & docto.
C.de teſti. Bart.in ſuo tract.de teſti. Bal.in tractatu de materia
teſtium. §.circa ſimile. Egi.in ſuo tract.de teſti. vbi ſuprà. ratio,
quia eadē poteſt imperari. ideo non idoneus. iiij.q.iij.§.item
in criminali. verſi. idonei. Cy. Io.Fab. Bal. Sali. & Alex.in alleg.
l.etiam gl. Inn. Io. And. Bal. & Sicu.in c.in literis. de teſt. Quod
verū eſt, niſi ſit famulus honeſtæ perſonæ, & magni domini, 1
nec ſit veriſimile famulum deieraturū. cùm ſit honeſta perſo-
na. Bal. & Alex.in præal. l.etiam. Bar.in alle. l.ſeruos remittēdo
ad l.j.§.diuus. ff.de quæſtio. Inno.in alle.c.in literis. Ang. Aret.
in §.pater. inſt.de teſta. Io.Fa.in § in teſti. eo.ti. Nelus de San.
Gem.in ſuo tract.de teſti.§.domeſtici. Quod limitat niſi eſſet
famulus alicuius magnatis qui ſtaret cum eo, pro ſolis expen-
ſis: quia tunc indiſtinctè repellitur ſecundū Franc. de Zaba.in
c.inſinuante. de offi. deleg. Præterea famulus qui aliâs pro do-
mino repelleretur à teſtimonio, poteſt cum conſenſu admitti.
Spe.tit.de teſte.§.j verſi. quid ſi aduerſarius. Item admittuntur
in cauſa matrimoniali. l.ſi aliàs ſunt honeſtæ perſonæ: dūmo-
dò non ſint filij vel ſerui producentis, vt not. Inno. Ioā And.in
alle.c.in literis. & Miles. §.teſtis. verſi. teſtes familiares. Quod
intelligerem ad coniunctionē matrimonij: quia ad probandū
fornicationē ad finem ſeparationis thori non eſſent idonei:
quod eſt ſpeciale. vt illa quæ domi acta dicūtur, per familiares
probari non poſſint, quod videtur prima facie contra l.con-
ſenſu. C.de re.nu. ita Sicu.in c.in literis. Item admittuntur fa-
miliares ad probandū æſtimationē rerum ablatarū à do Iaco.
de ra. Cy Bar.in vlt.col. & Gali.in l.ſi quādo C.vnde vi. Sicul.
in c.ſi. de his quia vi me.cau.ſi. Item ad † probandū innocen- 2
tiam, vt quod Tinius ad ſui defenſionem occiderit. Spec in ti.
de inquiſitio.§ j.verſi. ſed nunquid. Bal.in l.parētes. C de teſt.
Prædicta dic eſſe vera, ſi ſit in domo domini tēpore iuramenti
& teſtimonij: nam ſi receſſiſſet prius admitteretur pro quodā
domino. Et propterea dicit Sicu.in alle c.in literis conſilium
eſſe: vt expellerentur à ſeruitio per dominū, & poſtea poterit
illos producere Nam ſatis eſt quòd † tempore teſtimonij non 3
ſint domeſtici. l.iij § j.ff. de teſti. & ita dicit tenere Cy.in alle.
l.etiam. & Spe.in ti.de teſte.§.j ver. quid olim dicit. Dic quod
ſi fuerit expulſus per fraudē, id eſt, animo ipſum reaſſumendi
ad famulandū non admittetur. ita Ange. & Sali.in d l.ſeruos.
C.de queſtio Bal.in alleg. c.in literis. in ſi. Io. Fab.in alleg.§.in
teſti. & Ang. Are.in alle.§.pater. inſtit.de teſta. de quo per Bal.
& Sali in alleg l.etiam. Propterea dicit Bal.in d.c. cum literis,
quòd diligēter debet interrogari famulus, quare fuerit expulſus,
& an ſit reuerſurus. Adiiciens quòd poſtquā famulus eſt expul-
ſus, nō ſeruat amorē, ſicut nec affinis ſopita affinitate: vt voluit
glo. ſingularis ff de re iudi. l.ſed hoc ita. Adde, quòd regulari-
ter † domeſtici non poſſunt eſſe teſtes: vt in alleg. l.etiam. & c. 4
in literis. quod verū eſt in cauſis criminalibus: ſiue ſint dome-
ſtici propriè, vt pater filius: ſiue impropriè, vt familiares: ſiue
impropriiſſimè, vt coloni & laboratores, liberi, mercenarij,
ſecundū gl. in alleg.§.in teſti. & doct in alleg. c.in literis. & in
l.etiam. glo. in q.v.c.j. quæ dicit, quòd † largè omnes dicuntur 5
familiares, qui cohabitant cum aliquo, vt in alle. c in literis &
c.inſinuante. de offi. deleg. Idem videtur Goſ. voluiſſe in alleg.
c.in literis. vbi Bal. dicit, quòd familiares ſunt, quib[9] imperari
poteſt de iure vel de facto. Domeſtici verò, omnes qui viuunt
ad vnum panem & vinum alleg.§.cogitandum. in authentica
de mona. Glana.in §.familiaris. ſequitur Goff. adiiciens, quòd
quando aliqui dicuntur familiares, domeſtici intelliguntur o-
mnes qui expenſis alicuius commenſales continuè exiſtunt:
etiāſi aliquando abeſſe pro eius negotiis gerendis contingat.
vt no.in c.ſi. de ver.ſig. lib.vj. Idem voluit Io. Fab.in alleg §.in
teſti. Et propterea de ſtylo curiæ parlamēti non repellitur te-
ſtis, ſi opponatur quòd ſit familiaris, niſi adiiciatur quòd ſit
cōmenſalis cōtinuus, vel ad potum & ollam. Admittuntur ta-
men in crimine læſæ maieſtatis ſecundū aliquos. Et in † ciui- 6
libus quando deſierunt eſſe domeſtici tempore iuramenti, vt
prædictū eſt: per Bar.in l.j.§.item nummo. ff de quæſtio. Item
in factis quæ non niſi per domeſticos probari poſſunt. l.con-
ſenſu. & ibi Bal. & Sali. C.de repudi. Bal.in l.parentes. C.de te-
ſtib. vbi idem dicit in vxore & fratre. Et tenet Bald.in l.ſi §.li-
centiam. C.de iure deliberan. vbi dicit idem in familiaribus: &
tenet Bar in l.interdum. §.vniuerſitatis. ff.de rerū diui ſiō. in
c.veniēs. de teſti. & c & ſi Chriſtus, de iureiur. in ſi. c.peruenit.
de teſti. xiiij.q.ij. quanquam. l.lex quæ. & ibi Bal. C.de admini.
tu. Spe.in tit de teſte.§ j.verſi. item quòd eſt domeſticus. Spe.
in tit.de inquiſitione.§.j. ver, hoc etiam no. Sed quando aliter
quàm per eos veritas nō poſſit haberi, debet probari per eum
qui produxit domeſticos: ſecundū Ant Imo. & Domi in c.di-
lectorum. de teſti cog. Quòd autem dictum eſt intelligitur in
his quæ ſolita ſunt pertractari inter domeſticos, non aliter:
quia ſic eſſet in poteſtate iudicis inquirentis allegare carentiā
teſtiū fide dignorū, & teſtes minus idoneos recipere, ſecundū
Ioan. Fran. de peru.in conſilio, viſis ac perlectis ſcripturis, &c.
qui alleg. Ant.in conſilio videtur primò non admittēda. in ſi.
Non obſtant † iura quæ dicunt teſtes domeſticos recipi poſſe, 7

vbi alia nõ habetur probatio. quia loquũtur in actibus in quibus habitu & actu attento cõmuni curſu teſtes alij nõ habentur: vt quia cõmuniter geritur aliis excluſis. Sed vbi actus (attento cõmuni curſu) ſic ſe exhibet quòd de eo poſſunt alij teſtes habere, licet fortè non habeãtur actu, non recipiunt teſtes non integri ad plenã fidem alias ſemper teſtes admitterẽtur & probarẽtur non integri: quia pars allegaret ſe teſtes alios non habere, pro hoc gl. ij c. iij. de proba. Itẽ admittũtur domeſtici: & etiã vxor ad probandũ ſubſtractionẽ de rebus hæreditatis factã per hæredẽ. Bal. in auth. ſed cũ teſtator. ij col. C. ad l. Falc. Item ad probandũ ꝙ quis voluerit vxorẽ necare, vel alia delicta domeſtica, ſecundũ Sal. in l. fi. C. de ſic. Item ad probandũ ſupellectilia d. l. lex quia tutores. & ibi Bart. Bald & Sal. C. de admi. tu. Item in factis antiquis (aliis deficientibus probationibus) Bal in c. vaſallus. ad fi. ſi de feu fue. controuer. inter dom. & vaſal. Item admittũtur ſi ſint domeſtici epiſcoporũ Bal. in add. Spec. ti. de inquiſitio. vel. epiſc. dum tamẽ ſint perſonæ graues & honeſtæ ſecundũ doct. Bal. Sal. alle. l. etiam Item ad probãdũ ea quæ prædicta ſunt in naui. vel in domo: & ſic contra dominũ domus vel nauis. Bar. Ang. & Iac. Re. in l. quoties. C. de naufra lib. x. & Bart. in alle. l. fi. § licẽtiã C. de iure delib. Item ad probandũ pro muto, & interpretãdũ ſigna eius. Bart. in l. mutũ. in prin ff. de acquir. hære. Item poſſunt eſſe teſtes in inſtrumẽtis: quia ceſſat ſuſpicio, ex quo ſic partibus placuit: facit no. per Bald. in l. inſtrumẽta. in fi. C. de proba. & no. in d. l. etiã. Sed an in teſtamẽtis? remittit Bal. ad no. in l. qui teſtamẽto. ff. de teſta. Itẽ admittũtur cõtra domeſticũ. Spe. tit. de teſte. §. j verſi. quid ſi aduerſarius. Milus. vbi ſuprà, qui ad hoc alleg. Nico. de Mera. & Bal. in præal. l. etiã. Item admittuntur fauore eccleſiæ. glo. in c. ij. xxix. diſt. & gl. xiiij. q. ij. in ſumma. Item niſi ſit pariter domeſticus ei contra quẽ producitur. l. non ſolũ. de ritu nup. doc. in d. l. etiam. & ibi gl. & Pe. de ſanc. Geor. dicunt verũ, ſi ratione domeſticitatis tantùm repellebatur. ſecus ſi ratione reuerẽtiæ. de quo per Bal. in l. inſtructa. in fi C. de prob. & in d. l. etiã. dum dicit admitti teſtimoniũ domeſticorũ quãdo eſt quæſtio inter eos. Bal. & Phil. in c. poſtremo. de appella. & Milij. vbi ſuprà. Item ſi domeſticus deponat pro, & contra, tunc probat, tùm eius teſtimoniũ non poſſit pro parte tãtùm acceptari, doct. & Pet. de ſan. in d. l. etiã. Itẽ quãdo ſunt plures domeſtici: quia plenè probãt: vnus verò facit indiciũ. Bar. ſingulariter in l. ij. in prin. de execu. tut. Et prædicta vera etiam ſi non opponatur per partẽ: quia nihilominus domeſtici repelluntur, ſecundũ doct. Nic. de ma. Bal. & Pet. de ſan. in d. l. etiã. ſed Spec. & Io. And. in addi. ſpe. de teſte. §. ij. verſi. quid ſi vidit teſtẽ. dicũt contrariũ, quòd ſtatur eius dicto, ſi pars vidit eum contra ſe produci, & tacuit, niſi dictũ eius ſit falſum ſecũdum Io. And. ibidẽ. Item domeſtici ſcholariũ, artificũ, & officialiũ: puta famuli, non ſunt teſtes idonei. Sal. & Bal. in alle. l. etiam. qui refert ita no. Inno. in alleg. c. inſinuante. & c. in literis. Sed quid, an domeſticus tẽpore lati teſtimonij poſſit teſtificari de his, quæ vidit ante tẽpus domeſticitatis? Bar. in l. j. ff. de quæſt.
8 tenet: quòd non poteſt. Idẽ Ang. conſilio vnico. Adde † quòd domeſtici patris non ſunt idonei in cauſa filij, nec econtrà: maximè, ſi pater & filius ſimul demorẽtur. ita tenet Io. Fab. in alleg. §. in reſti. in fi. vbi etiã tenet: quòd homines de corpore, vel taliabiles ad voluntatẽ non ſunt idonei: ſecus ſi ſolum eſſent ſubditi ratione iuriſdictionis: niſi dominus eſſet talis: qui ſubditos pro ipſo teſtificare nolẽtes cõſueuiſſet opprimere. ita etiã voluit idẽ Io. Fab. Bal. & Sali. in alle. l. etiã. Et Milus in §. teſtis. verſi. teſtificari. dicens † quòd ſubditus poteſt teſtificari
9 pro rege domino ſuo. adducit no. per Cy. in alle. l. eos. niſi dominus ſit talis, qui veriſimiliter ſubditis ſuis metũ inferat: ſed in dubio non admitteretur vt ibi no per Bal. C. de teſti. idem quod Bal. & Sali. tenet Ang. Are. in §. pater. de teſta. inſti. idem Bar. in l. idonei. ff. de teſti. idem Io. And. in additio. Spec. tit. de teſte. §. j verſi ſed nũquid vaſallus. vbi videtur tenere vaſallum poſſe teſtificari pro dño. ſed ꝙ minor fides eidem adhibetur.

4 ADDITIO. Honeſtæ perſonæ. vide latiſsimè per Feli. in alleg. c. in literis. ca. ij. col. verſi. fallit ſecundò, vbi poſt Anto. & Imo. tamẽ illud idem quod hic ponitur: adiicientes, quòd vbi ex coniecturis eſt dubitatio de mendacio, vt iudicio corrupto, integritas vel ſanctimonia perſonæ tollit omnem ſuſpicionẽ, ad hoc plures addidi authoritates quas vbi ſuprà vide.

SVMMARIVM.

1. *Actore conueniente cum reo lite pendente, reus tenetur etiam ad expenſas.*
Item quando alter litigantium cedit liti.
Fallit niſi fuerit iuſta cauſa quare liti renunciet.

QVAESTIO V.

a ITEM fuit quæſitum[a], an ſi lite pendente actor cõueniat cũ parte cõuenta: vel ſibi ſoluatur, aut aliter ſatisfiat id, quod principaliter petitum eſt, an ipſe actor poſſit petere expenſas factas in dicta lite? Et fuit cõcluſum ꝙ ſic: quia omnia iudicia ſunt abſolutoria. vt inſt. de per. & tẽp. ac. §. fi. & ita tenet Io. Fab.

a Et ita vidi de facto ſemper obſeruari: idem † dic quando alter litigantium liti cedit: quia etiam debet in expenſis condemnari. Tenet Bal. in auth. contra qui propriam. in princ. C. de non nume. pecu. & in l. poſtquam liti. vel. v. quæritur. C. de pact. Idem ibi Salic. in viij. q. Quod verum eſt, niſi cauſa propter quam renunciat, ſuperuenerit de nouo, ſecundum Bald. vbi ſuprà, Ange. & doct. in l. deſtitiſſe. ff. de iudic. & bene facit illa l. in fi. ſecundum Salic. vbi ſuprà. 1

SVMMARIVM.

1 *Procurator Epiſcopi iniuſtè mouens litem contra partem, condemnandus in expenſis.*
2 *Accuſans aliquem propter neceſsitatem officij, excuſatur à pœna præſumpta calumniæ.*
Non tamen excuſatur à probata calumnia. ibid.

QVAESTIO VI.

ITEM fuit quæſitum, a Si procurator epiſcopi, qui facit partem contra prauenros, reperiatur iniuſtè mouiſſe litem, an debeat in expenſis condemnari? Concluſum fuit quòd ſic, per no. per Cy. in l. ſancimus. C. de iudic. & per Collect. in c. finem. de dolo & contum. & in c. ij. de cal. in fi. vbi a[illegible] l. ſeueriter. C. de excu. tuto. & ibi Cyn. facit quod not. Ioan. Andr. in c. cùm dilectus. a

a Adde Io. Fab. in l. non eſt. C. de admini. tut. vbi dicit idem credere de Seneſchalis & iudicibus curiarum, qui ex officio calumnioſè vexant partes, quòd debeant condemnari in expenſis & damnis, & ſoluere de proprio, ſicut de procuratore curiarum, quod eſt no. d. l. ſeueriter. Et dicerem † procuratorem iniuſte litem mouiſſe 1, quando accuſauit, vel partẽ fecit, nulla præcedente infamia, vel nullis præcedentibus indiciis: quia tunc eſt contra eum præſumendũ 2. vnde ſicut prædictũ eſt, parti condemnari debet in expenſis & damnis, ſecundum C[illegible]. & Bal. in alleg. l. ſancimus. Si autem non appareat de euidenti calumnia: puta quia fama vel indiciis præcedentibus partem fecit, tunc excuſatur ab ipſis expẽſis propter illam concluſionem generalẽ, quam ponunt doct. in l. ij. C. qui accuſ. non poſ. per quam l. ibidem legiſtæ & canoniſtæ, maximè Ant. in alleg. c. cum dilecti. in fi. vlt. col. tradunt iſtam regulã. Quod ille † qui aliquem accuſat propter neceſſitatem officij, excuſatur à pœna præſumptæ calumniæ 3. facit no. Bar. in l. ij §. ſi publico. ff. ad l. Iul. de adult[illegible] excuſatur à probata calumnia Bal. in l. iubemus. in pr[illegible] de prob idẽ Ant. vbi ſuprà, Adiiciens, quòd ſi iudex præcedente fama formata inquiſitionem, excuſatur à præſumpta calumnia [illegible] ſoluere expenſas factas in illa inquiſitione; quia procedit ex neceſſitate officij fama præcedente. ita dicit Bal. in l. obſeruare. § proficiſ[illegible] ff. [illegible] procons. xvj. q. & alle. Cy. in præalle[illegible] ueriter. Ide[illegible] An[illegible] Are. in tract. malef xiiij. col. & ibi Ange. in addit. & ve[illegible] ad[illegible] nuntiationem. viij. col. Ioan. Fab. in d. l. ſeueriter. & in [illegible] eadem. C. de accuſ. & ibi Salic. Idem Bald. in eadem l. ſeueriter. Sicul. in d. cap. ij. de cal. & in alleg. c. cùm dilecti.

1 ADDITIO. Iniuſtè mouiſſe litem. Tu vide de hac quæſt. & quid Apoſt. habetur ver. & dicerem. Gui. pa. deciſ. ccccxlvj. & melius in quæſt. cccxxiij.

2 ADDITIO NOVA. Præſumendum. Ad quod vide tex. in c. j. & ij. de accu. in vj. ex quibus Ber. in addit. tracta. malefic in verbo, fama publica. ſing. dicitur ꝙ nunquã ſentẽtia condẽnatoria ſequi poteſt ex inquiſitione formata ſuper aliquo delicto publica diffamatione cõtra inquiſitũ non præcedẽte, etiã probato delicto, ſi tamen opponatur inquiſitionẽ nõ procedere.

3 Præſumptæ calumniæ. Adde ſingulariter Barth. Cep. conſi. lxxiiij. & v. col. gloſ. & Bart in l. athletas §. calumniator. ff. de infa. & gl. in c. j. in fi. de elect. lib. vj. & latius per Feli. in c. ij. de calum. iij. col. verſic. viij. glo. ij.

SVMMARIVM.

1 *Turpilliani pœna tenetur, ad cuius inſtantiam iudex inquirit. ſi inquiſitio non probetur. Ac etiam condemnatur in expenſis.*
2 *Falſi pœna qui teneantur.*

QVAESTIO VII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si procurator epiſcopi
mouit litem in cauſa præuentionis contra Titium
ad inſtigationem Tullij, & dictus Titius fuit abſolu
tus, & pòſt vult agere contra dictum Tullium ad
damna & intereſſe: dictum fuit quòd poteſt: vt in l.
ſeueritet. C. de excuſ. tuto. Et vult producere pro-
curatorem in teſtem & notarium cauſæ. Concluſum
fuit, quòd poteſt etiam inuitos & renitentes: quia edi
ctum de teſtibus, eſt prohibitorium: & probationes
1 ſunt ampliandæ & non reſtringendæ [1].

a Quinimo dicit Ang. in tract. maleſi. in ver. necnon ad que-
1 relam. in prin. Quòd † talis ad cuius inſtantiã querelã vel inſti-
gationẽ iudex inquirit, ſi inquiſitio nõ probetur, tenetur pœ-
na Turpilliani. & etiã cõdemnatur in expẽſis: ac ſi principali-
ter accuſaſſet, & nõ probaſſet accuſationẽ: vt eſt tex. gl. & Bar.
in l. j § incidit. ff. ad Turp. tex. gl. & Bar. in l in ſenatũ ff. eo. ti.
§. oã ad eos & eſt tex. in l. ob hæc verba. ff. de inſa. & ibi Bal. &
Ang. & Auguſt. in addi. loco prædi. refert Ang. dixiſſe in l iij. ff.
de crimi. ſtellio. quòd iſti inſtigatores tenẽtur crimine ſtellio-
natus: & ſic puniũtur iudicis arbitrio. & idẽ voluiſſe in d. l. ob
1 hæc verba. Si † tamen aliquis cũ pecunia faceret, ꝙ vnus denũ-
ciaret iudici iniquè aliquod maleficiũ: vt iudex contra eũ pro-
cederet, tenetur pœna falſi. l. lege Corneli. §. ſi & ibi Bar. ff. de
Fa. l Quòd autem iſte promouens iudicẽ in ſormãdo ſuam in-
quiſitionẽ, teneatur in expenſis, ſi reus fuerit abſolutus, tenet
Catal. in tract. ſyndica. q. clxxxj. nihilominus venit extraordi-
nariè puniendus. tex. in c. l. de cal. & ibi doct. Hoſti. in ſumma,
eo. ti. § ſi Ioan Fab. in alle. l. ea quidem. C. de accuſa. Ad quod
bene facit quod punit Ioan. And. in nouella in c. Romana. de
teſti. lib. vj ſuper gloſſ. ij. & ibi Domi.

1 Reſtringendæ. Hoc dictum notum habet in l. quoniam. in
ſi. C. de hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Donans ſe & ſua alicui loco religioſo non mutato habitu, æquiparatur ſecularibus, nec poteſt ſe priui legio religioſorum defendere contra ſeculares.*

2 *Eremita non gaudet priuilegio religioſorum.*

QVAESTIO VIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] aliquis laicus dedit ſe
& ſua alicui loco religioſo, non mutato habitu, capi
tur per tẽporales: an poſsit peti, remitti per eccleſiã?
Concluſum fuit, quòd non: per no. Collecta. in c. nõ
dubium. de ſent. excom. & in clem. j. de religi. domi.
& clem. j. de deci. per Guliel[illegible] in cle.
per literas. de præben. [illegible]

a Idem tenet Sic[illegible] c. ij. de fo. cõpe.
Idem Fran. de[illegible] per literas: tales
1 † enim [illegible] auth. ingreſsi. C. de ſa
cro[illegible] Zaba. relatus ab Imo in
[illegible] & † idem de eremita: vt te-
[illegible] Ioan. de lig. in d. cle. per literas.
[illegible] pe. idem de rectoribus hoſpitaliũ
[illegible] & cõiugin, ſecundũ iam dictos Guli.
[illegible] & Sicu in locis præalle. Maximè circa prin.
Ad quod benè facit ꝙ dicit Bal. in præal. auth. in tij. q. & Imo.
in c. ꝙ à te. de cler. coniug. in ſi. videlicet ꝙ oblati, qui renun-
ciant ſeculo, monachis comparantur. alle. idem Bal. gl. in cle. j.
de deci. in clem. & ibi eſt bonus tex. vbi Zaba. q. xxav.

1 Auoſtro. De cle. coniug. Adde gloſſ. in c. vt lex conti-
nentiæ. xxxvij q j. & in cle. j. de deci. & ibi per Laudu. Zabar.
& Imo. quibus adde Feli. in alleg. c. non dubium.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus poteſt agere nomine ſacerdotis, qui ſe & ſua dedit alicui loco religioſo non mutato habitu.*

QVAESTIO IX.

a ITEM fuit quæſitũ [a] de presbytero, qui † dedit
1 ſe & ſua alicui loco religioſo, nihil retẽto, nec mu-
tato habitu: An ipſe poſsit agere, vel cõuentus nomi
ne ipſius? cõcluſum fuit, ꝙ conuentus poteſt agere
nomine ipſius per auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl.
cum ibi no. & per Spec. tit. de ſtatu reg. per totum.

a Idem Sicu. conſilio ſuo liij. Et intelligo quòd in dicta do-
natione veniant nedum bona præſentia, ſed etiam futura: vt
tenet Sicu. in c. ſi. de ſucceſ ab inteſtato, pro quo gl in c. vt lex
continentiæ. xxvij. q. j & ibidem hoc tenet Archid.

SVMMARIVM.

1 *Salarium filijfamil. notarij an cenſeatur quaſi ca-ſtrenſe, & de illo teſtari poſsit.*

2 *Salarium partium in aduocatis modernis, eſt ſubro-gatum in locum ſalarij publici.*

QVAESTIO X.

ITEM fuit quæſitum, [a] an † illud quod lucratur a
filiusfa. notarius † , cẽſeatur peculium quaſi caſtren 1
ſe, ita quod de illo teſtari poſsit? Concluſum fuit 1
quòd ſic. per l. C. de inoffi. teſta. & ibi per Cy. & per
gloſſ. rubric. e. C. de tab. lib. x.

a Idem Io. Fa. inſt. per quas perſo. nobis acquiri. Idẽ Io. And.
in addi. Spe. ti. de actore §. j. ver. itẽ quod eſt filiusfa. xiij col. ta
men ibi Spe tenet contrariũ niſi tales perciperẽt ſalariũ de pu
blico. Idem tenet Bal. in l. cũ oportet. iiij. col. C. de bo. quæ lib.
Idem Clauaſ. in ver. peculiũ ver. iiij dum dicit ꝙ notarij cõmu
nes nõ acquirũt quaſi caſtrenſe, ſed ſolũ notarij officialiũ qui
deberẽt habere ſalariũ de publico: præcedẽs tamen opinio eſt
cõmunior. pro quo bene facit gl. in addi. iij. l. ſori. C. de aduo.
diuer. iij. Et idem † in aduocatis [2] moderni tẽporis: quia ſa- 2
larium partiũ ſubrogatum eſt in locũ ſalarij publici: vt dicit gl. 2
prædicta. Idem in doctore vel aſſeſſore. Bar. in alle. l. ſori. & in
l. vlt. C. de aſſeſ. idẽ Sali. in alle. l. ſi. & Io. Fab vbi ſuprà, qui di-
cit idẽ in proxenetis ciuitatũ, qui publicè inſtituũt, & publicè
ſeruiunt. idem ſecundũ eum in ſeruien. curiæ. pro quo bene fa-
cit ꝙ d. Ang Aret. inſti. per quas perſo. §. igitur. ergo in ea. glo.
ibi, de publico. Et quod dictum eſt de doctore, aduocato, &
aſſeſſore. tenet etiam Bart. in l. in bonus. C. de ſilen. lib. xij.

1 Auoſtro. Filiusſa. notarius. Vide Gui. pa. de hoc quæ-
ſtio. cõſi. cer incip. circa proceſſum. nu 4 ver. Secto quia licet.

2 Idem in aduocatis. Vide de hoc Gui. pa. q ſua cal. & quod
ibi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes diſcordantes in tempore ſuper actu non reite rabili non probant. Secus in actu reiterabili.*

2 *Reus an abſoluendus, ſi in libello exprimatur dies certus, teſtibus de alio die probantibus.*

QVAESTIO XI.

ITEM fuit quæſitum, [a] Si teſtes † diſcordant de a
tẽpore, an valeat eorum dictũ ſeu depoſitio? Cõclu- 1
ſum fuit ꝙ ſi deponãt ſuper actu nõ reiterabili, vt ho
micidium, nõ valet eorũ depoſitio, per no. in c. cum
cauſam. de teſti. Si verò de actu reiterabili, vt adulte-
rium, tunc ſic, fuit alleg. no. Innoc. in c. qualiter &
quando. de accu. & Collecta. in c. ex tenore. de teſti.
cũ ibi no. & in c. nihilominus. iij. q. ix. Vltra hæc vide
ad ſatietatem in d. c. qualiter & quando. per Hen.

a Idem voluerũt Spe. & Io. And in addi. in titulo de teſte. §.
iam de interrogationibus: ver. quid ſi vnus teſtis. Bar. & Bal. in pri
ma conſti. C. Bal. in marga. ver. teſtis j. col. Fed. de ſen. cõſ. clxij.
ſecundũ ordinẽ meũ. Bar. cõſ. cxi. incip. accuſatio fuit inſtituta,
in ſi. Ludo in ſi ij. anni. alviij. quod incipit ſi teſtes. Pe. de Anch.
conſ. ſuo cclxxxvj. & ccclxxxix. Bar. & Imo. in l. ij. §. pe. ff. ſi cer.
pe. Ang Are. in tract. malef. in verſi. falſario. vij. col. & ibi Ang.
in addi. Sali. in l. teſtium. C. de teſti. Bar. & Imo. in l. inter ſtipu-
lãtem. § j. ff. de ver obl. Anto. & Sicu. in c. cũ tu. de teſti Bar. in
tract. de teſte. Nellus de Sancto Ge. in ſuo tracta. de teſte. xxx.
col. verſi contrarietas. Fran. Are. in c. cũ oporteat. & in alle. c.
qualiter & quãdo. ij. de accu. Et crederẽ dicendũ, ꝙ per redu-
ctionem teſtiũ ad concordiã per diuerſitatẽ actionũ remanet
integra probatio ſuper quolibet actu, tunc bene fit reductio,
non vt probẽt, ſed vt euitẽt periuriũ: vt no. Io. And. vbi ſuprà,
& quãdo teſtes remanẽt ſingulares. vt c. cũ dilecti. de elect. &
c. licet. de prob. Aut remanet integra probatio ſuper quolibet
actu, tunc ſiet reductio etiã vt probent. tex. eſt in alleg. c. cum
voluit. Io. And. in addi. prædicta. Si verò probatio eſt æquiuo-
ca, neceſſariò non cõcludens intentum producentis, tunc non
probat, ad hoc c. in præſentia. de prob. & optimè probatur in
c. inter dilectos. §. cæterùm. de fid. inſtr. ita dicit Sicu. [1], in d. c. 1
cum tu. & idem voluit Sali. vbi ſuprà. Et præmiſſa ſecundũ An-

tonium ſunt intelligenda, quando tales teſtes ſunt ab eadem parte producti. Et ſecundum eum dicta concordia poteſt etiã fieri de vno teſte ad ſeipſum: vt eius dicta reducantur ad concordiam: nedum vt falſitatem euitet: ſed etiam vt probet. ita dicit Anto. in alleg. c. cum tu Adde q cccx. infrà, & quę per me poſita ſunt ibidem in additione. Ex quibus & præmiſsis infer-
2 tur ad ſolutionem quæſtionis difficilis, vtrum † ſi exprimatur dies in libello, & teſtes probent de alia die, vel non probent de die vel de menſe contento in accuſatione, an reus debeat abſolui? vide Bar. & Inno. in l. is qui reus. ff. de public. iudi. per Fran. Are. in alleg. c. qualiter & quando. ij. §. debet. Et quid ſi agatur actione ciuili ex contractu: & in libello deducatur contractus factus certo tempore, vtrum ſi teſtes ſuper contractu deponunt: ſed de tempore vel loco dicunt ſe non recordari: probent concludenter contractum deductum in libello? vide per Bar. vbi ſuprà, per Inno. Ant. & Fran. in alleg. c. cum oporteat. per Nelium vbi ſuprà ver. teſtis nõ tenetur recordari, &c. Et concordant Zenze & Domi.

1 Additio. Ita dicit Sicu. Cum additio. Feli. in eo. c. cùm tu. ij. col. verſi. modo iſtis de cetſis. vbi ponit plura exempla & modos teſtes concordandi, quos ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Audire teſtes, ſacramẽtum recipere, & ſimilia, an iudex delegatus poſsit committere alteri perſonæ quàm nominatæ, in c. ſtatutum, de reſcrip. lib. vj.*

2 *Examen teſtium ſubdelegatus an poſsit alicui committere.*

3 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, an poſsit alicui committere articulum iuriſdictionale.*

4 *Executores apoſtolicarum literarum an poſsint ſubdelegare nudum miniſterium perſonis non conſtitutis in dignitate.*

QVAESTIO XII.

a ITEM fuit quæſitum, ᵃan vnum articulum cauſæ videlicet, audire teſtes, & eorum ſacramentum
1 recipere, & ſimilia, poſsit † iudex delegatus committere alteri perſonæ quàm nominatæ in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. Concluſum fuit quòd ſic, per gloſſ. poſitam in d. c. ſtatutum. ſuper verſic. cauſæ. & idem Archidiaco. ibidem. Idem gloſſ. in eo cap. §. in nullo. ſuper ver. vices.

2 a Idem Domi. ibidem. Sed an † ſubdelegatus delegati à principe, vel delegatus ordinarij ad certam cauſam poſsit committere teſtium receptionem, vel quemcunq; alium actum cauſæ cognitionem requirentem? dic quòd nõ: ſed bene nudum miniſterium, ſeu nudam examinationem teſtiũ per eum receptorum committere poteſt. Ad quod tex. opti. in c. ſuper quæſtionum. in ver. nos autẽ. de offi. deleg. & ibi Io. And. & Sicu. Idem Sicu. in c. cũ Bertoldus. de re iud. vij. & viij. col. poſt In. & Hoſt. Spec. in tit. deleg. § j. ver ſed nunquid delegatus, glo. ſi in cle. vnica. de offi. deleg. & ibi Ioan. de Imo Fran. & Sicu. Fallit in
3 † delegato ad vniuerſitatem cauſarum: quia ille bene poteſt committere articulũ iuriſdictionalem: vt in officiali foraneo, glo. & doct. in c. cùm cauſam. de appel. doc. in alle. c. cum Bertoldus. Io. Fab. & doc. in l. à iudice. C. de iud. Bar. in l. more maiorum ff. de iuriſdi. om iud. Item fallit in delegato proconſulis, vel legati de latere: vt no. in alle. l. à iudice. & in c. ij. de offi. lega. lib. vj. Item fallit, ſi ordinarius deleget cauſam cũ poteſtate ſubdelegandi, ſecundum gl. in c. is cui. de offi. deleg. li. vj. Bar. in loco præal. item Sicu. in c. ſuper quæſtionum. §. porro. & in alleg. c. cum Bertoldus. viij. col. Idem Bal. & Sal. in præal. l. à iudice? Domi. in alle. c. is cui. Rota dec. cccl.xviij. aliàs deciſ. iiij. de offi. deleg. in nouis. Contrarium tamen tenuit Archid. in c. quamuis. de offi. dele. li. vj. Io Fab. in alle. l. à iudice. & multi alij relati per Fran in alle cle. Quorum opi. ſecundum Pau. in alle. c. is cui. poteſt intelligi in ſubdelegato à delegato principis cum illa clauſula, ſecus autem in delegato ordinarij: de quo loquitur Io. And. ita dicit Sicu. in præall. §. porro. & ibidẽ.
1 eſt ſingularis glo. 1. An † autem executores literarum apoſto-
4 licarum poſsint ſubdelegare nudum miniſterium perſonis nõ conſtitutis in dignitate 2, vel non habentibus qualitatem di-
2 cta c. ſtatutum? dic quòd ſic: & ita ſeruatur, & tenet Rota deciſ. ccclxx. aliàs deciſ. xxx. de reſcrip. in nouis. Secus ſi deputarentur cũ clauſula, vocatis vocãdis: vel eſſet ſubexecutor ſentẽtię, & vellet expenſas taxare, in quibus reus fuit condemnatus: vt tenet Rota deciſ. 404. aliàs deciſ. 31. de reſcr. in no. idẽ Domi.

quòd ad primũ dictum, in c. ſtatutũ. §. cũ autẽ. & ibi Io. Mo. & Arch. Gul. de monte Lau. in extraua. ſedes. quæ fuit Io. xxij.

1 Additio. Singularis gloſ. Tu vide latius per Iaſ. in præal. l. à iudice. & per Feli. in alleg. c. ſuper quæſtionum. § ſi verò & in c. cum Bertoldus. col. vij. de re iudic. & per Præpoſi. in alleg. cap. cum cauſam. de appellat.

2 In dignitate. Vide latius infrà, deciſ. cciij. in addit.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius Tholoſanus an poſsit eſſe conſeruator apoſtolicus.*

2 *Differentia inter perſonatũ, dignitatẽ, & officiũ.*

3 *Gardiani minorum, & priores fratrum mendicantium an habeant dignitatem.*

QVAESTIO XIII.

ITEM fuit quæſitum, ᵃan † cancellarius 1 Tho- a
loſanus poſsit eſſe conſeruator apoſtolicus? Conclu- 1
ſum fuit quòd ſic. Quia prælibatus cancellarius in 1
dicta eccleſia reputatur dignior, poſt præpoſitum, & priorem clauſtralem, tam in proceſsionibus, & capitulo, quàm aliis locis: & ſic videtur habere dignitatem, ſecundum quod not. Archi. in c. j. de conſuet. lib. vj. Inn. & Hoſt. in c. de multa. de præb. Vel ſi non habet dignitatem, ad minus habet perſonatũ, qui perſonatus conſiſtit in prærogatiua ſedis, & aliorum ſine iuriſdictione: vt no. Collect. in d. cap. de multa. & Arch. vbi ſuprà, & ſic poteſt eſſe conſeruator. per c. ſi. de offic. deleg. lib. vj. & ſic ſeruatur.

Quæ autem ſit differentia inter † perſonatum, dignitatẽ, & 2
officiũ: vide ſuper hoc Sicu. in alle. c. de multa. & ibi latè Imo. Archi. & Domi. in alleg. c. de conſue. Guli. in extrauag. execrabilis. Pe. de Anc. in cle. ſi dignitatẽ. de præb. in cle. ij. de præſcr. Clauaſ. in ver. dignitas. An theſauraria ſit dignitas vel officiũ? vide Rot. deci. 173. aliàs dec. 9 de præb. in no. Et an decanatus ſit dignitas? deci. 442. aliàs dec. 17. de cõceſ. præb. in no. Sed an gardiani † minorũ, & priores fratrũ mendicantiũ habeant di- 3
gnitatẽ? Domi. in c. nullus. de ele. lib. vj. tenet quòd ſic, & ideo poſſunt eſſe delegati papæ. fa. quod not. Sicul. in c. cauſam. de iud. & in c. cùm olim. de ma. & obe. & Fran. in d. cle. ij. de reſcr.

1 Additio. Cãcellarius cui hodie ſurrogetur? vide do. Gui. pa. in q. cccexxxvj. & dicit ibi n. 40. quòd ſurrogatur quæſtori.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio tacitè cenſetur reuocari, cùm pars ad ponendum & excipiendum admittitur.*

2 *Te[illegible] [illegible]bus articulis recipiantur poſt con[illegible]*

3 *C[illegible] [illegible] reuocari [illegible]*

ITEM fuit q[illegible] [illegible] luſo a
per partẽ 1 ſaluo [illegible] 1
tium aliquid ponat [illegible]
ri, an ſit audienda? Concl[illegible]
no. Innoc. in c. cum veniſſet. [illegible]
pars aduerſa dictum factum nega[illegible]
nens debet ad probandum admitti per [illegible]

a Ad primum dictum bene facit Spe. ti. de renun. & [illegible] ver. Et ſcias. per Sicu. in d. c. cum veniſſet. & in c. cùm dilectus. de fi. inſtr. eo † enim ipſo ꝙ para ad ponendũ, ſeu excipiendum 1
admittitur, tacite cenſetur concluſio reuocari, ſecundum Rot. deci. v. alias deci. 1. de teſti. in no. & Sicu. in alle. c. cum dilectus. Vnde dicit Rot. deci. vj aliàs dec. 2. de teſti. in no. ꝙ poſt cõcluſionẽ in cauſa recipi † poſſunt teſtes ſuper habilitatibus impe- 2
trantis. & ſuper recognitione ſigillorũ & ſignorũ notariorum pro informatione iudicis de ea recognoſcẽtis, & licet 2 poſt 2
concluſionẽ in cauſa quis nõ admittatur regulariter ad producendũ inſtrumẽta, fallit tamẽ in quinq; caſibus: quos vide per Sicu. in alle. c. cùm dilectus. vbi etiã ponit, an liceat indiſtinctè producere inſtrumenta vſq; ad concluſionẽ in cauſa. Aduerte tamen, ꝙ † ſi in aliqua cauſa beneficiali vel prophana eſt con- 3
cluſum, & altera partium petit concluſionẽ reuocari: quia vult aliqua iura producere, tunc iudex dicet ꝙ producat illa: & ſi videt, ꝙ illa bene faciunt ad iuſtitiã cauſę, tunc reuocare poterit concluſionẽ, aliàs non: Ita ſeruant auditores Rotæ, vt cauetur deci. 758. in anti. Et ita ſemper meo tempore ſeruaui. ad quod

bene

bene faci. c. cum contingat. de offic. delega. cum conneor. & ibi not. per doćto.
1 Additio. Concluſo per partem. Vide de hoc Gui. pa. in deci. gratianop. ij q. xij. & q. cccccl xxxvij.
2 Et licet. Vide latius per Feli. in alleg. c. cum dilectus. & per Bar. pau. de Caſt. no. & Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. xxx. ver. ex iſta ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio defectus proprietatis quando admittatur contra agentem poſſeſſorio in beneficialibus.*
2 *Poſſeſsio ex titulo in beneficialibus debet iuſtificari antequam fiat reſtitutio.*
3 *Remedium attentorum in quibus ſit magis priuilegiatum quàm interdictum vnde vi.*

QVAESTIO XV.

a ITEM fuit quæſitum, [a] an intentanti poſſeſſorium recuperandæ poſſeſsionis poſsit opponi aliqua exceptio per modum promptę fidei? Et fuit deciſum quòd ſic, ſi ſit notoria: aliàs non, per dictum Colle. in c. cùm dilectus. de ordi. cogni. q. j. cum ibi not. & in c. literas. de reſtit. ſpol. vbi tenetur, quòd hoc eſt verum quando imminet periculum animæ. Idem Inno. in c. ſignificaſti. qui matr. accu. poſ. & in c. conſtitutus. de fil. presbyt. per eundem vltra hoc, vide glo. in c. j. de reſti. ſpol. & in c. literas. eo. tit.

1 a Idem eſt quando defectus 1 proprietatis exceptio nedum concludit ad titulum: ſed etiam ad poſſeſsionem: ſicut eſt papalis reſeruatio, vt tenet Rota deci. xvj. aliàs deciſ. iij. de reſtit. ſpoliat. in nouis. & Sicul. in c. literis. de reſtit. ſpol. & ibi latiſsimè per eum
1 † & quando exceptio defectus proprietatis admittatur contra agentē poſſeſſorio in beneficialibus. per doc. in c. cum eccleſia. de cauſ. poſſ. & proprie. per Io. And. in addi. Spec. ſuper rub. de reſti. ſpol. per Sicul. aliquid conſi. lxxxix. & latius per eum in ſua diſputatione, quæ incipit, Titius clericus. vbi per eum an in beneficialibus antequā quis reſtituatur, teneatur iuſtificare poſſeſsionem ex titulo, de quo etiā per doc. in d. c. ex literis. & in cle. vnica, de cauſ. poſ. & proprie. & in c. ad decimas. de reſti. ſpol. li. vj. per Archi. in c. j. de eo qui mit. in
2 poſ. cauſa rei ſer. eo. lib. Communis 2 eſt tamen ſententia,
2 quòd † in beneficialibus, oportet iuſtificare poſſeſsionem ex titulo antequam fiat reſtitutio, ſaltem in prima figura ſecundum Imo. in præal. clemen. vnica. Et ita ſeruatur tam in parlamento, quàm aliis temporalibus curiis cognoſcentibus in poſſeſſorio de beneficialibus. Quod tamen fallit, quādo quis ſe dicit ſpoliatum lite pendente, quia tunc ſufficit probare ſe fuiſſe in poſſeſsione tempore motæ litis, & ſpoliatum fuiſſe.
3 Et in † hoc eſt magis priuilegiatum remedium attentatorum, quàm interdictum vnde vi. Ita ſingulariter concludit Rota deciſ. xiiij. aliàs deciſ. ij. de reſtit. ſpoli. in nouis. Et ita fuit dictū per areſtum in parlamento tunc Vauri ſedente, anno Domini 1425. pro domino Georgio de Ambaſia epiſcopo Montiſalbani, qui lite pendente in curia prædicta fuerat ſpoliatus per dominum Ioan. de ſancto Stephano electum ſe dicentem. & fuit idem de Ambaſia reintegratus per viam attentatorum abſque productione alicuius tituli. Nam & ipſe non audebat producere ſuam prouiſionem apoſtolicam, quæ fundata erat ſuper generali reſeruatione per concilium Baſilien. reprobata. ex poſt ſæpenumero fuit in eadem curia practicatum.
1 Additio. Quando defectus. Adde hic quæ ponuntur infrà q. cccclxi ij. & vide Pau. de Caſt. conſ. xxxix. in fi. per Old. conſi ccxxvj. in l. populi. C. ſi ante compo. indi. fu.
2 Communis. vide per An. Imo. Philip. Sicu. & propoſi. in c. bonæ memoriæ. de app. Pau. de Ca. conſ. cccxv. Gui. pa. q. lxxj.

SVMMARIVM.

1 *Monachus tranſiens abſque licentia ad laxiorem religionem, licet non ſit apoſtata quoad pœnas, tamen largè eſt apoſtata.*

QVAESTIO XVI.

a ITEM fuit quæſitum [a], an monachus, vel alius religioſus qui tranſit abſque licentia habita nec petita ad aliam religionem laxiorem, ſit apoſtata, fuit determinatum quòd non per no. Innoc. in c. intelleximus. de ætate & quali. in fi.

a Ad idem in c. ex parte. de tempore ordi. Dic † tamen quòd 2
licet non ſit verus apoſtata quoad pœnas. c. ſin. ne cle. vel mo. lib. vj. tamen largè apoſtata eſt: vt ibi nota. ita dicit Sicu. in c. Ioan. de regula. prope fi. & per Clauaſ. in ver. religioſus. in verſi. xxxvj.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus an ſit iudex competens inter laicos quoad pœnam periurij.*
2 *Periurus quibus pœnis puniatur.*
3 *Clericus periurus priuandus beneficio.*
4 *Collatio beneficij facta periuro eſt nulla.*

QVAESTIO XVII.

ITEM fuit quæſitum, * a ſi aliquis iurauit ali- *
quid extra contractum: vel quod non cadit in ſpe- a
ciem delicti: & reperiatur periurus, an ex officio poſſit procedi contra ipſum? Et fuit determinatū, quòd ſic, ſi inquiratur contra eum ex eo, quia deierando, dolum commiſit in aduerſarium. Secus, ſi inquiratur ratione religionis delertæ ad Deum, per gl. l. de periurio. ff. de crimi. ſtel. & per not. Butri. in l. j. C. de ſum. trinit.

* Si aliquis iurauit. Adde Rot. deciſ. j. de iureiur. in antiq. & deciſ. j. de pact. per Biſignet. & Panormit. in c. ad aures. de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.
a Idem Cy. Bal. Io. Fab. & Sali. in l. ij. C. de re. credi. Contrarium tamen videntur voluiſſe Io. Pau. & Domi. in c. cū laicus. de foro compe. lib. vj. Sed non videtur loqui in primo caſu noſtræ quæſtionis. Et ſcias † quòd iudex eccleſiaſticus 1 inter lai- 1
cos eſt competens ad imponendū pœnā periurio. vt not. doct. 1
in c. cum ſit generale. de foro compe. in allega. c. cum c. Qui
† periurus aliquoties ad pœnam punitur ciuiliter ab homine, 2
in l. ſi legatarius. ff. de dolo. aliquando pœna exilij d. l. ſi duo. §. fin. ff. de iureiur. Aliquando decapitatur. in auth. vt non luxurientur ho. contra natu. coll. vj Aliquando punitur pro motu principis ratione contemptæ religionis. l. cunctos. C. de ſum. tri. Aliquādo pœna. l. Cor. de ſicariis. l. j. ff. de ſicariis tenet Bal. in d. l. ij. C. de re. cor. Quod dicit verum eſſe in teſte deponēte, falſum in cauſa homicidij. Aliquando punitur pœna legis Corneliæ de fal. l. j. in prin. ff. de fal. Aliquādo punitur pœna remotionis à dignitate, & teſtimonio. l. quoties. C. de digni. lib. xij. & ibi Bar. doc. in c. teſtimonium. de teſtib Bal. in præalleg. l. ij. Aliquando pœna infamiæ. l. ſi quis maior. C. de tranſac. Quod intellige iſto caſu ipſo iure quando venit cōtra pacta & ſacramentum. ſi cōtra ſacramentum tantùm, tunc per ſententiam. ita dicit Bar. in præalle. l. quotica. Idem Bal. & Sali. in præalle. l. ſi quis maior. Adde etiam hic quòd clericus † nulla neceſsi- 3
tate coactus veniens cōtra propriam promiſsionem vallatam fidei interpoſitione eſt priuandus beneficio: vt tenent Bart. &
Hoſtien. in c. querelam 2. ne præla. vi. ſuas. & Sicu. in c. quere- 2
lam. de iureiur. quia ſic periurat: modò periurus eſt priuandus beneficio, & ab ordine deponendus. c. cùm nō ab homine. de iudic. ſic frangens promiſſum fidei interpoſitione vallatum. Archi. tamen tenet contra. in c. iuramenti. xxij. q. v. & ſequitur
Antoni. & idem cla. in ver. periurus. verſ. x. Adde quòd † colla- 4
tio beneficij eccleſiaſtici facta periuro, eſt ipſo iure nulla. tenet Gaſpa. Fran. de Zaba. & Sicu. in alleg. c. querela. de iureiu. idem Fede. de Sen. conſi. liij. Anto. in c. accedens. de accu. in iij. nota. Milus. in verſi. periurus. an ſit capax. & Bal. in ij. col. C. de reb. credi. alleg. Clauaſ. in verſi. periurus. verſi. pe.
1 Additio. Iudex eccleſiaſticus. Tu vide de hac materia Gui. pa. conſi. xxix. incip. ille incarceratus. & nu. 3. verſic. item etiam dictus. vbi ſe remittit ad notata conſi. lxxxix. in j. dubio. verſi. j. & in deciſi. parlamen. quæſt. cxxviij.
2 Querelam. Vide latius ibi per Feli. & per Barba. in ca. peruenit x. col. de fideinſſ.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus non poteſt conſyndicum ſuum producere in teſtem.*
2 *Item nec procurator poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua procurauit.*

QVAESTIO XVIII.

ITEM fuit quæſitum, [a] ſi vnus fuit † conſtitutus a
ſyndicus, vel actor in iudicio, & ſuum conſyndicum 1
producit

producit in teſtem in cauſa, an ille conſyndicus poſſit teſtificari? concluſum fuit quod non: per no. Inn. in c. inſuper. & ibi plenè per Colle. de teſti.

a Idem tenet Domi. poſt Franc. in c romana. eod. tit. libr. vj. Idémque videtur voluiſſe Io. Fab. inſti. de rerum diui. §. vniuerſitatis. Nellus de ſancto Georg. in ſuo tracta. de teſte. §. iudex. Idem Iaco. Aegi. etiam in ſuo tracta. de teſte. §. venditor. Sicut
2 † dicimus in procuratore ſ, quòd in cauſa in qua procurauit, vel procurat, non poteſt eſſe teſtis. vt in alleg. c. Romana. Sed in alia cauſa. ſic Bar. in l. deferre §. idem decreuerunt. ff de iure fiſc. Rota deci. cccIxxxiiij. Dom. vbi ſuprà. Anton. & Sicu. in præal. c. inſuper. & in c. cum à nobis eo titu. Bald. Sali. & Ioan. Fab. in l. omnibus. C. eo. ti. Ang. Aret. inſti. de teſta. in §. pater. Et ibi quid de tutore in cauſa pupilli, de quo infrà, q. cciij. & in additio. & per Sicu. & alios. vbi ſuprà.

ſ Additio. Procuratore. Idem tenet Domi. Felin. in c. cum à nobis. colum. vj. in fi. extra. de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur conteſtata, cùm actor, dato libello tanquam contra heredem, ſuper ſumma. 100. petat prius reſponderi à reo, an ſit heres, reo reſpondente ſuper ſumma.*

QVAESTIO XIX.

a ITEM fuit quæſitum, a dato libello † contra. h.
1 tanquam contra hæredem ſuper ſumma centũ, fuit petitum per actorem prius & ante omnia responderi, an eſſet hæres 1: pòſt reus reſpondet petitioni, &
non interrogationi: an valeat litis conteſtatio? Concluſum fuit quòd nõ, per no. per Iaco. in libellis ſuis ſub libello de rei vend. glo. eſt in l. qui petitorio. ff. de rei vendi. & vide quæ poſui in l. j. C. de lit. conteſta.

a Qualiter autem fiant interrogationes in materia petitionis hæreditatis? vide glo. in l. qui interrogatur. ff. de interrog. actio. per Cyn. Bar. Bal. & Sali. in l. cogi. C. de peti. hæredi. per Specu. titu. de interrog. actio. §. ſciendum. & ibi Ioan. And. & Bal. in additi. glo. & Sicu. in c. cum cauſam. de iuramen. calum. Et qualiter in actione reali formandæ ſint interrogationes: vbi ſuprà, & per Ioan. Pet. de ferrariis in prin. ſuæ practi.

1 Additio. An eſſet hæres. De hoc vide per Gui. papam. q. ccix. incip. in caſu propoſi. in ij. dubio.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium actum cum monacho nullam adminiſtrationem habente eſt nullum. Fallit cùm monachus eſt in ſtudio de licentia ſuperioris. nu. 2.*

QVAESTIO XX.

a ITEM fuit quæſitum, a an † valeat iudicium cum
1 religioſo nullam adminiſtrationem habente? Concluſum fuit, quòd non. & no. Spe. in tit. de ſta. mona. in princ. & ibi plenè.

a Idem Io. Fab. Bal. & Salic. in authen. cauſam, quæ ſit cum monacho. C. de epiſc. & cleri. & ibi Gui. Idem Spec. in titu. de reo. in ver. item quòd eſt ſeruus. & Bal eo. ti. in verſic. ſed nunquid compromiſſum. in addi. per Inno. in ca. edoceri. de reſcri.
1 per Sicu. in c. cùm dilecta 1, eo. ti & in c. cum deputati. de iud. per doct. in l. ſi longius. in fi. ff. eod. tit. & in l. ſeruus. C. eo. tit.
2 Falli, ſi † monachus eſſet in ſtudio de licentia ſui prælati: quia & ibidem ad cauſam ſtudij poterit conueniri. glo. & doct. in c. ex parte. de accu. doct. in c. ij. ne cleri. vel mona. lib. vj. Secus autem, ſi extra cauſam ſtudij contraheret, vt ibidem. & per Sicu. in c. quod quibuſdam. de fideiuſſoribus.

1 Additio. Cùm dilect. Vide Felin. in eo. c. xxxiij. col. & ſeq in ver. monachus. vbi poſita regula de qua hic atque fall. ponit aliàs. vij fallen. cum certis limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *Reſpondens per verbum, dubito, vel ignoro, an ſufficienter reſpondeat.*

QVAESTIO XXI.

a ITEM fuit quæſitum, a an per † verbum dubito,
1 vel ignoro, ſit ſufficienter reſponſum? remiſſum fuit ad Specul. in titu. de depoſi. §. fina. vj. verſic. quid ſi interrogatus. vſque ad finem. & ad Inn. in c. ad hoc. ſuper verb. credat. de teſt. & ad gl. in c. præſentium. glo. quid ſciat, eod. tit. lib. vj. vbi dicitur, quòd ſi interrogetur de facto proprio, non valet reſponſio: niſi eſſet antiquum. Si autẽ de facto alieno: & reſpondeat, dubito, vel ignoro: tunc habebit tempus ad deliberandum ſ, & ita tenet Cy. in l. ſi quidẽ. C. de exce. 1

a Idem tenet Ioan. Fabri. Bart. & Salic in l. ij §. quod obſeruari. C. de iuram. calum. Bald. in tit. ſi de feud. fuer. controuer. in cap. vaſallus. colla. x Domin. in cap j. de confeſ. lib. vj. Sicu. in cap. cum cauſam. de iuramen. calum. & ibi gloſſ. & Bald. in præalleg. l. ſi quidem.

ſ Additio. Ad deliberandum. Vide glo. fin. in c. quoſdã. de præſumpt. Archid. in c. ponderet. 50. diſt. & Ant. in c. pertractandis. de iuram. calum.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus pœna corporali de crimine probato per modum inquiſitionis, an etiam poſſit condemnari ad damna & honorem partis reſarcienda abſque requiſitione partis.*
2 *Iudex poli & fori quis dicatur.*
3 *Fur qui criminaliter fuſtigatur, non debet de carcere relaxari donec furtum reddatur.*
4 *Iudex non faciens parti furtum reſtitui, parti tenetur inſolidum.*

QVAESTIO XXII.

ITEM fuit quæſitum, a an † probato crimine per a
modum inquiſitionis contra aliquem, quiſitus poſ- 1
ſet condemnari ſolùm pœna corporali: an etiam ad damna & honorem partis reſarcienda abſque aliqua requiſitione partis læſæ. Concluſum fuit quod poteſt, per l. interdum. §. quid furem. ff. de fur. & l. medicus. ff. de var. & extraor. cogn. per no. Inn. in c. cum oporteat. de accu. circa fi. & in c. qualiter & quãdo, lo ij. in verſ. vbi ſic reſponderi poteſt, eod. tit. Quod
intellige in illo iudice † qui eſt iudex iure poli, & iu- 2
re fori, vt epiſcopus, officialis. Secus in illo iudice, qui eſt iudex fori tantùm: ita tenet in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi public. vel priua.

a Vide quid dicit Bart. in d. l. interdum. §. qui furem qui voluit idem in l. penult. ff. de calum. Et Ang. in l ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. in vlt. quæſt. & Barto. in l. defuncto § fin. ff. de publ. iudic. vnde dicit Bal. in l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. quòd ex proceſſu criminali peruenitur ad ciuilem proceſſum ex eadem inſtantia ex officio iudicis. Et ideo dicit
† quòd fur, qui criminaliter fuſtigatur, non debet de carcere 3
relaxari donec furtum reddatur, allegat d. §. qui furem. Et propterea dicit, quòd cuſtodes carcerum caueant ne talem ſic condemnatum dimittant, niſi prius ſit ſatisfactum fiſco & parti, & idem videtur velle Bald. in l. ea quidem. C. de accuſ. in vlt. col. & idem Bar. in l. j. §. hoc edictum. in j. colum. ff. vi bon. rapto. & idem Bart. in l. j. Quando ciuilis actio per iud. crimi. per Salic. latè in d. l. ſi quis ad ſe fundum. Idem Angel. Aret. in tract. malefic. in verſic. per iudicem maleficiorum. j. & ij. col. & in verſic. Et celeſtem. xij. col. & dicit Bald. in l. mancipia. C. de
furtis. Quòd ſi iudex per † negligentiam non faciat reſtitui 4
furtum parti vel damnum, quòd tenebitur inſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non poteſt conueniri pro principali, niſi fideiuſſor ſe conſtituerit pro principali.*

QVAESTIO XXIII.

ITEM fuit quæſitum, a Si ego † vendidi equum a
Titio pretio xxx. francorũ: & dictũ pretium ſoluere 1
promiſit Sẽpronius, an poſſim prius cõuenire Sempronium quàm Titiũ præſentem? Cõcluſum fuit quod non, per auth. præſente. C. de fideiuſ. & in corpore
vnde ſumitur. & per Cyn. in d. auth. a præſente. a

a Et ibi etiam Salic. idem tenet Hoſt. in ſum. eod. tit. § inter

quos

quos.Bal io rubri.co.ti. Ang.Are inſti.eo.ti.in prin.ver.quæro an omnes iſti. Et idem eſt ſecundum eum io mandatore,conſtitutore.ſponſore,& fideiuſſore, vt habeāt priuilegium illius authen.præſente. Sed ra promiſſor nō,neq; fideiuſſor,quando ſe conſtituit principalem.glo.& docto.in dicta auth. Sicul.& doct.in e.peruenit.eod tit. Vel quando renuntiauerunt huic beneficio.de quo per Hoſti.vbi ſuprà,& per Specul tit.de renun.& concluſio.§.j.per gloſſ.& doct.in d.e.peruenit.

a Additio. Cy. io dicta auth & quanquam ſit regulare, vt prius diſcutiatur principalis.quàm fideiuſſor: fallit tamen multipliciter, de quo vide xj.limitationes quas ponit Barb in c.peruenit:hic alle.quibus adde quæ ponuntur inſrà quæſtio. lxxx.cxxx & ccxxxix.& melius quæſtio.cxcvj.

SVMMARIVM.

1 *Sigilli appoſitio ratificat contractum, modò fiat de conſenſu partium.*

QVAESTIO XXIIII.

a ITEM fuit dubium.[a] Si producatur † litera alicuius iudicis eius ſigillo ſigillata[b],& fuit aduerariū
1 ſigillum prædictum, & litera dicti iudicis eſſe. An
b contenta in prædicta litera videantur aduerari: ſeu alias eſſe præſumatur, poſito quòd per aduerantem denegantur? Concluſum fuit quòd ſic.per no. Inno. in c.ij.de fid.inſtru. per c.poſt ceſsionem. de prob.& ibi collec.per Specu.ti.de proba. §.fi.verſic.x.& ſuit alleg.tex.in l.ſi procuratorem.ff.de procur.

a Idem dicitur infrà quæſtio.xxxj. Adde Bart.in d.l ſi procuratorem.& Sicu.io d.c.ij.de fide inſtru.in c poſt ceſsionem.de proba.& in c.quod ſuper his.de fid.inſtru.& vtrobiq; per Ant. Et ſubdit Bar.iu loco præalle. Quod tunc probatur, quando notarius atteſtatur ſigillum poſitū ad roboris firmitatem, vel per teſtes,qui dicunt,eum vidiſſe ſigillare. Adde quòd ſigilli appoſiti operantur vim cōſenſus approbationis.Bar.in l.fraudem.§.j ff.de teſta.mi.& Bald.iu titu.de pa.conſt.c.j.iij.col in prin.col.a. Ideo ſi quis ex certa ſcientia faciat, aut fieri faciat ſigilli appoſitionem,ratificare cenſetur:& ſibi præiudicat glo. & Bal.in l.ij.C.de rebus alie.non alie. Et ibi Cyn.Ioan.Fab.& Salic.idem Ioan.Fab.inſti.de teſta.in §.poſſunt.idem Salic.in l.ſi quæ per calumniam.C.de epiſc.& cleric.

b Additio. Eius ſigillata.De materia huius deciſio.vide d.Gui.pa.in j q.Gratianopo.q.xv.& Rot.deciſio.xxij.

SVMMARIVM.

1 *Gratia vno die conceſſa duobus, ille præfertur, qui prius fecit gratiam ſuam purificari, & proceſſum ſuum fieri.*

QVAESTIO XXV.

a ITEM fuit quæſitum,[a] duo † ſunt expectantes
1 ſub forma,dignum arbitramur eiuſdem datę & diei, vnus tamen prius fecit purificari gratiam ſuam, & proceſſum ſuum fieri, quàm alter. An per dictum proceſſum cum appoſitione decreti ſint ligatæ manus executorum alterius: ita quod primus purificans præferatur? Concluſum fuit quòd ſic per c. duobus in ratione. de reſcript. & c. ſi ſoli. de præbend.lib.vj.& clemen.cum ei quem j.reſpon.de conceſſ.præbend.in clemen.

a Idem videtur voluiſſe Archi.in c.duobus,& Inno. in c.pro illorum.de præben. Rota deci.ciiij. Aduertendum tamen eſt quod dictum c.duobus.in verſi. ſi verò videtur intelligendum de præſentatione facta executori Ideo ſi dictæ quæſtionis deciſio intelligeretur de primo præſentante executori, videretur eſſe contra diſpoſitionem dicti c.duobus. & ita dicit Rota deciſione prædi.in additione. & hanc partem ſequitur Dom. eaq; probat multis rationibus in eo c.duobus. referens idem conſuluiſſe Franc.de Zaba.& Pet de Anchar.Et ita etiam poſt eos aliàs ego conſului in quæſtione facti de duobus expectantibus io eccleſia Laſcurreo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntati nihil derogandum,etiam ſi papa aliter diſpenſet. Nec Imperator per reſcriptum ſuum poteſt derogare teſtamento teſtatoris.*

QVAESTIO XXVI.

ITEM ſuit quæſitum. [a] Si † per aliquem teſtatorem fuerit ordinatum, quòd certū bladum in ali- a
quo certo loco in pane cocto annuatim amore Dei 1
Chriſti pauperibus daretur,officialis curiæ ſpiritualis dedit prædictum legatum vni presbytero promiſsis celebrandis:an potuit id facere? Concluſum ſuit quòd non. per c. nos quidem. de teſtamen. per c.quia contingit.de relig.do.in cle.per §.ſi quis ædificationem.in authen.de eccl.ti. colla.ix. per l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſcopis & cleri.§.pen. Quia non potuit huiuſmodi legatum ad alium vſum conuerti per dictum officialem ſine authoritate papæ. vt in clemen.quia contingit.alleg.

a Etiam per legatum de latere non poteſt dicta conuentio fieri, vt tenet Franc.de Zaba.in alle. c.nos quidem & in dicta cle. quia contingit poſt Lap. & ibidem Ioann. de Imo. Nec etiam per papam ea poteſtate ordinaria, ſed ſolùm plenitudine pietatis.Bal. in l.ſi teſtamento. C. de teſtam.& ita intelligit prædictam clem idem Lap. Ioan.de Imol.& Franc. vbi ſuprà. Quod intellige etiam hærede conſentiente:quia hic non agitur de vtilitate hæredis,cui poſsit renuntiare,ſed de voluntate defuncti adimplenda Ioan. de Imo. & Franc vbi ſuprà fac no. per Bar.in l.legatum ff.de vſufru.leg.& in l legatum. ff.de admi.eorum ad ciui.pertinentium. Si tamen legatum non poſſet deputari ad vſum deſtinatum, tunc poterit fieri conuerſio in alium vſum per inferiorem,puta per epiſcopum.& eum qui dicit exequi,vt in præallegato c nos quidem & cle. quia contingit.& in l.ſi quis ad declinandam.aliiſque locis ſuperius allega.per doct. Adde Clauaſ.quem vide in ver.legatum. §.x.& xij.& ſeq.

Additio. Per papam. Adde quòd etiam imperator per reſcriptum ſuum non poteſt derogare teſtamento. cùm ſit de iure gentium.vt in l teſtamentum hic alleg & inſti de iure na. geo.& ciui §.pluraliter.& dicit Fulg quòd in hanc ſententiam eſt inclinandum, cùm hodie principes potius moueantur voluntate, quàm ratione.ita Iaſon io allega.l.ſi teſt.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debitum ex permutatione, an poſsit dominus ſibi retinere.*

QVAESTIO XXVII.

ITEM ſuit quæſitum[a] cùm † ex permutatione a
debeatur laudimium[b], vt no.in l.fi. C.de iure emph. 1
an dominus poſsit ſibi rem permutatam retinere? b
Concluſum fuit quod non:prout no.Pe.Ia.in libellis ſuis de actio.in rem emphy.circa finem[c]. c

a Idem tenet Ioan. de Imo. in c. potuit. de loca. & in hanc ſententiam videtur inclinare Specu.in tit.de loca.§ nunc aliqua.verſic.cxxj. Idem expreſsius tenet, & latius proſequitur Iaſon de Mayno in ſuo tracta. de iure emphy.ſuper l.ſi.quæſt. la. col. cxvij. vbi etiam per eum. An vaſſallus poſsit feudum permutare ſine conſenſu domini.

b Additio. Laudimium. Vide de hoc Guido. pa.q.xlvj. incip.in facto præſupponitur,ou.s.ver.plus poſſet dici.

c Circa fin.in ver.item ſi alia pretia.qui eſt.viij.col. cui adde Guid.pap.quæſtio.xcij.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis faciens citari ſuos creditores ad videndum fieri bonorum ceſsionem,an poſsit executari.*
2 *Qui non habet in ære,luit in corpore.*
3 *Debitor tributarius non debet carcerari.*
4 *Debitor propter collectas non cedit bonis.*

QVAESTIO XXVIII.

ITEM fuit dubitatum[a], Si aliquis † fecerit citari a
ſuos creditores ad videndum fieri bonorum miſera 1
bilem ceſsionem, an dictam lite pendente poſsit cedere volens executari. Concluſum ſuit quòd ſic.niſi conſtaret iudici prædictum cedentem nulla habere bona, per c.Odoardus. de ſolutio. cùm ibi no. & Pe.Iac.in tit.de ceſsio.bono.

a Quia

a Quia cedens debet iadicare bona ſua. aliâs perdit beneficium ceſſionis. vt no. gl. & doct. in l. j. C. qui bo. ce. poſ. & Bal. in l. pe. ff. co. ti. Nec aliquid ſibi debet relinqui, etiã vnus denarius. vt no. gl. & Bar. in l. pe. ff. co. ti. quod eſt ve.ũ, præterquã viles veſtes, ne ſit carne nudus. quia tales veſtes ad tegendum carnem etiam damnatis ad mortem relinquuntur: vt l. diuus. ff. de bo. dam. & ibi Dy. Bar. & Sicul. in alle. c. Odoardus. ergo fortius debent relaxari veſtes cedentis bonis: ita voluit Cy. in l. j. C. co. ti. in iiij. q. An autẽ debitor fiſci poſsit cedere bonis? clarum eſt. ꝙ ſi debitor eſt ex delicto, nõ poteſt, ne delictũ re-
2 maneat impunitum, & qui † non habet vnde. luit in corpus. l.
3 quicunq;. C. de ſer. fug. Aut † eſt debitor tributarius, & tunc nõ debet carcerari. in l. nemo. C. de exac. trib. li. ix. Sed debet honeſte ſub cuſtodia detineri, vt promptiorẽ ſe reddat ad ſoluen-
4 dum. Aut eſt debitor † propter collectas: & tunc nõ poteſt cedere bonis. vt eſt tex. in l. propter honorem. C. co. ti. & ibi hoc Bal. enim. vnde carcerabit, donec ſoluat. de quo tamen latius per Sal. in l. j. C. co. tit. Adde tamen hic quę ſcripſi ʃ. q. cxxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens donatorem tempore donationis fuiſſe mente captum, litis conteſtationem impedit.*

QVAESTIO XXIX.

a ITEM fuit dubitatum [a], ſi † ſyndicus agat no-
1 mine alicuius donati pro actionibus quæ aliàs competerent ipſi donato, & petatur reſponderi libello. reus autem excipiat quòd dictus donatus erat tempore donationis mente captus & furioſus, an dicta
b exceptio impediat litis conteſtationẽ [b]. Concluſum fuit ꝙ ſic: dicta exceptio eſt præiudicialis: per l. quoniã Alex. C. ad l. Iul. de adul. per c. j. & vlt. de ot. cog.

a Faciunt lec. & no. in c. j. de lit. conte. li. vj. vbi no. ꝙ quoties opponitur exceptio concludens ius non haberi per actorem in reperita illa impedit litis conteſt. ita no. Hoſti. in c. veniens. de renun. & Domini. poſt eum alle. c. j. facit quod no. Bar. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccl. confu. De except. aliis imp. lit. ingreſ. vide latiſ. per Ang. & Are. inſti. de excep. facit j. q. vij. ver. tractabo hîc. & vide quæ ſcripſi infrà q. lxvij. & in addi.

b Additio. Litis cõteſt. Adde Bal. in l. Papi. §. ſi quis impubes. ff. de inoffic. teſta. & in l. pater decedens. co. titu. & Pau. de Caſt. conſil. cxlij. & ſeq.

Per Angelum. aliquid per Bal. in l. poſtquam liti. in ij. colum. C. de pac. vbi ponit decẽ exceptiones impediẽtes litis ingreſſum. Ang. autẽ in ti. de excep. inſti. in §. æqui. in v. col. ver. dicit autẽ excep. ponit xliij. exceptiones impediẽtes litis ingreſſum.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere ratione conductionis certam ſummam certis terminis exoluendam, an expirato primo termino poſsit conductor agere contra eum pro termino futuro.*

QVAESTIO XXX.

a ITEM fuit dubitatum [a]. Si agatur contra Titiũ
1 obligatum † ratione conductionis certa ſumma certis terminis exoluenda, pro ſumma debita in primo termino tranſacto: an poſsit agi pro futuro. & ſi vnus illorum euenerit ante litem finitam, an pro tranſacto ante ſententiam & euento poſt litem motam poſsit fieri ſententia. Concluſum fuit, quòd nõ ſolùm pro termino præterito poteſt agi, ſed etiam pro futuro. vt not. in l. j. C. de fideicommiſſ. & ibi per Cyn. & doct. Et per Innoc. in c. auditis. de perfcur. & ibi ſunt remiſsiones. Per Collecta. in c. finem. de dolo & contum. Item pro futuro termino tempore litis motæ tranſacto vero tempore ſententiæ poteſt ferri ſententia per l. quod ſi in diem. ff. de petit. hære. & per l. ſin autem. in prin. de rei vendi.

a Et ibi Ioan Fab. Bald. & Salic. Qui etiam ibi quærit an in contractibus pro futuro tempore poſsit peti cautio. de quo in l. omnibus. ff. de iudi. per Bar. in l. ſi finita. § eleganter. ff. de dam. infect. Ibique per Sicu.

SVMMARIVM.

1 *Sigilli appoſitio ratificat omnia content. in literis.*

QVAESTIO XXXI.

ITEM fuit dubitatum [a], ſi † aduerato ſigillo po a
ſito ſuper aliqua litera alicuius iudicis, an videãtur 1
aduerata omnia contenta [b] in litera, poſito quòd b
per aduerantem negẽtur eſſe vera? Concluſum fuit ꝙ ſic per c. poſt ceſsionẽ. cum ibi not. de prob. per Inn. & Colle. in c. ij. de fi. inſtr. vide ſuprà. q. xxiiij.

a Cum ibidem per me poſitis in additio.

b Additio. Aduerata omnia contenta. Vide de hoc ſuprà, in deciſ. xxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus eſt latiſsimi iuris, & interpretandus ſecundum mentem libellantis.*

QVAESTIO XXXII.

ITEM fuit dubitatum [a], ſi ponatur † in aliquo a
articulo quòd appellans appellauit, & eius appella- 1
tionem introduxit, aliáq; ſolennia peregit, an verbum, ſolennia, poſitum in articulo, referatur ad ius vel ad factum? Concluſum fuit quòd ad factum: videlicet quòd apoſtolos petiit, & ſimi.

a Facit quod legitur in clem. quod circa. de elect. & in cap. commiſſum. de ſponſal. ff. ad Trebel. l. hære. §. fi. libellus enim eſt latiſſimi iuris, & ſemper venit interpretandus, vt conueniat intentioni libellantis. no. l. ſi quis. ff. de iudic. & in cap. eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & propriet. ad quod tex. & glo. cap. conſti. de relig. domi. vbi cenſus ponitur pro emphyteuſi. no. Sicu. cap. Raynaldus. de teſt. x. col. in cap. veniſſet. de in integ. reſtitu. & in cap. auditis. de præſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis excommunicatus productus infra certam dilationem, an tranſactis dilationibus iterum poſsit produci. Et an idem excommunicatus abſoluendus.*

QVAESTIO XXXIII.

ITEM fuit dubitatum [a], ſi fuit aliquis † in te- a
ſtem productus infra certam dilationẽ, qui erat ex- 1
communicatus [b], an tranſactis dilationibus poſsit b
iterum produci & recipi? & ſi poteſt an per viam reſtitutionis: vel ipſo iure. Cõcluſum fuit quòd poteſt iterum produci, per not. Inno. in c. ex cauſis. de teſti. circa fin. Sed videbatur quòd per in integ. reſtit. per no. Inno. in c. auditis. de in integ. reſtit. Concluſum fuit quòd ipſo iure, per not. Inno. in ver. renuntiare.

a Et ibi Sicul. & doct. idem Sicul. in c. fraternitas. & in c. intimauit. de teſti. idem Io. de Imo. in cle. teſtibus. eod. tit. idem Nellus de ſan. Ge. in tract. de teſti. in tit. de pub. Lud. Ponta. in rubr. de arbi. xiij. col. Quod tamen intelligi debet ſecundum Franc. poſt Bertran. in alleg. clem. quando producens ignarus erat quòd eſſet excommunicatus tempore productionis: nam tunc excuſatur. Adde hîc quæ ſcripſi infrà, q. cccexis.

b Additio. Excommunicatus. Adde quod Inno. dicit in c. veniens. lo ij. de teſti & ibidem expreſſum Hoſt. Ant. lab. & Imo. quòd de conſuetudine curiæ abſoluuntur illi, qui peruntur in teſtes, donec tulerint teſtimoniũ, nec mirum: ſecundum Ant. & Imo. quod etiam non petentes abſoluuntur. c. legatur. xxiiij. q. ij. quia poteſt abſolui à vinculo excommunicationis, c. ab excommunicato. de reſcript. ſed non à vinculo peccati: quia non abſoluitur niſi pœniteat, regula iuris, peccati venia. de regul. iur. libro vj. Et prædictam conſuetudinem vidi pariter frequenter obſeruari in curia archiepiſcopali Tholo. quanquam Sicul. in allegat. cap. veniens. conſuetudinem huiuſcemodi reprobare nitatur. dicit tamen Sicul. & poſt eum Feli. vbi ſuprà, quòd nunquam teſtis excommunicatus venit abſoluendus, niſi teſtificetur quando veritas aliter hodie non poteſt haberi: pro quo eſt textus: & ibi gloſ. In dicto cap. veniens. quem valde not Bal. Completa autem teſtificatione illa, reincidit idem excommunicatus in eandem ſententiam, ſecundum Hoſt. & dictos doct. vbi ſuprà. Dicit tamen Feli. in eo. c. quòd delegatus non poteſt abſoluere teſtẽ in caſu prædicto. ſecundum Io. And. in addi. Spe. ti. de teſte. ſuper rub. Io. And. Domi. & alij in c. ſolet. de ſent. excom. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretũ an requiratur in conſtitut. ſyndici.*

QVAESTIO XXXIIII.

a Item fuit quæſitum, a An † capitularii Tholoſæ
1 poſsint conſtituere ſyndicum abſque decreto? De rigore iuris fuit viſum quòd non. per Inn. in c. ſi. de procu. & per Colle. in c. petitio. eo. ti. & per Cy. in l. neque. C. eo. ti. videbatur contrarium per no. Innoc. d. c. petitio. & ca. imperatorum. de iura. cal. Concluſum fuit, quòd valet eorũ conſtitutio, attento quòd ita vtuntur, & quòd per electionem aſſumuntur: vt no. Inno. in eo. c. petitio. & etiam Colle.

a Bar. in l. nulli. ff. quòd cuiuſque vniuerſi. vbi dicit quòd decretum iudicis in cõſtitutione ſyndici nõ requiritur de neceſſitate, licet tutius ſit illud adhiberi. no. glo. ex Bart. in l. actor. ff. rem ra. hab. Bar. in l. municipio. ff. vt in poſ. lega. per Bal. in l. ſi ita. de communi ſee. manu. & in l. omnes. ij. eol. & ibi etiam expreſſius Sal. C. de epi. & cle. Spe. in ti. de ſyndi. ver. itẽ quod eſt cõſtitutus minus ſolẽniter. Idẽ Sicu. in ca. vnico de ſyndi. Ang. Are. inſt. de curia. §. quod ſi. verſ. in ea. glo. & ibi Ioã. Fab. Idẽ dicendũ in conſtitutione œconomi. ſecundũ eundem An. vbi ſuprà. Secus autẽ in actore: vt in d. l. actor. & aliis concor.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus conſtitutus per capitularios præſentis anni, an finito anno capitulatus deſinat eſſe ſyndicus.*

QVAESTIO XXXV.

a ITEM fuit quæſitum, a an ſyndicus † conſti-
1 tutus per capitularios iſtius anni finito dicto anno capitulatus re non integra deſignat eſſe ſyndicus? Concluſum fuit quòd non, per no. Inn. in c. dilecti. de fo. cõpe. & gl. in c. ſi. de proc. in cle. quãuis. Zẽze. ibi tenet contra & Colle. in c. petitio. q. pe. de proc.

a Idem dic in procuratore vel ſyndico conſtituto ab epiſcopo & c. ſuper bonis eccleſiæ: vt mortuo prælato expiret. vt voluit gl. in præal. cle. ſi. & idem Pau. Zenze. & Frãr. ibidẽ Ang. inſt. de cura. §. q ſi tutor. ver. in eadẽ gl. & ibidẽ format quæſtionẽ: an ſyndicum conſtitutum cum ſuperioris authoritate, vel procuratorẽ conſtitutũ à pupillo authoritate tutoris, vniuerſitas ſola ſyndicũ ipſum, vel tutor procuratorem poſſit reuocare? de quo vide per Bar. in l. ſi epiſtolam. ff. de acqui. hær. & in l. actor. ff. rem ra. ha & in l. neque. C. de procur. vbi tenet quod ſic. Adde hîc q. cclxv. & ibi per me ſcripta in addi.

ADDITIO Tenet Paul. de Caſt. in d. l. ſi. in ſi. limitat tamen iſtud niſi interuenerit iuramentũ, quia tũc nõ debet mulier certiorari, quia renũciatio tũc etiã extẽditur ad ignorata.

QVAESTIO XXXVI.

a ITEM fuit quæſitum: a an vicarius generalis in ſpiritualibus & temporalibus alicuius epiſcopi poſſit conſtituere procuratorem? Cõcluſum fuit quòd ſic: per not. Colle. in ca. cum nos. de offic. vica. & ne præla. vi. ſu. c. fina.

a Et ita ſeruari vidi: non tamen poteſt aliũ vicariũ generalẽ conſtituere, niſi hoc habuerit in mãdatis. c. clericos. & ibi doc. de of. vi. Rota dec. cclxxij Clanas. in ver. vica. ver. viij. & hoc habet conſuetudo ſecũdum Milum in §. vica. ver. vicarius epiſcopi non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Mulier renuntians velleiano an debeat certiorari.*

QVAESTIO XXXVII.

ITEM fuit quæſitũ, a an oporteat mulierem re-
a nuntiantẽ Velleiano certiorari? remiſſum fuit ad no. per Cy. in l. ſi. C. ad Velle. Colle. in c. peruenit. de nu. & in c. ex literis. de pig. & per eũdem Cy. in l. rẽ maioris pretii. C. de reſcin. vẽdi. vbi tenet quod ſic Archi. in c. quãuis pact. de pact. lib. vj. tenet contrariũ. prima opinio fuit ſeruata: vide vltra hoc Bart.

a Ad idẽ gl. in l. ſi. §. pe. ff. ad Vel. gl. in l. ſciẽdũ. ff. de ver ob. & ibi Frã. Are. Io. And. in addi. Spe. ti. de ren. & cõclu. §. j. ver. cui autẽ. Bar. in l. in repudiãda. ff. de acq. hæ. Io. And. in nouel. c. quamuis. de pact. lib. vj Bal. in Marga. ver mulier. ver. ij. & idẽ Bal. in alle. l. ij. C. de reſc. ven. & Ang. Are. inſti. de exec. ver. tertius caſus. vbi dicit iſtã partẽ de conſuetudine ſeruari. In l. generaliter. C. ad Velleia. & in l. ſciendum. ff. de ver. obli. Dic † tu 1
quòd ſi mulier renuntiat Velleiano, nec dicitur in inſtrumẽto, certiorata per notarium de beneficio & iuribus Velleiani, ſicut ſemper fieri debet, vt præmiſſum eſt. l. cum aquil. ff. de trãſactio. dic ſimpliciter renuntiando non præſumitur certiorata. gloſ. in d. l. fin. § pen. quã ibi ſequitur Dy. idem in l. ſciendum. alleg. & ibi Bar. & communiter doct. Quia quòd fuerit certiorata eſt ſolennitas extrinſeca quæ nõ præſumitur. l. quæcunq;. ff. de pub. igitur. & idem Sicu in c. ſi diligenti. de fo compe. Si ergo cautus eſſe velis, fac quòd mulier renuntiet cum iuramento: tunc enim opinionum contrarietatem euitabis: & nihilominus propter iuramentum præſumetur certiorata, & deliberatè iuraſſe: nec tunc iuuabitur dicto beneficio. Sufficiet enim quòd iuret de non cõtraueniendo ſuper facto, licet non ſciat. l. ſi duo patroni. §. idem Iul. & l. duobus. §. item ſi iurauerit. ff. de iureiur. & voluit Bar. in d. §. idem Iulianus. & in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. & idẽ voluerunt Bal. Sali. Ang. Io. de Imo. Bar. & Fran. Are. in alle. l. ſciendũ. & ibidẽ Lud. qui ſequitur opi Bar. quã etiam ſequuntur Ant. & Sic. in alle. c ſi diligenti. & ibi etiam Io. And. Archid. & Anto. in præalleg. c. ij. de pac. lib. vj. Bal. in d. l. j. C. ad Velle. ix. q. & Ang. Aret. vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruator ferens ſententiam quæ poſtea reperitur nulla, an idem conſeruator poſsit de nullitate cognoſcere.*

2 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, æquiparatur ordinario.*

QVAESTIO XXXVIII.

ITEM fuit quæſitũ, a aliquis vt conſeruator † tu- a
lit ſententiam, quæ pòſt reperitur nulla, & poſt an- 1
num, An idem conſeruator poſsit de nullitate cognoſcere? concluſum fuit quòd non: per l. iudex. ff. de re iudic. per no. Cy. in l ſi vt proponis. C. quomo. & quando iud. Per Inno. c. in literis. de offi. deleg. & ibi Collect. quem ibi vide.

a Vbi Sali. tenet contra in j. q. Ego, ſalua dominorum reuerentia, tenerem opi. Sali. pro quo videtur glo. in c. qualiter & quando. vnico. ſuper ver. obſeruari. de accu. quã glo. tanquam ſingularem commendat ibidem Sicu. & Fran. Are. Ex qua iuncto tex. colligitur expreſsè † quòd delegatus ad vniuerſitatem 2
cauſarum æquiparatur ordinario: quantũ ad hoc vt poſſit iterum cognoſcere & pronuntiare ſi tulit ſententiam nullam, & de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere: & hanc concluſionem poſuit Ang. in alle. l. iudex. & Salic. vbi ſuprà. Et ideo dicẽdum eſt prout de ordinario, pro hoc l. cum prætor. ff de iud. & bonam gl. in c. cum cauſam. de appel. in c. ne aliquid. de hære. lib. vj. Secus ſit in delegato ad vnam cauſam, cùm ille ſit functus officio ſuo, vt in alle. cap. in literis. & l. iudex. ſentit Rota deci. xliij. Quod vltimum intellige niſi iudex delegatus ad vnam cauſam, protulerit ſententiam nullam ex defectu formæ mandati: tunc enim iudex pronuntiaſſe non videtur, ſi non ſeruauit formam mandati. pro quo facit l. qui tamen. ff. de arbitr. vt arbiter iterum ſententiat, ſi non ſeruauit formam cõpromiſſi. tenet Innoc. in cap. j. de offic. deleg. & Sicul. in præal. cap. in literis. & in cap. qualiter & quando.

ADDITIO. Cognoſcere. De hoc etiam vide Pau. de Caſt. in d. l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iudex. vbi etiam quærit ſi ex eiſdem actis debeat iterũ ſententiari, & alias quæſtiones vtiles ibi, ponit ad hanc materiam conferentes.

SVMMARIVM.

1 *Monachus derelinquens primum monaſterium, per ingreſſum alterius, an etiam bona quæ dedit primo monaſterio repetere poſsit?*

QVAESTIO XXXIX.

ITEM fuit quæſitum. a Si vnus † monachus,
qui ingreſſus eſt aliquando monaſterium, ibiq; fuit a
decem annis: & poſtea exeat inde, & aliud ingredia- 1
tur, an bona quæ primum monaſterium b habuit, ſe- b
quentur ad ſecundum monaſterium? Concluſum fuit q ſic: ſi tranſactio facta fuit de conſenſu primi

monaſterij, vel ipſius abbatis: aliàs non, vt not. Coll. in c. ex tranſmiſſa. de renun. & Inno. in c. quod à te. de cle. coniu. quamuis aliqui dicunt, quòd proprietas dictorum bonorum remanet penes primum monaſterium: vſusfructus autem tranſit cum perſona ad ſecundum monaſterium, ſi aliàs non habeat vnde viuat, ne ſit oneroſus ſecundo monaſterio. xxvij. quæſt. j. c. ſi quis rapuerit. & ibi gl. & xvj. q. j. c. de lapſis. per Specu. titu. de ſtatu mo. ver. vj. vltima fuit ſeruata.

a Crederem iſtam vltimam opin. debere intelligi quãdo inde egreditur propter peccatum ſuum vt quia collocatur in alio monaſterio ad agendum pœnitentiam, dentur bona ſecũdo monaſterio quoad vſumfructum. Sed poſt mortem naturalem redibit vſusfructus ad primum monaſterium. & conſolidabitur cum proprietate bonorum. vt eſt tex. cum gl. in d. c. de lapſis. & ca. ſi quis rapuerit. Si verò inde egrediatur fugã capiendo, tunc bona non recuperat, imò quocunque vadat poteſt cum abbas vendicare cum omnibus bonis per eum acquiſitis xviij. q. ij. c. Abbates Aut inde egreditur licitè ad aliud monaſterium ſe transferẽdo: vel promouetur in prælatum alterius eccleſiæ Et tunc vt aliqui volunt bona debent remanere penes primũ monaſterium. & quicquid poſtea acquirit, cedat ſecundo monaſterio, ſeu eccleſiæ. pro quo videtur text. prima fronte in c. vnico. xviij. q. j. & iſtud videntur voluiſſe Bal. & Sal. in l. inter antiquam. C. de vſuf. & videtur etiam eſſe tex. in authẽ. de ſan. epi. §. ſi verò monachus. & ibi Bar. col. ix. Alij quòd omnia ſibi vndecunque prouenta erant monaſterij ſecundi, vel dignitatis: quia videntur accedere ad perſonã. licet expreſsè fuerint collata tempore ingreſſus ratione prædicta. & illud c. vnicum loquitur de acquiſitis ex induſtria monachi, quia etiã penes primũ monaſteriũ, in quo ea acquiſiuit, & hoc vltimũ ſentit Frã. de Zaba. in alleg. c. quòd à te. Sicu. verò ibidẽ tenet ꝙ patrimonialia ſequantur perſonã. arg. dicti. c. quòd à te. & d. c. ex tranſmiſſa. & hunc ſequi videtur Hoſt. & Io. An. in d. c. ꝙ à te. opi. F. ã. ſequitur Clauaſ. in ver. monaſteriũ ver. vj.

1 ADDITIO. Monaſterium. Sed quid ſi monachus efficitur epiſcopus certè prius acquiſita remanebunt monaſterio: quæ verò poſtea per ipſum acquirẽtur, epiſcopatui applicabuntur: ita Spe. de ſta. monac. verſi. xxiij. & idem Bal. in additio. ibidẽ ad q. xxiij. idem Iaſ. in authen. ingreſsi. ij. col. C. de ſacroſanct. eccl. & ibi, an epiſcopus monachus de bonis acquiſitis poſſit teſtari.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tutorio nomine mouens litem contra aliquẽ, etiam ſi fuerit in expenſis condemnatus, executio expenſarum contra pupillum fienda.*

2 *Pupillo quotupliciter ſubuenia tur.*

QVAESTIO XL.

a ITEM fuit quæſitũ. a Si appareat aliquẽ † tutorẽ calũnioſè litem mouiſſe cõtra aliquẽ, ita quòd tutorio nomine fuerit in expenſis condẽnatus, contra quẽ fieri executio dictarũ expenſarũ: an contra tutorẽ, & eius hæredẽ, an contra pupillũ? Cõcluſum fuit quod contra pupillũ, per l. qui ſolidũ. §. ij. ff. de leg. ij. cũ l. in gloſ. alle. per l. no. quam alle. Bar. pro ſingulari. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi dolo tutoris. per Spe. ti. de execu. ſent. §. ſequitur. ver. quid ſi pupillus alius: ſed pone litem conteſt. per Cyn. in l. iubemus nullã. C. de ſacroſan. eccle. Et in l. Polla ff. de his qui. vt indig. & in l. properandum. §. fi. C. de iudi.

a Et ibi vide per gl. Bar. Bal. & Sal. an eccleſia teneatur ex facto prælati, de quo in regula iuris delictũ, & per An. & Sicu. in c. j. de do. & contuma. Quomodo † autẽ ſubueniatur pupil-
2 lo? tripliciter: vel cõtra tutorẽ vel eius hæredẽ: vel quòd petat reſtitutionẽ, ſi eſt intra tẽpora reſtitutionis petendæ: vel quòd cõuentus cedat actiones cõtra tutorẽ vel eius hæredẽ. vt not. per Bar. in d. l. qui ſolidũ §. etiã. & per Sicu. vbi ſuprà. col. tamẽ in d. l. ſi dolo ponit certa mẽbra Aut tutor quid operatur delinquẽdo: & ſic non tenetur pupillus. aut quid cõtrahẽdo ſiue in iudicio recuſãdo & tunc ex facto eius pupillus tenetur in
1 ſolidum. Tamen habet tria remedia ſuprà dicta Aut in non faciendo, vt in d. l. ſi dol. & tunc pupillus tenetur inquantum factus eſt locupletior. & actiones cedendo liberatur: vt ff. de adminiſt. tut. l. vlt. per Innoc. in c. j. in fi. vt lit. non conteſta. & vide per eundem Inn. in c. cum deputati. de iud. circa fi. quando pupillus tenetur ex facto tutoris, & quando non, &c.

ADDITIO. In iudicio. Adde, quòd tutores vel curatores, qui iuſtam cauſam litigãdi non habuerunt, licet nomine alieno egerunt: proprio tamen nomine debent in expenſis condemnari. De hoc eſt tex. no. in l. non eſt ignotum de admi. tu. quod glo. extendit ad prælatos eccleſiarum. Et ſi fuerint ſimpliciter in expen. condemnati, illas non imputant pupillo, vel adulto, cuius nomine fuit inſtituta calumnioſa actio. ita determinat Sal. in alleg. l. non eſt. vbi ponit in procuratore generali non habente mandatum ſpeciale ad cauſam, quia per generale mandatum non eſt ſibi commiſſum inſtituere actionem calumnioſam: ſecus ſi haberet ſpeciale mandatum ad cauſam. Ego ſæpenumero vidi practicari præal. l. non eſt in tutoribus calumnioſas actiones pupillorum hole proſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Non vendicans mortem teſtatoris occiſi, priuatur hæreditate.*

QVAESTIO XLI.

ITEM fuit dubitatum. a Cùm quidam fuiſſet interfectus, & plures expenſæ eſſent factæ tam in inquirendo homicidam, quàm ipſum accuſando, ac proceſſum contra ipſum, & furcas faciendo: quis teneatur ad huiuſmodi expenſas? Concluſum fuit, quòd hæredes defuncti tenentur ad expenſas, quæ factæ fuerunt in accuſando, & proſequẽdo dictum homicidium, cùm ad præmiſſa teneãtur. per totum tit. de his qui. vt indig. C. & ff. 1 Aliæ verò expenſæ ſpectant ad dominum, cuius eſt iuriſdictio: de quo vide not. per Henr. in c. ad aures. de ſimo. diſt. ij. a 1

a Quinimo ſi non † vindicauerint mortem teſtatoris occiſi ſaltem accuſando, dicuntur indigni, & priuantur eius hæreditate. l. j. C. de his quib. vt ind. Quod eſt verum intra terminum à iudice præfigendum, vt ibi, aliàs quamprimũ poteſt, ſecundum Bal. ibidem aliter dicetur in mora ſi habet teſtes, & fingat non habere, aliàs non. Et in dubio non præſumitur in mora, nec habere teſtes. Bal. ibi in fi. Præuentus tamen ab alio excuſatur. l. ſororem. & ibi Bal. C. eod. tit. Nec poteſt purgare moram, ſecundum Ang. in l. ſi inſulam. v. col. ff. de ver. oblig. & in l. neceſſarios. §. vbi quis. ad Sille. no. in l. & ideo. C. eod. tit. 1

1 ADDITIO. Aliæ verò expenſæ. Vide Ang. in authen. de collat. § iubemus. col. ix. qui per l. mulierem opus. ff. de capti. patet quòd expenſæ factæ capiendo malefactorẽ, repetuntur à communi vel à fiſco, ſi factæ fuerint per officiales, ſecundum Bal. in c. ij. hic finitur lex. In lib. fea. per alleg. l. mulier.

SVMMARIVM.

1 *Agi an poſsit contra filiumfamiliàs, patre extra prouinciam degente.*

2 *Prouincia nomine quidnam contineatur.*

QVAESTIO XLII.

ITEM fuit dubitatum. a Si agatur † contra filiumfa. vltra caſus contra filiumfa. ſpectantes, patre extra prouinciam degente: an valeat proceſſus? Concluſum fuit quòd ſic, per l. ſi longius. ff. de iudic. & per Spec. tit. de actore. §. j. verſi. item excipitur quòd eſt filiusfamil. & in pluribus locis. a 1

a Aduerte, quòd licet quidam dicant eò quòd iuriſdictiones ſunt diuiſæ: vnam vocari prouinciam † quodlibet regimen iuriſdictionis diuiſum ab alio, vt ſi vnus ſit de vna iuriſdictione, alius de alia, vt no. in l. fi. C. de lon. tem. præſcri. Alij tamen recipiunt prouinciam, ſicut canoniſtæ vocant, vnum archiepiſcopatum. & hanc approbat Pet. de bella perti. in d. l. fin. facit c. coram de elect. Alij vnam diœceſim, pro quibus in cle. ne Romani. de elect. in cle. Io. Fa. inſti. de vſuca. l. iij. col. circa medium. Dicit vnam prouinciam vbicunque eſt vnum auditoriũ, & vnus iudex, cui vterq; ſubditus ſit. in auth. vt iud. ſine quoq. ſuffra. §. illud. in fi. Vnde ſi ſint plures iudices ſub vno præſide vel ſeneſcallo, ſicut eſt in præſenti ſeneſcallia Tholoſæ, quãuis partes ſint de diuerſis territoriis, & de diuerſis iuriſdictionibus, quia tamẽ corã vno ſuperiore, vel maiore, videlicet eorũ ſeneſcallo litigare poſſunt, dicit eos eſſe præſentes, ar. d. l. fi. 2

qui

& alia documenta? Concluſum fuit quòd nõ poteſt:
per no.Inn.in c.paſtoralis.de cau. poſ.& proprie.per
gl.l.iudices.C.de iudi.& per Colle.in c.cũ dilectus.
de fide inſtru. Item idem in eccleſia, vt in clementi-
na vnica de cauſa poſ.& proprie.cum ibi no.

a Fallit in caſu dicti c.paſtoralis. ſecundò † in his in quibus 2
iudex procedit ex officio ſi hoc viderit expedire, ſicut in cau-
ſa beneficiali, nam ſi nihil eſt præcluſum, argumen. dicti c.pa-
ſtoralis.Rot.deci.v. Tertiò fallit † in criminalibus cauſis cùm 3
reus vult ſuam innocentiam purgare, argu.in l.diui. ff. de pœ-
nis.& ibi hoc expreſſè tenet Bar. Quartò † etiam in cauſis in 4
quibus proceditur ad inſtantiam, ſi inſtrumenta ſint de nouo
reperta, vt l.admonendi.ff.de iureiur.ſecundum lecturam quã
ibi ſequitur Barto. Quintò ſi de facto recipiantur, tenet re-
ceptio, & videtur à concluſione receſſum in quo partes non
contradixerunt.vt not Ro.vbi ſuprà, quod eſt verum ſi iudex
ſciebat concluſionem in cauſa factam: ſecus ſi ignorauit, vt
quia ſucceſſit alter, qui fecit concluſionem, vt notat Rota.
vbi ita dicit Sicu. in alle.c.cum dilectus 1. Adde ꝙ fallit etiã 5
in probatione, quæ venit fienda per confeſſionem ſpontaneã
partis.Pau de Caſt.ſuper rub.de probatio. Adde quæ ponun-
tur in antiquis deciſ.Rota conclu.ix.cccclxviij.& cccclxix.

1 ADDITIO. Cum dilectus. Vide ibi Feli.qui ponit com-
plures alias limitationes ad prædictũ c.cum dilectus, vſq; ad
numerum xiiij.& ponit etiam quatuor ampliationes.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus captus & detruſus in carce-
res per iudicem ſecularem, ſi inuenitur nõ habere
tõſuram non remittitur ad iudicem eccleſiaſticum.*
2 *Cauſa criminali vertente coram iudice laico, ſi reus
interea efficiatur clericus, cauſa finietur coram di
cto iudice laico: ſed ſententia executioni mandabi-
tur per eccleſiaſticum.*
3 *Clericus crimino ſus fugiens poteſt capi à iudice
laico.*

QVAESTIO CXLVII.

ITEM anno domini a mille.cccxciij. & die † ſe- a
cunda Auguſti fuit appunctatum, quòd quidam 1
clericus coniugatus cum vnica & virgine, quia poſt
captionem & in carceribus exiſtens fecerat ſibi ton
ſuram, qua carebat, quòd nullo modo debeat re-
mitti iudici eccleſiaſtico: & ita fuit ſentialiter pro-
nuntiatum.

a Adde quòd † ſi lite pendente in cauſa criminali coram ci- 2
uili iudice reus laicus fiat clericus, cauſa continuabitur, & fi-
nietur coram iudice ciuili: ſed mandabitur executioni per ec-
cleſiaſticum.argu.in c.poſtulaſti.de foro competen.& de rap.
c.ij.hanc partem ſequitur Specul. titul. de reo.§.j. verſic. ſed
quid ſi eſt criminalis. idem Pet. de Ancha. in regula iuris, ea
quæ. xiiij.quæſtio.de regu iur. libr.vj. & iſtud facit ad deciſ.
eorum de quibus ſuprà deciſio. cxliij. Adde † quòd clericus 3

criminoſur fugiens poteſt capi à iudice laico. vt per do. Feli. in c.cauſam, extrà de iud.

SVMMARIVM.

1 *Officialis poteſtas circa præſentationem patroni eccleſiaſtici.*

2 *Vicarius & officialis in adminiſtranda iuriſdictione æquiparantur.*

3 *Vicarius epiſcopi poteſt præſentatos à patronis inſtituere.*

QVAESTIO CXLVIII.

a ITEM fuit quæſitũ. a Si officialis poteſt † coge-
1 re ſeu compellere patronum eccleſiaſticũ poſt præſentationem ad dandum & conferendũ partẽ congruam & ſufficientem vicario, cũ qua valeat vitam ſuam, & cætera onera incumbentia ſupportare? Cõcluſum fuit quòd ſic per gloſ.c.fi.de offi.vica.lib.vj. cum ibi no.per Archid.ibidem. & ita fuit obſeruatũ in dicta capella, quamuis clemen.j. de iure patrona. loquatur de diœceſanis: quia idem conſiſtorium eſt vtriuſque. fuit concluſum prout ſuprà dictum eſt.

a Pro qua facit.c.pe.de offic.vica.lib.vj.vbi officialis ex cõmiſſione generali habet generalem adminiſtrationẽ iuriſdictionis in eiu.libur, cuiuſmodi eſt caſus noſter. Aduerte tamẽ quia inferiores à diœceſanis habẽtes ius inſtituẽdi ea priuilegio, non poterunt facere dictam prouiſionem, ſed habebunt ad diœceſanum recurrere: tenet glo.ſuper verbo diœceſanis.in alleg.clemen.j.de iure patron.& idem Guli.Pau.Stepha.Imo. & Fran.ibidem. Crederem etiam quòd vicarius epiſcopi po-
2 terit hanc prouiſionem facere, cùm † in adminiſtranda iuriſdictione æquiparantur vicarius & officialis. vt tenet Guli.in clemen.j.de offi.vica.per c.ij.de offic. vica. ſuprà allega.maximè
3 quia † vicarius epiſcopi poteſt ex officio præſentatos à patronis inſtituere.tex.eſt qui non eſt alibi.inc.ea frequentibus. de inſti ſecundum Sicu.ibidem. Officialis tamen & vicarius epiſcopi ſunt diuerſi.c.cum nullus. de tempo.ordi.lib.vj.c.fin. de offi.vica.alleg.vbi Io.And.& moder.not in cle.ij.de reſcri. Guli.in alle.cle.de offic.vic.& præſertim apud nos citramontanos: qui alios appellamus vicarios, & alios officiales, not. Ioan.And.in addi.Spec.ſuper rub.de offi. vic. quæ appellatio vulgaris eſt attendenda.ff.de fundo inſtru.l.cùm de Lanionis. §.aſinam.niſi fortè etiam officialis eſſet conſtitutus vicarius.

QVAESTIO CXLIX.

a ITEM fuit quæſitum, a Si dicta aſsignatio poterit fieri ad inſtantiam dicti vicarij agentis, vel ſolùm ex officio? Cõcluſum fuit quòd vigore vtriuſque, quamuis Collec.in c.de monachis.de præben. videatur tenere quòd ſolum ex officio, & non ad inſtantiam partis.

a Primum quotidie ſeruatur, pro quo facit, quia vbicunque imminet periculum animarum poteſt iudex ex officio ſupplere. vt in c.exceptionem.de except.not. glo.in c. copientes. de electio.libro vj tenet Sic.in c.bonæ.j.de poſtula præla.ſa. c.j. de præben.lib.vj. & quòd etiam ad inſtantiam vicarij, patet per gloſſ.in c.cum ſit liberum.de ſepult.iunctis ibidem no.per doct. videlicet, quòd ibi inducitur obligatio, de nouo per legem, nec cauetur quo genere actionis agendum ſit, poteſt agi conditione.ex illa lege.ff.de condict.ex leg. l. vna. Ita etiam concludit Fran. poſt Guli.in præalleg. cle j.de iure patro. Et dicetur huiuſmodi portio ſufficiens conſiderata qualitate perſonæ: & ſecundum ſitum eccleſiæ ſecundum gloſ.in alleg.cle. j.de iure patro.& xaj.quæſt.j.c.cum adeo. de reſcri.in gloſ. ij. & ibi Sicu. Cùm ex præmiſſis appareat quòd huiuſmodi aſſignatio ſeu augmentatio penſionis pertinet ad diœceſanum. vnde eſt quòd iudices temporales huius regni vſurpant ſuper hoc cognitionem, & etiam ſuper eccleſiarum reparationibus. Certè neſcius ſum. Audiui tamen aliquos dicentes quòd
1 id cauebatur in ordinationibus 1 regiis: ſed iſtud mihi non ſufficit propter c.bene quidã xcvj.di.& c eccleſia ſanc.Mariæ. de contiitu. & c.cum laicis. de rebus eccleſ. non alie. Alij dicunt quòd hoc poſſunt facere per cap.filiis vel nepotibus.xvj. q.vij. cum gloſſ. vbi in negligentiam metropolitanam dicit tex.quòd conſtructores eccleſiarum regis hoc auribus intimare non differant.& glo.ibi ſuper verbo regis, dicit vt eum corrigat. Sed adhuc non mihi ſatisfacit iſtud, quia Sicul.in c. qualiter.de iudic.dicit quòd illa gloſſ.non bene dicit. Nec ob. tex.ibi regis,&c. quia intelligitur non vt rex iudicet, ſed vt admoneat, vel non inſtet coram ſuperiore. Vel dic quòd ſecundum tempora antiqua loquitur. ita videtur ſenſiſſe Arch. in alle.c.filius.dicendo gl.præalle.non verum dixiſſe propter dictum c.qualiter, in fi. Nec etiam ſufficere videtur c. principes ſeculi.cum ſua gl. xxiij.q.v.quia procedit vbi poteſtas eccleſiæ deficit, & non poteſt idem facere propter facti reſiſtentiam: tunc poteſt implorari brachium ſeculare.in cap.j.de offic.ordi.& ibi gloſſ.& doctores.

1 ADDITIO. Ordinationibus. Vide infrà, in addi.ad q.pe. vbi ponitur effectus ordinationis regis Caroli vj.ſuper qua ſe fundant domini iudices temporales: ſed in veritate vidi plures eadem abuti quæ ſua ſunt quærentes: & ipſius ordinationis mentem atque tenorem peruertentes in eccleſiarum ac beneficiorum maximum diſpendium & burſarum iudicum, cõmiſſariorum, notariorum, & aliorum repletionem ac incrementum: vtinam per ſupremam curiam correctionis ac reformationis accommodè remedium apponatur.

SVMMARIVM.

1 *In bonis acquirendis non fit fraus iudici temporali, ſecus in acquiſitis.*

2 *Bona damnatorũ hodie non intelliguntur cõfiſcata, niſi reus commiſerit crimen læſæ maieſtatis.*

3 *Bona damnatorum quando veniant confiſcanda, & quando non.*

QVAESTIO CL.

ITEM fuit quæſitum. a Quidam † accuſatus a
de aliquo crimine capitali, conuictus & confeſſus 1
non expectata ſententia compoſuit cum prælato ad certam ſummam, iudex temporalis conqueritur de dicto prælato, dicens quòd ipſe malè fecit: quia ſi dictum reum condemnaſſet, bona immobilia ſibi fuiſſent applicata. Prælatus econtrà quòd ſibi nullam fecit iniuſtitiam. Concluſum fuit quòd prælatus bene dicit: quia in bonis acquirendis non fit fraus ipſi iudici temporali: vt l. cum quidam.ff. de iur.fiſ. & ibi gloſ. ſecus in acquiſitis. vt in l. in fraudem.eo.tit.& ita determinat Bartol.ſeq.glo.d.l. cùm quidam.faciunt no.per Collec.in c.cùm in contemplatione.de regu.iur.

a Secundum generalem conſuetudinem Franciæ ſecundum quam bona mobilia clericorum damnatorum applicantur epiſcopis: immobilia verò dominis à quibus tenentur, pro qua conſuetudine Io.Andr.in addi.Spe.tit.de feu.§.pe.verſic. alj.adduxit multa iura. & iſtud firmat Oldr.conſi.xvij. & Pet. de Aneba. in regul. iur.ea quæ. de regul. iur. libr.vj.in xaij.q.
Addequòd hodie † bona damnatorum regulariter non intel- 2
liguntur confiſcata: quamuis quis ſit ad mortem damnatus: niſi expreſſè in ſententia capitali, etiam bona publicentur, niſi in crimine læſæ maieſta.vt in l.quiſquis. C. ad l. Iuli. maieſt. & in authenti.bon.dam.C.de bon. dam. Si tamen ſumus in caſu, in quo bona confiſcantur, poſſunt confiſcari abſque ſententia: puta, ſi conſtat per confeſſionem reum deliquiſſe: quia licet moriatur reus ante ſententiam, tamen bona confiſcata ſunt: ita dicit Spec.in tit de accu.§.j.verſic.quid ſi latro. quem refert & allegat Bal.in l.j.C.ne ex delict. defuncto. l. iij. idem dicit Bal.ſi erat in cauſa concluſum, & non reſtabat niſi ferre ſententiam. Et pro plena declaratione an bona damnato-
rum publicentur 1, vide gloſſ.& Bartol.in l.j.ff.de bon. dam. 1
& Bald.in titu.de pace tenenda, cap.j.in princip. & Bald.in alle. authenti.bona damna.& ibi Ang.& Salic.Ang.in authenti.
vt nulli iud.§.b.Et conclude † ſecundum Angel. & Bal. quòd 3
aut damnatus perdit bona tantùm: aut ſtatum & non bona: aut debet perdere ſtatum vel ciuitatem vel vitam: aut non perdit ſtatum neque bona, ſed condemnatur ad aliquam partem pecuniæ vel bonorum. Primo caſu quando damnatus

perdit

perdit taotùm bona, tunc indubitaoter bona damnati filiis non reſeruantur, ſed confiſcantur. aliàs ex iſto delicto oulla pœna applicaretur fiſcu, & per dominum non puniretur criminaliter: vt in authen. de inceſtis nup in prin. Ex quo infertur quòd etiam hodie bona contumaciæ non obſtantibus habens aanotatione perduntur bona, aliàs non eſſet alia pœna contumaciæ. & ſic titu. de requirendis reis non eſt correctus. Secundo caſu quando perdit ſtatum & non bona: tunc iura antiqua remaneot incorrecta: vt l. raptores. C. de epiſ. & cle. & l. j. ver. ſi quidem, C. de rap. virg. Tertio caſu quãdo quia debet perdere ſtatum, vel ciuitatem, vel libertatem, vel vitam, tunc habet locum diſtinctio dictæ authenti bona dam. vt bona reſeruentur filiis. vt ibi, quod etiam Ange. ſecundum Iac. Butriga. procederet quando pœna confiſcationis venit in conſequentiam: vt contingit in relegatis qui ciuitatem ooo perdunt: & ſic non moriuntur ciuiliter nec naturaliter: tunc iura antiqua de publicatione loquentia nullatenus ſuat correcta. Quarto caſu quando perdit tantum partem bonorum vel coodemnatus eſt in aliqua quantitate, tunc iura vetera remanent incorrecta. Et ſi quis damnatus eſt in mille, exiſtentia liberorum non poſſet iſtam condemnationem impedire: vt dicunt prædicti doc. vbi ſuprà.

1 ADDITIO. Bona damnatorum publicentur. Vide latiſſimè tractatum circa bonorum publicationem Ange. Are. in ſuo tracta. malefici. in verbis, & eius bona publicamus. & ibi Auguſti. in addi.

SVMMARIVM.

1 *Ement ſcienter rem furatam à fure, furti tenetur.*
2 *Secus ſi ignoranter, tenebitur tamen rem vere domino reſtituere ſine pretio.*
3 *Furti ſuſpicio euitatur per furis denominationem.*
4 *Habens penes ſe rem furtiuam, ſi conſueuerit emere res furtiuas, cenſetur ſcienter id feciſſe, & tenetur furti.*

QVAESTIO CLI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si conſuetudo vel ſtatutum eſt Tholoſæ, quòd qui emit rem furatam in loco publico, non reſtituat domino, niſi reſtituatur
1 pretium emptori, 1 quæritur an valeat, & ſit ſeruandum? Concluſum fuit quòn nou: & ita tenet Hoſtien. in ſumma tit. de pœni. & remiſsio. §. fiu. ver. Quid ſi quis emerat: facit. l. ij. C. de furtis.

a Idem directo, in ti. de furtis. & Ange. in ti. de reſti. §. j. ver. vtrum emens. Idem Io. Fab. in allega. l. ij. dicit tamen quòd ſi quis emit bona fide vt redderet domino, & fortè minori pretio quàm valet, eſſet æquum reſtitui pretium, & videtur no
1 tari per Hoſti. eo. §. ver. quid de prædam ementibus. Adde † igi-
2 tur quòd ſi quis emat ſcienter 2 res à fure, tenetur furti: vt d. l. ij. & quòd ibi no glo. & doc. Et idem ſi rem furatam ſcientes à fure pignori accepit, vt eſt caſus ſi in l. ij. §. ſeruus cuiuſdam. ff. de condi. inde & ita dicit Bald. & Rapha. Fulgo. in l. eos. C. de fur. Secus † ſi ignoranter emeret vel pignori acciperet, tenebitur tamen rem domino reſtituere ſine pretio:
3 vt in alleg. l. ij. debet tamen † nominare furem ne incidat in furti ſuſpitionem. d. l. ſi ſeruus. quod intellige ſi eſt malæ famæ: quia tunc ex quo res furtiua reperitur apud eum, niſi docet à quo habuit, præſumitur ſubtraxiſſe ſecundum Bal. in l. fi. ff. de hære. inſti. vt l. ciuile. C. de fur. Secus ſi erat bonæ famæ: vt l. ooo omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. & iſta eſt opi. Cy. quam ſequuntur communiter doc. idem Io. de Imo. in d. l. fi. ff. de hære. inſti. Dicit tamen quòd eſto quòd ſit malæ famæ, hoc ſolùm facit iudicium: non tamen quòd propterea poſſit damnari, ſed bene poni ad torturam. l. abſentem. ff. de pœnis. idem Bar. in l ſi ff. de quæſtio. in princ. ij. col. Adde in-
4 ſuper quòd eo pſo, quòd † aliquis habet penes ſe rem furtiuam, ſi conſueuerit emere res furtiuas præſumitur quòd ſcienter emerit: & ſic quòd fuerit particeps, & ſic tenetur furti: niſi aliter ſe excuſet. Si autem non erat ſolitus emere tales res, tunc ſecundum Bart. in d. l. inciuilem, debent attendi aliæ circunſtantiæ: vt quia emit paruo pretio & clam, & tunc præſumitur contra eum: ſecus ſi palam & iuſto pretio. ita etiam dicit Ioan. de Imol. in d. l. fi. de hære. inſti. Alb. de Roſa. in d. l. inciuilem, concludit quòd etiamſi res furtiua reperitur penès aliquem in loco abſconſo, licet perſona ſit aliàs conſueta furari, quòd per iſtas præſumptiones non inducitur vera probatio ſufficiens ad condemnandum: eſt tamen ſufficiens ad torturam ſecundum Bartol. in d. l. fin. de quæſt. ſi eſt aliàs homo malæ vitæ & opinionis vel famæ: niſi oſtendat à quo habuerit. quia etiam tunc non eſſet ſufficiens ad torturam ſecundum Bar. vbi ſuprà.

1 ADDITIO. Niſi reſtituatur pretium emptori. De hoc vide in deci. delphi. q. ccccliij. & ccccciij.

2 Emat ſcienter. Vide latiſſimè per Ant. in ſuo tracta. maleſi. in verbis, & veſtem cæleſtem, vnà cum addi. Ang. vbi furti materia pleniſſimè determinatur: ſed an furtum paſſus poſſit agere contra bonæ fidei emptorem. Vide Bal. in alleg. l. inciuilem. C. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Procurator contrahens ex re, vel circa rem, vel ſupra rem domini, domino acquiritur actio & obligatio abſque ceſsione.*
2 *Per pactum extranei, actio acquiritur illi, cuius nomine fit.*
3 *Dominus quando poſsit agere actione vtili ſine ceſsione.*

QVAESTIO CLII.

ITEM fuit quæſitum. a Quidam † procurator a
ad negotia conſtitutus tradidit cuidam quoddam 1
molendinum domini ſui reædificandum ſub certo pretio, qui locator promiſit bene, fideliter aptare: reperitur expoſt malè reparatum, propter quòd dominus paſſus eſt damnum & intereſſe: an dominus conſtituens dictum procura. poſsit agere ratione contractus abſque aliquali ceſsione actionis facta per procuratorem contra ſic locantem operas ſuas, & malè aptantem? Concluſum fuit quòd ſic: quia ſi procurator contrahit ex re, vel circa rem vel ſupra rem domini, domino acquiritur actio & obligatio abſque ceſsione. ita tenet Cy. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. & l. ſi procurator. de procu. ff. & ibi But. & per gl. in c. quanquam. de vſur. li. vj. & in c. j. de pact. per Collec. vbi tenet quòd
per † pactum extranei actio acquiritur illi, cuius 2
nomine fit. & gloſſ. hoc tenet expreſsè in cap. quoties. j. quæſtio. vij.

a Bal. in l. cū per eos. C. ſi quis alteri vel ſibi. diſtinguit quòd
ex contractu † dominus obligatur: vt quia emit procur. præ- 3
dium ſub pretio certo quod promiſit procur. ſoluere nomine domini. & tunc quæritur domino vtilis actio ſine ceſſione, & ratio eſt: quia ipſa æquitas, & ſicut vẽditori ſtatim obligatur, ita vice verſa agere poſſit: vt l. Iulianus. §. ſi procurator. ff. de act. empt. & no. glo. magna. in l. multum intereſt, allega. Aut ex tali contractu non obligatur dominus, vt quia procu. in ipſo contractu, vel ante ſoluit pretium, & tunc domino non quæritur vtilis ſine ceſſione: niſi in ſubſidium ſicut in aliis cõtractibus in quibus non oritur obligatio vltrò citròque, & per hoc habes quando dominus poſſit agere vtili ſine ceſſione: idem voluit Salicetus in allegata l. cùm per eos. vide Bar. in d. l. Iulianus. §. ſi procurator.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo laicorum non ligat clericos. & nu. 2.*

QVAESTIO CLIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An conſuetudo † lai- a
corum liget clericos? 1 Concluſum fuit quòd non: 1
ita tenet Cy. in l. fi. C. quæ ſit long. cõſuetudo. Coll. 1
in c. cum appella. de priuile. Hoſti. in ſumma. tit. de cõſuetudinibus, & per Inno. in rubri. de conſuetudi.

t Aduerte quia in huiuſmodi materia varij ſunt doc. ideo vide Sicu. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. 2 de conſti. & in capit. 2
quòd clericis. de fo. compe. vbi latiſſimè, & vſque ad tædium

proſequitur. Vnum tamen ex d.c.quod clericis.teneas menti,
2 quòd † conſuetudo laicorum quantumcunque generaliter &
indeterminatè loquens non comprehendit clericos in foro
eccleſiaſtico litigantes concordat dictum capitu.eccleſia ſan-
3 ctæ Mariæ 3. quod eſt contra Bar.in l.j.C. de ſum. tri. ſecun-
dum Sicu.in alleg c.quod clericis.j.col.

1 Additio. An conſuetudo laicorum liget clericos. vide de hoc Guid.pap q lxix in dec.Bal.

2 Eccleſia ſanctæ Mariæ.vbi poſt do Abb.vide per do. Feli. & an leges imperatorum ligent clericos. vide ibi per eundem do. Felin.& multa alia per eum ibidem egregiè tractata.

3 c. eccleſia ſanctæ Mariæ. vi le ibi pleniſſimè per Feli.& in alleg c.quod clericis.de fo.cõpe.& ibi per eum quid de ſcholaribus.& vide etiam Iaſ.in alleg.l.j.C.de ſum.tri.v.col.

SVMMARIVM.

1 *Abbas vel religioſus habentes adminiſtrationem poſſunt eſſe executores teſtamenti etiam ſine licentia ſuperioris.*

Item & fratres mendicantes, exceptis minoribus.nu.2.

3 *De conſuetudine maior 17.minor 25.& fœmina poſſunt eſſe executores teſtamenti.ſecus de iure.*

QVAESTIO CLIIII.

a
1 ITEM fuit quæſitum.a An † abbas vel alius religioſus adminiſtrationem habens, poſſit eſſe executor teſtamenti licentia ſui ſuperioris non petita, nec obtenta? Concluſum fuit quòd ſic. quia habet velle & nolle.c.contingit. de tranſact. c. cùm olim. de priui.cum gloſ.& à contrario ſenſu.c. religioſus: de teſta.libro.vj.

a Hoc expreſſè tenet ibidem gloſ.quam ſequitur Domi. idẽ tenet gloſſ. in cle. vnica. co.tit.in verſi. quod vtique ſequitus
Fran.in v.no.ſa.glo.in cle.religioſus. de procu. in cle. quã ſe-
2 quuntur ibidem Mat.Paul. Imo. Sicul. & Fran. Adde † etiam
quòd mendicantes poſſunt eſſe executores teſtamenti obten-
1 ta licentia, vt voluit gl.in alle.c.religioſus 1, de teſt. Sed fra-
a tres minores 2 non poſſunt per clemon. exiui. de ver. ſigni.
§. peninde.& § verumetiã.Ioan.& Do.in allega.c. religioſus,
Bart. in l.à filio. ff de alimen.le.& in l.j in col.j.de leg ij.poſ-
ſunt tamen eligere pauperes ſecundum Barto. in l.cum pater.
3 §.hæreditatem.de leg.ij. Adde † quòd quicquid ſit de iure tamen de cõſuetudine ſeruatur quòd maior xvij. & minor .xxv. & fœmina poſſunt eſſe executores teſtamenti.ita tenet Spec. tit.de inſtru.edi.§. nunc verò. ver i.lxxix.& ſequen.idem gl. ij. in alleg c.religioſus.& idem ibi Domi.idẽ Bar.in l.à filio,alle.

1 Additio. c. religioſus. Vide per Paul.de Ca.cõſi. cxlvj.

2 Fratres minores. Vide Bal.in tract.minoricarũ.& Clauaſ. in ver.executor.§.fina.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad lites ſi appellauerit à grauamine, vel interlocutoria, tenetur proſequi appellationem.*

Secus ſi à diffinitiua.& nu.2.

Debet tamen dominum certiorare, ſi dominus non fuerit propinquus curiæ, & dabitur ſibi terminus peremptorius ad proſequendum appellationem.nu.3.

QVAESTIO CLV.

a ITEM fuit quæſitum. a Si procurator † conſti-
tutus inter acta teneatur appellationem proſequi?
1 Et concluſum fuit quòd ſic: ſi appellat à grauamine, vel interlocutoria, & appellationem debet proſequi in eodẽ loco, vel ciuitate, vbi appellatur: aliàs
non. ita no.Inno.in c.non iniuſtè.de procu. Si † ve-
2 rò appellatur à diffinitiua: & procurator fuit ſolùm conſtitutus in illa cauſa, non tenetur proſequi. Si verò generaliter, vel ſpecialiter in illa cauſa, vel alia ad appellandum & proſequendum, tunc ſit hoc verum in eodem loco, vel ciuitate vbi appellatur, alibi non. ita not. Collec. in d.c. non iniuſtè, faciunt no.per Cy.in l.inuitus.vj.q. C. de procura. & per cle.inſtrumento, vel literis.de procu.

a Id eſt ad lites præſentes & futuras ſecundum Barto. Bald. & Sali.in l.inuitus.infrà alle.& Sicu.in d.c.non iniuſtè. In caſu tamen prædicto in quo non tenetur, tenetur domino denuntiare quòd appellatio deferatur ſecũdum Bal. & Sali.in ca.l. inuitus.& Sicu.vbi ſuprà. Hoſt.tamen relatus ibidem à Sic.dicit quòd ſecundum ſtylum Curiæ Romanæ ſi procu.ibi appel-
let ab interlocutoria, tenetur ibi proſequi. Si † verò appellat 3
à diffinitiua: & dominus eſt propinquus curiæ: tunc ſibi datur breuis terminus ad denuntiandum domino. Sed ſi dominus multum diſtat; tunc datur procur. terminus peremptorius ad proſequendum appellationem. quòd ſi fecerit, ſententia non tranſibit in rem iudicatam, & hoc factum fuit vt lites abbreuiarentur.

SVMMARIVM.

1 *Infans pro parte natus, & pro parte non natus an poſsit baptizari.*

Item an poſsit baptizari à laico, vel fœmina, ibidem.

QVAESTIO CLVI.

ITEM fuit quæſitum.a Quidam puer † in vte- a
ro matris exiſtens medius in capite & collo, reliquis 1
partibus extrà poſitis, ita quòd bene apparebat viuus, & maſculus fuit baptizatus, an talis baptiſmus teneat ad hoc vt ſi moriatur debeat in cimiterio ſepeliri? Concluſum fuit ſecundum dictum domini Guli.de monte lau. in cle.j. de ſum.trini.§. ad hoc, ſuper ver. vnicum: quòd ſic.& in ſacramentali ſuo, tit.de baptiſ.§.not.quòd in charitate. ver.no. de alia quæſt.ita tenet dominus Pe.Ranati decretorum doctor & cancellarius Tholoſæ. Et ita practicaui ego Corſerij, Tholoſæ exiſtens officialis ibidem bis, quamuis contrarium teneant alij docto. tam Theologi, quàm canonici.vt no.dictus Guli.in cle.alle. & Colle.in cle.d.c.j.de bap. vbi vide pleniſſimè. facit, quia anima eſt in toto corpore, & in qualibet parte ipſius ſecundum Theologos.vt l.vulgaris.& ibi no. de pœ.diſtin. j. faciunt no.per Inno. in c. debitum. de bapt.& glo.decre.in c.propriè.ſuper verbo, trium nullum. de conſe.diſt.iiij.

a Petrus aureolus in quarto ſentẽtiarum, diſtin.v. dicit quòd ſi pars principalis appareat poterit baptizari. Landulphus in iiij. diſtin.iiij.tenet quòd ſi pes vel manus appareat, debet: tamen natus poſtea debet iſto modo baptizari: ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo &c. Fran.in allegata clemen.de ſum. tri. tenet quòd oportet quòd totus ſit natus, niſi neceſſitas immineat: quia in tali neceſſitate id quod apparet, debet baptizari propter occultam operationẽ ſpiritus Sancti.j.q.j. multè circa medium gloſſ in c ſi ad matris.de conſec.diſtin. iiij. tenent quòd nõ poteſt baptizari.per.c. qui in maternis. ea.diſt. Alij dicunt quòd ſi caput apparet, debet baptizari.l.cum in diuerſis.ff.de reli.& ſump.fune. Sed opi.noſtræ deciſ. & Landul.
eſt ſecurior. 1 & valde pia, quam Tholoſ.& Richar.ſequuntur 1
in iiij.& Angelica titul de bapti §.vj.verſ.iij.

1 Additio. Eſt ſecurior. Adde quòd baptiſmus conferri poteſt in articulo mortis.de conſe.diſt.iiij.c.ſanctum.gl.in c à nobis.el ij.de ſen.excom. Quod eſt verum etiam à laico, ſi deſit ſacerdos. d.c.ſanctum. Item etiam à muliere dicto tẽpore, non aliàs.c.mulier.de conſe.diſtin.iiij.iuncta gl.ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas ſpiritualis an contrahatur per procuratorem.*

2 *Item an liceat principibus per ſuos procuratores talem compaternitatem contrahere.*

3 *Item an procurator vel ſyndicus erunt compatres.*

QVAESTIO CLVII.

a ITEM an cõpaternitas ſpiritualis † poſsit con-
5 trahi per procuratorem? 1 Concluſum fuit quòd
non per no. Archi. in c. j. de cog. ſpi. li. vj. non Col. in
c. Martin. eo. tit. in antiquis, per rationes ibi poſitas.
vide Bartol. in l. Gallus. §. forſan. ff. de liberis &
poſthumis.

a Qui tenet idem cum Archi. idem Bal. in l. multum intereſt. v. col. in prin. C. ſi quis alteri vel ſibi. Bald. in l. ſi quis alumnam. C. de nup. Bal. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. vbi
a dicit contrarium ſeruari de conſuetudine, maximè in † principibus, qui cõtrahunt compaternitatem baptizando per procura. ſuos, quia ius canonicum non curat de ſubtilitatibus legum. Ioan. Andr. de Imo. in c. vnico. de cogna. ſpir. lib. vj. alle. refert Ange. de Peru. feciſſe differentiam inter procuratorem & nuntium, vt in procu. procedat opi. Archi. In nuntio verò procedat opi. contraria: ſed idem de Imo. dicit tutiorem eſſe opi. Archidia. & illam ibidem ſequitur do. Sienl. verò in c. veniens, de cognat. ſpir. refert Marſilium docto. Ioan. Andr. & vt idem Ioã. And. recitat in regula iuris. per alium. de reg. iur. lib. vj. in merc. tenuiſſe quòd per procuratorem contrahatur. ſed Ioan. And. tenet contrarium Ange. in titulo de matrimonio. §. impedimentum ſeptimum, verſic. aiiij. ſequitur opi. in d. c. veniens. videlicet vt ante contractũ matrimonium teneatur quòd ibi eſt cognatio ſpiritualis, poſt contractum teneatur alia opinio quòd non contrahatur. Et idem in vniuerſitate an poſſint hanc cognationem contrahere per procur. vel ſyndicum, quod ante factum ſic, & ſinguli de vniuerſitate ſint compatres, quia diſpoſitio concepta in vniuerſitate reſoluitur vt concernat ſingulos de ipſa, ſi actus non cadit in vniuerſitate, vt res non pereat, facit tex. in c. ſi ſententia. de ſenten. excommuni. lib. vj. & gloſſ. in c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſenten. excom. eod. lib. Sed poſt factum tene cum Frede. conſi. avj. & noſtra deciſione, quòd non poteſt con-
5 trahi quia non habet animam, & non eſt baptizata. Sed † nunquid ipſe procu. vel ſyndicus erit compater. Ioan. Andr. vbi ſuprà, tenet quòd ſic in caſu, in quo compaternitas non poſſit contrahi per procu. quia licet non intenderet obligari, tamen quia re interuenit, & ideo etiam extra quod agitur naſcitur obligatio. vt l. ſi is. in fi. ff. commo. Sed contrarium tenet Fre. vbi ſuprà, & eam veriorem credit Sic. in alle. c. veniens. & do. vbi ſuprà, fa. quod no. Pet. de Anch. qui dicit ꝙ tenens filiũ alterius quem credebat filium vnius cum quo intendebat cõpaternitatem contrahere, non contrahit cõpaternitatem cùm non ſit filius illius. Et ideo dictante contractũ verum quod dixit Ioannes Andreas, poſt contractum vera opi. Frede.

1 ADDITIO. An compaternitas ſpiritualis contrahatur per procuratorem: vide Ro. deciſ. ccccccxxxiij. in anti. & cccccxxxiij. in anti. cccccxlia. in no.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ fieri an poſsit die feriato ob neceſsitatem hominum introducto.*

2 *Item an in feriis introductis in honorem Dei.*

3 *Item an quis talibus diebus capi ac incarcerari poſsit.*

QVAESTIO CLVIII.

a ITEM fuit quæſitum. a An executio † alicuius
5 ſententiæ poſsit concedi, ſeu fieri die feriato ob ne-
ceſsitatem hominũ introducto, ſicut in vindemiis?
Concluſum fuit quòd ſic 1. ita tenet Collec. in c. fin.
de iudic.

a a Quid autẽ † in feriis introductis in honorem Dei. Frede.
a conſi. cxxxia. tenet quòd nuda executio a poterit fieri in iſtis feriis introductis in honorem Dei, cùm non exigatur cauſæ cognitio, pro quo fa. gloſ. in cle. j. de offic. delega. quæ vult teſtes poſſe recipi tali die feriato: quando non vertitur aliqua cauſæ cognitio: quod etiam tenet Spec. tit. de fer. §. ij. verſic. ſed quid ſi nunc. & Ioan. And. in c. j. eo. tit. Sicu. in c. ij. de iudic. allega. recitata diſtinctione quotidiana quam poſuit Io. And. in addi. Specu. tit. de libelli concep. §. nunc dicendum. verſic. xxa v. dicit quòd executio tali die feriato fieri non debet. Sed ſi executio fieret, teneret, licet committeretur peccatum, quia non eſt actus iudicialis, & in eo quòd dictum peccatum committitur, intellige niſi immineret aliquod periculum, puta fugæ: nam poteſt † tunc quis ea cauſa capi & incarcerari, vt nor. Bartol. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his qui not. infam. 3

1 ADDITIO. Quòd ſic. Vide do. Gui. pa. q. cclxv.

2 Nuda executio. Vide ſing. per Gui. pa. q. cclv. & ibi quod de pignoratione, & in quantitatibus vide etiam ſingulares declarationes poſitas per Fel. in alleg. c. fina. de iudi. iiij. col. & aliis ſe. vſque in finem.

QVAESTIO CLIX.

ITEM an exceptio feriarum a vel vindemiarum a
impediat poſſeſſorium reſtitutorium quominus poſ-
ſit intentari & proſequi? 1 Et concluſum fuit quòd 1
non, per dictum. c. fi. de iudi.

a Idem tenet Spe. de poſ. & peti. §. j. ver. Sed pone. idem domini de Rot. deciſi. cxliiij. Adde quòd etiam in feriis in Dei & ſanctorum honorem introductis, ſi inſtantia iudicij vel iuriſdictio iudicis ſit peritura a, poterit ſententia ferri propter a rem tempore perituram: vt c. licet. & c. fi. eo. tit. tamen quia verſatur fauor publicus ne inſtantia pereat no. Bar. in l. Seius Augerius in fi. ff. ad Tre. & no. Sic. in alle. c. fi. de iud. Idem dicendum de cauſa quãdo magiſter iuxta ſcholas alterius, ſcholas conduxit: vt voces adinuicem confundantur, primus appellat vltimum. vt in l. vna. C. de ſtudiis libe. vr. ro. Idẽ quando faber conducit hoſpitium iuxta ſcholas, vel intra domum doctoris vel ſcholaris, & eum impedit malleando, de quo gl. in l. j. ff. ſol. ma. & ibi Bar. Cõcludit an faber debeat expelli, quòd hoc dependet ex iudicis officio conſiderata aptitudine loci, & antiqua conſuetudine, & vbi eſt dubium fiet interpretatio in fauorem doc. & ſcholarium propter publicam vtilitatẽ ſecundum Sic. in alle. c. fi. de iudic. vbi tenetur quòd in huiuſmodi cauſis procedi poterit etiã diebus feriatis in honorem Dei.

1 ADDITIO. Et proſequi. Vide Ro. deciſi. xlj. & deciſi. cccxiij. in antiquis.

a Peritura. Vide ad idem Feli. in alle. c. fi. pe. col. & vlti.

QVAESTIO CLX.

ITEM quidam minor xiiij. annis contraxit per a
verba de præſenti cum quadam minore xj. annorum, quam non cognouit carnaliter, nec ad domum tranſduxit, quæ poſt xij. annum contraxit cum alio, nec apparet quòd cõſenſerit in primum, fuit finaliter iudicatum pro ſecundo matrimonio per c. vnicum de deſponſa. impub. lib. vj. cum ibi no. per Archidia. & per doct. in c. continebatur. eo. titu. in antiquis.

a Adde quòd etiam pubes contrahens cum impubere per verba de præſenti ante tempora pubertatis, poteſt cum alio pubere matrimonium contrahere non obſtante promiſſione etiam iuramento firmata, & ſuperioris prohibitione per gl. in c. de illis. infrà, de deſpon. impub. & quamuis pubes teneatur impuberem expectare vſque ad annos pubertatis: propterea tamen non contrahitur aliquod vinculum. tenent do. de Rot. deciſ. ccccxlv.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præſtitum poſitis manibus ad pectus more religioſorum an valeat & teneat.*

2 *Item an religioſi & ſacerdotes non teneantur aliter iurare.*

QVAESTIO CLXI.

ITEM quidam fratres prædicatores per † mo- a
dum conuentus, & ſolenniter fecerunt tranſactio- 1
nem, pactum, ſeu conuentionem cum quodam Titio, quas iurauerunt ſeruare poſitis manibus ſuis ad pectus, more religioſorum, & non ſupra ſacra: Pòſt dicunt eccleſiam læſam, petentes reſtitutionem nomine eccleſiæ: opponitur de dicto ſacramento per authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. fuit determinatum quòd poſſunt reſtitui, quia illud ſa-

cramentum impedit reſtitutionem quando in præſtando ſacra tanguntur, & non aliter. vt no. Cyn. & Bat. in d. authen. & gl. in corpore vnde ſumitur. Ioã. And. in c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. Archid. in ca. vt circa. ſuper verbo præſtito. de electio. li. vj. & Ioan. An. in c. j. ſuper verb. tract. de hære. in clemen. fa. l. j. C. de iura. calum. & l. rem non nouam. §. patroni. de iudi. Collec. in c. conſtitutus. de in integr. reſtit.

a Adde quòd etiam epiſcopus in caſibus expreſſis, & in omnibus arduis, & vbi epiſcopus eſt infamatus ſemper teneatur ſacra tangere. arg. in c. nec honorare. xj. q. j. & in c. fi. de iuramen. cal. quia ſi priuilegiatus eſt epiſcopus cùm in teſtem producitur: vt in d. c. nec honorare, vel cùm iurat de calumnia. vt in d. c. fi. vt non teneatur tãgere. ergo in aliis ſecus ſicut in caſu. j. q. vij. c. quoties. de iureiurã. de purgatio. cano. c. quoties. § porro. in prin. & de ſen. exeõ. c. venerabili. & iſtud velle videtur Ant. & Fran. in alleg. c. fi. in leuibus autem cauſis necdum epiſcopi, ſed etiam presbyteri priuilegiati ſunt vt non tãgant, ſed debent interrogari per ſuam conſecrationẽ, iſte eſt caſus ſingularis. ij. q. v. c. ſiquis presbyter. quod ſic reſtringitur, licet loquatur generaliter. vt d. c. fin. ponat aliquid ſpeciale in epiſcopo, & vt alia iura non corrigantur, in caſibus verò non leuibus ſed ſimilibus expreſſis in alle. c. fin. dici poteſt epiſcopum priuilegiatum, vt non tangat: exceptio enim firmat regulam in contrariũ in caſibus nõ ſimilibus exceptis. vt no. gl. in l. j. C. de condi. indeb. & in l. j. ff. quod vi aut clam. & in ca. cum dilecta. de confir. vtili vel inutili. ita tenet Sic. in c. fi. alleg.

SVMMARIVM.

1 *Falſificans monetam principis comburitur.*
2 *Falſificans monetam ciuitatis plectitur capite.*
3 *Scienter expendens monetam falſam tenetur pœna leg. Corn. de falſis, ſi ſit liber: ſi verò fuerit ſeruus, punitur vltimo ſupplicio.*

QVAESTIO CLXII.

a Anno Domini mille. cccxciij. & die iij. Decembris fuit legitimo proceſſu præcedẽti condemnatus per me officialem quidam, qui falſos cuneos mone-
1 tæ 1 fecerat, de qua ſententia fuit factum magnum feſtum Tholoſæ propter Regales.

a Ego plures falſificantes monetam meo tempore condem-
1 naui. Et dic † quòd falſificans monetam principis comburitur. l. ij. C. de fal. mone. & talis eſt falſarius & peccat mortaliter ſecundum Hoſt. Io. And. Pe. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. quando. de iureiu. & patet per tex. ibidem, vbi dicitur, quòd ſeruans falſam monetam agit iniquè, ergo fortius falſificans, patet per extraua. Io. xxij. qui excommunicat omnes tales in regno Franciæ: & tenetur reſtituere omne damnum datum illi perſonæ, communitati, vel populo damnificato. vt not. præfati doc. vbi ſuprà: vel ſi neſcitur perſona, tenetur ſaltem erogare pauperibus. argu. eorum quæ no. in c. cum tu. de vſur. & in regula peccatum. de reg. iu. lib. vj. & vide Hoſti. in ſumma, titu. de cenſi. §. ex quibus. verſic. quid ſi moneta. idem dic de illo qui recipit falſam ignoranter: quam poſtea ſciens expendit pro bona, quia damnum tenebitur reſtituere, quando eſt importantiæ, ſecus in denario vſuali. ita dicit Angelica. in tit. de falſa. verſi. iiij. Qui verò nummos radit, vel tingit ſi liber eſt, datur beſtiis: ſi ſeruus, vltimo ſupplicio afficitur. ff. de falſis. l. quicunque. falſificans verò † monetam ciuitatis capite pu-
2 nitur. C. de fal. mone. l. j. Et cùm pœna capitalis ſit multiplex. ff. de pu. iudi. in l. ij. & interpretatione legum pœnæ ſint molliendæ ff. de pœnis interpretatione, imponi poteſt exilium, vel relegatio falſificanti monetam ciuitatis: quia ſunt pœnæ capitales. ff. de publi. iudi. in l. ij no. glo. & Hoſtien. & Sicu. in
3 alleg. c. quanto de iureiuran. Qui verò † ſcienter expendit falſam monetam, ſcilicet nummos ſtanneos, vel plumbeos, tenetur pœna l. cor. de fal. quæ eſt regulariter deportatio & omnium bonorum publicatio: ſeruus verò vltimo ſupplitio punitur. l. j. ff. ad l. corne. de fal. & quòd taliter expendens teneatur hac pœna, eſt text. in l. hac lege. ff. ad leg. corne. de fal. quando ſcilicet expenduntur denarij ſtannei, vel plumbei, aliàs debet puniri pœna extraordinaria, argu. l. ſaccularij. ff. de extraordina. crimi. & ſic dicit Barto. in d. l. hac lege, multos defendiſſe à pœna l. Cor. de fal. & idem tenet Sicu. vbi ſuprà. Quod intellige niſi expendens doceat ab alio habuiſſe, licet teſtes non deponant de nomine ſecundum Bar. in l. maiorem. C. de fal. quod eſt verum ſecundum Angel. ibi ſingulariter, quando expendens eſt perſona honeſta, aliàs teſtis debet de nomine deponere. Adde Angel. Are. cum addi. Auguſtini in tract. male. in ver. falſario viij col.

1 Additio. Falſos cuneos monetæ. de hac materia vide in deciſi. delph. q. cccxliiij. & melius, dxcviij.

QVAESTIO CLXIII.

ITEM eadem die fuit remiſſus per curiam capitulariorum Tholoſæ quidam in habitu & tonſura clericalibus, quamuis ante captionem dictorum capitulariorũ dictus remiſſus fuiſſet citatus & adiornatus pro criminibus, pro quibus fuit vltimo captus, & ſic fuit priuata opi. doct. poſita in c. vnico. de obligatio. ad rationem. & in c. propoſuiſti. de foro competen. a

a Adde hîc quæ ſcripſi ſuprà deciſi. cxliiij. & cxlvij. Adde etiã q. quam poſuit Io. And. in regula iuris cum ſint partium. libro vj. in merc. Quidam fuit excommunicatus per iudicem domicilij ſi non ſatisfecerit intra menſem, ante diem conditionis tranſtulit aliquod domicilium, nunquid adueniente die & eo non ſatisfaciente ſit excommunicatus? & concludit quòd ſic. quia iam præuentus erat. Idem tenet Sicul. in allega. c. poſtu-
laſti 1. iij columna. 1

1 Additio. Poſtulaſti. Adde ibi Feli. in ij. col. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitio alicuius rei ad recognoſcendum habet etiam locum in criminalibus.*
2 *Poteſtas & rector tenetur ex maleficio ſuorum officialium.*

QVAESTIO CLXIIII.

ITEM fuit quæſitum: ſi petatur res ab aliquo, a
& ipſe actor petat illam rem de qua agitur, vel teſtes qui ſuper eadẽ re volunt teſtificari exhiberi ſibi, an ſint audiendi? Concluſum fuit quòd ſic: vt not. Barto. in l. cùm exhibuiſſent. §. ad autem. ff. de publi. & ibi vide text. & in l. ij. C. ad exhibendum. & de tabu. exhi. l. prima. §. hoc interdictum. & per Bar. de teſti. c. cum cauſam. in gloſ.

a Idem Bart. in l. iij. in §. j. ff. de reſt. idem Bartol. in l. ij. ff. ſi ex noxa cauſa agatur. Adde † quòd etiam in criminalibus exhi- 1
bitio habet locum ad recognoſcendum ſecundum Bartol. in alleg. l. ij. C. ad exhibi. Et licet dominus teneatur ex delicto fa-
miliæ 1. quando deliquit in officio, ſeu miniſterio, in quo ipſe 1
dominus præpoſitus eſt, ipſe opera talis familiæ vtitur. quia ſibi imputatur qui talem eligit, quia honeſtam debebat ponere l. j. § familiæ. & ibi Bar. ff. de pub. ciuiliterque teneatur, & nõ criminaliter, vt in l. ne quid. ff. de incen. rui. & nau. ibi Bar. ſic quòd Poteſtas † ſeu rector teneatur ex maleficio ſuorum a
officialium. l. ſi poſt. C. de aſſeſſo. & capitaneus ex delicto ſuorum armigerorum, nauta, hoſpes, & ſimiles ſecundum Ant. lo. de ligo. & Sicul. in c. licet. de reſtitu. ſpoliato. & Bart. in dicta l. ne quid: addunt tamen idem doctores, quòd ſi officium erat publicum vt Poteſtatis & huiuſmodi, ſufficit exhibere malefactorem, vt in dicta l. prima. §. finali. ff. de publ. Secus ſi officium non erat publicum vt nauta, caupones, & huiuſmodi. l. vnica. ff. furti aduer. caupo. Si verò familia non deliquit in officio domini, nõ tenetur dominus in foro iudiciali. Sed quoad conſcientiam ſic eſt in culpa non corrigendo eam: non tenetur verbo & exemplo corrigere, quia error cui non reſiſtitur, approbatur. la. xxviij. diſtinctio. c. error. cum ſimilibus. angelica. in §. dominus. verſi. iiij.

a Ano. Familiæ. Adde hîc quæ infrà ſcripſi in add. ad q. cxcv.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an conueniri poſſit corã iudice laico.*
2 *Item an ſententia contra eum lata ſit nulla.*
3 *Priuilegiatus an teneatur comparere coram iudice laico ad allegandum ſuum priuilegium.*

QVAE

c

QVAESTIO CLXV.

a ITEM fuit quæſitum. a Bannum † fuit poſitum
s in bonis cuiuſdam clerici ſoluti per iudicem laicũ:
dictus clericus appellauit ad iudicem laicum ſupe-
riorem dicti primi iudicis: & in fine per iudicem
appellationis dictus clericus fuit condemnatus, &
2 in omnibus expenſis, An † dicta ſententia nulla ſit:
& ſi poterit fieri executio contra ipſum? Cõcluſum
fuit quòd ſentẽtia eſt nulla: tamen executio fiet cõ-
tra ipſum per iudicem tẽporalem. vt no. Bar. de foro
competen. in capi. ſi diligenti. ſuper verbo pro eis.

a Adde quæſtionem quam ponit Ioan. Andr. in regula iuris
ſcienti, in mercuriali. An valeat proceſſus habitus per ſecula-
rem iudicem contra clericum citatum, qui non comparuit ad
allegandum priuilegium ſuum. & concludit idem Ioan. And.
quòd non tenetur comparere, nec proceſſus in principali va-
let: nec in pœnam contumaciæ, quia citans nullo modo po-
teſt eſſe iudex: nec in principali nec incidenti, ergo non arcta-
tur citatus comparere, ad hoc de ſent. excõ. c. ſi iudex laicus.
lib. vj. de hoc per Spe. in tit. de cita. §. j. per gl. xxxiij. q. viij. c. cõ
uenior. & iij q. ij. c. ſi epiſcopus. c. veniens. de accuſa. xv. q. iiij. c.
3 placita. per Arch. per Sicu. in alle. c. ſi diligenti Aduerte † quia
regulare eſt quòd priuilegiatus tenetur comparere ad alle-
gandum priuilegium vt iuribus allega. l. ij. & ibi doct. ſi quis in
s tus voc. non ierit. gloſ. & ibi Sicu. in c. cum ordinem 1. de re-
ſcriptis. Inno. in capitu. præterea. de dila. Quod verum eſt niſi
ex forma citationis appareat priuilegium, vt quia in ea dici-
tur, Titius clericus vel presbyter: & ſimilia ſecundum Barto.
in l. non videtur. la j. ff. de iudic. Sed noſtri iudices temporales
quando concedunt literas contra clericum, licet malefaciant,
omittunt ponere in citatione vel proceſſu aliquam demon-
ſtrationem, ex qua demonſtretur clericus: vt ſic propter du-
bium teneatur ad allegãdum priuilegium, aliàs mulctari poſ-
ſit per primum decretum, vt tędio affectus compareat ad alle-
gandum priuilegium ſuum: ſed quia non dicitur latitare, non
ponatur ſecundum decretum ſecundum Barto. in dicta l. non
videtur. cuius opi. ſeruatur. Item verum eſt niſi notorium ſit
citationem non arctare per d. l. non videtur. & eſt text. in cle.
paſtoralis. §. piſano. & ibi bona gloſſ de re iudi. & Bar. in illa l.
ij ſi quis in ius vo. & Sicu. in alleg c. cum ordinem Bal. in l. vt
perfectus. C. de anna. excep. per. l. j ff. de feriis. & per Spe. ti. de
cita. § j. Item generaliter non valet. Et iſtud poteſt eſſe, quia
cauſa eſt ſpiritualis & citatur coram laico. & hoc apparet ex
tenore citationis, vel ſi eſt citatus ad locum inhoneſtum, vel
ad diem feriatam, ſecundum Bart. vbi ſuprà.
1 ADDITIO. c. cum ordinem. Vide Feli. in eodẽ ca. vj. col.
& aliis ſeq. qui multum latè proſequitur huiuſmodi.

QVAESTIO CLXVI.

a ITEM fuit quæſitum. a An fideiuſſor poſſit
opponere poſt litis conteſtationem exceptionem
quòd reus principalis eſt ſoluendo. Et quòd prius
cõueniatur? vide plenè Cyn cum remiſsionibus ibi
poſitis. C. de probationibus. l. exemplo. Et fuit con-
cluſum quòd non: tamen Hoſtien contrà.
a Adde hic quod ſcripſi ſuprà deciſio. lxxx. & ſequent. & de-
ciſio. cxix.

SVMMARIVM.

1 *Agens rei vendicatione an petere poſſit reum in-
terrogari poſt litis conteſt. an poſsideat vel non.
& nu. 2.*
3 *Reus negãs ſe poſsidere, cùm in veritate poſsideat,
ſi actor probauerit eum poſsidere, amittit reus poſ-
ſeſsionem rei, non autem proprietatem.*

QVAESTIO CLXVII.

a ITEM fuit quæſitum. a An agens † rei vendi-
1 catione poſt lit. conteſt. poſsit petere quòd reus in-
terrogetur an poſsideat vel non? Concluſum fuit
quòd non. vt eſt gloſſa ordin. ff. de rei vendi. l. qui
petitorio. in princip.

a Dic quòd eſt vtile † vt dicta interrogatio fiat ante lit. con- 2
teſt. vt ſciatur qualiter debeat ordinari iudicium, & ſi omit-
titur imputandum eſt actori. arg. in c. examinata. de iudi. & ſic
debet intelligi gl. in c. pen. de iura. cal. in eo quòd dicit quòd
non debet omitti ante lit. conteſt. eſt enim conſilium, vt fiat,
non autem imponitur neceſſitas, vt d. l. qui petitorio. Quin-
imo plus dicit ibi gloſ. not. quam ſequitur Bartol. ibidem, &
idem Bar. in l. j. ff. de inter. act. quòd ſi per obliuionem omiſ-
ſæ fuerint huiuſmodi interrogationes ante lit. conteſt. po-
terunt fieri poſtea, quod not. & tenet Sicu. in alleg c. pen. di-
cens, quòd æquitas ſuadet, quòd admittantur ne partes ina-
niter ad vlteriora procedendo grauentur laboribus & ex-
penſis. & ſic habet locum. l. vbicunque. ff. de interd. actio. & c.
iudicantem. xxx. q. v. de huiuſmodi interrogationibus vide
per Spec. in titu. de interroga. act. §. j. & ij. per Ange. in alleg.
c. penult. per Hoſtienſ. in ſum. tit. de iudic. §. iij Pe. de Ferra. in
tit. de forma interrog. ſien. circa prin. Adde † t quòd ſi quis 3
interrogatus an poſſideat, negat cùm in veritate poſſideat, 1
ſi actor probauerit illum poſſidere, res eſt illi auferenda &
danda actori. vt l. fin. ff. de rei ven. & gl. in alleg. c. pen. non ta-
men intelligas quòd proprietas ipſius rei detur actori, ſed
tantùm in communi transferetur poſſeſſio, & reus efficietur
petitor: vnde non auditur amplius, niſi ſuper proprietate, vt
legitur & not. in d. l. fin. & ibi Bart. & Sicu. in allega. c. pen. &
ibi vide latè per eum Pet. de Ferra. vbi ſuprà.
t ADDITIO. Adde ad quod ſi quis interrogetur, an ha-
beat rem: poteſt negare, licet habeat pretium rei: vt per Ale-
xand. in l ſi rem. de pet hæred. & Bald. in l. cogi. colum. penul.
C. de petit. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius vtens pecunia apud ſe depoſita, non
committit furtum.*
2 *Depoſitarius etiam ſi ſit clericus cogi poteſt per iu-
dicem ſecularem ex officio executiuè implorato ad
reſtitutionem depoſiti.*

QVAESTIO CLXVIII.

ITEM fuit quæſitum. a Si pecunia † fuit alicui 2
tradita per modum commendæ, vel depoſiti nu- 1
merando an depoſitarius vtens ea committat fur-
tum? Concluſum fuit quòd non, per gloſ. l. iij. ſuper
verbo, obnoxium. vet. depoſiti. Secus ſi in facto, vel
per modum ſpeciei, vt ibidem & not. per Innoc. in
cap. fin. de his quæ vi metúve cau. fiunt. & ibi ple-
niſsimè per ipſum.
a Idem tenet Salic. in d. l. iij. & Angelica in titu. de depoſi-
tio. verſic. xij. Adde † quòd depoſitarius etiam ſi ſit clericus, a
cogi poteſt per iudicem ſecularem ex officio executiuè im-
plorato ad reſtitutionem depoſiti: tenet Bald. in l. acceptam.
in ij. colum. C. de vſuris. quia non proceditur propriè contra
eum per modum iudicij, ſed executiuæ, & ex conſequentia
officij ſuſcepti, ad quod tex in d. l. acceptam. in verſic. ſacra-
tiſſima ædes.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris laicus poteſt conueniri coram officiali.*
2 *Scholaris clericus non poteſt conueniri coram iudi-
ce laico.*
3 *Scholaris ſtudens in propria ciuitate, non gaudet
priuilegio ſcholarium.*

QVAESTIO CLXIX.

ITEM ſcholaris † laicus fuit conuentus coram a
officiali Tholoſæ, opponebat exceptionem, quòd 1
non poterat ibi conueniri ex eo quia laicus. Conclu
ſum fuit contrarium per authent. habita. C. ne fil.
pro patre. not. in Spec. tit. de reo. §. j. ver. Item ſcho-
laris: cum tribus ſequentibus ver. & per Collecta. in
cap. ſignificaſti. de foro compet.

a Adde quòd ſcholaris habet quatuor iudices,epiſcopum,
1 poteſtatem 1, rectorem.& doctorem, vt d. authen. & eſt in
optioua ipſius ſcholaris ſub quo iſtorum maluerit agere vel
defendere.Bal.in authen.cum clericis, C.de epi. & cle. & du-
rat huiuſmodi optio vſque ad lit.conteſt.poſt litem verò con-
teſtatam non poteſt variare, nec ante,ſi conſenſerit in vnum,
2 ſecundum Bal.in d.authen.habita.Adde † etiam quòd ſchola-
ris clericus non poterit conueniri coram iudice vel rectore
laico,ſed ſub clerico.ſic tenet Spec. vbi ſuprà verſic. ſed quid
ſcholaris.idem Bal.in alle.authen.habita. & in addi. Spec. vbi
3 ſuprà. Adde † quòd ſcholaris ſtudens in propria ciuitate non
gaudet priuilegio.authen.habita.præalle.ſecundum Bal.& Sa
lic.Adde quòd ſcholaris omiſſo medio poteſt ad principem
appellare ſecundum Bal.vbi ſuprà.& ibi vide per eundem Bal.
& Sali.plura de priuilegiis ſcholarium.

1 ADDITIO. Poteſtatem. An autem ſcholaris conuentus coram poteſtate poſſit ibi ſuum aduerſariũ reconuenire,vide per Cy.& Bal.in d.auth.habita.& Bal. in authen. & confir. C. de ſen.& interlo.om.iudic.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſolutionis opponi poteſt contra executionem ſententiæ,ſi inſtrumentum ſolutionis extet.*

QVAESTIO CLXX.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Si lata ſententia † fuerit
1 contra aliquem,& ex poſt fiat executio dictæ ſen-
tentiæ,an poſsit opponi exceptio ſolutionis, & ex-
cipi inſtrumento ſolutionis ex poſt reperto. Conclu
ſum fuit quòd ſic. ſecundum quod no. Cyn. in l. j.
C.de condi.inde.Colle.in c.ij.de pur.cano. Specul.
in titulo. de execu. ſententiæ.§.poſtremò.verſ.illud,
& vtrobique reſpondetur cum diſtinctione.

a Idem tenet Bald. in alleg.l.Secus ſi pars malitioſè tempo-
re debito diſtuliſſet dictam exceptionem opponere ſecundum
Sicu.in c.j.de except.& in c.inter monaſterium, de re iudi. vi-
de per Specu.in titu.de excep.§.iij.verſicu. hæc tamen,vbi po-
nit varietatem caſus in quibus exceptio peremptoria poteſt
1 opponi poſt ſententiam. t

1 ADDITIO. Poſt ſententiam.Adde hîc quæ ſcripſi in addi.ad quæſt. cccxlv. inci.de quo etiam ſcripſi in addi.ad quæſt. cclix.& quæſt.ccxiij.

SVMMARIVM.

1 *In defectum probationis an deferri poſsit iuramentum.*

QVAESTIO CLXXI.

a ITEM fuit quæſitũ.[a] An † ſi in cauſa matrimo-
1 niali actor petens aliquam in vxorem ſibi adiudica-
ri, probauit dictum matrimonium per vnum te-
ſtem, an in defectum probationis deferetur iura-
mentum neceſſarium:gl.quòd non. ff. de iureiur. l.
iij.§.j.& in c.mulieri.de iureiur. Tamen ibi Hoſtien.
& Colle.tenent contra.& hoc vbi actor ſtat pro ma
trimonio, ſecus ſi contra matrimonium , vel etiam
pro matrimonio,& fieret præiudicium alteri matri-
monio,de quo conſtaret clariſsimè.

a Sicu.in alleg.c.mulieri.iiij. col,dicit ſe credere per text. in c.fin.de iureiuran.iuncta l.iij. alle.§.quicunque.hoc relinquẽdum diſcreto iudicis arbitrio , vt conſideratis omnibus qualitatibus & circunſtantiis perſonarum & cauſæ deferat vel nõ deferat.Quid autem ſi actor eſt optimæ vitæ & petit puellam ſe inferiorem vel æqualem,& habet de contractu vnum probatiſſimũ teſtẽ,vel fortè habet duos teſtes, quorũ vnus eſt nõ omnino integer,& ſic habet pluſquã ſemiplenã probationẽ? certè ſatis poteſt ad iuramentũ recurri.nam nullus tex.dicit iuramentũ non deferendũ in cauſa ardua:ſed iudex poteſt inſpectis perſonarũ & cauſæ circunſtãtiis deferre illud actori: vt in d.c.fin.§ 1.poteſt ergo ſemper quando circunſtantia cauſarũ, & perſonæ ſuadent. optimè facit quod in ſimili habetur in c. cum cauſa.de rapt. & glo.in hoc not.in cap.vidua.de regula.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non poteſt intentare poſſeſſorium,ſi excommunicatio per partem opponatur, aliàs non.*

2 *Excommunicatus excommunicatione non obſtante poteſt petere reſtitutionem coniugis.*

QVAESTIO CLXXII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An † excommunicatus a
poſsit intentare poſſeſſorium reſtitutorium? 1 Con- 1
cluſum fuit quòd non, per cap.j.de reſcrip.lib.vj. & 1
not. Innoc.in cap.paſtoralis.circa fin. de appel. hoc
verum,ſi excommunicatio opponatur per partem:
aliàs ſecus.vt in cap.pia.de excep.lib.vj.

a Adde glo.in ca.in nomine.xxxiij.diſt.gl.in cap.dilectus.j.
de reſcrip.no.per Innocen.in cap. cum noſtris. de conceſsio.
præben.ex quibus patet quòd exceptio excommunicationis
obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ. idem Sicul. in alleg.
cap.ex inſinuatione. Quod intellige quando excommunica-
tus venit vt actor : ſecus ſi venit vt reus, puta quia paſſus miſ-
ſionem ex primo decreto propter contumaciam petit nunc
ſibi reſtitui poſſeſſionem , offerendo cautionem de ſtando
iuri.Iſte enim debet audiri: vt in cap. quoniam frequenter. §.
in aliis:& not.Spec.in tit.de contuma. § fin. verſic. ſed pone.
Adde quòd excommunicatus † excommunicatione non ob- 2
ſtante poteſt petere reſtitutionem coniugis: vt tenet Ho-
ſtien.& Ioan.Andr.in cap.inter alia.de ſenten. excommunic.
Hoſtien.in ſumma.de reſtitutio.ſpoliat. in §. quando facien-
da.verſic.quid ſi vir. Sed conclude vt ſentit gloſ.in cap. quo-
niam multos. xj.quæſt.iij.& Ioan. Cald.in cap. fin.de ordin.
cogni. quòd licet vxor peccet non communicando marito:
tamen maritus excommunicatus non poteſt eam petere in
iudicio,per c.intelleximus.de iudic. Sed iudex ex officio ſuo
debet vxorem marito reſtituere , propter periculum forni-
cationis.& hoc tenet Sicul. in alleg.cap.inter alia.

t ADDITIO. An excommunicatus poſſit intentare poſſeſſorium reſtitutorium? Vide Guid. pap. conſil.cxxxj. incip. non debet.in ij.dubio.& in deciſ.dephin.q.lxix.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus cum fama probat matrimonium factum & contractum.& num.2.*

3 *Probationi tamen clariori ſemper ſtandum.*

QVAESTIO CLXXIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si vnus teſtis † cum fa- a
ma probet matrimonium factum & contractum? 1
Concluſum fuit quòd ſic, dummodo non fiat præ-
iudicium alteri matrimonio, ita tenet Innoc.in cap.
præterea.de teſtibus.& c.illud.de præſump.Secus ſi
conſtaret de matrimonio manifeſto , cùm manife-
ſtum matrimonium præiudicet clandeſtino, etiamſi
ambo cõfiteantur,& habeant pro ſe vnum teſtem,
& famam,ita tenent Ioan.Andr.Vinc.Ioan.de Ligu.
in cap.ij.de clandeſtin.deſponſ. ſuper gloſſ. quæ ca-
dit ſuper verbo,rationabilis cauſa.

a Quod dicit Gaſpar.Cald. bene notandum. licet illud non
placeat Card. monetur : quia † vnus teſtis & fama plenè pro- 2
bant, vt not.gl.in cap.j.de appel.& c.venient. el j. de teſtibus.
Sed ſecundum Abbatem Sicul. dici poteſt ſaluando primum
dictum , quòd vbi alia probatio aptior concurrit cum fama,
& vno teſte, quòd tunc ſtandum eſt probationi clariori , te-
ſtis & fama deponerent de tempore anteriori. Et † erit iſtud 3
dictum ſecundum eum ſatis notabile , quòd ſi quis probat
vno teſte & ſama de ſuo titulo anteriori , alius verò probat
per teſtes aptos de titulo citeriori, quòd iudicandum eſt ſe-
cundum probationem clariorem : non tamen ſemper eſt ve-
rum quòd fama ſemiplenam probationem t faciat. & vide 1
quod ſcripſit idem Sicul.in d.c.venient. de teſtib. per Bartol.
in l.de minore.§.tormenta. ff de quæſtio. idem Bart. in l.ad-
monendi.ff.de iureiur.& in l.bonæ fidei.C.eod.tit. Salic. in l.
ea quidem. C.de accuſ.in vlt.col.Bar.in l.at qui natura. §. cùm

me abſente ff. de neg. geſt. Bal. in l. proprietatis. C. de proba. Bart. in l. iiij §. einſdem. ff. de teſti. per Ang. Are. in tract. maleſi. er fama publica. v. col. Adde quò † per deci huiuſmodi per me iudicatum fuit pro matrimonio ſecundo loco manifeſtè contracto per Margaritam de Campena contra præcedens matrimoniū, eo quòd teſtes de primo matrimonio deponentes non erant omni exceptione maiores licet aliqui eſſent cōtrariæ opi. Adde quò † fama probante per plures teſtes iuncta cum vno teſte probante de veritate non probat exceptionem excommunicationis, vel aliam oppoſitam in vim dilatoriæ. Spec. in titu. de noto teſti. § iij. verſic. quid ſi agenti.

s Additio. Semiplenam probationem. Fama qualiter probet. vide do Feli. per diuerſas quæſtiones in c. veniẽs. el j. ante medi. iij co. ver. prima concluſio. cum ſequen. de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Infames infamia facti nō repelluntur à teſtimonio, niſi infamia oriatur à crimine.*

2 *Infamia facti quatuor habet effectus.*

3 *Infamia iuris repellit quem à teſtimonio.*

4 *Infamia iuris quænam dicatur.*

5 *Infames ſecundum leges ſunt infames ſecundum canones.*

QVAESTIO CLXXIIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si infames † infamia fa
1 cti repellantur à teſtimonio in cauſa ciuili? Concluſum fuit quòd non: vt eſt glo. in l. j. C. de ſumma trinita. nec ob. gloſ. in l. ij. ff. de ſenat. quia ibi interuenerat factū iudicis. veruntamen non ſibi datur tanta fides, quanta alteri teſti. vt eſt gl. no. in l. iij. §. duæ autem. ff. de Carbo. edi. & infamia facti per ſe ſolùm habet duos effectus: vt eſt gl. in l. ij. ff. de his qui not. infa. Hoc verum: quia infamia facti non repellit quē
1 à teſtimonio 1, niſi infamia oriatur à crimine, quod quidem crimen ſit cauſa proxima ipſius infamiæ. quia tunc etiam repelleretur in ciuili cauſa: niſi cōſtet ꝙ ſit emendatus: ita ponit Io. And. in c. teſtimoniū de teſt. & ibi poſuit Coll. & ita ſeruatur in Capella.

2 a Bal. in l. fratres C. de inof. teſt. dicit † quòd habet quatuor effectus. Primus, quia repellit quem dignitate. vt in reg. inc. infamibus. Secundus, quia attenuat teſtimonium, vt plenè dixi in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. Tertius, quia repellit à querela, in l. in arena. l. ſi filiam. C. de inoffi. teſta. Quartus, quia inducit querelam. vt in d. l. fratres. Vbi verò infamatio vel opinionis grauatio non cauſatur à crimine, ſed ab alio medio: puta quia incarceratus fuit, vel à teſtimonio. alias repulſus habet locum tunc, quod dicitur in alle. c. teſtimonium. vt talis infamia non repellat in ciuili: ſed in crimi-
3 nali ſic: dic † quòd infamia iuris repellit à teſtimonio ſecundū omnes. quia fundamentum teſtimonij eſt fides. c. forus. de verbo. ſig. in l. ſed ille caret fide cùm eius ſtatus ſit diminutus,
4 & maculatus iuris diſpoſitione. Et dicitur † infamia iuris illa, quæ irrogatur per ſententiam vel ipſo facto in caſibus, in quibus iure cauetur duntaxat. de quo tex. in gloſ not. iij. q. vij. §. porro. & l. athletas. §. calumniator. & l. j. ff. de his qui not.
5 infa. Et regulariter † omnes infames ſecundum leges ſunt infames ſecundum canones: vt probat tex. nn. in c. omnes verò. vj. q. j. not. Inn. in c. qualiter & quãdo ij. de accuſa. Admittuntur tamen infamati taliter ad teſtificandum in ſubſidium. a
2 vt iudex ex eis colligit aliquam præſumptionem: vt l. ob carmen. ff. de teſt. & l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœn. ita tenet Bart. in alleg. l. cunctos populos. Alia eſt infamia canonica, quæ cauſatur ex quolibet peccato mortali: vt in c. infames. vj. q. j & illa ſi datur perſeuerantia repellit ab occaſione & teſtimonio de iure cano. ſublato tamen peccato non remanet effectus illius infamiæ: vt not. in iure alleg. & gloſ. in c. illi qui. vj. q. j. & Inno. in alleg. c. teſtimonium. Alia eſt infamia facti. Et illa in criminalibus ſine dubio repellit. & idem in cauſis grauioribus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores. pro hoc c. licet ex quadam. de teſti. & cap. j. de conſan. & affi. & vtrobique per gloſſ. vbi licet cauſæ ſint ciuiles, requiruntur teſtes omni exceptione maiores, & ſic nno infames infamia facti, quia tales non admittuntur niſi quoad præſumptionem: in aliis autem admittuntur: ſed plus vel minus eis credetur ſecundum qualitatem & quantitatem infamiæ, pro quo eſt tex. in cap. licet. de probat. hanc doctrinam poſuit Sicu. in alleg. c. teſtimonium. facit gloſſ. & Bartol. in alleg. l. iij. §. duæ. cauſæ ff. de Carbo. edic. Bartol. & Bald. in d. l. cunctos populos. C. de ſum. trin. Bal in marga infamis.

1 Additio. A teſtimonio. De hoc an infamia facti repellat à teſtimonio, vide poſt omnes doct. Felin. in cap. licet. in j. col. ver. no. viij. de prob. Et in cap. teſtimonium. in iij. col. verſ. eſt alia infamia. de teſt. an autem infamis qui reputatur eſſe bonæ famæ poſſit eſſe teſtis? vide Alexand. in conſil. cxxxviij. In ij. colum. in j volum.

a In ſubſidium. Vide per Iaſ. in allega. l. cunctos populos. in penult. col. verſ. pro intelligentia. & per Felin. in alleg. c. teſtimonium. iij. cor. verſic. ij concluſ.

SVMMARIVM.

1 *Impedito cùm ipſo iure competat ſecundum fatale, non eſt neceſſe petere declarationem ipſius ſecundi fatalis.*

2 *Poſt concluſionem in cauſa nullæ ſunt partes iudicis, niſi in iudicando.*

3 *Concluſio in cauſa impedit exceptionem. l. quamuis indubitati. C. ad l. Iul. de adult. & ſolùm permittit citationem fieri ad ſententiam.*

4 *Iudex poſt concluſionem nihil de nouo facere poteſt, niſi ſit aliqua ambiguitas ſuper iam actitatis.*

5 *Concluſio impedit fieri probationem erroris.*

QVAESTIO CLXXV.

ITEM fuit quæſitum. [a] Si in cauſa appellatio- a
nis fuit renuntiatum & concluſum, quibus factis petitur decerni ſecundum fatale cōperiiſſe, & competere debere appellanti, quia fuit impeditus per partem appellatam, fuit replicatum dictum appellantem audiri non debere, per not. Innocen. cap. paſtoralis. & glo. ij. & iij. de cau. poſſeſ. & propriet. & l. iudicis. C. de iudic. tunc dicta pars appellans debet audiri, ſi de impedimento conſtat ex proceſſu: ſi verò impedimētum eſt de extra proceſſum, tunc non. facit ad hoc not. in Spec. titu. de renunc. & conclu. circa princ. in ver. & not.

Et licet ita ſeruetur: tamen Ioan. Andr. in tit. de appellat. in
addi. Spec. ſuper rubri. circa fin. tenet quòd cùm † impedito 1
ipſo iure competat ſecundum fatale, non eſt neceſſe petere declarationem ipſius ſecundi fatalis. Adde quæ ſcripſi ſuprà,
deciſ. xiiij. & deciſ. xlvj. Adde † quòd poſt concluſionem in 2
cauſa nullæ ſunt partes iudicis, niſi in iudicando: ideo impedit allegationes fieri, tam in iure quàm facto, in allega. c. paſtoralis. quod eſt verum ſi eſt concluſum in tota cauſa: ſecus ſi per aperturam teſtium: quia illa tantùm impedit aliorum te-
ſtium productionem. Inſuper concluſio † in tota cauſa impe- 3
dit oppoſitionem exceptionis. l. quamuis indubitati. C. ad leg. Iul. de adulte. & ſolùm permittit citationem fieri ad ſenten-
tiam. Bald. in marga. vec concluſio. ver. ij. Et poſt † concluſio- 4
nem iudex ex officio nihil de nouo facere poteſt, niſi cum aliqua ambiguitas oritur ſuper iam actitatis, non ſuper nouo attentato. Specu. in tit. depoſitio. §. iiij. & Bal. in l. per hanc. ij. col. C. de temp. appel. veruntamen probatio per confeſſionem partis, poſt concluſionem in cauſa fieri non impeditur, licet aliæ probationes fieri non poſſint. Bald. & Pau. de Caſtr. in rubric. de probat. quod eſt verum in ſpontanea confeſſione, ſecundum Pau. ibidem. & Anto. de Butr. in c. licet cauſam. de probat. Item dic de probatione per inſpectionem oculorum: quia illa fieri poteſt poſt concluſionem in cauſa. Bald. in l. ſi quis teſtium, in fi. C. de teſt. & Lu. ſoute Ponta. in rubri. de arbitr. xlij. colum. Et vide plenè per Bart. in §. teſtes. poſt publicatum proceſſum, caſus in quibus poſt publicationem teſtes recipiuntur. Concluſio † tamen impedit fieri probationem
errores, ſecundum Archidiac. & ſecundum Ioannem Andr. in 5
cap ſecundo, de in integrum reſtitut. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris conſtitutio facta per filiumfam ſine*

licentia patris,valet ſi dictus filius conſtituerit in rebus in quibus patri non acquiritur vſusfructus. & nume.2.
3 *Confeſsio facta ſine auctoritate curatoris eſt nulla.*
4 *Filiofamiliâs agente pro aſſecuramento præſtando non requiritur conſenſus patris.*

QVAESTIO CLXXVI.

a ITEM fuit quæſitum. a Si filiusfamiliâs † con-
1 ſtituit procura.ad agendum ſine patris licentia: qui procurator egit, an valeat dictus proceſſus? Concluſum fuit quòd ſi dictus filius conſtituit procuratorem in rebus,in quibus non acquiritur vſusfructus patri, quòd valuit:aliàs non : vt not. in l. cum non ſolum.§.licentia.C.de bo.quæ lib.& ibi.per Cy. & Barto.& in l.fi.§.pupillus, ff. de verb.oblig.& per Spec.in ti.de procur.§. ratione quoque conſtituentis.ver.Item quòd conſtituens eſt filiusfamiliâs. pro quo c.ſi annum.§.fi.de iudi.lib. vj.

2 a Adde glo.inſt.de actio.§.pœnales,in glo.non † impetraſſet, vbi no.quòd in omni caſu,in quo patri non quæritur vſusfructus vt in caſibus no.in authen. excipitur. per glo. & doc. C.de bon.quæ libe. quòd in illis caſibus pater non eſt legitimus adminiſtrator filij. Ex quo ſequitur quòd in maleficiis ſiue agat, ſiue conueniatur filiusfamiliâs,non quæritur vſusfructus patri : quia pater non eſt legitimus adminiſtrator. nec ad hoc vt iudicium criminale cum filiofamil.valeat, requiritur cõſenſus patris:ſed ſi eſt maior,per ſe:ſin autem minor,dabitur ſibi curator. vt l. clarum. C. de autho. præſtan.& aliter
3 confeſſio † facta ſine authoritate curatoris eſt nulla.ita dicunt Cy.& doc.in alleg.c.clarum.Ange. & Bart. in alleg.l.fi.§.j. ff. de verb. oblig. Dicit tamen Ange.inſti.vbi ſuprà, quòd prædicta procedunt quando agitur ad vindictam publicam:ſecus forte ſi non ageretur ad vindictam publicam : ſed pro ſe ſamiliari: vt furti, vel iniuriarum eo viuente. vt no gloſ. magiſtralis.in l.cum emancipatum.§. emancipatus.de colla.bo.ff. quia tunc non poſſet quæri aliquid patri : & ſic poteſt eſſe legitimus adminiſtrator. idem Bal.in alleg. l.cum non ſolum. vide ibi glo.Bat.Ioã Fa.& doc. Adde quòd valeat commiſſio impetrata per filiumfami.quia non eſt niſi quædam diſtribu-
4 tio : tenet Rot. conclu. clxxviij. Adde † quòd ſi filiusfa.agat pro aſſecuramento ſibi præſtando non requiritur conſenſus patris quia publici iuris,ſicut in accuſatione, tenet Ioan.Fab. in allega.§. neceſſitate. an autem præceptum factum filiofamiliâs confitenti ſine conſenſu patris teneat?vide gloſſ.& hoc in allegato §.neceſſitate. Adde hic poſita ſuprà, deciſ.xlij. cv.cxx.& cxxj.

SVMMARIVM.

1 *Confitens crimen iudicialiter,& ſpõte.ſi lata fuerit contra eum ſententia,etiãſi appellauerit, nihilominus ſententia executioni demandabitur.*
2 *Modò illa qua confeſſus fuerit,propria voce confeſſus fuerit.& nu.5.& 6.*
3 *Confeſsio non excuſata inducit notorium.*
4 *Appellans allegans probabilem cauſam excuſando confeſsionem propriam,iudex à quo debet appellationi deferre.*
7 *In notorio crimine non auditur appellans.*
8 *Criminis læſæ maieſtatis punitio non retardatur aliqua lege non obſtante.*
9 *Factio idem quòd proditio , & ſic crimen læſæ maieſtatis.*
10 *Falſam monetam faciens committit crimen læſæ maieſtatis.*
11 *Fictè confeſſus auditur appellans.*

QVAESTIO CLXXVII.

a ITEM fuit quæſitũ. a Si aliquis ſit † confeſſus
1 crimen iudicialiter & ſponte : & lata fuit ſententia contra ipſum: & pòſt appellauit, quæ appellatio non fuit admiſſa : An teneat dicta appellatio ? : & 2
an poſsit ſi teneat ante ſuperioris iudicis inhibitionem executioni demandari? Concluſum fuit quòd ſic : per c. Roma. §.ſi autem. de appellat. lib.vj. cum gloſſ.Ioan.Andr.ibidem poſita.& not. Archidia.ibidem. & in l.fina. §.iuſſus. ff.de appellat. & per Cyn. Bar.& doct.alios. C.quorum appellationes non recipiuntur.l.ij.

a Iſte paſſus eſt dubius:cum deciſione tamen concordat Bal. in l.j xj.col.C.ne ex delictis defunct.vbi dicit quòd gl.dicit in d.§.ſi autem. obſeruatur in practica quòd confitens tantùm non reuocans ſuam confeſſionem,non auditur appellans, & traditur iuſtè morti : & dicit quòd aſſeſſores obſeruant illam glo. Sicu.in cap.cum ſpeciali.de appel.dicit quòd vbi concurrunt tria,de quibus in d.l.ij.canonizata.ij.q.vj.cap. ſunt quorum.ſcilicet † quæ fuerit propria voce confeſſus , & ſic non eſt 5
per procuratorem, nec formidine tormentorum. Item quòd fuerit teſtibus conuictus,& argumentis ſuperatus,ex toto excluditur appellatio , ita vt etiam iudex ad quem non debeat eam admittere:quia videtur interpoſita cauſa ſubterfugij , & ſic poteſt intelligi text. in d.l.ij. dum requirit omnia illa tria. Si verò fuerit tantùm confeſſus, & tunc ſi nullam cauſam expreſſit in appellatione confeſſionis factæ obfuſcatiuam, credit quòd neutro iure iudex à quo teneatur appellationi deferre,
tum † quia confeſſio aliter non excuſata inducit notorium, in 3
c.cùm olim.de verb.ſig.tum quia generaliter ex diſpoſitione vtriuſq; iuris non auditur quis contra id quod lucidè cõfeſſus eſt.l. generaliter.C.de nõ nu.pec.c.per tuas.de prob.Et iſtæ rationes militant tã in cauſa ciuili,quàm in cauſa criminali, tex. videtur expreſſus in d.§.ſi anté. Et ſi dicatur quòd in appellatione à diffinitiua nõ eſt neceſſe cauſam exprimere , vt nor.in c.quòd ad conſultationem,de re iudi.& ca.cùm in eccleſia.de appel.dicit illud procedere quando appellatio non eſt contra ius:nam alias non admittitur, niſi exprimatur cauſa rationabilis.vt no.Inno.in cap.paſtoralis §.præterea.de offi.deleg.& in Spec.tit.de execu.ſen.§.nunc dicendum.verſ. ſed nunquid. Tamen iudex ad quem poterit appellationem recipere & examinare, vtrum habuerit legitimam cauſam appellandi, & impedire executioné à tempore quo incipit cognoſcere, vtrum appellatio ſit admittenda, vt videtur velle tex.in d.§.ſi autem.
Si autem appellans † allegat probabilem cauſam excuſando
confeſſionem propriam , etiam iudex à quo debet appella- 4
tioni deferre. argumen.in cap. cùm dilecti. de accuſatio. facit optimè l.fin. C. de erro.aduoc. quæ ſic poteſt intelligi , & ſecundum hæc idem Sicul. intelligit & reducit ad concordiam vtrumque ius, & ſatis videtur fuiſſe de mente gl. in alleg.§. ſi autem.Et ita voluit Ang.in alleg. l.ij. C.quorum appella. non recip. approbans dictam gloſ.quòd ſi appellatio eſt indirecta ſine cauſæ inſertione, poſtquam † ille ſine tormentis eſt con-
feſſus , non auditus appellans. idem Imo. in alleg. §. iuſſus. 5
Tamen Auguſti.in additione ad Angel. Aret.in tract. maleſi. in verbis,præſente Gaio.vij.colum.dicit quicquid ſit,ego ſemper admitterem appellationem propter multa , quæ poſſent occurrere : maximè vbi tractatur de vita hominis,per ea,quæ habentur in §.noſtros. in authent. de iudic. & in l. à proconſulibus.C.de appe.& per ea quæ tradita ſunt per Pet.de Anch. in allegato §. ſi autem. & de hac materia vide per Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.proconſ.in xij.q. & per Bal. in addit.Spec.in tit. de appel.& de hac materia vide omnino per Ludouic. Roman. in l. Pomponius. §.sei perduellionis. ff.de acquiren.hære.qui ibi in fi.multum exclamat de quadam ſingulari limitatione Angel.qui dicit in iſtis caſibus ſupradictis non tenere appellationem: tamen ſi iudex à quo appellatur admiſit appellationem,deuoluitur talis appellatio:puta in grauiſſimis delictis:etiam ſi appellatio eſt prohibita de iure, & etiam ſi eſt confeſſus & conuictus : quia iuriſdictio iudici à quo penitus eſt ſibi abdicata per talem declarationem: ita dicit Angel. multum eleganter in l.conſtitutiones., ff.de appella. iſtud fuit prius dictum per Bald.in l.j. C.de confeſ.xiij. col.qui Bald.notans illam gl.Ioan.And.in d.§.ſi autem.quòd
ſponte confeſſus † non appellat dicit,declarando illam gloſſ. 6
quod Ioan. Andr. non dicit ibi non appellat, ſed dicit quòd iudex à quo non tenetur deferre illi appellationi: & ſic ſtatim poteſt iudex exequi ſententiam ſuam , maximè in caſibus in quibus non appellaret , niſi vellet allegare errorem : vel niſi

ſuperior inhibeat: vel niſi iudex à quo detulerit appellationi: quia ſtatim tranſmiſſa eſt iuriſdictio apud ſuperiorem: vel niſi ſteterit per triginta dies quòd appellanti non dederit apoſtolor. nam tunc caret iuriſdictione, per c. ab eo. de appel. lib. vj. §. illud autem. Si ergo tu iudex vis tenere ſententiam illius gl. §. ſi autem. Iu. And. illam teneas cum illis conditionibus & li-
7 mitationibus quas tradit Bal. in d. l. j. C. de confeſ. Adde † q in notorio crimine non auditus appellans dicto §. ſi autem. idem in certis caſibus & delictis enormibus quæ enumerãtur
8 in l. cõſtitutiones. ff. de app & iuuet alior caſus in crimine † læſæ maieſtatis, pro quo videtur caſus in extrauaganti ad reprimendum. vbi dicitur quòd in tali delicto punitio non retardatur aliqua lege non obſtante. Item videtur caſu, in l. conſtitutiones. in verſic. factionum, coniuncta l. quiſquis. C. ad l.
9 Iul. maie. nam factio † ſumitur pro proditione quæ fit contra principem vel rempublicam. & ſic idem eſt factio quòd crimẽ læſæ maieſtatis. & hoc probat tex. in dicta extrauaganti in factionibus. Et ad gl. quæ reputatur ſingularis in l. Pomponius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hære. quæ vult quòd in crimine læſæ maieſtatis poſſit appellari, reſpondet Ange. Are. in ſuo tracta. malefi. quòd appellatio ibi de iure non debuit admitti, ſed ex principis permiſſu fuit admiſſa. Ad hoc quia qui
10 facit † falſam monetam committit crimen læſæ maieſtatis. l. ij. ibi, maieſtatis crimen committit C. de fal. mone. ſed fabricans falſam monetam non poteſt appel. de fal. moneta: multominus debet poſſe appellare l. prima. C. qui in primo capite committit crimen læſæ maieſtatis cùm acrius puniatur, dicta l. quiſquis. Auguſti. tamen eſt in contraria opin. in addit. ad Angelum in verbo præſente Caio. iiij. column. Adde quòd in caſu. l. primæ C de rap. virgi. non admittentur appella. &
11 ibi per Salice. Adde etiam † quòd ficte confeſſus, audietur appellans. l. ſecunda. §. actor. C. de iura. calumniæ. & allega. §. iuſſus. Bartol. & Bal. in l. ita demum. in vltima q. C. de procura. per Sicul. in c. fin. de iura. calum.

1 Additio. An teneat dicta appel. Vide in q. Grationop. deciſi. cccclxvj.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum an peti poſsit cùm ſecundũ fatale ſit tranſactum per quatuor menſes.*
2 *Duplex eſt tempus reſtitutionis, nempe tempus ad quod datur reſtitutio ad tempus læſionis, & tempus infra quod fit reſtitutio.*
3 *Ius canonicum eſt maioris auctoritatis quàm conſuetudo.*
4 *Reſtitutio indulta poſt quadriennium non tenet.*

QVAESTIO CLXXVIII.

a ITEM fuit quæſitũ.[a] Si fuit † appellatum t. &
1 appellans habuit primum & ſecundũ fatale ex cau-
1 ſa iuſta, ſic fuit impeditus in ſecundo anno iuſto impedimento, per quatuor menſes tranſactum eſt ſecundum fatale: quo tranſacto appellans fuit per duos menſes negligens ad petendum reſtitutionem dictorum quatuor mẽſium. Quæſitum fuit de duobus, primò ſi appellans caſu præmiſſo poterat petere reſtitutionem? Secundò an dicti duo menſes negligentiæ trahant alios duos menſes iuſti impedimenti? de primo fuit concluſum quòd ſic. de ſecundo ad idem ſequen. opi. vulgarem Azo. & gl. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. & in l. ſed ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & §. quoties. ff. ex qui. cau. maior. & ita tenet Pet. Iaco. in libel. in cauſa appellationis. verſic. ex prædictis ſatis apparet. quamuis Cyn. teneat cõtrarium in l. quod tempore. C. de in integ. reſtitu. mino. ſequendo opi. Mar. & Placen. in l. finali. C. de tempo. in integ. reſtitu. pe.

a Idem cum ſupradicta deciſi. tenet Bar. Bal. & Salic. In l. ſi. allega. idem Ange. Areti. in §. rurſus. inſtitu. de actio. Fran. & Ioan. de Imol. in cle. vnica. de in integrum reſtitu. in cle. Et
2 quia doct. ſunt varij, idcirco conclude quòd † duplex eſt tempus, ſcilicet tempus ad quod datur reſtitutio ad tempus læſionis. vt in alleg. clem. & §. quoties. Secundum tempus eſt infra quod fit reſtitutio. & iſtud eſt duplex. nam quoddam eſt quod datur ad poſtulandum & terminandum: & iſtud eſt etiam vniforme ſecundum ius vtrunque. debet enim per quemlibet peti reſtitutio, & terminari intra quadriennium: vt in dicta clem. & in l. fi. alleg. Quoddam eſt tempus intra quod debent proponi tantum. Et tunc aduerte aut petitur reſtitutio aduerſus contractum vel quaſi, vel aduerſus ſententiam, & datur ſecundum omnes quadriennium: vt in d. l. fina. & in cap. j. & ij. de in integ. reſtit. lib. vj. Aut aduerſus tempus lapſum, puta in decendio, quod datur appellandum, vel in præſcriptione, vt ſi quis fuit abſens cauſa reipublicæ per menſem tantùm: & tunc in eccleſia eſt clarum, vt ſit vniforme, ſcilicet quadriennium, vt in alleg. clemen. in alio verò ab eccleſia ſunt opiniones. vt ſuprà dixi deciſ. Capellæ, & opin. Bartol. & aliorum videtur æqua prima fronte: vt tempus negligentiæ, ſequens ceſſante impedimento, abſorbeat tempus impedimenti. Sed fortè opin. gloſſ. in clement. allega. eſt verior, quia quadriennium indiſtinctè datur ad poſtulandum & terminandum, & non debet eſſe ius, quomodocunque exponatur: ex quo inter vtrunque tempus non exceditur quadriennium. Præterea ex quo de priuato non habemus in hoc ius clarum: imo de iure ciuili variæ ſunt opiniones, vt patet ex illa gl. & de iure canonico eſt clarum in eccleſia. Idem contra dicendum in aliis cum ſimili ratione. cum tex. in alle. cle. non fundet ſe ſuper fauore eccleſiæ. facit quod in ſimili no. in cap. Raynaldus. de teſta. inſuper ſi ius dubium declaratur ex conſuetudine, vt in cap. cùm dilectus. de conſuetu. & in l. ſi de interpretatione. ff. de legi. fortius in dubio recurrendum eſt ad ius canonicum: quod † eſt maioris authoritatis, quàm conſuetudo. & hanc partem ſemper in curia Archiepiſcopali de 3
tempore meo ſeruari vidi. Et hanc etiam ſequitur Sicul. in allega. clemen. Adde † quòd reſtitutio indulta poſt quadrien- 4
nium 2 non tenet, ita videtur velle gloſ. ſuper verbo finiri. 2
in alleg. clem. quam commendat ibidem Sicul. dicens neſcire ſimilem in iure canonico. idem tenet Pau. Ioan. de Imol. idem Ange. Aret. in alleg. §. rurſus.

Additio. Si fuit appellatum. Tu vide de materia huius quæſt. per Guid. pap in deciſ gratianop. q cccevj.
2 Poſt quadriennium. Vide dominum Alex. in conſ. xxx. in fi. j. col. in v. volum. vbi ponit an ciuitas debeat reſtitui poſt quadriennium, ſi de læſione conſtaret.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper vna parte, non videtur abſolutio facta ſuper reliquis.*
2 *Non poteſt cognoſci de parte, niſi cognoſcatur de toto.*
3 *Sententia eſt terminus diffinitiuus litium.*
4 *Cauſæ ex diuerſitate, diuerſa videntur eſſe capita.*

QVAESTIO CLXXIX.

ITEM fuit quæſitũ. [a] Petita fuerunt centum ex a
cauſa mutui: pars fuit condemnata in quinquaginta, tacitè de aliis quinquaginta: an ſententia fuerit nulla? Concluſum fuit quòd ſic †, per not. per gl. & 1
Cyn. in l. j. C. ſi aduerſ. rem iudic. & per Collect. plenè in cap. cùm inter. de re iudic. 2 2

a Idem tener in alleg. l. j. Ioan. Fab. Bar. Bal. & Salic. & Iac. de Are. ibidem Bald. in l. aj. C. de re iudi. Bar. in l. qui vas. in princ. ff de fur. idem Bar. in l. j. C. ſi plures vna ſententia. & in l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. Spec. in tit. de ſolutio. §. iiij. verſicul. Ad huiuſmodi. Ant. & Sicu in allega. cap. cùm inter. Et ratio eſt: quia † ſi valeret ſententia ſuper parte, non videtur 1
facta abſolutio ſuper reliqua parte: quia non apparet ratio quare debeat videri abſoluiſſe, ex quo non pronuntiauit ſaltem tacitè, & ſic remanet petitio ſuper aliqua parte, in cuius partis examinatione oporteret reſiicare in dubium de parte, ſuper qua fuit iudicatum: quia † non poſſet cognoſci 2
de parte, quin cognoſcatur de toto, argu. in l. vulgaris. ff. de fur. canonizata. de pœ. diſt. j. vulgaris. & hoc eſt contra naturam diffinitiuæ: quia ex quo ſemel lata eſt non poteſt amplius in dubium reſiicari ſine remedio reſtitutionis, cùm † ſententia ſit terminus diffinitiuus litium, d. l. terminato. Aduerte ta- 3
men, quia dicta deci. fallit in quinque caſibus. Primus quando inſtantia eſſet pro parte perempta, ita quod ſequeretur abſolutio ab inſtantia iudicij: tunc cum ſufficit pronuntiare ſu-

per

per illa parte in qua tenet iudicium : caſus videtur in l. ſi conſtante §.ſi ff ſol ma Exemplum, ſi à muliere petebatur dos, & durante iudicio ſi dos pro parte fuerit confiſcata expirat iudicium ſuper parte in qua ſucceſſit fiſcus, quia debet conueniri ipſe fiſcus coram iudice fiſcali, & primus iudex iudicabit ſuper alia parte: vt ibi & hoc tenent Bart. & Bal. in dicta l. prima. Et per hoc dicit ibi Bartolus q. ſi aliquis conuenitur rei vendicatione pro certo fundo, & repertum eſt illum poſſidere pro dimidia tantùm, iudex illum in illa dimidia condemnabit, & valebit ſententia: licet in alia dimidia nihil dicat: quia ſuper illa non tenebat iuditium. l. finali. ff. de rei vendica. Cautum tamẽ eſt vt iudex ſuper illa dimidia abſoluat cauſa expreſſa: quia non reperit illam poſſidere, argumen. in cap. aduerſario. de excep. & l. ſi à te. ff. de except. rei. iudi. Secundò fallit quando ſunt diuerſæ ſummæ petitæ ex diuerſis cauſis ſecundum Pe. de Su. in l. in bonæ fidei. C de vſuris. Vel quando vna ſumma fuit in petitione, ſed certa pars fuit ex vna cauſa petita, & reliqua ex alia : tenet enim tunc ſententia ſuper parte : vt tenuerunt quidam relati à Ioan. And. in alleg cap. cum inter. quorũ opi-
4 nionem defendit ibidem Siculus, quia † ex diuerſitate cauſæ diuerſa videntur eſſe capita, argu. in c. abbate. de re iud. lib. vj. vt l. ſi mater. §. & an eadem. ff. de exce, rei iu. Tertiò fallit quando libellus fuit oblatus contra plures: tunc enim ſi pronuntiat contra vnum, valet, nec videtur pronuntiatum contra alios: vt ff. de iu. l. nõ id certo. & l. de vnoquoque. ff. de re iu. & hoc ponit Bar. in d. l. j optimè ſa. l. vna. C. ſi plures vna ſentẽtia cõdẽnati. Quartò fallit quando ſententia fuit lata ſuper parte cum dictione taxatiua: vt puta petis centum, dixit condemno Titium in quinquaginta tantùm, vel duntaxat, valet tunc ſententia, & videtur pronuntiare ſuper toto, quia tacitè abſoluit in aliis quinquaginta per iſtam dictionem taxatiuam. facit c. cũ eccleſia ſutrina. de cau. poſ & proprie. & hoc tenuit Bal. in d. l. j & placet Sic. in alle. ca. cũ inter. Quintò fallit ſi de conſenſu partium factũ fuerit. Bar. in l. ſi conuenerit ff. de re iu. Et quod dictum eſt, procedit etiam in ſententia arbitri ſecundum Bal. in dicta l. j. & idem Bal. in alle. l. ij. niſi eſſet clauſula in compromiſſo quòd poſſit pronuntiare ſemel & pluries. Bal. in dicta l. vide Sicu. in alleg c. cum inter.

t Additio. Quod ſic. An ſententia debeat ferri ſuper toto vide ſolenniſſimè per do. Feli. cum xiiij. fallentiis in c. cũ inter. de re iu. col. iiij. ver. Idem Bal. vſque ad finem. c.

2 Cap. cum inter. Adde Feli. qui in eo. c. in col. iiij. ponit regulam cum xiiij. fallen. & melius tractat quàm alius.

SVMMARIVM.

1 *Sententia cùm reperiatur nulla non ſolùm ex ſententia ſed etiam ex aliis agitatis in proceſſu, denuò & recognoſcenda.*

2 *Cauſa instantia vbi eſt finita ſeu perempta, acta illa quæ faciunt ad litis deciſionẽ nõ cenſentur perẽpta.*

QVAESTIO CLXXX.

a ITEM fuit quæſitũ, a Si ſentẽtia reperitur † nul-
1 la, ex eiſdem actis poſsit pronuntiari? t Cõcluſum fuit quòd ſi nullitas reperiatur ſolùm ratione ſententiæ: tunc ex eiſdem actis poterit pronuntiari : ſic intelligitur glo. l. ſi expreſsim. ff. de app. & l. ſi vt propoſuit. l. j. C. quomodo & quando iudex. Si verò reperitur nullitas non ſolùm ex ſententia, ſed etiam ex aliis agitatis in proceſſu, tũc denuò cognoſcetur: ita intelligitur glo. in l. cum quærebatur. ff. de re iu. ſecundum Bar. in d. l. ſi expreſsim.

a Adde huic deciſio. cxiiij. ſuprà, & quæ ibi ſcripſi. Adde vl-
2 tra hoc quòd † vbicunque inſtantia cauſæ eſt finita ſeu perempta, quanquam acta facta ad ordinationem litis & inſtantiæ,
2 annullentur a, illa acta quæ veniunt. & faciunt ad litis deciſionem prout ſunt teſtes probationes & alia non cenſerentur propter hoc eſſe perempta. quinimo in ſuo robore permanẽt iuxta determinationem gloſſ. & Bart. in l. cum lite mortua. ff. iudic. ſol. Alexan. & docto. in l. is apud quem 3. C. de eden.
3 & ibi Cyn. & in l properandum. §. j. de iudic. cum ibi not. per doct. concor. Innocen. in c. cauſam quæ in j. de teſti. quem ibi ſequitur Sicu. & in c. ad probandum. de re iudi. j. col. Bartol. in alleg. l. ſi expreſsim & Specu. in titu. de ſenten. prola. §. bis propoſitis. verſic. ſed ſi caſus. Actorum tamen litis ordinato-rum duplex eſt effectus: quidam eſt de futuro: vt per ea, & ſuper eis feratur ſententia. & iſte perit, ſicut effectus libelli oblationis, cõteſtationis, & ſimilium quoad præmiſſa. Sed alius eſt effectus iam perfectus, de præterito ante peremptionem inſtantiæ, & iſte remanet. exemplum, per litis conteſtationem quis efficitur malæfidei poſſeſſor. l. nemo. C. de acqui. poſ. & l. certum. de rei vendic. perpetuatur actio. vt l. fin. C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. res efficitur litigioſa, vt in auth. litigioſa. C. de liti. & ſic de aliis : tales enim effectus non pereunt perempta inſtantia: quia iam eſt perfectus. pro hoc eſt d. l. properandum. in §. j. quod ibi not. Cy. & Sicu. in c. præſentata. de teſti. Innoc. Bal. & Sicu. in alleg. c. cauſam quæ. Bar. in alleg. l. cum lite. Io. Fab. in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defunct.

t Additio. Poſſit pronuntiari. Vide Rot. deci. cccccxxxvj. in antiq. & in deciſ. dalph. q. ccxx. & melius q. ccxvj.

2 Annullentur. An perempta inſtantia pereant acta, vide per do. Feli. in cap. cauſam quæ. extrà de teſtib.

3 Is apud quem. Vide ibi Iaſ. in fi. v. col. quæ ponit duas limitationes, cui adde Feli. in c. præſentata. ij. iij. & iiij. col. de te.

SVMMARIVM.

1 *Dando ſportulas & cautionem de iudicio ſiſti, non videtur quis in iudicem conſentire.*

2 *Exceptio dilatoria non tollitur per alium actum quem fecit pars ante litis conteſtationem.*

3 *Qui petit actionem ſibi edi, nihil petit à iudice.*

QVAESTIO CLXXXI.

ITEM fuit quæſitum, a Si aliquis fuit conuen- a
tus coram iudice non ſuo, qui quidem conuentus petit ſibi caueri de refundendis expenſis, ſecundum auth. generaliter. C. de epiſc. & cleri. an ſic petendo, videatur in iudicem conſenſiſſe: ita quòd non poſsit declinare iudicium? Concluſum fuit quòd non videtur conſenſiſſe, prout not. Innoc. in c. inter
monaſterium 1. de re iud. glo. in iudicem. per auth. 1
feratur. C. de litis conteſta.

a Adde quòd Innoc. vbi ſuprà tenet, quòd † dando ſportu- 1
las & cautionem de iudicio ſiſti, non videtur quis in verum iudicem conſentire. per d. authen. offeratur. cùm iſta præſtentur ab initio etiam ex neceſſitate, cùm talis cautio de iudicio ſiſti præſtari debeat quandoq; coram illo iudice, qui de cauſa cogniturus non eſt, vt patet in eo, qui ratione conuentus ex cauſa, habet ius reuocandi domum. vt l. ij ff. de iudic. & cap. ſi. de fo. compet. Idem tenere videtur Anto. in cap. j. ver. ex his decidetur. de iudic. quia illa ſatiſdatio recipit intellectum, prout de iure debeo, ſecundum eum. idem Bart. in l. quidam conſulebant. de re iudic. idem Sicu. in alleg. c. cùm inter. eod.
tit. Nec etiam tollitur † exceptio declinatoria per aliũ actum, 2
quem facit pars ante lit. conteſt. vt tenet idem Anto. in alleg. c. cùm inter. dicens, quòd tam exceptio recuſationis, quam quælibet alia declinatoria contra iudicem debeat proponi ab initio. ſcilicet, antequam aliud coram iudice proponatur, per quod videatur eum approbare in iudicem, ſeu iudicium ſuſcipere, pro quo bo. tex. in l. fin. C. de excep. & in l. ſed & ſi ſuſceperit. in princ. ff. de iudic. & in alleg. c cum inter. cum ſua glo. Si autem quis proponeret aliam exceptionem : puta contra perſonam actoris, vel contra libellum : quia proponendo talem exceptionem videtur velle quòd ſuper ea pronuntietur, cùm ſit emergens, vt in cap. j. de ord. cog. videtur approbare. Nec obſtat l. non videtur. ff. de iudic. vbi dicitur quis in iudicem conſentire petendo genus actionis ſibi edi : quia ſecun-
dum Bar. qui petit † actionem ſibi edi, nihil petit à iudice. ideo 3
in iudicem non videtur conſentire. Nec obſtat authent. offeratur : quia ſatiſdatio de ſiſtendo iudicio intelligitur ſi apparuit me teneri: & hanc opinionem ſequitur Franc. de Zaba. relatus à Sicul. in allega. cap. cùm inter. quæ multum placet eidem Sicu. & ibi illam confirmat multis rationibus, quas ibi proſequitur.

t Additio. Inter monaſterium. Adde Feli. qui iudicio meo melius tractat huiuſmodi materiam, quàm alius in alle. cap. cum inter. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Termino prorogato, iuramentum cenſetur prorogatum, non autem acceſſoria,*

e Niſi

Niſi fideiuſſores, & alij qui bona ſua pro aliquo obligaſſent, de nouo conſentiant. nu. 2. 4. & 5.

3 *Pœna periurij non eſt hominis, ſed legis.*

6 *Fideiuſſoris obligatio cùm fuerit pura, remanebit fideiuſſor obligatus etiam poſt termini prorogationem.*

7 *Iuramentum de conſenſu partis relaxatur.*

QVAESTIO CLXXXII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Si aliquis promiſit † dare
1 aliquid certo termino cum iuramento, cum pignoribus, vel fideiuſſoribus. Si creditor prorogauit terminum, an videatur eſſe prorogatum ſacramentum, & cætera acceſſoria? Concluſum fuit quòd ſic: de acceſſoriis quæ dependent ex poteſtate partium. ita intelligit Innoc. in c. cum inter. de re iudi. & in c. præterea. in gl. vlt. de appel. vt iuramentum & datio pi-
a gnorum propriorum. Si verò eſſent † acceſſoria ex-
2 tranea, vel extrinſeca, vt fideiuſſores 1, vel ſi aliquis obligaſſet bona ſua pro aliquo amico ipſius iurantis, tunc prorogato dicto termino non ſunt prorogata dicta acceſſoria, niſi de nouo dicti fideiuſſores conſentiant, vel illi qui pro alio pignora dederunt. ita no. Spec. in ti. de fideiuſ. §. j. ver. illud autem quæritur. ita in effectu ponit Ioan. An. in allc. c. præterea. de app. ita tenet Bar. in l. j. §. & poſt operis. ff. de no. oper. nuncia. & l. cùm ſtipulatus ſum mihi dari à Proculo. ff. de verb. obli. vbi tenet, quòd ſi tranſacto termino non ſoluat, non erit periurus. Non obſtat illa l. quia loquitur in pœna conuentionali hominis.
3 Pœna † verò periurij non eſt hominis, ſed legis: & ideo oportet quòd totum tempus, quod prorogatur, ſit tranſactum antequam incidat in periurium: quam legem Bart. dicit eſſe notabiliorem quæ ſit in mundo. facit c. commiſſa. de electio. lib. vj.

a Cum adiectione diei quæ committitur tùm primum, certum eſt iuxta diem id quod fieri debeat non poſſe: illius tamen exactio differtur poſt diem. vt l. illa ſtipulatione & l. ſtipulationes non diuiduntur. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. An au-
4 tem † fideiuſſor qui non conſenſit prorogationi, facta prorogatione remaneat obligatus? dic quòd aut fideiuſſor eſt vſque ad certum tempus, puta vſque ad annum & tunc non tenetur poſt tempus, niſi ipſe cõſenſerit. ff. de arbitris l. Labeo §. j. & ibi Bar. & ff. loc. l. item quæritur. §. qui impleto. & C. de loca. & conduc. l. ſi tùm hermes. hinc voluit Bart. in l. Titius. ff. de admi. tut. quòd ſi compromiſſum eſt in aliquem vt proferat ſententiam vſque ad annum: & dedit fideiuſſores vel pignora
5 de parendo ſententiæ: & circa finem dicti anni † prorogatur dictum compromiſſum ad alium annum, dicti fideiuſſores non tenebuntur: quia aliud cenſetur eſſe compromiſſum. vt in ea l. §. ſi ita. facit. de admini. tuto. l. Lucius. §. ſi Paulus. & pro hoc eſt caſus in d. l. Labeo. ff. de arbi §. j. in pignoribus: dicit quòd aut pignora erant compromittentium, & tenebuntur quaſi ex tacito conſenſu: ſi aliorum, tunc non. arg. dicti §. qui impleto.
6 & ita refert Dy. tenuiſſe. Aut obligatio † fideiuſſoris eſt pura: ſed differtur ſolutio in diem, vel ad tempus: & tunc remanet fideiuſſor obligatus etiam termino prorogato eo ignorante. nam etiam nulla facta prorogatione teneretur poſt tempus, ſicut & reus principalis. arg. in c. cum dilecti. de dolo & contu. & in l. Celſus. ff. de arbi & ita videtur voluiſſe Spec. vbi ſuprà. Bal. ibidem in addi. Idem Hoſt. Sicu. & communiter docto. in c. conſtitutus. de fideiuſſ. Quid ſi officialis alicui debitori ſub excommunicationis pœna in ſcriptis lata præceperit vt intra menſem ſolueret creditori ſuo & ſatisfaceret. deinde idem creditor prorogauit illum terminum ipſi debitori: & aliter non ſatisfecit intra menſem: nunquid inciderit in excommunicationem? Et videtur quòd non ſecundum generalitatem glo. in verbo ſatisfeceris. in alle. c. præterea & glo. ſequuntur Sicu & Imo. in puncto iuris. pro qua opi. faciunt no. in c. ij. de ſponſa.
7 & in c. j. de iureiuran. vbi de † conſenſu partis relaxatur iuramentum, & tamen eius obligatio dirigitur in Deum principaliter: ita quòd Deus recipit obligationem in fauorem partis, remittente ergo parte & ipſe Deus remittit: ita in propoſito iudex profert excommunicationem in fauorem partis: ſi ergo pars vult differre terminum, videtur quòd iudex velle debeat differre: & niſi vt partes conueniant, cap. fin. de tranſa. & d. l. j. §. & poſt operis. ff. de noui oper. nun. & ibi hoc voluit Bart. in terminis. & Imo. & tenet Franciſc. in clem. j de iuteiur. verſic. nos itaque. Contrarium tenent Innocen. Hoſt. & Ioan. And. in alleg. c. præterea. per tex in illo § qui impleto vbi prorogatio procuratoris non extẽditur ad fideiuſſores: ergo nec ad excommunicationem quæ dependet à iudice & non à partibus. Anto. in alleg. c. præterea, dicit quòd ante factum iſta ſecunda opi. eſt tenenda tanquam tutior, poſt factum tenenda eſt prima: quia in foro iudiciali poſt factum nos capimus benigniorem partem etiam in cenſuris. per text. in c. cum tu. de vſur. facit gloſſ. in c. venerabilibus § j. & § fin. de ſent. excom. lib. vj. Vnde vt credo in monitoriis ſolet apponi clauſula: aut aliàs interim amicabiliter conueniant & concordent cum creditore ad tollendum dubium antedictum: aliàs crederem op. Ant. tanquam tutiorem eſſe ſequendam.

1 ADDITIO. Vt fideiuſſores. Adde hic Feli. in c. præterea. de ſponſa. xij. col. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non ponens in inſtrumento ſe rogatum, præſumitur rogatus. & nu. 2.*

3 *Teſtes deſcripti in inſtrumento cenſentur rogati.*

4 *Nec eſt de neceſſitate vt teſtes ſint rogati, niſi in certis caſibus.*

QVAESTIO CLXXXIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si notarius † præſuma- a
tur rogatus, quando non ponitur in inſtrumento 1
quòd fuerit rogatus? 1 Concluſum fuit quòd ſic: per gloſſ. poſitam in §. j. in authen. de tabel. col. iiij. & per not. Bart. poſita in l. ſciendum. ff. de ver. oblig. Et per Innocen. in c. j. de fid. inſtru. quamuis Cy. teneat contrarium in l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & Dy. in d. l. ſciendum.

a Vbi dicit credere quòd † notarius præſumatur rogatus ſi 2
dicat publicaui: licet non dicat quòd fuerit rogatus, cùm non poſſit conficere inſtrumentum niſi rogetur: & ſic eſt ſolennitas intrinſeca. pro hoc inducit c. ſi motu proprio. de præben. lib. vj. & l. j C. de rap. virgi. Cum deciſione noſtra tenent Bald. in authen. rogati. C. de teſti & idem Bald ſuper rubr. C. de fide inſtru. iij. col. Et idem Salic. in d. authen. rogati. Sicu. in alleg. c. j. de fide inſtru. tenet poſt Bart. quòd ſi notarius atte-
ſtetur in inſtrumento ſe rogatum, 2 vel apponat ſimilia ver- 2
ba, ego notarius ſcripſi. vel publicaui. tunc ſufficiet. An autem teſtes præſumantur rogati, Bar vbi ſuprà dicit quòd non, niſi illud atteſtetur notarius, vel adiiciat verba æquipollentia: vt puta præſentibus & vocatis vel adhibitis. Bal. in d. l. hac conſultiſſima. Idem Albert. de roſa. in alleg. auth. rogati. Bal. ibidem te-
net quòd ſi teſtes † deſcripti ſunt in inſtrumento præſumun- 3
tur rogati. quia adhibendo præſentiam videntur præmoniti & rogati, arg. l. gaius. ff. de pig act. idem Bal. ſuper rub. de fide in-
ſtru. v. col. in fi. videtur tenere Sali. in d. authen. rogati. Aduer-
te † tamen quia non eſt de neceſſitate. vt teſtes ſint rogati, niſi 4
in quibuſdam caſibus. de quibus per Spec. tit. de teſte. § j pro-
pe fi. vet. item quòd non fuit rogatus, vide Sicul. in alleg. c. j. iij col. tex. glo. & doct. in d. authen. rogati.

1 ADDITIO. Quòd fuerit rogatus. Vide Guli. pa. in deciſ. Gratianopo. q. xxxviij. & conſi. ccxxx. incipi. nobilis itaque meta. in j. dubio. volu. iij.

2 Se rogatum. Quid ſi notarius negat ſe eſſe rogatum cùm ſit rogatus, qualiter puniatur. Vide per d. Feli. in c. accepimus. de fide inſtrumenti.

QVAESTIO CLXXXIIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Titius fecit teſtamẽtum a
in quo plura legata fecit purè: & inter cætera fecit legatum Margaritæ de octo francis, quando maritabitur. deinde ſubiunxit talem clauſulam. Et volo

quòd omnia legata relicta in teſtamento meo ſoluátur perſonis & locis, quibus legaui, intra annum à die mei deceſſus, & caſu quo nó ſoluerétur, voluit quòd duplicarentur: cõtigit caſus, quòd dicta Margarita ante mortem teſtatoris fuit maritata: & ſic legatum ſuum fuit purificatum. l. conditionum. ff. de condi. & demon. & in l. ſi quis hęredem. C. de inſti. & ſubſti. moritur ex poſt teſtator. non ſoluitur dictæ Margaritæ legatum intra annum. Quæritur an debeatur legatum duplicatum? Et videbatur quòd ſic: per l. Titio centum. ff. de leg. ij. Contrarium fuit concluſum per l. cohæredi. §. qui partem. ff. de vulg. per l. talis ſcriptura. de lega. j. §. j. & ij. videtur text. & per l. vxorem. §. felicisſimo. de lega. iij. & per l. ſeruis vrbanis. §. fin. eo. tit. & l. alimenta. §. baſilice. ff. de alimen. & ciba. leg. vbi in omnibus clauſula ſpecialis derogat generali, & non compræhenditur ſub generali. Non obſtante l. Titio centum, quia ibi omnia legata erant à principio pura. hîc verò iſtud legatum relictum Margaritæ erat tempore teſtamenti conditionale, quod tempus inſpicitur in legatis. §. cætetà, in prin. & § j ff. de lega. j. Item aliqui intelligunt d. l. quòd teſtato. ibi dixerit velle, quòd legata quibus dies appoſitus erat, vel quibus non appoſitus erat, ſoluerentur certo die prolato. & iſtud eſt diuinare: ſed prima ſolutio eſt verior. Et ita fuit deciſum in Capella archiepiſcopali Tholoſæ maximè per l. talis ſcriptura, allegata.

a Vbi Bart. in §. ij ſingulariter dicit quòd clauſula appoſita in prin. vel in fi. diſpoſitionis, refertur ad omnia capitula, quãdo non ſubeſt ratio: quare magis ad vnum quàm ad aliud referatur. quam rationem ponit imperator in l. j. C. de libe. præte. Sed ſi eſſet aliqua ratio quare ad quædam non poſſet referri: & tunc ad illa non refertur. Cauſæ autem aliquæ poſſunt aſſignari. Primò ſi in præcedentibus erat ſpecialiter prouiſum circa id quod continet clauſula de qua tractatur: vt l. ſed & ſi per prætorem §. deinde. ff ex quibus cau. maio. & d. l. cohæredi. § qui partem. alias cauſas vide ibi per eum. quid ſi talis Margarita non intraſſet monaſterium: an ſibi deberetur legatum. & dic quòd ſic, per auhen. niſi rogati. & ibi Bald C. ad Treb. An autem quando parentes legant dotem filiabus vel aliquid pro dote: vel cùm maritabitur: vel ſi nupſerit: vel alia forma. an tale legatum ſit conditionale: ita quòd interim mulier decedens non tranſmittat hoc relictum ad hæredes ſuos. vide Bart. poſt Dy. Ange. Raph. Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Cy. & Bal. laté in l. generaliter. C. de epiſcop. & cleri. Bal. Iac. Bui. Sali. & Pau. de Caſt. in l.
1 quoniam in prioribus 1. C. de inoffi. teſt. Cy. Bal. & Sali. in l.
ſancimus. C. de nup. Ange. Areti. poſt omnes. in §. fuerat. Inſti.
de actio. Pau. de Caſt. conſi. lxxvj. & Lodo. Ponta. conſi. cxv.
& Bart. in ver. legatum dotis.

1 Additio. Quoniam in prioribus. Adde Iaſ. qui plures alle. doct. modernos in alle. l. quoniam. in fi. ij. col. & prin. ſeq.

QVAESTIO CLXXXV.

a ITEM anno Domini, M. cccxciij. die ij. menſis
Octobris, petebantur remitti per curiam archiepiſcopi duo clerici ſoluti: opponebatur per procuratorem regium, quòd non debebant remitti:
1 quia ante deprehenſionem 1 ſe gerebant pro laicis notoriè & manifeſtè, niſi prius fidem facerent de titulo clericatus eorum officiali Tholoſæ: per c. ſi iudex laicus. §. fin. de ſen. excom. lib. vj. Replicatum fuit per curiam archiepiſcopi, quòd non obſtante oppoſitione dicti procuratoris regij debeat fieri dicta remiſsio, quia nunquam dictus §. fuit practicatus Tholoſæ: imo incontinenti debet fieri, qua replicatione audita, fuit dicta remiſsio facta. quorum vnus vocabatur Nautabrune, & alius erat de Bigotra.

a Vidi ſæpenumero dubitari, cùm procurator Regis dicit aliquem remiſſum ſaluo iure vendicandi. non eſſe clericum: etſi veſtes & tonſuram deferat clericales: & ſeruatum fuit ſæpenumero de tempore meo, quòd ſi talis remiſſus erat illiteratus, quòd propter illam præſumptionem onerabatur probare titulum ſuum, cùm tonſura illiterato conferri non debeat. c. fin. de temp. ordin. lib vj. cum concord. poſitis ſuper verbo illiteratos: ita tenet Dominic. poſt Ioan. Andr. in alleg. cap. ſi iudex. §. idem eſſet.

1 Additio. Ante deprehenſionem. Hic ſubaudiri debet tépore deprehenſionis in habitu & tonſura clericalibus fuerãt reperti, alioquin nulla eſſet dubitatio. iuxta §. fin. hic alleg.

SVMMARIVM.

1 *Omnis interlocutoria per quam iudex pronuntiat ſe non eſſe iudicem, reuocari non poteſt. & numero 2.*

Hæc regula habet locum in iudice delegato, ſecus in ordinario. num. 3.

Niſi forſan à ſententia delegati fuiſſet appellatum, cùm appellatio ſuſpendat vires pronuntiati. numero 4.

5 *Iudex pronuntians appellationem eſſe deſertam, non poteſt eam reuocare, niſi fuerit appellatum.*

6 *Sententia bis confirmata per iudicem, non poteſt reuocari.*

7 *Sententia quæ intra decem dies non reuocatur, præſumitur tranſiuiſſe in rem iudicatam.*

QVAESTIO CLXXXVI.

ITEM fuit quæſitum., Si omnis † interlocuto- a
ria poſsit reuocari per iudicé qui illam tulit, & in- 1
fra quod tempus. Concluſum fuit quòd omnis interlocutoria, per quam iudex proferens deſiit eſſe iudex: vt quia abſoluit ab inſtantia iudicij. vel obſeruatione: vel pronuntiauit non eſſe iudicem: & ſic de aliis, non poſſunt reuocari. Aliæ verò poſt quarum prolationem iudex remanet iudex, poſſunt reuocari, vt l. diem. ff. de arbit. ſecundum Bartol. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic.

a Dic quòd ſecundum opi. glo in l. j. C. ſent. reſcin. non poſ. & gl. in cap. cum ceſſante. de appel. & doctorum vtrobique, iudex poteſt vnam interlocutoriam regulariter reuocare: per tex. in l. quod iuſſit. & c. cum ceſſante, qui loquuntur generaliter, & facit cap. ſi à iudice. de appel. lib. vj. fallit tamen dicta regula in pluribus caſibus, & inter alios in interlocutoria per quam expirat officium iudicis ex toto: vt cùm ſicut ſupradi-
ctum eſt, pronuntiat † ſe non eſſe iudicem. nam tunc talem in- 2
terlocutoriam non poterit reuocare. cap. ſignificantibus. de
offic. deleg. tenet Bartol. & alij in dicta l. quod iuſſit. in l. ij. iij.
colum. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Bald. in l. ſi quis in 5
conſcriben. C. de epiſco. & cleric. in l. ſi vt proponas, j. & in l.
ſi præſes deſertam. C. quomodo & quando iudex. Imol. in l.
quidam conſulebant. ff. de re iudic. Anto. in cap. ſuper lite-
ris. de reſcript. Id tamen intelligas † verum in iudice delega- 3
to. ſecus eſt in ordinario, quia iudex ordinarius qui pronun-
tiauit ſe non eſſe iudicem, poteſt hanc interlocutoriam reuo-
care: quia ad eum non ſpectat ſolo verbo abdicare à ſe iu-
riſdictionem ordinariam. l. legatus. ff. de offic. præſid. Et ideo
pronuntiando ſe non eſſe iudicem, non deſinit ex toto eſſe
iudex. ita voluit Bartol. in d. l. ij. & ſequuntur alij in locis
præalleg. Et adhuc quod dictum eſt de delegato: dic eſſe † ve- 4
rum, niſi à tali ſententia, qua iudex delegatus pronuntiauit ſe non eſſe iudicem, fuiſſet appellatum. nam tunc appellatio ſuſpendit vires pronuntiati. c. ſuper. col. j. de appell. ſic illa ſententia non abdicat iuriſdictionem ab ipſo delegato, cùm ſit ſuſpenſa. textus eſt ſingularis & ibi commendatus à docto. in cap. dilectus. iij de præben. quam ad hoc ponderat Lud. ponta. in ſingularibus ſuis. & idem Sicu. & Imo. in c. cum ceſſante. & Bart.

& Bart.in d.l.ij.vij col. ex hoc etiam voluit Rot.deciſi. lxxix.
5 quæ incipit, Si à pronuntiatione.vbi volunt† quòd iudex qui pronuntiauit appellationem deſertam non poteſt eam reuocare, quia abdicauit à ſe iuriſdictionem: niſi à tali ſentētia fuiſſet appellatum. Fallit inſuper regula prædicta in interlocutoria bis confirmata: & ideo de ſtylo curiæ archiepiſcopalis ſicut non licet à ſententia bis confirmata tertiò prouocare. c. ſua. de appel. & per totum titul. C. ne liceat tertiò prouo. ita non poteſt pars petere ordinationem bis confirmatam corri-
6 gi: quia † ſententia bis confirmata per iudicem amplius reuocari non poteſt. gloſſ. eſt ſingularis ſecundum Sicul. & Franc. de Zaba. in cle. fi. in verbo ſuper ea. de appel. & ita ſemper obſeruati vidi. Fallit etiam regula prædicta in aliis pleriſque caſibus quos tędioſum eſſet hic inſerere. & de his vide per Sicu.
2 in allega. c. cum ceſſante. & alios docto. in locis præallega. 2. intra quod tempus, dic quòd vſq; ad diffinitiuam ſententiam: vt tenet Barto. ibidem, & Inno. in c. quòd ad conſultationem. de re iudic. & in c. ſacr. ſuper ver. arctandus. gloſſ. reuocare. de ſenten excom. quamuis in c. cum ceſſante, videatur tenere contrarium: videlicet quòd poſt decem dies non poſſit reuocari. Specul. tenet primam partem in tit. de appel. §. reſtat videre. & ſic fuit ordinatum in capella, & ſententiarum. Et ita fuit ſeruatum tempore meo: veruntamen Dyn. & Bar. in d. l. quòd iuſſit. glo. in alleg. c. cum ceſſante. & ibi Sicul. & doct. communiter
7 dicunt quòd ad petitionem partis † fieri debet reuocatio intra
3 decendium: aliàs lapſis decem diebus quoad partem 3 ſententia dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam. c. cum dilecti. in fi. de elect. aliquando tamen fit reuocatio interlocutoriæ, ſcilicet officio iudicis: quia fortè videns ſe erraſſe, vult reuocare: vel vt parcatur ſumptibus partium. l. arbitrio. ff. qui ſatiſ. cog. ſecundum vnam lectu. l. pe. ff à qui ap. non lic. Et illo caſu iudex poteſt perpetuò, donec durat officium ſuum, ſuam interlocutoriam reuocare. ita tenet gloſſ. in alleg. c. cum ceſſante. Innoc. in c. ſæpe. de re iudic. Ang. in l. j C. ſen reſcindi non poſ. & ſequuntur communiter doct. in allega c. cum ceſſante, & in d. l. quod iuſſit. quod intellige niſi bis fuiſſet prius confirmata: quia tunc etiam tranſiuiſſe diceretur in rem iudicatam etiam quoad iudicem. vt prædictum eſt.

a Additio. L. ij. iij. col. Vide ibidem per Iaſo.

a In locis præallega. Quibus adde Feli. latiſſimè proſequentem huiuſmodi materiam in c. qualiter. in primo. de accuſa.

3 Quoad partem. An autem quoad ipſum iudicem tranſeat interlocutoria in rem iudicatam, & ita quòd non poſſit intra decem dies reuocare. vide dominum Alex. conſi. xcix. in prin. iij. col. verſic. nec etiam habet. quinto volumine.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non impedit litis conteſtationem.*

2 *Omnis exceptio peremptoria etiam non notoria poteſt opponi ante litis conteſtationem.*

Dummodo excipiens offerat ſe incontinenti probaturum. ibidem.

QVAESTIO CLXXXVII.

a ITEM fuit quæſitum. a An exceptio † non nu-
1 meratæ pecuniæ impediat lit. conteſt. Concluſum fuit quòd nō: ſi opponatur intra biennium. ita tenet Cy. in l. exceptionem. C. de proba. Collec. in c. quoniam. de proba. quamuis Spec. videatur tenere contrarium in ti. de excep §. dicto ver. quid de exceptione non nume. pecuniæ. Et quare & quomodo dicatur anormala. dic per Cy. vbi ſuprà. & per gloſſ. in l. exceptionis. ff. de excep. & inſt. eo. tit. §. appellantur. per Ioan. Fab. inſtit. de lit. obligatione.

a Quòd iſta exceptio ſit peremptoria, & poſt litis conteſtationem debeat proponi, tenent Bartol. & Raph. in l. iij. ff. de excep. & Ange. Aret. poſt eos. inſti. eo. titu. §. j. in fi. vbi latiſſimè tractatur de huiuſmodi exceptione. Si tamen dicta exceptio eſſet notoria, bene poſſet opponi ad proceſſum. & ſic ante lit. conteſt. licet ſit peremptoria. & idem de quacunque exceptione peremptoria notoria. Iſtud tenet Spec. vbi ſuprà verſic. ſed pone. & verſi. item ſi non dicit. ſequitur Ioan. And. & Domi. in c. de lit. conteſt lib. vj. & Angel. Aret. inſti. de except. §. æquè. verſic. quindecimo. Sicul. in c. ſuper literis. de reſcript. viij. col. de quo per Bart. in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. & per Archi. in c. vt circa. de elect. li. vj. vbi ponit ſingulare dictū, quòd † omnis peremptoria etiam non notoria poteſt opponi 2
ante lit. conteſta. dummodo excipiens offerat ſe incontinenti probaturum. ar. in l. iij. § ibidem. ff. ad exhibend. Adde hic quæ ſcripſi ſuprà deciſio. lxvij. & cxxxvj in quibus deciditur: an exceptiones præſcriptionis & ceſſionis bonorum impediant lit. conteſta. & ibi multa ſcribuntur de iſta materia.

QVAESTIO CLXXXVIII.

ITEM fuit quæſitum. a Si archidiaconus alicu- a
ius eccleſiæ poſsit ſuum archidiaconatum viſitare de iure communi? Concluſum fuit quòd non. ita tenet Innocen. in c. j. de offic. Archidiaco. & Hoſt. in ſumma. Idem Collec. in c. cum ex officij. eo. tit. in fi. de præſcript. idem Guliel. de monte lau. in c. ij. de cenſibus. in clemen.

a Adde Sicul. idem tenentem in alleg. c. j. & c. mandamus. de offic. archi. de quo vide per Archid. in §. archidiaconus. xciiij. diſt. & aliquid per Sicul. in c. cùm contingat. de fo. compe. vbi dicit quòd iuriſdictio quæ competit archi. potius eis competit iure ſpeciali quàm communi, niſi in illis quæ enumerantur in c. ad hæc §. in quadam. de offic. Archiepiſcop. in quibus verum eſt quòd Archidiaconus fundat ſuam intentionem de iure communi. no. Sicu. in alleg. c. cùm contingat. & in c. licet. de pe. Adde de Milis in repertorio ſuper ver. Archidiaconus. vbi tenere videtur quòd de iure, licet Archidiaconus nō poſſit viſitare abbatias & prioratus conuentuales, & alios maiores titulos: de quibus loquitur c. fin. de offic. Archid. eccleſias tamen parochiales & beneficia inferiora quæ ſunt minoris tituli poterit de iure Archidiaconus viſitare: quam diſtinctionem faciunt Hoſtien. & Ioan. Andr. in dicto cap. fina. ſuper verbo monaſterio.

SVMMARIVM.

1 *Crimen ſeu maleficium committens an poſsit opponere exceptionem xx. vel xxx. annorum. & nu. 2.*

QVAESTIO CLXXXIX.

ITEM fuit quæſitum. a Si aliquis † commiſit a
crimen ſiue aliquod maleficium non exceptum in 1
l. quærela. & glo. eiuſdem. C. de fal. & c. cùm venerabilis. de excep. & c. licet. de proba. & iudex ex officio ſuo nobili ſeruando. l. congruit. ff. de offic. præſid. vult inquirere contra eum, an dictus malefactor poſsit opponere præſcriptionem xx. vel xxx. annorum ſecundum d. l. quærela. & eius glo. Concluſum fuit quòd non. per gl. Innoc. in c. ad noſtram. de appel. per Archid. in c. iij. de conſue. lib. vj. per Guli. de Monte lau. in cle. ij. de cenſi. alle. text. in c. irrefraga. de offic. ordin. & c. fi. de conſue. & c. ij. de colluſio. dete. cum ibi notatis. Non ob. glo. in alle. l. quærela, nec gloſſ. in l. apoſtatarum. C. de apoſta. Quia loquuntur in officio iudicis mercenario non nobili prout ipſas intelligunt Butri. & Cyn. in d. l. quærela. Specu. videtur tenere contrarium in tit. de appel. §. in quibus. verſic. xj.

a Quæ glo. dictæ l. quærela. dicit quòd † per officium iudicis 2
ſine accuſatore poteſt puniri crimen vſque ad xxx. annos. Ibi Spec. nihil dicit: ſed bene in tit. de ſen. §. fi. verb. & no. Sali. in d. l. quærela dicit quòd dictum Cyni eſt verum in officio in cauſa implorato: vt iudex fidem non adhibeat teſtibus vel inſtrumentis falſis: ſed ea repellat vt falſa, vel de officio quo teſtes eius aures reuerberantes punit extra ordinem. vt no. in l. nullum. C. de teſti. vel quo punit crimen negotium principale contingēs vt no. per eundem Bal. in l. vbi. in vlt. q. C. de falſis. quia tale officium non durat pluſquam actio intentata. l. iiij. C. depoſiti. ſecus autem in officio nobili per quod iudex

volt inquirere de falſo ad finem puniendi: quod prædicta glo. aſſerit durare in xxx. anno. quod an ſit verum quòd duret vſq; ad xxx. annos. & Bart, & Sali. in alleg. l. querela. dicunt gloſſ. prædictam non eſſe veram: quia officium iudicis inquirentis ſuccedit loco accuſationis. vt c. qualiter & quando. in ij. de accuſationi. ff. de muneri. & bono. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem non habens: ſicut ergo accuſatio tollitur xx. annis. vt d. l. querela. ita eodem modo iudicis officium. præterea text. ibi loquitur generaliter: querela enim falſi eſt ſiue de hoc querelam facit pars, ſiue in lex. & ita dicit Bart. vbi ſuprà, ſic de facto reſpondiſſe. Et in aliis criminibus dicit Salic. vbi ſuprà, quòd vſque ad illud tempus inquiri poterit, quæ accuſatio poterit inſtitui: & non vltrà per iura ſuprà allega. hæc procedunt de iure ciuili. tamen de iure canonico diſtingue poſt Sicu. in
1 alleg. c. licet de proba. 1. quòd aut talia ſunt crimina quę impediunt ordinis executionem vel beneficij retentionem etiam poſt pœnitentiam peractam, & in iſtis non obſtat. præſcriptio temporij: deniamus enim in iſtis à reg. iur. vt in c. inquiſitionis. de accuſa. Et ratio in illis eſt euidentiſſima. & ſic poteſt intelligi opi. Vincen. ab eodem Sicu in d. c. licet relata. qui voluit quòd ſecundum canones actio criminalia non claudatur tempore xx. annorum. iij. q. iiij. c. c. c. c. vbi dicitur quòd vndecunque crimina claruerint punienda ſunt. fa. gl. in c. admonere. xxxiij. q. ij. Iſta enim peccata non alleuiantur tempore, imò efficiuntur grauiora d. c. fin. de conſue. in aliis verò non ſic impedientibus tolletur directa accuſario tempore præfixo à iure ciuili. cùm non reperiamus contrarium de iure canonico. arg c. j. de no. ope. nun. & c. authoritate. de conceſ. præb. lib vj. Sed reſpectu pœnitentiæ peragendæ ſemper poteſt impeti & ſic poteſt intelligi gloſſ. in d. c. admonere, ſecundum alium intellectum, quia crimina non debent remanere impunita. de collu. dete. cap. crimina. c. vt famę. de ſen. excom xxv. diſtin. c. qualis. & c. ſuper eo. de rapto. Et ſecundum huiuſmodi diſtinctionem intelligetem prædictam decisionem noſtram quæ de iure ciuili non videtur procedere per ſuperius alleg.

1 ADDITIO. Capi. licet. de proba. Vide ibi Feli. char. xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Petenti ſe reſtitui an obſtet exceptio excommunicationis vel banni. & nu. 2. & 4.*

3 *Excommunicato petenti reſtitutionem coniugis non obſtat exceptio excommunicationis.*

QVAESTIO CXC.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An † excommunicatus,
1 vel bannitus poſsit impetrare monitionem ſuper te-
1 bus ablatis: vel poſsit petere reuocari miſsionem † bonorum contra ipſum factam oppoſita exceptione contra ipſum? Concluſum fuit ſecundum no. Bart. poſita in l. de pupillo. §. fin. cum l. ſeq. ff. de no. ope. nun. quòd aut venit principaliter ad ſe defendendum, ſed in conſequentiam petit reuocari miſſionem bonorum, & tunc poſsit non obſtante tali exceptione excommunicationis. vt in d. §. fin. & l. ſe. & §. qui remiſsionem eiuſdem. & l. ſi pupillus. §. j. ff. de priui. credi. Aut venit principaliter per viam actionis & prouocando ad iudicium impetrando tale monitorium, & tunc repellitur dicta exceptio. ſic intelligitur l. in tribus. ff. de iudic. quam l. dicit Bart. eſſe factam hac de cauſa. vide Specu. in titu. de contuma. §. fin. vet. ſed pone reus paſſus eſt miſsionem. Et cùm talis impetrans tale monitorium principaliter prouocet ad iudicium, repellitur exceptione excommunicationis. vide Innoc. in c. paſtoralis. in fi. de appel. quomodo petenti ſe reſtitui obſtat exceptio excommunicationis?

a Idem Innoc. in cap. cum noſtris. de conceſ. præben. tenet glo. in cap. in nomine Domini. xxiij. diſtinct. idem gloſ. & ibi Sicu. in cap. dilectus. de reſcrip. j. idem gloſ. & ibi Sicul. in cap.
1 ex inſinuatione. de procur. vbi tenent quòd quando † excommunicatus venit vt reus, puta quia paſſus miſſionem ex primo decreto propter contumaciam petit ſibi nunc reſtitui poſſeſſionem, offerendo cautionem de ſtando iuri, iſte debet audiri, vt in c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lit. non conteſt. alleg. Specu. ibi ſuprà vide Nelum de ſan. Ge. in tract. de bannitis. prima parte ſecundi temporis, quæſt. lxiiij. qui videtur idem in effectu tenere in bannito, ſicut Bar. Adde gloſ. in cap.
quoniam multos. xj. q. iij. quæ dicit † quòd excommunicato 3
petenti reſtitutionem coniugis 2 non obſtat exceptio excom 2
municationis. Similiter † de conſuetudine in foro ſeculari 4
præſentis regni nõ admittitur excommunicationis exceptio, quod eſt contra cap. decernimus. de ſen. excom. lib. vj. An autem bannitus poſſit petere in integr. reſtitu. vide Nelum vbi ſuprà q. lxix. Et adde hîc quæ ſcripſi ſuprà decis j.

ADDITIO. Reuocari miſſionem. Adde quòd excommunicatus ſpoliatus non reſtituitur. fallit in caſibus poſitis per do. Feli. in c. delegati. de reſcrip.

2 Coniugis. Vide quæ ſcripſi ſuprà in addi. ad q. clxxj.

SVMMARIVM.

1 *Pronomina poſſeſſiua meum, tuum, ſignificant tempus præſens.*

2 *Legatum factum famulis, debetur his qui erant tempore teſtamenti.*

QVAESTIO CXCI.

ITEM fuit quæſitum. [a] Quidam legauit cui- a
libet ex omnibus filiolis ſuis decem: teſtamento facto vixit magno tempore, & plures filiolos fecit, & habuit, non mutato teſtamento deceſſit: quo mortuo veniunt filioli facti poſt teſtamentum, & volunt habere legata, ſcilicet decẽ ab hæredibus: hæredes dicunt quòd non tenentur: quia teſtator ſolùm intellexit de filiolis exiſtentibus tempore teſtamenti per l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. & l. qui filia-
bus. ff. de leg. j. cum ſimil. maximè † quia pronomina 1
poſſeſſiua meum, tuum, ſignificant pręſens tempus. vt in l. alle. legatarius in contrarium dicebat per l. ſi cognatis. ff. de reb. du. & l. ſi quis filiabus. ff. de teſtamente. & l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrbano. prædior. & l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſ. Concluſum fuit pro prima parte, quòd non tenentur. nec obſtat l. ſi cognatis. quia loquitur per verba indefinitè prolata. idem in l. ſi ſeruitus. Nec obſt. l. fi. C. quę res pig. obl. poſ. quę loquitur per verbum & participium, & per pronomen meũ, quia ibi agitur de modico præiudicio. ſ. de obligatione. in noſtro autem caſu de magno. ſ. de tranſlatione domini, ſecundum Cy. ibid. & Bart. plenè. Item non obſt. l. ſi quis filiabus. ff. de teſta. tu. quia inter tutorẽ date & legatũ dimittere, maxima eſt differẽtia, vt ponit gl. in d. l. qui filiabus. ff. de lega. j. vbi videtur tex. de iſta quæſtione. & per illam l. fuit deciſum in capella.

a Et vide ibi Bar. qui dicit quòd in tutelis ius interpretatur
in dubio, quòd teſtator voluit prouidere poſthumo. vt d. l. ſi 2
quis filiabus. & inſtit. qui dari tuto. poſ. §. poſtul. & ſi. Sed in legatis non ita de facili interpretatur, ideo quia ſi cogitaſſet ſe plures filios habuiſſe, non feciſſet tot legata, quæ ratio in tutela ceſſat. ideo in legato oportet apparere alias coniecturas, de quibus ibi per eundem Bart. Ex præmiſſis infertur ad ſolutionem quæſtionis. pone teſtator dixit, lego omnes res meas quæ ſunt & reperiri poſſunt Tholoſæ. Et certè intelligitur legatum de omnibus rebus quæ erant teſtatoris tempore mortis, & quæ etiam poſt teſtamentum reperiantur eſſe quæſita: ita voluit Bart. in allega. l. ſi ita. ff. de au. & arg. leg. & Rapha. Fulgoſ. conſilio ſuo xxxviij. circa finem. & idem not. Angel. in allega. l. ſi ſeruitus. ſi teſtator legauerit vxori fulcimenta cameræ: quia non veniunt poſt teſtamentum facta. Quid autem ſi vir legat vxori omnes veſtes ſuas, & illæ omnes ſunt corruptæ, & aliæ factæ de nouo, vtrum extendatur ad futuras? Bartolus in allegata l. ſi ita. dicit quòd ſi teſtator addidiſſet aliam veſtem, & prima ſupereſſet, illa addita non eſſent in legato. ſed ſi prima eſſet conſumpta, & alia facta loco primæ, tunc talis veſtis de nouo facta cedit legato, quia prima videtur. Quid ſi teſtator legauit alicui laboragiũ, quod habet in certo villagio, poſtea ibi emit

emit aliquas poſſeſſinues,an illæ cedant legato? Et concludit
quòd ſi eſt aliqua poſſeſſio addita vnà cum illis quę prius erãt:
ita quòd cum illis poſſunt laborari.veniet in legato.aliâ non.
vide Bart.in l.cettarum.ff.de teſta.tute.& Bald. ſuper rubr. de
2 verbo.ſigoific. Adde † quòd legatum ſamulis debetur bis qui
ſunt tempore teſtamenti.d.l. ſi ita, in l Titia, & ibi Angel.de
manumiſſis teſta.& dicta l.ſi cognatis. Quid autem ſi fuerit fa-
ctum legatum canonicis, an debeatur canonicis poſtea crea-
tis,vide Bald. in l.non modus. C. de ſeruitu. & videtur tenere
quòd debeatur: quia ex quo potuit taxare numerum canoni-
corum & non taxauit, indefinita æquipollet vniuerſali.d.l. ſi
ſeruitus.ff.de ſerui.vrba.prædio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio per matrem facta filio non exiſtenti in po-
teſtate patris,valet.*
2 *Mater poteſt donare filio vulgo quæſito.*
3 *Baſtardi & vulgo concepti an ſuccedant matri.*
4 *Filius præſumitur eſſe in poteſtate præſens niſi ſui
iuris eſſe probetur.*

QVAESTIO CXCII.

1 ITEM an donatio † facta [a] per matrem 1 filio
a non exiſtenti in poteſtate patris valeat? Concluſum
1 fuit quòd ſic,per l.ſi conſtante. C. de do.inter vir. &
vxo.& ibi Cyn.Ioan.Tab.& Salice. ſecus ſi exiſteret
in patris poteſtate.

2 a Adde quòd mater † poteſt donare filio vulgo quæſito ſe-
cundum Bart.in l.cum pater.§.mater.ff.de leg.de quo latius in
l.ſi qua illuſtris.C.ad orfi.& Inſti.eo.ti.§.nouiſſimè. & ibi latè
per Aug Are. an † baſtardi & vulgo concepti ſuccedant matri?
3 Adde quòd filius præſumitur † eſſe in poteſtate patris, niſi ſui
4 iuris eſſe probetur:Inſti.de patria poteſta.& l.j.C.eo.tit & l.ij.
& ibi Bal. vbi etiam dicit quòd quia filius præſumitur eſſe in
poteſtate,non præſumitur eſſe dominus rerum quas habet.
1 ADDITIO. Per matrem. Sed quid de donatione facta
per patrem filio in poteſtate conſtituto an irreuocabiliter cõ-
firmetur iuramento.vide ſingul. per Iaſonem in l. frater à fra-
tre,pe.& vlt.col. vbi tenet quòd ſic. & iſtam eſſe communem
doctorum ſententiam à qua non ſit recedendum iudicando
vel conſulendo.& in fi.vlti.col. dicit quòd donatio facta per
matrem filio exiſtenti in poteſtate patris,valet per tex.& glo.
& ibi Bal.in alleg.l.ſi conſtante.C.de dona.inter vir. & vxo.&
Bal.in l.filium quem.C.fa.hercis.& ſic contra patrem ſupradi-
ctæ deciſiones ac gloſſ.vnde Bal.in alleg l.ſi conſtante. dicit ſi
vis procedere ſine ſcrupulo facias opponi illa verba quòd pa-
tri non quæratur vſufructus:aliàs eſſet dubium.

SVMMARIVM.

1 *Amiſſum ludendo ludo permiſſo repeti non poteſt,*
2 *Niſi forſan ſumma excederet limites rationis:*
3 *Et niſi quis luderet cum eo qui ſuarum rerum non
habet adminiſtrationem.*
4 *Filiuſfam.ſeruus & monachus cùm non habeant
dominium pecunia, illud in alium transferre non
poſſunt.*
5 *In ludo ſi interuenerit fraus competit reſtitutio.*
6 *Clericis non licet facere conuiuium etiam de con-
fertis.*
7 *Conſuetudo inducens peccatum, vel reddens homi-
nes promptiores ad peccandum non valet.*
8 *Alearum ludus recreationis cauſa non præſumitur
eſſe peccatum mortale.*
9 *Mutuans ludenti an poſsit mutuum repetere.*

QVAESTIO CXCIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a]An illud quod fuit per-
ditum in ludo taxillorum poſsit repeti per perden-
tem? Concluſum fuit,quòd aut perdens eſt trahens
& inſtigans: & tunc non poſsit recuperare per no.
Innocen.in c. quia plerique. de immu. eccle. Idem
tenet ſanctus Thom. ij.quæſt.xxxij. artic.vij. Secus
econtrà.vt ibi.ſed plenè in ſum.confeſ.libr.ij.tit.viij.
q.ij.vbi in eodem remanet. & vide Hoſtien.in ſum-
ma.de pœni.& remiſ. §.quæ pœnitentia ſit pro pec-
catis. verſiculo, quid de luſoribus. circa xviij.
columnam.

a De huiuſmodi materia tangitur per gloſſ. in l. fina. ff de
alea.per gloſſ. in c.clerici. de vita & hone. cle. & ibi per Ioan.
And Inau.Cal.Anto.Sicul.& latius per Imo.& per Bal.in rub.
C.de condi. ob tur. cau. & per Imo. latiſſimè in l. ſi quis cum
ſciret.ff.de vſucap pro empt.per Innocen.Ioan.And. Anto. &
alios in alleg.c.quia plerique de immu.eccle. & gloſſ.in xxxv.
diſt.& ibi latiſſimè per Domini.de San. Ge.per Bald.in rubri.
ff.de alea. per Bald. in quodam conſi. ſun. de quo facit men-
tionem in auben.alearum vſus.per Hoſtien.in ſumma.de ex-
ceſſ.præla.§.clericus autem,per moder.in c.inter dilectos. de
exceſſ.præla.Salice. in d. authen. alearum vſus. nullus tamen
latius poſuit,quàm Imo.in allega. c. clerici. & d.l.ſi quis cùm
ſciret. vnde † quæritur an id quod lucratur in ludo permiſſo 1
in foro contentioſo poſſit repeti? Et dicit quòd non.vt in d.
authen.alearum vſus. quia ludus eſt permiſſus. not. Innoc. &
Abbas, Sicul. in alleg. c.clerici.Si tamen † luderetur in maxi- 2
ma quantitate in ludo permiſſo,poſſet peti reſtitutio: vt puta
ſi vltra vnum aureum vel ſolidum ſecundum Anto. in d. cap.
ſi clerici. vt d. authen. alearum vſus. Aduerte tamen quia ſo-
lidus accipitur hic ſecundum leges, videlicet quorum lxxij.
faciunt libram: vt l. ij. C. de ſuſcep. & arca. libr. xj. Non ta-
men intelligas quòd pro omni vice & ludo poſſit ludi vnus
ſolidus.ſed pro tota illa die qua duo adinuicem ludunt non
facto aliquo interuallo: quoniam pro toto dicto tempore
dicitur vnus ludus & non plures.vt notat Bartol.in l.infician-
do.§.ſi infans. ff. de fur. aliâs autem ſi pro ſingula vice poſſet
ludi vnus ſolidus: poſſet ſequi quòd grauem caſum ſentiret
contra dictam authen. Sed tu hoc limita ſecundum perſo-
nam ad iſtam rationem, ſic ſi non conceditur niſi vnus ſoli-
dus in ludo magnis: ergo groſſus ſolum paruis. ita dicit An-
gel.in ſumma.§.ludus.verſi.ij.in fi. dicit tamen Imo.in alle.c.
clerici.quòd liceat de iure poſitiuo ludere niſi vſque ad vnum
aureum in iſtis ludis permiſſis ingenio. tamen de conſuetu-
dine.& idem tenet Sali.in d authen.allegando ſanctum Tho-
mam. limita prædicta:niſi quis † luderet cum illo qui non ha- 3
bet adminiſtrationem rerum ſuarum. quia filiusſamil. vel
monachus: quia tunc competeret repetitio per dictum Bald.
in rubr. C.de condi.ob tur.cau. ſi ergo in foro contentioſo
iſta venirent reſtituenda: multo magis in foro conſcientiæ:
quia iſte lucratur lege non permittente. Si autem iſta ceſ-
ſent, & quis luderet ad ludum permiſſum cauſa auaritiæ li-
cet Ioan.de Imo.tenuerit in alleg. c.clerici.quòd ex quo ludus
eſt permiſſus, non tenetur reſtituere † victo: nec illud ero- 1
gare pauperibus,quod dicit Angelica,vbi ſuprà, niſi de bono
conſilio: tamen Sicu. in alleg. c.clerici. tenet quòd taliter lu-
cratum venit victo reſtituendum aut ſaltem pauperibus ero-
gandum propter intentionem damnatam ſpoliandi proxi-
mum.facit argum.xiiij. q. v. qui habetis: & hoc tutius eſt per
ea quæ dicit Anto.in allega.c.quia plerique,de immu.eccle.Si
autem ludus eſt prohibitus,vt alearum, taxillorum, vel char-
tarum, tunc aut ille qui perdit non habebat liberam admi-
niſtrationem pecuniæ: vt † in ſeruo, filiofa. & monacho. & 4
tunc in dubio repetitio datur patri,domino, & ſuperiori.vt l.
fin. ff.de alea.cùm enim iſti non habeant dominium pecuniæ,
non poſſunt in alios transferre. argumen. c.nuper. de dote
poſt diuor.reſti.& regula iuris,nemo poteſt.lib.vj.ad quod fa-
cit Bald.in d.rubr. C.de condi. ob tur. cau. videlicet quòd lu-
dentes cum illis qui non poſſunt alienare,tenentur furti.& ita
tenet An.vbi ſuprà verſic.vij.Si † verò habet liberam admini- 5
ſtrationem pecuniæ,& ſi interuenit fraus,puta cum taxillis vel
chartis falſis,aut aliàs. & tunc competit reſtitutio ſecundum
Sicul.vbi ſuprà,& Salice.in d. authen. alearum vſus. & Ange-
licam, vbi ſuprà,& Imol.& Bal. vbi ſuprà. Aut nulla fraus in-
teruenit, & tunc aut neuter fuit attrahens: aut alter tantum.
primo caſu communiter tenetur quòd de iure communi
competat repetitio.vt d.authen.& arg.in d. l.fin. Sed de con-
ſuetudine non competit repetitio ſecundum Sicul. & Imo-
lam, in d.c.clerici & Imo. in d. l.ſi quis ſciret. allega.ſanctum
Tho.ita voluiſſe,& Fran.de Zab.Pet.Ioan.Cal. & Ioan.And.

in alleg. c. clerici. Nam iſte ludus non eſt principaliter prohibitus propter ſe: ſed propter multa mala, quæ inde ſequuntur. nam iſti communi conſenſu voluerunt ſe ſubmittere. inſtitu. de rerum diuiſio. §. per traditionem. dicit tamen Sicu. quòd ſi aliter habuit intentionem damnatam: puta credendi proximum pecuniam lucratam eſſe pauperibus erogandam. argu. in dicto c. qui habetis. & c. non ſanè. xiij. q. v. dicit tamen Angelica, vbi ſuprà, quòd licet dicta opi. ſit multum rationabilis, vtpute quæ retrahit homines ab huiuſmodi ludis, tamen nullo iure probatur. Dicit inſuper idem Sicu. vbi ſuprà, ſecus eſſe ſi cauſa ſolatij tantùm, maximè in feſtiuitatibus. alle. glo. in alle. c. xxxv. diſtin. quæ dicit quòd ſi modicum luderem pro conuiuio faciendo, illud licet etiam de iure. Dicit tamen idem Sicu.
6 non putare quòd illud procedat in clericis, quia † non debent facere conuiuium etiam de confertis, id eſt, quòd quis ponat partem. c. non licet. xliiij. diſtinct. Si verò alter fuit attrahens alter attractus, ſi attrahens vincit, tenetur reſtituere attracto: quia ille fuit in turpitudine. ſecus econtra. quia tunc non eſt reſtituenda attrahenti: ſed ſaltem pauperibus danda. An autem ludus alearum ſit hodie permiſſus de conſuetudine. Ioan. Andr. in allega. c. clerici. refert quibuſdam videri, quos ipſe ſequitur, quòd cùm ludus alearum ſit prohibitus ex conſtitutione humana illi ſit derogatum per contrariam conſuetudinem: vt ſic ratione mixturæ valeat conſuetudo efficere: quod aliâs non poſſet. Et ibi de conſuetudine eſt licitus ſicut communiter in feſto natiuitatis, quod optimè practicatur in præſenti ciuitate. tunc ſi quis vicerit, non arctatur ad reſtitutionem nec in foro ciuili nec pœnitentiali. ita dicit Ioan. And. in allega. c. clerici quem recitat Salice. in dict. authen. alearum vſus. Et conſuetudo iſta poteſt iuuari: quia ſicut vincens in ludo qui conſiſtit in ingenio, vt in ludo ſcaccorum, non tenetur ad reſtitutionem, ita & in iſto ludo tabularum qui partim conſiſtit, & in ingenio & in fortuna. dicit tamen quòd prædicta non militarent in eo qui vinceret filiumfam. inſtitorem, monachum, vel eum cui bonis eſſet interdictum, vel aliâs adminiſtratio eſſet interdicta. vnde concludit ſecundum Hoſtien. in ſumma. de exceſſib. præla. ſub j. §. verſi. clericus. quòd vincens nullo modo teneatur ad reſtitutionem, dummodo nec cum falſis taxillis, nec per fraudem lucretur. & eſſent blaſphemiæ, & turpia quæ euenire ſolent in ludo. & dicit quòd nec confeſſores faciunt conſcientiam in foro animæ. & ita videtur voluiſſe beatus Thom. & Ioan. Cal. Anto. tamen ibidem tenet tutius eſſe, vt fiat reſtitutio ſaltem pauperibus propter intentionem ſpoliandi proximum. Quinimo dicit plus
7 Sicul. vbi ſuprà, quòd conſuetudo non valeat: quia † conſuetudo inducens peccatum, vel reddens homines promptiores ad peccandum non valet. c. ex parte, de conſuetudine. Sed hoc contingit ex huiuſmodi ludo: vt experientia docet. ergo, &c. ita videtur voluiſſe Angelica in allega. § ludus. verſicu. vij. vide Anto. Floren. in quarta parte ſummæ, titu. j. c. xxiij. § iiij. vbi dicit quòd ne pateretur via ludis & turpibus lucris in huiuſmodi caſu conſulendum eſt, & perſuadendum ad erogandum pauperibus, præcipuè quantum ad illud quod remanet in lucro vltra perdita in eo: non tamen cogendus, & multo minus hoc practicandum: ſcilicet quòd pauperibus ſit erogandum. Adde quòd ludus † alearum cauſa recreationis vel cauſa conuiuij, vel ex conſuetudine regulariter non eſt peccatum mortale ſecundum Flor. vbi ſuprà. §. ij. & Angel. vbi ſuprà, verſicu. v. ſecus ſi propter laſciuiam vel luxuriam ſecundum docto. in d. c. clerici. An autem mutuans ludenti poſſit repetere. Et dic quòd ſi vnus tertius qui non ludit mutuat pecuniam ludenti, quòd datur repetitio. iſta eſt ſententia Azon. in ſumma, de religio. & ſumpti. fune. & Abb. Sicul. in allega. cap. clerici. & firmat Salice. in dicta authen. alearum vſus. & Imol. in allega. c. clerici. & dicit Ioan. Andr. idem voluiſſe, & idem ſic mat. Imol. in allega. l. ſi quis cum ſciret. & dicit Imola, quòd regulariter quod mutuatur in ludo, repetitur: fallit in quatuor caſibus. Primus ſi mutuans ſit colluſor. Secundus ſi ſit aleator. Tertius ſi mutuatur minori ludenti. Quartus ſi ſibi bonis eſt interdictum: & dicit quòd iſta opinio obſeruatur in practica quicquid dixerit Ioan. And. in rubr. de obli. & ſolu. in additio. Specu. Limita tamen prædicta. quia ſi pecunia mutuaretur etiam in caſu, in quo non datur repetitio: puta quia inter colluſores mutuata eſt pecunia, tamen ſi poſtea ex interuallo ille qui accepit pecuniam mutuò, promittat per ſtipulationem ſe illam pecuniam reſtituturum, vel accepit præceptum in confeſſum coram iudice, poteſt tunc illa pecunia repeti: mirabilis eſt deciſio Alber. galea. in l. ſolent. §. j. ff. de alea. quam magnifacit, & ſequitur Ioan. And. in addi. Specul. vbi ſuprà, per bonam rationem, quæ præmiſſa ſecundum Ioan. de Imo. in præalleg. cap. clerici, videlicet quòd mutuans colluſori non poteſt repetere, etiam in ludo permiſſo procedunt. hoc tamen non videtur eſſe ſine dubio: quia ſi contractus fiat inter colluſores ludo licito teneret. ſecundum Imo. in d. l. ſi quis cùm ſciret. & ſic idem videtur poſſe dici, quòd mutuum teneret, & daretur repetitio.

Additio. Reſtituere. An id quod quis lucratur in ludo teneatur reſtituere. vide per do. Guid. pa. q. ccccl xxxj. Item an ludus azardi ſit prohibitus & illicitus. vide per do. Ale. in cõſ. lxxvij. in ſi. v. volum & ibi an illud quod venit ex ludo illicito ſeu turpi quæſtu, ſit communicandum cum ſocio.

SVMMARIVM.

1 *Pars grauata producens teſtes vel aliud faciens, an renuntiet iuri appellandi competenti ratione grauaminis.*

QVAESTIO CXCIIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An pars grauata producens teſtes, vel aliud faciens, renuntiet iuri appellandi competenti ratione grauaminis? 1 Cõcluſum fuit quòd non 2, ſi hoc faciat compulſus per iudicem: ita intelligitur Innoc. ac Collect. in cap. ſolicitudinem. de appel. a 1 2

a Dic quòd ſi pars grauata ſponte facit actum coram iudice, videtur renuntiare facultati appellandi. argu. eorum quæ habentur in cap. inſinuante: de offic. deleg. maximè quando id quod facit eſt executiuum grauaminis præcedentis. vt in l. ad ſolutionem, C. de re iudic. & in cap. quòd ad conſultationem. eod. tit. Aut ſponte non egit, ſed iudex præfixit ſibi terminum ad certum quid faciendum. tunc licet id faciat, non per hoc renuntiat facultati appellandi ratione grauaminis præteriti: quia ex quo non appellauit, tenetur interim parere iudici: non tamen facere actum executiuum grauaminis præteriti: vt in d. cap. quòd ad conſultationem. pro vtroque membro diſtinctionis facit c. arbiter. de offic. delega. lib. vj. vbi ſubuenitur ei qui neceſſitate ductus aliquid facit: ita declaratur & limitatur dictum Innoc. præalleg. per doctores ſcribentes in alle. cap. ſolicitudinem. ita voluit Anto. & poſt eum Sicul. in alleg. cap. quòd ad conſultationem. idem Sicu. in alle. c. ſolicitudinem. Imo. & Sicu. in c. gratum. de offic. delega. 3 Bald. in allega. l. ad ſolutionem. Lud. Rom. in l. j. xxij. col. ff. de arb. Imo. in cap. ſignificauerunt. de teſtib. in ſecundo. Idem voluit Io. And. & poſt eum Do. de San. Geor. in c. ſi à iudice. §. vbi verò. de app. lib. vj. ſubiungens cõſilium eſſe quòd proteſtetur quòd ſaluum ſit ſibi ius appellandi, ſuper quo vult deliberare an ſibi expediat. & hoc tenet Hoſtienſ. in cap. ſignificauerunt. de teſti. & ibi Io. de Lig. & Ro. deciſ. 287. alias deciſ. 2. de renuntia. in nouis. quæ incipit, licet appellationi. & præmiſſa vera ſunt in appellatione interponenda: interpoſita autem ſecundum quod colligitur ex gloſ. in verbo renunciaſſe ad tex. relata in allega. cap ſolicitudinem. & ad text. c. gratum. alleg. ſuprà, regulare eſt, quòd ſi appellans adit inferiorem à iudice, ad quem appellauit, alium tamen ſuperiorem iudicis à quo, vel adit poſt ipſam appellationem ipſum iudicem à quo, videtur renuntiare appellationi. Prædicta tamen regula plures admittit fallentias 4. Primò, quando præmiſſa proteſtatione aliquid geritur coram prædictis iudicibus, & aduerſarius opponit quòd actus non procedit ratione contrarietatis. nam tunc non renuntiatur appellationi, vt tex. in ſi. in alle. c. ſolicitudinem. ſecundum vnum intellectum. Secundò, quando excommunicatus petit abſolutionem à iudice à quo, per hoc non renuntiat appellationi: vt in cap. per tuas. de ſentent. excommu. Tertiò fallit quoad hoc vt poſtea iudex ad quem cognoſcat de attentatis poſt appellationem in viam nullitatis: nam licet millies ſit renuntiatum appellationi, adeundo iudicem à quo vel alium eius ſuperiorem, vt ſtat regula, tamen iudex ad quem cognoſcet de attentatis in viam nullitatis: caſus eſt ſecundum vnum intellectum in cap. cùm veniſſent. de eo qui mitti. in poſſeſ. cau. rei ſeruan. & ibi Ioan. Andr. Sicu. & Imo. faciunt not. in cap. licet. de ſenten. excommu. libro vj. Quartò fallit, quando ille alius, vel iudex à quo adiretur, vt mediatores ad componendum partes, nam tunc non videtur renuntiatum appellationi. ita tenet Hoſtienſ. in d. cap. cum veniſſent. qui ita intelligit d. cap. ſolicitudinem. facit quod no. domi. de Sancto Ge. in alleg. c. ſi à iudice. lib. vj. vbi vult quòd per aditionem extraiudicialem factam de iudice à quo, non

videtur

videtur renuntiatum appellationi. Quintò fallit quando iſte alius iudex à quo ſe interponerèt de cauſa ad eam inſtructam remittendam, non ad iudicandum vel cognoſcendum. nam tunc non videtur renuntiatum appellationi, quicquid egerit pars cum iſtis inſtructoribus. ita ſecundum alium intellectum intelligitur. d. c. cùm veniſſent. & ibi Anto. & Sicul. Sextò fallit vbicunque ex aditione alicuius ex dictis iudicibus apparet, quòd potius aditur ad excludendum poteſtatem ſuam quàm ad dandum ei nouam poteſtatem, vel conſeruandum antiquam: tunc poteſt adiri, nec renuntiatur appellationi hanc regulam ponit Rot. in deci. ſuprà alle. in fi. & faciunt not. in d. c. ſi à iudice. Septimò fallit vbicunque aditur iudex à quo ad oſtendendum ſibi quod grauauit: vt de facili inducatur ad reuocationem, tunc non renuntiatur appellationi. pro quo glo. in d. c. ſi à iudice. & in d. c. gratum. & ibi Sicul. Octauò fallit quando ille inferior haberet ex priuilegio vt poſſet cognoſcere de appellationibus interpoſitis ad ſuperiorem. tunc ſi adeatur talis inferior non videtur renuntiatum appellationi ad papam. ita intelligunt Innoc. & Bald. in d. c. cum veniſſent. Nonò quando aditur inferior iudex à quo vt reuocet grauamen vel aliud inferior, tunc non videtur renuntiatum appellationi, vt eſt text. in alleg. c. cum veniſſent. vt ibi. Ioan. And. & Sicul. faciunt not. in d. c. ſi à iudice. Decimò fallit quando iudex à quo detuliſſet appellationi, & eſſet delegatus. nam ex quo per delationem talem abdicauit à ſe iuriſdictionem, ita vt eam reaſſumere non poſſit vt in cap. cum appellationibus. de appellatio. lib. vj. videtur iſto caſu clariſſimum, quòd ſi adeatur cùm non ſit neceſſe, poſſit iudex, non renũtiatur appellationi. ita concludit Rota deciſio. ccclxv. incipiente, ea hoc inſurrexit, circa finem: in ordinario autem ſecus, vt ibi. Vndecimò fallit quando actus ille geſtus ab appellante coram dictis iudicibus ſonat in pati tantùm & non in agere, puta quia iudex aliquem poſt appellationem excõmunicauit: & talis ſibi præcauendo à diuinis abſtinuit: certè per hoc non videtur exequi præceptum iudicis. ita vt videatur renuntiare appellationi, ſecundum Innoc. in c. olim. ilj. de reſti. ſpo. Ioan. And. & alij doc. in alleg. c. quòd ad cõſultationem. & Lud. Ro. in l. j ff. de arbit. xxviij. colum. faciunt not. per Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & in l. non vtique. ff. de exceptio. Duodecimò fallit quando appellatur ad impediendum executionem ſententiæ: quia tunc videtur renuntiare appellationi. ita concludunt domini de Rota concluſione cccclxviij, incip. Si ille &c. & Ant. in alle. cap. quòd ad conſultationem. Decimotertio fallit quando in iſto actu facto coram inferiore vel iudice à quo infertur poteſtas de non renuntiando appellationi. nam tunc non videtur renuntiatum. caſus eſt ſecundum vnum intellectum Ioan. And. in allega. c. ſolicitudinem. Decimoquartò fallit quando actus geſtus coram inferiore vel iudice à quo impugnatur à parte: nec acceptatur. nam tunc per talem actum non renuntiatur appellationi. & ideo cautela eſt acceptandi quatenus facit pro me. in d. c. cum veniſſent. vbi glo. & doct.

1 Additio. Renuntiet iuri appellandi ratione grauaminis. Tu vide de hoc in deci. Grationo. q. ccclaiiij.

2 Quod non. Et an per acceptationem termini videatur quis renuntiare appellationi. vide per do. Feli. in cap. ſignificauerunt. extra de teſtib.

3 Gramm. de offic. deleg. Vide ibidem per Fel. col. iij. & ſeq.

4 Fallentias. Adde Feli. in alleg. c gratum. & Præpo. in alleg. cap. ſolicitudinem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt etiam parte non petente partem condemnare in fructibus perceptis poſt litem conteſtatam.*

2 *De fructibus autem perceptis ante litis conteſtationem ſecus.*

QVAESTIO CXCV.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An iudex † debeat con-
1 demnare in fructibus perceptis ex re petita poſt lit. conteſt. ſi pars illos non petiuerit? Concluſum fuit, prout habetur in cõcluſione quæ notatur. per Bart. in l. iiij. §. meum. ff. de damn. infect. &c. & in ca. grauis. de reſti. ſpol. per Innoc. & Collect. & in l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædili. edi. vbi ponit plenè quando iudex poſsit & debeat procedere ex officio: & quando non ſine petitione partis.

a Dic concludendo ſecundum mentem Innoc. in al. c. grauis. quòd de † fructibus perceptis ante litem conteſt. 1, ſi non 2
fuerint in libello petiti, iudex regulariter nõ poterit condem- 1
nare: quia ad illa non extenditur iudicis officium. d. §. item ſciendum. facit quod no. in c. ſignificante. de appel. fallit ſi agitur de vi compulſiua, vt in actione quòd metus cauſa: vel de vi expulſiua: vt in interdicto vnde vi. vel conſtitutione ſi quis in tantam: nam tunc veniunt omnino etiam ſi non petantur. & hoc ex natura illarum actionum. Idem ſi agatur petitione hæreditatis, vbi ratione vniuerſitatis etiam veniunt omnia ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. fructus. ff. de vi & vi armata. l. j. §. rectiſſimè. ita voluit Sicul. in allega. c. grauis. penulti. col. idem Bal. & Sali. in l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. Ang. Aret. in §. actionum autem. in materia petitionis hæreditatis. inſtit. de actio. in aliis verò actionibus oportet quòd fructus percepti ante lit. conteſt. expreſſè petantur. aliàs iudex non poteſt de eis condemnationem facere. imo quòd plus eſt, vbi veniunt acceſſione: niſi expreſſè petantur non poteſt poſt ſententiam latam in principali ſuper eis agi: quia iam finitum
eſt à iudicis officium per ſententiam l. iiij. C. depoſi. ſecus vbi 2
de eis principaliter poteſt agi, ſicut in interdicto vti poſſidetis. vt l. iij ff. de vi & vi arma. Ita dicit Sicul. vbi ſuprà. Adde quòd ſi fructus fuerunt poſt concluſionem in cauſa percepti, veniunt in ſententia officio iudicis. Bald. & Salicet. vbi ſuprà. Adde quòd iudex poteſt ex officio condemnare in fructibus à tempore motæ litis perceptis per poſſeſſorem etiam in libello non petitis. de iure patrona. c. cum dilectus. de offic. deleg. c. cùm cauſam: quia fructus ſunt acceſſorij ad beneficium, & veniunt à tempore motæ litis. ff de vſu. l. videamus. & l. mora. §. in bonæfidei. argu. etiam in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ. & proprieta. de præben. ca. dilecto. in fi. & faciunt no. per Innoc. in ca. cum ſuper. de re iudic. & allega. ca. grauis. & ibi per Innoc. Hoſtien. & Salic. in allega. l. cum propria. & do. de Rot. deciſio. clxxxix. incipiente. auditor. &c.

1 Additio. Conteſta. An autem poſſeſſor teneatur ad fructus perceptos poſt lit. conteſt. licet non petantur. Vide per domi. Alexand. conſil. xcij. v. volu.

2 Finitum eſt. Adde quòd pro fructibus qui percipi potuerunt lite pendente poteſt dicere iudex condemno reum ad reſtitutionem fructuum eorum quorum declaratur nobis reſeruatio. fac. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Et ſic poteſt declarare poſt multa tempora, vt ibi ita dicit Aret inſtit. de re. diui. §. ſi quis à non domino. in fin. & circa iſtas formas condemnandi in fructibus remittit ad Bald. Raphaëlem & Imol. in l. ſi marito. §. fina. ff. ſolu. matri. & Angel. & Imol. in l. ſi cum homo. ff. de re iudi. & per Bald. Angel. & Imol. in l. ſi filius §. j. ff. de verbo. obliga. & per Cyn. in l. certum. C. de rei vendic. & in alleg. l. cum propria. & per ipſum Aret. in alleg. § j. inſtit. de actio. in ſecunda parte principali ipſius §.

SVMMARIVM.

1 *Dominus tenetur de facto famuli, ſi famulus domino ſciente maleficium perpetrauerit.*

2 *Cùm domini ſit eligere honeſtas perſonas.*

3 *Officialis tenetur ex facto ſuorum officialium: liberantur tamen tradendo malefactores, nume. 4.*

QVAESTIO CXCVI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si ſcholaris † vel alius a
magiſter teneatur de facto famuli ſui, vel ſeruitoris? 1
Concluſum fuit quòd ſi ſcholaris, vel dominus ponat ſeruitorem ſuum ad officium ad ipſum ſpectãs, quòd tunc de facto ſeruitoris tenetur inſolidum, vt in l. licet. §. in factum. ff. nau. cau. ſta.

a Adde quòd quando familiaris delinquit in illo officio ſeu miniſterio in quo eſt præpoſitus, & dominus ipſe in illo mini-
ſterio vtitur opera familiæ, ipſe dominus tenetur 1. Eſt enim 1
tunc quid imputetur † domino ſi non elegit ſeu præpoſuit ho- 2
neſtam familiam, vt in d. §. familiæ. vbi præpoſitus ad vectigal, tenetur ex facto ſuæ familiæ quam ſibi adiunxit in illo miniſterio. idem eſt videre in nauta qui tenetur ex maleficio facto per familiam ſuam. vt in titu. fur. aduer. nam tenetur tantùm dominus ciuiliter & non criminaliter. vt in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. & ibi Barto. quem Ioan. de Lig. Anto. & Sicul. ſequuntur in cap j. de reſtit. ſpol. vbi dicunt quòd ſi aliquis eſſet præpoſitus ad cuſtodiã alicuius territorij: tenetur ex roboria

facta ibidem per familiam ſuam. ſiue familia ſit libera, ſiue ſer-
3 uilis. vt dicto §. familiæ. Ex quo infertur † poteſtatẽ ſeu alium rectorem teneri ex facto officialium ſuorum, vt l. ſi poſt. C. de
4 aſſeſſo. & not. Bar. in d. §. familiæ. liberantur † tamen prædicti exhibendo malefactores. vt d. § familiæ. & d. l. ſi poſt. & l. cum exhibuiſſet. ff. de publi. Et priuatum: et quia gerebat hoſpitiũ, quia tunc non ſufficit exhibere maleſactorẽ. Sed eſt in optione damnum paſſi an agat contra famulos an cõtra dominum ſeu hoſpitantem, vt d. l. vna. ff fur. aduer. nau. & not. Bart. in d. § familiæ, vbi dicit dominum teneri pro delicto famuli quatenus ad ipſum pertinerit immediatè non aliter: vel niſi dominus ſciat & non prohibeat: quia videtur ratificare vel niſi famulus faciat de voluntate vel mandato domini Floren. in l. is cuius. in fi. ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi colonus. in fi ff. de aqua pluuiæ. & in l. præc. §. idem Iulia. & l. licet in fi. ff. nau. caupo. vel niſi ſtatuto caueretur dominum teneri pro delicto famuli: quia etiam tenetur de commiſſis ante. Bartol. in l. Filius. ff. de teſta. mili. vbi dicit verum ſi ſimpliciter ſtatutum dicit dominum teneri pro delicto famuli, ſecus ſi dicat teneri pro delicto commiſſo à famulo: quia intelligitur de commiſſo quando eſt famulus. ſecundum Bartol. an autem dominus agri ſeu territorij teneatur de robaria ibi facta, communiter tenetur quòd ſic, ſi dominus fuit ſciens & potuit probibere, & non prohibuit: non enim tenetur pati vt maleficium committatur ſuper ſuo, vt l. j §. ia autem. ff. ſi famil. fur. fe. di. Et idem dicitur de villa ſiue caſtro, vt teneatur ſi potuit prohibere. & nõ prohibuit. vt not. Barto. in l. alleg. ne quid. ff. de incen. rui. nau. per Iacob. de Bel. in auth. vt nulli iudi. §. quoniam verò. colum. ix. ſequuntur Ioan. de Lig. Anto. & Sien. in allega cap. j. de reſtit. ſpol. quòd intellige teneri ciuiliter non criminaliter, vt villa ſi ſit ſoluendo poterit interponi. Colle. ſecundum Bart. & Sien. vbi ſuprà. Si delinquat extra officium. non: vt in d. l. quotiens. in princip. ff. de noxa. & in d. §. familiæ in fi. de publi. & ff. de vi & vi ar. l. j. §. familiæ. vide quod not. in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. in gloſ. antepenul. & in ca. tibi domino. lxiij. q. & vide Pau. in cle. paſtoralis. ſuper verbo, compellit. ff. de re iud. & j. q. iiij. quia præſulatus. Si dominus ſoluat pro damno dato à familia, repetit à famulis, vel retinet eiſdem mercedem: tenet Specu. in titu. de iureiuran. & dam. da. §. ſi. verſic. penulti. Angel. Aret. poſt Ioan. Fabri. in allega. §. item exercitor nauis. inſtit. de obli. quæ ex quaſi delicto naſcun.

1 Additio. Tenetur. Adde Rot. deciſio. cclxxxij. in not. quod incipit ſi vicarius, vbi concluditur quòd epiſcopus tenetur ex delicto per eius vicarium vel officialem commiſſo in officio per l. quod ſeruus. cum duabus ſequen. ff. de tributo. niſi quàm citò ſciuerit eius delictum purgauerit. C. de eroga. mili. anno. lib. xij.

SVMMARIVM.

1 *Principali non exiſtente ſoluendo agi poteſt contra fideiuſſores & pignorum poſſeſſores.*

2 *Principali exiſtente rixoſo & cauilloſo, agi poterit contra fideiuſſorem eius non facta diſcuſſione.*

3 *In foro mercatorũ attenditur æquitas & bona fides.*

4 *Abſens quis dicatur.*

QVAESTIO CXCVII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Quando habeat locum authen. præſente. C. de fideiuſſo? Concluſum fuit non habere locum quando principalis non poteſt diſcuti de facto, vel de iure, aliâs locũ habet. l. Marcellus. ff. eod. titu. & l. ex duobus. ff. de duo. reis. vel principalis non eſt facilis ad conueniendum. vt l. ij. qui ſatiſd. cog. prædicta tenent Dy. & Barto. in d. l. Marcellus. quod eſt notandum ſecundum ipſos.

a Adde glo. in l. decem ff. de verbo. obliga. quam ſequuntur Bart. Ioan de Imo. & Frau. Aret. & Sicu. & Barb. in c. peruenit. de fideiuſſo. & idem Bar. in l. fi. §. j. ff. ſi cer. pe. poſt gl. videlicet
1 quòd † quando eſt notorium principalẽ debitorem non eſſe ſoluendo, poteſt agi contra fideiuſſorem, vel pignorum poſſeſſores, non diſcuſſo principali, niſi eſſet notorium debitorem non eſſe ſoluendo propter alienationes factas in fraudem creditorũ: quia tunc creditor primò habet neceſſe conuenire illos in quos facta fuit alienatio. caſus eſt ſingularis, & ibi Bartol. in l. bona. ff. de iure fiſci. & dicit Ioan. de Imol. vbi ſuprà, quòd non diſcuſſo principali, poterit agi contra fideiuſſores eius qui notoriè eſt rixoſus vel cauilloſus, quia ſatis notoriè dicitur non ſoluendo, ſicut tyrannus qui habeat arcem difficilem ad expugnandum, propter hoc poſuit Barto. exemplum in locis præallegatis: quia ille qui eſt rixoſus & cauilloſus, non dicitur idoneus, vt l. ſi ſtipulatus ſit Stichum aut Pam-
philum. §. fin. ff. de verb. oblig. Hinc † eſt quòd ſi principalis 2
debitor eſt talis perſona, de qua apparet notoriè quòd ſe poteſt exceptione defendere, poterit agi contra fideiuſſorem eius non facta diſcuſſione, ſecundum Bart. in allega. l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. & l. iij. §. is pro quo. ff. quod quiſque iuris. & Barbat. vbi ſuprà. Idem vbi fideiuſſor renunciaſſet beneficio illius authen. vt in d. authen. per doct. & in allega. cap. peruenit. Idem vbi cauſa eſſet de æquitate decidenda: quia tunc non poſſet opponi exceptio diſcuſſionis: & ita refert Barbat. vbi ſuprà conſuluiſſe per ſingulare dictum Bald. in apoſtillis in l. ſi mancipium. ff. de euictio. vbi exceptio diſcuſſionis eſt de apicibus iuris: ſed vbicunque cauſa deciditur ſecundum æquitatem, non attenduntur ea quæ ſunt de apicibus iuris. l. fideiuſſor. § quædam. ff. manda. illud voluit gloſ. in c. dilecti, tit.
de iudic. quod eſt bene notandum in foro † mercatorum, vbi 3
attenditur æquitas & bona fides: quia videtur quòd non habeat locum exceptio diſcuſſionis. facit quod voluit Bartol. in d. §. quædam. & in l. quintus. ff. manda. & Bart. in l. ſi pro ea. C. eodem. & Angel in l. argentarius. ff. de eden. in principio. Item fallit, niſi bona rei eſſent apud fideiuſſorem. l. ſi procuratorem. §. ſed ignorantes. ff. manda. Item niſi eſſet facta nouatio. ita dicit Bal. in l. antiquè. §. ſi minus. C. ad Velleia. & in l. in perſonam. §. ſi pecuniam. ff. de pactis. & ibi dicit quòd ſtatutum loquens de fideiuſſore, non habet locum in eo qui nouandi ſuſcipit obligationem pro alio. Item fallit vbi fideiuſſor negaſſet fideiuſſiſſe: quia tunc beneficiũ excuſſionis perdit. caſus eſt ſingu. in l. ſi dubitetur. §. j. ff. de fideiuſſ. & ibi Ang. & Bald. in auth. contra qui pro propriam. C. de non numera. pecu. Item vbi pater interuenit pro filio. caſus eſt ſing. in l. iiij. §. ſi filius. ff. de mi. Item non habet locum in fideiuſſore de iudicio ſiſti. gloſ. eſt in l. ij. ff. qui ſatiſd. cogan. pro qua vide Ang. in auth. eo. in princip. Item fallit quando debitor eſſet tantùm naturaliter obligatus: puta quia ſeruus eſſet aut pupillus. Tũc enim poſſet conueniri fideiuſſor, non diſcuſſo principali. facit quod habetur in l. marce. ff. eod. Gui. & Cyn. in d authen. præſente. Item fallit ſi debitor eſſet abſens & fideiuſſor præſens: quia tunc conueniretur fideiuſſor, niſi peteret tempus ad ipſum
reum præſentandum. vt d. authen. præſente. Dicitur † autem 4
abſens quando eſt extra territorium. ita dicit gloſ. in §. j. in authen. eodem. Bart. in l. duobus. ad finem. ff. de duobus reis. Item ſi principalis poſtquam eſt in mora conſtitutus, moritur, etiam non facta diſcuſſione de hæredibus debitoris, poterit fideiuſſor conueniri, ſecundum Pet. & Bald. poſt gloſ. in l. penult. ix. colum. C. de condit. inſer. ſecus ſi principalis non fuit in mora. intellige tamen quòd prius hæredes interpellentur, ſecundum Bald. ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem poteſt abbreuiare terminum appellationis proſequendæ: ſecus tamen in iudice a quo, & num. 4.*

2 *Terminus agendi in iure eſt latiſſimus.*

3 *Iudex vltra terminum iuris poteſt exceptionem dilatoriam admittere.*

QVAESTIO CXCVIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An iudex ad quem a
† appellatur, poſsit abbreuiare tempus appellatio- 1
nis proſequendæ, videlicet anni? Concluſum fuit
quòd non 1 ſine cauſæ cognitione, vt videtur text. 1
in cap. oblatæ. §. ſuperior. de appellatio. ita videtur tenere glo. in c. cùm ſit Romana. eod. tit. & cap. perſonas. ſed Guli. de monte Laud. in clem. ſicut. eod. tit. vbi pleniſsimè per iura per eum alleg. & per Cyn. in l. j. C. de dilatio. vbi tenet ſecundum Iac. de Rauen. quòd ex quo iſte terminus datur à lege ſine miniſterio hominis, non poteſt abbreuiari. vide Bart. in ſimili. in l. iiij. ff. de re iudic.

a Adde

a Adde gloſ.& Dy.in reg.iur.indultum. lib.vj.Bald.& Salic. lo auth. offeratur.C.de lit.conteſt.vbi eſt glo.contra deciſionem iſtam.Cyn.in auth.qui ſemel.C. quomodo & quando iudex.Bald.in auth.ei qui.C.de tempo.appel.& Imol.in ca.cum ſit.de appel. dicens hanc eſſe communem ſententiam, ita diſtinguit. Aut dilatio non aſſignatur à iure ſiue miniſterio hominis tacito vel expreſſo: puta quia iudex ad hoc vt detur dilatio iuris cognoſcet de cauſa. licet dilatio detur à iure. vt in c.vltra tertiam.de teſti.& in d.l.j.C.de dila.vel expreſſo miniſterio iudicis. puta quia iudex habet dare ipſas dilationes, & illo caſu poteſt has dilationes abbreuiare vel prorogare ex cauſa. aut dilationes dantur ſine miniſterio iudicis tacito vel expreſſo,& tunc nõ poſſit iudex illas abbreuiare.& hoc voluit gloſ.in alleg.auth.offeratur.ita loquitur gloſ. in ca.pia.de except.lib.vj.in verbo,dierum.vbi Do.de San.ge.dicit per illam gloſ.quòd vbicunque tractatur de præiudicio etiam leui partis, iudex non poſſit abbreuiare dilationem quæ datur à iure ſiue miniſterio ſuo, & hoc eſt quod voluit gloſ.in alleg.ca.indultum.in fi.& quod voluit glo.quæ concludit iſtam opi.in c.cupientes.§.quod ſi per ax.in verbo.ax.de elec.lib.vj.quæ dicit quòd nunquam terminus iuris abbreuiatur à iudice, niſi lex vlterius procedat diſponendo:quia tunc videtur facere iudex ex permiſſione legis. & hoc etiam ſentit gloſ.in d.cap.indultum,quam ponderat Imol.in alleg.cap.cum ſit.& pro hac opi.eſt gloſ.in l.properandum.in princi.in ver.triennij.C.de iudi.quæ vult quòd etiam per partes non poſſit inſtãtia triennij prorogari.facit etiam quod voluit Ioan. And.in addi. Spec. in rubri.de cleri. non reſidendis. vult quòd forma aſſignata per c.ex tuæ.eod.titu.ſcilicet trinæ citationis & expectationis per ſex menſes non poſſit per iudicem tolli.& ita voluit Ant. in alleg.c.ea tuæ.qui ibidem refert & ſequitur Ioan.And.contrariam ſententiam,conueniens cum noſtra deciſione, tenuit gloſ.in §.ſancimus.in gloſ.in verbo xx. in authen.de exhi.& intro.re.col.v.vbi voluit gloſ. indiſtinctè quòd ex cauſa poſſint abbreuiari & prorogari dilationes iuris: & hanc opi.tangit glo.ſæpe in d.c.indultum.& etiam ſequuntur Ant.& Sicu. in allega.ca.cum ſit. Bart.& Angel.in l.ij.ff.de re iudi.ſequitur
2 Sicul.in cap.j.de dilatio. Et pro hac opin.adducitur, nam † in iure terminus agendi eſt latiſſimus: vt in rubro & nigro.C.vt ne.inui.tamen poteſt iudex aſſignare tempus agendi, & ſic abbreuiare dummodo ex cauſa. l. Titia.ff.de accuſatio.l.ea quidem,qui accuſare non poſſunt.l.diffamari.C.de ingenu.& manumiſ.& c.ſi.qui matrimo.accuſa.poſſunt.l.manciporum.
3 ff.de opti.lega.Similiter videmus in exceptione,quòd † iudex vltra terminum iuris poteſt exceptionem dilatoriam admittere.c.paſtoralis.de excep.c.inſinuante.de offic. deleg.l.ij.C.de conſortib.eiuſdam lit.l.pomponius.§.rati.ff.de procur. Item tempus in integ.reſtit.petendæ prorogatur per iudicem.l.intra vtile.vbi text.ſecundum vnum intellectum. ff.de mino.ita etiam tempus quod datur iudicatis à iure. ſcilicet quadrimeſtre in perſonali, iuxta not.in l.ij.ff.de re iudi.& in l.debitoribus.eo.tit.& in c.quærenti.de offic.deleg.& tamen abbreuiatur & prorogatur per iudicem ex cauſa & cum cauſæ cognitione,vt d.l.ij. Tamen vbi iudex abbreuiat vel prorogat dilationem, cùm non debeat facere niſi cum cauſa, ipſam cauſam exprimere debet.ita not Sicu.in allega.cap.j.de dila. Aduerte
4 † quòd licet ſecundum deciſionem noſtram iudex ad quem poſſit abbreuiare terminum appellationis proſequendæ, pro quo benefacit l.ſi quis filio exhæredato.§.hi qui.ff.de iniuſto. rup.teſta.id tamen fieri non poteſt per iudicem à quo:vt in c. ex inſinuatione, de appel.quia hnire cauſam ſpectat ad iudi-
2 cem ad quem ı, niſi cauſa celeritatem deſideraret.ſecundum Innoc.in d.c.ex inſinuatione.& Sicu.in alleg.c.cum ſit.

1 Additio. An autem partes poſſint prolongare fatalia appellationis. Vide per do. Alex.conſil.xxiiij.in vlti.col.in ſi. quarto vol.vbi dicit non poſſe tempus appellationis per partes prorogari,& dicit hanc eſſe communem opinionem.

2 Ad quem de iudice à quo vide infrà quæſtio.ccccxxiiij.& quæſtio.cccexlv.& in additio.

SVMMARIVM.

1 *Agitata coram iudice temporali faciunt fidem coram ſpirituali.*

2 *Et hoc in actis concernentibus factum, non inſtantiam iudicij.*

3 *Acta inducunt notorium.*

QVAESTIO CXCIX.

a
1 ITEM fuit quæſitum. a Si acta agitata † coram iudice temporali faciunt fidem coram iudice ſpirituali 1. verbi gratia:Si Titius agit contra me ex vendito coram iudice temporali ad centum,probaui ſolutionem per teſtes, & ſic fui abſolutus: Poſt me vult conuenire ſuper obſeruatione iuramenti de dando & ſoluendo illa centum coram iudice ſpirituali vigore illius iuramenti præſtiti, produco atteſtationes factas coram iudice temporali ad probandum,quòd non teneor ad obſeruationẽ iuramenti? Concluſum fuit quòd poſſum 2 per no.Innoc.in ca. cauſam quæ el j.de teſti.per no.ipſius.in cap.abbate. ſuper verbo iudicio.de re iudic.lib.vj. alleg.no.Cyn. in l.is apud quem. C.de eden.& in ratione.ca.fin.de excep.lib.vj. Nec obſtat ſi dicatur, quòd agitur ad aliud, quia illud aliud ad quod agitur eſt ſequela primæ actionis, quod ſufficit:vt no.Inno.vbi ſuprà. 1
Et hoc † intelligitur de actis cõcernentibus factum, non inſtantiam iudicij. 2

a Adde Sicu.in allega.c.cauſam quæ.& Barto.in l.cum lite. ff.iudi.ſol. Bal.& Salic.in alleg.l.is apud quem.qui latè diſtinguendo proſequuntur materiam.Et intellige deciſio.noſtram veram.ſi acta ſpecificè producantur in iudicio, ſecus ſi produceretur generaliter proceſſus:ita videtur voluiſſe Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune, vlti.char.verſic.ij.quæro verum ibi ſit tamen cautus.&c. Adde quòd etiam acta faciunt fidem inter eaſdem perſonas in alia cauſa prorſus ſeparata, pro quo eſt c.cum olim.de verb.ſignific.vbi legitur & not.quòd † acta inducunt notorium,ita tenet Sicu.in alleg.ca.cauſam quæ.dicens hanc partem tanquam æquiorem ſibi placere.vide Ro. deciſio.ccccxiiij.quæ incipit ſi poſt diffinitiuam. 3

1 Additio. Coram iudice ſpirituali.vide de hac quæſtio. plenius per Guido.papæ.quæſt.xxxvj.

2 Quod poſſum,an acta in vno iudicio faciant fidem in alio vide poſt omnes latè per domi.Feli.in c.cauſam.el j.de teſti.in toto commento: & in ca.inter dilectos.de fide inſtru.verſic.in gloſ.in verbo inter alios & domi. Guid.papæ.quæſt.ccxxxvj.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationes receptæ in quarta productione ſine ſolennitate legali,ſi non fuerit contradictum,& appellatum, valent.*

QVAESTIO CC.

ITEM fuit quæſitum. a Si productio teſtium facta vltra tertiam dilationem valeat? Concluſum fuit quòd ſic,in quinta dilatione,vel ſexta,aut vlteriori, dummodo pars producens teſtes non informauerit de cauſa teſtium per prius productorũ: nec fuerit renuntiatum & concluſum,vt expreſsè tenet Innoc.in cap.in cauſis.circa princi.de teſtib.& etiam parte aduerſa contradicente:vt ibi tenet idem Spec. in titu.de teſt.§.qualiter.verſic.forma.viij. a

a Adde Sicu.in eo.c.in cauſis,in ſi.qui tenet † quòd atteſtationes receptæ in quarta productione ſine ſolennitate legali, ſi non fuerit cõtradictum & appellatum, valent:videtur enim receſſum ab illo termino excluſiuo ſicut in ciuili & fortiori caſu dicimus quòd valet teſtium receptio facta poſt concluſionem in cauſa ſi non fuerit contradictum. vt not.Do.de Ro. deciſio.v.& idem ſentire videtur Anto.in allega.c.in cauſis. Si autem fuerit contradictum & appellatum non tenebunt atteſtationes:quia ſicut legitima cauſa eſt appellandi ſi denegetur quarta productio cum ſolennitate. vt in ca.ſignificauerunt.de teſt.ita & fortius videtur legitima cauſa appellandi, ſi concedatur ſine ſolennitate. 1

SVMMARIVM.

1 *Qualitas rei ſi in libello non exprimatur,nec fuerit contra obiectum, ſi ex probationibus res fuerit ſpecificata ſufficit, ad hoc vt ſententia feratur pro actore,& nume.2.*

QVÆST

QVAESTIO CCI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Petebam † aliquam rem
1 mobilem actione perſonali vel reali, non ſpecificani ipſam inſequendo formam. l. j. §. ſi res depoſita. ff. depoſiti. veruntamen teſtes iſti depoſitionibus ſuis ipſam ſpecificant, nunquid ſufficit mihi ad hoc, vt iudex poſsit proferre ſententiam pro me? Concluſum fuit quòd ſic. Nam ſufficit quòd petitio ſit certa, vel quòd certificetur per acta cauſæ. ſed appellatione actorum continentur confeſsiones & inſtrumenta, vt eſt gloſ. no. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. proſe. in l. hæc ſententia. & idem tenet ibidem Azo. in ſumma.

1 a Adde Sicul. in cap. ſignificantibus. de libel. obl. qui † tenet quòd ſi res certa debetur & non exprimitur qualitas rei: nec fuit à principio obiectum contra libelli generalitatem, ſi ex probationibus res poteſt certificari ſufficit, aliàs autem ſententia feretur contra actorem: quia non apparet in quo ſit ſienda condemnatio. nam ſententia debet eſſe certa. inſtit. de acti. in §. curare. ij. quæſtio. vj. diffinitina, ita notabiliter dicit Bal. in l. ſi in rem. ff. de rei vendi. & alleg. l. ſi. C. de annali exce. idem gloſ. in alleg. l. j & Spec. tit. de teſte. §. ſciendum. & verſi. hoc etiam notandum, & in ti. de libel. conce. §. ſi. verſi. cautus. etiam Sicu. Pau. de Caſt. conſi. clxxxvj incip. Super primo reperio. verſi. circa ſecundum. Et aduerte quòd quotieſcunque incertitudo libelli ex facto rei prouenit, non imputatur actori ſed reo, & nihilominus procedit, tenet Innoc. & Sicul. in c. conſtitutus de in integ. reſtit. Hoſtien. & Sicu. in alleg. ca. ſignificantibus. Bart. & Ange. in l. j. ff. de edeo. & Bart. in l. j. §. j. ff quorum legato.

QVAESTIO CCII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si teſtes ſic ſpecificando rem petitam & cõſignando videantur deponere non iurati, attento quòd ego agens non ſpecificaui, & teſtes ſolùm iurant dicere veritatem ſuper contentis in petitione mea? Concluſum fuit quòd ſic. Sed cõſilium datum fuit quòd iudex ex officio ſuo iterum faciat eos iurare ſuper cauſa tota: & quòd dicti teſtes iterum examinarentur, quòd poteſt facere parte contradicente. Nec ſic faciendo videtur
1 ſupplere de facto 1, vt glo. no. & Innoc. in c. per tuas. de teſti. & per Spec. in tit. de teſte. §. j. verſi. Item opponitur quod deponit ſuper illo.

a Adde quòd teſtis non poteſt interrogari extra articulos niſi, ſicut ſupradictum eſt, iurauerit ſuper tota cauſa, gloſ. in l. ſi quis. §. ſi. ff. de pet. hære. Bart. in l. ſi quis legatum ff. de fal. & in l. j. § diuus. ff. de quæſt. & in l. ſi duo. §. idem Iulianus. ad ſi. & ibi Bart. & Bald. ff. de iureiur. & dicitur extra articulos quando dictum non conferat ad declarationem facti ſecundum Bart. ibi, iudex ergo debet facere iurare teſtes non ſolùm ſuper articulis productis: ſed ſuper tota cauſa, vt no. in alle. c. per tuas. & ibi docto. Sicu. in authen. ſed iudex. de epiſco. & cleri. & ibi Bart. & Bald. in d. l. ſi duo. Cyn. & Iacob. de Aret. in l. fin, C. qui legit. perſo. & ibi Salic. in ſi.

1 ADDITIO. Supplere de facto. an autem iudex poſſit ex officio repellere teſtem indignũ & ſic ſupplere de facto. Vide per domi Feli. poſt alios in ca. cum I. & A. de re iudi. in iij. col. in verſic, colligi poſſunt quatuor.

SVMMARIVM.

1 *Agi poteſt contra eum ad æſtimationem, qui irrequiſito domino rem aliquam accepit, ſi dicta res petita non extet.*

QVAESTIO CCIII.

a ITEM fuit quæſitum. a Si aliquis † recipit rem
1 meam me irrequiſito, An poſsim agere cõtra ipſum ad æſtimationem? 1 Concluſum fuit quòd ſic per l. ſi filiofamil. la j. ff. de dona. cau. mor. cum ibi allegamaximè dicta re petita, aliàs non extante t vt not. in l. mater. C. de rei vendi. cum ibi not. per Cy. & doct. vide pleniſsimè per Innoc. in cap. ſacro. de ſent. excommu. ſuper ver. intereſſe, & per Collect. in ca. ſorus, de verbo, actus. quæſt. xiij.

a Adde idem ſi res extat, tamen recuperari non poteſt ſine magna difficultate: quia poſſidetur à quodam magno barone vel tyranno, vel eſt equus cum quo ſtipendiarius receſſit nam tunc habet locum æquitas illius. l. mater. quia æquiparantur non poſſe rem habere, vel cum magna difficultate proſequi. vt ff. de acquiren. rer. domi. l. naturalem. & in auth. de fideiuſſo § j ſecundum Guli. idem tenet Cyn. argu. l. j ff. de inſtitu. & de dam. infec. l. damni §. vlt. in gl. quæ eſt ibi. & videtur caſus. ff loca. l cum plures. §. veſtimenta. ſecundum Cy. & Bald. in alleg. l. mater. in ſi. penult. colum. verſ. deinde quæro idem ſi res extat. ſed non apparet ſecundum Bartol. in l. ſi conſtante. §. ſi vxor. ff ſolu. matrim. vbi bonus tex. & expreſſus in l. cùm res. verſic. Item ſi res. ff. de leg. j. An conſentiens venditioni rei ſuæ poſſit agere rei vendicatione vel ad pretium contra venditorem, & qua actione, vide pleuè per Cyn. Bald. & Salic. in alleg. l. mater.

ADDITIO. Aeſtimationem. Adde quòd & ſi res debeat æſtimari, ſecundum reditus quos res æſtimanda producit. in xxv. ann. vel ſi eſt res eccleſiæ in xxx. vt in auth. de eccleſ. tit §. ſi autem annale. & not. in l ſi quia. ff de reſcin. vend. Hodie tamen communiter in omnibus rebus fit æſtimatio, ſecundum quod communiter appretiantur. l. pretia. in princ ff ad l. falcid. non habito reſpectu ad affectionem ſingularium perſonarum, ſed communium, vt in allega. l. pretia. adde vlterius quæ ſcripſi j. quæſt. ccvj.

QVAESTIO CCIIII.

ITEM fuit quæſitum. a An cap. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. habeat locum in cauſis beneficialibus iudicialiter ventilatis, & quoad iudicem, & quoad loca? Concluſum fuit quòd ſic: quia ita ſeruat cancellaria: vt tenet Collect. de ſenten. excom. ca. quod de his. vide ibi pleniſsimè per eum. a

a An autem habeat locum dictum cap. ſtatutum. in literis gratioſis ad beneficia? Dic quòd aliquando eſt in poteſtate executorum per dictas literas deputatorum, an aſſumant partes iudicis, an non: vt eſt regulariter in executore beneficiali, qui eſt mixtus. vt not. Innoc in c. fin. de præſump. & glo. in cle. vnica. de offic. deleg. & tunc non habet locum dictum ca. ſtatutum. nec clem. j. eod. tit. in clem. Aliquando executores beneficiales tenentur aſſumere partes iudicis: vt cùm in reſcripto apponitur clauſula vocatis vocandis. de iudic. cap. exhibita. & tunc habebit locum dictum cap. ſtatutum. & quòd ad qualitatem perſonarum, iudicum, & loca. ita tenet Rota. deci. 370. aliàs deciſ. 30. de reſcrip. in no. quæ incipit ex hoc, &c. Ita tenet Franc. de Zaba. in alleg. clem. j. cum huiuſmodi diſtinctione, concordans opinionem Guli. de monte Laud. qui tenuit quòd in literis gratioſis eo caſu, quo oportet eoſdẽ executores aſſumere partes iudicis habeat locum d. cle. j. & d. c. ſtatutum. Et idem voluit Io. de Imo. in alle. cle. j. vbi vterentur via iuriſdictionali. & ideo imputet ſibi pars, quæ potuit cogitare ꝙ aſſumeret partes iudicis, cùm hoc ſit in eius poteſtate: vt in dicta clem. j. de officio delega. a Et opinio Zenze. Bertrandi. Anto. & Ioan. Andr. de Ligna. tenentium quòd d. cap. ſtatutum. locum non habeat in executoribus beneficialibus, etiamſi aſſumat partes iudicis. Latius tamen attingendo materiam Do. de ſancto Gemi. in alleg. cap ſtatutum. § in nullo. ponit notabilem diſtinctionem, quam propter ipſius prolixitatem omitto. Adde tamen Ro. d. deciſ. 370. aliàs deciſ. 20. de reſcrip. in no. vbi dicit, quòd d. cap. ſtatutum, non habet locum in meris executoribus gratiarum. Et licet ſit de ſtylo curiæ. quòd non dentur executores in gratiis vel ſententiis, niſi ſint in dignitate conſtituti: tamen ille ſtylus non eſt ſeruandus, neque receptus in ſubdelegatis dictorum executorum, quibus committitur nudum miniſterium: puta prouiſio vel inductio in poſſeſſionem corporalem, quæ ſine quacunque cognitione cauſæ fieri poſſunt: & ideo huiuſmodi clericis ſimplicibus committuntur, quemadmodum dicitur de examinatione teſtium: vt cap. cùm Bertoldus. de re iudic. & per Pau. in alleg. clem. vnica. de offic. deleg. hanc conditionem videtur tenere Guli. de monte Land. in extrauag. Io. xxij. quæ incipit,

ſedes.& idem Dominic.vbi ſuprà. Adde hic quæ poſui ſuprà quæſtio.xij.

1 ADDITIO. De offic.deleg.idem tenet Clauſi.in verſi. executor.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Tutor poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli pro ipſo pupillo, ſi cauſa pupillaris per alium agitetur, & nu.2.*
3 *Prælatus non habens capitulum nec collegium non eſt idoneus teſtis in cauſa eccleſiæ.*
4 *Socius ſocij mei non eſt meus ſocius.*
5 *Adhærentes appellationi pro appellante teſtes eſſe non poſſunt.*

QVAESTIO CCV.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Duo ſunt † tutores cu-
1 iuſdam pupilli: vnus tutor agit vel defendit ipſum, nunquid alter poterit produci in teſtem? Concluſum fuit quòd ſic: & etiam per not.Innoc.in c.inſuper.de teſti.cum ibi not. Et etiam ille qui agit vel defendit ad requiſitionem partis aduerſæ non pupilli: vt not.glo.in l.fi.ff.de teſti.in fi.

a Adde Bart.in l.qui teſtamento.ff.de teſta qui poſt Iacob.
2 de Aret.qui tenet quòd † tutor eſſe poteſt teſtis in cauſa pupilli pro ipſo pupillo, ſi cauſa pupillaris per alium agitetur. idem tenet Ludo Ro.conſi.cccexx. Quid autem ſi tutor dedit actorem ſuo periculo ſecundum formam.l.decre.de admi.tu. & l.neq;.C.de procu. An tunc tutor poterit eſſe teſtis in cauſa, Bart.vbi ſuprà tenet quòd ſi tutor dedit actorem, non poterit eſſe teſtis: ſecus ſi iudex eo volente, vel contutor, tunc enim
3 poterit eſſe teſtis.arg.d.l.qui teſtamento. Adde † de prælato eccleſiæ nõ habentis capitulum vel collegium, quòd talis non eſt idoneus teſtis in cauſa eccleſiæ: vt tenet Ioan.And.in addi. Spec.tit.de teſte.§.j.verſi.ſed pone quòd adminiſtrator.idem Abbas, Sicu.in alle.c.inſuper 1. Et hoc quando talis prælatus conſtituit procuratorem, vel per ſe agit: ſecus ſi eccleſia haberet æconomum generalem conſtitutum authoritate epiſcopi, vel ageret ipſe epiſcopus tanquam generalis adminiſtrator, iuxta no.in ca.fi.de ſucceſ. ab inteſta. tunc enim talis prælatus bene admitteretur in teſtem ſecundum Sicu.vbi ſuprà. Si autem eccleſia habeat capitulum vel collegium, tunc ſi prælatus & capitulum conſtituerunt ſimul ſyndicum, caſus eſt clarus quòd prælatus poteſt teſtis eſſe, text.in d.cap.inſuper, iunctis ſuprascript.& tenent communiter docto.in c.præſentium.eo.titu.lib.vj.Archidia.in c.ſuper prudentiam.xliij.quæſt.ij.Spec.vbi ſuprà, verſic.ſed nunquid rector. Barto.in dicta l.qui teſtamento.& Ludo.Roma. vbi ſuprà verſic.v.non eſt dubium.ſi autem ſolus prælatus conſtituit, tunc non poteſt eſſe teſtis, quia ipſe eſt principalis defenſor.tenet Innoc in d.ca.præſentium. Anton.& Sicul.in dicto cap.inſuper.& Bartol.vbi ſuprà. Hoſtien. contra.hinc Ioan. And.in d.cap.inſuper. reducendo opiniones ad concordiam, dicit quòd ſi prælatus conſtituit procuratorem in bonis menſæ ſuæ, tunc non poterit eſſe teſtis, cùm ſit eius cauſa propria, & ſic procedat opi.Innocen.in bonis communibus eccleſiæ cauſam communem agitat procurator: tunc poſſit eſſe teſtis: & ita procedit opin. Hoſt. hanc diſtinctionem ſequitur Domini.de ſancto Geminia.tanquam
a æquam in alleg ca.præſentium. Quid de ſolicitatore a. Rot. deciſi.clvij.vbi dicit quòd aut ſolicitator eſt deputatus ad cauſam per principalem cum aſſignatione ſalarij: & tunc non poterit eſſe teſtis in ea cauſa: quia maiorem affectionem videtur habere ad cauſam quàm procurator, qui repellitur: vt in c.Romana.de teſti.lib.vj. aut eſt familiaris procuratoris deputatus per eum ad ſolicitandum cauſas ſibi commiſſas, & talis poteſt
4 eſſe teſtis: quia † ſocius ſocij mei non eſt meus ſocius: vt c.legitur.lxxxj.diſtinct. maximè in leuibus & præambulis ſiue incidentibus, puta ad probandum diligentiam procuratoris & ſigna vel ſigilla aut quid ſimile. Domini.de ſancto Geminia. in alleg.ca.Romana.dicit quòd iſtud vltimum dictum non videtur verum in grauibus: quia vbi quis ad honorem ſibi reputat victoriam cauſæ, vel ad dedecus ſuccumbere, talis eſt ſuſpectus: vt ibi not. Sed iſta ratio concludit etiam in ſolicitatore deputato per procuratorem. ergo videtur quòd etiam repelli debeat. Attamen Sicul. vbi ſuprà, tenet ſolicitatorem eſſe repellendum. Crederem ſolicitatorem non ſalariatum, ſi perſona eius aliàs eſſet honeſta, eſſe teſtem idoneum iuxta concluſionem Rotæ: & ita etiam voluit Ludo.Roma.conſilio ſuperius allegato. Adde quòd procurator qui per lit. conteſta. fuit effectus dominus lit.& poſtea reuocatus & in teſtem productus, non eſt idoneus teſtis.tenet Rot.conclu.cxix. Adde † quòd etiam adhærentes appellationi pro appellante teſtes 5
eſſe non poſſunt: tenet Rot.concluſi.ccclxxxiiij.& tenet Sicu. in allega.ca.inſuper. Si tamen aduerſarius conſentit quòd iſti admittantur, admitti poterunt, cùm iſtud in eius fauorem ſit introductum, cui renuntiare poteſt.c.tuis.de teſti.& l.fi.C.de fideiuſſo.tenet Dominicus vbi ſuprà.

1 ADDITIO. Inſuper. Vide latiſſimè per Felin.in allega. cap.inſuper,iiij.& ſe.

a Solicitat. Vide per domi. Felin.in cap.cum à nobis.extra de teſt.circa finem cap.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis facit ne appellatus proſequi poſſit cauſam appellationis.*

QVAESTIO CCVI.

ITEM fuit quæſitum.[a] An actor † originarius 1 a
appellatus proſequens ipſam cauſam appellationis, 1
repelli poſſit per exceptionem excommunicationis? Concluſum fuit quòd ſic: ita not. Archidiaco. in cap.pia.de except.lib.vj. vbi mouet quæſtionem. 1
Quod intelligit Collect.in ca.ſignificauerunt 2 de 2
exceptio.niſi ex deſertione appellationis appellatus grauaretur.

a Et idem Ioan.And.in nouella, & Domini.de ſancto Gemi. Quid de appellante extra iudicium, an repellatur exceptione excommunicationis. Conclude quòd aut appellatio eſt merè extraiudicialis: & tunc cùm illa ſit quædam prouocatio ad cauſam, de appella.cap.cùm ſit Romana. bene repelletur: quia tunc venit voluntariè ad iuditium, quo caſu repellitur.c.cum inter.de exceptio. Aut appellatio non eſt merè extraiudicialis: vt in illo qui appellauit ab executore qui vult alteri prouidere de beneficio.& tunc quia talis vexari & grauari poteſt ab executore, appellare poterit & proſequi non obſtante exceptione excommunicationis, ad hoc cap.venerabilis.eod.titu. cùm tunc non veniat voluntarius ad iudicium: ſed ſtimulatus venit ſe defendendo, quo caſu admittitur.ca.cum inter.alleg. ita tenet Ioan.Imol.Ioan.And.& Archidiaco.in alleg.cap.pia.& Domi.poſt eos. Adde quòd volens agere de nullitate ſententiæ, omiſſo appellationis remedio per exceptionem excommunicationis repellitur: expectet igitur, cùm mandabitur executioni: & tunc poterit opponere de nullitate.ita tenet Sicul.in allega.cap.ſignificauerunt.in vlti.col. Adde quòd excommunicatus petens in integrum reſtitui ex clauſula generali cauſa tali expreſſa: qua probata niſi ſubueniretur, damnaretur innocens, vel periret anima, modo.repelletur prætextu excommunicationis. arg. cap.cum inter.§.j.de excep.& ca.ex literis.de in integrum reſtit.vbi petitur reſtitutio dependens ex ſolo fauore. tunc repelletur cùm de iniquitate iudicis vel iniuſta ſententia non quæratur.argu.ff.de mino.l.præfecti.ita tenet Hoſtien.& Sicul.in alleg.cap.ſignificauerunt.in fi.idem Rota, deciſione ccccl viij.vbi tenent quòd reſtitutio ad appellandum à ſententia diffinitiua, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non petitur per excommunicatum, niſi in cauſa matrimoniali & beneficiali.

1 ADDITIO. Actor originarius. Tu vide de hoc per Guid. pap.qui hanc deci.alleg.conſi.ccxxv.incip. Ioannes de Clau. conſi.ccxxxvij.volu.iij.

2 Capit.ſignificauerunt. Adde Felin. in præallega. capit.v. colum.& ſequen.

SVMMARIVM.

1 *In alternatiuis electio eſt debitoris.*
2 *Cui datur actio, multo fortius exceptio.*

QVAESTIO CCVII.

ITEM ſi ſtationario librorum fuerit traditus liber ad vendendum, quem dicit ſe perdidiſſe, & ſic fuit condemnatus in pretio iuramento petentis & tradentis æſtimato: pòſt liber venit ad manus ſtationarij, a

narij,

narij, an reddendo librum ſit liberatus, vel poſsit
1 compelli ad dictam æſtimationem i ſolnendam ra-
tione iudicati? Concluſum fuit, quòd reddendo li-
brum liberatur, quia iſte ſtationarius eſt obligatus
1 ad rem & æſtimationem alternatiuè: ſed † in alter-
natiuis electio eſt debitoris, & in regula iuris, in al-
ternatiuis. lib. vj. Item ſi deueniſſent res ad traden-
tem & pretium ſibi fuerit exolutum, poſſet conue-
niri vel ad rem reſtituendam, vel ad pretium: vt l. in
commodato. ff. commoda. & in l. ij. ff. de condi. indebi.
per Spec. in tit. de execu. ſenten. §. poſtremo. verſi. x.
2 & xj. Item † cui damus actionem, multo fortius ex-
ceptionem. vide ibidem per Specu. in eo. §. ver. illud
autem. Et vltrà pro iſta quæſtione videtur caſus vi-
dere meo in l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa. & facit
l. ſi culpa. ff. de rei vendica.

a Adde quòd vbi vnum eſt in obligatione, & aliud in facul-
tate ſoluendi, ex diſpoſitione legis competit illa facultas do-
nec conueniatur iudicati. vt l item veniunt. §. idem recté. ff.
de petit. hære & ibi Bartol. idem Bartol. in l. titiæ amicæ. ff. de
auro & argen. leg. Quid ſi dictus liber redüt ad actorem qui
æſtimationem recepit, & ſtationarius qui æſtimationem ſol-
uit velit rem reuocare, & actor ſit paratus reddere æſtimatio-
nem, an excludat eum qui æſtimationem ſolui à petitione
rei. Dy. in regula iuris pro poſſeſſore. de regulis iuris libro vj.
in v. quæſtione diſtinguit aut quia tempore æſtimationis ſo-
lutæ poſſeſſio rei erat penes eum qui ſoluit æſtimationem, aut
non: ſi erat penes eum, dominium cœpit ad eum pertinere:
vt ff. de rei vendic. l. eius rei. & per conſequens deſiit pertinere
ad dominum qui æſtimationem recepit: quia non poteſt eſſe
apud plures inſolidum. vt ff. commoda. l. ſi vt certo. §. ſi duo-
bus. ſi ergo is qui cœpit eſſe dominus, petat ab eo qui in to-
tum deſiit eſſe dominus & poſſidere, neceſſe babebit reſtituere
re rem, nec audietur ſi velit reddere æſtimationem. argu. ff de
rei vendi. l qui reſtituere: quia cùm ſemel æſtimationé ſponte
receperit, cùm poſſit præciſè conſequi rem, conſequenter vide-
tur renuntiaſſe rei. argu. de l. commiſſ. l. ſi fundus. & de pactis
inter emptorem & venditorem. l. commiſſoriæ. & ideo fruſtra
poſtea ponatur rem ipſam retinere cui ſemel renuntiandum
putauit. arg ff de ſtatu hominum. l. liber homo. & C. de rebus
creditis. l. ſi quis iuſiurandum. Sed ſi poſſeſſio non erat penes
ſoluentem tempore æſtimationis ſolutæ. tunc aut appræhen-
dit poſſeſſionem antequam poſſeſſio redirer ad dominum,
aut non. Si appræhendit, ſtatim quæſitum eſt ei dominium, &
deſiit pertinere ad eum qui æſtimationem recepit: quia rem
habere non poterat probabiliter, & poterit habere locum di-
ſtinctio poſita in lege ſecunda, de condictione ſine cauſa, vt
diſtinguatur. Aut ille qui æſtimationem ſoluit, cauſam babe-
bat à domino, aut non. Sed ſi non appræhendit antequam re-
diret ad dominum, ſubdiſtingue: quia aut dominus ceſſerat
actionem ſoluenti, habet neceſſe reſtituere rem. vt l. ſi culpa,
alleg. ſuprà. Si non ceſſerat eſt in electione ſua reſtituere rem
vel æſtimationem quam percepit. vt d. l. in commodato. §. fin.
vt in quæſtione noſtra dictum eſt.

1 Annirio. Aeſtimationem. Adde hic quæ ſcripſi ſuprà
quæſtione ccij.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus homicidiarius non amittit beneficia ipſo iure.*
2 *Secus tamen ſi homicidium precederet collationem beneficij.*
3 *Debilitans membrum alicuius non efficitur irregularis.*
4 *Membrum enim debilitatum quamuis ſit inutile quoad operationem valet tamen quoad decorem.*
5 *In pœnis enim mitior fienda interpretatio.*

QVAESTIO CCVIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si beneficiatus † ho-
1 micida voluntarius ipſo iure amittat ſua beneficia?
Collecta. plenè tractat in cap. inquiſitionis. de accu.
Et fuit concluſum ſecundum eum quòd non, per
iura per ipſum ibi allegata. & allega. text. de exceſ.
præl. cap. ex literis. in fine. vide Ioan. And. poſt Inn.
in cap. cum noſtris. de conceſsio. præben. gloſ. ergo
vacat. & Ioan. Andr. in d. cap. inquiſitionis, ſuper
verbo, beneficium.

a Adde Anto. in alleg cap. inquiſitionis. Archid. in c. pro hu-
mani, de homicid. lib. vj. & in c. ſtudeat. d. lib. & Sicul. in c. cum
noſtris. alleg. idem tenentis. Si tamen † homicidium præce- 2
deret collationem beneficij non teneret tanquam facta inha-
bili ad executionem officij. vt cap. fin. de tempo. ordin. & ita
voluit idem Sicul. in allega. cap. cum noſtris. licet Anto. vi-
deatur ibidem velle contrarium, & idem Cal. in c. querelam.
de iureiu. Et quia hic tangitur de irregularitate, adde quæſtio-
nem quæ de facto accidit, videlicet an ille qui non mutilat
membrum alterius, ſed † illud debilitat, efficiatur irregularis: 3
& conſului quòd non, per alleg. Sicul. in huiuſmodi quæſtio-
ne, in c. de diacono. qui cle. vel vo. arg. j. quæſt. j. cap. ſicut vr-
geri, quia licet † membrum debilitatū ſit quaſi inutile quoad 4
operationem, valet tamen quoad decorem, & in pœnis † mi- 5
tior eſt interpretatio facienda. concor. Gaſpar in eod cap de
diacono. An. de Clauaſ. in ſumma, in titu. de homicidio. ver.
viij. intelligit quòd non eſt irregularis quando non debilitat
ex toto. Sed quando ex toto, ita quòd nihil poteſt facere,
tunc tenet quòd ſit irregularis, per clemen. eo. tit. in clemen.
& cap. qui percutit. xxiij. quæſt. vlt. Et ſic intelligerem dictum
Flo. in l. binas. ff. de ſeruitu. vrba. præd. vbi tenet quòd debili-
tans membrum alicuius, punitur pœna ſtatuti de obtruncan-
te: vt videlicet id poſſit eſſe verum quando membrum ex to-
to debilitatur: opinio tamen Siculi benignior eſſe videtur, &
ſequenda in foro contentioſo.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas cùm eſt in quantitate. ſeu parte ſummæ, in iudicijs negari non poteſt totum, & num. 3.*
Secus quando in libello ſeu petitione eſt falſitas ratione qualitatis. num. 2.
4 *Qui petit totum, petit & quamlibet partem.*

QVAESTIO CCIX.

ITEM petita fuerunt centum, quæ † reus ne- a
gauit ſe debere cum iuramento, & probata fuerunt 1
deberi quinquaginta. an poſsit ſuper his ferri ſen-
tentia? Concluſum fuit quòd ſic. & reus eſt periu-
rus, poſito quòd non deberetur niſi vnus denarius.
in qua tenet Cyn. in l. vnica. C. de lit. conteſt. quæſt.
fina. vide quæ ibi poſui. Et idem Collecta. in capit.
vnico. de lit. conteſtatione. quæſtione finali. Con-
trarium tenere videtur Specula. in titulo, depoſi. §.
vij. verſic. xj.

a Idem tenet Bald. & Salic. in allega. l. vnica. Adde not. Bar.
Ioannis de Imol. & Paul. de Caſtr. idem tenentium in l. j. §. ſi
ſtipulanti z. ff. de verb. oblig Adde Bar. & Bald. in l. ſcire de- 1
bemus. ff eodem tit. Pau. de Leaza. in cap ex parte. de confeſ.
in commento. & Anto. de Butri. in cap. vnico. de lit. conteſta.
in vlt. colum. Adde Sicu. in cap. vnico. de plus petitio. qui for-
mat quæſtionem: Quando debeo decem, & tu petis viginti,
vel debeo partem rei, & tu petis totam, an poſſum ſimpliciter
totam negare petitionem. Et diſtinguendo poſt Bartol. vbi
ſuprà, & l. ſi quis cùm totum ff de except. rei iudic. & in l. ſi is
qui ducenta. §. vnum. ff. de re. dub. quòd aut id quod ponitur
† in libello vel petitione, eſt falſum ratione qualitatis. & tunc
poteſt negari totum: & ſic procedit opinio glo. in cap. fina. de 2
confeſ. libro vj & Specul. vbi ſuprà. Ioan. Andr. in additione
ibidem, quia videtur aliud factum. & pro hoc cap. cum dile-
cti. & quod ibi not. de accuſatio. & quod not. Cyn. in l. ij. C. de
probationib Aut falſum † eſt in quantitate, ſeu in parte ſum- 3
mæ: vt quia petis xx. & debeo tantùm decem, vel debeo par-
tem, & petis totum: & tunc in iudicijs non poteſt negari to-
tum, ſed debet confiteri partem debitam, quia † qui petit to- 4
tum, petit & quamlibet partem, d. l. ſi quis cum totum. & d. §.
ſi ſtipulanti. vnde tenuit Pa. talem periurum qui negat ſimpli-
citer totum, ſi debet partem: vt refert Bartolus in dicta l. ſi
quis cùm totum. Ad prædicta facit textus cum gloſſa in l.
ſi pupillus. §. finali. ff. de verborum ſignificatio. vbi negans
rem

rem eſſe ſuam, videtur enim negare ſibi commonem eſſe. Ad idem bona gloſſ.in §.fin.xij.q.j. & eſt bonus text in l. qui ſolidum. ff. de lega. ij. vbi petens totum conſtituit aduerſarium in mora in parte debita. Si autem quæratur an extra iudicium minor ſumma inſit maiori: aut profertur affirmatiuè, & ineſt minor ſumma maiori, vnde ſi promitto xx. promitto x. Aut profertur negatiuè, & tunc aut gratia conuentionis perficiendę, & ineſt minori, vt l.ſi vnus.§.ſi cum mihi x ff.de pactis.vbi dicitur quòd ſi debeo decem, & facio pactum quòd nõ petis à me xx.valet pactum reſpectu illorum x. Aut profertur gratia cõditionis: vtputa ſi non dederis xx.&c. & tunc non ineſt minor ſumma, vt in d.§.vtrum.ita dicit Sico. poſt Bart.vbi ſuprà. Quid ſi vnus teſtis deponit de centum, alter de quinquaginta, an ſit probata actoris intentio ſaltem quoad quinquaginta, & Domi.de ſancto Gemi.in c.j.de arbi. lib.vj.poſt Damaſ. & Ioan.And.in nouell.& Ioan. de Fantu. Bart.in l.fi.§.qui indiuiſam. ff de leg.ij.tenere videntur quòd tales teſtes nihil probent tanquam ſingulares.in contrarium tenere videtur Spec.in tit.de teſte.§ poſtquam, verſic.quid ſit plures teſtes. Bald.in l.ij.C.de reſcinden.vendi.& Sali.ibidem dicit, quòd ſi de tribus teſtibus vnus deponit de centum, alter de cx. & alter de cxx. media ſumma, videlicet de cx. videtur probata: & ad hoc plures adducit rationes quas ibidem vide. & etiam quid ſi duo teſtes deponunt quòd res valet cxx & vnus quòd valet centum cui ſtabitur. Et quid ſi duo dicant quòd valet centum & non vltrà, & alius dicit quòd valet cxx. Et quid ſi ex quatuor teſtibus duo dicant quòd valet res cum æſtimatione x alij duo xv. quorum dicto ſtabitur. vide latè vbi ſuprà per Salic.

t ADDITIO. §.ſi ſtipulanti. Vide ibi per Franc.Aret.v.col. & ſequen. vbi dicit opin.Barto.& huius doct.eſſe magis communem. video tamen quotidie contrarium practicando ſeruari. Adde Domini.de ſancto Geminia.in allega.cap.fina.de confeſſ.lib.vj iiij.colum.

QVAESTIO CCX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An ſub maiori ſumma affirmatiuè vt negatiuè prolata contineatur minor, vide ibi per Cyn. Et Bartol.in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verborum obligationibus.

a In d.l.vnica.C.de lit. conteſta. Adde hic quæ poſui in proxima quæſtione. & vide Franciſ. Aret.in d.§.ſi ſtipulanti.& ea quæ not.in l.diem.§.ſi plures.ff.de arbit.& Bart.in l.ſi vnus.§. ſi cum mihi x.ff.de pact.Bart.in l qui quartam, in princip.ff.de leg.j Ang.Aret.inſtit.de libertis.in princ.verſi.in glo.Dy.in regula iuris, plus, lib.vj.& archi.in c.ſi quis dederit.xxxiij.q j.

SVMMARIVM.

1 *Sola negatio qualitatis vel cauſæ tribuentis iuriſdictionem, non ex toto excludit iuriſdictionem. ſed impedit proceſſum ſuper principali, ita vt reus non teneatur reſpondere libello niſi &c.*

2 *Iudex tamen poterit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*

3 *Iuriſdictio menſuratur ex eo quòd petitur, non ex eo quòd in veritate debetur.*

4 *Clericus agens contra laicum coram iudice eccleſiaſtico ſuper oppreſſione, fraude, vel illicito contractũ, ſi non probauerit, reus abſoluẽdus tam à iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici quam ab inſtantia cauſa.*

5 *Actor tamen non tenebitur fraudem & reliqua probare ante litis conteſtationem.*

QVAESTIO CCXI.

a ITEM an exceptio [a] incompetentiæ iudicis opponi poſsit per laicum conuentum ad inſtantiam alicuius clerici coram papa vel eius delegato? Concluſum fuit quòd ſi laicus conueniatur ratione oppreſsionis, violentiæ ſeu fraudis: vel commiſ.in perſona clerici, vel rerum ſuarum, vel circa contractum illicitum, & fraudulẽtum cum dicto clerico factum, tunc non poteſt opponi dicta exceptio. aliâs ſecus. vt not. Innoc.in ca.ſi clericus laicum.& in c.cum ſit generale.de foro competen. & idem ibidem Collec. hoc verum niſi cõſuetudine aliud fuerit inductum, vt ibidem.& in c.ſi duobus.de appellationibus.

a Adde quia aliâs de facto in curia archiepiſcopali vidi dubitari ſuper hoc, cùm aliquis laicus ſuper obſeruatione iuramenti conuentus extitiſſet coram officiali, ille dictum iuramentum negauit petens ſe relaxari: niſi ante omnia actor dictum iuramentum probaret. fuit ſuper huiuſmodi allegata opinio Goffre. in d.cap.ſi clericus. qui voluit ibidem † quòd 1
ſola negatio qualitatis vel cauſæ tribuentis iuriſdictionẽ non excludit funditus ipſam iuriſdictionem, ſed impedit proceſſum ſuper principali, vt non teneatur reus reſpondere libello, niſi primo ſummariè cognoſcatur de illa qualitate tribuente iuriſdictionem. vtputa in terminis d. cap. an res ſit eccleſiaſtica: quàm opinio.ſequitur Franc.de Zabarel.& Collect.in c. Idem Vincen.in cap.conquæſtus.de foro competen. vbi dicit quòd ſi laicus negat raptum vel inuaſum, iudex eccleſiaſticus cognoſcet quouſque intelligat quòd ſua non eſt iuriſdictio: & tunc condemnabit clericum in expenſis, & remittet ad iudicem ſuum.de appella.ca.vt debitus.& c.cum ſpeciali.pro quo faciunt iura generaliter dicentia iudicem † cuius iuriſdictio 2
negatur cognoſcere poſſe an ſua ſit iuriſdictio.& Innocen.in ca.cæterum.de iudic.vbi dicit quòd ſi negatur rem eſſe feudalem. de hoc prius cognoſci debet an ſit feudalis. facit quod not.Innoc.in ca.ſuper literis.de reſcript.Ioan. And.Archidiac. & Domi in ca.Romana.§.contrahentes.eod.tito.lib.vj.Ioan. Calder.in ca j.de raptori. Cyn.& Bald.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtilit.publi. Dicunt enim quòd ſi quis alienæ iuriſdictionis citatus comparet, & dicit ſe non contraxiſſe, vel non deliquiſſe in loco vel territorio vbi citatur, debet ante omnia diſcuti ſummariè an ibi contraxerit, vel deliquerit ſine præiudicio principalis quæſtionis. Et ſi conſtiterit ipſum ibidem contraxiſſe, vel deliquiſſe, procedent poſtea in principali. ad idem gloſ. in cap j.de offic.deleg.lib.vj. quæ dicit quòd ſi coram conſeruatore apoſtolicæ ſedis, qui habet tantùm cognoſcere de iniuriis manifeſtis negator iniuriam forè notoriam, de hoc primo cognoſcet ad fundandum iuriſdictionem ſuam: & euentus huius ſummariæ cognitionis dabit euentum, vel prorogabit proceſſum ſuper principali. Idem voluit Archidia.in c.Romana.§.notoria.de cenſi.lib.vj. vbi tex.quòd Archiepiſcopus viſitando prouinciam ſuam poteſt punire notoria crimina ſubditorum ſuffraganeorum. Et ſi crimina negentur notoria, poterit de hoc Archiepiſcopus ſummariè cognoſcere ad fundandum ſuam iuriſdictionem. Sed præmiſſis non obſtantibus fuit obſeruata opinio Bartoli, quam ponit in l.ij.ff.ſi quis in ius voca non ierit.ſecun- 5
dum quem ſufficit ſola allegatio qualitatis ſeu cauſæ deſerentis iuriſdictionem in libello, licet illa vera non ſit dummodo de hoc non conſtet, quia id quod exprimitur in libello habetur pro verò ad fundandum iuriſdictionem: pro hoc facit l.cum quædam puella. ff. de iuriſdict.omn.iudicum.vbi iuriſdictio † menſuratur ab eo quod petitur, non ex eo quod in 3
veritate debetur.vide Barto.in d.l.ij.vbi dicit quòd ſi quis citatus in alieno territorio negat ibi contraxiſſe vel deliquiſſe, non per hoc excluditur iuriſdictio iudicis. nec oportet quòd de hoc ſummariè cognoſcat. ſufficit enim quantum ad iuriſdictionem iudicis, quòd ſi id quod exprimitur eſſet verum, non excluderetur iuriſdictio iudicis: vt præallega.l.cum quædam.pro iſta opinio. Barto.facit quod not.Innoc.in d.c.cum ſit. vbi dicit quòd clericus † agens contra laicum coram iu- 4
dice eccleſiaſtico ſuper oppreſſione, vel fraude, vel de illicito contractu, in quibus caſibus fundatur iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici, vt ibi notatur: debet in petitione mentionem facere de oppreſſione, vel fraude, vel minus legitimo contractu: & ſuper iſta clauſula fundare intentionem ſuam: & ſi pars neget, nihilominus procedetur in cauſa principali: & ſi non probauerit fraudem, vel illicitum contractum, abſoluetur reus ex iſta cauſa: ſed iterum poterit agere ex alia.l.& ao eadem.ff.de exceptio.rei iudica.Innoc.in alleg ca.cæterum.quando clericus ſe dicit ſpoliatum à laico, & laicus negat, & ſi eſt dubium cognoſcet iudex etiam de principali. & idem ſentit Guido de Soza.in authen.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi oportet. vbi dicit ſufficere allegare crimen fuiſſe commiſſum in certo loco ad fundandum iuriſdictionem iudicis loci, abſque eo, quòd aliter probetur, vel cognoſcatur.& ſi poſtea apparebit delictum ibi non commiſſum in proceſſu cauſæ, non valebit proceſſus.C.ſi à non compe.iudic.per totum.& ita fuit † con- 5

clnſum in quæſtione prædicta, quòd actor non teneretur ante litem conteſtatam probare dictum iuramentum. De hac materia vide lariſſimè per Siculum poſt Antonium in allega. cap. ſi clericus.

1 Additio. Opinio Barto. iſta eſt opi. communis, quanquam Felin. in alleg. c. ſi clericus, videatur tenere contrarium, quem vide in ij. colum. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Tacita recognitio quæ eſt in recognitione inducit obligationem.*
2 *Verba enuntiatiua quomodo inducant diſpoſitionẽ.*

QVAESTIO CCXII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Si Titius in ſuo † teſta-
1 mento recognouit ſe debere Martino centum ex
cauſa mutui: an dictus Martinus mortuo Titio poſ-
1 ſit agere vigore dicti teſtamenti 1 contra hæredes
dicti Titij? Concluſum fuit quòd ſic: vigore tacitæ diſpoſitionis, quæ eſt in dicta recognitione: quæ eſt ſic, dari volo. ita tenet Cyn. in l. generaliter. C. de non nume. pec. & Collecta. in cap. fin. de ſucceſ. ab inteſt. cum ibi not.

a Conclude latius poſt Sicu. in cap. fina. alleg. cum quæritur
2 generaliter nunquid † verba enunciatiua 2 emiſſa in vltima
2 voluntate probent ſeu inducant diſpoſitionẽ. Aut enim verba enũciatiua proſerũtur propter aliud, aut principaliter propter ſe. Primo caſu talia verba plenè non probant 1 nec etiã inducunt. vt patet in d. ca. fi. & iuribus ibidem alleg. Secundo caſu aut fuit adiectum iuramentum, & probant. vt in authen. quòd obtinet. C. de proba. & in corpore vnde ſumitur: & in authen. de iniciur. à mor. præſti. & hoc procedit non ſolùm quando expreſſè teſtator iurat, ſed etiam quando dicit ſe iuraſſe: & id videtur velle text. in d. authen. Aut ceſſat iuramentum: & tunc ſi pars fuit præſens vel notarius, vel ordinarius recipit confeſſionem pro parte, & tunc probat. arg. in d. c. fin. vbi ponderatur partis præſentia. & melius in cap. quanquam. de vſu. lib. vj. Aut nemo recipit hanc confeſſionem: & tunc talia verba non probant actum enunciatum: ſed inducunt legatum vel hæredis inſtitutionem ſecundum qualitatem verborum. in l. cum quis. §. codicillis. ff. de lega. ij. l. Lucius eod. titu. & C. de falſa cauſa adiect. le. per totum. & ita tenet Barto. in d. §. codicillis. & Salic. & doct. in d. l. generaliter. Item Ludo. Ruma. conſil. cccclv. & verſic. vltimo caſu, de quo per Specu. Ioan. And. & Bald. ibidem in additione in tit. de confeſ. §. nunc videndum. ver. ſequitur videre de confeſſione. Adde quòd teſtator ſi conualuerit, & ſic non fecit iuramentum: nec fuit aliquis recipiens confeſſionem, non poterit compelli ad ſoluendum. ita tenet Sicu. & Salic. vbi ſuprà.

1 Additio. Vigore dicti teſtamenti. De hoc vide in deciſio. Rot. quæſt. ccciij. & dxxxvj. in an.

2 Enunciatiua. Adde Feli. in c. cum in iure. in pen. & vlti. col. de offic. delega. vbi per eum. an per inſtrumentum enuncians aliquem eſſe procuratorem probetur mandatum.

QVAESTIO CCXIII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Titius habens vnum fi-
† lium in ordine fratrum minorum Tholoſæ, elegit ſibi ſepulturam in dicto ordine. & ibi ſepultus eſt, qui legauit dicto filio cc. flor. pro miſſis dicendis: venit rector eccleſiæ cuius eſt parochianus: & petit quartam partem dictorum cc. florenorum dicto filio fratri relictorum. Appunctuatum fuit quòd poterat per cle. dudum. §. huiuſmodi, de ſepul. cum ibi not. per gloſ. & Guli. de monte Lau.

a Adde c. cum inter vos. de verbo. ſignific. vbi de tali relicto debetur canonica portio epiſcopalis. idem quòd hic deciditur, tenent in clemen. allega. Pau. Zenze. Mat. Ioan. de Legna. Fra. Zaba. in xv. q. licet Oldra & Federic. de Sen. in eorum conſiliis. Stephanus & Ioan. de Imol. videntur tenere contrarium in cle. allega. vbi vide eorum rationes 1 & pro & contra.
1 Adde quòd licet quarta epiſcopalis debeatur 1 de omnibus legatis factis quibuſcunque eccleſiis vel piis locis infra propriam diœceſim conſtitutis, vt de offic. ordin. c. conquærente. de teſtam. c. officij. & c. requiſiſti. Quarta tamen parochialis non debetur, niſi de his quæ obueniunt ratione funeris. & de legatis omnibus factis eccleſiæ, apud quam defunctus elegit ſepulturam. ſi ergo legat eccleſiæ, in qua non elegit ſepulturam, nec ſepelitur ibidem, non debebitur dicta quarta parochialis. gl. in cap. j. cum ſuper. & cap. certificari. de ſepult. Sicu. in d. c. j. Archid. in c. j. eodem tit. lib. vj. glo. Ioan. Andr. in allega. clemen. dudum. §. verum. idem ibidem Pau. Guli. de monte Laud. Franciſ. de Zaba & Io. de Imol. niſi fieret fraus. vt ibi idem Innoc. in cap. ij. de ſepult. Anto. in alleg. cap. certificari. Bald. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cleric. in pen. col. verſi. iij. quia & in eadem l. latè proſequitur huiuſmodi materiam quartarum.

1 Additio. Debeatur. An autem quarta canonica legatorem poſſit præſcribi contra epiſcopum, & quanto tempore: vide per do. Feli. in c. de quarta. de præſcri. in princ.

QVAESTIO CCXIIII.

ITEM fuit quæſitũ:[a] à quibus debet peti quar- a
ta per rectorem: an ab hæredibus, vel à fratribus, dic plenè vt per Collecta. in cap. fraternitatis. de ſepulturis.

a Vide gloſſ. in verbo, largiri, in clemen. dudum. §. verum. de deci. & conclude quòd antequam ſoluantur legata, poſſent curati ab hæredibus quartam vendicare. Sed ſi antequam vendicent, ſoluta ſint legata fratribus, nihil amplius poteſt ab hæredibus peti: quia ſoluerunt vt mandauit teſtator. pro hoc litera in loco alleg. quæ nihil mandat hæredibus, ſed tantùm fratribus quòd ipſi quartam ſoluant. & hoc tenet Zenze. vbi ſuprà, quia ex quo fratres tenentur ad quartam: ergo poſſent petere alia: non poſſent ſoluere. Si tamen hæredes ſoluerint quartam curati: tunc ſi fratres petant integrum legatum, poterunt exceptione doli repelli: ita tenet Paul. Io. de Imo. & Franc. de Zaba. vbi ſuprà. Et ſi fratres perceperint integrum relictum, non poterunt compelli ad ſolutionem quartæ: obſtante priuilegio exemptionis: ſed erunt compellendi per papam vel legatum: & hæc via eſt ſecurior, ſecũdum Pau. in alleg. clem. quam ſequuntur Io. de Imol. & Franc. pro quo facit c. ſi abbatem. de electio. lib. vj. Hodie tamen fratres prædicatores & minores per priuilegium exempti ſunt ab huiuſmodi ſolutione quartæ. ita dicit Ang. de Clauaſ. in titu. de canonica portione. §. xiiij. vbi enumerat xiiij. caſus, in quibus dicta quarta non debetur.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt conuenire laicum pro legato pio ſibi relicto coram iudice ſpirituali.*
2 *Legatum pium dicitur multis modis.*
3 *Legatum relictum pro reficienda via, ponte vel fonte dicitur pium.*
4 *Eccleſiæ & hoſpitalia dicuntur loca pia.*

QVAESTIO CCXV.

ITEM fuit quæſitum:[a] an laicus † pro legato a
pio ſibi facto poſſit conuenire laicum coram iudice 1
ſpirituali? 1 Concluſum fuit quòd non. ita tenet 1
Collect. in cap. Ioannes. de teſtam. in princ.

a Adde hic quæ poſui ſuprà, quæſtionibus lj. lxxviij. lxxxix.
& cxij. Adde † inſuper quòd legatum pium dicitur multis mo- 2
dis: videlicet ſi fiat pro virginibus maritandis: quia tunc Deo videtur relictum Bald. in l. poſt mortem. in penult. colum. C. de fideicommiſ. idem ſi fiat pupillis, viduis, peregrinis, infirmis, vel ſenibus, ſi ſint pauperes non diuites: ſecundum Spe. titu. de inſtrumen. edi. §. nunc verò aliqua. verſicu. lxiij. Et ſcias, &c. Hic cauetur ſtatuto curiæ archiepiſcopalis Tholoſæ, quòd procurator animarum non ſe intromittat de legatis factis perſonis ſingularibus, ſed ſolùm de piis, niſi legatarij eſſent miſerabiles perſonæ & impotentes: pro quo facit cap. ex tenore de foro compet. cum ibi not. per Sicu. & doct.
Adde † legatum dicitur pium etiam quando legatur pro via 3
facienda, vel reficiendo ponte vel fonte. gloſ. & doct. in l. j. §. ad municipium. ff. ad legem Falcid. Bald. in authen. ſimiliter. C. eod. tit. Quod relictum etiam ſi fuerit incertum valet ſecundum Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bart. in l.

in l.ſi cui annum.ff.de annu.lega & l.quidam teſtamento.ff.de lega.ij.vbi dicit tantum intelligi eſſe legatum quantum ſufficit ad ipſum opus, dummodo non ſit magna impenſa.idem ſi fiat pauperi pro refectione domus ſuæ, l. ſi quis pro redemptione.§.fin.C.de dona.Barto.Cæpo.de ſer.vrb.cau.lix. Item ſi fiat pro anima.gloſſ.& Bartol.in l.ſi quis titio ff.de legat.ij. & l pater.§.Fuſcula.de lega iij Bald in l.iij.C.ad leg.Falcid.& in authen ſimiliter. C. eod.titu. & in l.eam quam. C.de fideicommiſ.& in ca.j.§.donare.qui feu.alie.poſ.Barto.in authen. ſed in eadem.C.ad legem Falcid.& intelligitur quòd tunc debeatur eccleſiæ vel pauperibus. idem ſi fiat pro quocunque actu in ſalutem animæ principaliter vergente ſecundum Bald. in l.j.iiij.colum C.communia.de leg.& in d.§.donare.Bartol. in l. j. quæſtio.ij principali. & in iij.quæſtio. C.de ſacroſanct. eccleſ idem ſi fiat eccleſiæ, monaſterio, vel pio loco.cap.ij.de teſta quod verum eſt etiam ſi ſimpliciter fiat non expreſſo quòd pro anima. Angel.in authen.de epiſco.& cleri.§.ſi quis. colum. v. & tenet Bald in margarita.ver.teſtator.& in l.illud. C.de ſacroſanct. eccleſ.& in d authen. ſimiliter. C. ad legem
4 Falcidiam.notatur in ca.requiſiſti de teſta. Dicuntur † autem pia loca eccleſiæ vel hoſpitalia,in quibus infirmi, ſenes, miſerabiles, & pauperes habentur, l. ſi quis ad declinandam. & l. orphanotrophos.C.de epiſco.& cle Idem ſi fiat legatum miſerabilibus perſonis ſecundum Bald.in d.ver.teſtator. Idem ſi fiat ad cuſtodiam ciuitatis ſecundum aliquos, arg.ca.j.& ij.de immuni eccle. C.de donatio.l.pe.& Bald.in d.authen. ſimiliter. Sed eſt arg. contrà, in alleg l.illud.C.de ſacroſanct.eccle. Idem ſi fiat pro ornamentis eccleſiæ vel fabrica: aut luminaribus,vel aliis neceſſariis ad cultum diuinum eccleſiæ,d.ca.fin. de teſt.Bal in l.omnes.& in d.l.ſi quis ad declinandam,ij col. Idem ſi fiat pro incertis malè ablatis reſtituendis. Bart.in d l. prima,in ſecunda quæſtione,principali.C.de ſacroſanct eccle. Qui dicit ibidem: tunc non detrahi Falcidiam ſi probetur verè deberi ei cui reſtitutio fiat,aliàs ſecus,Bar.in l.qui vxori. ff.de auro & argen. lega. dicit illud verum eſſe dummodo fiat eccleſiæ vel pauperibus:non ſi vxori,coniunctis amicis,vel vicinis. gloſ.in d.l.illud. Ioan.And.in addi.Spec in verſi.& ſciat. & Angel.in l.nam & ſi pereuntibus.C de inoffic.teſtamen.ſed Ioan.And.vbi ſuprà dicit id verum eſſe,niſi tales perſonę coniunctæ, vel matet ſint pauperes. & tenet gloſ no.in cap.ij.de ſepul. Bald.in allega.l.j ij colum.C.de ſacroſanct.eccle. Idem ſi fiat altari. gloſ. in l.Titia. §.Seia.ff de auro & argen.lega. Idem ſi fiat pro ſepulchro fiendo,quod ſit ad decus eccleſiæ.& ideo non patitur Falcidiam.Angel.in l.j.§.de impenſa.ad leg.
a Falcidiam,quod legatum pro fabrica ſepulchri debetur etiam ſi teſtator deceſſerit excommunicatus, cùm excommunicatus non ſit inteſtabilis.Bal.in l.j.in fi.C.de his quæ pœne.no.idem ſi fiat meretrici,vt exeat de meretricio. Bald.in l.imperialis.C. de nupt. idem ſi fiat ſimpliciter legatum non expreſſa cauſa neque perſona: quia intelligitur factum pauperibus & pro anima. Ioan. Andr. vbi ſuprà in additio. Specu.idem ſi fiat pro alimentis,l ſi cui.ff.de alimen.lega.gloſ.& docto.in d.l.ſi quis titio.ff.de lega.ij. quod verum eſt ſi fiat pauperibus, non ſi diuiti, ſecundum dictam gloſſ. & Bartol. in l.diuus.j.ad legem Falcidiam. & l.alia.ff.de alimen. lega. & in d.l.j.ſecunda quæſtione,principali.de ſacroſanct.eccle. Bald.& Ludo.in d.auth. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam. Angel. in authen. vt cum de appella.cognoſc.§.ſi quis, idem ſi fiat filio monacho. Bald.in d.authen.ſimiliter, idem ſi fiat pro redemptione captiuorum l.nulli. C. de epiſcop & cleri.& d.l.ſi quis pro redemptione. C.de donatio. Bald.in d.l.illud. C.de ſacroſanct.eccle.quòd verum eſt etiam ſi fiat carceratis pro maleficio, ſecundum Bald. in d.l.illud. & in d.authen.ſimiliter. & in l.quamuis, ſoluto matrimonio. & in authen, de eccleſiaſt.titu. §.interdicimus, collatio. nona. Idem ſi fiat pro eccleſia fabricanda vel reparanda,vel pro pictura eccleſiæ vel capellæ. gloſſ.& docto. in d.authen.ſimiliter,Bart.in l.linea.§.fina.ff.ad legem Falcid. vbi dicit etiam Falcidiam non detrahi. & Bald.in d. verſic. teſtator.Angel.in d.l.linea.§.ad municipium.ad legem Falcid. not. in d.l.Titia. §. Seia. de auro & argen. legato. Bald.in l. omnes. & in l. ſi quis ad declinandam. C.de epiſcop. & cleri. idem ſi pro remiſſione peccatorum. cap.conqueſtus.de foro competen. idem ſi fiat Deo ſimpliciter. d.§.ad municipium. idem ſi fiat pro mortuario, cap.conquerente.de offic.ordina. Idem ſi fiat pro obligationibus, & maximè tempore infirmitatis.de qua dicebat Hoſt.in ſumma.de ſepul.§.de quibus.idē ſi fiat prælato,ab extraneo:quia intuitu eccleſię dicitur factū, d.c.conquerente.xij.quæſt.ij.c.pontifices,quod verum etiam
1 ſi exprimatur nomen proprium & nomen dignitatis ſecundum Siculum.in d.ca. requiſiſti. Idem ſi relinquatur conſanguineo pauperi,non ſi diuiti. Bal.in d.l.illud.vbi dicitur quòd magis inſpicitur cauſa quàm perſona: ſi congruit perſonæ, quia perſona ſit inops, & ibi eſt gloſ. per quam limitatur alia gloſ.not.in cap.ij.de ſepult. ſecundum Bald.in l.j.in ij.colum. de ſacroſanct.eccle.idem tenet Bald.in d.authen. Similiter & Barto. in d.l.diuus.& in d.l.alio. Et intellige verum ſi teſtator credit eum diuitem cui legauit:ſed ſi credidit inopem, cùm ſit diues: dicitur ad piam cauſam legatum: & idem ſi eſt diues, inops tamen ſecundum ſuam qualitatem, quia eſt nobilis qui erubeſcit mendicare, & fodere non poteſt. Bartol no in d.l.j. ij.quæſtio. ij. princip. de ſacroſanct. eccleſiis. vide de iſtis per Petrum de Peru.in tractatu cano.epiſcopalis.c.s.& per Sicul. in c.relatum in princi.de teſta.& alleg.c.requiſiſti.

1 ADDITIO. Coram iudice ſpirituali. De hoc vide Rotam quæſtio.diij.& dxxxvij.in antiq.& dcxxxij in no. Quot modis dicitur legatum pium.

QVAESTIO CCXVI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si fuerunt ab aliquo petita centum, & non probantur niſi xc.& feratur ſententia ſuper tota ſumma centum, an teneat ſententia? Concluſum fuit quòd ſic,& fiet executio,in ca. cum inter. de re iudic. gloſſ.in l.ij.C.de re iudic. & ibi Cynus. vide per ipſum in l.j.C.ſi aduerſ.rem iudica. a

a Ego dubito an huiuſmodi concluſio ſit vera. dicit enim gloſ.alleg.in illa l.ij.quòd valet ſententia vſque ad eam quantitatem 1, in qua non eſt erratū.alleg.l.ſancimus.C.de dona. 1 quaſi dicat quòd in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur.& quia in pluri ineſt minus.& ſic de xc.videatur iudicaſſe. arg.ff.quemadmodum ſeruitus ami.l is cui. Sed nihilominus eſt alia glo.quæ iſti videtur contraria.ff.de iur.omn.iud.in l.ſi. Ideo Cyn. & Bartol.in d.l.ij diſtinguunt quòd aut totum debetur ex vno capitulo, aut ex diuerſis.ſi ex vno capitulo, tunc non valet ſententia in aliquo, quia circa idem capitulum non poteſt pro parte valere, & pro parte non: vt l.in hoc iudicio. ff fami.ercis. Aut ſunt diuerſa capitula. & tunc poteſt valere ſententia ſuper parte petitorij, & ſuper aliis vbi reperitur defectus erit nulla. vt l.quædam mulier ff fa.ercis.& in l.ſi.ff.de iure patro. facit l.etiam. ff. de mino. vbi contra partem poteſt peti in integr.reſtitutio.facit quòd de inſtrumento continente aliquam falſitatem not.Innocen.in ca.fraternitatis.de hære.& iſtam etiam diſtinctionem ſequuntur Sal.in alleg.l.ij.& Abb. Sicu.in alleg.ca.cum inter.de re iudi.tenet Rapha. Cu.conſi. vij.vj.colum.& conſi.cij.in ij colum. Bartol.in d.l.in hoc iudicio.& in l.etiam alleg. Adde hîc ea quæ poſui ſuprà q.clxxviij. ccviij. & ccix.

1 ADDITIO. Eam quantitatem. An autem iudex poſt latam ſententiam poſſit ferre aliam,vel addere,vel minuere,vide Alex.in conſi.xc.per totum,& conſi.cxlij.per totū,in iij.vol.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtituens filium ſuum hæredem, caſu quo moriatur, ſubſtituit pauperes, an dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria.*

2 *Subſtitutio facta per verba obliqua an ſit fideicommiſſaria.*

3 *Verbum, detur, an ſit obliquum.*

QVAESTIO CCXVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si teſtator † inſtituit filium ſuum hæredem,& caſu quo moriatur ſine liberis,bona ſua dentur pauperibus. An dicta ſubſtitutio ſit directa, vel fideicommiſſaria, vel obliqua? Concluſum fuit quòd fideicommiſſaria, ita tenet Bartol.in l.centurio.ff.de vulga.ſubſt.& per l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.eo.tit. Item quia per verbum detur ſit ſubſtitutio obliqua, & legatum obliquum per l.fundi Trebatiani,ff.de vſufru.leg. a 1

a Bald.Angel.& Ioan.& Imol. Idem tenent Angel.in §.fina. inſtitu.de pupil ſubſti. Bald.& Salic.in l.precibus.C.de impube.& aliis ſubſtis. Ange.in tractatu de talia.in gloſ.& ſi omnes eius filij. Pau.de Caſt.conſi.cxcix.in ij.col. Raphae.Cu.conſi.

cxxx Secus ſi dediſſet executores, nam tunc hæredes eruot
directi, per ea. cum tibi. de teſta. cum ibidem not. per Innoc. &
doct. vt tenet Bar. vbi ſuprà. Idem Pau. de Caſt Ang. vbi ſuprà.
veruntamen Ioan. de Imol. & Salic. vbi ſuprà. & Baldus d. l.
precibus. tenent quòd hoc ſecundo caſu, videlicet quando
dedit executores per quos diſtribuantur vel dentur. non poſ-
ſit eſſe directa propter regulam quæ habet quòd ſubſtitutio
2 † facta per verba obliqua eſt fideicommiſſaria. Et certum eſt
3 quòd verbum † detur eſt verbum obliquum: quia ſonat quòd
de manu alterius accipiat. vt d. l. fundi Trebatiani. ff. de vſu-
fruct. legatio. & reſpondet dictus Ioan. de Imol. in d. l. Centu-
rio. in verſic. ſi autem eſt facta per verba obliqua. & Ange. vbi
ſuprà. & Bald. in d. l. de precibus. j. verſic. ſequens quæſtio eſt
quotidiana. & Salic. in eadem l. verſic. Quæro nunc ad extra
ad motiua Bartol. per ipſum poſita in d. l. Centurio. Angel. in
prædicto tractatu de teſta. gloſ. præallega. dicit quòd conſide-
rata mente teſtatoris, opinio Ioan. de Imo. eſt verior. ſed quòd
de ſubtilitate iuris dicta opinio Bartoli eſt verior per ſuas ra-
tiones: ſed idem Angelus in allegato §. fina. inſtitu. de pupil.
ſubſtitutio. dicit quòd licet de ſubtilitate iuris dictæ opinio
Bald. Salice. per Ioannem de Imol. ſit tollerata: tamen in actu
practico in conſulendo & iudicando ſeruaretur opinio Barto.
& ideo dicit illam mente tenendam.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dans dotem non præfertur creditoribus ex-*
preſſam hypothecam habentibus, & anterioribus.
2 *Secus tamen ſi dos fuerit verè data, nam in dote cō-*
feſſata ſolum præferuntur creditores.
3 *Creditoribus tamen incumbit onus probandi dotem*
non eſſe numeratam.
4 *Mulier dans dotem ſiue fictè, ſiue verè, ante con-*
tractum matrimonium, & ſit renuntiatum exce-
ptioni non numeratæ dotis, præfertur omnibus cre-
ditoribus.
5 *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure, & nume. 6.*

QVAESTIO CCXVIII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An mulier † dans do-
1 tem præferatur omnibus creditoribus expreſſam hy-
pothecam habentibus, & anterioribus: Concluſum
fuit quòd non, ſequendo opinio. gloſ. in l. aſsiduis.
C. qui po. in pigno. habe. Contra id quod glo. tenent
Innoc. & Bart. in c. ex literis. de pigno. & Hoſtien. in
ſumma. eod. tit. in §. qualiter. verſi. & no.

a Idem quòd dicta gloſſa, tenent vltra prædictos Ioannes
Fabri, Bartolus, Baldus, Iacobus Butrigar. Angel. & Salicetus
in dicta l. aſsiduis. Dynus, Ioannes Fabri, & Angelus Aretinus
in §. fuerat. inſtitu. de actio. Ioan. Pet. de Ferra in titu de li-
bello, cùm vxor agit ad dotem, in j gloſ. vbi enumerat privi-
legia dotis: Sicu. & Barb. in allega. ca. ex literis. licet contra di-
ctam opinionem teneant Mar. Iacob. de Aret. Petr. de Bella
perti. Guido de Suza. Cyn. in præallega. l. aſsiduis. & Franciſc.
de Zabar. in allega. ca. ex literis. tamen Barto. Angel. Bald. Salic.
Ioan. Fabr. Sicu. & Barba. vbi dicunt quòd conſuetudo eſt pro
opinione gloſſ. & malum eſſe ſententiare contra eam. argu. in
l. minimè ff. de legi. Adde quòd iſta opinio procedit quando
dos realiter fuit data & numerata iuxta gloſſ. & in l. ſi ex cau-
a tione. C. de non numerata pecun. Iſte eſt tex. in l. aſsiduis. &
gloſſ. in verbo dare. Quid autem ſi dos tantummodo confeſ-
ſata: vt quia vir conſtante matrimonio confitetur per publica
inſtrumenta ſe habuiſſe & recepiſſe pro vxore ſua mulie. ad do-
tem, quis præfertur, an dicta mulier virtute dotis confeſſa-
tæ, vel alij creditores in bonis mariti. gloſſ. ſuper dicto verbo
2 dare determinat † quòd mulier habeat ius prælationis alijs
creditoribus in dote verè data, non in dote confeſſata: ſed
Barto. in d. l. aſsiduis, dicit quòd communiter obſeruatur con-
trarium, vt intelligamus quòd idem ſit in dote confeſſata
quòd in numerata, dummodo renuntiatum ſit exceptioni
non numeratæ dotis, vel lapſum ſit tempus ad opponendum
dictam exceptionem, iuxta l. ſi eam. authen. ibi poſita. C. de
dote cau. Sed Angel. quem ſequuntur Raphael. & Ioan. de
Imo. in l. j. ff. ſol. matri. & An. Are. in alle. §. fuerat concordan-
do opin. dictæ gloſ. quam ſequuntur Bald. in rep. cum aliquis.
C. de iur. delibe. vt refert Franc. in alleg. cap. ex literis. & ipſe
etiam tenet. Ioan. Andr. in addit. Spec. in ti. de dona. inter vir.
& vxo. § j. verſic. ſciendum. & Barba. in alleg. cap. ex literis. Et
opinionem Bar. in alleg. l. aſsiduis. dicunt quòd gloſ. in d. l. 1
aſsiduis, indiſtinctè procedit, quando mulier concurrit cum
alijs creditoribus, probantibus actualem & veram numera-
tionem, tunc mulier quæ non habet niſi fictam ex confeſſio-
ne & ex renuntiatione exceptionis non numeratæ pecuniæ,
vel ex lapſu temporis ad opponendum: & per conſequens
tantummodo fictam numerationem, iuxta not. in d. l. ſi ex
cautione, ipſa mulier non præfertur: imo alij creditores præ-
feruntur mulieri. Secus † ſi alij creditores non probarēt etiam 3
veram numerationem: quia tunc mulier præferetur, & iſto
caſu procedat dictum Bart. in d. l. aſsiduis. quoniam iſto caſu
& mulier & alij creditores pariter. & tantummodo nitantur
ex confeſſione mariti, præferetur mulier, quæ eſt magis fauo-
rabilis. Sed quando mulier habet confeſſionem tantummo-
do, & ſic tacitam donationem, vel ſaltem fictam numeratio-
nem, & creditores nitantur ex vera ſolutione, & habeant cau-
ſam oneroſam, & ſic tractent de damno vitando, ſunt credi-
tores præferendi. arg. l. fin. §. licentia. C. de iure delib. & iſtam
opin. etiam ſequitur Bald. in d. l. aſsiduis. Et prædicta proce-
dunt ſecundum Angel. Aret. in d. § fuerat. quando conſtante
matrimonio fuit facta. Nam † ſi facta fuiſſet ante contractum 4
matrimonium, & tunc ſiue renuntiatum ſit exceptioni non
numeratæ dotis, ſiue tempora trāſacta ſint ad opponendum.
iuxta d. l. fin. C. de dote cau. cum authen. ibidem poſita, tunc
præiudicat omnibus creditoribus, & habetur pro vera nume-
ratione. ita reſpondeo, intelligas gl. & Bart. in d. l. j. C. de do.
cau. & quod not. Barto. in d. l. aſsiduis, vide infrà. q. cccxl. & in
addi. & ad primam partem noſtræ quæſtionis redeundo. Con-
clude poſt Salic. in d. l. aſsiduis. & Ang. in d §. fuerat. quòd aut
vterque, tam mulier, quàm alter expreſſam habet hypothecā,
& tunc qui † prior eſt tempore, potior eſt iure. Aut vterque 5
tacitam: & tunc mulier præfertur etiam ſi ſit poſterior tem-
pore, & in hoc eſt priuilegiatior fiſco, qui ſi ſit poſterior, non
præfertur: vt l. ſi filius. ff. qui potio. in pign. hab. & gloſ. in d. l.
aſsiduis. ſed ſi fiſcus habens tacitam concurrat cum muliere
habente etiam tacitam, præfertur fiſcus habens anteriorem:
ſecus ſi poſteriorem. vt eſt tex. & ibi not. per gloſ. & doct. in l.
ij. C. de priuileg. fiſci. aut vnus expreſſam, & alter tacitam. &
tunc ſi mulier habet expreſſam, ipſa præfertur habenti taci-
tam. licet tacita ſit prior tempore, ſi autem econtrà, ille ha-
bet expreſſam, & mulier tacitam. tunc ſecundum opi. glo. quæ
de conſuetudine ſeruatur, & vbique practicatur: qui prior eſt 6
tempore, potior eſt iure.

a ADDITIO. l. aſsiduis. Adde hic Bald. in nouel. in tract.
ſuo de dotibus. x. parte. charta cxxiij.

QVAESTIO CCXIX.

ITEM fuit quæſitum,[a] qua pœna puniatur a
presbyter malè cuſtodiens hoſtiā cōſecratam? vide
in c. ſi per negligentiam. cum ſeq. & c. qui bene. de
conſec. diſt. ij. & in c. j. de cuſto. eucha. & ibi Innoc.

a Innoc. ibidem non dicit. ſed dic ſi ſacerdos eucharistiam
vel chriſma minus cautè dimiſerit, quamuis nihil nephariūm
inde contingat, tribus menſibus ſuſpendi debet. Sed ſi quid
nephandum inde contigerit; grauiori ad arbitrium iudicis
ſubiacebit vltioni. vt in d. cap. j. Si quis autem per ebrietatem
vel voracitatem eucharistiam euomit, xl. diebus pœniteat, ſi
laicus ſit. Nam ſi clericus, monachus, diaconus, vel presby-
ter, lx. diebus: epiſcopus xc. ſi per infirmitatem hoc contige-
rit, ſeptem diebus pœniteat. de conſec. diſt. ij. ſi quis per ebrie-
tatem. hæc Hoſtien. in ſum. de cuſto. eucha. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens matrimonium cum ea quam primò vio-*
lauit, non eſt bigamus.
2 *Natus ex ſoluto & ſoluta legitimatur per ſubſe-*
quens matrimonium.
3 *Iura requirentia virginitatem tempore contra-*
ctus, reſpiciunt ad hoc vt non dicatur per alium
corrupta.

QVAESTIO CCXX. a

ITEM fuit quæſitum.[a] An † ille qui matrimo- 1
nium

nium contraxit cum ea quam primò violauit, ſit bi-
gamus? per regales allegatum fuit quòd ſic per ca.
vnicum. de cle. coniu. lib. vj. propter verba quæ ibi-
dem ponnntur, cum vnicis & virginibus. Sed iſta
non eſt virgo, ergo &c. Iſtam partem tenet Collect.
in c. debitum. de biga. cum ibidem alleg. in glo. Ioan.
& Hoſtien. in c. ſanè. el j. de cle. coniug. Contrarium
tenet gloſ. in d. ca. debitum. & c. ſanè. & c. vnico. & in
ca. qualis, xxx. q. v. Non fuit deciſum, quia procura-
tor regins renuntiauit vendicationi, ſiue iudicio, &
ſententia ſubſecuta. Tamen vltima opinio aliâs fuit
ſeruata in capella.

a Latius idem Hoſtien. in ſum. tit. de biga. verſi. vj. quæritur.
Hanc etiam partem, ſcilicet quòd non ſit bigamus, tenere vi-
detur gloſ. in ca. innotuit. de cleri. ſuper verb. coniugata, dum
2 innuit notabiliter † quòd natus ex ſoluto & ſoluta legitima-
tur per ſequens matrimonium, licet mulier non eſſet concu-
bina, ſed ex furtiuo acceſſu genuerit filium. idem tenet Sicu. in
alleg. ca. debitum. melius & clarius in c. ſanè alleg. adducit ca.
tanta. qui filij ſint legi. vbi in fauorem matrimonij fingitur à
principio matrimonium fuiſſe contractum. & ſic eſt confor-
mitas & vnitas inter iſtos. & multum mouet eum quòd hæc
irregularitas ſit de iure poſitiuo, quod not. in cap. ij. de biga-
mis. ideo cùm ſit odioſa, & contrahatur ſine delicto, debet
fieri ſtricta interpretatio: not. Innoc. in cap. ad audientiam. de
3 homi. iura † ergo quæ requirunt virginitatem tempore con-
tractus habuerunt reſpectum ad effectum vt non dicatur cor-
rupta per alium, vnde hæc opinio ſecundum eundem Sicu. eſt
æquior. & attendenda eſt loci conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio quando non currat, & nume. 3.*
2 *Iuramentum perpetuat actionem.*

QVAESTIO CCXXI.

a ITEM fuit quæſitum. a Si Titius iurauit † dare
1 centum Martino, an dictus Titius poſsit præſcri-
bere contra Martinum ſpacio xxx. annorum? Con-
cluſum fuit quòd non, ratione iuramenti. Sed bene
hæres eius, dummodo præſcriptio incipiat à die
mortis ipſius Titij, quia hæres ſolùm eſt obligatus
ad dandum &c. alleg. not. Ioan. And. in c. ſi diligenti,
de præſcrip. & ibi habetur text. quòd ſucceſſor poſ-
ſit præſcribere iuramento.

a Quòd iuramentum impediat hoc idem tenent Hoſtien.
in ſumma. de præſcrip. §. quæ res. & Sicu. in ca. fin. de præſcrip.
vij col. Adde hic quæ poſui tangendo præſcriptionem actio-
num perſonalium ſuprà quæſtio. lxxiiij. Adde inſuper quòd ſi
debitor promiſit nunquam contrauenire vel habere perpe-
tuò rata & firma vel ſoluere quandocunque, non concurret
præſcriptio ſecundum Bald. & Angel. in l. quòd ſi nolit. §. ſi
quis ita. ff. de ædi. edic. Barto. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & in
l. ſicut in annos. ff. quib. mod. vſu. ami. Bald. in l. ij. C. vt in poſ.
leg. Ange. in l. j ff. de vſucap. Bald. in l. j C. ſolu. matri. & in l. ſi.
C. de tempo. appella. Idem quando contractus eſt iuratus à
2 creditore ad declinationem debitoris: quia † iuramentum
perpetuat actionem. Barto & Angel. in l. nam & poſtea. §. ſi is
qui pro temporali. de iureiur. & ibi Angel. dicit verum etiam
de præſcriptione ſtatuti. Adde quòd licet in multis caſibus
quis repellatur ab agendo vel excipiendo propter præſcri-
ptionem legalem vel ſtatutariam, tamen præſcriptioni renun-
tiare non poteſt. vt not. in l. j ff. de vſuca. & in l. nemo poteſt.
ff. de lega j. Sed eſt cautela ſecundum Barthol. Cepol. in cau-
tela. xviij. & xix. ad finem, quòd præſcriptio non poſſit obeſſe,
agatur & conueniatur in inſtrumentis quòd finita præſcri-
ptione iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi quo-
ties præſcriptio completa fuerit, vt probatur notabiliter in
d. l. ſicut in annos. in princip. ibi dicatur quoties quis &c. & ita
dicit not. Bartol. in d. l. nemo poteſt. in penulti. colum. verſic.
quarto ſtatutum quod præſcribatur. vbi dicit quòd licet ſta-
tuto quo cauetur quòd debitum decennio præſcribatur non
poſſet renuntiari, tamen remedium eſt quòd agatur & con-
ueniatur quòd finita dicta præſcriptione decem annorum ite-
rum deberi incipiat per d. l. ſicut in annos. in princi. Et ita no.
Bald. in d. l. ij. C. vt in poſſeſ. lega. vbi etiam idem dicit in lega-
to. & quoties præſcriptum fuerit toties lego per d. l. ſicut in
annos. idem not. Flor. in ſim. vſusfructus alterius anni. ff. quib.
mod. vſusfruct. amitt. pro hoc vide quod no. Ang. in l. centeſi-
mus. in ſi. princi. ff. de verbo. obliga. quod no. Barto. & docto.
in l. j. ff. de vſu. Et quod ſupradictum eſt † non nocere præſcri- 3
ptionem vbi debitor in inſtrumento promittit ſoluere quan-
docunque creditori viſum fuerit, quòd poſſit conueniri quan-
docunq; creditor voluerit. vt de hoc eſt caſus ſecundum Ang.
in iij. no in d. l. quòd ſi nolit. §. ſi quid. & facit quod not. in l.
item illa. §. quod dicitur. ff. de conſtit. pecu. intellige ſecundum
Barth. Cepol. cautela lxxviij in qualibet præſcriptione indu-
cta in defectum promiſſionis hominis cui poſſet renuntiari.
Secus in præſcriptione inducta mero odio negligentis: quia
non poteſt illi renuntiari ſecundum Angel. in d. §. ſi quid. de
quo per Barto. & docto. in d. l. nemo poteſt. per Bald. in l. item
illa. ff. de conſtitu. pecu. & per Bartol. & docto. in d. l j. ff. de
vſuris. per Sicu. ſuper rubrica 1, de præſcri. per Ioan. And. eo. 1
titu. in additione Specu.

1 Auditio. Super rubri. Adde Felin. ibidem in vj. col.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus fungitur vice delegantis.*
2 *Conſenſus priuatorum non poteſt eum facere iudi-*
cem, qui nulli iuriſdictioni praeſt.

QVAESTIO CCXXII.

ITEM data eſt mihi poteſtas & licentia per epi- a
ſcopum meum, vel rectorem, quòd poſsim mihi eli-
gere idoneum confeſſorem: an poſsim confiteri ali-
cui presbytero curam animarum non habẽti? Con-
cluſum fuit quòd non, prout tenet not. gloſ. in cap.
omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & re. Et idem
Archi. in ca. perlectis. xxv. diſt. quod recitat Collect.
in d. c. omnis. idem glo. in clemen. religio. de priuileg.
ſuper verbo, ſpeciali. in cle. quanuis Collect. videa-
tur ſentire contrarium in d. ca. omnis. ſuper verbo,
proprium. quæſtione xij.

a Paulus in alleg. clemen. diſtinguit: quia aut ſacerdos pro-
prius committit extraneo ſacerdoti vt audiat confeſſionem
ſubditi ſui, & tunc non eſt lis an habeat curam vel non: quia
hoc non facit iure proprio: ſed tanquam delegatus: & ſic ge-
rit vices proprij ſacerdotis: quia † delegatus fungitur vice de- 1
legantis. c. ſanè. el j. de offic. deleg. l. j. ff. de offic. eius cui man.
eſt iuriſdi. Aut proprius ſacerdos dat licentiam parochiano
ſuo vt poſſit eligere confeſſorem. Et tunc procedant dictæ
gloſſ. ſecundum eum, quia tunc dictus eligendus per paro-
chianum cùm non ſit delegatus proprij ſacerdotis, oportet
quòd per viam prorogationis parochianus ſe illi ſubijciat.
ſed cùm ille non habeat per ſecuram non poteſt fieri proro-
gatio: quia † conſenſus priuatorum non poteſt eum facere 2
iudicem qui nulli iuriſdictioni præeſt: text. in c. ſignificaſti. de
foro competen. & in l. priuatorum. C. de iuriſdi. omn. iudic. ita
tenet Sicu. in allega. ca. omnis. & ita Ioan. de Imol. & Franciſ.
de Zaba. & docto. communiter pertranſeunt in allega. clem. j.
de priuileg. Sed Hoſtien. in ſumma. de pœn. & remiſſ. in §. igi-
tur qui, tenet contrarium, quòd ex quo ſacerdos habet pote-
ſtatem clauium, hanc poteſtatem ligandi & ſoluendi recepit
in ſua ordinatione. vt in §. ecce ſufficienter, iuncto cap. ex au-
thoritate. xvj. quæſt. j. Exercitium autem non habet ex defectu
ſubditorum vnde ex quo legitimè aliquis ſe poteſt illi ſubij-
cere, poteſt ſuam in illum poteſtatẽ exercere. Et hoc nouiſſi-
mè placuit Siculo in allega. clemen. j. de priuileg. Nam iura in
contrarium allegata loquuntur in non habente prorſus iuriſ-
dictionem: ſecus autem in eo qui habet eam in habitu, nec
exercitium eſt interdictum niſi ſubiectorum defectu. Ad hoc
adducit quod notatur & legitur in l. j. ff. de iudicis. vbi patet
quòd iſtorum iuriſdictio non habentium actu ſubditos poteſt
per alios prorogari. Iſtud idem ſequitur Angelus de Clauaſio in
ſumma. §. confeſſio tertiò. verſiculo quarto. & iſta opinio
communiter ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in cauſa appellationis in expenſis*
condemnandus.

2 *Si victor habuerit legitimam ac probabilem cau-*
ſam litigandi ſuper principali.
3 *Obtinens in prima, & ſuccũbens in ſecũda, propter*
nouas probationes allegatas per aduerſariũ, condem-
natur in expenſis tam primæ inſtantiæ quàm ſecũdæ.
4 *Cauſa probabilis quænam dicatur.*
5 *Temerè ac calumnioſè litigantes in expenſis con-*
demnandi.
6 *Compenſatio expenſarum hinc inde quando fienda.*

QVAESTIO CCXXIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An ille qui obtinuit in
prima inſtantia, ſi ſuccumbat in ſecunda an debeat
1 condemnari 1 in omnibus expenſis tam cauſæ prin-
cipalis, quam appellationis? Concluſum fuit quòd
ſic: ita tenet Cyn. in l. generaliter, circa fin. C. de iu-
reiur. & per Barto. in l. properandum. §. ſi autem. C.
de iudi. & in allega. l. generaliter. de hoc etiam ij. q. j.
2 in primis 2, & ij. q. vj. omnino. ita ſeruatur in capella.
vide ſuprà plenè. & per Collect. in c. finem. de dolo
& contu. q. xvj. & ibi Innoc. de hoc per Ioan. And. in
regula, iuris ignorantia. de reg. iur. lib. vj.

a Hanc concluſionem aliquo tempore indiſtinctè ſeruari
vidi in curia archiepiſcopali: donec per ea quæ infrà dicentur
allegaui eam non eſſe ita indeterminatè intelligendam. Id-
circo aduerte quia gloſſa in d. l. generaliter, vult quòd quan-
do vnus vincit principaliter in cauſa appellationis: tunc alter
alteri non condemnatur in expenſis, ſed abſoluitur, quia qui-
3 libet habuit iuſtam cauſam 3 litigandi. cum huiuſmodi gloſſ.
concor. Ioan. Mo. in c. cordi. de appella. lib. vj. Bald. in alleg. l.
generaliter. & in additione Spec. de inſtru. edi. ver. an in cauſa
appellationis. Specu. in titu. de expen. §. nunc videndum. ver.
quid de appellatione. & ita conſueuit obſeruari in curia parla-
menti, ſecundum gloſſ. in alleg. c. omnino. ij. q. vj. & allega. ca.
5 finem. tenent quòd † victus in cauſa appellationis tenetur ad
omnes ſumptus vtriuſque cauſæ, & hoc per regulam quæ vult,
quò 1 victus victori condemnetur in expenſis, & hanc ſequi-
tur præfata noſtra deciſio. Sed pro concordia huiuſmodi tu
diſtingue quòd aut victus qui obtinuerat in prima inſtantia
ſuccubuit ex nouis actis, aut ex antiquis: ſi ex nouis, tunc ex-
cuſatur à condemnatione expenſarum, ſic procedat prima
2 opinio, quod † intellige quando habebat probabilem cauſam
litigandi ſuper principali, & habuit ſentẽtiam pro ſe, hic enim
tunc non cadit error iuris ſed facti: hoc communiter tenetur
& practicatur vt not. gloſ. in d. regula, iuris ignorantia. Innoc.
Hoſtien. Anto. & Sicu. in alleg. c. finem. Præpoſi. in c. ſæpe. de
appella. Barto. Bald. & Salic. in allega. l. generaliter. Raphael.
& Ange. Aret. in l. fi. ff. de re iudi. idem Ange. in l. negotiorum.
ff. de appella. idem Ang. inſtit. de pœna teme. liti. §. hæc autem
omnia. verſi. Quæro vnus obtinuit. Rota deciſ. cclv. Si tamen
3 † huiuſmodi nouæ probationes eſſent factæ ſuper his quæ
vera eſſe conſtabant aduerſario, qui obtinuerat in prima, tunc
procederet deciſio noſtræ quæſtionis. apparet enim quòd
tunc iuſtam cauſam litigandi non habuit, nec ſententia præbet
ſibi iuſtam cauſam quam ſciebat in ſe fore iniuſtam, vel ad in-
iuſtam reduci poſſe. ita Salic. Anto. & Sicu. vbi ſuprà. Aut ſuc-
cubuit ex antiquis actis. Et tunc licet aliqui voluerint tenere
& ita ſeruet Curia Parlamenti, quòd appellatus non veniat
condemnandus in expenſis, quia habet præſumptionem ſen-
tentiæ pro ſe, cuius occaſione excuſatur, ſi proſequitur appel
lationem ſuſtinendo ſententiam. Sed communiter tenetur
contrarium per ſupradictos vbi ſuprà: quia ſola præſumptio
ſententiæ non habet eum excuſare, cùm illa ſeu eius effectus
fuerit ſublatus per appellationem ſubſequentem: vt l. j. ff. ad
Turp. c. veniens. de iureiu. & hoc tenent Pet. Cyn. Bart. & Sal.
in alleg. l. generaliter. & ſentit glo. in alleg. regula, ignorantia.
& doct. in d. c. fi. Rota vbi ſuprà, Præpoſi. in alleg. c. ſæpe. Ang.
Aret. vbi ſuprà, & Præpoſi. Nam hic cadit ignorantia iuris, ex
quo acta erant ſibi manifeſta: debuit enim ex illis colligere
iuſtitiam vel iniuſtitiam ſententiæ, & hoc verum ſecundum
Anto. niſi alia iuſta & probabilis cauſa eum excuſet, vt quia
error in iure erat probabilis, quia caſus erat ſatis dubius &
non deciſus per glo. vel doct. Vel erant opi. doc. variæ, & non
apparebat de cõmuni opi. ſeu erat dubium ſuper intellectum
Legis difficilis & multipliciter intelligibilis, & hoc placet Sic.
in allega. ca. fi. hoc enim caſu ceſſat commune fundamentum
doc. cùm nõ reperiatur nunc appellatus in errore iuris impro
babili. ſed probabili, & qui habet quem excuſare etiã in cauſa
principali: vt in l. regula. ff. de iur. & fa. ign. fortius debet excu-
ſare appellatum, quia vltra probabilẽ errorem habuit ſenten-
tiã pro ſe. Plus dicit Sicu. vbi ſuprà, quod etiã ſingularis opi. cõtra
communẽ quandoq; habet excuſare: vt ſi illa ſingularis opin.
eſt probabilis, & iudex qui eam ſecutus eſt, erat magnæ repu-
tationis. pro hoc fa. quod no. Io. And. in c. j. de conſti. maximè
quando habeset ſententiã pro ſe., & per prædicta poteſt con-
cludi quid in appellatione ab interlocutoria. Nam ex omni-
bus prædictis poteſt dici cõdemnationem expenſarũ regula-
riter fiendam, tam in principali, quàm in cauſa appellationis,
niſi probabilis cauſa in facto vel in iure conſiſtens, excuſet li-
tigantem, quod iudex boni ingenij ſuo arbitrio æſtimabit. ita
dicit Sicul. vbi ſuprà, & Bald. in alleg. l. generaliter. Et hoc vl-
timum ſufficeret in tota materia ſecundum eundem Sicu. ſi ibi
bene ponderetur. omnia enim prædicta conſiderantur, an li-
tigans habuerit probabilem cauſam litigandi. Si autem ſen-
tentia fuerit lata contra appellantem ex antiquis actis, con-
demnabitur in expenſis, quia non ſolùm non habet præſum-
ptionem pro ſe, cùm habeat contra ſe: quia reportauit ſenten
tiam contra ſe in prima inſtantia, & hoc volunt communiter
doct. in d. c. fi. & gl. in d. reg. iuris ignorantia. Hoc limita verũ,
niſi probabilis cauſa excuſaret appellantem, vt quia habebat
pro ſe opinionem cõmunem, quæ non erat euidẽter iniuſta:
vel ſicut ſupradictũ eſt, dubium erat circa intellectũ legis mul
tipliciter intelligibilis, & doct. erant varij: vnde licet vnus iu-
dex iudicaſſet contra eũ, non tamen ſtatim debebat quieſcere
attenta tãta dubitatione, & ſic in ſimili arg. l. regula. de iur. &
fac. ign. alle. & in c. j. in fi. de ele. lib. vj. pro hoc eſt tex. cum gl.
no. in c. ſacro, de ſen. excom. & quod not. per doct. in c. vt debi
tus. de app. ſuper gl. fi. Et quando † hæc cauſa debeat dici pro- 4
babilis, relinquẽdum eſt arbitrio iudicis. arg. in c. de cauſis. de
offi. dele. & in l. j. ff. de reb. dub. Et ex hoc infertur idem dicen
dũ in appellatione ab interlocutoria: iudicatur enim in ea ſo-
lùm ex antiquis actis. in cle. appellanti. de appel. Si verò appel
lans reportauit contrariam ſententiã ex nouiter deductis per
appellatum, & tunc videtur quod debeat euitare condemnatio-
nem expenſarum, cùm iuſtè appellauerit, & obtinuiſſet, niſi
fuiſſent probationes de nouo factæ. Quod Sicu. verum putat,
niſi habuiſſet iniuſtam cauſam litigãdo ſuper toto: vt ecce, pe-
rebam à te x. cauſa mutui. quæ verè tibi numerauerã, negaſti.
Induxi teſtes qui plenè nõ probauerunt mutuũ: iudex tamen
illorum dictũ ſequendo, condemnauit te, appellaſti, quia iu-
dex ſecutus fuerat probationes minus plenas, ego in cauſa ap
pellationis produxi inſtrumentũ debiti, & ſic iudex propter
hoc inſtrumentũ confirmat ſententiã: certè non video quare
non te debeat condemnare in expenſis, tam primæ, quàm ſe-
cundæ inſtantiarum, cùm temerè & calumnioſè litigaueris.
habent enim hic locum iura † dicentia temerè & calumnioſè 5
litigantes, in expenſis condemnandos. non enim defendere
ſe debebat ſi ſciebat iniuſtam cauſam fouere, ſecundum Sicul.
vbi ſuprà. Sed quid ſi appellans pro parte obtinuit, & pro par-
te ſuccubuit? Inn. & Io. Andr. poſt eum in alleg. c. fi. diſtinguit.
Aut † ſunt plures articuli, in quorum altero obtinuit, & in al- 6
tero ſuccubuit, & tunc fiet hinc inde cõdemnatio expẽſarum,
debuit enim ſolũ ab iniuſto appellare. Si verò erat vnus ſolus
articulus, tunc diſtinguere nũ tenebatur. fit enim compenſa-
tio expenſarum, ex quo in parte obtinet 4. Et idem in prima 4
inſtantia, vt ſi in parte obtinuit, & in parte non. fiet compen-
ſatio hinc inde, vt ipſe Sicu. tenet vbi ſuprà. niſi reus iuſtè liti-
gauerit ſuper toto: iuxta not. per Bart. in l. qui ſolidũ. §. etiam.
ff. de leg. ij. de quo per Ang. Are. in d. §. hæc ante omnia. verſi.
Quid ſi vnus. inſti. de pœna teme. litig. longior fuit, quàm de-
ceret: ſed quia hæc omnia in facto iudicibus ſemper occurrũt,
calamum protrahere non dubitaui.

1 ADDITIO. Condemnari. Adda hic Iaſ. in alleg. l. prope-
randum. §. ſi autem alterutra. vbi latiſſimè tractat huiuſmodi
materiam expenſarum.

2 In primis. vbi glo. ſuper ver. expendiſſe. in fi. tenet quòd in
cauſa appellationis ſuccumbens indiſtinctè condemnatur, &
alleg. cap. omnino. ij. q. vj.

3 Iuſtam cauſam. Quis dicitur habere iuſtam cauſam liti-
gandi, vide latiſſimè per Iaſ. in alleg. §. ſi autem alterutra. iiij.
colum. & ſequen.

4 Obtinet. in hoc & ſentit do. Alexand. in conſil. liiij. in fine.
in quinto volum.

QVAESTIO CCXXIIII.

a ITEM fuit quæſitũ. [a] Si iudex appellationis 1 de-
1 bet

bet dicere in ſententia cauſæ appellationis, cõdemno, vel abſoluo: vel ſufficit dicere & pronũtiare ſententiam ptimam iuſtam vel iniuſtam? Concluſum fuit quòd ſufficit dicere & pronuntiare ſententiam primam iuſtam, vel iniuſtam. ita tenet gl. Cy. & Butt.
a in l.eos. C. de appellatio. circa prin. quia tacitè ſic dicendo videtur dicere, abſoluo, vel condemno.

a Adde Cal. idem teneutem iu c. ſignificaueront. de exce. & iu c. Raynal. de teſta. Idem Bar. & Salic. in alleg. l. eos. etiamſi ſeuteutia ſuiſſet abſolutoria, quia ſufficit quòd iu ea ſit verbum coodemno, vel abſoluo. aut aliud ęquipulleus: vt l. j. ff. de re iud. & l. iu ſumma. eo. tit. & enipſo, quòd ſenteutiam abſolutoriam prouuutiauit iniuſtam. Idem eſt ac ſi reũ pruuuntiaſſet cuudemnandum. & eum cundẽuaret: declarat euim ipſum eſſe debiturem, alle. l. ſi prætor. in prin. ff. de iudi. cũ ſimi. iu d. l. eus. vbi dicitur quòd iu omui ſententia ſufficit iudicem appellatiunis pruuuntiare ptimam ſententiam iuſtam vel iniuſtam. Bal. tameu in d. l. aliter dicit. & Antu in c. cum cauſa. de re iudi. Propterea cautius eſt adiicere verbum cũdemno vel abſoluo. & hue ſentit gl. in d. l. eos. dũ dicit conſultiùs tameu facies, &c. idem Bar. ibidem, & Sicu. in alle. c. cum cauſa. vbi dat vnam limitatiouem, ſine qua communis upiniu videtur eſſe falſa, vt procedat quando ex confirmatione vel infirmatioue ſententiæ ſimpliciter facta. reſultat ſaltem tacitè unue id, quud debebat facere primus iudex: vbi autem boc uuu reſultares, tunc teuetur iudex primam ſentẽtiam reformare. pouit exemplum primi: Poue quòd actor petebat ſibi dumum adiudicari, reus verò uihil petebat, ſed ſimpliciter contradicebat petitis per acturem: ſi iudex adiudicauit dumum actori, & ab bac ſenteucia fuit beue appellatum, ſatis eſt iudici appellatiunis pruuuntiare beue appellatum, quia tacitè reum abſoluit. Vel puue econtrà, quandu actor petebat ſibi rem adiudicari, & iudex malè abſuluit reum, ſatis eſt iudici appellationis reuocare ſenteutiam: quia tacitè illum cuudemnat hoc & ſimilibus caſibus prucedit illa commuuis upi. du ct. quia parti eſt ſufficieuter ſatisfactum. Secus autem quando nuu eſſet in tutum parti ſatiſfactum. Exemplum, actur petüt ſibi rem adiudicari, reus coutradicebat, & petebat ſe declarari dominum, & rem ſibi adiudicari. ſi iudex iniuſtè adiudicauit rem acturi, cùm deberet pruuuntiare pru reo, quia ipſe prubauerat ſe dumiuum & nuo actor, nuu ſufficis iudicem appellatiunis pruuuutiare beue appellatum ſeu retractare ſeuteuſiam illam, quia licet ex illa generali prunũtiatiune videatur reum abſoluere, uuu tamen declarat ipſum eſſe dumiuum prout petebat. uam illa ſenteucia infirmatoria bene puteſt habere effectum ſuum, ſcilicet abſulutorium, & poteſt eſſe abſulutio abſque eu quòd res adiudicetur reu: quia uuo probat boc eſſe quòd ab hoc cousingit abeſſe: vt l. neque uatales. C. de prubatio. c. ij. de tranſla. ergu debet ſupplere & adiudicare, vtputa, reuucamus ſalem ſententiam, & rem couſeutiuſam seu adiudicamus: quia probauit ſe domiuum, iſte eſt pruprius caſus in allega. c. cum cauſa. ſecuudum Sicul. ibidem idem dicit quaudu ſeutentia nuu eſt ex tuto iniuſta, ſed indiget aliqua reformatioue: vtputa, adiudicauit acturi iudex rem in tutum, vbi debebat ſulùm adiudicare pro parte: vel coudemnauit reum in mille, vbi ſolùm eum debebat cuudemnare in centum: certè uoo eſſet ſatiſfactum ſi iudex appellationis ſimpliciter prouuutiaret bene fuiſſe appellatum: quia ex hoc retractares totam primam ſeotentiam, quod noo eſt fiendum, cùm debeat facere totum illud quod primus iudex facere debebat tanquam iu illius locum ſubrogatus: ſed debet illam reformare diſtingueudo, & pro parte adiudicando ſicut primus facere debuiſſet. de boc eſt tex. rotuodus in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de teſta. Et ſic coucludit idem Sicu. in alleg. c. cum cauſa. Bar. minus bene dixiſſe in prælleg. l. eos. quòd quæcuuque ſententia præceſſe-
a ris, ſufficit iudicem 2 appellationis pronuutiare primam ſenteutiam iuſtam, vel ioiuſtam. hoc enim uou eſt verum indiſtinctè, vt patet ex præmiſſis. Sed quid ſi iudex appellatiouis non dicit beue vel malè appellatum, neque iudicatum, ſed ſimpliciter condemnauit reum qui prius fuerat abſolutus, vel ſimpliciter abſoluit reum, qui fuerat cundemuatus, an valeat ſenteutia. Salic. tenet quòd ſic. in alle. l. eos. per l. creditor. §. j. ff. de ſol. l. eum apud ff. iudi. ſolui Et eſt ratio: quia ſi valet ſententia, quæ pronuutiat bene vel male appellatum: ex eo quòd impliceat quandam coudemnationem, vel abſolutiouem, multofortius vel pariter debet valere, vbi uuu ſuut verba implicantia: quia propter quod vuumquodque tale & illud magis in authen. multumagis. C. de ſacroſau. eccl. Adde quo ad principalem quæſtiunem Bart. iu d. l. cum apud.

1 Aoorτsu. Si iudex appellationis. Adde Guid. pap. in deciſ. gratianop. q. cccc xvj.

a Sufficit iudicem. Vide etiam de buc do. Pe. de Ferra. in ſua practica, io for. libelli appel. iu gl. beue appellatum.

SVMMARIVM.

1. *Procuratore legitimè conſtituto ad iuran. &c. iurante de calumnia, parte aduerſa petente, dominus compelli poteſt ad idem iuramentum praſtandum.*
2. *Procurator habens ſpeciale mandatum, licet non exprimatur cauſa, admittitur ad iurandum de calumnia.*
3. *Procurator non ſolùm in ſuam animam, ſed & in animam domini de calumnia iurare tenetur.*

QVAESTIO CCXXV.

ITEM fuit quęſitum. [a] Quidam conſtituit † pro- a
curatorem generaliter ad omnes cauſas, &c. dans 1
ſibi generalem poteſtatem iurandi de calumnia, qui procurator ſic conſtitutus iurauit in vna cauſa. pars aduerſa vult quòd dominus ipſum conſtituens eodem modo præſtet dictum iuramentum: opponebatur quòd dominus non poterat compelli. Conlu-
ſum fuit quòd imò 1. quia per tale iuramẽtũ præſti- 1
tum per procuratorẽ dominus non eſſet periurus. Itẽ quia quãuis ſic obſeruetur: tamẽ de iuris rigore nõ poteſt dari talis poteſtas iurãdi de calumnia. ita tenet Cy. in l. ij. §. hoc autẽ. C. de iura. cal. in additione. idẽ Bar. in l. quæ bona. §. ſi alieno. ff. de dã. infe. vbi plenè per eum, & Io. An. in c. fi. de iura. calum. li. vj.

a Adde Sic. in c. in pertractandis. eo. ti. & Do. de Sau. Ge. in alle. c. fi. eu. tit. lib. vj. Et quæ poſui ſuprà, deci. cxxxij. & dic ſem-
per in practica † ſeruari quòd procurator habẽs mandatũ ſpe- 2
ciale iurandi de calumnia, licet nõ exprimatur cauſa, admittitur ad iurandũ de cal. Ita ſuis deciſ in alleg. q. cxxxij. à qua cõmuni obſeruantia non eſt recedendũ ſecundũ Bart. iu d. §. ſi in alieno. pro qua obſeruãtia facit cle. nõ poſ-ſt de procu. ſecundũ Iu. de Fau. iu all. c. fi. Quid autẽ. de procu ad negotia. Sicul. iu c. in pertractãdis. dicit quòd ſi ipſe agit pro negotio, quod ipſe geſſit, admittetur ad iurandũ ſine alio mandato, quia ipſe eſt inſtructus in illa cauſa melius, quã dominus: maximè ſi habet illud generale mandatũ ad iurandũ de cal. ita tenet Iuan. And. iu alle. c. fi. in nouella. licet ibi Dominic. videatur tenere
contra. Adde quòd † procurator non ſolùm io animã ſuam, 3
ſed in animã domini de calũnia iurare tenetur, etiamſi dominus iurauerit: de quo plenè vide deci. Ro. xxxix. & xliij.

1 Quòd imò. Tenet Innoc. in c. fi. de iuramen. cal.

SVMMARIVM.

1. *Monachus inſtitutus hæres non poteſt abſque licentia ſuperioris hæreditatem adire.*
2. *Hæreditate delata monacho ex teſtamento vel ab inteſtato, monaſterium adibit hæreditatem:*
3. *Cùm monachus nihil poſsit habere proprium.*

QVAESTIO CCXXVI.

ITEM an † religioſus clauſtralis hæres inſtitu- a
tus poſsit adire hæreditatem ſine licẽtia ſuperioris? 1
Concluſum fuit quòd non. vt in c. ſi religioſus. de elect. lib. vj. & in cle. j. de ſepul. cum ibi no. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. & per Colle. in c. præſentia. de proba. vbi pleniſsimè per eum.

a Adde Io. An. l. idẽ tenentẽ ibidẽ, & idem Io. de Imo. iu cle. dudum. de ſepul. in fi. vbi † tenetur quòd hæreditate delata mo- 2
nacho ex teſtamento vel ab inteſtato, monaſteriũ adibit hæ-
reditatem, & non monachus: quia † nihil poteſt habere pro- 3

prium, cùm non habeat velle, neque nolle: vt in iure allega. Et ſi monachus vellet adire, & monaſterium repudiare, præfertetur monaſterium ſecundum Iacob. de Are. in l. j. ff de ſucceſſ. edi. §. per ſeruum. ſed intricatio ceſſat per iam dictam rationem: quia velle non habet neque nolle. ita tenet Ioan. And. vbi ſuprà. Ant. & Sicu. de quo per Bald. in l. j. circa fi. C. qui admit. ad bo. poſ. & in l. cum proponas. C. de hære. inſtit. & in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cle & per Ioan. de Imo. in clem. dudum. alleg per Specu. in tit. de ſtatu monacho. §. qualiter. ver. ix. vbi Bal. in addi. tenet idem quod Ioan. And. vbi ſuprà, idem Archi. xviij. q. j. c. j. vide per Bart. Ange. & Ioan. de Imo. in l. j. ff. de vulga. & Bar. in l. iij. ff. de condi. fur.

SVMMARIVM.

1 *Intentando interdictum vnde vi, vel aliud remedium reſtitutorium, neceſſaria ſemper eſt litis conteſtatio.*

2 *Secus tamẽ in cauſa beneficiali, ſi agatur poſſeſſorio.*

3 *Vbicunque agitur officio iudicis nobili, ſicut agitur in poſſeſſorijs, regulariter requiritur litis conteſtatio.*

QVAESTIO CCXXVII.

a ITEM an intentando a interdictum † vnde vi,
1 vel aliud remedium reſtitutorium, vel reintegratorium, ſit neceſſaria lit. conteſt. Concluſum fuit quòd
1 ſic: vt in c. conſultationibus 1 de offi. dele. & not. plenè per Collec. in c. accedens, el ij. vt lit. non conteſt. Excepta tamen cauſa beneficiali. vt in c. vnico. de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſer. lib. vj.

2 a Quòd † in cauſa beneficiali, ſi agatur poſſeſſorio, non eſt opus lit. conteſt. tenet Ioan. And. in nouel. & Dom. poſt eum in alleg. c. vnico. idem Guliel. Berttan. Fran. & Ioan. de Imo. in clemen. diſpendioſam, de iudi. in aliis autem procedit quæſtio noſtra, vt in poſſeſſoriis opus ſit lit. conteſt. Sicul. in alle. c. con ſultationibus. & in c. accedens. el ij. vt lit. non conteſt. Bart. Io. de Imo. & Franc. Are. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren poſ. Bal. in l. fi. C. ſi per vim vel alio. Bart. in l. fi. C. de edic. diui. Adria. tol. Adde quòd etiam in remedio. c. reintegranda iij. q. j. eſt opus lit. conteſt. ſecundum Archi. ibidem vides tamen quòd curia temporalis in remedio ſtatuti quærelæ quod datur loco interdicti recuperãdæ non exigit lit. conteſt. quoad executionem primi capitis, pro qua faciunt rationes quas poſuit Guliel. de Cu. in l. omnes. ff. de in integ. reſtit. per quas tenuit quòd in poſſeſſoriis non erat neceſſaria lit. conteſt. ſuis tamen rationibus reſpondet Bart in alle. § nihil commune. dicens quòd dicta opi. Guli. eſt contra tex. & gl. & dicit ibi Ioan. de Imo. pro communi ſententia gl. quòd requiratur lit. conteſt. eſt hodie caſus ſecundum vnum intellectum in alle. c. accedens. el ij. vt lit. non conteſt. Adde hic quod no. Bald. in l. certi. C. de interd. & quod eleganter dicit idem Bald. in l. ij. ff.
3 ſi ex noxali cauſa agatur. videlicet quòd † vbicunque agitur officio iudicis nobili, ſicut agitur in poſſeſſoriis, regulariter requiritur lit. non conteſt. niſi pars ſit abſens, & non poſſit bene ſuccurri actori per primum & ſecundum decretum. Et vtrum cùm intentatur reſtitutio in integ. ſiue principaliter ſiue incidenter requiratur lit. conteſt. vide quod ſolenniter ponit Bart. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maio. Inno. in c. dudum. el ij. de elect. Bart. in l. in cauſæ. §. cauſa. ff. de minori. Cyn. Bal. & Bart. in auth. C. vt ſi ſe ab hære. abſti. Angel. in l. fin. illud. C. de tempo. appel. Bart. in l. fin. in fi. ff. de in integ. reſti. & in l. papinianus. §. fin. de mino.

1 ADDITIO. Conſultationibus. Adde Feli. in alleg c. in fi. & Bart. Ange. & Salicet. in l. momentariæ. C. qui legi. perſo. ſtan. in iud. ha.

SVMMARIVM.

1 *Caputium an ſit veſtis.*

2 *Caputium bipartitũ an mutet habitum clericalẽ.*

3 *An clericus coniugatus teneatur portare veſtes clericales.*

4 *An locus vbi caput alicuius ſepultum eſt dicatur religioſus.*

5 *Eminentia ſacerdotij an conſiſtat in capite.*

6 *Clericorum veſtes quales debeant eſſe.*

7 *Cremonia quanam dicatur.*

QVAESTIO CCXXVIII.

ITEM fuit quæſitum, quidam clerici coniugati a
cum vnicis & virginibus, portantes veſtes planas, præter caputium, quod portabant de panno duorum colorum, vel bipartitum, aut virgatum, capti per curiam temporalem Tholoſæ, petebantur remitti ad curiam archiepiſcopalem, ſiue ſpiritualem. Fuit oppoſitum quòd non debebat fieri remiſsio, quia incedebant in habitu laicali: quia dictum caputium mutat habitum clericalem, & eſt veſtis laicalis. In oppoſitum dicebatur per curiam ſpiritualem, quia dicta caputia, poſito ꝙ ſint veſtes, ſunt vt acceſſoria, & plures ſunt qui ſine caputiis incedunt. & tex. videtur dicere in clem. ne in agro. §. j. de ſtatu
monac. in clemen. quòd † caputium non ſit veſtis. 1
quia ibi ponuntur vt ſeparata, in clemen. ij. de vita & honeſtate cleric. non ſit mentio de caputio, igitur non eſt noſtrum leges extendere. vt l. ſi verò negotium. §. debitè. ff. ſolut. matrim. Item allegatum fuit quòd dicta curia ſpiritualis erat in poſſeſsione, & ſaiſina, & conſuetudine dictos clericos recuperandi. Poſt plura fuit concluſum contrarium, vi-
delicet, quòd caputium † mutat habitũ clericalem, 2
& quòd tale caputium eſt veſtis laicalis, per conſilium doctorum Tholoſæ, videlicet dominos Iaco. de Aurmale, Cathardum Aycardi, Petrum de Molino, Canonicos eccleſiæ Tholoſæ, Priorem ſancti Geneſij. Ioannem Donãs, Raymundum, Thomam, Aymericum, Natalem, decretorum Doctores. Ioannem Locaſta, Petrum Raymundum de podio Buſtana, Ioannem de Sada legum Doctores, Petrum Talhafer. Ioannem de Matuihaco licentiatos in decretis, me Ioannem Corſerij officialem, Gulielmum Alzer licentiatos in legibus: & plures alios licentiatos, iuriſtas, & baccalarios. Primò per not. Ioan. And. poſita in c. vnico. de cle. coniug. lib. vj. ſuper verbo veſtes. vbi dicit, quòd notanter text. dicit ibi in ſingulari tonſura, & veſtes in plurali: vt det
intelligere, quòd † omnis veſtis eminens, quam por- 3
tat clericus coniugatus debet eſſe clericalis. Sed caputium bipartitum vel virgatum, non eſt veſtis clericalis. vt in d. cle. ij. de vita & honeſta. cleric. in clem. ibi virgata vel partita. & tamen eſt eminẽs veſtis, vt apparet cuilibet intuenti, ergo, &c. Iſtam partem tenet dominus Guliel. Bragoſe. in repetitio. ſuis. & Collect. in cap. ex parte. de cler. coniug. in antiquis. Item quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt not. in cap. vt circa. de elect. lib. vj. Sed in d. c. vnico, dicit veſtibus indefinitè. ergo perinde eſt, ac ſi dixiſſet
omnes. Itẽm quia ille locus † eſt religioſus, vbi ca- 4
put eſt ſepultũ, & non aliæ partes corporis, ſiue reliquum corpus: vt in l. cum vniuerſis. ff. de reliq. & ſumpt. fun. & no. in cap. in eccleſiaſtico. xiij. q. ij. Et illius epiſcopi dicitur illa eccleſia conſtructa in limitibus diœceſis, in cuius diœceſi conſtructum eſt caput eiuſdem: vt not. Inno. in c. ſuper eo. de parochia. Item quia in capite eſt ratio & omnes virtutes animæ, & nihilominus ſedes ipſius. vt in c. vnico. de ſacra vnctio. & in c. accepiſtis. de conſec. diſt. iiij. Item
eminentia † ſacerdotij & clericatus eſt in capite, & 5
idcirco

idcirco ſacerdotes gentilium pro eminentia ſacer-
dotij pyleum portabant in capite. vt in c. cleros. xxj.
diſt. in cle. ij. ſuper verbo. talem. vbi dixit quòd por-
tans caputium partitum vel virgatum, patitur pœ-
nas illius cle. Item non videtur nudus incedere, qui
pyleum vel filum portat in capite. vt not. gloſſ. in
d. cap. cleros. ergo multominus qui caputium. Item
capula quæ ponitur in baptiſmo puerorum dicitur
veſtis in c. poſt baptiſmum. de conſe. diſtin. iiij. Item
6 † veſtis clericorum non debet eſſe diuerſorum co-
lorum, nec variorum. vt not. in ſum. xxj. q. iij. & vide-
tur tex. in c. j. illius quæſtio. Ex quo ergo caput eſt
excellentius & principalior pars totius corporis:
ergo per conſequens caputium, quod ipſum tangit
& cooperit, & maior videtur inhoneſtas abiicere
planum, & recipere partitum vel virgatum, vt in d.
cle. ij. de vi. & hone. cler. quàm reliquas veſtes. quod
autem appellatione veſtis caputium contineatur, eſt
tex. in l. veſtis. §. muliebria. ibi: capita, &c. & in l. arg.
j. & ibi Cremonia quoque, &c. dicitur Cremonia
7 † veſtis qua cooperitur caput ſecundum gl. ibi. ff. de
auro & argen. l. Nec poſſeſsio, & ſaiſina: nec conſue-
tudo per procura. ſpiritualem allegatæ fuerunt pro-
batæ, nec etiam legitimè perſcriptę: idcirco non fue
runt admiſſæ, & monitoria conceſſa contra regales
communi manu fuerunt ſublata. ſcriptum Tholo.
Anno Do. mil. cccc xciiij. & die vij. menſis Febr.

a Adde hic quæ poſita ſunt de caligis bipartitis, & de veſtibus capulloriorum Tholoſę, & bipartitis, ſuprà deci. Quid ſi clericus coniugatus deferat zonam bipartitam aut virgatam: & prima facie videtur dicendum idem quòd de caputio, cùm appellatione veſtis zona comprehendatur. vt l. veſtis. ff. de auro & argen. lega. Bart. in l. diuus. ff. de bo. dam.

SVMMARIVM.

1 *Contra fiſcum abſentem an præſcribi poſsit.*
2 *Procurator fiſcalis an dicatur ſemper eſſe præſens.*
3 *Archiepiſcopis & prælatis an liceat habere fiſcum.*
4 *Burſas fiſcales qui habere dicantur.*

QVAESTIO CCXXIX.

a ITEM fuit quæſitum. Præſcribitur † contra fi-
1 ſcum, quæritur an dictus fiſcus præſumatur eſſe præ-
ſens vel abſens: ad hoc quòd contra eum præſcriba-
tur maiori vel minori tempore: vel quòd præſcriba-
tur contra eum tempore, quo præſcribitur contra
præſentem, vel contra abſentẽ. Cõcluſum fuit quòd
ſemper præſumitur præſens: & ita tenet glo. in l. j. C.
de quadri. præſcrip. & idem Cy. & Iac. de Are.

a Bal. tenet contrarium & idem videtur tenere Salic. in alleg.
2 l. j. quia † licet fiſcus in genere loquendo poſsit dici eſſe vbique
præſens: tamen procurator fiſcalis non ſemper eſt præſens, nec
3 quandoque aliquis eſt in loco. Adde † q̃ ita ſicut ſcriptum eſt q̃
cclxxv. cùm ſemel tempore meo iudex maior Tholoſæ inhi-
buiſſet officiariis Archiepiſcopalibus, ne procuratorem generalem
ipſius Archiepiſcopi vocarent fiſcalem, aſſerantibus officiariis
regis epiſcopum fiſcum non habere. ad. hoc allegantibus not. Bal. ſuper rub. C. de priuileg. fiſc. Officiariis autem Ar-
chiepiſcopi in contrarium proponentibus quòd imò Epiſco-
pi & Prælati habeant fiſcum, per gloſſ. in c. quia propter di-
uerſitatem. de conceſſ. præben. & text. cum gloſſ. in cle. volen-
tes. de hære. vbi hoc tenet Guil. de monte Lau. P. an. de Zaba.
& Ioan. de Imo. ibidem. & in alleg. c. quia propter diuerſita-
tem, conſultum fuit eiſdem officiariis Archiepiſcopalibus, &
inhibitum iudici Tholoſano ab huiuſmodi inhibitionibus de-
ſiſtere, prout & factum fuit, maximè quòd procurator maior
Archiepiſcopalis, à tanto tempore quòd memoria de contra-
rio non exiſtebat, fiſcalis conſueuiſſet nominari: prout in præ-
ſentiarum nuncupatur. pro qua conſuetudine facit quod dicit
Bal. in authen. bona damnatorum. C. de bonis damnat. circa
princip. Quot ſint priuilegia fiſci, vide ſingulariter per Bald in
l. j. C. de hære. vel actio. ven. vbi circa fi. dicit † quòd licet com- 4
munitates & collegia poſſint habere burſam communem, ta-
men nulla burſa dicitur fiſcalis propriè loquendo. niſi princi-
pis vel reipub. Romanæ. vt ff. de publi. l. ſimile. & ff. de verbo.
ſign. l. eum qui vectigal. ſaluis ciuitatibus quæ præſcripſerunt
iura fiſcalia, quæ præſcriptio licet non liget principem, ligat
tamen inferiores, ſicut merum imperium præſcribitur lon-
gæua conſuetudine. vt not. in auth. de defen. ciui. §. nam ha-
bente. col. iij. & ſaluis priuilegiis conceſſis à ſummo pontifice
vel imperatore aliquibus ciuitatibus. Tales enim ciuitates di-
cuntur eſſe procuratores in rem ſuam. vt no. Bart. in l. cunctos
populos in fin. C. de ſum. tri. Et idem de dominis terrarum,
quibus talia priuilegia ſunt conceſſa: quia in ſuis terris habent
iura fiſcalia ex contractu, vel largitione principis, aliàs non
poſſunt talia iura habere, quæ ſoli ſunt principi reſeruata. vt
de præſcript. xxx. an. l. comperit. & facit j. regum. viij. ibi hoc
erit ius regi. & ea quem tea. no. quia ſignãter ponit iura regalia
in regnis ſuis: tam in rebus quàm in perſonis ſubditorum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum obligatorium etiam ſi inueniatur apud debitorem, ſi debitor fuerit perſona domeſtica, non præſumitur debitorem creditori ſatisfeciſſe,*
2 *Niſi debitor probet ſolutionem.*
3 *Secus eſt in debitore non domeſtico.*
4 *Soluto debito conficiendum inſtrumentum de ſolutione & liberatione.*

QVAESTIO CCXXX.

ITEM fuit quæſitum. [a]Reperitur inſtrumentũ a
obligatorium † penes debitorem, an debitum præ- 1
ſumatur ſolutum, vel non? remiſſum fuit ad Cy. C.
de proba. l. ſi de poſſeſsione. & ibi plenè per glo. in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. el ij. vt li. pen. per Collec. in c.
ſi. de proba. Dic quòd vbi dicit ſe liberatum pacto,
tunc debet probare redditum à creditore: ita tenet
gloſ. poſita in d. l. ſi de poſſeſsione. ſi tamen dicit ſe
liberatum ſolutione, tunc ſi eſt perſona domeſtica,
non præſumitur ſolutũ, niſi † probetur ſolutio. pro 2
quo l. j. C. in qui. cau. co. cen. te. præſ. ita tenet gl. in l.
alle. & per hoc l. j. §. ille autem. C. de lati. libe. tol. Si
autem † non erat domeſticus, præſumitur liberatus 3
ſolutione. vt l. ſi chyrographũ. ff. de probatio. & l. ſi
fullo. ff. de fur. & vide quæ poſuit Cy. in d. l. ſi de poſ-
ſeſsione. & per Collect. in d. c. ſi. de probat.

a Idem tenet Salicet. in alleg. l. ſi de poſſeſſione. & huiuſmodi diſtinctio originaliter fuit Iacob. de Aret. vt ibi recitat Cyn. quam ſequitur Bart. in l. ij. §. j. ff. de pact. Idem Ioan. An. & Sic. in alleg. c. eccleſia. vt lit. pend. vbi ponit rationem diuerſitatis, quam etiam tangunt Cy. & Salic. vbi ſuprà inter primum caſum & ſecundum: quia primo caſu allegatur pactum quod habet inſtar donationis, qui non faciliter præſumitur, cùm donare ſit iactare & perdere. vt l. cum de indebito. ff. de proba. ff. de dona. l. filius fam. c. ſuper hoc. de renunc. ideo potius præſumitur inſtrumentum ſubtraxiſſe. Secundo caſu allegatur ſol. quo tempore ſolet reddi inſtrumentum: & ideo cum non habeat præſumptionem contra ſe, potius debet præſumi ſol. ſi non ſit perſona domeſtica creditori ex cancellatione inſtrumenti, ex eo quòd inſtrumentum reperitur apud ſe. hæc tamen præſumptio admittit probationem in contrarium. d. l. ſi chyrographum. & no. Goffr. in alle. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. vt ſi vult probare creditor quòd ſine facto ſuo inſtrumentum peruenit ad manus debitoris, & quòd fuit ſibi ſubtractum, cùm domus ſua ſuppoſita fuit ſpoliis vel quid ſimile. argu. bo. in d. l. ſi de poſſeſſione. Et vide ad materiam quod no. Spec. in titulo de inſtrumen. edi. §. poſtquam. ver. porro: & verſic. præceden. vbi Io. And. limitat hoc quando

perſona

perſona quæ habet inſtrumentum eſt legalis. & reddit inſtrumentum aliquo tempore, quod eſt no. ſecundum Sicul. vbi ſuprà, dicens quòd his & ſimilibus caſibus multum operantur conditiones & perſonarum circunſtantię. & vide Ioan. And. in 4 loco præalleg. Et propter iſtas difficultates doctores dant bonum conſilium, vt ſatisfacto debito fiat inſtrumentum de ſolutione & liberatione: & non confidat debitor ex ſola inſtrumenti redditione, ad quod eſt bonus tex cum glo in l. pecuniæ C. de ſolut. Quid autem ſi reddidi inſtrumentum in quo tu & alter eratis mihi obligati, an videor vni tantum cui tradidi inſtrumentum remiſiſſe debitum, an vtrique? Et quid ſi reddidi tibi inſtrumentum in quo tu eras mihi obligatus, & 1 poſtea illud mihi tradidiſti. & quid 1 ſi habeo plura inſtrumenta de eodem debito, & reddo vnum, an videar remiſiſſe debitum: vide notabiliter per Sicu. in alle. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.

1 ADDITIO. Et quid. Item quid ſi inſtrumentum reperitur cancellatum apud tertium, an præſumatur facta fuiſſe ſolutio, vide per Alex. in conſi. lix. in pe. & vlt. col. in ij. vol. vbi etiã ponit quid ſi reperitur cancellatum apud debitorem.

QVAESTIO CCXXXI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si aliquis renuntiauit ceſsioni bonorum cum iuramento, & cedens venit ad tantam paupertatem, quòd ſatisfacere non poteſt, ſupplicat officiali vt ſecum diſpenſet ſuper tali iuramento, quæritur an officialis poſsit? Concluſum fuit quòd ſic: dummodo habeat aliquid ſpirituale enumeratum, in c. licet. de offi. vic. li. vj. vt ibi videtur tenere glo. fin. maximè vbi epiſcopus cõmiſit eidem omnimodam iuriſdictionem in omnibus cauſis & factis, prout no. Colle. in c. quanto. de iudi. vt fuit mihi officiali in literis officialatus commiſſum, maximè factum hæreticæ prauitatis. & vide cap. ij. de procu. in clem. per Guli. de monte lau.

a Supradictæ gl. fin. alleg. c. licet. tenet Hoſti. in c. ſua. eod. ti.
1 Quod Pan. verũ eſſe dicit ſi ſint paria vel minora expreſſis 1: ſecus ſi eſſent maiora vel imparia: vt in allega. ele. non poteſt. & hoc tenere videtur Domi. in alleg. c. licet. Adde hic quæſtio. lxj. & lxij. quæ ibidem poſiti de materia renuntiationis ceſſio-
2 nis bonorum 2 & diſpenſationis iuramenti.

1 ADDITIO. Minora expreſſis. Adde Sicu. in c. coram. in pe. col. de in integ. reſt.

2 Ceſſionis bonorum. Vide per Sali. in l. j. C. qui bo. ced. poſ.

SVMMARIVM.

1 *Scholares abſoluuntur ab archiepiſcopo à leuibus iniectionibus manuum.*

2 *Epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatos à ſuo inferiore,*

3 *Niſi aliud per conſuetudinem obſeruaretur.*

QVAESTIO CCXXXII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si Cathalanus ſtudens Tholoſę poſsit abſolui ab iniectione manuum facta in perſonam eccleſiaſticã in Cathalonia per Archiepiſcopum Tholo. Concluſum fuit quòd ſic: dũmodo non ſit grauis talis iniectio. ita tenet Gui. de monte Lau. in cle. dudum. de ſepul. ſuper verſic. nullatenus audiatur. & Iun. in c. omnis. de pœni. & remiſsi. & idem ibi Colle. ſuper verbo proprij ſacerdotis. q. xiiij. & in c. quòd clericis. de foro compe.

a Idem dic de alia excommunicatione à iure vel per ſtatuta quorumcunq;: dummodo non ſit reſeruata per conditorem: arg. in c. nuper. de ſen. excom. quod non diſtinguit an ſit contracta in dioceſi vel extra dioceſim. Et ita ſeruatur in ſermonibus generalibus qui fiunt ad clerum in eccleſia Tholo. vbi 1 abſoluuntur † ſcholares, & alij ab huiuſmodi leuibus iniectionibus extra diœceſim factis, dummodo præſentes in ſermone interſint. Secus autem ſi excommunicatio lata eſſet ab homine: vel ſi conditor canonis ſibi reſeruaſſet: quia tunc non poſſet, quod tenent Io. And. & Sicu. in c. ex frequentibus. de inſti.

Adde quòd epiſcopus † poteſt abſoluere excommunicatos à 2 ſuo inferiore, puta Archidiacono, & huiuſmodi, ſecundum Innoc. in cap. cùm ab eccleſiarum. de offic. ordin. etiam non præmiſſa ſatisfactione: quia ordinarius eſt totius diœceſis, vt in cap. j. de offic. ord. C. de iuriſd. om. iud. l. fin. Et tales inferiores dicuntur vicarij epiſcoporum, in cap. j. de offic. archi. lxxx. diſt. ca. non debere. ſed malè facit epiſcopus, quia iuriſdictionem non ſeruat ſuis ſubditis, de exceſ. præl. cap ij. & de offic. ordin. cap. quanto. Quod intellige verum, niſi † ex conſuetu- 3 dine haberent, vt non poſſint ab epiſcopo abſolui: quia tunc non poſſet, de offic. arch. c. dilecto. & hæc opin. Inn. eſt cõmunior, quamuis aliqui cõtrà. vide Sic. in alle. c. cùm ab eccleſiarũ.

SVMMARIVM.

1 *Petens quem condemnari ad ea in quibus ſibi tenetur, an illud verbum, tenetur, comprehendat id ad quod ſibi tenetur de iure communi, an verò etiam illud quod de conſuetudine. & num. 2.*

QVAESTIO CCXXXIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] Si fuit † traditus libel- a 1 lus contra aliquem, petendo ipſum condemnari ad ea, in quibus ſibi tenetur. An illud verbum, tenetur, comprehendat ſolùm illud, ad quod ſibi tenetur de iure communi, vel de conſuetudine? Concluſum fuit quòd comprehendit ſolùm illud, ad quod ſibi tenetur de iure communi. ita no. Inno. in c. conquerente. ſuper verbo, honorentur. de offic. ordin.

a Adde gloſ. in eo. cap. quæ vult quòd ſufficit epiſcopo generaliter in libello ſuo petere iura epiſcopalia: quia intelligitur de his quæ expreſſa ſunt in d. cap. Sed alia eſt gl. huic contraria in c. conſtitutus. de reli. do. in ver. iuxta ratã. quę dicit quòd ſub hac petitione, peto ius epiſcopale, nõ ſolũ cõprehenditur ius epiſcopale, quod debetur iure communi, ſed quod conſtitutũ eſt pacto vel conſuetudine. c. auditis. de præſ. ri. Et ideo Ioan. And. & poſt eum Sicu. in alleg. c. conſtitutus. diſtinguendo reducunt dictas glo. ad concordiam, quòd aliqua ſunt iura, quæ iure ſpeciali ſuccedunt in locum iurium debitorũ de iure communi: & illa comprehenduntur tanquam ſubrogata in locum illorum, & ſic loquitur tex. & gloſ. alleg. cap. conſtitutus. Alia ſunt, quæ non ſunt ſubrogata, ſed veniunt accumulatiuè: & illa comprehenduntur: & ſic procedit quod not. glo. Inn. & doct. in d. cap. conquerente. Adde quòd ſufficit in libello narratione facta concludere generaliter 1: vt peto mihi de prædictis 1 iuſtitiam fieri. ita voluit Innoc. in c. ij. de ord. cognit. operatur enim talis concluſio ſententiam ferri poſſe ex libello inepto: ſi conſtet de intentione libellantis, & actio competit: licet ineptè proponatur ſecundum Ioan. Cald. Ant. de But. & Sicu. in alleg. c. ij Franc. de Pa. in l. edita. C. de edẽ. Lud. Ro. in ſingulari. ver. clauſula petens, &c. Bar. in extrauag. ad reprimendam. ver. ſine figura iudicij. Operatur etiam quòd ſi agens in libello narrat petitorium & poſſeſſorium, & concludit poſſeſſorium poſſit in petitorio probationes adducere ſecundum Cal. & Sic. vbi ſuprà. & ideo conſilium eſt ſecundum Sicul. in cap. vnico. de lit. conteſta. in prin. antep. col. quòd etiam poſt concluſionem ſpecialem adiiciatur dicta clauſula generalis: peto mihi de prædictis iuſtitiam fieri. quod optimè faciunt procuratores & aduocati in curia Archiepiſcopali Tholoſæ, dum adiiciunt iſtam clauſulam. Cui quidem libello petit dicta pars agens ex aduerſo legitimè reſponderi, ius dici, & iuſtitiam miniſtrari, &c. iuuat enim multum libello ſecundum Sicu. & doct. vbi ſuprà.

1 ADDITIO. Generaliter. An in libellis procedat concluſio generalis, vide per Alex. conſ. cxvj. in vj. col. in j. vol.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria non præſumitur remiſſa ſi contingat iniuriantem cum iniuriato ſimul comedere.*

2 *Iniuria remittitur ſalutatione, comeſtione, & oſculatione.*

QVAESTIO CCXXXIIII.

ITEM iniuria facta [a] eſt Titio, quam reuocauit a ad animum ſuum, & contra iniuriantem tradit libellũ, quo tradito comedit & bibit 1 cũ iniuriante, 1 expoſt petit reſpõderi dicto libello, opponitur exceptio diſsimulationis per l. nõ ſolùm. §. j. ff. de iniur. & inſt.

& inſt.eo.tit.§.fi. Concluſum fuit quòd dicta exce-
ptio non impedit ex quo ad animum reuocauit, &
poſt reuocationem non tollitur niſi verbis vel pa-
ctis, vt tenet glo.in d.§.fi.de iniur.inſti.vide Collect.
in proba.decre.§. fi.

a Adde hic quæ ſuprà q.cxxvij.q.cxl. & q. cxlv. & vltra præ-
dicta adde quòd iniuria remittitur ſalutatione, comeſtione,
& oſculatione, & huiuſmodi ſignis: quia iſta ſunt ſigna recon-
ciliationis ſicut ſubtractio præmiſſorum eſt ſignum inimici-
tiæ, vt no.gloſſ.in c.cum Adrianus.lxiij.diſt. & in c.cum ſuper
abba.de offic.delega.quod intelligo, ſicut ſupradictum eſt.niſi
à principio prouocaſſet aduerſarium eum citari faciendo, vel
præmiſſa non feciſſet proprio motu. quid enim ſi ambo fue-
runt inuitati ad vnum feſtum.& fortè poſiti ad vnam menſam.
Ioan.Fab.& poſt eum Ang.Are.in alleg. §. fin. inſtit. de iniur.
dicit quòd non intelligitur pax facta: quia ex quadam neceſſi-
tate honeſtatis hoc fecit, & idem ſi recipit eum ad oſculum
pacis in eccleſia: nam non potuit ſalua honeſtate recuſare, vt
in cle.fi.de ſen.excom.

c Aootrio. Comedit & bibit. Tu vide de hoc no.Guid.
pap.deciſi.cccclxvj.

SVMMARIVM.

1 *Bigami an ſint priuati priuilegio clericali.& nu.4.*
2 *Bigami qui dicantur.*
3 *Vxorem adulteram cognoſcẽs an dicatur bigamus.*
4 *Bigamia interpretatiua quænam dicatur.*
5 *Bigamia ſimilitudinaria quænam dicatur.*

QVAESTIO CCXXXV.

Altercationis.&c. Quæritur† vtrum omnes biga
mi ſint priuati priuilegio clericali? Et videtur quòd
ſic: quia iſte tex.loquitur indiſtinctè. In contrarium
videtur ar.c.nuper.& c.à nobis.de bigamis.quia illi
reputantur bigami verè: ſed propter intentionem
cum opere ſubſecuto non promouentur, ſicut alij.
2 Nec cum illis diſpẽſatur, intelligatur† ergo in veris
bigamis ſicut ſunt illi, qui cũ duabus vxoribus licitè
& ſucceſsiuè cõtraxerunt.ar.c.ſi quem.de ſen.excõ.
& in c.ſuſceptum.de reſcri. lib.vj. & quòd tales ſint
verè bigami, no.glo.quæ incipit, intellige.eo.tit. c.ij.
Sed nunquid interpretatiuus, dico quòd ſic, qua-
tenus eſt in iure expreſſum. vt in illo qui contraxit
cum corrupta eam cognoſcendo. vt in c. quiſquis.
lxxxiiij.di. quia ibi eſt expreſſum: & de tali bigamo
interpretatiuo exponunt Ioan. Mo. Archi. Io. An. &
Guil.de mõte lau. Iſtud c.& nõ de aliis interpretati-
uis. Et meritò, quia alle.c.quiſquis.ſuper quo funda
tur iſtud c.loquitur de iſto interpretatiuo, & non
de aliis, ergo & illud determinans primùm ita eſt
intelligẽdum.ar.c.vt circa. & c.is qui. & c. qui con-
tra.de elect.lib.vj. Alij autem & ſi ſint bigami quan-
tum ad legem promotionis, non tamen quoad priua
tionem priuilegij clericalis. vt c.ij. alle. eo. tit. & ita
intelligunt omnes gloſſantes iſtam decretalem. &
bene. xxxiiij. di. c. cognoſcamus. & c. ſi cuius. & in
alle. c. quiſquis. videlicet ſi non eſt matrimonium:
vt quia ſucceſsiuè contrahit cum duabus in ſacris
conſtitutus, vel religioſus non eſt priuatus priuile-
3 gio clericali, licet bigamus cenſeatur. Et pari† ratio-
ne de illo, qui vxorẽ adulteram etiã ſcienter cogno-
ſcit, iuxta no.c.ij.eod.tit. Nec obſt.quòd iſta diuiſerit
carnem ſuam in plures.& ita iſte eſt maritus corru-
ptè, verum eſt nunc, non autem tempore primæ diſ-
penſationis, vel conſummati matrimonij. quod eſt
reſpiciendum, xxx. q.v. c. qualis. & facit quod not.
Abb. eo.tit. c.debitum.in vlt. gloſſ. Nec obſt. quod
dicit Gulielm.de Monte laud.in d.c. vnico: quia non
probat niſi arg. c. nuper, quod loquitur de ficta bi-
gamia, vt dixi. & iſtam tenet Ioan.And.in c.Ioannes,
de cle.coniuga.in antiquis. Cuius verba ſunt hæc.
De tertio verò ſi quæris an perdat priuilegium
clericale, iterũ diſtinguo, aut tenet matrimonium,
aut non. primo caſu ſi ex contractu ſecuta carnali
copula bigamiam incurrit, exutus eſt omni priuile-
gio clericiali, de biga.c.vnico.lib vj. Si verò non in-
currit bigamiam, ſi incedit in habitu & tonſura, re-
tinet priuilegium quoad duo, in aliis totum perdit,
vt in c.vnico. de clericis coniugatis. lib.vj. Si verò
matrimonium non tenet, ſi ex contractu incurrat
pœnam bigamiæ propter effectum cum opere ſub-
ſecuto, licet ſit indiſpenſabilis quoad executionem
officij, & ſic intelligo c.nuper de bigamis.non puto
illum exutum priuilegio clericiali.& ſic de veris bi-
gamis loquitur decre.vnica.de biga. lib.ſexto: mul-
tominus priuatus erit, ſi ex contractu pœnam illam
non incurrat, Ioan. Andr.nec obſt. c.ſi cuius.c.laici.
xxxiiij.diſtinct.quia talis dicitur bigamus quoad l.
promotionis.hoc volunt ibi doct. gloſſ. & alij in ca-
pitulo ſuper eo aliàs nuper de biga. Nec obſt.capitu
lum quiſquis.lxxxiiij. diſt. quia loquitur de bigamia
vera, vel interpretatiua, quæ ab initio, ſeu cum co-
pula carnali incurritur, vt ſuperius dixi. Super hac
fuit exorditus proceſſus in curia ſpirituali Tholo-
ſæ inter procuratorem Regium, & eccleſiæ ſuper
quodam, & fuerunt alleg. præmiſſa, quibus viſis
procu.Reg.tacuit.

c Bigami. Sed Bonagui.in cap.nuper.de bigam.tenet quòd
ſacerdos qui contraxit cum vidua vel ſucceſſiuè cum duabus,
& poſtea commiſit homicidium, quòd poteſt puniri per iu-
dicem ſecularem, per d.c.vnic.

a Adde hic q.cexix.ſuprà, & quæ ibidem poſui: videlicet an
deflorans virginem: & poſtea accipiens eam in vxorem ſit bi-
gamus. Adde quòd triplex eſt bigamia: quædam vera. quæ ſe-
cundum Gl.in c j.eo. tit. contrahitur vno modo: quando ha-
buit plures vxores legitimas, capitu.acutius.& capit.ſeq.xxvj.
diſtinct.intellige ſi ambas cognouit.aliàs ſecus. Alia eſt inter-
pretatiua † quæ ſecundum dictam gloſſ. contrahitur duobus 4
modis: primò quando contraxit cum corrupta.xxxiij.diſtinct.
c.maritum.& c.à nobis.eo.tit.intellige ſi cognouit eam, aliàs
non. d. c. debitum. Secundò quando reddit debitum vxori
adulteræ.xxxiiij.diſtinct.c.ſi cuius. & cap.ſeq. etiamſi ad præ-
ceptum eccleſiæ redderet ſecundum communem opi. etiamſi
eam ignorabat adulteram ſecundum Sicu. in c. ſi vir. de adul-
teriis, alleg.xviij.diſt.c.ſicut. & de bigamis.c.j. Vnde ſi crede-
bat virginem tempore conſummationis matrimonij: & pòſt
cognouit corruptam, bigamus erit.xxij.quæſtio.v.ille.lij.diſt.
quæ in aliquo, nec excuſat error, vel ignorantia in d. c. ille.
Sed ſi quis acciperet virginem quam non cognouit, & ea mor
tua accepit ſecũdam quam cognouit: vel econtrà primam co-
gnouit ſed non ſecundam, bigamus non erit. Similiter ſi quis
duxit mulierem virginem ab aliquo deſponſatam: ſed non co-
gnitam præmortuo ſponſo, non eſt bigamus.xxiij. diſtinct. c.
fin. & d.c.debitum. Alia † eſt ſimilitudinaria, quæ contrahitur 5
quatuor modis. Primus cùm quis contrahitur cum Deo per
votum ſolenne. & poſtea contrahit matrimonium de facto.
xxvij.q.j.quotquot & d.c.à nobis.de biga. Secundus quando
quis diuerſis temporibus habuit plures vxores: vnam de iure,
alteram de facto, & cognouit ambas, d.c.nuper. Tertius ſi ſi-
mul duas habuit vxores: vnam de iure, & alteram de facto: vel
ambas de facto, & cognouit ambas.d c.nuper. Quartus ſi exi-
ſtens in ſacris contrahit d.c.nuper. An autem omnes prædicti
bigami ſint priuati priuilegio clericali ſatis eſt per ſupradicta
deciſum. & vide Archi.in c.quiſquis.lxxxiiij. diſt. Guli. Gar. Io.
Mona.& Archi. in c.vnico.de biga.lib.vj.& ibi Domi.de ſanct.
Gemi.& do.Pet.de Ancha.

S V M

SVMMARIVM.

1 *Soluens penſionem trium annorum, præſumitur ſol-
uiſſe penſionem annorum præteritorum. & nu. 2.*
3 *Si dicta ſolutio trium annorum eſſet facta de per ſe
vnaquaque ſingulo anno, aliàs non.*

QVAESTIO CCXXXVI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si aliquis tenetur † dare
1 certam penſionem, vel cenſum pro aliquo fundo,
vel alia re, ſi reperiatur quòd ſoluerit tribus annis
proximè præteritis, an præſumatur quòd ſoluerit
aliis anterioribus annis? Cõcluſum fuit quòd ſic, per
l. quæcunque. C. de apo. pu. lib. x. & not. Specu. tit. de
loca. §. nunc aliqua. ver. xxvij.

1 a Adde glo. magnam in l. ij. 1 C. de iure emphy. quæ con-
2 cludit † quòd eo ipſo quòd emphyteuta probauit ſe ſoluiſſe
tribus annis proximè præteritis, quòd præſumitur ſoluiſſe to-
to tempore retro: niſi contrarium probetur per d. l. quicunq;.
& ad hoc dicta glo. reputatur multum not. per docto. ibidem.
qui omnes tranſeunt cum ea. & illum tex. in d. l. quicunque, Sa
licetus reputat ad hoc ſingularem in d. l. ij. & refert Dyn. ita
conſuluiſſe, & ſe etiam ita de facto obtinuiſſe. & idem Salice.
in dicta l. ij. xj. col illum etiam text. reputat Bart. mirabilem in
illa l. quicunque. Bal. dicit dictam glo. eſſe auream in c. literæ.
de dila. ad finem Et cum hac concluſione gl. tenet etiam Spe.
in d. verſi. xxvij. & Innoc. poſt Pe. de Ancha. in d. c. potuit. in
xliiij. colum. vbi dicit per hoc fuiſſe defenſatum quendam ab-
batem ab excommunicatione, quia apparebat eum ſoluiſſe ca
pitulo pro tribus vltimis annis: & fortè tenebatur facere ſolu-
tionem capitulo alterius eccleſiæ. Et ſic d. gloſſ. eſt notabilis
quæ extendit dictam l. quicunque. loquentem in tributis: vt
etiam locum non habeat in canone emphyteutico, & ad hoc
no. iſtam gloſſ. Bart. in ea l. quicunque. Idem etiam tenet gloſ.
in c. cum eccleſia ſutrina. de cau. poſſeſſ. & proprie. & refert
Ioan. And. in addit. Specu. in d. verſic. xxvij. quòd Andreas de
Barulo ſuper d. l. quicunque, exaltat vocem ſuam dicens, quòd
per illam l. obtinuit in cenſu emphyteutico ſufficere proba-
tionem ſolutionis vltimorum trium annorum. Limita tamen
hanc concluſionem & ſingularem & d. l. quicunque. vt proce-
3 dat † quando illa ſolutio trium annorum eſſet facta quælibet
de per ſe vnaquæque ſingulo anno. Secus ſi ſimul et ſemel ſol-
uiſſe vno anno, pro tribus annis, ita ſignanter limitat illam
l. Bal. in l. ij. C. de dotis promiſſio. poſt not. ibi per Cy. & idem
Bald. & Alexan. de Imola in d. l. quicunque. quod & pro hac
limitatione bene facit quod ſingulariter voluit Bart. in l. cum
qui, aliàs incipit Iabolenus. ff. de annu, leg. dum ſingulariter tex
limitat l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & l. ſi certis annis. C.
de pact. in quibus dicitur quòd ex ſolutione decem annorum
præſumitur debitum præceſſiſſe: vt non procedat quando fie-
ret vna ſolutio pro decem, aut pluribus annis: quam limita-
tionem ad illa iura etiam ponunt Petrus Cy. Bald. in dicta l. ij.
C. de dotis promiſſio. pro qua limitatione bene facit tex. in d.
l. cum de in rem verſo. in verbo, longo tempore, & ibi Bald.
ad hoc no. illum textum.

1 ADDITIO. In l. ij. vbi vide do. Iaſ. de May. in l. ij. col. mul tum commendantem illam gloſſ. in hoc paſſu. & dicit quòd omnes doct. eam ſequuntur.

QVAESTIO CCXXXVII.

a ITEM quidam, Bononienſis authoritate apo-
ſtolica vocauit alium Bononienſem coram epiſco-
po Ferrarien. dicens ſe perhorreſcere aduerſarium:
quam perhorreſcentiam probauit vel per teſtes, vel
proprio ſacramento, ſequendo tenorem c. ſtatu-
tum. in §. cum verò eiuſdem, in fi. de reſcript. lib. vj.
Aduerſarius vult ſe admitti ad probandum contra-
rium. Concluſum fuit quòd poteſt, prout tenet
Ioan. Andr. in nouella. ſuper ver. iuramentum. & per
Collect. in ca. apoſtolicæ. de cleri. excommu. mini-
ſtran. Et ita bis fuit ordinatum, & ſententiatum in
dicta capella.

a Tamen dicit Ioan. And. ſe habuiſſe ab epiſcopo Bononi auditore contradictoriarum, quòd ſi reus appellaret, quia iudex non admitteret probationes contra iuramentum, cancellaria non dares literas, remittit ad not. per ſe de offic. iudic. in §. fin. in Spec. verſi. quæ tendum. in fine. dicit tamen quòd ipſe admitteret reum opponentem contra actorem, allegantem timorem cancellariæ, ſi haberet probationes promptas, aliàs non admitteret ſed remitteret ad iudicem impetratum pa- ctorem coram quo reus probaret, & ita dicit ſe habuiſſe à præfato Bononien. epiſcopo ſeruare Ioan. Cal. vt refert Dominicus in allega. cap. ſtatutum. diſtinguit quòd aut iuramentum eſt delatũ reſciente & contradicente, vel excipiente aut tacente vel non conſentiente. primo caſu non nocet ſibi, quia malè facit iudex, ad hoc de emptio. & venditio. capit. penult. & facit quod not. Innocen. in cap. quia propter. de electio. de canonico qui alteri vocem ſuam commiſerat, vbi admittitur ad probandum impedimentum per iuramentum: vbi autem tacitè vel expreſsè conſenſit, tunc ſecus. ad quod, de electio. Cumana. & quod ibi not. Et hanc diſtinctionem æquam eſſe dicit idem Dominicus. nam non vult illud capitu. ſtatutum, actorem poſſe impetrare, niſi quando meritò timet, ergo licet dicat timere, vbi in veritate non eſſet timendum, ipſe non excuſaretur, vt dicit glo. ſuper verbo, meritò. Sed quid ſi ſimul concurrant, actor qui vult probare per iuramẽtum, reus contrarium per plenas probationes, quis erit præferendus? Dominic. vbi ſuprà, poſt Ioan. Andr. concludit quòd volens probare audietur, vt æqualitas in iudiciis obſeruetur, & qui melius probauerit, obtinebit. de renunc. c. ſuper hoc.

SVMMARIVM.

1 *Impuberis doli capacis teſtimonium facit ſufficiens
indicium in maleficijs. & num. 2.*
3 *Pater, filius, & alij domeſtici, in maleficijs an poſ-
ſint deponere, & an eorum teſtimonium faciat
indicium.*

QVAESTIO CCXXXVIII.

AN teſtimonium [a] impuberis † doli capacis 1 a
quanuis non faciat teſtimonium, ſaltem faciat ſuf- 1
ficiens indicium. Concluſum fuit quòd ſic. ita tenet 1
gloſ. in l. inuiti. ff. de teſti. & Bart. in l. j. ſi impubes. ff.
ad Silleis. quod intelligitur ſecundum l. de minore.
ff. de quæſtio. videlicet quòd pupillus non torque-
tur, ſed ferula percutitur ad inueſtigandum verita-
tem, non quòd dicto eius ſtetur, ſecundum Bart.

a Adde gl. iiij. quæſt. iij. c. j. & in l. talis. C. ad Silleia. qui dicit
quòd impuberes ſolent ferula cædi ad inquirendum, non ad
puniendum. & Bartol. ibi no. quòd † licet impuberes non ſint 2
idonei teſtes a in maleficiis: vt l. in teſtimonium. ff. de teſtib. 2
hoc eſt verum ad plenam probationem, ſed bene ad indiciũ,
ex quo concludit quòd impubes facit indiciũ ſufficiens. idem
not. Bar. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iuram. calum. Sed in l.
maritus. ff de quæſtio. dicit quòd teſtis qui non debet exami-
nari propter ætatem, non facit indicium plenum, ſed quale
quale vt d. l. j. §. impuberes. ad Silleia. & no. in gl in l. talis. C.
eod. titu. Quid autem ſi ſit alius teſtis, qui non debuit contra
malefactorem examinari, ſicut pater, filius, domeſtici, & alij
commenſales: vt l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. l. lu-
lia. & d. l. inuiti. & l. parẽtibus. ff. de teſti. An examinati faciant
indicium, dic quòd nõ, ſecundum Bar. in l. j. §. idem Corne. &
§. diuus. & §. ſeruus. & alleg. l. maritus. ff. de quæſt. idem Bart.
in l. ſeruos pro domino. C. de teſti. & in l. ſi quis ex argenta-
riis. §. ij. ff de eden. de materia indiciorum vide ſingulariter
Ang. Are. in tract. malefic. in verſic. fama præcedente.

r ADDITIO. Teſtimonium impuberis doli capacis. Vide Rotam q. cccvj. & q. cccccj. in nouis.

a Idonei teſtes. Vide Alex. in conſil. lxiiij. in j. volum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia læſa, elapſo quadriennio ſi petat ſe reſti-
tui in integrum, non reſtituitur.*
2 *Niſi læſio fuerit enormiſſima, tũc enim reſtituitur.*

QVAESTIO CCXXXIX.

ITEM fuit quæſitum. [a] Eccleſia fuit læſa † ad a
contractum vel ſimile aliud: ita quòd non poteſt re- 1
ſtitui poſt quadriẽnium elapſum, an ſaltem poterit
excipere?

excipere? Cy. mouet iſtam quæſtionem in l.ſuper-
uacuam.C.de tempo.in inte.reſtit.pe. & tenet quòd
non:quia fuit in poteſtate ipſius eccleſiæ intra qua-
driennium agere, igitur & excipere.in l.necnon. §.
except. ff.ex quibus cau. maior. & l.nam & poſtea.
§. quòd ſi minor.ff.de iureiuran. vbi text. Et ita fuit
ſententiatum in Capella.

a Idem tenet Sali.in alleg.l. ſuperuacuam. in fi. idem Paul.
Fran.de Zaba.& Io.de Imo.in cle.vnica.de in inte.reſt.in cle.
a Adde glo.ſingu.in c.j. de in integ.reſti.lib.vj.quæ vult quod † etiã
lapſo quadriennio à tempore læſionis eccleſia audiatur pe-
tens in integ.reſti.puta quando fuit læſio enormiſſima, quam
gl.ſequuntur Sicu.in c.j.eo.titu.Ange.Are.in §.rurſus.inſti.de
actio.vj col.verſi.ſed in tempore. Adde quòd ſi ceſſante enor-
miſsima huiuſmodi læſione, vel aliis cauſis de quibus in glo.
ſi.illius c.j.lib.vj. ſi petita fuerit in integrum reſtitutio lapſo
quadriennio,& concesſa non valebit.ita tenet Bar. & Nico.de
Neapol.in l.ſcire.§.conſequens.de excuſ.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Clericus cõtrahens matrimoniũ, amittit beneficiũ.*
2 *Si contraxerit per verba de præſenti etiã non ſub-*
ſequuta copula carnali: ſecus tamen ſi per verba de
futuro.& nu.3.
4 *Beneficium quoque amittit, etiã ſi ſponſa cum qua*
contraxit per verba de præſenti ingreſſa fuerit mo
naſterium.
5 *Contrahens illicitè non eſt melioris conditionis, quã*
ille qui contraxit licitè.

QVAESTIO CCXL.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si clericus † habens be
1 neficia cõtraxit matrimoniũ, an eo ipſo vacent dicta
beneficia? Concluſum fuit quòd ſic: ita tenet Colle.
in cap.j.de cler.coniug.& ibi pleniſsimè per ipſum.

2 a Hoc intellige quando contraxit † per verba de præſenti
etiam non ſubſecuta copula carnali,quia exercuit actũ omni-
no contrarium clericatui,nec debet habere vxorem carnalem
ſed ſpiritualem: videtur enim per actum contrarium renun-
tiaſſe beneficio, & habere illud pro derelicto.ar.cap.ex tranſ-
miſſa.de renun.c.cum renuntiatur.xxxij.q.j. ſecus † autem, ſi
3 tantum contraxiſſet per verba de futuro, vt tenent Io.An. Si-
cul.& communiter doct.in alle.c.j.idem Do.de Ro.deci.xxvj.
aliàs deciſ.t.de cleric.coniuga. in nouis. vbi tenent quòd im-
petranti beneficium tanquã vacans per contractũ matrimonij
non ſufficit probare contractum ſponſaliorum per verba de
futuro,idẽ tenet Dominicus de ſan.Gemi.in c.j.de cleri. con-
iu.lib.vj. Adde quòd † ſi ſponſa de præſenti antequam ſit co-
4 gnita ingrediatur monaſterium,non recuperabit clericus be-
neficium,vt dicunt docto.vbi ſuprà. Adde ſi clericus in ſacris
contraxerit matrimonium per verba de præſenti priuandus
erit beneficiis per ſententiam:niſi cum eo diſpenſetur,gloſ.in
allega.c.j. de clericis.coniu. in antiquia. ſequitur Anto. & ita
tenet Io An.in.c.Ioannes.de cle.coniuga.& poteſt ſecundum
eum epiſcopus diſpenſare, arg.c.ſane.ij.eo.ti.niſi contraxiſſet
bigamiam.vt c.nuper.de bigam. Sed Io.And.in allega.c. j. &
Sic.tenent quòd ſit priuatus ipſo facto,ſicut ſi teneret matri-
monium,quia non debent eſſe melioris conditionis qui con-
5 traxerunt illicitè,quàm qui licitè,in c.eum qui.de præb.lib.vj.
c.nuper.alle.& vide Sic.in alle c.j.Adde quòd no. per Bartol.
Brixi.in quæſtione dominicali,quæ incipit,clericus quidã:vbi
1 concludit quòd ſi clericus cõtraxiſſet cum cõſanguinea [1] per-
didiſſet beneficia:quia quãtum in eo fuit matrimonium con-
traxit:idem tenet Ang.de Clauaſ.in ver.clericus.v.
1 Conſanguinea.Adde dec.conſ.166.in princip. contrarium
tenentem.& ibi vide apoſtillam in verb.conſanguinea.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non reuelare ſecretum, ſi id reſpiciat vtili-*
tatem publicam, compelli poteſt ferre teſtimonium.
& nume.2.
3 *Iuramentum non obligat teſtem.*

QVAESTIO CCXLI.

ITEM fuit quæſitum. [a] Si tres ſocij † iurane- a
runt aliquid tenere ſecretum, ſi poſtea ſuper illo fa- 1
cto iuramento producantur in teſtes, an compel-
lantur ferre teſtimonium? Cõcluſum fuit quòd ſic,
per not.Innoc.in cap.qualiter.el j.de accuſ. c. incli-
nauit.& c.conſtitutus.de teſtib.

a Idem tenet Sicul.in alleg. cap.intimauit. & cap. qualiter.
Idem Fran.Are.in eo.cap.qualiter.idem Ang de Clauaſ.in §.
confeſſio. vltimo, verſ.xxij. Adde † quòd ſimiliter cogi poteſt 2
ad reuelandum ſecretum,ſi hoc reſpicit vtilitatem publicam,
& ſuper vtroque dicto vide Bald. & Ang.in l.fin. ff.qui ſatiſd.
cogan.& Sicul.& de Clauaſ.vbi ſuprà,hoc eſt tenẽdum,quic-
quid dicat Bald. in l.nullum. C.de teſtib. vbi dicit quòd qui
iurauit non reuelare ſecretum, ſi vult teſtificari, repellitur:
quia aut dicit falſum,aut eſt periurus. alleg. Ioan.And. in c.li-
teras.de præſump. nam vt patet ex dictis Innoc. iſtud † iura- 3
mentum non obligat teſtẽ,ergo non eſt periurus.Adde quòd
ſi quis,ſicut quotidie contingit, reuelat peccatum ſuum ami-
co, dicens hoc ſibi dicere in confeſſione, reuelando peccat
mortaliter, & crimen proditionis incurrit, niſi quando ve-
ritas id exigit in periculum aliorum, vel quando obedientia
cogit ad reuelandum: vnde contra iſta duo & iuramentum &
promiſſio non valent, ſecundum de Clauaſ. vbi ſuprà, vnde
Sicu.in c.omnis vtriuſque ſexus.de pœni. & remiſ. dicit quòd
ſi talia aſſumitur in teſtem, tenetur reuelare. Et laico non di-
citur in confeſſione ſine pœnitentia, niſi aſſumatur loco ſa-
cerdotis in neceſſitate, & fiat ei confeſſio ſicut ſacerdoti: tunc
enim non debet reuelare, etiam tanquam teſtis: aliàs punire-
tur, ſecundum Sicul.in eod.cap.omnis.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt remittere actionem iniuriarum tam*
ciuilem quàm prætoriam competentem filio:
2 *Modo pater fuerit honeſtæ vitæ ſecus ſi vilis.*
3 *Pater inhoneſtæ vitæ non habet filium in poteſtate.*

QVAESTIO CCXLII.

ITEM an pater poſsit † remittere actionem in- a
iuriarum [1] tam ciuilem quàm prætoriam competen- 1
tem filio. Concluſum fuit quòd ſic, ſecundum di-
ſtinctionem l. ſi vnus. §.filiusfam. cum ſequen. ff.de
iniur.ita tenet Spec.ti.de iniur.§.j.ver.ſed nunquid.
& Collect.in cap.fin.eod.tit. & Bart.in d.§.filio. qui
ſecundum eum facit quòd pater poteſt facere pa-
cem cum iniuriantibus filium. idem Hoſt. in ſum.
eod.tit.§.cui detur.ver.ſi verbo,conſilio.

a Adde gl.& Bar.in l.perſonam.ff.de pact.facit l.j.ad fin.& l.
lex Cornelia.cum ſimil.ff.de iniu.& facit in arg.cap. exhibita.
de homi.Adde Inno.in c.non dubium. de ſent. excom. limita
præmiſſa,ſi pater † eſt honeſtæ vitæ:nam ſi vilis eſt, non per- 2
mittitur ei quòd remittat iniuriam filij, caſus eſt in d.§. filio.
verſic.interdum.Ratio eſt, † quia pater inhoneſtæ vitæ non ha 3
bet filium in poteſtate.l.& ſi lenonea. C.de epiſ.aud.& ita no.
Bar.in alleg.§.filio.qui propterea refert ſe dixiſſe,in l.ij. ff. de
vulg & pupil. ſubſti. quòd quando pater eſt vilis, non poteſt
filio pupillariter ſubſtituere.ſicut enim ei auſertur adminiſtra
tio bonorum filij in vita,ita in morte:vt in d. ver.interdum.&
l.ſi.C.de ſent.pal.limita ſecundò, niſi iniuria facta fuiſſet filio
per coniunctam perſonam.l.Lucius.ff ſol.mat.ſecundum Bar.
quem ſequitur Lud.Roma.in ſingularibus ſuis.xciij.
1 ADDITIO. An pater poſſit remittere actionem iniuria-
rum: tu vide ad propoſitum huius quæſiti Gui.pap. q.ccccciv.

QVAESTIO CCXLIII.

ITEM quidã aduena ſiue peregrinus venit ad a
ſanctũ Sudarium Tholoſæ ſine licentia ſui prælati,
vel ſacerdotis, aut rectoris, vult confiteri archiepi-
ſcopo Tholoſæ,vel habentibus ab eo poteſtatẽ, an
poſsint? Concluſum fuit quòd non, prout not. Inno.
in c.omnis.de pœni.& re.in vlt.col.& ibidem Colle.
ſuper verbo,proprij ſacerdotis.q.xiiij. Hoſt.in ſum.

§.cui ſit confitẽdum niſi in caſu neceſſitatis, poteſt tamen auditi de confeſſione, non tamen poteſt abſolui. idem Guli. de monte Lau. in c.ij. de ſepultu. in clemen. ſuper verbis, nullatenus audituræ.

a Idem tenet Ange. de clauaſ. in §. confeſſio tertiò. verſicu. xj. Et vide ibi quis ſit proprius ſacerdos vagabundorum, verſi. ix. & de ſcholaribus, ver. x.

SVMMARIVM.

1 *Famoſis in cauſis an ſit locus dilationi iuramenti in ſupplementum probationis. & nu. 2. 3.*

QVAESTIO CCXLIIII.

a ITEM fuit quæſitum,[a] An agenti actione † in-
1 iuriatũ, vel alia famoſa actione in defectu ſemiplenæ probationis ſit deferendum iuramentũ: Concluſum fuit quòd nõ, prout tenet Cy. in l in bonæfidei. C. de iureiu. Io. And. in gl. illius regulæ iuris, cũ ſint obſcura. de reg. iur. lib. vj. gl. in c. tam literis. de teſt. Spe. in tit. de iura. dela. §. j. ver. vt autẽ. quanuis Coll. videatur tenere contrarium. in c. fin. de iureiuran.

a Adde Bar. in l admonendi, antepe. col ff. de iureiur. vbi te-
2 net † quòd in cauſis etiam famoſis ſit locus dilationi iuramenti in ſupplementum probationis, & tenere contrarium eſt cõtra caſum multarum legum in hanc materiam, gloſſ. & opi. docto. ſunt diuerſæ, prout ponit late Sicul. in alleg. c fina. Cõcluſionem tamen noſtræ quæſtionis ſequitur Bal. in d. l in bo-
5 næfidei. 1 Quam ego limitarem, quando † cauſa iniuriarum
6 non eſt multum præiudicialis: vt quia ageretur ad emendam pecuniariam contra reum, qui ſe per procuratorem cauſa vitandæ infamiæ defenderet, de qua iniuria ita certus eſſet actor ſicut reus: nam tunc eſſet locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis: quia tunc ceſſaret periculum famæ: vt in l. furti. §. qui alieno. ff. de his qui no. infa. ſuper quo periculo famæ fundatur opinio contraria. Quod videtur voluiſſe Hoſt. in alleg. ca. tam literis. & ſequitur Ioan. Fab. in allega. l. in bonæfidei. dum limitat illam gloſ. niſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ condemnationem, ſecus ſi immineret aliud perſonale præiudicium, puta infamia: & hoc ſentire videtur Sicu. in allega. ca. fina. ix. colum. hanc limitationem ſemel allegaui in curia archiepiſcopali Tholoſæ, ſed nihilominus fuit ſimpliciter iudicatum iuxta deciſionem prædictam. Quia cùm quis conuentus actione iniuriarum condemnatur per procuratorem, licet iuris infamiam euitet non tamen infamiam facti: de hoc eſt caſus in l. ij. ff. de obie. glo. in l. ceſſat. ff. de act. & obl. Et ſic actio iniuriarum eſt ſemper multum præiudiciabilis.

1 ADDITIO. in bonæfidei. vbi etiam vide per Salicetum, ij. iij. & iiij. colum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio habetur pro deſerta, ſi per negligentiã, vel lapſum anni nullo iuſto impedimento interueniente appellans vel appellatus eam non fuerint proſecuti.*

2 *Appellationis deſertio non nocet appellato volenti confirmationem vel reformationem ſententiæ, & condemnationem expenſarum.*

3 *Diligentia appellati prodeſt ſæpe appellanti.*

4 *Appellato non eſt tutum proſequi appellationem poſt fatalia.*

QVAESTIO CCXLV.

a ITEM ſi appellatio a deſerta † ſit 1 per negli-
1 gentiam, vel lapſum anni, nullo iuſto impedimento
1 interueniente, an appellatus vel appellans poſſit illam proſequi? Cõcluſum fuit quod non, vt not. Collec. in cap. ex ratione. de appellatio. & ibidem Io. And. in nouel. & videtur text. in cle. ſi appellationem. eodẽ titu. in cle, vbi idem tenet Zenze. primò quia iudex appellationis deſiit eſſe iudex. Item vt ſit litium finis. Item propter authoritatem rei iudicatæ. Et hoc etiam expreſſo conſenſu partium interueniente.

a Abb. Sicul. in cap. ex parte, ſcilicet de reſcript. limitat dictam clemen. vt habeat locum quando neque appellans, neque appellatus impetrauerunt in termino, vel non ſunt proſecuti. Secus ſi appellatus impetrauit in termino: quia deſertio non impediet ipſum proſequi, & conſequenter appel- 2
lantem 2. Idem Federic. de Sen. conſil. cviij. incipien. punctos quæſtionis talis eſt. idem Sicul. in cap. perſonas. v. col. de appellatio. & Anto. de But eod. tit. cap. ſæpe. iiij. colum. ibi, quæro an habeat locũ, vbi dicit, quòd ſi appellatus vult proſequi cauſam. ſuper qua impetrauit, ante deſertionem poteſt, & data via actionis poterit appellans ſe defendere. facit cap. cùm inter. de exceptio. & ſequitur Imo. in cap. ſæpe. vj colum. ibi, & nota bene, quia voluit Federic. ponderans quòd appellatus dicitur infra terminũ proſecutus, ſi ſe præſentauerit ad iudicem contradictarum. Abbas Sicul. in alleg. cap. ſæpe. di- 2
cit, quòd † deſertio non nocet appellato volenti fortè proſequi confirmationem ſeu reformationem ſententiæ, & condemnationem expenſarum. Sed non putat vtile appellato procedere & proſequi appellationem: ſed melius eſt approbare deſertionem, ne ſe exponat periculo contrariæ ſententiæ, quam poſſet reportare in cauſa appellationis. Poterit autem expenſas conſequi coram iudice à quo: vt per eum in ca. reprehenſibilis. eod. tit. Adde Rot. deciſ. 65. aliàs deciſ. 7. de 3
appel. in no. vbi in ſcta additione tenet † quòd diligentia appellati prodeſt appellanti. & ita limitatur dicta clemen. ſi appellationem, & dicitur quòd non ſufficit quòd appellatus intra annum dederit petitionem: ſed requiritur quòd inſtiterit ſumma cum diligentia, ſicut de appellante dicitur in l. fina. in verſic. ſumma ope. C. de tempo. appel. quod vltimum etiam firmat Abb. Sicul. dicens, quòd ſi appellatus prope finem fatalium non adhibuit poſſibilem diligentiam, prædicta non procederent. Et licet prædicta ſint vera, ſecundum communem opi. doct. tamen Imol. in alleg. cap. ex parte. & Franc. de 4
Zaba. in alle. cle. ſi appellationem, indiſtinctè prohibent † appellato proſecutionem appellationis poſt fatalia. opinio tamen communis ſeruaretur in practica, maximè propter ſupradictam deciſionem: ratio, vbi dicitur expreſsè quòd dicta clemen. ſi appellationem, loquitur quando neutra partium proſequitur infra terminum: ſed diligentia appellati prodeſt appellanti: & hanc partem ſequitur Præpoſi. in alleg. ca. ſæpe. ix. col. quem ibi vide: limita inſuper d. clemen. niſi iudex pronontiaret prius appellationem non eſſe deſertam. An modò fuerit reuocatum in dubium inter ipſas partes: de ipſa deſertione, & ſecuta pronuntiatio ſuper non deſertione: quia ſi ab ea non fuerit appellatum, valebit ſententia, quæ poſtea infirmauit primam, à qua fuerat in principali appellatum. tenet Ant. de But. in c. ſuper literis. de reſcrip. xxviij col. ibi vidi dubitari, &c. Idem Io. de Imo. in d. c. ex parte. j. viij. col. & in d. c. ſuper literis. xv. col. & Phil. in ca. ex ratione. de appel. xlij. col. & Imol. in cap. cum dilecta. de reſcript. dicentes hanc eſſe ſingularem limitationem ad dictam clem. ſi appellationem. pro quo facit not. per Domi. in cap. j. de reſcrip. lib. vj. in v. colum. verſic. quid ſi pronuntiatur. Adde hic quod dicit Rota deciſ. cj. quòd licet appellatio à diffinitiua interpoſita ſit deſerta, auditor tamen datus in huiuſmodi cauſa appellationis, poteſt appellationem pronuntiare deſertam, vel cõfirmare primam ſententiam ſi voluerit, præſertim ſi in commiſſione ſibi facta negotiũ principale cõmittatur expreſsè: nam ex quo tranſiuit in rem iudicatam, & fatalia ſunt lapſa: ſic per ius eſt confirmata: vt in cap. perſonas. de appel. c. cùm ſit. & ca. reprehenſibilis. hoc videtur tenere Innoc. in cap. j. de confit. vti. vel inuti. in fi. quod eſt verum quando appellatio eſt deſerta in ſuis manibus, aliàs ſecus: vt in alleg. c. ex parte. ſuprà vide Rotam deciſ. ccccliij. in antiquis. & ſæpenumero in curia Parlamenti domini pronuntiant appellationem deſertam: & nihilominus confirmant ſententiam, quæ aliàs etiam erat à iure confirmata: & ita tenet poſſe fieri Præpoſi. in alleg. ca. ex ratione. xxiiij. col. quanuis Bal. videtur tenere contrarium in l. ante ſententiæ. in fi. C. quorum appel. non recip.

1 ADDITIO. Si appellatio deſerta ſit, tu vide d. Gul. in deciſ. gratianop. quæſt. cccexvj.

a Appellantem. Ita etiam ſentit do. Federic. in ca. perſonas, circa fi. vbi dicit quòd diligentia appellati in impetrando iudicem prodeſt appellanti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debitor conueniri non poteſt, niſi inquantum facere poteſt.*

2 Cleri

2 *Clericus an bonis cedere poſsit.*
3 *Priuilegium conceſſum militi ſeculari an habeat*
locum in milite caleſti.& nu.4.
5 *Clericus excommunicatus pro debito ciuili, admit-*
titur ad faciendum ſequeſtrationem fructuum ſui
tituli, ſeu beneficij.& nu.6.

QVAESTIO CCXLVI.

a ITEM fuit quæſitum. a Aliquis presbyter fuit
condemnatus in centum, non poteſt ſoluere niſi vi-
ginti, quomodo executabitur? Cõcluſum fuit, quòd
1 inquantum facere poteſt 1. ita no. gloſſ. in l. miles. in
prin. ff. de re iudica. idem ibi Bar. in glo. in l. ſtipẽdia.
C. de execut. rei iudi. Et ibi Cyn. per Spec. in tit. de
primo & ſecundo decre. §. reſtat. verſic. quid ſi reus
non habet niſi præbendam, vel beneficium.

a Aduerte quia Ange. in allega. l. miles. refert Oldra. tenere
a contrarium, quòd immo clericus poſſit † conueniri vltra
a quàm facere poſſit, & ideo eget † ceſſione bonorum & alle-
ga. ca. Odoardus. de ſol. & no. 10 ca. peruenit. de fideiuſ. & hoc
tenuit Hoſtien. in d. cap. Odoardus. & ſequitur Ioann. Andr.
& facit gloſ. ibidem. & facit c. ſi propter tua debita, de reſcrip.
libr. vj. & quod ponit Barto. in l. 4. C. de iuris & fac. igno. ad fin.
vbi dicit quòd priuilegium illius l. j. indultum militi † ſeculari
3 non habet locum in milite cæleſti: facit etiam quia priuile-
gium eſt lex priuata, tertia diſtinctione c. priuilegium, ergo
non debet extendi de vno milite ad alium. Sed his non ob-
ſtantibus deciſio noſtræ quæſtionis, in contrarium eſt verior.
Et vltra allegs. in ca, adduco tibi gloſſ. in c. ſtudeat. 50. diſtin-
ctio. & Bartol. in l. mulierem ff. de his quib. vt indig. & in l. af-
fectionis. ff. de dona. & in l. miles ita. §. mulier. ff. de teſta. mili.
quibus locis ſequitur dictam gloſſ. Idem voluit Ioan. Aret. re-
latus ab Ange. in dicta l. miles. Et facit quod not. in l. prima. §.
eſt et alia. ff. ſi quis, à parente fuerit manu. idem tenet Sicul. in
c. Odoardus. de ſolutio. & in c. olim. ij. de reſtitutio. ſpolia.
idem Dominic. in allega. c. ſi propter tua debita. Idem Barb. in
alleg. ca. Odoardus. vbi de hoc dicit eſſe tex. indubitatum. Nã
ibi de ceſſione bonorum nullam facit mentionem. Tamen re
4 præhendit iudicem † qui excommunicauit clericum, & per
conſequens clericus gaudet huiuſmodi priuilegio ſicut miles
ſecularis. Ad quod facit gloſſ. in l. milites. C. locati. & in alleg.
l. ſtipendia. & in l. ſecunda. §. ignominiæ. ff. de his qui notan.
a infamia. qui æquiparant milites cæleſtis militiæ & terrenæ a.
& facit c. j. de cleri. ægro. & c. ſi officia. lix. diſt. vide latius per di
ctum Barto. vbi ſuprà. Ego ſemper vidi ſeruari, quòd cleri-
5 cus † excommunicatus pro debito ciuili admittebatur ad fa-
ciendum ſequeſtrationem fructuum ſui tituli, ſiue beneficij,
reſeruata ſibi congrua portione pro ipſius ſuſtẽtatione: iuxta
prædictam gloſſ. in capitul. ſtudeat. & hoc facto ſi non haberet
6 aliunde, vnde † poſſet ſatisfacere, abſoluebatur & detineba-
tur beneficium in ſequeſtro: donec fuiſſet creditoribus ſatisfa-
ctum: & ita dicit Colle. in alleg. c. olim. in curia vidiſſe ſeruari,
& iſta opi. valuit de conſuetudine. quia aliàs pro debito priua
to clerici non erat fienda executio in fructibus beneficij: ſe-
cundum Abba. Sicul. in c. peruenit. de fideiuſſo. vbi vide per
eum: & latius ibi per Barba. vide etiam eundem Sicul. in cepe-
ri. et. cum eſſes. de teſtamen.

1 Additio. Inquantum facere poteſt. vide in deciſi. delph.
quæſtio. cxxxviij. & q. cccccxij.

a Et terrenæ. An & quando clericus & miles comparantur.
vide per do. Fel. in c. cum ex officij. de præſcri. in j. colum. ante
fin. verſ. inquantum abbas, vbi infert ad deciſio. multarũ quæ-
ſtionum, & iſtam deciſionem approbat. ſ. quòd clericus non
conuenitur niſi inquantum facere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus liti adulti, vel pupilli, tenetur bona*
ſua obligare, & dare fideiuſſorem.
2 *Non tenebitur tamen inuentarium conficere, & ita*
de conſuetudine obſeruatur.
3 *Cogetur tamen ſatiſdare vtilia facere, inutilia*
prætermittere, & adultum indefenſum non relin-
quere ad inſtar tutoris.

QVAESTIO CCXLVII.

ITEM fuit quæſitum. a Si curator † datus liti a
adulti vel pupilli teneatur obligare bona ſua, & da- 1
re fideiuſſorem? Concluſum fuit quòd ſic. per l. de
creationibus. C. de epiſc. aud. & per l. & ſi ad ſpecies.
ff. rem pupil. ſal. fo. & vbique in gl.

a Idem Bar. in d. l. & ſi ad ſpecies. & in l. ſi hæreditas. in fine.
ff. de teſtam. tute. & in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. x. & in l.
tutor, qui repertorium. j. colum. ff. de admi tuto & in l. j. ff de
cura. bon. dan. Ang. in l. j. C. qui pet. tu. Ang. Are. & Ioan. Fab.
inſtit. de cura. circa prin. Spec. in tit. de cura. verſic. inſtrumen-
tum generale curæ ad lites. Adde † quòd talis curator non te- 2
netur conficere inuentarium de conſuetudine, vt not. gl. in d.
l. de creationibus. & l. actor. ff. rem rat. ha. & ibi Bart. in d. l. tu-
tor qui repertorium. Ang. Are. vbi ſuprà. Ro. deciſ. xlviij. Spec.
in tit. de acto. ad vniuer. verſic. puberes. & ibi Io. Andr. & Bal.
in additio. Credit tamen Ange. Aret. vbi ſuprà, quòd debeat
† ſatiſdare vtilia facere, & inutilia prætermittere, & adultum 3
indefenſum non relinquere ad inſtar tutoris. vt l. fin. §. defen-
ſionem. C. de admi. tuto. & not. Bartol. in l. legitimos. in fine.
princip. ff. de legi. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento ille dicitur contrauenire, qui quod iu-*
rauit certis terminis ſoluere, non ſoluit.
2 *Non implens promiſſa incidit in pœnam l. ſi quis*
maior. C. de tranſact.
3 *Excommunicati paſsim in foro ciuili admittuntur*
ad agendum.

QVAESTIO CCXLVIII.

ITEM fuit quæſitum. a Si quis promiſit † ſol- a
uere centum certis terminis, & iurauit non venire 1
contrà, An non ſoluendo in dictis terminis videa-
tur venire contrà? Concluſum fuit quòd ſic. per l. ſi
quis maior 1. cum gloſ. ſuper verbo ſolidauerit. C. 1
de tranſact. quod not.

a Idem ſi affirmatiuè aliquis iurauit ſe pactum aliquod aut
tranſactionem ſeruare & implere: quia tunc propriè iuramen-
to dicitur ſolidare. ideo † non implendo promiſſa locum ha- 2
bet pœna illius l. ſi quis maior, quam not. Quia ponit modos
per quos quis dicitur contrauenire. Vnde Bald ibidem. quòd
is dicitur contrauenire, qui in contrarium ſupplicat. Item qui
adit iudicem per libellũ conuentionalem, vel facit partem ci-
tari, vel in aliquo facit contra promiſſa. vnde ſi quis impetra-
ret literas ſuper reciſione contractus vſurarij, eo ipſo eſſet
periurus: ſecus ſi impetraret ſuper relaxatione iuramenti. per
cap. j. de interdi. ſecundum Bal. & Salic. Quotidie tamen can-
cellaria regia concedit literas ſuper cancellatione inſtrumen-
ti adiecta clauſula prouiſo, quòd impetrans obtineat diſpen-
ſationem iuramenti: quam tamen ad periurium euitandum,
ſecundum præmiſſa debebat prius obtinuiſſe, ſed nihil ad hu-
iuſmodi tẽporales iudices de periurio: neq; periculo anima-
rum. Nam etiam † excommunicatos ad agendum in ſuo foro 3
paſſim admittunt contra iura: & dicunt iura Sexti in regno,
quatenus iuriſdictionis temporalis præiudicium concernit,
admiſſa non fuiſſe, cùm tamen Pariſius & in aliis vniuerſitati-
bus regni publicè legantur.

1 Additio. l. ſi quis maior. Adde Iaſ. in ea l. iiij. col. ver.
ſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Minor vel eccleſia publicatione teſtium facta, poteſt*
per viam in integ. reſtit. teſtes iterum producere.
2 *Hoc procedit cùm teſtes nihil probauerint, vel ſine*
cauſa depoſuerint: & doceat ſe habuiſſe teſtes quos
non produxerit.

QVAESTIO CCXLIX.

ITEM fuit quæſitum. a Si minor † vel eccleſia a
publicatione facta teſtium ſuper vno articulo, ite- 1
rum poſsit per viam in integrum reſtitutionis teſtes

producere ſuper dicto articulo? Concluſum fuit quòd ſic: ita tenet glo. ſecũdum vnã lec. in l. minor xxv. an. ff. de mino. & Innocen. in c. auditis. de in integ. reſti. & ibidem Collecta.

1 a Idem Sic. 1 ibidem Bal. & doct. in authen. at qui ſemel. C. de proba. Bal. in c. ij. quid ſit inueſtitura. Spec. in ti. de in integ. reſti. v. §. vj. verſi. quid ſi cauſa, vbi idẽ dicit in cauſa eccleſiæ, ſi 2 teſtes † producti nihil probauerint, vel ſine cauſa depoſuerint, quod varum ſi doceat ſe habuiſſe teſtes quos non produxerit, & ſic de læſione: aliàs ſecus. Ang. in authen. de teſtibus. §. quia verò. colla. vj. & vide Bart. in l. j. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nun. & in l. minor. la iij. de minori. vbi poſt gloſ. tenet idem. & in l. petendæ. C. de in integrum reſti. pe. per Pau. de Caſt. in l. j. §. æditiones. in fi. ff. de ædeo. vbi tenet contrarium: Sed primum eſt verius & communius. & intellige quòd etiam aduerſarius poteſt idem reſtitutũ minore ſecundum Bar. & Bald. in d. l. petendæ. & in d. §. nuntiatio.

1 Additio. Idem Sicu. Adde Feli. in c. fraternitatis. v. col. ver. iij. & Iaſ. inferius alle. §. nuntiatio. v. col. & Sicu. in alle. c. fraternitatis. iij. col. verſi. viij.

QVAESTIO CCL.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si actor ſuper actione iniuriatum lite pẽdente cedat bonis, an poſtea proſequi poſſit? Concluſum fuit quòd non. alleg. text.
1 in l. Item ſi vnus 1. ff. de arbi. in princ.

a Adde ble deciſionem cxxxvj. & quæ ibidem poſui. Adde etiam quæ poſita ſuprà in deciſi. lx. lxj. & ccxxxj. & deciſion. xxviij. & cxxiiij.

1 Additio. Item ſi vnus. Vbi textus quòd cedens bonis non poteſt agere neque conueniri pro bonis quæ antè habebat. ſecus in poſtea quæſitis.

QVAESTIO CCLI.

ITEM fuit quæſitum. a Si commiſſarij poteſtas
a eſt finita, caſu quo committens iuriſdictione conceſſa reincipit vti? Concluſum fuit quòd ſic. dummodo committens reincipiat vti ex certa ſcientia, vt tenet Archi. in c. quamuis. de offic. deleg. lib. vj. & Innoc. in capitul. intimaſti. de appellatio.

a Idem tenere videtur Io. An. Zenze. & doc. in alle. c. quãuis. Sed quid ſi cõmiſerit vices ſuas donec duxerit reuocãdas, addens quòd non intendit reuocare iuriſdictionẽ per proceſſum quem in cauſa faceret: & poſtea procedit in cauſa, an intelligitur reuocaſſe? Dic quòd non, ex quo delegatus & ſubdelagatus conſentiunt poteſtatiui ſecundum Arch. in c. ſi delegatus de off. deleg. lib. vj. alleg. not. per Inno. in c. veniens. v. de ſpon. ff. nau. cau. ſtabul. l. fi. §. item ſi prædixerit. facit c. ſi quum. de procu. lib. vj. Idẽ tenent Ioã. An. Domini. & Zenze.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus an poſſit ante finem termini ex cauſa dati appellationem proſequi.*
2 *Superfluis libellis iura non vtuntur.*
3 *Per aſſignationem termini videntur partes adinuicem citata ad eundem terminum.*
4 *Impetratio de proſequendo appellationem, valet, ſi in ſupplicatione mentio fuerit facta de termino, quamuis aliter in curia Romana obſeruetur.*

QVAESTIO CCLII.

ITEM fuit quæſitũ. [a] Si appellatus † poteſt ante
a finem anni, vel biennij dati ex cauſa, appellationem
1 proſequi etiã ante menſem? 1 Cõcluſum fuit quòd
1 ſic, tradendo libellum 2 confirmatorium ſuæ ſen-
2 tentiæ, vt not. Inno. in c. ex ratione. de appel. & Coll. in c. oblatæ. co. tu. & Spec. eo. ti. §. nunc breuiter. ver. Item ponit præfixus. & ita obſeruatur in capella.

a Diuerſæ fuerunt opiniones in hac quæſtione quas videre potes per Præpoſitum in all. c. oblatæ. vbi recitat vltimã fuiſſe opinionẽ Panor. quæ tamen prius fuit Imo. variant cõcor. Feder. diſtingue quòd aut loquimur quando appallatus nimium dicatur præuenire appellantem reſpectu impetrationis tantum. Et tunc quòd ad illum actum impetrandum procedat opinio Ioan. Andr. & ſequacium ibidem, quòd tempus ſit arbitrarium per fundamenta ibi deducta. Aut loquimur reſpectu proſecutionis appellationis, quando poſſit appallatus proſequi appellationem: & tunc procedit opin. Inn. & ſequacium in cap ſæpe. de appel. vt habeat expectare vltimum menſem ſecundi anni, & caſu quo nõ detur ſecundus annus, quòd tunc expectet vltimũ menſem primi anni, & benè conſonant, auth. ei qui. C. de tempo. appella. & c. appellatione. ij. q. vij. & ſic tanquam media via aſſet tenẽda. opinionem tamen noſtræ deciſionis ſequitur Sic. in a. perſonas. de appel. & videntur ſentire do. de Ro. deci. viij quæ inci. Item ſi appelletur. ſed Præpoſitus in alleg. c. oblatæ. dicit non poſſe cadere in mẽtem ſuam quòd appellatus admitti debeat ad tradendum libellum confirmatorium ſuæ ſententiæ. Quia aut appellatus offert libellum ſuper confirmatione ſententiæ appellanta proſequente, & tunc libellus non procedet: quia † ſuperfluis libellis iura 2 non vtuntur. l. fi. quando prouoc. non eſt neceſ. C. facit in arg. c. iij. de proba. ſed proſequente appellante appellatus obtinebit confirmationem ſententiæ, ſi eam meretur ex eadem proſecutione. tex. eſt in d. l. fin. ergo non hoc poterit ipſe petere per libellum: quia hic eſſet ſuperfluus: imò expreſſè determinat Innoc. contrarium in c. cùm contigat. de offic. deleg. facit no. per Bar. in l. ſi ambo. & in l. in tribus. ff. de iudic. vbi ſuprà voluit Innoc. quòd ſi appellans porrigat libellum ſuper infirmatione ſententiæ, & appellatus velit ſuper cõfirmatione porrigere, non admittetur iſta libellus appallantis. Et ita ſeruatur in curia Parlamenti. Aut volumus intelligere quòd appellatus libellum porrigat ſuper confirmationẽ appellanta non proſequente. & tunc ante vltimũ menſem videtur quòd non procedat iſte libellus, nec audiatur appellatus per ea quæ voluit Inn. in opi. ſua, in alleg. c. ſæpe. & quæ voluerunt in diſtinctione ſua Sicu. & Imo. Tamen inſequendo deciſionem prædictæ capellæ in Curia archiepiſcopali vidi ſemper ſeruari, quòd appellatus citari faciebat appellantẽ traditurum ſuum libellum appellatorium cum intimatione, quòd appellatus admitteretur ad tradendum confirmatorium: igitur minimè ſunt mutanda, &c. Dic tamen quòd in termino iuxta præmiſſa procedunt. quia in termino hominis, nec appellans, nec appellatus illum poſſunt præuenire. Quia † per aſſignationem termini 3 videntur partes adinuicem ad eundem terminum citatæ: ergo ante terminum, nec ab appellante nec ab appellato poterit aliquid fieri: aliàs factum non valeret tanquam geſtum ante terminum. per ea quæ habentur in l. aut qui aliter. & in l. fi. ff. quòd vi aut clam. in c. conſoluit. de offic. delega. vt in c. expoſuit. de dilatio. facta † tamen mentione de termino valeret 4 impetratio. vt in d. c. oblatæ. imò in curia Romana poſſet para committi cauſam facere non facta mentione de termino hominis. ita Anto. & Imo. in alleg. cap. oblatæ. Ro. deciſ. ciij. quæ incipit, Item quòd c. oblatæ. Io. Mo. in rub. de reſcrip. lib. vj. Et vide rationem ad hoc, quam ponit Præpo. in alle. c. oblatæ.

1 Additio. Etiam ante menſem. Vide de hoc in deciſio. gratianopo. q. cccxvj.

2 Libellum. Vide deci. ſeu q. cccxviij. & in addi. & q. cccalij. q. cclix. & in additio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus veſtitus alijs veſtibus quàm clericalibus, non gaudet priuilegio clericorum.*
2 *Veſtes clericales quales debeant eſſe.*

QVAESTIO CCLIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] Quidam † clericus con- 1
iugatus cum vnica & virgine captus, & tẽpore de- 1
prehenſionis portabat vnam faupalandam de cadiſio deſuper totam planã, excepto quod circa collum circumquaq; erat vnum coletũ latitudinis quatuor digitorũ: & vltrà de colore liuido, ſiue blauo: cuius coloris erat ſotata dicta faupalãda. & cordulæ v. vel vj. dictæ faupalandæ erant etiam blaui coloris. Fuit petitus remitti iudici eccleſiaſtico per procuratorẽ ſpiritualem, dicendo & allegando, quòd dictus clericus coniugatus erat in habitu & tonſura clericalibus: Fuit allegatum per procuratorem regium, quòd

quòd remitti non debebat: quia non erat in habitu & tonſura clericalibus:cùm veſtes eſſent partitæ, vt ponitur in caſu. Allegabatur per procuratorem ſpiritualē, quòd immo, quia dicta diuerſitas colori, & cordularum non mutabant habitum, & de modico non erat curandum. Item quia etant de colore panni inferioris. Et fuit ordinatum per dominos de cōſilio dominum Bertrandū de Aurmale Abbatē ſancti Iacobi Biterrā. dominum Vitalem de Caſtamorono decret. doctores, Petrū Raymundū de Podio, Buſcano: Raymundum de Maſaco legum doctores: Ioanem de Matuibacn: Petrum Pradalis Liceotiatos: Petrum ad Heiracon aliàs de Boiſiaco: Petrum de Guieſtinis Baccalarios in decretis: non fore remittendum: nec debere gaudere priuilegio clericali: quia non incedebat in veſtibus clericalibus, quæ debent omnes eſſe planæ & non partitæ ſiue virgatæ. vt not. Ioan. Andr. in c. vnico. de cleric. coning.

a lib. vj. ſuper verbo, veſtes. vbi dicit † quòd omnes veſtes apparentes clericales planæ debent eſſe & non partitæ ſiue virgatæ, aut diuerſorū colorum. vt idē Ioan. And. not. in cle. ij. eo. ti. ſuper verbo bipartitas: quia talis veſtis partita eſt laicalis, & ooo clericalis, vt tenet Guil. de Monte Lau. & Zenze. ibidem ſuper dicto verbo. Item quia iſte portabat publicè & quotidie, & non propter honorem feſti alicuius domini, ſine amici, ſicut aliqui faciunt ad hoc iura allega. in d. gloſ. ſuper verbo partita, & ſic fuit concluſum & ordinatum.

a Adde hic dec. lij. cxvij. cxiiij. cxlvij. clxij. clxx. cclxxxiij. & cccxxvij. cxxv. & vtrobique per me ſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus ille non dicitur qui contrahens cum virgine, quam non cognouit, quia morte praeuenta, poſtea cum alia contrahit.*

2 *Nec qui cum vidua virgine contrahit.*

QVAESTIO CCLIIII.

a 1 ITEM quidam clericus contraxit † matrimonium de præſenti cū quadam virgine, quæ nondum coguita mortua eſt: deinde contraxit cū ſecūda virgine, quā cognouit: quæſitū fuit, an debeat gaudere priuilegio qui contraxerunt cum vnicis & virginibus, vt in c. vnico. de clericis coniug. libr. vj. Sed iſte contraxit cū pluribus: ergo &c. Item quia bigamus eſt exutus omni priuilegio clericali. vt in ca. altercationis. de biga. li. vj. Sed iſte eſt bigamus, ergo &c. In

2 oppoſitum fuit concluſum: quia iſte non diuiſit carnem ſuam in plures, vt in c. debitū. de big. ergo non

a eſt bigamus. itē ille † qui contraxit cū illa quæ fuit vidua, tamen nunquam cognita, non eſt bigamus: vt in cap. debitum. de bigamis.

a Et in §. vidua. c. ſi. xxxiiij. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Carnem ſuam matrimonialiter in plures non diuidens, non dicitur bigamus.*

QVAESTIO CCLV.

a 1 ITEM fuit quæſitū, a quidam coniugatus quādam ſæpe cognouit, poſtea cum ipſa matrimonium contraxit: quæ antequam ipſam poſt matrimonium contractum cognouerit, mortua eſt: an ille de cætero debeat gaudere priuilegio clericali. videtur quòd non, quia ille debet gaudere, qui contraxit cum vnica & virgine non corrupta: vt in cap. vnico. de cle. coniug. libro vj. ſed iſte contraxit cum corrupta: ergo, &c. Concluſum fuit contrarium:

1 quia iſte † matrimonialiter non diuiſit carnem ſuam in plures: ergo non eſt bigamus: vt in cap. debitum. de bigam. vbi iſtam partem tangit gloſſ. & Hoſtien. in c. tam literis. de teſt. & ibi Ioan. Andr. in nouella.

a Adde hic deciſ. ccxix. & ibidem per me poſita.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum virgine quam cognouit, quæ propter mariti abſentiam de conſenſu eccleſiæ cum alio contraxit, viro eius viuo exiſtente, an dicatur bigamus.*

2 *Item an ille qui contraxit cum ea quam putabat virginem, cùm eſſet corrupta.*

QVAESTIO CCLVI.

a 1 ITEM fuit quæſitum. a Quidam † contraxit cum vnica & virgine, qua cognita receſſit, & ſe abſentauit multo tempore, vnde mulier cum iudicio eccleſiæ cum alio contraxit, deinde maritus rediens ad inſtantiam mulieris compellitur ipſam recipere, an ille dicatur bigamus, & exutus priuilegio clericali? videtur quòd non: quia in principio contraxit cum vnica & virgine, &c. item quia compulſus per eccleſiam ipſam recuperauit: & ſic videtur potius pati, quàm agere. arg. not. in cap. literas. cum ibi no. de deſpo. impub. per Ioan. Andr. in oppoſitum, quia licet iſte ſit vxor vnius, tamen mulier eſt vnica vnici, quod eſt neceſſe ad hoc vt quis ad promotionem admittatur, aliàs enim pro bigamo reputatur: vt in cap. debitum. de biga. prope fi. Ioan. gloſſator in c. ſi cuius. xxxiiij. diſtinct. tenet primam partem, & Inn. in cap. inquiſitioni. de ſenten. excom. in ſimili quæſtione tenere videtur contrarium.

a Prædictam opinionem quòd ſit bigamus, tenet Hoſtienſ. in ſum. de biga. in ix. quæſt. & iſta eſt opin. communior, etiam ſi eam ignorabat adulteram ſecundum Sicul. in cap. ſi vir. de adul. Adde † idem eſſe ſi credebat eam eſſe virginem tempore cōſummationis matrimonij, & poſt cognouit corruptam. Nam etiam talis bigamus eſt. xxij. q. v. ille. ij. diſtinctio. quia aliquo. nec excuſat error vel ignorantia. d. cap. ille. ſecundum Hoſtienſ. vbi ſuprà in ver. vij. quæritur. 2

SVMMARIVM.

1 *Propter neceſſitatem plura in iure excuſantur.*

2 *In caſu neceſſitatis licitum eſt participare cum excommunicatis.*

3 *Patri filium vendere licet neceſſitatis ergo.*

4 *A furto quis excuſatur propter neceſſitatem.*

5 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

6 *Negligentia alicui imputari non debet, vbi diligentia nihil proficeret.*

QVAESTIO CCLVII.

ITEM ſi clericus coniugatus cum vnica & virgine defert veſtes clericales, tamē quia propter infirmitatem, vel debilitatem capitis, vel nimium caluitiū aut aliàs amiſit omnes capillos, tōſuram non defert clericalem, quæſitum fuit nunquid gaudere debeat priuilegio clericali: videbatur quòd non, per d. c. vnicum. de cle. coning. lib. vj. vbi dicitur requiri quòd portet tonſuram & veſtes clericales copulatiuè. ſed iſte tantum defert veſtes & non tonſuram, ergo, &c. In contrarium, quia † propter neceſſitatem 1 plura in iure excuſantur, 1 qua ceſſante non excu- 2 a

2 ſarentor:nam in † caſu neceſsitatis licitum eſt par-
ticipare cum excommunicatis.de ſenten.excõmu.c.
ſi vere.cum ſi.Et excuſatur ab actione l.aquiliæ. qui
magna vi cogente vel neceſsitate damnum dedit. ff.
3 ad legem Aquiliã.l.ſi quis.§ j. & patri † filium ven-
dere licet in neceſsitate paupertatis,vel famis.C.de
4 patri.qui fil.diſtra.l.ij. Et † propter neceſsitaté quis
excuſatur à furto:vt de furtis.c.ſiquis. Et in caſibus
reſeruatis ſimplex ſacerdos poteſt in neceſsitatis ar-
ticulo abſoluere.c.de cætero.de ſenté.excom.& c.ea
noſcitur.& c.eos.co.tit.lib.vj.Et ideo eadem ratione
iſte clericus qui propter cauſam iſtam neceſſariam
excuſatur à delatione tonſuræ. Item quia iſta ei ad-
5 uenerunt poſt aſſumptã tonſurã,ergo &c.Item † ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus.l.generaliter.C.de epiſco.
& cle.modo priuilegij ipſius priuatio fuit contem-
ptus iſtorum clericorum coniugatorum, qui habi-
tum & tonſuram nolebant,vel non curabant defer-
re:& priuilegio eccleſiaſtico volebãt gaudere:vt no.
Archi.in dicto cap.vnico.de cle.coniu.lib. vj. ſuper
verſi.deferant.pro quo bene facit quod no. Archid.
in cap.vnico.de vi.& ho.cle.eo.li. in gl. ſuper verbo
Goliardos:quia cùm iſtis ſua conditio diſplicebat,
ipſam videtur cõfundere,& ipſam iuuare nõ debet:
vt xxxij.q.v.c.ſi apud.ff.de iniur.l.ité apud.§.ſi quis.
verſi.cum igitur.in caſu noſtro iſta cauſa ceſſet. & ſi
vellet deferre nõ poſſet:ergo effectus prohibitionis
6 debet ceſſare: quia nunquam † alicui negligentia
debet imputari, vbi diligentia nihil proficeret.ff.ad
legem Rho.de iac.l.pen.§.ſi ea conditione.Item pro-
pter neceſsitaté clericus excuſatur à delatione ton-
ſuræ:vt cap.clerici.de vi & honeſt.cleri.& in cap.ij.
eod.ti.in cle.ergo,&c. Iſta pars de iure vera videtur.

a Adde gloſſ.allega. c.clerici officia. de vi.& honeſt. cleric. in verbis. cauſa timoris. quæ innuit quòd clericus poteſt iuſta de cauſa poſtponere habitum clericalem.nec erit propterea apoſtata. Adde etiam hic quæ dixi ſuprà quatuor proximis deciſionibus.

5 ADDITIO. Excuſantur. Neceſſitatis enim cauſa iuris diſpoſitio ſuſpenditur.l. caſus.& ibi Bal.C.de teſt.

SVMMARIVM.

1 *Conficiens inuentarium an conuenīri poſsit.*
2 *Hæres intra tempora conficiendi inuentarium conueniri non poteſt, alios tamen conuenire poteſt.*

QVAESTIO CCLVIII.

a ITEM an illa exceptio, [a] Ego ſum intra † tem-
1 pus conficiendi inuentarium, & ſic me non potes
conuenire, poſsit opponi proceſſui,& impediat li-
1 tis conteſt. 1 Concluſum fuit quòd ſic: vt in l.ſci-
mus.§.donec. C. de iu. delib. ſecundum Bartol. &
Cyn. & ſi agatur non oppoſita dicta exceptione, an
proceſſus ſit nullus ipſo iure? Concluſum fuit
quòd non eſt nullus.

a Adde ad primum dictum Sali.in alleg. §.donec. & Angel. Areti.inſti.de exce.verſi.xj.Spe.tit.de reo. verſi. item ſuis hæres. Præmiſſa tamen limita niſi hæres alios conueniret: vel niſi capi faciat debitorem ſuſpectum & fugitiuum: vel niſi eſſet pro legatis piis vel ad alimenta. Item niſi propter reſtitutionem vſurarum.Item niſi pro derelicto ad funus,item niſi ex commodato facto defuncto ſecundum Pau. de Caſtr. poſt Bald.in d.§.donec.& Ange.in l.j.§.hæc ſtipulatio.aij.col.ff. ſi cui pluſquam per l.falci. Quæ omnia vera ſunt etiamſi hæreditas ſit lucroſa. Bal.in d.l.ſcimus §.quòd dicitur. Adde quòd
2 etiam † intra tempora conficiendi inuentarium contra hære-
dem non poſſunt fieri executiones in vim inſtrumentorum. & licet regulariter hæres intra prædicta tempora conueniri non poſſit,alios tamen conuenire poteſt, Bartol. in alleg. §.donec.

1 ADDITIO. Impediat lit. conteſt. Vide Gai.pap.in deciſ. Delph.quæſt.clxa.aliàs ccccclaa.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium,vt quis non conueniatur,niſi inquantum facere poteſt,non competit his qui ſunt in dolo. & num.2.3.*
Secus tamen ſi non ſint in dolo.ibid.
4 *Exceptio quæ non repugnat ſententiæ, poteſt opponi etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.& num.5.*
6 *Exceptio vt quis non conueniatur,niſi inquantum facere poteſt, non eſt peremptoria, ſed dilatoria.*
7 *Forma exceptionis, vt quis non conueniatur , niſi inquantum facere poteſt.*

QVAESTIO CCLIX.

ITEM fuit quæſitum. [a] Socer & ſocrus † promi- a
ſerunt & iurauerunt ſoluere doté pro filia genero 1
inſolidum:expoſt gener cõuenit ipſos ad totam do-
rem. excipiunt ſocer & ſocrus, quòd non poſſunt
conueniri niſi inquantum facere poſſunt, deducto
ne egeant in futurum, ſecundum quod nota. gloſſ.
& Bartol. in l.alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimo.
Replicabatur per generum, quòd ipſi iurauerant
in totum ſoluere, quod iuramentum violare non
poterant ſine detrimento ſalutis æternæ. Oppone-
batur ex aduerſo, quòd dicta promiſsio & iura-
mentum erant contra bonos mores, & ſic non erat
obligatorium in d.l.alia. §.eleganter.cum l. ſequen.
ff.ſoluto matrim.& in cap. non eſt obligatorium.de
regulis iuris,lib.vj. Concluſum fuit: quòd dictum
iuramentum non ſit obligatorium, quòd intelligi-
tur in effectu. Tamen dicta pars iurans non poteſt
venire contrà: nec eodem modo excipere, donec
per epiſcopum, aut alium habentem poteſtatem,
fuerit de ſuprà dicto iuramento diſpenſatum: vt
not. Innocen. in cap. venerabilem. de electio. & in
cap.abbas.de his quæ vi met.cau.fiunt.quòd autem
non obſtante dicto iuramento,habita prius habili-
tatione,poſsit opponi dicta exceptio per dictos ſo-
cerum & ſocrum,hoc tenet gloſ.in dicto §.elegan-
ter.& ibi Bartol.

a Quod verum eſt, niſi dicti † ſocer & ſocrus fuerint in do- 2
lo: quia pauperes ſcientes ſe non eſſe ſoluendo, promiſerunt dotem.Nam cùm tunc delinquãt, propter dolum ſuum, perdunt dictum priuilegium: vt l. penult. ff. de iure dotium. tenent Angel.Aretin.& Ioan.Fab.in §.ſunt præterea. Inſtit. de actio. verſicu. Item ſi de dote. vbi vide latiſſimè de perſo-
nis † quibus competit huiuſmodi priuilegium, vt non con- 3
ueniantur,niſi inquantũ facere poſſint,& deducto ne egeant, quæ ſunt pater à filio, patronus à liberto, donans à donatorio , & ſocius à ſocio : & an habet frater huiuſmodi priuilegium.vide gloſ.Bart.& Bald.in l.verum.ff.pro ſocio. & Ange. Areti. & Ioan. Fab. vbi ſuprà,in verſic.ſed & ſi quis.vbi etiam de ſubdito & prælato , de ſcholari & doctore. Adde quòd
† prædicta exceptio poteſt opponi pendente iudicio,ac etiam 4
poſt ſententiam, etiam ſi tranſiuit in rem iudicatam : vt l. ex diuerſo.§.fin.cum ſeq.& ibi Bar.& doct.ff.ſoluto matrimo. & not Bart.& doct in l.Neſennius. in princ. ff.de re iud. Quo-
niam regula: eſt † q omnis exceptio quæ non repugnat ſen- 1
tentiæ , poteſt opponi etiam poſt ſententiam quæ tranſiuit in 5
rem iudicatam:etiam in executione:vt l.j.cum ibi not per gl. & doct C.de iur.& fac igno.& eſt bonus tex.in l.ſi fullo.& ibi Bart. & Pau.de Caſt.ff.de condit.ſine cau.& optimus tex.in l. eleganter.

elegantet. §. ſi quis. ff. de condictione inde. tenet Angel. Areti.
6 in d. verſi. ſed & ſi quis. Aduerte tamen † quòd licet talis exce-
ptio poſſit opponi poſt ſententiam, non tamen eſt peremptoria,
ſed dilatoria, quia per hoc non liberatur debitor ſi peruenerit
niat ad pinguiorem fortunam, vt not. glo. & Barto. in l. tertia.
ff. de exceptio. & Cyn. & docto. in allega. l. prima. C. de iur. &
fa. igno. firmat Rapha. in dicta l. ſunt qui. ff. de re iudica. vbi vi-
7 de gloſſ. Bartol. & docto. Et forma † opponendi huiuſmodi
exceptionem eſt, videlicet non plus dicor promiſiſſe tibi niſi
inquantum facere poſſum, aliàs ſuccumberet. ita dicit gloſ.
& doctores in l. ſi prior. ff. ſolu. matrimo. & tenet Angel. Aret.
inſtit. de exceptio. verſic. vltimo.
1 Additio. Regula. vide per Fel. in capitu. exceptionem.
de excep. xiiij. columna, & latiſſimè per Iaſo. in allega. l. prima
colum. iiij. & ſequen. C. de iu. & fa. ignoran. Et vide infra quæ-
ſtio. cccxlv. & quæſtio. cclxiij. Et quòd iudex in ſententia non
poſſit reo condemnato reſeruare exceptionem ſolutionis, ni-
ſi ex magna & vrgentiſſima cauſa, vide per Guido. pap. quæ-
ſtione lxvij. & vide ſuprà, quæſtio. clix.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ impediunt litis conteſtationem.*
2 *Exceptio abiurationis non impedit litis conteſtationem.*
3 *Contra agentem poſſeſſorio admittitur exceptio iuramenti poſt ſpoliationem præſtiti de non moleſtando ſpoliatorem in iudicio vel extra.*

QVAESTIO CCLX.

a ITEM fuit quæſitum. a An illæ exceptiones,
1 tu † poſsides à me clàm, vel precario, oppoſitæ in-
terdicto vnde vi, impediant litis conteſtationem.
Concluſum fuit quòd ſic, ſecundum Inno. in c. bo-
næ, in ſecundo, ſuper ver. requiſitus, circa princi. de
poſtula. præla. & no. in c. cum veniſſent. gloſſa, abiu-
raſſe. de inſti. Secus in † exceptione abiurationis:
2 quia illa non impedit litis conteſtationem. vt ibi
dicitur, quando vertitur quæſtio ſuper interdicto
vti poſsidetis.
a Quoad primum quæ exceptiones impediant litis conte-
ſtationem, vide plenè ſuprà deci. lxvij. 1 & in remiſſionibus
1 ibidem per me poſitis, & de exceptione abiurationis quod ob-
ſtet agenti interdicto vti poſſidetis: vide plenè per Sicu. poſt
gloſſam in alleg. capitulo cùm veniſſent. de inſt. Adde quòd ſi
fuit factum pactum ipſi ſpoliatori de non agendo poſſeſſorio,
agenti poſtea poſſeſſorio obſtabit talis exceptio. Pro quo gl.
no. in c. ex inſinuatione. de precu. Idem tenet Inno. in c. ſuper
hoc. de renun. pro hoc. alle. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis. &
ibi bonus tex. idem tenet Sicu. in c. ſolicitè. de teſti. ſpo. quòd
intelligit eſſe verum, quando fuit factum poſt ſpoliationem.
Secus ſi ante, quia tunc daret materiam delinquendi, & dolus
futurus remitti poteſt vt in dict. §. el primo ff. depoſi. & quod
no. in c. quemadmodum. de iureiu. Idem ſenſit Rota deciſio.
cccci. aliàs dec. xviij. de reſti. ſpolia. in no. vbi dicit quòd † con-
3 tra agentem poſſeſſorio admittatur exceptio iuramenti poſt
ſpoliationem præſtiti de non moleſtando ſpoliatorem in iu-
dicio vel extra, per allega. glo. in prædic. capitulo ex inſinua-
tione. & dictum Inno. in alleg. capitulo ſuper hoc, & per Spe-
cu. in titulo de peti. & poſſeſſorio, §. finali. verſicul. xv. & vide-
tur pro hoc text. in c. peruenit, de iureiurand. à contrario. &
ca. ad noſtram, eo. ti. & vide latius per Sic. & Rotam vbi ſuprà.
1 Additio. Dec. ſexageſimaſeptima Vide Angelū Areti-
num, in ti. de exceptio. inſtit. vbi vlus omnes pleniſſimè po-
nit omnes exceptiones impedientes litis ingreſſum.

SVMMARIVM.

1 *Iurans vel bona fide promittens permutare beneficium, poteſt compelli ad obſeruationem iuramenti.*
2 *Quicquid fit contra iuramentum præſtitum non valet.*
3 *Non ſeruans iuramentum compellendus per ſuperiorem ad obſeruationem fidei.*
4 *Dolo ſi quis inductus fuerit ad reſignandū beneficiū, renūtiatio valebit, poterit tamen per dolū reſcindi.*
5 *Æquitas ſcripta præfertur rigori iuris ſcripti.*

QVAESTIO CCLXI.

ITEM † an iurans, vel bona fide promittens a
permutare beneficium ſuum, poſsit compelli ad 1
ſeruandum iuramentum, vel bonam fidem? Conclu
ſum fuit quòd ſic. per not. Collect. in c. cum olim.
de rerum permu. q. ſi.
a Adde quòd vbi quis facit procuratorem ad permutandū,
& reſignandum cauſa permutationis, & iurat nō reuocare, ra-
tione iuramenti non poteſt venire contrà, intantum quòd ſi
reuocaret, non valeret reuocatio: quia in ſpiritualibus in qui-
bus non cadit intereſſe, non poteſt agi ad intereſſe: quia quic-
quid † fit contra iuramentum præſtitum non valet vt no. in c. 2
dilecto. de præben. & Archidia. in c. pen. de reſcrip. lib. vj. & in
capi. ſi à ſede. de præb. & vide ſingulariter Rot. deci. ciiij. aliàs
deciſ. viij. de procur. in antiquis. Illud autem quod in quæſtio-
ne noſtra prædictum eſt, debet intelligi ſecundum eundem
Collect., vbi ſuprà poſt Fede. quando non eſt acta promiſſio
ſimpliciter de permutando, quia illud de iure prohibitum, pro
quo bonus tex. in proprio caſu in c. vniuerſorum. eo. ti. in ver.
ſicut promiſerant &c. & ibi Barba. Sed debet prædicta deciſio
intelligi quando aliqui tractauerunt de permutandis ſuis be-
neficiis adinuicem. Et fide data promiſerunt procurare dictā
permutationem per illos qui facere poſſunt, quod non vide-
tur eſſe prohibitum. c. olim de reſti. ſpolia. quod not. gloſſ. ſed
nunquid in c. ad audientiam, el ij. de reſcript. & de præben. c.
ſignificatum. Vnde dicendum † quòd ſuperior ſi voluerit, com- 3
pellet eum ad obſeruationem fidei, aliàs ſecus. Idem tenet
Ioannes de Imola poſt Fede. in clemen. vnica de rerum per-
mu. ij. colom. Sed ponamus quòd aliquis reſignauit in ma-
nibus ſuperioris cauſa permutationis fiendæ cum tertio: qui
quidem tertius noluit poſtea renuntiare, vel morte præuen-
tus eſt. Sico. in capitulo prædicto cum vniuerſorum. poſt Fe-
der. de Se. concludit hunc reſtituendum de iure ad beneficium
ſuum. non tamen redibit ſine noua prouiſione: quia benefi-
cium verè vacauit ex hac renuntiatione: vt not. in c. vnico. eo-
dem titu. lib. vj. & in c. ſi beneficia. de præben. eo. lib. Sed quid
ſi permutatio facta ſit, eſt tamen nulla: an quilibet poſſit redi-
re ad ſua priora beneficia. Ioan. And. in allega. c. vnico. conclu-
dit, quòd ſi nullus ex permutantibus eſt in culpa: tunc redi-
re poterunt per d. c. ſi beneficia. Si verò alter ipſorum fuit in
culpa, dabitur locus expectanti vel ordinario collatori loco
culpabilis. Et idem videtur quando ſine culpa vnius alterius
beneficium euincitur non in limite permutationis: quia debe-
bat ille conſiderare cum quo contraheret. C. de fur. l. ſi ciui-
lem. Idem ſentit Fede. de Se. in tra. permu. q. vij. Idem Domi-
ni. in alleg. c. vnico, de rerum permu. q. vj. Idem. Ioan. de Imo.
poſt Col. in clemen. vnica. eod. titu. colum. xj. vbi etiam te-
net, quòd † ſi quis dolo aliquem inducat ad reſignandum be- 4
neficium, quòd valet renuntiatio ipſo iure. Sed poteſt reſcin-
di propter dolum iuxta c. cum dilecti. quod me. cau. gloſſ. ta-
men in c. ſuggeſtum. vij. q. j. tenet quòd renuntiatio talis non
teneat. Sed amplius quæritur quando nullus ex permutanti-
bus eſt in culpa: cùm poſſint redire ad propria beneficia ſicut
prædictum eſt: an hoc poſsint authoritate propria, an requira-
tur noua collatio. Federi. de Se. vbi ſuprà. q. viij. Ioan. Andr.
in cap. vnico. lib. vj. Et Alexan. de Argen. in repetitione ſua te-
net quòd ſit de æquitate. Idem Ioan. de Imol in alleg. c. cum
vniuerſorum. per rationem præalleg. c. ſi beneficia. Et per no-
ta. ibi per Archidiaco. in verſic. libere. iuncto eo quod not. Io.
And. in c. vnico. alleg. ſuper eodem verbo. vbi dicit quòd pro-
pria authoritate redire poterunt: quia ſine culpa fuerunt. Con-
trarium tamen fuit determinatum per Rotam, vt legitur dec.
xxiij. aliàs deciſ. j. de rer. permut. quod ſequitur idem Fede. al-
leg. q. viij. quia negari non poteſt quòd beneficia non vacaue-
rint: ergo opus eſt noua collatione. c. ex frequentibus. de in-
ſti. & licet prima opinio Ioan. And. videtur æquior: tamen
quia hæc æquitas ſcripta non inuenitur: ergo ſtandum eſt ri-
gori iuris ſcripti. Et per hoc reſpondetur ad alleg. c. ſi benefi-
cia. quia ibi † æquitas eſt ſcripta quæ præfertur rigori iuris ſcri- 5
pti. vt not. Cyn. & doct. in l. placuit. C. de iud. & Guli. de mon-
te Land. in clem. quamuis. de appella. Præterea Ioan. Andr. in
alleg. c. ſi beneficia. non obſtante opinio. Archid. dicit tutius
eſſe quòd in caſu illius decre. quis authoritate ſuperioris ad
ſua beneficia dimiſſa reuertatur, quàm propria propter pœ-
nam. c. eum qui. de præben. libro vj. Cuius conſilium ſecun-

dum Rot. vbi ſuprà, eſt iuridicum & optimum, illudque ſer-
uare dicit palatium in beneficiis occupatis. Secus verò de va-
cãtibus de iure & de facto quia tunc procedit opinio Arch. &
ſic ad concordiam præ ictá doc reducuntur. c. cum expediat.
de electio lib.vj. Et iſtam opi. in caſu noſtræ quæſtionis, quòd
non poſſint permutantes ſine ſuperioris authoritate ad prio-
1 ra beneficia redire tenent Siculus in c. cùm venerabilis 1. de
exceptio. Pet. de Ancha. in c. fina. de rerum permu. Dom. in al
leg. c vnico en d. ti lib vj Barba. in cap. alleg. cum vniuerſorũ.
idem videtur vel'e Io. de Imo. poſt Io. de Ligna. in clem. vnica.
eo. titu. vbi tenet quòd non poterunt redire niſi prius lata ſen
tentia declaratoria nullitatis permutationis.

1 Additio. Cùm venerabilis. Vide ibi lem per Feli. iiij.
colum.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio iurata inter virum & vxorem reuocari non poteſt. & nu. 2.*

3 *Donatio inter virum & vxorem non eſt contra bonos mores, & confirmatur morte.*

4 *Donatio inter patrem & filium an firmetur iuramento.*

QVAESTIO CCLXII.

a ITEM † an donatio facta inter virum & vxo-
1 rem iurata poſsit reuocari? Concluſum fuit quod non,
vt plenè not. Guli. de monte Lau. in cle Romani. de
iureiuran. ſuper verbo, firmauerunt.

a Vbi hoc idem ſentire videntur Franciſ. de Zaba. in v. q.
& Ioan. de Imo. poſt Landul. in ij. q. ver. Et ſimiliter quæri po-
2 teſt. & donatio † facta inter virum & vxor. firmetur iuramen-
to. iſta fuit opinio originalis Guli. de Cu. in l. ſed & ſi poſſeſſo-
ri. §. item ſi iurauero. ff. de iureiu. quã approbat Bar. in l. Seius
Augerius. ff. ad l. falci. & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiu. & idem
tenuit Fede de Se. conſi. cxxxvij per not. in c. quanuis. de pac.
3 lib. vj. Et per ſubtilem rationem, quia ſi donatio † inter virum
& vxorem eſſet contra bonos mores, non cõfirmaretur mor-
te, & haberet perpetuam cauſam prohibitionis: vt l. generali-
ter. & l. ſi plagij. ff. de ver. obli. Sed donatio inter virum & vxo
rem confirmatur morte, ergo datur intelligi quòd non eſt cõ-
tra bonos mores ſaltem naturales: & hac ratione idem ſentit
Bal in l. cum mulier C. de donatio. ante nuptias. hanc ſenten-
tiã ui poſt latiſſimam diſputationem ſequitur Ioan. de Imol in
c. cum contingat. circa antepenul. & illam præcedentem, verſ.
circa tertium. de iureiurando. & idem ibidem tenet Abbas Si-
cul. & Franci. Areti. conſil. ſuo. lxxiij. in ſecundo dubio. verſic.
4 ſed dubium &c. 1 Sed quid † de donatione inter patrem & fi-
lium an firmetur iuramento: Bald. quod ſic, in l. iij. C. pro do-
te. Idem Franci. Aret. conſilio lxxij pen. colum. verſi. Eſt igi-
tur, & idem dicit tenere moder. in c. cum contingat. allega. &
per Bal. in l. j. de iureiur. Rapha. Fulgo. conſi. cxcix. tenet præ-
dictam donationem non firmari iuramẽto: ſed patrem aduer-
ſus iuramentum venire nõ poſſe, conſeruari poſſit ſine inter-
itu ſalutis æternæ iuxta præallega. c. cum contingat. verunta-
men Paulus de Caſtro conſil. ſuo cv. iij. col. tenet huiuſmodi iu
ramentum non eſſe obligatorium. prima tamen opinio vide-
tur eſſe ſecurior vt magis communis 2.

1 Additio. Sed dubium eſt. &c. Adde Sicul. in c. fi. de do-
na. inter virum & vxo. & Ang. Claua. in §. donatio. iij. verſ. iiij.
& Bal. noue. in tractatu de dote. x. parte, de priuilegiis dotis.
2 Cõmunis. idem tenet Iaſ. in l. frater à fratre. xxj. col. quem
ibi vide. & Guid. pa. q. lxvj.

S V M M A R I V M.

1 *In cauſa appellationis compenſatio opponi poteſt.*

2 *Actio primæua non tollitur per ſententiam condemnatoriam.*

3 *Compenſationis exceptio poteſt opponi in executione ſententiæ.*

4 *Exceptio peremptoria quæ non fuit appoſita in prima inſtantia, poteſt opponi in cauſa appellationis.*

5 *Secus tamen ſi malitioſè & doloſè fuerit omiſſa.*

QVAESTIO CCLXIII.

ITEM an compenſatio in † cauſa appellationis a
poſsit opponi? Concluſum fuit quòd ſic, per not. 1
Collect. in c. nouit. de appella. & per Spec. in tit. de
appella. §. nouiſsimè, verſic. antepenul.

a Idem tenet gloſſa finalis in l. j. ff. quæ ſenten. ſine appella.
reſcin. Ange Areti. Inſt. de exceptio. in verſiculo, & verum iſta.
Iſta materia eſt quotidiana Cùm quæritur vtrum exceptio
peremptoria poſſit opponi poſt ſententiam, diſtingue poſt
Angelum vbi ſuprà, quòd aut exceptio quæ opponitur, ſuper-
uenit poſt ſententiam, & clarum eſt quòd poteſt opponi. ff. de
condictione indebiti. l. eleganter. §. ſi quis poſt. de tranſactio.
& poſt. C. de re iudicata. l. j. facit lex prima, cum ibi notatis. C.
de ſatiſdatio. Aut ante competebat: & tunc aut illa reddit iu-
dicium retro nullum. & adhuc poteſt, C. de iudiciis. l. licet. C.
de procurat. l. licet. C. ſi à non competente iudice. per totum.
Aut non reddit iudicium retro nullum. Et tunc aut agitur a-
ctione primæua & idem ſibi imputet qui tali actione egit. C.
ſi plures vna ſententia. l. j & not. C. de vſufru. rei iudic. l. fin. per
† ſententiam condemnatoriam non tollitur actio primæua. l. 2
iiij. §. ſi ex conuentione. ff de re indic. & ideo poteſt agi actio-
ne primæua. & actione iudicati, vt ibi, & §. aut prætor. eo. l. &
miles. §. iudicati. & l. iuſta dies. & ibi Bartol. & l. à diuo pio. &
ibi doc. ff de re iudi. Aut non egit primæua actiona, ſed actio-
ne in factum vel iudicati. vt dicto §. iudicati. & tunc ſi exceptio
non contradicit ſententiæ, poteſt opponi quandocunque. ff.
de re indica. l. Neſennius. §. finali. & ibi glo. & Barto. & docto.
ff. de fideiuſſoribus. l. fideiuſſores. §. idem reſpondit. ff. ſoluto
matri. l. ex diuerſo. § final. & ibi Barto. & docto. l. ſi fullo. ff. de
condi. ſine cau. & ibi Bartol. Aug. & Pau. de Caſtro. & vide per
glo. Cy. Ioan. Fabri, Bartol Bald. & Salice. in l. j. C. de iuris &
facti ignor Et propterea dicit Abba. Sicu. poſt Ant. in c. ſuborta. de re iudic. quòd compenſationis † exceptio poteſt oppo-
ni in executione ſententiæ. Nam & ſententia ſtare poteſt & ve 3
rificari abſque eo quod reprobetur compenſatio. Si autem
exceptio contradicit ſententiæ, tunc aut opponitur per bene-
ficium reſtitutionis interpoſitæ, & poni poteſt. ff. de minori. l.
minor xxv. annis. Aut per beneficium appellationis interpo-
ſitæ, & tunc adhuc poteſt opponi. l. per hanc. C. de tempor. ap-
pellatio. & ibi gloſſa, docto. cap. cùm Ioannes. de fide inſtru-
ment. Quia † exceptio peremptoria quæ non fuit oppoſita 4
in prima inſtantia ſiue in primo iudicio, poteſt opponi in cau
ſa ſiue iudicio appellationis, 1 dummodo † malitioſè non 1
fuerit omiſſa in prima inſtantia cauſa fatigandi aduerſarium. 5
Nam poſtea volens eam opponere non debet audiri. ita tenet
Hoſtien. Ioan. And. Anto. & Sicu. in c. inter monaſterium. de
re iudica. & in c. exceptionem. de excep. & Fede. de Se. conſi-
lio cclxxxvj. incipien. Petrus rector. idem Sicu. in cap. j. de ex-
ceptio. pro hoc allegatur nota. tex. in ſimili in l. de rebus. ff. de
acbit. & ibi Bart. Bald. & docto. idem Ludoui Rom. in leg. ad-
monendi. vij. colum. verſicu. tertio addendum. ff. de iureiuran.
& facit gl. fin. in cap. paſtoralis de exceptio. & inducitur à ſpe-
ciali. tex. in alleg. cap. exceptionem, exceptio excommunica-
tionis ſcienter & doloſè omiſſa, vt poſſit opponi in cauſa
appellationis, ergo ſecus in aliis. Contrarium tamen tenuit
Ioannes de Imol. in c. ad audientiam. in ij. de reſcrip. & in ca.
quintauallis. de iureiurando. xv. col. verſic. circa ſextum. po-
terit tamen condemnari in expẽſis factis per alteram partem
ex tarditate iſtius in opponendo per dictum capitu. exceptio-
nem. & idem tenet Innocen. in præallega. cap. inter monaſte-
rium. & iſtam partem ſuſtinere videtur Feli. in allega. capit. ad
audientiam. verſic. omiſſum. in c. &c. vide de materia per Spe-
cul. in tit. de excep. §. iij. verſicu. poſt ſententiam. & verſicu.
ſed nunquid. & ſeq.

1 Additio. c. per tuas. Adde Feli. ibidem ij. col. & ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Vno ex duobus correis debendi liberato per pactum, alter correus non cenſetur liberatus, niſi ſint ſocij.*

2 *Acceptilatio facta vni reorum debendi prodeſt alij.*

3 *Solutio facta ab vno de correis de tota ſumma liberat alios.*

QVAESTIO CCLXIIII.

ITEM an liberato vno † ex correis debẽdi per a
pactum 1

pactũ, vel per legatum liberationis, alter correus li-
beretur, vel ſit liberatus? Concluſum fuit quòd
non: niſi ſint ſocij, vel interſit ſic paſciſcentis. vt l.
liberationem. §. nunc de effectu. ff. de libe. lega. & l.
ſi duo. ff. de arbitris.

a Idem Barto. vbi ſuprà. & latius in l. ex duobus. ff. de duo-
bus reis. & in vj. q. quoad pactum, dicit eſſe tex. in l. eandem.
2 § j. ff. eodem tit. ſecus autem in acceptilatione. nam† accepti-
latio facta vni reorũ debendi prodeſt alij. licet non ſit ſocius,
vt expreſſè cauetur in dicto § nunc de effectu. vide latius per
Bart. in præalleg. l. ex duobus. vbi circa materiam format xiiij.
quæſtiones. & Franci. Are. ibidem latè poſt eum primo de ſo-
3 lutione. videlicet quòd † ſolutio facta ab vno de correis de-
bendi de tota quantitate liberat alios, vt d. l. ij. & iij. eodem ti.
Sed quid de ſolutione partis ibi? & vide per eundem Bartol.
& Franci. & quid de petitione facta ab vno correorum: an al-
teri proſit. & quid de ſententia, iureiurando nouatione, ceſ-
ſione, confeſſione, ſucceſſione, mora, culpa, receſſione, &
qualibet exceptione vni ex correis competente, an aliis pro-
ſit: & de pluribus aliis ad materiam facientibus, vide ibidem
latiſſimè per eoſdem.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ ſeu poteſtas procuratoris non finitur etiã domino moriente ante litis conteſtationem.*

2 *Si dominus ſatisdederit procuratore præſente & conſentiente.*

3 *Secus tamen eſt in prælato vel rectore, quorum mandatum per obitum eorum expirat.*

QVAESTIO CCLXV.

a ITEM an finiatur mandatum† & poteſtas pro-
1 curatoris, ſi dominus moriatur ante litem conteſta.
Concluſum fuit quòd non: ſi dominus fideiuſsit pro
eo. vt l. ſi defunctus. ff. de procu. & ibi not. & l. filiuſ-
fam. §. ſi. eo. ti. & plenè per gl. in cle. j. eo. ti. in clemen.

1 a Quod intellige r quando † dominus ſatisdedit procura-
2 tore præſente & conſentiente, ſeu mandatum ſuſcipiente: quia
tunc deſinit res eſſe integra. Et idem dicendum ſi pro abſente
poſtquam ſuſceperit mandatum: vt in clemen. præalleg. Limi-
3 ta etiam prædicta in procuratore priuati. Secus † autem in
prælato, rectore, vel alio quolibet, quando conſtituit procu-
ratorem pro eccleſia ſua vel beneficio: quia per obitum eorũ
expirat mandatum etiam quoad cœpta: vt de hoc eſt caſus in
clemen. fin. eo. ti. quod procedit in morte ciuili, puta renuntia
tione, depoſitione, vel tranſlatione ſecundum Rotam, deciſ.
cccl xxvj. aliàs deci. xxvij. de procu. in no. in verſi. procurator
conſtitutus à prælato. Zenze. Franciſ. & Abba. Sicu. in clemẽ.
prædicta. de quo per Salic. in l. mandatum. C. mandati. & per
Barto. in alleg. l. ſi defunctus. & Sicu. in c. mandato. de procu.
qui dicit prædictam legem mirabiliter eſſe notãdam. cùm ho-
die in omni inſtrumento contineatur ſatiſdatio domini ſecun
dum formam §. ſi autem. inſti. de ſatiſd. quòd ſi dominus de-
cedit poſtquam procurator mandatum ſuſceperit, ſeu inſtru-
mẽtum, videtur expirare mandatum in præalleg. clemen. pri-
ma de procu. de quo per Ang. Aret. inſtit. man. §. recte.
1 Additio. Quod intellige. Hoc quod hic dicit intelli-
gẽdum eſſe, habet in d. l. ſi defunctus. in ipſo tex. l. illius legis.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum expirat per mortem, ſi materia ſuper qua interpretatur reſcriptum non eſt extendibilis ad ſucceſſorem, aliàs ſecus. & nu. 2.*

3 *Succeſsio non habet locum in beneficialibus.*

4 *Crimina morte extinguuntur.*

5 *Dignitas non moritur.*

QVAESTIO CCLXVI.

a ITEM an finiatur reſcriptum † moriente illo,
1 contra quem fuit impetratum poſt citationem vel
ante? Concluſum fuit quòd non, ſi nomen illius, cõ-
tra quem fuit impetratum erat expreſſum in reſcri-
pto, aliàs ſecus, vt in c. ſignificauit. de reſcript. & ibi
per Inn. & doct. & in c. quia V. de iudi. & in regula
iuris, qui ius. & ibi plenè per Io. An. in mercu.

a Tu verò poſt præallega. Io. And. vbi ſuprà, vide Calde. &
Sic. in alle. c. ſignificauit. dic † quòd aut materia, ſuper qua in- 2
terpretatur reſcriptum, non eſt extendibilis ad ſucceſſorem, &
expirat reſcriptũ per mortem. Exemplum in actore, impetra-
tum eſt reſcriptũ ſuper beneficio debito: nam ſi moritur, eius
hæres non poteſt vti illo reſcripto: quia † in beneficiis locum 3
non habet ſucceſsio: vt c. ex trãſmiſſa. de fil. preſbytero. Exem-
plum in reo, fuit impetratũ reſcriptum vt reus deponeretur ab
ordine vel beneficio. certum eſt quòd mortuo reo non poteſt
conueniri ſucceſſor: quia † crimina morte extinguuntur. xxiij. 4
diſt. quorundam. & in l. j. C. ſi reus vel accuſator mor. fue. Aut
materia concernit ſucceſſorem: & tunc aut res nõ eſt integra,
puta quia defunctus fuit citatus: & tunc reſcriptũ ad ſucceſſo-
rem extenditur. arg. in præalle. c. ſignificauit. Aut res eſt inte-
gra: & tunc aut prædeceſſor erat cõueniendus ſub clauſula: &
tunc non extenditur. vt præalle. c. ſignificauit. ex quo non fuit
expreſſus dum viueret: quod verum eſt niſi reſcriptũ fuiſſet im
petratum contra dignitatẽ: vt dictũ eſt, quod Bal. in eo. c. dicit eſſe
notabile, addens hoc debere præſumi, ſi eſt debitum dignita-
tis: quia † dignitas non moritur. c. liberti. xij. q. ij. & in c. ſi gra- 5
tioſe. de reſcri. li. vj. Aut conueniendus erat expreſſus in reſcri-
pto: & tunc ſi fuit reſcriptum impetratũ in materia cõcernen-
te dignitatẽ: licet nomen prælati fuerit expreſſum, extenditur
ad ſucceſſorem: & ita loquitur c. dilecti. de foro cõpet. Aut nõ
concernebat dignitatem ſed perſonam: & tunc non extẽditur
ad ſingularẽ ſucceſſorem niſi in tribus caſibus. Primus ſi ſuc-
ceſſor in viſum ſuccedit: & in hoc caſu loquitur. c. quia V. de
iudi. alle. Secundus caſus in c. j. de aliena. iudi. mu. cau. fa. Ter-
tius ſi emanat ſecunda iuſſio: vt præallega. ca. quia V. ſecun-
dum aliũ intellectũ. Aut quæritur nunquid debeat extendi ad
ſucceſſorẽ vniuerſalem. & fuerunt multæ opi. Sed opi. magis
cõmunis habet quod ſic: quia cenſentur eædẽ perſonæ, quia agitur
de modico præiudicio. Et hoc intellige ſi defunctus erat in re-
rum natura tẽpore datæ reſcripti. aliàs reſcriptũ nõ valet. vt in
l. ij. quæ ſen. ſine appel. reſci. Et ita nec priuilegiũ tranſit in ſuc-
ceſſorẽ ſi mortuus eſt tẽpore datę literis cui cõceditur. vt eſt tex.
multum no. in l. Neratius. ff. de regulis iuris. Quæ omnia mẽti
tene: quia per hæc habea intellectum multorum iurium.

SVMMARIVM.

1 *Non parendo mandato iudicis, cùm contumacia eſt manifeſta, eſt offenſa manifeſta.*

2 *Secus tamen ſi contumacia non fuerit manifeſta.*

QVAESTIO CCLXVII.

ITEM an† non parendo iuſſui iudicis ſit mani- a
feſta offenſa? Concluſum fuit quòd ſic, quando non 1
paret in iis iuſsibus, quæ conſiſtunt in faciendo: ſe-
cus ſi conſiſtunt in veniendo, vt tenet expreſſè Inn.
in c. ſolet. ſuper ver. manifeſta. in c. j. de ſentẽ. excom-
mu. lib. vj. & Archidiaco. ibidem.

a Sed in ſecundo caſu diſtingue, quia aut ſimpliciter factis
iuſſibus de veniendo citatus præfixo ſibi termino non cõpa-
ruit. & procedit quod dictum eſt: vt talis † contumacia præſum 2
pta ſolum dicatur. Aut talis ſeſe contumacem confitetur, vel
aliàs de contumacia ſua conſtat: quia fortè prædixerat in iudi-
cio quòd minimè compareret. & tunc talis contumacia eſt ma
nifeſta, & manifeſta reputatur offenſa, vt eſt tex. in c. venerabi-
libus. eo. ti. & lib. iij. §. idem etiã. & §. ſecus. pro quo faciunt le
cta & no. in c. ex parte. & c. cũ olim. de ver. ſig. Et ita dicit Do.
poſt Io. And. in alle. ca. ſolet. ſupradictam Inno. concluſionem
eſſe cum prædicta diſtinctione intelligendam & limitandam.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non habiturum ſe recurſum ad arbitrium boni viri, ſi doloſe fuerit arbitratum, non obſtante iuramento habebit recurſum.*

2 *Si læſio fuerit maxima & enormis: aliàs ſecus, ſi læſio fuerit modica.*

QVAESTIO CCLXVIII.

ITEM an† iurans nõ habere recurſum ad arbi- a
trium boni viri, ſi doloſè fuerit arbitratum, prædi- 1
cto

ćto non obſtante iuraméto poſsit habete recurſum?
Concluſum fuit quòd ſic:ita tenet Cy. in l.cum an-
tea.C.de arbi.idem Butri. ibidem. Et intelligit But.
quòd dolo arbitratoris non poteſt renuntiari pacto
etiam cum iuramento. Secus in dolo committendo
te ipſa.idem Specu.tit.de arbit.§.ſequitur.verſ.Item
quid ſi comptomiſſum eſt tanquã in arbitrum. vide
Collec.in c.cum dilectus.de arbit.

a Aduerte quia licet reſpecto primi dicti, videlicet quòd ſi
interueniat dolus ex propoſito non obſtante quocunque iu-
ramento, poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, in hoc
conueniunt communiter docto.præſertim.Ioan.Calde.in ſua
diſputatione quæ incipit, duo litigantes: veruntamen quoad
ſecundum caſum quando re ipſa dolus interuenit ſine dolo i-
pſius arbitratoris tunc ſi modica ſit læſio, nõ fiet reductio: vt
no.in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbit. Aut non eſt modica
1 læſio, & communis eſt opi. quòd poſſit peti reductio 1. Sed
Abb.Sicu.in c.quintaualiis, de iureiuran.xx.col. dicit hoc ſibi
non placere, quia ſecundum hoc verba renuntiationis nihil
operarentur contra capi.ſi pa; a.de priuileg.lib.vj. & capit. in
bis, in eo.tit.& l.ſi quãdo C.de inoffic.teſta.nam ſine renun-
tiatione non potuiſſet petere ratione modicæ læſionis, dicit
ergo vt verba aliquid operentur quòd ratione magnæ quan-
2 titatis non poterit. Secus ratione† maximæ & enormis læſio-
nis; quia illa in dubio videtur excepta. argumen.in l. omnes.
§.lucius.ff.de bis quæ in fi su.credi. vide de materia in allega.
l.cum antea, per Bal.Bar & Salice.& per Ant.de But & Sicu.
in alleg.c.quintaualiis.per Io.An in d.§.item quid ſi compro
miſſum, in addi.Spe.Idem Ioã An & Dy.in regula iuris. ſcien-
ti.de reg.iur.lib.vj Bar.in l.ſi ſocietatem.§ arbitrorum.ff pro
ſocio.& in l.qui io.§.interlocatorem. ff. locati.Guli. de Cug.
in l.ſi qui ex conſenſu C.de epiſco. audien. Ioann. de Imo. in
alle.c.quintaualiis.Fran.de Zaba.in c.expoſita.de arbit. Lan-
fran de ori.in tractatu de arbit.quæſtio xiiij.Pau.de Ca.conſi-
lio lxxj.lxxij.& lxxiij. & Fed.de Se.conſilio.ccx.

1 Arbitrio. Peti reductio.An poſſit peti reductio ad ar-
bitrium boni viri:quando quis eſt læſus in magna quantitate,
etiamſi iuramentum fuit interpoſitum:vide per do.Alexan.in
conſi.cxxij.in v.col.vbi ponit an ſufficiat probare latam cul-
pam, an verò dolum, in ij.vol.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur famulo à toto tempore quo non ſeruiuit, ſi ſteterit per dominum qui eum expulit, quominus ſeruierit.*
2. *Doctori vel famulo non ſubtrahitur ſalarium propter infirmitatem.*
3 *Si ita fuerit obſeruatũ de conſuetudine, alias ſecus.*
4 *Aduocato debetur ſalarium ex publico conſtitutũ, etiamſi moriatur intra annum.*
5 *Secus tamen de ſalario promiſſo à parte.*
6 *Dominus tenetur famulo infirmanti ſubuenire quò ad expenſas.*

QVAESTIO CCLXIX.

1 ITEM † an famulus expulſus [a] per dominum,
2 pro toto tempore quo non ſeruiuit, debeat habere
ſalarium?Concluſum fuit quòd ſic: ſi cum alio poſt
expulſionem non ſtetit:nec per ipſum ſtetit quomi-
nus cum alio ſtaret:vt l.qui operas.& l.ſed addes. §.
vltimo.ff.loca.& ibi gloſ.& in l.diem functo ff.de of-
fic.aſſeſſo.& ibi gloſſ.& per Innocen.in capitul.pro-
pter.ſuper verbo.remiſsio.de loca.& condu.

a Sed quid ſi famulus fuit infirmus & ſic impeditus: an de-
beat habere ſalarium pro tempore quo fuit infirmus? & quòd
non, tenent Ioannes Andreas.Antoni. Ioan. de Imol. & Si-
cul.in c.j.de cleri ægro. gloſſ. in l. penultima. C.de condict.
ob cauſam.& in l.prima.§.diuus. ff.de variis & extraordi.co-
gnitio.Bartolus in l ſi vno.§.item cùm quidam. & in l.opere.
ff.de vſufru.lega. Petrus de Ancha. Anto. & Ioan. de Imo. in
allega. capit.o.propter ſterilitatem. Contrarium tenet ibidem
Innocen. facit capit.j.de cler.non reſi.libr. vj.& ibi Domi.per
illum text. dicit † doctori vel famulo non debere ſubtrahi ſa- 2
larium propter infirmitatem. Idem in famulo tenet Specul.in
titulo de loca.§.poſtquam.verſic. quid ſi mercenarius. idem
tenet gloſſ.in l.arboribus. §. de illo.ff. de vſufruct. & in alle-
ga.l.ſi vnom.§.item cùm quidam.idem Hoſtian. in ſumma,
eodem titul §.quæ actiones. verſicu. quid autem. Idem Azo
in ſumma.C.eodem titul.Salicet.in l.licet. C. loca. & pulchrè
Angelus diſputatione, Exorta guerra.Barba.in allega.capitu.
propter ſterilitatem. Angel.de Clauaſ.in verſicu famulis §.ſe-
cundò, dicit hanc † opinionem indubitanter procedere vbi 3
conſuetudo habet, quis tunc debetur: quia illud videtur a-
ctum quod eſt conſuetum.l.quòd ſi nolit §. qui aſſidua. ff. de
ædil.edi. Sed vbi conſuetudo non eſt:tenet quòd non debea-
tur quando ſalarium ſolùm debetur ratione perſonæ, ſecus ſi
daretur ratione aliorum etiam. Vnde ſi poteſtas quæ habet
famulos & iudices quibus ſoluere habet, licet infirmetur vel
moriatur, teneatur nihilominus hæres, & ideo ipſe poteſt pe-
tere, & debitores debent ei ſoluere, text. eſt in l. pecuniam.
In princip.ff.de condi.ob cauſ.fa. quod not.in l. diem functo.
alleg. Idem in caſu ſpeciali, vt C. de aduo.diuer. iudi.l. poſt
duos. vbi † aduocato debetur ſalarium ex publico conſtitu- 4
tum: licet moriatur intra annum. Secus † eſſet de ſalario 5
promiſſo à parte, quia non debetur niſi pro rata temporis:ſe-
cundum Bar.in alle.l.diem functo. Adde † quòd dominus te- 6
netur famulo infirmanti ſubuenire quoad expenſas: non ta-
men magnas, ſecundum eundem Barto. in l. ſi cum dotem. §.
ſin autem. ff.ſolu. matri.& in l. in rebus. ff. commoda. quod
Sicul. in allegat. capitul. j. de cleric. ægro. & Angel. de Cla-
uaſ. vbi ſuprà, limitant, verum eſt ratione famulatus. Secus
autem vt pauperi.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus teſtamento, ſi ante confirmationem non adminiſtrat, non tenetur de negligentia, ſi adultus non petat ipſum confirmari.*
2 *Curator datus in teſtamento non ſolenni non tenetur de periculo adminiſtrationis deſerta.*
3 *Curator inuitus dari non poteſt, niſi ex magna neceſſitate, nempe ſi detur perſona mente capta, & furioſo. & nu.4.*

QVAESTIO CCLXX.

ITEM an † curator in teſtamento datus a, ſi 1
ante confirmationem non adminiſtret, an teneatur a
de negligentia, maximè ſi adultus non petat ipſum
confirmari, vel nolit ipſum in curatorem? Conclu-
ſum fuit quòd non, per l.j.& ij.C.de confir. tu.per l.
impuberi.& l. pater tutelam.§.ex quo.ff.de admini-
ſtratio. tuto. quia curatoris datio in teſtamento
facta non valet ipſo iure, vt inſtit.de curato.§. j. nec
etiam curator datur inuito, niſi ſolùm ad lites. vt §.
item inuiti.hanc quæſtionem mouet Bart.ff. de con-
firma. tutel.l.ſi filio.

a Ego non inueni prædictam quæſtionem in Bartol.meo in
alleg.l.ſi filio. Idem tamen Bartol. in l. quia pater. ff. eodem
titulo, bene format quæſtionem, an † tutor datus in teſta- 2
mento non ſolenni teneatur petere ſe confirmari 1, adeo 1
quòd ſi ceſſet, teneatur de periculo adminiſtrationis deſertæ,
& finaliter concludit, quòd non, per dictas ll. impuberi, &
pater tutelam, & l.j. & ij. C. de confirmatio. tutor. Sed † an 3
curator inuitus dari poſſit.Et dic quòd volens datur per l.quæ
habet.in §.ſi pupillus.ff.de tutel.ſed ex cauſa poteſt inuitus da-
ri.l.ſecunda.§.quæritur.ff.de curatore bonis dando. & ita te-
net Cy.& Ang.in l.prima.C.qui pet.tut.vel cura.Iaco.de Are.
& Barto.in allega.§.ſi pupillus. Angelus Areti. Inſtit. de cura-
torib.in princi.verſi.quod econtrà.Specul.in tit.de curato. §.
fina.verſicu.inuitus.& verſic.verùm. vbi tenet, quod non de-
bet dari inuitus, niſi in magna neceſſitate, quod ibidem Ioan-
nes And.in additio.exponit: vt quia non inuenitur volunta-
rius, & bona diſſipantur. & allega.gloſſ. ordina.in allega.l. ij.
ff.de curato.bon.dando.idem quod Bartol. & Iaco. de Areti.
tenent Ioannes de Fan. & Domi. in c.fina. de iudic. Aduerte
quia

quia Sali.in allega.l.ptima.C.qui pe.tu.dicit quòd videtur tex.
a vt inuitus detur.in l. finali 2. C.de adminiſtratio. tutu. circa princip. vnde concludit quòd in curatore ad litem de quo loquitur, vt dicta l.prima.& dicto §.ſi pupillus. ſupradicti do-
4 cto.verum dicunt:in curatore † verò qui principaliter datur perſonæ mente captæ & furioſo, dicit quòd datur inuitus. vt l.finali.§ finali.C.de curato.furio. & in eo eſt eadé ratio quæ in tutore. In curatore verò generali, qui datur principaliter negotiis, & ſecundario perſonæ, de quo in l.ſi curatorum. C. de in integ.reſtit.dicit quòd ille datur inuitus:& in illo debet intelligi.l.fin.in princip.C.de adminiſt.tut. Prima tamen opi. Cyn.& Iacob.de Are.eſt communior.

1 Additio. Se confirmat.an autem curator conſtitutus ad vnum actum debeat cauere & promittere quòd ſubibit defenſionem pro adulto.Vide per domi.Alexan. conſilio clxiij. in v.volum.

a Lege ſi.ad intellectum illius legis vide multa per domi. Alexand.in conſi.clxiij.in v.vol.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus an poſſit eſſe in ſtudio cum licentia abbatis, conuentu non conſentiente.*
2 *Abbas an teneatur ſequi conſilium conuentus.*
3 *Abbas an poſſit ire ad ſtudiũ abſq; licẽtia epiſcopi.*

QVAESTIO CCLXXI.

a ITEM an valeat a licentia data religioſo † de
1 exiſtendo in ſtudio abſque conſenſu conuentus per prælatum? Concluſum fuit quòd non: vt patet per c.vt periculoſa.ne cle.vel mona.lib. vj. Caſus fuit in domino prædalis licentiato in decretis canonico regulari eccleſiæ Tarbien.

a Salua tamen authoritate dominorum, prædicta decretalis
2 non requirit conſenſum.Sed † quòd licentia conceedatur per prælatum cũ conſilio ſui conuentus. vnde prælatus non tenetur ſequi conſilium conuentus, ſed ſatis eſt petere conſiliũ & debito tempore expectare reſponſum, vt probari videtur in capit.cum olim.de arbitr.& ita voluit Bar.in l.prima.§. ſi plures.ff.de exerci.& Abbas Sicu.in cap cum veteri.de electio.vj. colũ.vbi cõcludit quòd vbicunque quis tenetur aliquid facere cum cõſilio alicuius, qui non eſt particeps officij, tunc ſatis eſt requirere conſilium, nec tenetur ſequi.vt in allega.capit. cum
3 olim.Quid † de abbate ſi vadit ad ſtudium ſine licentia epiſcopi, an ligetur prædicta pœna. Archid. Ioannes And.& domi.in præalleg.cap.vt periculoſa, tenent quòd non. Sed nunquid epiſcopus poteſt religioſo dare licentiam de qua ſuprà. Et breuiter dominicus vbi ſuprà, dicit quòd ſi epiſcopus monet abbatem, & ipſe cauſa legitima non aſsignata non vult dare licentiam, epiſcopus poteſtatem habebit illam concedẽdi: nam & legitima cauſa ſubſiſtente aufert totaliter monachum de religione etiã inuito abbate & negligente: vt not.in cap.ſi religioſus. de elec.co.li.eſt opi. Arch. tenentis contrarium, videlicet quòd epiſcopus non poſſit dare licentiam. dicit idẽ Do. procedere, quando ſubeſſet legitima cauſa contradicendi.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus habitus cum falſo procuratore, valet:*
2 *Modo dominus ratificauerit geſta per falſum procuratorem, ſiue tendant ad ipſum commodum, ſiue præiudicium.*
3 *Iudice tamen pronuntiante procuratorem non habere mandatum legitimum, dominus non poterit ratificare acta per ſuum falſum procuratorem:*
4 *Nec etiam dominus poterit ratificare, ſtatuto vel conſuetudine id non admittente.*
5 *Acta per procuratorẽ falſum coram principe ſunt ipſo iure nulla.*

QVAESTIO CCLXXII.

a ITEM fuit quæſitum, a † an proceſſus habitus
1 cum falſo procuratore poſsit haberi ratus? 1 Con-
1 cluſum fuit quòd ſic, in præiudicio mei, vt l. iij.§. falſus.ff.rem ra.habe.ad commodum mei non, quando conſtat de profectu. & hoc verum de iure communi, ſecus de iure ſpeciali, vt ponit expreſſè Cy. in l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſarium. & Collect.in cap. auditis, de procurato.

a Licet iſta fuerit opin. vltramon. ſicut refert Barto. in alleg. l. ſi tutor. dicit tamẽ quòd contrarium determinatur per gloſ. in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de exce.rei iudic. & hoc credit eſſe verum: vt † dominus poſſit geſta per falſum procuratorem 2
ratificare, ſiue tendant ad ipſius ratificantis commodum, aut præiudicium, & ita tenet in alle.§.hoc inte.in l.licet.ff.de iud. idem Ia.de Are.& Pe.& Ang. Rap.in alle.§. hoc inte. Bald. in alle l.licet.ff.de iud.Idem in l.ſi tutor.C.in qui.cau.in inte.reſti.non eſt neceſ.Idem in l.licet.C.de procu.& dicit Bar.quòd gloſſ.in allega. l.ſi tutor. bene loquitur in tutore: ſed ſecus in procuratore, & vide ibi rationem diuerſitatis. fallit quod dictum eſt, ſi iudex † pronuntiauerit procuratorem non ha- 3
bere mandatum legitimum: quia tunc non poterit dominus ratificare. tenet expreſſè Bal.in authẽ.ei qui.C.de tempo. ap-
pel. Item † niſi ſit ſtatutum quòd procurator non habens man 4
datum non admittatur ad agendum. Bal.in l.ſi ventrem. j. col. C.de condi.inſer.& in l.falſus.C. de fur. Item niſi procurator illegitimus, de cuius mandato dubitabatur, admiſſus fuerit cum cautione de rato, aduerſario proteſtante quòd niſi apparuerit ipſum habere mandatũ, eius geſta non poſſint per dominum ratificari. text.eſt no.ſecundum communem lect.in l. inter quos.§.qui alieno.ff.de dam.infec. Lud. pon. in ſingu. cccccclxxvj.in verb.procurator.verſi. tu habes. l. ſi tutor. &
Bartol. Cæpo.cautela xxxij Item † niſi geſta ſint per falſum 5
procuratorem in conſiſtorio principis, quia etiam non poterunt ratificari, cum talis obreptio ſit valde deteſtabilis in auditorio principis. Bal.in allega.l.falſus.j. col. Adde quòd ſi dominus videt cauſam ſuam ſuo nomine agi per falſum procuratorem, & non contradicit, quòd ſibi ſit præiudicium. nam ex voluntate ſua creditur agere, cùm poſſit eum prohibere, & non prohibet.ff.de re iudi.l.ſæpe. & contra eum mandabitur ſententia executioni cùm credatur ex mandato agere iſtud.fuit notabile dictum Innocen. quod alle. quotidie &
in curia parlamenti ſæpenumero, vbi practicaui 2. Et idem 2
videtur in effectu tenere idem Inno.in c. cum in iure. de off. dele.idem Arch.in c.qui ad agendum.de procu.lib.vj.idem tenet Ro.deciſ.ccccl x. Bal.in l.licet.C.de procu.in ſi. Concludit dictum Inno. verum eſſe in actore. Secus autem in reo & idẽ videtur tenere in ſuperius alleg.l.ſi tutor. de quo per eum in l.ij.C.ſi ex fal.inſtru.l.ij.& per Sali.in l.licet.C.de procura. Et in ſumma multi ſequuntur præallegatum dictum Inno. multi etiam tenuerunt contrarium: ſicut Guli.de Suza.relatus à Bal. in præal.l.licet.& Bar.in l.ſæpe.ff.de re iud.& Alex.ibidem latiſſimè in eius repetitione. Idem Cy.in l.ſi pecuniã.C.de neg. geſt.Abb.Sic.in alleg.c.ex parte decani. diſtinguit quòd aut iſte qui ſe gerit pro procuratore, tendit ad obligãdum perſonam domini, & dominus ſciens & patiens non videtur cõſentire.vt l.filiuſfami.§.inuitus.ff de procu.Aut tendit certitudinaliter in fauorem domini.& videtur dominus conſentire & dare mandatum.vt l.qui paritur.ff.manda. Aut tendit ſeu tendere poteſt in graue præiudicium, & tunc eſt caſus in quo dominus poteſt prohibere: & non prohibendo videtur conſentire, & hoc caſu poteſt intelligi dictum Inn. Secus ſi prohibendo non poſſet impedire, ad hoc quod legitur & no.in l.Gaius. ff.de pig.& in l.fideiuſſor.§. pater. de pigno. & quod no. in l. rem alienam.ff.de contrab.emp.per Dy.in regula iuris. is qui tacet.lib.vj.per Bar.in l.quæ dotis ff.ſol.mat. vide Domi. qui ſimiliter late proſequitur præal.dictum Inno. cum diſtinctione ſatis ampla. & quibuſdam limitationibus in præalle. c. qui ad agendum pro concordia opi.& dictorum Inno. nam dicit ipſum contrarium eius quod tenet allega.ca. ex parte decani. dixiſſe in c.quamuis.de re iudi.

1 Additio. Poſſit haberi ratus. Vide Ro. deciſi.cccxxij. cccl.& ccccccxxxvj.in anti.& deci.xcj.in nouis.

2 Practicaui. Et ita dixi ſuprà, in addi.ad deciſ.cxxv. & Imo. in repe.l.ſæpe.de re iudi.& Feli.in alleg.c.ex parte decani. iij. col.& Gui.pap.q.xl.& q.cccx.

QVAESTIO CCLXXIII.

ITEM duo erant a impetrãtes in eccleſia regu- a
lati

lati Tholoſana · vltimus prius purificauit gratiam ſuam: præſentauit & intimauit, & executor ſuus appoſuit decretum: quia datus erat ſolùm ad compellandum. Primus autem expectans expoſt purificauit & intimauit antequam ſecundus eſſet receptus. Quęritur quis iſtorum debeat præferri? Concluſum fuit quòd primus: quia quanuis per præſentationem primò factam, per ſecundum præbenda eſſet effecta, vt in c. ſic. de conceſ. præben. lib. vj. & ibi gl. tamen ſibi nõ erat ius in re quæſitum: ſed ſolũ ad rem. Nec habet locum c. ſi pro te. de reſcrip. lib. vj. provt dicit gl. no. in verſ. executorem. in cle. cum ei quem. de conceſ. præben. item Colle. in c. literas. eo. ti. in antiquis. Nec in locis regularibus acquiritur ius in re, donec realiter fuerit receptus, & habuerit habitum, ſiue fuerit indutus, & ſic primus admittetur, & præferetur. Niſi ſibi poſsit obiici notabilis negligentia: vt in c. tibi qui. in fin. de reſcri. lib. vj. per c. ſi clericus. de præben. eo. li.

a Idem tenuerunt in præalle. cle. Ioan. de leg. & Paul. idem Stephanus dicens ita vidiſſe pronunciari per auditores curiæ, & idem Bertrandus, & dicit ibidem Ioann. de Imol. credere quòd prædicta opinio ſeruaretur in practica Oldra. conſilio cccxxij. dicit ſibi videri de iure, quòd ſecundus impetrans eſſet præferendus, verùm quia contra hanc opinionem plures fuere latæ ſententiæ in palatio apoſtolico: opinioni prædictæ adherere non audet Franciſ. de Zaba. in allega. cle. dicit prædictam opinionem procedere ſecundum formam hodiernam ſecundum quam in gratiis apponitur clauſula decreti, per quã papa decernit irritum & inane, poſtquam impetrans repertus fuerit idoneus quicquid contigerit attentari, ac ſi die datæ contuliſſet ei canonicatum & præbendam, quæ clauſula trahit effectum gratiæ poſt porificationem ad diem datæ. & ita dicit Roma. deciſ. ccclxxxvj. quæ incipit. ſi papa facit gratiam. Secus autem ſi in clauſula decreti non eſſent appoſita illa verba, nam tunc præferetur ſecundus. Dominicus de ſancto Gemin. in allega. c. ſi pro te, dicit quòd gloſ. videtur velle cõcludere quòd aut gratia prima conditionalis continet conditionem, quæ pendet ex arbitrio tertij, & tunc cum illo recuſante impetrans nullum ius habeat, vt in c. ſi pro te. ideo affectio ſuperueniens pro ſecundo non reperit aliquod obſtaculum: & facit ſecundum impetrantem cenſeri primum: & ſic præferendum: vt dicto c. tibi qui. & ita dicit procedere quod dicit Io. And. in allegato capit. ſi pro te. Aut conditio pendet ab exiſtentia rei, vt ſi dicatur ſi ſit idoneus, vel ex voluntate eius cui eſt facta gratia, quia dicitur ſi acceptauerit. Et tunc licet ſit affecta prębenda pro ſecundo impetrante ante conditionis euentum, ſi conditio verificetur ante receptionem ſecundi in canonicum, primus impetrans debebit præferri: quia fortior cenſetur gratia conditionalis ex exiſtentia rei, vel ex voluntate ipſius impetrantis, quàm dependens ex voluntate tertij: & ſic gloſſ. in alleg. cle. videtur limitare d. c. ſi pro te. Guliel. de monte Lau. tenet quòd ſecundus ſit præferendus. Et idem Lapus in alleg. clemen. ſtandum eſt noſtræ deciſioni tanquam magis communi & approbatæ in iudiciis.

SVMMARIVM.

1 *Actore petente reum abſentem reſpondere ſuis poſitionibus. ſi reus voluntariè litigat per procuratorem, mittetur ad reum, expenſis rei. & nu. 3*

Secus tamen ſi fuerit perſona quæ excuſatur venire ad iudicium, vel ratione dignitatis, vel ſexus, vel infirmitatis. nu. 2.

QVAESTIO CCLXXIIII.

a ITEM fuit petitum per actorem † præſentem
1 reſponderi poſitionibus ſuis per reum abſentem.
Quærebatur cuius expenſis debebat mitti ad reum:
an expenſis actoris ſic petentis, an rei abſentis: quo-
niam abſens eſt de perſonis priuilegiatis. Et quan-
2 do † perſonæ ſunt de his, quæ excuſantur venire ad
iudicium, vel ratione dignitatis, vel ſexus, vel in-
firmitatis: tunc fiet communibus expenſis. Secus ſi
abſens † voluntariè litigabat per procuratorem: quia 3
tunc mittetur ad ipſum ipſius abſentis expenſis. &
ita fuit determinatum, quanuis gloſſa nota. in l. ij. §.
defendi. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. videatur determinare contrarium, videlicet, quòd ſemper expenſis ipſius abſentis mitti debeat: & vide ibidem Bartol. quoad plura. & Cyn. in l. generaliter, in fin. C. de iureiuran.

a Miror quòd domini non allegant Spec. qui ita formaliter decidit, ſicut ipſi in Specul. titu. de iuramento calumniæ. §. teſtat. verſi. pen. & ibi Ioã. And. & Bal. in additio. Et idem tenere videtur Domi. de ſancto Gemi. in capi. præſentium. de teſti. li. vj. in vj. colum. dicens ita obtinuiſſe & in practica ſeruatum fuiſſe: vt ſcilicet expenſis fiat requirentis: idem ſentire videtur Bald. in alleg. l. generaliter. §. his de præſentibus. Sed Salicetus ibidem tenet quòd expenſis abſentis. & idem Bart. in allegato § defendi. Bertachi. in §. expenſæ. dicit aliàs in iudicãdo ſe tenuiſſe opini. Specu per deciſionem noſtram approbatam. & ſicut recitaui ſuprà quæſtio. c. me exiſtente officiali: vidi in facto, quòd quidam detentus in carceribus epiſcopi Vauren. appellauit ad iudicem appellationum Tholoſæ: mandatum fuit per iudicẽ vt adduceretur cauſa appellationis proſequendæ. oppoſuit Epiſcopus quòd adductio non debebat fieri per gentes ſuas, neque ſuis expenſis: Replicaui ego in curia parlamenti vbi cauſa fuit deuoluta in cõtrarium, quòd Epiſcopus primò refutauerat ipſum liberare ſeruien. curiæ Archiepiſcopalis. Idcirco tenebatur eum adducere expenſis ipſius priſonerij, ſi habebat, alioquin ſuapſius Epiſcopi, pro quo allegaui dictum Bald. in allegat. §. his de præſentibus. & not. per eum in l. minimè. C. de appella. & per Ioan. de Pla. l. cum ſæpe. de ero. miliſ. anno. li. xij. Et ita finaliter per curiam fuit ordinatum. quod not.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus an mulctare poſsit. & nu. 2*

3 *Modica mulcta quænam dicatur.*

4 *Ordinarius eccleſiaſticus an poſsit mulctare.*

5 *Iudex an poſsit applicare mulctam ad opera publica.*

6 *Procurator curiæ archiepiſcopalis an poſsit ſe appellare fiſcalem.*

7 *Princeps remittendo pœnam præſumitur moueri ex iuſta cauſa.*

8 *Curia parlamenti habetur loco principis.*

QVAESTIO CCLXXV.

ITEM fuit quæſitum. a An iudex † delegatus a
poſsit mulctare 1. vide Collec. & Innocen. in c. j. 1
de offic. delega. Archid. in c. legitima. de appella. 1
libr. vj. vbi tenet quòd ſic, modica mulcta. & Innocen. in c. paſtoralis. de offic. delega. & in c. ſæpe. de appella.

a Idem tenet Spec. in tit. de ſen. §. ſpecies. vij. col verſ. idem Petrus. in l. eos. C. de modo mulctandi. idem ibidem Ioan. Fa. ſed Hoſtien. in ſumma titu. de re iudi. ſub rubricella de mul-
cta. §. quis poſsit. tenet † quòd delegatus à papa mulctare 2
non poteſt. fatetur tamen quòd delegati illuſtres mulctare poſſunt vſque ad ſex ſolidos: & inferiores vſque ad tres. l. ij. C. de ſportu. & quòd delegatus mulctare non poſſit, tenuit Domi. poſt Ioan. And. & Hoſtien. in c. j. de homici. lib. vj. gloſ. in alleg. l. ij. C. de ſportu. dicit verum quòd delegatus ad vniuerſitatem cauſarum mulctare poſſit. Et ita ſæpenumero practicaui, cùm tanquam officialis eſſem ſubconſeruator Apoſtolicus ſtuden. Veruntamen Bar. in l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. indiſtinctè tenet, quòd delegatus mulctare non poſſit. vt l. ij. §. fin. ff. de iudiciis. fallit ſecundum eum in caſu prædicto. l. ij. C. de ſportu. Salice. ibidem relatis opi. gloſſ. & Pet. dicit alios tenere quòd lit. non conteſt. non poterat mulctare etiam modicè: ſed lite conteſtata bene modicè: tamen hoc incidenter ratione inobedientiæ, non principaliter. Sed

idem

idem Hoſtien.ſeipſum correxit in capi.j.de offic. deleg. vbi &
glo.antepen.in c.paſtoralis.alle.c. tenent quòd delegatus pa-
1 pæ mulctare poteſt. & dicit Abb. Sicul.in alleg. c. de cauſis t.
communem eſſe concluſionem quòd delegatus papę in dubio
poteſt mulctare. vt probari videtur in eo.c.& proxi.& c.j.eo.ti.
Et licet Hoſti. dixerit quòd non poteſt tantam mulctam ſicut
ordinarius imponere.ar.d.l.ij.& in d.l.eos. Tamen Ant.in eo.
c.de cauſis, ſentit oppoſitum:& fortè melius, quia delegatus
principis eſt de maioribus iudicibus,vt no. Specul. in titu. de
iuriſ.om.iud.§ j.verſic.ſunt & alij. Si verò eſt delegatus infe-
rioris. Inn.in c.j. præal. vult quod idem. vnde etiam dicit quòd
ſubdelegatus delegari poteſt mulctare. pro eo ſatis bene fa-
cit c.ex literis.eo.tit. Sed poteſt dici quòd non poteſt impo-
nere tantam mulctam,ſicut iſti maiores iudices:ſed arbitrabi-
3 tur quantitatem ſecundũ qualitatem cauſæ. Et ſcias quòd † vſq;
ad ſex aureos dicitur mulcta modica, vnde infra illã ſummam
poſſunt illi iudices maiores arbitrari.de quo in d.l.ij. & l.eos.
4 An † autẽ ordinarius eccleſiaſticus poſſit mulctare, Abb. Sicu.
in eo.c.de cauſis.dicit quòd ſic.ar. in c.dilectus. de officio or-
dinarij.& ibi per Ioan. And. in c.ſtatuimus xvj.quæſtio.j. tenet
Hoſti.& ibi Io. And. in c.j.de homicid.lib.vj.idem Hoſt.in ſum-
ma, vbi ſuprà.§.quis poſſit.idem Io. And.& Sicu.in c.j.de dolo
& contumacia. Sic & poteſt pœnam pecuniariam imponere,
ſi illa magis timetur.glo.in c.licet.de pœnis. Hoſti.& Io. And.
in c.j.de homi.lib.vj. Sicu.in alle.c.dilectus.de offi.deleg. ma-
ximè vbi certa pœna à iure ſtatuta non eſt,per alle.c.de cauſis.
de offi.ordi.ita firmat Abbas Siculus pro regula irrefragabili.
§ cæterum.de offi.ord. & ibi vide latius quàm alibi per Feli.
& vide per me in repetitione cle.j.de offic.ordi.per diſcurſum
5 quintæ quæſtionis principalis. Adde quòd † iudex mulctam
poteſt applicare ad opera publica, puta refectionem murorũ,
pontium, cameræ, palatiorum,vel ſimilium. ita no. dicit illa l.
mulctarum. C.de mo mulctan. & ita tenet ibidem Bart. idem
Sicu.in alle §.certum. Et ſi ſpecialiter non deputat ad opera
publica:ſed ſimpliciter mulctat ſeu condemnat, commodum
applicatur fiſco:vt dicitur in l.prædicta. Et quia nunc oppor-
tunitas ſe ingerit,hic inferre decreui quæſtionem, quã ſcripſi
ſuprà q.ccxxix. & de facto habui cum officiariis regiis curiæ
6 Senechali Thol prætendentibus,quòd procurator † curiæ ar-
chiepiſcopalis non debebat ſe fiſcalem nuncupare, innuere vo
lentes quòd epiſcopus fiſcum non haberet. Ego verò tenui cõ
trarium per gl.in c.quia propter diuerſitatem.de conceſſ. præ-
ben.in verſi.præter.in fi.quæ eſt ſingula. ſecundum Anto. ibi in
fi.& ſequitur Imola in v.col.ibi & nota bene. & ibidem Sicul.
Ioan.de ana.in c.excommunicamus.de hære.in j.Franc. & Io.
de Imo.in cle.ij.de hære.in cle.& ibidem Guli.de monte Lau.
Ro.in antiquis deciſionibus dccclxv. Sed his non obſtan-
tibus iudex maior inhibuit de cætero apponi in bonis curiæ
Archiepiſcopalis verbum, fiſcalis, propter not. per Baldum
in l.j. C. de priuile. fiſci. tenentem quòd epiſcopus non ha-
beat fiſcum, quem ſequi videtur Ioan. de Pla. in l. prima. C.
de iure fiſci, libro decimo. A prædicta tamen iuriſdictione
fuit appellatum, & remanſit idem procura. in poſſeſſione di-
cendi ſe fiſcalem, adhuc quòd cauſa appellationis pendet in
curia parlamenti. Quæro vlterius an mulcta poſſit remitti?
Antonius in cap. niſi ſpiritualis. de offic. lega. dicit quòd aut
quæritur nunquid princeps poſſit. & dicendum quòd ſi in-
tereſt ſolius fiſci, poteſt remittere pœnam etiam ſine cauſa.
Si verò vertitur in intereſſe alterius: tunc cum cauſa poteſt:
ſine cauſa non. Sed Sicu. ibidem dicit quòd princeps remit-
7 tendo † pœnam præſumitur moueri ex iuſta cauſa. Vnde ſo-
lus motus principis cenſetur iuſta cauſa: vt not. gloſſ. Cyn.&
Bald.in l.reſcripta.C.de preci.impe.offe.& idem Sicul.in cap.
8 quæ in eccleſiarum.de conſti.& not.præmiſſa † pro curia Par-
lamenti,quæ habetur loco principis.l.j. §.de qua te. ff.de po-
ſtu. Si verò quæritur de inferiore, dicit Sicul.vbi ſuprà. Quòd
autem quæritur nunquid poſſit remittere mulctam aut pœ-
nam impoſitam per diffinitiuam? Primo caſu dicit quòd ex
3 cauſa iudex poteſt remittere 3 mulctam etiam impoſitam
vt propter paupertatem.tex. eſt in l. illicitas. in fi. ff. de offic.
præſi. & ibi text.in alio not. quòd propter inopiam ſoluen-
di mulctam non fit commutatio pœnæ in corpus: ſed pro-
cedit commutatio in pœna quæ apponitur diffinitiuè pro-
pter delictum: vt l.j. & quod ibi not. ff de pœ. & ſic intelligit
not.xiiij.q.vj. c. ſi res. & in cap. Odoardus. de ſol. quod bene
not.& dicit Bar. in præalleg.l.illicitas. §.fi. Ioan. And.& Fran.
de Zaba.in c.authoritate.de inſtit. quòd mulcta propter ino-
piam remiſſa non debetur, etiam ſi pinguior fortuna ſuperue-
niat. Aut quæritur nunquid poſſit remittere pœnam, & poſt
ſententiam non poteſt illam remittere vel minuere. l. j. ff. ad
Turpil.& ibi vide per Bart.& latius per Sicul.in alleg.cap. ni
ſpecialis. per gloſ. Bartol.& Bald.in l.ij.C.de in ius vocan.per
Bart.in l.acta.§.amplianda. ff. de re iudic. An autem mulcta
infamet? dic quòd ſi quis mulctetur,quia fecit contra manda-
tum Iudicis, tunc non infamatur, in l.j. C.de modo mulct. &
ita vidi per curiam Parlamenti declarari de quadam mulcta
pecuniaria illata cuidam magno viro in dignitate conſtituto,
eo quia audientiam contra curiæ prohibitionem loquendo
perturbaſſet. De hac quæſtione, & quæ ſit differentia inter
mulctam & pœnam vide latius per Specul. in titu. de ſenten.
§.ij.verſic.eſt & quarta. & verſic.ſequen. & ibi per Ioan. And.
in additione.

1 Anotatio. Mulctare. Vide do. Fel.in c.caſu.de offi.dele.
2 De cauſis. Adde Feli.ibidem in pen.& vlt.col.& Gui.pap.
quæſt.lx.& quæſt.ccccccxxvj.
3 Remittere. Sed an iudex poſſit pœnam à ſtatuto taxatam
augere vel minuere. vide ſingulariter per Gui.pa.quæſt. ccvj.
quod nota, propter emendas temerè appellantium ab ordi-
nationibus regis taxatas.

QVAESTIO CCLXXVI.

ITEM an metropolitanus [a] poſſit per conſue- a
tudinem inducere, quòd omiſſo appellationis arti-
culo poſſit de cauſis ſubditorum ſuffraganei ſui co-
gnoſcere? Concluſum fuit quòd ſic.per not.Collec.
in cap.ſignificauit.de foro compet. per cap. Roma-
na. de foro competen. lib.vj. & ita ſeruatur in curia
metropolitana Tholoſæ.

a Licet Archidiaconus & Ioan. Andr. teneant contrarium
in alleg.cap.Romana.§ j.Tamen Zenz Ioan. de Fantu. ibi-
dem tenent, quòd in duobus caſibus poſitis in princip.d.cap.
videlicet, quòd Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo
de partium conſenſu, vel etiam per viam querelæ de conſue-
tudine poſſit cognoſcere: & ita fuit obtentum per tres ſen-
tentias conformes in curia Romana contra epiſcopum appel
latum ſuffraganeum Archiepiſcopi Tholoſæ.ſuper his tamen
& aliis quibuſdam epiſcopus Vauren. aduer. officiarium Ar-
chiepiſcopi querimoniam exequi fecit, cuius medio cauſa
pendet in curia Parlamenti.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ſine cauſa poſt litem conteſtatam reuo-
cari non poteſt.& num.2.*

QVAESTIO CCLXXVII.

ITEM an † procurator volens [a] poſt litem con- 1
teſtatam aduerſario contradicente poſſit reuocari? a
Concluſum fuit quòd non, prout not. Collect. in c.
mandata.de procur.& Archid. eod.tit. cap.ij. ſuper
ver. volente. libro vj. Quod intellige quando vult
ipſum reuocare ſine cauſa, aliàs ſecus.

a Idem tenet Do.poſt gloſ. in d.cap. ij. idem Sicul. in cap.
auditis.eod.tit.ij.colum. de quo vide per Bartol. in l. ante li-
tem.& l.ſequen.& l.in cauſæ.ff.eod.titu. & l.procuratoribus.
C.eod.tit. Sed quid ſi ſit talis cauſa, in qua non fiat litis con-
teſt.de quibus in clemen.ſæpe.de verb.ſignif.& fuerit deuen-
tum per procuratorem ad aliquem actum, qui debet fieri poſt
lit.conteſta. Et Domi.poſt Ioan. Andr.vbi ſuprà, tenent quòd
† non poterit reuocari ſine cauſa, quia primus actus qui ſolet 2
geri poſt lit. conteſt.in prædictis cauſis habebitur pro conte-
ſtatione.iſtud fuit dictum not. Innoc. in c.præterea. de dilat.
& in cap.ſi duobus.de appel. quod apparebat Ioan. Andr. in
gloſ.ſingulari in cap.j.de elect.lib.vj.ſuper ver. abſentia.quod
dictum ſequitur Paul. in alleg.clemen.ſæpe.de verb.ſig.Sicul.
in alleg.c.præterea.Bart. in l.nulla.& l.nihil.C.de procu.Ant.
in repet.c.cum mar.de conſtitut. circa primam gloſ. Sicul. &
Imol.in alleg cap.ſi duobus.& ibi etiam Ioan. Andr. & Anto.
Bart.in l.Pomponius.§.rati.de procur.idem Ant.in cap.exce-
ptionem.de exceptio.in c.ſi.xviij.col.de confeſ.Bald. in auth.
ſi dicatur.in ij.colum.C.de teſtib.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui fuit in prima inſtantia, an poſſit eſſe ad-
uocatus in cauſa appellationis.*

QVAESTIO CCLXXVIII.

a ITEM, an ille, qui fuit iudex † in cauſa principa-
1 li, poſsit eſſe procurator vel aduocatus in cauſa appellationis? Concluſum fuit quòd ſic: quanuis melius faciat ſi abſtineat, ita no. Specu. in ti. de offi. deleg. §. ſupereſt. ver. quid econuerſo.

a Idem tenet Specul. in titu. de aduo. §. j. verſic. item quod olim fuit iudex. bene tamen poterit ſi volet aſſiſtere cauſæ appellationis, & inſtruere appellatum, & defendere proceſſum ſuum per no. Innocen. in c. de cætero. de tranſa. Anto. Sicul. & Præpo in c. cum ſpeciali. in fi. de appel. Archi. & Domini. in c. hoc etiam placuit. ij. quæſtio. vj. & alleg. Archi. tert. in c. dilectus. j. de reſcri. vbi hoc idem tenet Sicul. & allega. Innoc. in c. in noſtra. de procu. Ioan. And. & Domini. in c. venerabilibus. j. reſpon. de ſenten. excom. lib. vj. non tamen poteſt in ſe aſſumere iudicium animo nouandi, quia non eſt propriè aduerſarius. l. lucius. ff. de inſt. & quod not. Innocen. in c. j. de appel. lib. vj. Bar. infrà. rub. C. de pœna iud. qui malè iud. ſed an iudex à quo debeat citari in cauſa appellationis. dic breuiter quòd aut iudex procedit ex officio, & tunc debet citari iudex. Sicul. poſt alios in alleg. c. dilectus. gloſſ. In verſic. coram ſuperiore. in fi. c. cum ſpeciali. de appel. & ibi Sicu. & Præp. pro quo videtur tex. & melior qui fit in iure, in alleg. capit. venerabilibus. ſecundum Petr. de Anchar. ibidem, vbi etiam do. Anto. proceſſit ad inſtantiam partis, & tunc aut appellans inſtat vt iudex puniatur. & tunc citandus eſt. Innoc. in alleg. c. cum ſpeciali. & Anto. Sicu. & Præpo. ibidem. & Bart. in l. j. ff. ad turpil. verbi gratia, quia arguitur dolus iudicis, tunc bene poteſt & debet citari. nam tunc cenſetur delinquere in oſ. c. iube. j. q. j. c. ſancimus. j. q. vij. gloſſ Ioan. de Fan. & Do. in c. prohibentur. ij. q. j. l. iubemus. C. ad l. Iul. repetundarum. Bal. in l. mancipia. C. de ſer. fugiti. Aut appellans ſolùm inſtat ſuper appellatione: & tunc iudex à quo non eſt neceſſariò vocandus. & vbi adiornare ſicut communiter fieri ſolet, adiicitur, ſi ſua putauerit intereſſe. & propterea non efficitur propriè cõtradictor, per no. Bal. in ru. C. de ſue edi. De ſtylo tamen Franciæ in patria iuris ſcripti adiornatur pars appellata. & intimatur iudici ſi ſua putauerit intereſſe. in patria verò cõſuetudinaria adiornatur iudex & parti intimatur, alioquin appellatio cenſeretur deſerta.

SVMMARIVM.

1 *Vbi non eſt pura donatio laudimium non debetur domino.*

2 *Laudimium tamen ſoluitur domino pro noua inueſtitura.*

3 *Res Emphyteutica ſi detur in dotem non ſoluitur domino laudimium, ſi res non fuerit æſtimata.*

4 *Aeſtimatio ſolet facere venditionem.*

QVAESTIO CCLXXIX.

a ITEM ſi aliquis donat † omnia bona ſua cũ pa-
1 cto, quòd donatarius alimẽtet donãtẽ, & ſoluat eius debita: an ex tali donatione debeatur laudimiũ, ſeu quinquageſima? Cõcluſum fuit ꝙ ſic, quia non eſt pura donatio ſecũdũ no. Pe. Iac. in libellis ſuis, ti. de actio, in rem pro re emphyteuticaria. circa princ. iij. col. quanuis aliàs ex pura donatione non debeatur. vt ibi dicitur. & Cy. & gl. in l. fi. C. de iure emphy.

a Aduerte quòd ad illud ſecundum dictum: quia gloſſ. præalleg. non dicit quòd de donatione nõ debeatur laudimium, ſeu quinquageſima æſtimationis rei donatæ: ſed quòd emphyteuta bene poteſt dare ius ſuum irrequiſito domino. quã opi. tãquam communiter approbatam per authoritates xxiij. doct. ſolennium tenet & ſequitur Iaſo. in allega. l. fi. & Barba. in alleg. c. potuit. de loca. Sed præfatus Iaſ. clariſſimè probat vbi ſuprà in col. cxcij. quòd ex donatione debeatur laudimiũ. vide ibi. veruntamen pro deci. prædi. habes Specu. in ti. de loca. §. nunc verò aliqua verſic. cvij. qui dicit ex donatione non deberi laudimium: quia interuenit pretium. Ego tamen ſalua correctione viſis rationibus præfati Iaſo crederem ipſius opi. de iure veriorem, per quam concludit in col. cc. quòd emphyteuta volens donare alij ius ſuum emphyteuticum aut ſua melioramenta, nõ teneatur requirere dominum an velit ſibi do-
nari: nec eius reſponſum expectare per duos menſes: imò abſ-
que tali denuntiatione, & expectatione poteſt donare alij: bene
poſtea tenetur denuntiare domino quòd donauit tali. &
quòd eum recipiat in nouum emphyteutam: & debet † pro tali 2
receptione & noua inueſtitura ſolui laudimium domino. Item
pro hac inductione debebit expectari per duos menſes. ſecun
dum eum iſtud eſt ipſa veritas. & ita ſecundum eum tenent
omnes in alle. l. fi. ſi bene conſiderentur, & adhuc magis apertè
canoniſtæ. vt Ant. Fran. de Zab. Pe. de Ancha. & apertius Io. de
Imo. in alle c. potuit. An autẽ † ſi res emphyteuticaria de- 1
tur in dotem debeatur laudimiũ? vide per Spec. vbi ſuprà verſ. 3
cciij. diſtinguit quòd aut datur æſtimata tali æſtimatione quæ
facit exceptionem: tunc dominus habebit laudimium, & eius
conſenſus erit requirendus: quia vendita eſſe intelligitur cùm
æſtimatio ſoleat facere venditionem. l. quoties. C. de iur. do. &
l. plerique. §. ſi autem. ff. eod. tit. Si verò datur inæſtimata: tũc
non habebit, nec eius conſenſus requiritur, quia ius naturali
remanet in dominio ipſius mulieris. l. in rebus. C. de iure citi.
& dominus efficiatur dominus. l. doce ancillam. C. de rei vẽdi.
veruntamen Iaſo. vbi ſuprà col. cxxxix. ver. nono quæro. tenet
indiſtinctè quòd nunquam debeat ſolui laudimium domino,
ſiue detur æſtimata ſiue non. vide ibi per eum.

a ADDITIO. An autem. Vide per do. Sali. in fi. C. de iure emphy. vbi ponit quatuor quæſtiones: an ſcilicet liceat rem emphy. donare, pignorare: in dotem dare, & legare.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio reducit appellantem ad eum ſtatum, in quo erat poſt litem conteſtatam in prima inſtantia.*

2 *Exceptio dilatoria iuris vel hominis opponi poteſt, vt repellat actorem ab agendo, vel ne condemnetur reus ad ſoluendum ante tempus.*

3 *Exceptio dilatoria quando non opponitur, actio remanet non eliſa.*

QVAESTIO CCLXXX.

ITEM an in cauſa appell. [a] habeat locum pœ- a
na. §. hodie. inſtitu. de except. poſito quòd exceptio non fuerit oppoſita? Concluſum fuit quòd non: per Innocen. in capitu. vnico. de plus peti. ſuper verſicu. tempore. Verùm ſi exceptio dilatoria iuris vel hominis inſit ipſi obligationi: quia pactum de non petendo niſi vſque ad certam diem incontinenti fuit factum poſt ipſam obligationem contractam, tunc non erit neceſſe per hominem talem exceptionem opponi: vt notat Bar. in l. lecta. ff. ſi cer. petatur.

a Aduerte, quia dubito literam huius deciſionis fuiſſe corru-
ptam, propter quod videtur obſcura: Vnde ſcias quòd circa
materiam variæ fuerunt opi. præſuppoſita prius illa vulgari.
no. Bar. de qua in l. ita demum. C. de procura. & per Sicul. in
capit. ad audientiam. in ij. de reſcrip. qua cauetur quòd appel-
latio † reducit appellantem ad eum ſtatum in quo erat poſt 1
litem conteſtatam, & idcirco quòd quicquid poterat poſt li-
tem conteſtatam opponere in prima inſtantia, illa eadem poſ-
ſit in cauſa appella. l. per hanc. C. de tempo. appella. capit. cum
Ioannes. de fide inſtrumen. Nunc cùm quæritur quando de-
beat opponi & probari exceptio dilatoria ſolutionis: vt ſi
petis à me decem, ego excipio quòd non teneor ſoluere niſi
ad annum: quia ſic fuit à principio cõuentum, vel feciſti mihi
pactum ex poſt facto, gl. in c. exceptionem. tangit & plenè per
Innocen. in cap. paſtoralis. eodem titu. per Cy. Bartol. Bald.
& Salicet. in l. exceptionem. C. de proba. plenius per Angel.
inſtitu. de except. verſicu. quid ſi exceptio. & breuiter conclu-
de poſt Innoc. & Sicu. in allega. c. exceptionem. quòd aut ex-
ceptio † opponitur ad proceſſum, vt repellat actorẽ ab agen- 2
do, & debet opponi & probari ante litem conteſtatam: &
tunc ea probata duplicabuntur induciæ iuxta præalleg. §. ho-
dic. Aut opponitur ad merita cauſæ: ſcilicet ne condemne-
tur ad ſoluendum ante tempus, & communior eſt opinio
quòd ſatis eſt illam proponere & probare poſt litem cõteſta-
tam. & tex. in prædicta l. exceptionem. dũ dicit quòd proponi
debet ante, loquitur de conſilio & non de neceſſitate. & hanc
opinio. tenet Inno. in c. alle. c. paſtoralis. Bar. Bal. in prædicta l.
exceptionem: & Iaco. de Are. & quandoque Pe. vt refert Cyn.
idem

Idem Anto.in alle.c exceptionem. & Idem Sicul. dicens vlterius quòd poterit talis exceptio proponi ante publicationem atteſtationum, quando articulos ſuper ea formatus eſt directè contrarius: primò probatur in c.fraternitatis.de teſti. Si verò non eſt directè contrarius, ſed ſunt compaſſibiles ſicut in exemplo quæſtionis ſupradictæ: & tunc proponi poterit ſicut quælibet peremptoria. tenet Ioan. And.in additio. Specul.titu.de exceptio.§.nunc dicendum. Sed pone quòd prædicta exceptio dilatoria ſolutionis non fuerit oppoſita. Sicul. vbi ſuprà, poſt Bar. in alle.l.exceptionem.concludit quòd aut de ea non conſtitit iudici: & tunc iudex ſimpliciter & purè condemnabit ſecundum inſtrumentum & probationes actoris. Aut conſtitit iudici quòd reo competebat exceptio, licet non fuerit oppoſita, & tunc aut inerat obligationi: quia à principio fuit conuentum quòd poſt biennium fieret ſolutio vel fuit appoſitum pactum incontinenti de non petendo infra biennium: & tunc quia hoc pactum videtur ineſſe obligationi. vt l.lecta. ff.ſi cer. peta. & ibi Barto. debet illum condemnare ad ſoluendum in termino, quia de qua re cognouit iudex, &c. l.de qua re. ff. de iudi.& c.cum eccleſia de cauſ.poſ.& proprie. & in hoc caſu debet intelligi Inn.in all.c.paſtoralis, aut pactum prædictum fuit appoſitum ex poſtfacto & ex interuallo: & tunc iudex con-
3 demnabit purè. quia ex quo non † opponitur exceptio, actio remanet non eliſa. ſecundum Barto. vbi ſuprà, imò voluit inferre quòd hoc caſu poſt litem conteſtatam opponi non poterit, & oppoſita reiicietur, quòd reus condemnabitur ſimpliciter nullis datis indiciis, & ſibi imputet qui illam non oppoſuit d.l.exceptionem. vide quæ ſcripſi ſuprà, deciſ.cclxiij. & vi-
t de ibi remiſſiones, & quando t peremptoria & dilatoria exceptiones opponi poſſint in cauſa appellationis ſingulariter per Feli.in c.alleg.ad audientiam.ij.de reſcrip.per Ange. Aret. vbi ſuprà.

t ADDITIO. Et quando. An exceptio omiſſa in principali poſſit opponi in cauſa appellationis. vide dominum Alexand. in conſi.xxxiiij.in iiij.volumi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi diuerſis diebus diuersè deponat, ſtabitur eius primæ depoſitioni.*

2 *Si dixerit extra iudicium contrarium eius quod dixit in iudicio, ex huiuſmodi ſecundo dicto prius non infringitur.*

QVAESTIO CCLXXXI.

a ITEM ſi teſtis primò † deponit vnum, deinde
1 ex interuallo deponit contrarium: cui iſtorum dictorum ſtabitur, an primo vel ſecundo? glo. in cap.cum cauſam.& in cap.cum in tua. de teſt. volunt quòd nulli dicto credatur. idem Specul.eod.tit. §.j.verſic. item quòd ſunt varij. Innoc. & Ioan. And. ſequens dictum Innocen. tenet quòd ſtatur dicto primo. opi. Innocen.& Ioan. And. fuit obſeruata. vide Collect. in capit.præterea.de teſti cogen. Minor tamen fides adhibetur dicto teſtimo. vt ibi dicitur. vide Collect. in capit.ſicut.de teſti.

a In caſu præſentis quæſtionis tenet Sicul.in alleg. c.cum in tua, & illud intelligit ſiue in eadem inſtantia ſiue in diuerſis præſuppoſita validitate vtriuſque inſtantiæ ſiue iudicij. Si verò dixerit vnum extra iudicium vel coram iudice: extra formam iudicij: vel iudicio nullo, & pòſt in forma iudicij validi dicat
1 contrarium 1, ſtandum eſt ſecundo dicto. ita voluit gl.in all. c.cum cauſam, quæ inter Archiepiſcopum: quam firmat Specu. in ti.de teſte. §.j. ver.quid ſi idem teſtes. & verſi ſeq.& Bal.in l. nullum. C.de teſt. Ludo. Ponta. conſi. cccev. vbi latè per eundem Ro.conclu.cccxcvij.& Sic.in c.per tuas. de proba. dicit tamen quòd aliqualiter eidem detrahitur ex priori dicto, contra arg.c.præterea.de teſti.cogen.cum ibi no.per Inno. Si autem
2 † teſtis contrarium eius quod in iudicio dixit poſt publicationem dicit extra iudicium, ex huiuſmodi ſecundo dicto prius dictum non infringitur, ad hoc c.ſicut. de teſti. & quod no. in l.ſi quis in graui. §.ſi quis moriens.ff.ad ſylleianum.& in l.generaliter.C.de non nume.pecu.& tenet Lud.Ponta.vbi ſuprà, & ibi vide.& Sicu.in allegato c per tuas.& c.cum in tua.

s ADDITIO. Dicat contrarium. Quando teſtis dicit vnum extra iudicium: & in iudicio dicit contrarium, cui ſit ſtandum. vide per do.Abbatem in conſi.lij.in ij.col.

QVAESTIO CCLXXXII.

ITEM an tribus executoribus vel quatuor datis in teſtam. vel aliàs ſimpliciter, tres ſiue vnus vel econuerſo poſsint exequi, non conſtito de morte abſentis, vel voluntate alterius, ſecundum tenorem c.religioſus.de teſtib. lib. vj. & ſi exequatur an valeat proceſſus. Specu. tenet ꝙ non, in tit.de inſt.edi. §. nunc verò aliqua. verſic. ſed quæritur an executores poſsint, circa xj.col.& Archid.in alleg. c. religioſus. Ia.But. mouet iſtam quæſtionem in l.nulli.C. de epiſc.& cler.& remittit ad præall.cap. religioſus. a

a Bal.in alleg.l.nulli.Salic.ibidem & Ang.Aret.in ſuo tract. de teſtib. ſuper ver. executores autem. v. col. intelligunt præmiſſa quando diſtributio eſt incerta & arbitraria, quia tunc non poteſt ſine alio. Sed vbi executio ſit de re certa non arbitranda, & certæ perſonæ fienda: tunc licet malè faciat ſi ſocios non requirat, tamen factum tenet: quia multa fieri prohibentur, &c. ita tenere videntur Specul.& Ioan.Andr. in addi. vbi ſuprà, in verſic. quid ſi ſunt plures executores.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per falſos teſtes vel falſa inſtrumenta, ipſo iure eſt nulla, ſi lata fuerit contra abſentem dolo aduerſarij.*

2 *Secus tamen ſi contra præſentem, reſcindi tamen poteſt per reſtit.in integ.*

3 *Sententia lata propter pecuniam, eſt ipſo iure nulla.*

QVAESTIO CCLXXXIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] an † ſententia lata per a
falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta, ſit ipſo iure nulla: 1
vel annullāda, ita quòd oporteat ipſam reſcindi per in integrum reſtitutionem? Concluſum fuit, quòd
† aut talis ſententia fuit lata contra præſentē: & tunc 2
non eſt nulla: ſed reſcinditur per in integ.reſtit. Aut fertur contra abſentem, & dolo aduerſarij: & tunc eſt ipſo iure nulla. Aut non dolo aduerſarij: & tunc eſt aliqua: ſed reſcinditur per reſtitutionem in inte. idem no.Bar.in l.diuus.ff.de re iudic. ſic intelligēdo l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudi. Et intellige quando iudex ſecutus eſt dicta dictorum teſtium vel inſtrumentorum. vt l.falſam.C.ſi ex fal.inſtrum.

a Niſi eſſet lata contra minorem, quia tunc eſſet nulla fauore minoris. not.Bart.in l.diuus. ff. de re iudic.& l.j. C.ſi ex fal.inſtru. Sicul.in c.licet.de probatio.a.col. vbi dicit idem eſſe tenendo in ſententia tali modo lata contra eccleſiam. arg. in c.j.de in integ.reſtit. & vide eundem Sicul. in alleg. cap.licet. præalleg. diſtinctionem ſequitur Bar.in alleg.cap.licet.& in l. indicati.C.ſi ex fal.inſtru. Salic eandem diſtinctionem Bar.recitat in l.ij.C.eod.tit.de quo per gl.& Bar.in alleg.§.Marcellus.per Ang.& latè per Ioan. de Imo.in alleg. l.diuus. de intellectu præalleg.§.Marcellus. vide latè per Ange & Ioan. de Imol.in l.qui Romæ. §.duo fratres. ff.de verb. oblig. antedictam etiam diſtinctionem ſequitur Sicul. in allega. cap. licet.
Adde † quòd ſi contra maiorem ſententia feratur per pecu- 3
niam, eſt ipſo iure nulla.& l.venales. C.quan. prouoc.non eſt neceſ.& ibi gl.per doct.& in cap.cùm ab omni. de vi.& hone. cleric. Si autem ſorde, vel gratia contra maiorem feratur: valet ipſo iure: licet veniat reſcindenda. vt l. ſeruo inuito. §.ſi prætor.ff.ad Trebel.& ibi gl.Bart.& Ange.& Imol. & omnino vide gloſſ.Bart.& Ange.Raph.& Imo.in l.ſi is ad quem.ff. de acquir.hæred. & vide bonum tex.cum gloſ. & ibi Bald. in l.qui teſta.ff.eod.tit. vbi tractatur an quando in ſententia inſeritur falſa cauſa, ſit ipſo iure nulla, vel non. Si tamen ſententia ſorde, vel gratia lata fuerit contra minorem, erit ipſo iure nulla. vt l.ſin.C.ſi ex fal.alleg.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas teſtium an ſit probanda ante ſententiam, an verò poſt.*

2 *Corrupti teſtes repellendi tanquam periuri.*

QVAESTIO CCLXXXIIII.

1 ITEM ſi dicatur † ſententia lata, per falſos te-
a ſtes, quid oporteat probare dicentem, an ſufficiat
probare ipſos falſum dixiſſe, vel etiam oportebat
probare quòd corrupti falſum dixerunt? Conclu-
ſum fuit ſecundum not. Bart. in l. diuus. ff. de re indi.
quòd ſi ponens in eadem oratione ponat, quòd fal-
ſum dixerunt corrupti, tunc oportet quòd probet
vtrunque, & ita loquitur præalleg. l. diuus. & capit.
licet. de probatio. & ita intelliguntur not. Inno-
cen. ibidem poſita. Sed quando ponens hoc ponit
in diuerſis orationibus: vt quia dicit dictos teſtes
falſum dixiſſe: & eos fuiſſe corruptos, & ſic copu-
latiuè: vel per dictionem. Item: vt ſi diceret eos fal-
ſos dixiſſe, Item corruptos fuiſſe: tunc non vi-
detur ſe ad vtrunque aſtringere, ſed ſufficit vnum
1 probare. ita intelligit Hoſt. & Collect. d. c. licet. 1 &
Innocen. in c. ſicut. de teſti. vbi eſt gloſſ. not.

a Idem tenuit Anto in alle. c. licet. verùm tamen Io. And. quem
ſequitur Franc. de Zaba. ibidem dicit, quòd ante ſententiam
2 † ſufficit probare corruptionem quia ſolum agitur ad teſtes
repellẽdos: qui profectò ſunt repellendi tãquam periuri. quia
contra iuramentum ſuum receperunt pretium. Sed poſt ſentẽ
tiam non ſufficeret probare nudam corruptionem: quia agi-
tur ad retractandam ſententiam, non ad teſtes repellendos:
quia non ſequitur, fuit corruptus ergo falſum dixit. Sicu. verò
in alleg. c. licet. dicit quò † ſi teſtis recipit pecuniam, vt diceret
falſum teſtimonium. & ſi promiſit extra iudicium: & tunc cùm
præſumptio ſit quòd ita dixerit. alleg. c. per tuas. de proba. & l.
generaliter. C. de non nume. pecu. & c. inquiſitionis. in fin. de
accuſa. debet hoc probato retractari ſententia: quia ſatis præ-
ſumptiuè probatur etiam falſitas. & ſic procedat dictum Bart.
Aut probatur ſimpliciter quòd teſtis recepit pecuniam, vt te-
ſtificaretur: & tunc procedat opinio Ioan. Andr. hæc opi. licet
videatur æqua pro opinio. concord. nihilominus idem Sicul.
dicit aliam opinio. veriorem ſibi videri, vt indiſtinctè ſufficiat
probare corruptionem. per tex. ſingularem, in d. c ſicut. Salic.
in l. falſam. C. ſi ex fal. inſtru reprobando alleg. opinio. Bart. &
Bal. in l. fina. C. eodem titu. tenere videntur quòd non ſufficiat
probare corruptionem poſt ſententiam, ſed oportebat pro-
bare quòd falſum depoſuerint.

1 Aborto. c. licet. Adde Feli ibidem, præſertim in xviij.
col. & ſeq. vbi multum ſingulariter proſequitur huiuſmodi
materiam.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens pecuniam vt teſtimonium dicat, com-
mittit falſum. & nu. 2.*
3 *Etiam ſi dixerit teſtimonium verum, niſi palàm
daretur pecunia vt veritatem dicat. & nu. 4.*
5 *Idem obſeruatur in iudice.*

QVAESTIO CCLXXXV.

a ITEM nunquid ſufficit dicere ᵃ quòd corrupti
depoſuerint non faciendo mentionem de falſitate.
Concluſum fuit quòd ſi probetur quòd fuerint
corrupti pecunia. l. iij. ff. de teſti. ibi nec lucri cauſa. &
C. quando prouo. non eſt neceſ. l. venales. nam eo-
1 ipſo quòd quis † accepit pecuniam vt teſtimonium
dicat, ſtatim committit falſum: etiam ſi verum dixe-
rit. l. j. §. j. ff. de fal. in gloſſa, ſuper verſi. aduocatus. in l.
falſam. C. ſi ex fal. inſtru. Secus ſi probetur quòd fue
runt aliter corrupti. ita intelligit Innoc. eius not. po-
ſita in c. licet. de proba. & etiam Placen. ſecundum
Barto. in l. diuus. ff. de re iudi. & not. Ioan. And. poſi-
ta in c. ſicut de teſti.

a Vide quæ ſcripſi in præcedenti quæſtione. & adde Spe-
cul. in titu. de teſte. §. j. verſicu. ſed quid ſi teſti detur pecunia.
& ibidem Ioan. Andr. & Sicu. in allega capitu ſicut. Salice. in
allega. capit. licet. & idem Bal in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrum. vide
omnino Sicu. in præallega. c. licet. Adde Specu. vbi ſuprà, te-
nentem † quòd ſolo pretio recepto & teſtimonio ſecuto cor- 2
ruptus videatur. Sed † quid ſi quis accepit pecuniam, vt dicat 3
teſtimonium verum, an incidat in falſum, dic quòd ſic, vt eſt
textus, & ibi Barto. in allega. l. prima. ff. de fal. de qua etiam
per Bartol. in l. preſbyteri. C. de epiſcop. & cleric. & ibi per
Moder. quod tamen eſt limitandum, niſi † palàm daretur pe- 4
cunia teſti vt dicat veritatem; quia hoc fieri poteſt, idem † in 5
iudice iſtud eſt dictum Bald. per bonas rationes in capit. fin.
de appel. allega. Archid. 3. q. iij. in capitu. quia rectè. & ibi not.
gloſſ. vide Auguſt. in addi. ad Angel. in tracta maleficio. in ver.
falſatio. v. colum.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per metum in ſpiritualibus valent: veniunt
tamen reſcindenda petita reſtitutione. & nu. 3.*
2 *Renuntiatio facta per captionem & detentionem
ſecularium poteſtatum eſt ipſo iure nulla.*

QVAESTIO CCLXXXVI.

ITEM fuit quæſitum, an † renuntiatio beneficij a
facta cauſa permutationis, & non aliàs fraudulofa 1
vel doloſa, ſeu metu, vel vi compulſiua, ſit ipſo iure
nulla, vel annullanda? Concluſum fuit quòd non
eſt nulla, vt tenet Collect. in c. cum olim. ſuper ver.
inficiebatur. q. j. hoc verum ipſo facto: ſecus in effe-
ctu: & ſic poterit annullari.

a Idem tenet Ioan. de Imo. poſt Laudu. in cle. j. de re. permu.
ſicut poſui ſuprà, deci. cclxj. idem Ro. deciſio. cclxxvij. fallit in
caſu cle multorum. de pœnis. §. ſanè. vbi renuntiatio † facta 2
per captionem & detentionem ſecularium poteſtatum eſt
ipſo iure nulla. idem tenet Sicul. in c. ſolite. de reſtit. ſpol. col.
v idem Ioan. de Imo. & Franc. in allega. §. ſanè. Pro deciſione
noſtra benefacit gloſſ. iuncta text. in c. cum dilectus. de his qui
vi metúſve cauſa fiunt, vbi quòd ſi quis fuerit inductus ad in-
trandum religionem, tenet ingreſſus. Et no. ibidem Sicu. quòd
† in ſpiritualibus valent geſta per metum: licet veniant re- 3
ſcindenda reſtitutione petita. probando iuſtum metum, &
debet petere ſe reſtitui ad eum ſtatum in quo erat antequam
metum pateretur, quod notandum eſt pro practica ſecundum
Sicul. vbi ſuprà, in vlti. no.

SVMMARIVM.

1 *Per confeſſionem factam ſub conditione non induci-
tur litis conteſtatio.*
2 *Nec per obiectum exceptionis peremptoriæ.*
3 *Concluſio eſt neceſſaria in libello, fallit tamen vbi
exuberat officium iudicis.*
4 *Narratio actoris, & reſponſio rei coram papa in-
ducit litis conteſtationem.*
5 *Coram principe procedi poteſt ſine libello propoſito
facto ſimpliciter.*

QVAESTIO CCLXXXVII.

ITEM petita ᵃ ſunt † centum à Titio: Titius a
confitetur ſub conditione. An ſit facta litis con- 1
teſtatio per talem reſponſionem? 1 Concluſum 1
fuit quòd non, per notata, per Cynum. C. de pro-
bationib. in l. exceptionem. quarta quæſtio. de con-
feſſ. l. vna. quæſtione decimatertia. l. ſiquidem. de ex-
ceptio. & ibi gloſſa, per Archidiaco. in capitu. primo.
de confeſ. lib. vj. per Bar. in l. non vtique. ff. de except.
l. ſi quis ducenta. §. ſi verò centum. ff. de reb. dub.

a Item Salice. & Bal. in alle. l. exceptionem, & in ſumma per
† obiectum exceptionis peremptoriæ non inducitur lit. conte. 2
ita tenent. tenet Sicu. in c. vnico 2. de lit. conte. pro quo facit 2
gl. in c. iij. eo. ti. li. vj. & ibi Io. And. quod tamẽ intelligas, dum-
modo excipiens ſtet in meris finibus exceptionis: ſecus ſi vlterà
procederet: puta nego id fieri debere: quia promiſiſti non pe-
tere. Dom. poſt Pau. in alle. c. ij per c. prout. de dolo & contu.
& c. cum cauſam. de app. & c. cum venerabilis. de except. Adde
quòd ſi in libello ponatur ſola narratiua & nõ petitio, & reus
reſpondeat fatendo vel negando, dicit Inn. quòd tollerãda eſt
talis

3 talis lit.conteſt. Veruntamen Sicu.in alle.c.vnico.dicit † con-
cluſionem eſſe neceſſariam in libello,aliàs nō poteſt litis con
teſta.eſſe,quod tamen fallit vbi exuberat officium iudicis ſicut
in ſpiritualibus:quia ſufficit narratio congrua, concluſionem
autem iudex ſupplet.Hoſtien.& omnes doct.in eo.c.Aut in c.
examinata.de iud ij.col.vbi puto tamen dicens eſſe caſum re-
ctè intuenti.in c.ad diſſoluendum.de deſpon.impu.Fallit etiā
in præſentia papæ quæ ſupplet concluſionem libelli & hoc
4 voluit Innocen.in alleg. c. vnico. dicens † quòd coram papa
narratio actoris, & reſponſio rei inducit lit. conteſt. ſine alia
petitione.& iſtud ſequuntur omnes doct.atteſtantes ita teneri
in curia ſequitur Lodo. in l. ſi quis arbitratu. in iiij. col. ff. de
verb.oblig.Sicu.in c.in noſtra.iiij.col. de ſepul. ſentit Bald. in
l.fin.C.de legl.Hoſtien.& Sicul.in c.in cauſis.de re iudic. Pro
5 quo facit, quia coram † papa poteſt procedi ſine libello pro-
poſito facto ſimpliciter. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c j. de lib.
obla.Fran.poſt Steph.in clemen.ſæpe.de verbo.ſignific. in xv.
q.Ioan.de Imo.poſt Innocen.in c.cum veniſſent. x.colum. de
inſti.quia præſentia Papæ ſupplet omnem ſolennitatem. l. o-
mnium.C.de teſta vnde dicit Bald.poſt Bart.in repet. l.Aemi-
lius. xvij. colum. ff. de minori quòd princeps ex plenitudine
poteſtatis poteſt ſupplere circa libellum ex cauſa ſibi notis,
quia coram principe non attenditur ineptitudo quæ vitiat li-
bellum, ſicut coram alio iudice:iudicat enim princeps ſecun-
dum veritatem non eundo per ambages.Bald in c j. de forma
fideli.faciem.c.afferte.de præſum hinc dicit Bart.in l.vnica.C.
vt quæ deſunt aduo.quòd papa vel Imperator,vel alius domi-
nus cuius dictum habetur pro lege,in territorio ſuo debet iu-
dicare ſecundum conſcientiam ſuam Et ſic habent locum præ-
miſſa nedum in papa,ſed in omnibus dominis qui in terra ſua
funguntur vice principis per dicta Bald.& Imol.in l.infamem.
ff.de publi.iudic. Et propterea crederem quòd in curia Parla-
menti vbi in pleriſque cauſis demanda non traditur, ſed ſolum
factum enarratur:quòd reſponſo per partem abſque alia con-
cluſione poſſent partes contrariæ in factis appunctatis. vide
ad materiam prædictam per Feli.in c.vnico.de lit.contre.alle.

1 ADDITIO. Litis conteſt.per talem reſponſionem. Vide
Rotam deciſio.ccclxxxj.in antiquis.

a Vnico.Adde Feli.ibidem.in iij.col.verſi.fallit.ij. & iij. c. in
cauſis. de re iudic. vbi multa ſingulariter ponit de poteſtate
papæ & Imperatoris circa iudicialia.

QVAESTIO CCLXXXVIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] Si fuerit renuntiatum
oblationi libelli: an per hoc ſit renuntiatum peti-
tioni? Concluſum fuit quòd non, per c. ſæpe. de
verbo.ſignific.in cle.

a In glo.ſuper verbo neceſſariò.vbi tenet Ioan Andreas, &
Ioan de Imo. Sed gloſſ. & communiter doct. tenent contra-
rium, quòd nec tacitè nec expreſsè libellus poſſit omitti. &
1 hoc expreſsè tenet gloſſ.not.in c.de cauſis. 1 de offic.dele.&
ibi docto.& Ioan.And. in c. ſi de re iud.lib vj & hoc ſequitur
Bart.in auth.offeratur.& ibi Salic. in verſic. quæro an libellus
conſenſu partium,alle.ver.offeratur.poſi um in ea,auth.quod
eſt imperatiui modi, & dirigitur ad oneratum,& ſic importat
neceſſitatem. & idem tenuit Sicu.in c.j.de libel.obla. De iſta q.
vide Ia.& Bal.in præalle.auth.offeratur.in ver.iuxta hoc quæ-
ro nunquid.& vide Bal.in auth.generaliter.C.de epiſc & cleri.
circa fi.Quicquid ſit ego ſemper vidi ſeruari quòd ſi peteretur
libellus, tunc eſſet neceſſe petitionem in modum libelli offer-
ri,& ſic poſſunt intelligi iura quæ neceſſariò exigunt libellum:
ſed ſi expreſsè non petatur, tunc bene petitio eſt de ſubſtan-
2 tia.& iſta eſt vltima opi.quam ſequitur Ioan.Aud. 2 in alleg.
cle.ſæpe.de quo vide per Specu. in tit. de libel.concep. §.1.in
verſi.ix & xxj.Et ibi Ioan.And. in addi. vbi colliguntur multi
caſus in quibus non eſt tractandus libellus.

1 ADDITIO. Capit.de cauſis.ad Innoc. Bald. & Sicu. ibi-
dem,& latius per Angel.Aret.inſtit. de actio. §.penult.v.col.
verſic.quæro an libellus.

2 Sequitur Io.And.Idem Io.de Imol.in eadem cle.viij.& ix.
col.& idem videtur tenere Zab.ibidem.v.colum.quæſtio.xv.
Idem Pe.de bel in auth offeratur,allega.idem Ant.in alle c.j.
de libel.oblatio.idem Ioan.Fab.in alleg.auth.offeratur. idem
Bart.In l.quoties.C.de priuileg ſcho.lib xij.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per tutorem ante confectionem in-
uentarij an ſit nullus.*

2 *Adminiſtratio facta per tutorem ante confectum
inuentarium valet.*

3 *Si expedierit pupillo quantitatem ſui patrimonij
non manifeſtari.*

4 *Tutor poteſt agere & conueniri ante inuentarium
perfectum,modo habeatur pro confecto.*

5 *Tutor honorarius tenetur conficere inuentarium.*

QVAESTIO CCLXXXIX.

ITEM fuit quæſitum. [a] Si tutor † egit ante con- a
fectionem inuentarij,an proceſſus ſit ipſo iure nul- 1
lus vel annullandus? 1 Concluſum fuit quòd eſt nul- 1
lus,niſi in tribus caſibus, videlicet in his quæ dila-
tionem non recipiunt.vt l.tutor qui repertorium.ff.
de admi.tuto.Secundò in his,quæ oportet de neceſ-
ſitate præcedere confectionem inuentarij, vt eſt de-
liberare an expediat pupillo adire hæreditatem. vt
ff.de acquir.hæred.l. Ariſto. la j. Tertiò quando tu-
tor agit in his propter quæ nullum damnum con-
ſequitur pupillus.vt not.gl.in l.fi.C.de tuto.& cura.
qui non ſatiſd ita tenet Bar.in alleg.l.tutor.& Cyn.
in l.fin.C.de admi.tut Spec.in tit.de tuto. §. genera-
liter. verſic. hoc autem notandum. Et ita fuit iudi-
catum in cauſam cuiuſdam furioſi. per not. Bartol.
poſita in allega. l.tutor qui repertorium, cuius cu-
rator nullam fidem fecit de inuentario.

a Ego ſalua correctione non inuenio quòd Bartol. teneat
prædictum proceſſum eſſe nullum ante confectionem inuen-
tarij: quinimo in ij.col.verſicu. ſed quæro quid ſi neglexerit.
in præalleg.l.tutor qui repertorium. poſt multa tenet † quòd 2
adminiſtratio facta per tutorem antequam confecerit inuen-
tarium tenet,licet poſſit ex hoc remoueri tanquam ſuſpectus.
Salic.in alleg.l.tutor.& Sicul.in cap.ex parte.de appel. Adde
alios caſus,in quibus ante confectionem inuentarij tutor po-
teſt adminiſtrare, videlicet vbi fuit remiſſum à teſtatore,in
præalleg. l.tutor qui repertorium. & quod ibi latè Bartol.&
doct.& l.nemo poteſt.ff de leg.j.l.tutor.C.de admin. tuto.&
ibi Cyn.Bald.& Salic.& in l fin. C.de arbit.tute. Sicul.in c.ex
parte.de appel.Spec in tit.de inſtrum edit §.fin.ver tutor au-
tem Idem Spec.in tit.de tut §.generaliter ver.hoc autem.al-
leg.ſuprà.& ibi Io.And.in addi.Aduerte tamen ad id quod di-
xi.vbi fuit remiſſum à teſtatore:quia non debet dici quòd re-
miſerit, ſed quòd teſtator vetuerit confectionem inuentarij:
vbi dicit text. ad literam.in d.l.fina.C.arbitr.tute ibi niſi ſpe-
cialiter inuentarium conſcribi vetuerit: & ita tenet ibi Salic.
& Ioan.de Imol.in allega. l.nemo. alleg. Iaco. Salic. & idem
videtur tenere Spec.in locis allegatis. & Ioan.And in addi.in
alleg.§.hoc notandum.& Ang Aret.inſtit.de except. § fin.in
verſic ij.poteſt opponi. vbi tenet quòd niſi ſpecialiter & ex-
preſsè vetitus fuerit per teſtatorem, licet teſtator releuatet tu
torem à confectione inuentarij, non tamen propter hoc eſ-
ſet alleuiatus à confectione inuentarij.nec liberatus, imò poſ
ſet contra talem eo caſu non conficientem inuentarium iu-
rari in litem.vt d l. tutor qui repertorium. Adde Bartol. in l.
in confirmando.ff.de confir.tu. qui dicit verum,niſi iudiciali-
ter videatur,vt quòd pupillo expediat fieri inuentarium: quia
tunc fieri debet etiam ſi teſtator remiſerit. poteſt etiam iudex
remittere confectionem inuentarij: vt quia † expedit pupillo 3
quantitatem ſui patrimonij non manifeſtari.Bartol.in allega.
l.tutor qui repertorium. quod eſt etiam verum in legitimo
tutore,ſecundum gloſ.in præalle.l.tutores.Alius caſus quan-
do conſuetudo habet quòd non fiat inuentarium. Bartol. in
prædicta l.tutor qui.iij col.Spec.tit.de inſtrum.editio.ver. ſed
nunquid.Sicu.in alle c.ex parte.de appel. Sed an † requiratur 4
quòd inuentarium ſit perfectum antequam poterit agere &
conueniri?Spec.in alleg §. generaliter.verſic.quid ſi cœpit.&
Barto.in alleg l.tutor qui.iiij.col.quando inuentarium habe-
tur pro confecto per ipſum tutorem Quid de † tutore hono- 5
rario.an teneatur conficere inuentarium? Bal.quòd ſic:in al-
leg.l.tutor qui.idem Salic in alleg l.tutores.iij.colum.

1 ADDITIO. Sit nullus vel annullandus. vide Gui.pap.in
deciſ.Gratianop.quæſt.cccclxxj.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur filiam dotare etiamſi nubat eo inuito, modo digno.*
2 *Secus ſi indigno turpi indignitate.*
3 *Si tamen filia promiſerit ſponſo ſuo dare dotem. & nu 6.*
4 *Secus ſi non promiſit & nu.6.*
5 *Maritus ducens vxorem ſine dote, tenetur eam alere ſicut filiam, & ſi præmoriatur tenetur illi relinquere quartam partem bonorum, ſi ex ea ſuſceperit liberos.*
7 *Auus paternus tenetur dotare neptem ſi filius aui non fuerit ſoluendo, aliàs ſecus.*
8 *Frater etiam tenetur dotare ſororem ſi aliunde non poſſit ſe dotare.*
9 *Idem dicendum de clerico. qui tenebitur eam dotare ex reditibus eccleſiæ.*
10 *Dos ſi fuerit perdita ſine dolo & culpa filiæ, pater eam iterum tenebitur dotare, aliàs ſecus.*
11 *Soror ſemel dotata à fratre, etiam ſi dos fuerit amiſſa abſque dolo ſororis, non amplius dotabitur.*

QVAESTIO CCXC.

a ITEM fuit quæſitum, Si filia † nubat alieni inui-
1 to patre, an compellatur ipſam dotare? Concluſum fuit quòd ſic, per no. per Ioan. And. in c. accedens. de procur. ſuper gl. fin. alle. gloſſ. ordi. in c. vlt. xxxij. q. ij & xxxvj. q. j. c. de raptoribus. & hoc verum ſi nupſerit viro honeſto, aliàs non: vt ibi alleg. l. qui liberos. ff. de ritu nup. vide quod no. in c. j. de deſpon. impu. & Cy. in l. fin. C. de dot. promiſsione.

a Tu verò dicas latius materiam tangendo, quòd aut nupſit
2 † indigno: & tunc non tenetur ſecundum gloſſ. in præalleg. c. de raptoribus. & ita procedit opi. Gulıel. de Cug. & Bart in l. obligamur. §. lege ff. de act. & obli. quod intellige ſecundum Anto. in alle. cap. accedens. de procurat. & Imola ibidem ſi eſt indignus turpi indignitate: ſecus ſi eſſet indignus, id eſt non paris conditionis: veruntamen poterit minorem dotem dare ex conditione perſonæ. & faciunt quæ habentur in l. poſt diuortium. §. gener. ff. de iure do. iuncta gloſſ. in l. ſi voluntate. de dotis promiſſio. Aut elegit dignum vel non indignum. &
3 tunc † aut promiſit dotem: & tunc pater tenebitur eam dotaſe. quia licet pater non conſenſerit in tali promiſſione: tamen filia per hanc promiſſionem releuat patrem à debito dotandi. & ideo tanquam in rem patris verſatur iſta promiſſio, tenebitur pater de in rem verſo. ita dicit Bart. in alleg. l. obligamur. §. lege. per text. in ſimili. in l. & ideo §. fin. & l. filius. ff.
4 de in rem ver. Aut † non promiſit dotem: & ſic non tenetur t
1 ſecundum Sicu. in alleg. c. accedens. j. de deſpon. impube. & in c. j. de adulte: quia † ex quo inuenit maritum ſine dote: & ma-
5 ritus teneatur eam alere ſicut filiam. in auth. qui mo. natu. effi. legi §. penult. not. Innocen. in c. per veſtras. de dona. inter virum & vxo. & etiamſi præmoriatur relictis filiis, tenetur ſibi relinquere quartam partem bonorum ſuorum præfatus vir. ſecus ſi filios non habuit: vt no. gloſſ. in §. penult. & ideo ceſſat vtrunque debitum in patre. ſcilicet alimentorum & dotis. primum, quia habet vnde ſe alat: ſcilicet ex bonis mariti, & dos ſuccedit loco alimentorum. & ita tenet Bar. poſt Guli. de Cug. in alleg. §. lege. Ang. in l. ſi ſocer. & Bal. in l. j. ff. ſolu. ma. & in l. fi. C. de dotis promiſſio. & ſic limita præalleg. gloſſ. in alleg. c. fin. xxxij quæſt. ij. quæ dicit quòd tenetur eam dotare: etiam ſi nupta ſit inuito patre. & Iac. de Are. & Bart. in l. nupta. in prin. ff. ſolu. matri. Sali in l. j. § 1 C. de rei vxo. actio. & gloſſ in alle. §. lege. quæ vult quòd pater tenetur omnino dotare filiam etiam nuptam. quam gloſſ ſequuntur Iacob. de Aret. & Bald. Bart. Angel & Imol. in l. mulier. §. penult ff ad Trebel. & Bal. in l. fina. C. de do. promiſſi. Barto. & Bald in authen. res quæ. C. communia. de leg. Ange. in §. fuerat. xx. col. de actio. inſtitu Paulus de Caſt. conſilio cxxxj. in princip. Rapha. Cu con-
6 ſilio ſuo cxxxj. vt dictæ gloſſ. & opi. docto. † procedant ſi filia promiſit dotem, aliàs non. & ita dicit ſingulariter Sicul. vbi ſuprà, & conſi ſuo xij. non tamen habebit locum ſtatutum quo cauetur vt filia dotata non ſuccedat in tali muliere: vt no. Sicul. in allega capit. accedens. de quo per Paul. de Caſtr. vbi ſuprà. Nec excluditur à ſucceſſione ſaltem legitimè ſicut cæteri filij. Multo magis tenetur pater dotare filiam quæ non contrauit contra eius voluntatem, & contra patrem poteſt implorari officium iudicis regulariter vt dotet filiam: vt prædicta l. qui liberos. ff. de ritu nup. not. in d. §. lege & l. fina. C. de dotis promiſſ Clauaſ. in §. dos. verſicu. iiij. Quid de auo
† paterno, an teneatur dotare neptem? dic quòd ſic. l. & nihil. 7
ff. de in rem ver. l. dedit. & ibi Barto. ff de colla. bono. Bald. in allega. authen. res quæ. C. communia. de lega. Bartol. & Salice. in l. fina. C. de dotis promiſſ. Niſi filius aui eſſet ſoloendo. Bal. vbi ſuprà & Salice. in allega. l. fin. Secus in auo materno. quia non tenetur dotare filiam: vt voluit Bart. & alij doct. in præ-
alleg. locis. Quid de fratre? dic † quòd tenetur dotare ſororem 8
conſanguineam ſi aliunde non poteſt ſe dotare, ſicut & alere. l. j § j. & ibi docto. ff. de tutel. & ratio. diſtra. Bartol. in j. conſtitu. ff. vlti. colum. princip. & in l. alimenta. C. de nego. geſt. Dy. Barto. & docto. poſt gloſſ. in l. cum plures. §. fina. & penult. de admini. tuto. Ioan. de Imo. in l. quannis. ff. ſolu. matrim. gloſſ Bartol. & docto. in l. non omni. C. de admi. tuto. Ang. in l. à filia in princip ff. ad Treb Bart. Bald. & Ange. poſt gloſſ. in l. qui filium ff. vbi pupil. educ. de. Bartol. in authen. res quæ C. communia. de lega Bald. in allega. l. fina. C. de dotis promiſſi. & in l. cum acutiſſimi c. de fideicommiſſ. & in auth. niſi rogati. ad Trebel. & in l. j. ff. ſolu. matrim. Quod eſt verum etiam ſi nata eſt ex vno parente tantum ſecundum Baldum & Angel. in allega. l. qui filium. & Bart. in dicto § fina. Et idem
† dicendum in clerico, qui magis tenetur ad charitatem. vnde 9
ſi non habet alia bona, poteſt dotare & alere conſanguineam de reditibus eccleſiæ, ſi eſt inops. Sicu. in c. peruenit. de arbi. & in c. j. de cohabita cleric. dummodo conſtituat ad neceſſitatem ſuæ conditionis, non ad pompam faſtidioſitatis: vt ibi. &
Clauaſ in §. dos. verſi. v. Quid ſi † filia fuerit ſemel dotata. an 10
debeat iterum dotari, ſi dos eſt perdita. Bart. in dicta authen: res quæ. ij. col. gloſſ. & docto. Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt. ff. ſolu. matrim. quòd ſic, ſi eſt perdita ſine dolo & culpa filiæ. Bald. in auth. quod locum. j. q. C. de colla. tenet quòd ſi perdita culpa filiæ, non tenetur pater iterum dotare. ſi caſu idem conſtante matrimonio: ſed ſoluto ſic: vide tex. & doc. in auth.
ſed quanuis. C. de rei vxo. acti. Secus † in fratre: quia ſi dota- 11
uerit ſororem, & caſu fuerit amiſſa, non tenebitur vlterius. tenet Bal. in alle. l. fi. C. de dotis promiſ. Poſtremò notabis quòd in caſibus in quibus ſuprà dictum eſt patrem tenere dotare filiam procedit etiam ſi filia ſit diues ex ſuo patrimonio, vt ſæpius alle §. legem. Bal. in alle. l. fi. C. de do. promiſ. Ang. in authen. de æquali. do. §. quia verò. & Bald. nouellus in ſuo tract. de doti. char. xix. & ibi pleniſſimè de materia dotium.

t ADDITIO. Non tenetur. an autem pater implicitus oneribus debitorum teneatur dotare filiam vide Bald. in l. fin. §. j. de his quæ in fra. à d. credit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio etiam filia non petente negligentem patrem cogere ad congruenter dotandum filiam. & nu. 2*

QVAESTIO CCXCI.

ITEM fuit quæſitum, quo iure † cõpellatur pa- a
ter ad dotandũ, an ex officio iudicis, vel iure actio- 1
nis. glo. in l. obligamur. in ver. lege. ff. de actio. & obli. videtur concludere quòd iure actionis, quæ gloſſa ibidem reprobatur per Barto. dicentem, quòd imò officio iudicis. Et veniet in officio iudicis cognitio, an pater ſit diues & filius ſeu filia pariter, & contrà. ſecundum quod ſit in præſtatione alimentorum, in l ſi quis à liberis. ff. de ali. à par. præ.

a Vide per me poſita quæſtione proxi. & per Bald. no. in ſuo tractatu, de donatio. charta xix. vbi concludit quòd etiam filia diues ſit à patre dotanda: quod tamen intellige niſi pater laboret inopia. vt l. fina. C. de dotis promiſ. Adde † quòd poteſt 2
iudex ex officio filia non petente ex officio negligentem patrem cogere ad congruenter dotandum filiam ſuam. ita tenet ſingulariter Bal. nouellus. in eodem tractatu, char. xxxiij. Et de quæſtione præcedenti an pater filiã quæ inuito eo nupſit dotare teneatur? vide per eũdem Bal. vbi ſuprà, char. xxix. & xxx.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Pactum contra bonos mores non valet.*
2 *Et ſi fuerit iuramento firmatum iuramentum non eſt obligatorium.*
3 *Matrimonia debent eſſe libera à pœna damni.*
4 *Legatum factum virgini ſub conditione vel prohibitione, ſi nubat, reijcitur conditio, & relictum valet.*

QVAESTIO CCXCII.

a ITEM ſuit quæſitum. [a] Contraxi ſocietatem
cum T. vxorato cum pacto iuraméto firmato, quòd
ſi vxor ejus moreretur cum alia matrimonium con-
trahere non poſſet contra voluntaté meam, & caſu
quo cõtraheret, promiſit mihi dare centum nomine
pœnæ: mortua eſt vxor: & ex poſt contraxit matri-
monium contra meam voluntatem: peto dicta cen-
1 tum nomine pœnæ. Concluſum fuit † quòd non
poſſum: quia tale pactum eſt contra bonos mores.
per l. Titia. & l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.
2 & l. ij. C. de inut. ſti. Nec ob. iuramentum: quia † non
eſt obligatorium. vt in ca. non eſt obl. de re. iu. lib. vj.
3 l. ſi quis inquilinos. ff. de lega. j. Item † matrimonia
debent eſſe libera à pœna dãni: quamuis non à pœna
lucri: niſi cum diſtinctione, de primo in l. Titio cen-
tum. §. Titio. ij. de condi. & demon. de ſecundo in au-
then. cui relictum. C. de indi. vidui. tol. vbi diſtinguit:
4 an † relinquatur virgini ſub conditione vel prohibi-
tione ne nubat: & tunc reiicitur conditio, & valet
relictum. vt l. cum tale. §. reſcriptum. ff. de condi. &
demon. in gloſ. Aut relinquitur virgini ſub condi-
tione vt nubat: vel ſine conditione: & tunc ſi non
nubat perdit legatum. vt d. §. Titio. not. gloſ. & Cyn.
in prælleg. auth. cui relictum. & tunc hæc eſt pœna
damni, ſcilicet, amiſsio bonorum propriorum, &
non lucri: ſcilicet legati: vel alterius relicti, vide
Collecta. in ca. gemma. de ſpon. & l. fina. C. de nupt.
cum vtrobique no.

a Vide Bald. in prælleg. authen. cui relictum. gloſ. in alleg. l. cum tale. §. Meuiæ. & in allega. l. Titio centum. §. Titio centum. j. & vtrobique Bartol. Raphael Fulg. conſi. lxj. per totum. Sed an pœna appoſita in ſponſalibus teneat, Sicul. in ca. gemma. prælleg. Spec in tit. de ſpon. §. j. igitur. & Sal. in alleg. l. ſi. C. de ſpon. vnde ſecũdum Sicu. vbi ſuprà, & Clauaſ. in §. ſponſalia. verſic. xiiij. & doc. in alleg. l. Titia quód aut pœna apponitur inter contrahentes: & indiſtinctè non valet ſecundum communiorem opi. & tenet Bal. in l. mulier. C. de ſponſ. etiam in pœna quæ eſt in lucro perdendo, vnde ſi dixero promitto tibi donare centum ſi nupſeris mihi, non valebit. in l. ſi ita ſtipulatus §. ſi tibi nupſero. & ibi per Bart. ff. de verb. obli. Quod tamen limita, verùm niſi is cui promiſſio ſi eſſet ſtabilior: quia tunc potius videretur donare animo recompenſandi ratione nobilitatis, pro quo facit quod no. Bart. in l. j. c. de dona. ante nup. & in l. ſi volũtate. C. de dot. promiſ. Aut pœna apponitur inter parentes ipſorum contrahentium, ſeu alios ita coniunctos ipſis contrahentibus quòd veriſimiliter iſti inducerentur ad contractum matrimonij ne parentes vel amici eorum incurrant ſeu ſoluant pœnam: & ſic non valet: vt in d. c. gemma. ſecũdum vnum intellectum. & in d. l. Titia. & in l. hæres meus. ff. de condi. & demon. valeat tamen illa quæ eſt in lucro perdendo: vt per Bart. prælle. §. Titio. el j ff. de condi. & demon. Aut pœna apponitur inter alios à prædictis: & ſic valet etiam ſi aliis extraneus promiſerit nomine mulieris ſub certa pœna ſecundum communem opinionem. Aduerte tamen quòd tales promittentes ſub pœna quòd Titia contrahet cum Sempronio: ſi quantum in ipſis eſt faciunt, non incurrunt pœnam: quia difficultas ex quo factũ eſt in obligatione excludit commiſſionem pœnæ: vt eſt tex. no. in l. ſi vehenda. in ſi. ff. ad l. Rho. de iact. & in l. ij ff. ſi quis cautio. & hoc tenuit Ioan. de Pla. vt refert Feder. conſi. clxiiij. Anto. & Sicu. in alleg c gemma facit quod not. Bart. in ſimilibus terminis in l. continuatis. §. illud. ff. de verborum oblig. & hoc verum de pœna quæ conſiſtit in perdendo vel minuendo de patrimonio. Secus de alia quę eſt in acquirendo quando ceſſaret lucrum, niſi promiſſum impleretur. An autem poſſit interuenire pignus pro matrimonio contrahendo, dic quòd non, ſecundum Ans & Clauaſ. vbi ſuprà verſi. xiij. An poſſit peti intereſſe: & vtrum accipiens arras lucretur eas contracto matrimonio. vide Iaco. Are. & Cyn. in l. j. C. de ſponſ & in d. l. Titia. & communiter cõcluditur quòd intereſſe peti non poteſt: niſi dolosè quis ſe habuerit: quoad ſecundum de arris, vide Fel. vbi ſuprà, & Sicul. in alle. c. gẽma.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à papa, an poſsit ab ordine deponi ab epiſcopo.*
2 *Beneficium recipiens à papa, poteſt eo priuari ab inferiore propter crimen ſuperueniens.*
3 *Crimen priuat quem priuilegio.*

QVAESTIO CCXCIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An quis poſsit † priuari a
beneficio, vel deponi ab ordine ſibi collatis per Pa- 1
pam ab epiſcopo ſuo. fuit remiſſum ad Collecta. in
capitulo per tuas. de maiori. & obedien. vbi allega.
opin. Innoc. tenentis quòd non. Ioan. gloſ. decret. j.
quæſtio. j. cap. ſi alium. quòd ſic: Collect. diſtinguit
in alleg. cap. per tuas [1] quòd ordinatum non poteſt: 1
beneficiatum ſic.

a Iſta fuit opinio Ioan. And. in alle c. per tuas. videlicet quòd ordinatus à papa non poteſt ab inferiore deponi, ſecus in be-
neficio. vt videlicet † recipiens beneficium à papa poſsit illo 2
priuari propter crimen ſuperueniens, quod etiam tenet gloſ. in confirmato à papa: vt in confir. vti. vel inuti. Sed in ordine videtur velle Ioan. Andr. vt non poſſit deponi ab inferiore. nam ſi non poteſt ordinari per inferiorem ſine licentia papæ, vt in cap. cùm in diſtribuendo. de tempo. ordin. fortius nec deponi, idem tenet Bald. in alleg. cap. per tuas. Sicu. ibidem dicit, quòd licet hæc opinio ſit æquior & ſeruanda propter reuerentiam Romani pontificis. Alia tamen videtur verior: quia ex quo non eximitur ab obedientia epiſcopi. ergo
ex delicto ſuperuenienti poteſt priuari illo ordine: nam † cri- 3
men priuat quem priuilegio, cap priuilegium. xj. quæſt. iij. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim agi oportet. & hæc opo. placet Felin. in cap. per tuas. Sed qui de licentia papæ recepit ordinem ab inferiore, Siculus poſt Hoſt. en. in eo. cap. per tuas. quòd priuatus eſt primo priuilegio. nam videtur illi renuntiaſſe recipiendo ordinẽ ab inferiore, arg. c. cùm renuntiatur. xxxij. q. j. licet aliter dicat Ioan. de Imo. in c. per tuas.

1 ANNIXIO. c. per tuas. Adde Felin. ibidem, ij. col. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum pluribus tutoribus, totum legatum debetur illis qui adminiſtrarunt, & reddiderint rationem tutelæ. & num. 2.*
3 *Executor acceptans legatum, cogitur exequi officium. ſecus ſi non acceptauerit.*

QVAESTIO CCXCIIII.

ITEM dati ſunt tres † executores [a] in teſtamen 1
to per defunctum, & voluit quòd ratione laborum a
haberent centũ, quæ eis legauit: vnus executor no-
luit ſe intromittere, alij duo adminiſtrauerunt, & vo
lunt habere integra centum iure accreſcendi. hæres
contradicit, dicens ad ſe pertinere. Concluſum fuit
quòd executores debent habere iure accreſcendi,
& non hæres. l. vnica. §. vbi autem. C. de ca. tol. & ibi
plenè per Cy. etiam Bar. in l. coniuncti. ff. de leg. iij.

a Idem † In pluribus tutoribus, ſi eis legatum fuerit: ſi red- 2
diderint rationem tutelæ, dabitur totum reddentibus rationem, & non aliis. ita voluit Bald. in l. ſi plures. v. colum. cap. de condit inſer. vide in l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſ. teſta quod crederem etiam locum habere, quando alter tutorum, vt ſuſpectus remoueretur, vel etiam vnus executorum. pro quo
not. Bartol. in authen hoc amplius. j. colum. C. de fideicom.
Adde † quòd ſi executor acceptauerit legatũ, cogitur exequi 3

officium, ita tenet Bartol.in l.poſt legatum.§.admittere.ff.de his quibus vt indignis.Sed ſi non acceptauerit legatum, non cogitur ad officium:ſed perdit legatum ſecundum Barto.in l.néſcennius.ff de executo. An autē ſi plures fuerint executores
t ſimpliciter dati, aliqui eorum ſine alius exequi poſſint t, vide ſuprà quæſtione cclxxxij.cum ibi per me poſitis.

1 Additio. Exequi poſſunt. Vide de hac quæſtio.per do. Fedetic.de ſe.conſi.lxvij.

QVAESTIO CCXCV.

ITEM an ceſsionarius teneatur fidem facere
a a de ceſsione antequam poſsit in iudicio experiri? Concluſum fuit quòd ſic: ſi agat directa actione, & nomine cedentis. Secus ſi vtili: vt tenet Spec.tit. de actore.§.j.verſicu.item contra prælatum.& de inſtrum.edi.§.nunc dicamus.ver.ſed quid ecce. Archi. in cap.j.de procu.lib.vj.

a Idem tenent Bar.in l ſi duo.in fi.ff.de ſol.Bal.in l.j.iuij.q.j. in fi de actio.& obli. Bart. Bald.& Sali.in l.qui ſtipendia.C.de procur. Sed quid ſi quis petat centum quæ ſibi deberi dicit ex inſtrumento, an reo petente tale inſtrumentum ſibi edi ante
1 lit.conteſt.ſit edendum. Inno.in c.j.de proba. 1 quòd ſic:quia non poſſet aliter reus deliberare, an deberet cedere vel contendere.arg.C.de eden.auth.ſi quis in aliquo.& in c.ij.de fide inſtru. Dicit tamen quòd ſi non habet illud in præſenti, procedetur ad vlteriora, licet nōn exhibeatur:idem tenet Sicu.in alleg c.j.niſi eſſet tale inſtrumentum,de quo reus eſt veriſimiliter informatus:vt quia legatarius petit legatum ab hærede, prout continetur in tali teſtamento, & tunc non debet fieri copia, quia apud hæredem præſumitur eſſe teſtamentum, vt l.ij.ff.eod.tit tenet Bart.in l.ſi legatum.ff.de edend. Quando autem non facit inuentionem in libello non cogitur edere: niſi vtatur eo, de quo in Spec.de inſtru.edi.§.nunc dicamus. verſic.quid ſi quis. Et an & quando debeat fieri editio inſtrumentorum quo iure vetantur:quo tempore debeant exhiberi & qualiter:an integraliter vel in parte,vide plenè per Siculum
2 in alleg.c.j.de proba. 2

1 Additio. ca.j.de proba. Adde Feli.ibidem v.col.& ſeq. vbi latiſſimè proſequitur huiuſmodi materiam.

2 ca.j.de proba.Vbi vide latiſſimè per do.Feli.in iiij colum. verſic.prima concluſio, ab illo loco vſque ad h.d.c.materiam editionis inſtrumentorum, librorum, rationum, & actorum, more ſuo ordinatiſſimè tractantem per concluſiones, & declarationes,& fallentias.

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa eligenda debet eſſe virgo.*
2 *Diſpenſari tamen poteſt per papam corrupta in abbatiſſam promoueri.*

QVAESTIO CCXCVI.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An † aliqua promouen-
1 da in abbatiſſam debeat eſſe virgo? Concluſum fuit quòd ſic: vt expreſsè tenet Ioan.Andr.in cle.attendentes.de ſtatu regula. ſuper verſicu.rationabilis.& Archid.in c.indemnitatibus.de elect.lib.vj.

2 a Quod intellige † verum de iure communi, diſpenſatiuè tamē poterit in abbatiſſam corrupta promoueri.Sed quis habeat hoc caſu facultatē diſpenſandi. Ioan.in alleg.c.indemnitatibus.tenet quòd ſolus papa.Contrarium tenet Archi.ibidē dicens quòd etiā epiſcopus poterit diſpenſare,ſed tamen tunc non conſecrabitur neq; benedicetur:& hoc tenet Pan.in alle. lect.attendentes.idem Zenae.& in ea.ſententia videtur reſidere Lapus.veruntamen Fran.de Zaba.& Ioā.de Imo.dicunt tutius eſſe tenendum quòd alius à papa non poſſit diſpenſare: quia contra ius eſt quòd corrupta ſit abbatiſſa, xx.q.j.iuuenculas.contra quòd ſolus papa diſpenſat, niſi inueniatur alteri conceſſum,in c.dilectus.de tempo.ordi.

QVAESTIO CCXCVII.

a ITEM quæro, nunquid ſi aliquis volens tranſire de hoc mundo dicat, & reuelet quòd talis damnabitur perpetuò vel ſaluabitur, fides vel credentia dictis ſuis ſit adhibenda:ad hoc vt ille cui hoc dixit terreri debeat. Dico quòd non, nam vt ait tex.in c. nemo.de pœ.diſt.vij.ſero pœnitentibus veniam, ſiue pœnitentiam dare poſſumus: ſecuritatē autem dare non poſſumus: nunquid dico damnabitur: ſed nec dico liberabitur: vis ergo à dubio liberari: vis quòd eſt incertum euadere, age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis dico tibi quòd ſecurus es: quia pœnitentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti: ſi autem vis agere pœnitentiam, quādo iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. hæc Ang.de pœn.diſt.vij.c.ij. Item quacunque hora ingemuerit peccator & conuerſus fuerit: vita viuet & non morietur, Ezech.xvij.& Ang.in li.de pœ.& in c.nullus. de pœn.diſtin.vij.vbi eſt pucherrimus textus contra pœnitentiam differentes. Item contritio verè ſuſcepta prodeſt, cùm non ſolùm dominus ſit inſpector corporum, ſed etiam cordium. Item quia etiam latro propter pœnitentiam vnius momenti meruit eſſe in paradiſo, xxvj quæſt vj.c.ſacerdos. maximè cùm dominus ſemper inuitet peccatorem ad pœnitentiā, iuxta illud, Nolo mortem peccatoris:ſed vt conuertatur & viuat, vnde tenet magiſter Pet.de Petra, magiſter in ſacra pagina, quòd ſi talis reuelatio fiat ex fantaſia,non eſt fides adhibenda, ſecus ſi proueniat ex gratia ſpiritusſancti. Item quia Chriſtus non vult peccatorum vindictam: ſed dare quærit confitentibus & pœnitentibus veniam,miſereri cupit qui reo ſalutis conſilia & vtilitatis remedia tribuit ſecundum ſacram ſcripturam.

a Sed aduerte:quia ſicut ſuprà dictum eſt, valde periculoſum eſt vſq; ad articulum mortis pœnitentiā differre.& propterea dicit Augu.in alleg.c.nullus.quem ſero pœnitet oportet non ſolùm timere Deum iudicem:ſed iuſtum diligere.non tantùm pœnā timeat:ſed anxietur pro gloria debet enim de crimine dolere: & de omni eius prædicta varietate.hæc ille. Sed cùm hæc communiter non adſint in extremis pœnitenti.tum quia principaliter vt plurimum conuertuntur tales timore mortis & inferni,patet,quia niſi mors immineret, non conuerterentur:& ideo deficit primum neceſſariū, ſcilicet quòd non conuertitur:quia diligit Deum iuſtum. Item nec cōuertitur principaliter propter gloriam Dei, ſed propter pœnam euitandam: patet quia ſi de pœna non timeret,perſeueraret in malis vt prius. Item communiter deficit tertium:quia cùm ſit quaſi extra ſe ex infirmitate, non poteſt dolere de ſingulis peccatis ſicut tenetur,nec confiteri.Et ideo Clauaſ in §.pœnitentiam. verſic.fina.dicit ſe credere veriſſimum dictum Hieronymi,in tranſitu:vix inquit de centum millibus hominū quorum mala fuit vita in morte diuinam indulgentiam obtinebit vnus, hæc ille. vide Floren. in tertia parte ſummæ moralis,titu.x.cap.ij. in titu. de pœnitentibus in extremis.

QVAESTIO CCXCVIII.

ITEM nunquid in ſuſpenſo[a] à canone requiritur abſolutio? dico quòd non: ſecus in ſuſpenſo a ab homine.vt not.Innoc.in ca.venerabili.de ſenten. excommunicatio. vide quod not. Archid.in c.ſacerdotes.l.diſtinctio.ſicut in excommunicato à canone, quod intellige in minore, aliâs eſſet contrà, de ſenten.excommunicat.c.cum deſideres.vide quod not. gloſ.in cap.ſi quis frater.xj.quæſtio.iij. Quid autem de ſuſpenſis ad determinatum tempus, puta per menſem, vel annum, an ſit neceſſaria abſolutio? dico quòd non: vide quod not.Innoc.in ca.bonæ.de ætat.& qualita.ſed ſufficit iudicis declaratio.vt not. gloſſ. in cle. j. de deci.& ibi Pan. in excommunicato verò neceſſaria eſt abſolutio etiam poſt ſatisfactionem: vt ibidem.

a Aduerte:

a Aduerte: quia Paulus in alle. cle. concludit quòd interdum
tempus vel factum adducitur ſatisfactioni firmdæ, aliquando
duratione ſententiæ. Exemplum primi ſi non ſatisfeceris infra
menſem, excommunico te vel ſuſpendo. exemplum ſecundi
excommunico te donec ſatisfeceris, vel ſuſpendo. Primo caſu
ſiue ſit ſuſpenſio ſiue excõmunicatio, ſemper abſolutio eſt ne-
ceſſaria. de ſenten. excommunica. c. paroch. & c. conque-
renti. de offic. arg. c ſignificauit. Secundo caſu non eſt neceſ-
ſaria abſolutio, ſed ſufficit declaratio etiam ſi ſit excommunĩ.
de immu. eccleſ. ca. aduerſus. in fi. de deſpon. ca. non eſt vobis.
lxxxj. diſtinct. ſi qui ſunt. & cum hoc tranſeunt Franc & Ioan,
de Imol. in alleg cle. j. de deciſi Et idem tenuit Sicu. quoad ſe-
cundum caſum. in allega ca non eſt & Clauaſ. in §. ſuſpenſio.
verſic. iiij. alleg. Sico in ca cum in. de vſu. idem Clauaſ. in §. in-
terdictum. verſic. viij. in princi nec diſtinguit hoc ſecundo caſu
vtrum lata ſit à iure vel ab homine, quia in vtroq; caſu locum
habet. Secus de ſententia excommunicationis ad tempus.
quia requiritur abſolutio, ita not. docto. in c. fina. de mat. con.
contra inter. eccleſi. & ibi reddunt rationem: quia excommu.
requirit certam formam in abſolutione, ſed in ſuſpenſione vel
interdicto ſufficit quòd conſtet de mente iudicis: & aliqui du-
bitant de ſententia excommunica. lata per papam ad tempus,
tamen tene quòd requiritur abſolutio niſi apertè conſtet pa-
pam velle eum abſolutũ eſſe ſecundum Anto. & ſequitur Sicu.
in eo. c. ſi. Si verò ſuſpenſio vel interdictum non eſt latum ad
tẽpus, ſed ſimpliciter tunc requiritur abſolutio, & ſi eſt à iure,
poteſt abſoluere ordinarius vel legatus ſedis apoſtolicæ, niſi
eum conditor iuris ſibi vel alteri reſeruauit. argu ca. nuper. de
ſenten. excommunicat. Si autem ſit à iudice, ſic ille qui tulit,
poteſt abſoluere, vel eius ſuperior tantùm: aut de mãdato eius
qui eam tulit, xxiiij. quæſtio. j. ſi Petrus. Et in abſolutione à ſuſ-
penſione quando requiritur ſecundum Hoſtien. ſufficit dicere
reuoco vel remoueo vel abſoluo, veruntamen non debet ab-
ſolui quis niſi præſtito iuramento de parendo mandatis eccle-
ſiæ, textus eſt qui alibi non reperitur ſecundum Sicul. in ca. ſu-
per eo. & ca. venerabili, de ſenten. excommunic.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia lata in cauſa furti ſecũ trahit executionẽ.*
2 *Sententia abſolutoria ſecum trahit executionem.*
3 *Sententia excommunicationis non tranſit in rem*
iudicatam quoad effectum irretractabilem, & nu. 6.
4 *Abſolui quis inuitus poteſt ab excommunicatione.*
5 *Ligandi & ſoluendi par ius eſt.*
7 *Appellatio in ſententia cenſura operatur effectum*
deuolutionum.
8 *A ſententia excommunicationis cur appellari non*
poſsit.

QVAESTIO CCXCIX.

a ITEM nunquid à ſententia excommunicationis poſsit appellari? reſpondetur quòd non, quia non eſt homo qui ligat, ſed Deus, xj. quæſtio. iij. ca. nemo, primo. Item quia nemo excommunicatur, niſi præcedente peccato mortali, & pro contumacia: vt in capitulo nemo, ſecundo, xj. quæſtio. iij. & contumax non auditur appellans. ſecunda quæſtione ſexta, ſunt quorum. Item quia excommunicatio ſecum trahit executionem. vt in c. paſtoralis. §. verum. de appellationibus. vt dicit glo. in c. nemo, alleg.

a Vide Sicul. & Præpoſi. in allega. §. verum. Aduerte tamen:
quia licet glo. præalleg. & in c. ad reprimendam. de offic. ordi.
teneat appellationem interpoſitam ab excõmunicatione non
ſuſpendere: quia ſecum trahit executionem. nihilominus in al-
leg. c. ad reprimẽdam, Sicu. dicit illud dictum non eſſe verum:
1 nam † ſententia lata in cauſa furti ſecum trahit executionem:
quia incontinenti infamat condẽnatum. l. non poteſt. ff. de his
qui not. infa. & tamen per appellationẽ effectus ſententiæ ſuſ-
2 penditur vt l. furti. ff. eo. tit. Itẽ omnis † ſententia abſolutoria
ſecum trahit executionẽ. & tamen ſuſpenditur per appellatio-
nem: nam appellatio facit, vt non videatur pronunciatũ: adeo
quòd leges dicant per appellationẽ extingui ſententiam l. j. in
fi. ff. ad Turp. & l. ij. ff. de pœn. licet canones communiter di-
cant quòd ſuſpenditur, in c. venientes. de iureiur. & c. paſtora-
lis. §. præterea. & in cap. fin. de officio delegati. Igitur &c. vide

rationes alias quas ponit Propo. poſt Sicu. in alleg. §. verum.
Vnum tamen notabis, quòd Sicul. colligit ex gloſſ. in allega.
cap. ad reprimendam. quòd † ſententia excommunicationis 3
non tranſit in rem iudicatam, quo ad effectum irretractabi-
lem, quin poſſit retractari etiam poſt mille annos: & idem in
qualibet ſententia cenſuræ: vt in ſuſpenſione & interdicto. pro
hoc cap. fin. de pœn. Quinimo ſi excommunicatus ex diu-
turno tempore efficeretur deterior, deberet iudex ex officio
illam ſententiam relaxare: vt not. Ioan. Andr. poſt beatum
Tho. in cap. j. de ſent. excom. lib. vj. & pro Sicu. in c. ab excom-
municato. in fi. de reſcrip. vbi tenet quòd ſi ſit ſpes de corre-
ptione, poteſt abſolui etiã inuitus, aliàs ſecus. Clauaſ. in §. ab-
ſolutio. iij. verſic. vij. tenet † quòd quis poteſt inuitus abſolui 4
ex cauſa rationabili. quæ eſt quando videt quòd excommuni-
catio non prodeſt excommunicato, & nocet communicanti
propter participationem: & hoc not. Sicu. in l. Apoſtolicæ de
exceptio. quæ dicit, quòd vbi imminet vtilitas eccleſiaſtica
ex abſolutione, ſeu impeditur ordinatio eccleſiæ, non abſol-
uitur, tunc abſoluendus eſt inuitus. facit cap. vnicus. ij. de re-
ſtitut. ſi tamen abſoluit ſine cauſa, tenet abſolutio: quia ſicut
in poteſtate prælati fuit excommunicare etiam inuitum, ſic
& reuocare. par † enim ius eſt ligandi & ſoluendi. de pœ. di- 5
ſtinctio. j. cap. verbum. Sed quoad alios effectus dicit Sicul. in
alleg. cap. ad reprimendam. quòd ſententia excommunicatio-
nis tranſit in rem iudicatam. quemadmodum & ceteræ ſenten-
tiæ. debet enim appellare intra decem dies, aliàs poſt decen-
dium non auditur excommunicatus appellando, vt voluit ſin-
gulariter gloſ. in præallega. cap. ad reprimendam. Audietur
ergo excommunicatus poſt decendium, non per viam appel-
lationis, ſed per viam querelæ. Ex quo infertur quòd poſt de-
cem dies non poteſt querelare apud eum iudicem, qui non
poteſt adiri niſi per viam appellationis. & ideo ſi epiſcopus
tulit ſententiam excommunicationis ad petitionem alicuius
ſubditi ſui, non poteſt excommunicatus poſt decẽdium que-
relare apud Archiepiſcopum, quia non eſt iudex inter ſubdi-
tos Epiſcopo regulariter, niſi per appellationem, vt in ca. pa-
ſtor. de offic. ord. & in c. venerabilib. de ſenten. excom. lib. vj.
in princip. Item ſequitur quòd ſuper eo ſuper quo fuit excom-
municatus, non audietur poſt decendium volens ſe defendere
ſuper contumacia, ſeu ſuper expenſis quæ debentur ratione
contumaciæ: videtur enim acquieuiſſe ſententiæ non appel-
lando. ad hoc enim alleg. dictum ſingulare Ioan. And. in cap.
venerabilibus. alleg. ſuper verſ. quæ matrimonia probatur ratio-
ne. nam, vt dictum eſt, ſpeciale † eſt in excommunicatione, 6
vt non tranſeant in rem iudicatam. quia ſententiæ natura eſt
retractabilis ratione prædicta: ergo quoad alios effectus vbi
ceſſat illa ratio, ſortitur naturam aliarum ſententiarum. arg. l.
præcipimus. in fi. C. de appellatio. Item ſequitur quòd quem-
admodum in aliis ſententiis non licet tertiò appellare, vt in c.
ſua. de appel. ita nec in ſententia excommunicationis. & idem
dicendum in aliis ſententiis, quæ non tranſeunt in rem iudi-
catam. ad hoc gloſ. no. in cap. fraternitatis. de frigid. & malefi.
Quid † ergo operabitur appellatio in ſententia cenſuræ, ex 7
quo non ſuſpendit vinculum ſententiæ, dic quòd operatur ef-
fectum deuolutionum: quia deuoluit cauſam ad ſuperiorem,
ad quem aliàs citra appellationem non poterat ire. Sic ergo
dicere poteſt reſoluendo noſtram quæſtionem principalem,
quòd à † ſententia excommunicationis non appellatur, vt 8
ipſius ſententiæ vinculum ſuſpendatur, ſed bene vt cauſa ad
ſuperiorem deuoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab ordinario poterit denuntiari*
excommunicatus non obſtante ſua appellatione.
Secus tamen in excommunicato a delegato. ib. & nu. 2
3 *Iuriſdictio delegati reuocatur cum appellatio re-*
cepta eſt à ſuperiore.

QVAESTIO CCC.

ITEM nunquid † excommunicatus[a] appella- 1
tione ſua non obſtante poterit denuntiari excom- 2
municatus? reſponde quòd ſic, cùm ſit actus extra-
iudicialis: & hoc eſt verum in excommunicato ab
ordinario: ſecus in excommunicato à delegato. arg.
cap. paſtoralis. §. j. de offic. deleg. no. Hoſtien. de app.
c. paſtoralis. & Archid. in c. nemo. xj. q. iij.

2 a Dic clarius † quòd appellatione non obſtante ordinarius excommunicare poteſt: etiam ſi non fecit ipſe, qui ſententiam tulit, denuntiare. arg. xj. q. iij. c. curæ. & ca. j. de treu. & pa. ſecus in delegato ſi appellatio ab eo interpoſita, eſt à ſuperiore recepta. arg in præalleg. c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. ita dicit Innoc. in allega. c. paſtoralis. de appel. §. verum. quod Sicu. dicit eſſe notandum. Sed circa id quod dictum eſt de delegato, dicit eſſe diſtinguendum. Aut ante denuntiationem fuit appellatum ab iſto delegato, cui appellationi ipſe detulit, & non poterit eum denuntiare. tamen quia non remanſit index per delationem. vt in capitulo cum appellationibus. de appellationibus. lib. vj. tamen quia ſua non intereſt vt iſte excommunicetur, cùm non ſit index ſuus. Aut non detulit ap-
3 pellationi: & tunc aut appellatio † recepta fuit à ſuperiore, & non poteſt denuntiare: quia per hanc receptionem reuocatur prorſus iuriſdictio ab eo. vt in d. §. præterea. Aut nondum fuit recepta & credit Sicu. quòd poſſit: quia ſua intereſt ipſum excommunicari: vt citius reſipiſcat & ſibi obediat, & vt mulcta ſua habeat effectum arg. c. ad aures. de appella. ita etiam dicit Præpoſi. poſt Anto. & alios doct. in alleg. §. verum. dicens regulam eſſe quòd excommunicatus poſſit appellatione pendente denuntiari ſecundum Anto. Sicu. & Imol. fallit vt prædictum eſt quando iudex denuntians eſſet delegatus & detuliſſet appellationi, vel appellatio eſſet à ſuperiore recepta. Secundo fallit quando denuntiatio magis ligaret excommunicatum quàm eſſet primò ligatus in caſu. ca. tua. de ſenten. excommunic. nam tunc pendente appellatione denuntiare non poterit. ita Ant. & Imol. in alleg §. verum. & eſt ibi tex amplius non ligetur, &c. Tertio fallit quando excommunicatio eſſet lata contra ignorantem, quòd poteſt fieri. c. poſt. & c. illud. de cle. excom. miniſtran. quo caſu ſi à dicta ſententia appellauerit, licet non ſuſpendat excõmunicationem, tamen impediet denuntiationem, ita eſt bon. text. in c. dilectus. de appella. ita Anto. & Imol. in allega. §. verum. Quarto caſu fallit quando quis eſſet excommunicatus à canone, quo caſu requiritur ſententia declaratoria facti niſi factum ſit notorium: vt dicit idem Præpoſi. ca. peruenit. de appella. ſi à tali ſententia declaratoria ſit appellatum, quod poteſt. vt eſt gloſſ. not in c. cupientes. §. quod ſi per xx. in verſic. primates. de elect. lib. vj. pendente tali appellatione impedietur denuntiatio excommunicationis. ita Anto. Innocen. & Præpoſi. in alleg. §. verum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata ab ordinario probatur per ſolam denuntiationem.*

Hoc verum vbi apponitur in vim dilatoriæ: ſecus verò vbi apponitur in vim peremptoriæ, nume. 2.

QVAESTIO CCCI.

a ITEM, ſed nónne ſufficit probare denuntiationem excommunicationis contra aliquem ad hoc vt remoueatur ab agendo, licet nulla cauſa fuerit in denuntiatione expreſſa? videtur quòd ſic, vt not. in cap. pia. de excep. lib. vj. & in cap. licet. de ſenten. excommuni. eodem lib.

1 a Hoſt. in c. prudentiam. §. ſexta 1, & in alleg. c. pia. & Anto.
1 ibidem poſt eum tenent quòd excommunicatio † lata ab ordinario probatur per ſolam denuntiationẽ. & ita tenet Archi. in c. nemo condemnatus. 2j. q. iij. & in alleg. c. pia. idem Io. ã. de Imo. in allega. c. licet. vt ibi refer Do. veruntamen idem Do. in alleg. c. pia. & Rot. deciſi. cclvj. Iac. de ſan. Gemi. & Io. de Imo.
2 in allega. c. pia. tenent quòd vbi apponitur † in vim dilatoriæ, ſicut in caſu noſtræ quæſtionis, ſola denuntiatio ſufficiat. Sed vbi apponitur in vim perẽptoriæ, quòd ſola denuntiatio non ſufficiat, quia non ſequitur talis eſt denuntiatus ergo eſt excõmunicatus. tamen quia huiuſmodi exceptio ſapit obiectum, qui debet clarè probari, de accuſa. ca. ſuper his. & c. accedens. de elect. ca. j. & c. circa. lib. vj. iuncta cle. conſtitutionẽ. eo. tit. & citius admittũtur, probantur & expediuntur dilatoriæ, quàm perẽptoriæ. de ordi. cog. c. cum dilectus. c. j. de lit. cõteſt. lib. vj. Idem videtur voluiſſe Sicu. in alleg. §. ſexta. dum innuit ſe credere quòd in his quæ ſunt modici præiudicij, vt in caſu illius §. ſufficiat illa denuntiatio. quia præſumitur pro his quæ notoriè facta ſunt: & pro iudice exercente officium ſuum. c. in præſentia. de renun. Sed vbi ageretur de graui præiudicio, ſecus. Nec enim ſufficit primo caſu probare excõmunicationem per famam, ad hoc vt ad petitionem partis iudex actorem repellere teneatur. ita voluit ibidem Sicu. poſt Egid. in alleg. §. ſexta.

1 ADDITIO. §. ſexta. Adde Feli. ibidem ij. col. & ſeq.

QVAESTIO CCCII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An maior vel minor excommunicatus poſſit petere reſtitutionem in integrum, ex clauſula, ſi qua iuſta cauſa &c. eo quòd inuentarium hæreditatis per eum aditæ intra annum facere ſeu appellare omiſit, non obſtante exceptione excommunicationis aduerſus oppoſita? videbatur quòd non, per c. intelleximus. de iud. Concluſum fuit contrà per not. Hoſtien. in ca. ſignificauerunt. de exceptio. vbi quærit an excommunicatus poſſit petere in integrum reſtitutionem 1 contra ſententiam, à qua non appellauit: & dicit aliquos tenere quòd ſic, & aliquos quòd non. Ipſe verò dicit, quòd ſi petatur reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua iuſta cauſa, & tali cauſa expreſſa, qua probata ſi non ſibi ſubueniretur innocens, vel eius anima periclitaretur, vt periret. vt ſi quæratur de aliqua ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ. argu. c. cum inter. de except. de reſtitu. in integ. ca. cum ex literis. tunc admitteretur, quia talis cauſa non dependet ex ſolo fauore petentis reſtitutionem. Aliâs autem repellitur, cùm iniquitas iudicis, vel iniuſta ſententia non quæratur. argu. ff. de mino. l. præfecti. hanc ſequitur Ioan. And. in alleg. c. ſignificauerunt. & Henri. in allega. ca. intelleximus.

a Vide circa huiuſmodi q. quæ ſcripſi ſuprà quæſt. ccv. Adde ſcripta per me etiam quæſt. j. cxxxvij. clxxj.

c ADDITIO. Reſtitutionẽ. Adde hic ſcripta ſuprà q. clxxxix. & Fel. in alleg. c. ſignificauerunt. antepenul. col. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Mora nocet citato, ſi infra conſtitutum diem non compareat.*

2 *Citatus pro delicto, non comparens, poteſt inuitus capi & duci ad iudicem.*

3 *Citatus ſine adiectione termini, tenetur comparere quàm citius poterit.*

QVAESTIO CCCIII.

ITEM, quid † ſi aliquis citatus, tardè a ſuum 1
iter arripiat, & propter impedimentũ ſuperueniens 2
non poſſit comparere: nunquid excuſatur? Concluſum fuit quòd non. ff. ſi quis cau. l. ij. gloſſ. in cap. omni veteri. de elect. not. Archidiaco. in capi. cum ex eo. de elect. lib. vj. & in c. coram. xj. quæſt. iij.

a Adde idem in l. cum poſtulaſſem. ff. de damn. infect idem Sicu. in alle. c. cum in veteri. vbi poſt Inno. tenet quòd ſi is qui tenebatur requirere conſiliũ ſe adeo arctauit quòd nõ potuit intra terminum conſtitutum actum perficere, eſt imputãdum ſibi. Idem Do. poſt Archi. in alleg. c. cum ex eo. vbi tenet quòd ſi lapſo ſeptennio rector parochialis eccleſiæ in primis quatuor temporibus omiſit ſe facere ordinari. & aliis temporibus poſtea ſuperuenit impedimentum: & non potuit ordinari, incidit in pœnam c. licet canon. eo. tit. lib. vj. Adde † quòd ſi ci- 2
tatus pro delicto non comparet, poteſt inuitus capi & duci ad iudicem. ſecundum Ange. no. in authen. vt omnes obe. iu. pro. col. j. col. vj. Adde † quòd citatus ſine adiectione termini te- 3
netur comparere quàm citius poterit. vide Sic. in c. conſuluit. de offic. deleg. & Præpoſi. in c. cum parati. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Imagines exiſtentes in officinis pictorum quare non ita æquè adorentur, ac illæ quæ ſunt in templo.*

2 *Doctis quod ſcriptura præſtat, hoc idem pictura idiotis.*

3 *Imagines adoratione duliæ non latriæ adorandæ.*

QVAESTIO CCCIIII.

ITEM † quare melius honor & reuerentia fit, 1
a ſiue exhibetur imaginibus exiſtentibus in parietibus, quàm illis quæ remanent in operatoribus pi- a
ctorum? ratio eſt: quia tales potius exiſtunt ad emendum.

emendum, ſeu ad vendendum: ſed imaginibus exiſtentibus in parietibus non exhibetur reuerentia, nec honor, ſed illi potius quem repræſentant.

a C. perlatum. de conſe. diſtinct. iij. gloſ. in c. ſi canonici. §. fi. de offic. ordi. lib. vj. & ibi Ioan. And. & Domi. ait enim Greg.
2 in alleg. c. perlatum, quòd legentibus † ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, qui in ipſa vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Et dicit gloſ. in ca.
3 venerabilis. de conſe. diſtinct. iij. quòd † imagines adorandæ ſunt adoratione duliæ quæ ſolùm reuerentiam exhibet, non latria: & ideo non ſunt violandæ. in allega. ca. perlatum. cum duobus ſeq. & per Ioan. Andr. & Domi. vbi ſuprà. Adde quòd imago Chriſti non eſt pingenda ſub forma agni: ſed in forma humana: vt in cap. ſextam ſanctam ſynodum. de conſe. diſtinctione iij. dicit tamen gloſſ. quòd non eſt prohibitum pingere Chriſtum in ſpecie humana, & ſub ipſo agnum, ſed ſolùm pingere ipſum in agno prohibitum eſt. Clauaſius in §. imagines. verſicul. ij.

QVAESTIO CCCV.

a ITEM, ſed quæ eſt ratio quare Deus omnipotens aliquem formando creauit, quem peccaturum nouerat. ratio eſt: quia ſic voluit, cùm ei ſit tanta poteſtas, & vt quicquid Chriſtus diceret verbo, opus eſſet. dixit enim, & facta ſunt, vnde verbo creata ſimul, protulit & fecit, ad quid creauit ipſam? vt Deus laudaretur ab illa. nam omnia laudant voce, vel eſſe Deum ſecundum Bart. & vt vult liber contemptus. vnde quæſtio iſta multis dubitantibus orta difficilis nimium præ grauitate ſui.

a Veruntamen poſſent reddi quatuor cauſæ. prima vt oſtendatur immutabilitas Dei: quia ipſe ſolus eſt immutabilis. omnis autem creatura mutabilis eſt, teſte Pſal. Mutabis eos & mutabuntur. Secunda cauſa eſt: vt oſtendatur Dei ſapientia: quia ex malo ipſe ſcit elicere bonum, quod non poterat fieri niſi creaturam feciſſet mutabilem in malum. vnde Augu. melius iudicat Deum ex malo elicere bonum, quàm prohibere ne mala penitus fierent. Tertia cauſa: vt Dei clementia manifeſtaretur: quia Chriſtus hominem perditum per mortẽ ſuam liberauit. j. Corinth. xv. Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. Quarta eſt, vt oſtenderetur Dei iuſtitia quæ non ſolùm bonis reddit præmia: ſed malis etiam ſupplicia, diſcipu. ſer. eia. Adde quæ ponit idem diſcipu. ſerm. lxxiiij. de præſcientia & prædeſtinatione. & vtrum Deus poſſit facere voluntatem creatam impeccabilem per naturam. Et vtrum Deus debuit permittere hominem impugnari quem præſciebat in pugna deficere. vide Franc. Rober. ſermone de iudicio Dei. charta cexcix. Et latè ponit Fel. in c. ſi quando. de reſcrip.

QVAESTIO CCCVI.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Conueniebatur filiusfamil. actione in factum deſcẽdente ex l. Aquilia ratione damni per ipſum dati: pro quo pater vt legitimus adminiſtrator conſtituit procuratorem. opponebatur quòd non valebat talis procuratoris conſtitutio: quia ſuper tali facto, in quo nullus vſusfructus acquirebatur patri. item filius poteſt conueniri tam ex contractibus, quàm ex delictis? Conclusum fuit quòd non valebat talis procuratio per rationes allega. & not. per Cyn. in l. eum non ſolùm. §. neceſſitate. C. de bo. quæ libe. quæſt. iiij.

a Adde hic quæ poſui ſuprà quæſtione cv. & quæſtione clxx. quæſtione cxs. quæſtione cxxj. quæſtione ij. quæſtione xlij. quæſtione xlv. & quæſtione alix. Adde quòd filiusfamiliâs poteſt petere inſinuationem donationis ſine conſenſu patris. arg. l. j. C. qui admit. ad bonorum poſ. poſſunt. ita voluit Bald. in alleg. §. neceſſitate. & idem de interruptione præſcriptionis per citationem. vide multa alia ibidem per Bart.

QVAESTIO CCCVII.

a ITEM filiusfamiliâs fuit in iudicio ſine conſenſu patris. qui poſtea geſta per filium ratificauit. An huiuſmodi patris ratificatio aliquid operetur? Concluſum fuit quòd non in his, in quibus habet vſumfructum, & ipſum acceptauit: ſecus ſi ipſum non acceptauit: quia iũc in his, quibus vſusfructus poteſt quæri patri, ſufficit in ſignum repudiationis interuenire conſenſum quandocunque: in his autem in quibus patri non quæritur vſusfructus, non requiritur conſenſus patris, nec in principio, nec ex poſt facto. vt not. Cyn. in l. eùm non ſolùm. §. neceſſitate. C. de bo. quæ libe.

a Iſta fuit opinio Loth. glo. antiqui. in alleg. §. neceſſitate. quòd quando vſusfructus acquiri poteſt patri: tunc in ſignum repudiationis requiratur conſenſus patris, idem voluit Barto. in §. præallega. & hanc opinionem ſequuntur citra Monta. Cyn. & Angel. in eo. §. Butri. & eum ſequi videtur Angel. Sali. ibidem Ioan. de Imo. in l. fin. §. j. ff. de verborum obligatio. dicit hanc opin. Moder. Ange. Aret. in §. actiones autem. inſtitu. de actio. licet gloſſ. Bald. in eo. §. neceſſitate. & alij quidam contrà. pro quorum concordia diſtinctio poſita in noſtra quæſtione ponitur per Ioan. Andr. in additio. Specul. titu. de actore. verſic. ſed pone quòd lis eſt conteſta. quã ſequi videtur Bartol. in alleg. §. neceſſitate. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. de acquir. hæred. Paul. de Caſt. conſilio lxiij. Adde quòd ſufficit vnicus conſenſus pro tota cauſa. Bald. in d. §. neceſſitate. & ibi Bart. Paul. de Caſtro, vbi ſuprà, & Spec. vbi ſuprà, verſic. nunquid. vbi vide de pluribus facientibus ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non cogitur creditori ſatisfacere, ſi idem creditor nolit debitori inſtrumentum obligationis reſtituere.*

Et poterit debitor implorare iudicis officium ad ſibi de ſoluto tradendum recognitionem. num. 2.

Debitor tamen tenebitur creditori ſoluere ſumptus factos pro recolligendo inſtrumento. num. 3.

QVAESTIO CCCVIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] an † creditor teneatur a
facere quittantiam debitori, vel recognitionem? 1
Concluſum fuit quòd caſu quo creditor nolit reſtituere debitori inſtrumentum obligationis, quòd non compellitur facere ſolutionem debiti: vt in l. pecuniæ. C. de ſolu. & in l. ſullo. & l. qui tabulas. ff. de fur. & ibi per Bart. & vide plenè per Specul. titu. de inſtrum. edi. §. poſtquam. verſic. quid ſi debitor imò adhuc reſtituto inſtrumento obligationis tenetur facere recognitionem: vt ibidem per Spec. in verſi. quid ſi ſolui. x.

a Et poteſt † ipſe debitor petere iudic. officium ad ſibi de ſoluto tradendum recognitionem, tenet Bartolus in l. ſi finita. a
§. eleganter. ff. de dam. infec. idem Bartolus, in l. ſi pupillus. ff. de nouatio. Bartol. in l. plures apochis. C. de fide inſtrum. gloſ. penult. in cap. ſignificauit. de teſti. & ibi Sicul. & vide rationem quam ponit Bald. in allega. l. pecuniæ. vbi dicit quòd melius eſt habere euidentem liberationem, quàm chirographi redditionem: quia voluit ibidem gloſ. & in l. ſi de poſſeſſione. C. de probatio. vbi reperitur inſtrumentum cancellatum apud debitorem, poteſt eſſe quòd ipſemet cancellauit & ſubtraxit, vnde de hoc poſſet ſibi referri quæſtio quòd non fiet, cùm habebit inſtrumentum quittantiæ. de quo vide latius per Cy. in alle. l. ſi de poſſeſſione. quòd autem creditor teneatur reddere debitori ſoluenti inſtrumentum. text. eſt in l. ij. C. de condi. ex le. & ibi gl. & ibi doc. quod Bal. in l. fi.
C. eo. tit. dicit eſſe verum † ſi debitor ſoluat creditori ſumptus 3
factos pro recolligendo inſtrumento, quod Bal. & Sal. dicunt verum eſſe quãdo obligatio eſt diſſoluta ſolutione, vt in præalle. l. ij. Si autem pecunia per creditorem numerata non fuit, & propterea petitur inſtrumenti cancellatio, tunc debitor non tenebitur ad expenſas inſtrumenti, ſecundũ Bald. in alle. l. fi. Sal. tamen ibidem latius diſtinguit, & ibi vide. Adde quòd creditor tenetur reddere debitori ſoluenti inſtrumentum debiti, ſi debitor ſoluens facit vnum aliud inſtrumentum, in quo fatetur debitum ſoluiſſe, & ſcienter, Iaco. de Are. & Bart. Bald. & Salic. in alle. l. plures. C. de fide inſtru. & ſuprà, q. xlvij.

quod

quòd intellige n ſi creditor probaret per iutamentum ſe in-
ſtrumentum debiti amiſiſſe.quo caſu licet teneatur illud tra-
dere : cogitur tamen facere iuſtrumentum quittantiæ.Bald.&
doct.in alleg l.ij. Idem Bald.in l inſtrumenta.C.de fideicom.
& Bartol.in allega.l.ſi pupillus.ff.de uonatio. Et etiam debet
promittere creditor ſe nunquam eodem inſtrumeoto vſurum
ſi reperiretur, quo caſu vult illud baberi pro caſſo. Bald.in al-
lega.l.pecuuiæ.C.de ſolutio. Et ſufficit creditori recepto de-
bito ſi cancellet iuſtrumentum , licet prothocollum maneat.
Bart.in l.fiu.ff.de his quæ iu teſta.deleu. Pau.de Caſt.in l.no-
ſtra.iu fi.C.de teſta. An ſi inſtrumeutum debiti reperiatur pe-
nes debitorem præſumatur liberatus.vide latè ſuprà,quæſtio.
ccxxs.& per Sicul.iu cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.ij.vt lite pen-
dente.per Cyn.in alleg.l.ſi de poſſeſſinne.per Bart.iu l.ij.ff.de
pact.& in alleg.l.fullo.§.qui tabulas.ff.de fur.per Ange.Aret.
Iuſtit.quib.mod.tolli.obli.§.fi.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Correctio monachi ſpectat ad abbatem, ſi monachus contra regulam monachalem deliquerit.*
2 *Monachus committens furtum vel homicidium, vel aliud delictum, cognitio & correctio eius ſpectat ad ſolum epiſcopum.*
3 *Abbatis nomen eſt nomen ſolicitudinis.*
4 *Monachus contrahens non conuenitur. ſed monaſterium, cùm monachus non habeat proprium.*

QVAESTIO CCCIX.

1 ITEM, an † correctio monachi a primo loco
a ſpectet ad abbatem ? Henri.in cap.quanto.de offic.
ordi.dicit quòd gloſſ.decreti.no.quòd ſic.in ca.quæ
reſiſtit. xj.quæſtio.iij. credit tamen idem Henric.vt
dicit,opin.Hugo.in d.cap.quanto.recitatam eſſe ve-
riorem. Vnde refert, aut quæritur de exemptis à iu-
riſdictione epiſcopi , & tales reſpondebunt tam in
ciuilibus quàm in criminalibus coram ſuo ſuperio-
re : ſi hoc competat de conſuetudine legitimè præ-
ſcripta , vel ex tenore priuilegij , ita intelligit gloſſ.
Accur.C.de epiſco.& cle.authen.cauſa quæ fit cum
mona.ij.gloſ.vel coram papa,aut legato.vt ca.tranſ-
lationem. de officio leg.de in integrum reſtit.cap.ij.
vnde tenor priuilegij eſt ſequendus. c.porto.de pri-
uileg.ſaluo quòd legitur & not.in c.volentes.de pri-
uileg.lib vj. Aut quæritur de non exemptis: & tunc
aut de hoc eſt conſuetudo legitimè præſcripta, quòd
punitio fiat per epiſcopum abbatem , & illa eſt ob-
ſeruanda ix.quæſtio.iij.ca.conqueſtus. de foro com-
peten.ca.cum contingat: de priuileg.cap.accedenti-
bus. & hoc expreſſè not. Hoſtien.in ſum.tit.de tem-
poris ordi.§.& cui.ad fin.ſub §.ſed nunquid religio-
ſus.verſicu.puto in his &c. Aut nulla eſt conſuetu-
do , & tunc , aut quæritur de delictis vel quaſi : &
tunc aut agitur de his quæ pertinent ad officium
abbatis & regulam monachalem : vt quia exiuit de
monaſterio ſiue licentia abbatis , vel aliâs delinquit
contra regulam monachalem : & tunc ad ſolùm ab-
batem pertinet correctio & cognitio xj.quæſtio.ca.
de perſona.de ſtatu mona.ca.cum ad monaſterium.
§.abbates.& in allega.c.quanto.& in hoc concordat
quod not. Hoſtien.cap.iu ſingulis.de ſtatu monach.
Et dic , ad ſolum abbatem ſine conuentu.vt notat
Hoſtien.cap.repræhenſibilis, de appella.circa fin.&
Ioan. Aud.& ibi poſt eum & Archidia.iu ca.nullam.
2 xviij.quæſtio.ij. Aut agitur in figura † iudicij.& de
his quæ ſunt delicta quoad omnes,vt furtum,homi-
cidium, & ſimilia : & tunc ad ſolum epiſcopum ſpe-
ctat cognitio & correctio,pro quo videtur caſus de-
cimaoctaua quæſtione ſecunda.cap.hoc tantùm, ibi
dum dicit , atque extra regulam acta corrigere &c.
& in cap.abbates.ea cauſa & quæſtio.ad quod facit:
quia † nomen abbatis potius eſt nomẽ ſolicitudinis, 3
quàm honoris,vt not.ſuprà.de ætat.& qualitat.cap.
tuam.ſed eſſe iudicem eſt bonoris.vt C.quãdo pro-
uoca. non eſt ne.l.fina.ad hoc fa.ix.quæſtio.iij.cap.ij.
& xciij.diſtinct.capi.nulla.& iſtam opinio.Hugo.te-
nent Ioan.Lau.& Archidia.in cap.hoc tantùm.alleg.
& Hoſtien. in dicto verſicu. puto in his.& de offic.
Archidiac.cap.dilecto.de exceſ.præla.minus praua.
& verſicu.nec in his.ſuper verbo,corrigendi. Hugo.
Lau. & Archidiaco. in allega. cap.quæ reſiſtit.cum
qua opinio.ſatis concord.Innoc.in alleg.ca.quanto.
in gloſſ. & ſic videtur verſicu hoc Hoſtien.& Ioan.
And.poſt eum.& Aſten.lib.vj. tenet quòd ordinan-
dus debet eſſe neophitus. pro hoc fa.l.fi.C.de iuriſ-
dictione omnium iudicum. cum ibi nn.In j.glo. Aut
quæritur de contractibus vel quaſi : & tunc cogni-
tio pertinet ad epiſcopum.vt allega.anthen.quæ fit
cum monachn.cum ſuis concord. nam † ex contra- 4
ctu quem facit non conuenitur ipſe monachus.ſed
monaſterium , & tunc ſimul non poteſt eſſe reus &
iudex ſecundum Innocen.& Hoſtien.quinimo nec
monachus poteſt aliter conueniri : cùm non habeat
proprium xj.quæſtio.j. cap.uolo.& cap.non dicatis.
ſecundum Ioan.

a Et ideo dicit Innoc.in allega c.repræhenſibilis.& Bald.in marga.verſic.monachus. Sicul.& Præpoſi.in eo.c.repræhenſibilis.quòd monachus non poteſt cõdemnari ad refectionem expenſarum,quod ſæpenumero vidi practicari in curia parlamenti. Adde quoad punctum noſtræ quæſtionis, videlicet ad quem pertinet correctio monachorũ.Sicu.in c.cum ab eccleſiarum.de offic.ordi & c quanto. eo.tit. & iu ea.cum contingat.de foro competen. vbi latiſſimè per eum. & ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus deponentibus ſuper matrimonio vel adulterio, differentibus tamen in hora, die, loco, an probent, & nume.2.3.4.*

QVAESTIO CCCX.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si matrimonium † vel a
adulterium probatur commiſſum in vna die vel in 1
vno loco per vnum teſtem: & alium teſtem probatur
quod in alio loco , vel tempore. An dicatur proba-
tum matrimonium , vel adulterium 1. Ioan. And.in 1
addi.Specu.in titu.de teſte.§.iam de interrogatoriis.
verſic.quid ſi vnus teſtis.& gloſ.iij.quæſtio.ix.c.nihi-
lominus.tenent quòd non,quanuis Spec.ſuprà , vi-
deatur tenere contrarium 2. vide quod plenè ponit 2
Collect.in cap.prætetea.de teſti.

a Sicul. in cap. cum tu. 3 de teſti. dicit † quòd aut per reda- 3
ctionem teſtium ad concordiam ex diuerſitate actuum non a
remanet plena probatio ſicut in caſu noſtræ quæſtionis : &
tunc fit reductio non vt probent , ſed vt euitent periurium, vt
not. Ioan. And. in additio. Spec. vbi ſuprà. Fede.conſi.clxij.
Aut remanet integra probatio ſuper quolibet actu : & tunc ſi
eſt certa & clara probatio ſuper quolibet actu fit reductio
etiam vt probent: vt eſt text.in allega.c.cum tu. Si verò proba-
tio eſt equiuoca & non neceſſariò concludens intentum pro-
ducentis,tunc non probat.cap.in præſentia.de probatio.vide
Bart.& doc.in l.ij.§.creditum.ff.ſi certum pet. Adde glo.illam
ſingularem in alleg.c.nihilominus. dicentem † quòd licet te- 3
ſtes non viderint virum & mulierem commiſcentes præciſè
eodem tempore: ſed interpolarim continuò: tamen vnus poſt
alium hoc ſufficit, & dicuntur eſſe conteſtes , vt quia viderunt
per rimulam vel foramen ſucceſſiuè illos coëuntes : quia cùm
iſte actus ſit ſucceſſiuus, non videntur deponere ſuper diuerſis

fornicat

fornicationibus, ſed ſuper vna tantùm, vt notabiliter voluit gloſſ. prædicta, quam ſequitur Sicu. in allega. cap. præterea. de teſti. Cyn. Bald. & Salic. in l. teſtium. C. de teſti. Ioan. de Imol. in l. ſi pater captus. ff. de vulgari & pupillari. doct. in l. hac conſultiſſima. C. de teſti. Bald. & Imol. in l. ſi quis. §. j. ff. de vulgari & pupillar. & Bartol. in l. quærebatur. ff. de te mili. Adde cau-
4 telam quoad noſtram principalem q. vt reus † faciat interrogari actorem an matrimonium vel adulterium de quo agitur ſemel tantùm vel vno loco tantùm commiſſum fuerit: quòd ſi confiteatur, nunquam teſtes poterunt concordari, ita dicit Spec. vbi ſuprà, de quo vide per Ioan. And. in c. cum Ioannes. de fid. inſtru. Adde ſuprà, quæſt. xj.

1 Additio. An dicatur probatum matrimoniū, vel adulterium. Vide Guido. pap. conſi. xxij. incip. iaquemeta, & Rot. deciſio. lxxxvij. in no.

2 Tenere contrarium. Quando teſtes concordant in facto principali. Et tamen diſcordant in aliquibus circunſtantiis an probent. Vide per domi. Alex. in conſi. cxx. in iiij. vol.

3 c. cum tu. Adde Feli. ibidem qui latiſſimè proſequitur huiuſmodi materiam.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſunt de ſubſtantia libelli poſt litem conteſtatam mutari non poſſunt, & nume. 2.*

QVAESTIO CCCXI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Intentatum fuit † In-
1 terdictum reſtitutorium, dicendo quòd talis me
ſpoliauit anno, die, menſe tali, lit. conteſta. & iurato
de calumnia vult mutare annum, menſem, & diem?
Concluſum fuit quòd non poteram: cùm illa, quæ
ſunt de ſubſtantia libelli poſt lit. conteſta. mutari
1 non poſsint. Sed hîc in iſto interdicto 1 locus &
tempus ſunt de ſubſtantia libelli formati in interdicto, vnde vi. l. prima. §. hoc interdictum. & §. rectiſsimè. ff. de vi & vi arma. Videtur tenere Specul. titu. de reſtit. ſpol. §. j. vbi format poſitiones actoris. Idem Goffred. ſuper iſto titu. de reſtitu. ſpoliato. in tuis libellis.

a L. libellorum. ff. de accuſ. canonizata. ij. q. viij. §. libellorum. Bartol. in l. edita. C. de eden. & Sicul. in c. ij. & xiij. colum. de libel. obla. Bartol. in allega. l. j. § ſiue autem. & §. rectiſſimè. idem Ange. Aret. inſtit. de act. §. quadrupli. xiij. col. Ioan. Pe. de Ferra. in titu. de forma libelli. in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis. in gloſſ. ſuper verb. ingreſſus. aliâs libellus non teneret: ſi non eſſet in eo inſertus locus tempus deiectionis: & ſic annus & menſis: ſicut cùm pro delicto agitur criminaliter. vt l. prætor edixit. in princip. & quòd ibi Bartol. ff. de iniuriis. errant igitur qui non apponunt menſem deiectionis, vel ſi appoſuerint illum menſem non probauerunt ſed alium, nam ſuccumbere
2 debent: quia † de alia violentia & de alio ſpolio probauerunt quàm de eo quòd intentatum fuit: vt dicit eleganter Bartol. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulteriis. Aduertas tamen tēpus quòd ponas in libello: an tempus quo aduerſarius tuus fuerit ingreſſus poſſeſſionē: & certè non de neceſſitate: quinimo ſæpenumero poſſes errare: quia ignoras tu vel teſtes menſem deiectionis ſiue ingreſſus. maximè quando fuit abſens, & in tui abſentia Titius eſt ingreſſus fundum tuum. Sed debes apponere tempus quo accedens de nouo ad fundum non fuiſti admiſſus: vel apponas tempus quo tu ſenſiſti & fuiſti ſuſpicatus te poſſe repelli: his nanque temporibus tibi naſcetur hoc interdictum. Et ideo eſt conſilium quando tu ſuſpicaris te non debere admitti, vel poſſe repelli: & iſta ſuſpicio per te probari non poteſt: quia conſiſtit in animo quòd vadas ad fundū tuum: & habeas teſtes per quos probare poſſis quòd non fueris admiſſus: & conatus fueris intromitti, ſi non fuiſti admiſſus, videris tunc deiectus: & ibi tunc naſcitur & competit hoc interdictum, & iſtud tempus eſt inſerendum in libello, quod faciliter probabitur: ita dicunt eleganter Barto. in alleg. §. ſiue autem. & Angel. Aret. in §. quadrupli, vbi ſuprà. Et præmiſſa procedunt: ſicut dictum eſt in interdicto vnde vi. quando arguitur dolus aduerſarij: & tunc neceſſe ſit exprimere tempus. vt not. Bartol. vbi ſuprà. Vbi autem intentaretur remedium c. reintegranda, vel officium iudicis, vel condictio ex l. ſi coloni. C. de agri. & cenſib. lib. xj tunc in his non erit neceſſe exprimere tempus: quia in his magis attenditur factum quàm delinquentis propoſitum: ita ſeruatur in practica in curiis temporalibus: & tenet de Ferra. vbi ſuprà, & tenere videtur Spec. vbi ſuprà, verſic. ſed vt in hac materia. Adde hîc quæ poſui ſuprà, quæſt. cccxvij.

1 Additio. In iſto interdicto. vide Ro. deciſi. xiiij. & quod ibi ſcripſi in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium paciſcens cum ingrediente de aliqua ſumma, ſeu de aliquibus bonis temporalibus, committit ſimoniam.*

2 *Permutatio rei ſpiritualis ad rem ſpiritualem valet.*

QVAESTIO CCCXII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An ingrediens religionem, & aliquid dans committat ſimoniam? remiſſum fuit ad ca. tua nos. de ſimo. & ibi per glo. Innoc. Collect. docto.

a Dic † quòd intrans monaſterium cum pacto de dandis temporalibus eſt ſimoniacus. c. in tantum. & c. veniens. eo. tit. Dicit tamen Hoſtien. Goffre. Ray. & Bart. in c. quoniam ſimoni. eod. tit. quòd ſi monaſterium eſſet tenuè, quòd poſſent dicere volenti intrare, ſi vis viuere nobiſcum porta tecum. quia licet te libenter recipere vellemus: tamen bona noſtra non ſufficiunt: ſed tu tene in conſcientia opinio. beati Thom. in ſumma. qui dicit quòd pro ingreſſu monaſterij non licet aliquid recipere vel exigere quaſi pretium: ſed pro victu perſonæ recipiendæ licet aliquid recipere, ſi ad hoc non ſufficiant opes monaſterij. Similiter etiam licitum eſt propter deuotionem quam quis oſtendit monaſterio largas eleemoſynas eidem faciendo quòd facilius recipiatur: ſicut licitum eſt econuerſo prouocare aliquem per temporalia beneficia ad deuotionem monaſterij: licet non ſit licitum aliquid dare vel recipere ex pacto: vt recipiatur: quæſtio. ij. cap. quam pio. Primam opin. Hoſtien. alleg. ſequitur Flo. in ſecunda parte. titu. j. ca. v. §. xix. quod etiam tenet Sicu. in c. non ſatis. & ca. quoniam ſimoniaca. eod. titu. dicit tamen eſſe tutius abſtinere à prædicta receptione. argu. ca. vnico. de ſta. reg. lib. vj. Sed quid ſi ſtatuto caueretur in eccleſia Tholoſa. quòd nouiter receptus tenetur ſoluere xl. ducatos pro vna cappa ſiue pluuiali: vtrum ſit ſimonia. Sicu. in ca. dilectus. in ſecundo dicit quòd ſic: ex quo præceſſit taxatio: quia talis ſolutio videtur facta virtute taxationis & non liberè. facit text. præallega. ca. dilectus. & ca ex multis. j. quæſt. iij. & ca. veniens. eod. titu. Quod limitant verum aliqui quando tale ſolutum cedit in vtilitatem priuatam aut canonicorum. ſecus ſi ſolueretur pro fabrica eccleſiæ vel aliis ad diuinum cultum pertinētibus ſecundum Hoſtien. de conſti. c. cum omnes. & c. cum ex parte. Nam laudabilis conſuetudo debet ſeruari. c. ad Apoſtolicam. eo. tit. & c. ſignificatum. de præben. non tamen retinere præbendam loco pignoris. arg. dicti ca. ſignificatum. vel etiam poteſt retinere ſi conſuetudo ſit quòd non aſſignetur præbenda quouſque tale quid ſoluerit: in hoc
† enim caſu ſit permutatio ſpiritualis ad ſpirituale, quod licet. 2
c. ad quæſtiones. de rerum permu. veruntamen Sicu. in c. Iaco. de ſimo. tenet quòd ſi ſtatutum imponit tale onus præbendæ ſic valet in fauorem cultus diuini. arg. c. ſignificatum. alle. & c. vnico. vt eccle. bene. & arg. in c. ſi propter tua debita. de reſcrip. lib. vj. & hæc opi. magis placet Clauaſ. in §. ſimonia. ij. ver. v.

SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius probatur per teſtes, famam & iuramentum.*

2 *Mors antiqua probatur per famam publicam.*

Item per lapſum centum annorum, nume. 3.

4 *Intentionem ſuam fundans ex vita alicuius, debet probare eum viuere.*

Idem dicendum de fundante intentionem ſuam ſuper morte alicuius, nume. 5.

QVAESTIO CCCXIII.

ITEM ſi Titius fuerit mortuus [a] quomodo pro- a
babitur mors? remiſſum fuit ad Bart. in l. ij. §. ſi du-

biretur. ff. quemadmodum teſta.aperi. vbi plenè.& per Cyn.in l.ſiquidem.C.ſolu.matri.

1 a Dic quòd † ſi agatur de magno præiudicio & irrecuperabili.vt ſi quæratur ſi quis deceſſerit: mors plenè probari debet per teſtes qui dicant eum vidiſſe mortuum vel ſepeliri.ad hoc l.inde Neratius.§.ſi.eum l.ſeq ff.ad leg.Aquil. Barto.in alleg. §.ſi dubitetur.& Sicul.in c.præſentia de ſponſa. Si verò agat de modico præiudicio,tunc regulariter poteſt probari per famam publicam vel indicia. Et vbi ageretur de leuiſſimo præiudicio,probari poterit per iuramentum: ſecundum docto.& Barto.in alleg.§ ſi dubitetur.Bart.& doct in alleg.l.ſiquidem.
2 C.ſol.mat.vbi Bal.dicit id verum cum vno teſte.Adde † quòd mors antiqua probatur per famam. Salic.in l.ea quidem.C.de accuſa.penul col.Bald in l.iij ij.colum.C.de proba vbi plenè. & Bart.in alleg l.ſiquidem.vbi idem dicit quòd mors de longinquo probatur per famam publicam: & etiam ibidem Ang. & Specul.de actore.ver.ſed quid ſi iſte.& idem Spec.titu.de noto.crimi.§.fama & ibi Ioan.And.in addi. Et etiam probatur mors per teſtes dicentes ſe vidiſſe aliquem mori: licet non dicant vidiſſe mortuum eſſe.d.l.ſiquidem. & ibi Angel. & in allega.§.ſi dubitetur.de quo vide per Barto.in l.is poteſt.ff.de
3 acquir.hære. Probatur † etiam per lapſum centum annorum vſque ad quod tempus quis præſumitur viuere.l.j.C.de ſacroſanct.eccle.gloſ.& Bart.in l.ij.§.ſi dubitetur.alleg.Goſi.de cu.in d.l.ab hoſtibus.ff.ex quib.cau.maio. Barto.in alleg. l.ſiquidem.Sicu.in alleg.c.in præſentia. Et dicit etiam Bart.in alleg. l.ſiquidem. quòd mors de loco propinquo probatur per famam publicam in illo loco. Adde quòd mors magni domini probatur per famam.in ea.l.ſiquidem.& ibi Bart & Bal.in c.j. quo tempore mil. Et etiam mors probatur & præſumitur ſtatim quòd conſtat teſtamentum eſſe publicatum poſt mortem, & penes hæredes eſſe, Barto.ſingulariter in l.ſi.C.de edi.diui Adri.tol.Et etiam probatur eo quòd fuit portatus ad ſepulturam: vel eo quòd non habebat ſtatum in corpore. Bald. in l. conuenticulam.in ſi.C.de epiſcopis & cle.gloſ.Bart.& Angel. in alleg.l.ſiquidem. Et eoipſo quòd quis non reperitur, mortuus præſumitur.Barto.in l.& ſi certus.§.ſi vnus.ff.ad Silei. Et etiam eoipſo quòd quis intrauit mare vel ciuitatem peſtiferam vel in exercitu magno,nec poſtea amplius viſus eſt,mortuus probatur. Bart.in tract.de teſti.ver.mortuum hominem. vel per lapſum quinquēnij poſtquam venit nouum de morte. Bart.ibidem & in l.ſi.ff.de inſa. Adde quòd pront dicit tex.in
4 l.ſi maiorem.de in integr.reſtit.quòd † vbi quis fundat intentionem ſuam ex vita alicuius, & tunc debet probare ipſum viuere: non autem ſufficit probare ipſum iam fuiſſe viuum.vt l.
5 qui ſpadonem.§.qui abſoluitur.ff.de excu tu.quis etiam † vbi fundat intentionem ſuam ſuper morte alicuius: tunc debet probare mortem.caſus eſt in allega.l.ſiquidem.& in d.§.ſi dubitetur.ita voluit Bart.in ea.l.ſiquidem.quod eſt menti tenendum.quia ſæpenumero venit in facto.

SVMMARIVM.

1 *Petens condemnari monachum in pœna pecuniaria non eſt audiendus,ſecus ſi in corporali.*

2 *Monachus habens prioratum perpetuū poteſt conueniri ſine licentia abbatis.*

3 *Fideiuſſio monachi tenet.*

4 *Monachus recipiens mutuum, ſi non eſt ſoluendo, non admittitur ad ceſſionem bonorum,ſed priuatur prebenda quoadusque creditoribus ſit ſatisfactum.*

QVAESTIO CCCXIIII.

a ITEM fuit traditus libellus ſuper actione iniuriarum contra monachum adminiſtrationē habentem: in quo petebat condemnari in centum, vel in decem.opponebatur quòd libellus non procedebat, nec illi erat reſpondendum. primò quia contra monachum, qui nihil habet proprium: & ſic ſi fieret cōdemnatio non poſſet fieri executio contra ipſum: nec in bonis dictæ adminiſtrationis: quia delictum perſonæ &c. Concluſum fuit quòd eo modo talis libellus non erat recipiendus,nec ei reſpondendum per rationes iam dictas.fuit allega.nor. Archi.in cap. quia ſæpe.de elect. lib.vj. & in ca.mulieres.de iudic. eo.li. Collect.in c.ex parte.de accu.Innoc.in ca.cum olim.de priuileg.per Hoſtienſ.in ſum. tit. de accuſ. §.ſi quis. Bartol.in l.reos accuſare. §. omnibus. ff.de accuſatio. Et præmiſſa procedunt † quando monachus petitur condemnari pœna pecuniaria, ſecus 1
ſi corporali,vt in iur.alleg.per docto. & in cap.dilectus filius.de ſimo.

a Idem tenet Spe.in tit.de reo.ver.ſed an monachus,niſi abbas velit ipſum defendere,per l.ſi ſeruum ff.de iudi.& idē Bal. in addi.Spec.vbi ſuprà.verſ.ſeq.ad quod facit quod dixit Sicu. in c.cùm eſſes.de teſt. in repe. vbi tenet ꝙ clericus beneficiatus non debet de redditibus ſui beneficij ſoluere debita non contracta pro ſua ſuſtentatione,vel eccleſiæ neceſſitate. idem tenet Arch.in c.ſtatutum §.aſſeſſorem.de reſcrip.lib.vj. Io.de Lig.in cl.gratiæ.de reſcri.in cle.Contrarium tamen, videlicet ꝙ clericus poſſit ſatisfacere creditoribus ſuis de fructibus beneficij,dummodo eccleſia non patiatur detrimentū miniſtris eccleſiæ,& aliis oneribus incumbentibus: tenent Io. Andr.& Præpoſi.in c.reprehenſibilis.de appel.Idem Ioan. Andr. Hoſt. Ant Fran.de Zaba.Sic.Io.de Imo.in c.ij.de fideiuſ.Et dicit ibi Sic.iſtam eſſe communem opin.idem Coll.in c.Odoar.de ſo. dicens ſe vidiſſe in curia ſeruari. ꝙ clericus fuit admiſſus cedens fructibus beneficij ſui, vt ſatisfaceret creditoribus ſuis. idem Ant in c olim.ij.de reſtit.ſpol. vbi dicit eſſe caſum, quia hodie generalis cōſuetudo habet,quòd clerici faciunt fructus ſuos:vt voluit gl.in c.præſenti.de offic.ord. lib.vj.quare dixerunt doct.ſeruari de conſue.And.Sicu.& Imo.in c.relatum.de teſt.& Imol.in alleg.c.ij de fideiuſ.propterea viſum fuit curiæ & aliis iudicibus,quòd melius eſſet vt darēt ſuis creditoribus, quàm vt diſperdant in aliam cauſam. Et ita ſeruatur quotidie in practica,licet de iuris rigore præcedens opi.verior exiſtat. vide Barb.in alleg.cap.ij Sicul.ibidem & alleg.cum meſſes.& Præpo.in alleg.c.reprehenſibilis. Aduerte tamen ad punctum noſtræ quæſtionis:quia rationes in ea poſitę & dicta doc.procedere videntur in ſimplici religioſo adminiſtrationē ſeu beneficium perpetuum non habente. Sed † in habēte prioratum 2
perpetuum non credo procedere, ſaltem de cōſuetudine.Pro qua facit,quia talis poteſt agere & conueniri ſine licentia abbatis.c cùm deputati.de iud.& ibi doc. Sicu.in c. cùm dilecta. de reſcr.facit etiam Franc.de Zaba in alle.c.ij,vbi ſentit idem in prælato regulari,quod in clerico ſeculari. Imò arg.in alle. §. omnibus. tenet quòd pœna pecuniaria in genere bene cadit in monachum.facit etiam Io. Fab.& Ange. Are. poſt eum. inſti. quod cum eo.§.quod dicimus.vbi tenent ꝙ licet † mo- 3
nachus prohibeatur fideiubere,ſi tamen fecerit, tenet ex.c.j. & ij.de fideiuſ.& hanc partem videtur tenere gl.in auth.de ſanc. epiſco.§.alium. Et fiet executio in peculio, ſi quod habeant. cap.j de depoſi.Hoſtienſ.tamen Ioan. Andr.poſt eum videtur tenere quòd non teneatur.cap.penul.de fideiuſ. ſed illud ſecundum Io.Fa.& Ang.debet intelligi quòd non tenetur efficaciter, cùm non habeant proprium, niſi habeant peculium: & ideò ſi fortè peculium non habeant,non poterunt excommunicari. facit Rota deciſ.ccxxvij.in antiquis.vbi dicit quòd
† monachus recipiens mutuum, ſi non poteſt ſoluere, non 4
admittitur ad ceſſionem bonorum: imò poteſt priuari præbenda, & illud quod poteſt haberi dabitur ſibi ad partem & extra conuentum, quo viuere poſſit ad neceſſitatem ſolùm, aliàs non. Ad prædicta etiam faciunt nota. per Sicul. in cap. quod quibuſdam.de fideiu.hæc ipſe latius deſcripſi,quia quotidiana, & ſæpenumero vidi per curias, tam Parlamenti, quàm Seneſcalli, in caſibus quos priuilegiatos dicunt plures epiſcopos, abbates,& priores,ac clericos ſeculares,& canonicos regulares pecuniariter condemnari, & ſuorum beneficiorum redditus vſque ad plenam ſatisfactionem ſub regia manu retineri.

SVMMARIVM.

1 *Heres tenetur reddere rationem fideicommiſſario, & quoad fideicommiſſum vniuerſalem facere inuentarium & num.2.*

3 *Inuentarium eſt caput rationis.*

4 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

5 *Heredi quando non incumbat onus conficiendi inuentarium.*

QVAESTIO CCCXV.

ITEM fuit quæſitum. a An fideicommiſſarius 2
vniuer

1 vniuerſalis † poſsit compelli facere hæredem vni-
uerſaliter inſtitutum, & de reſtituendo grauatum,
vt faciat inuentarium? Conclnſum fuit quòd ſic,
implorando officium iudicis: vt tenet expreſsè Pet.
Iacob. de reſti. hære. fideicommiſſariæ. Bart. in l. cum
tale. §. j. ff. de cond. & demon. & l. Marcellus. j. reſpon.
v. col. ff. ad Treb. vide plenè in additi. Cyn. poſita in
auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.

a Vide Aug. l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam. per legem
Falcidiam. & Bald. in l. filium quem. ff. familiæ erciſcundæ. pe-
nulti. colum. Ange. Aret. inſtit. de hæredi. qualita. & diffe. §. ex-
2 traneis. Et ratio eſt ſecundum doctor. quia † hæres tenetur
reddere rationem fideicommiſſario. ergo tenetur quoad fi-
3 deicommiſſum vniuerſalem facere inuentarium: cùm † in-
uentarium ſit caput rationis ſecundum Cyn. vbi ſuprà, hæc
quæſtio dependet ab illo anno conficiens inuentarium ſicut
perdit Falcidiam. vt §. ſi verò non fecerit. in authen. de hære. &
Falcid. perdat etiam Trebellianicam. & gloſ. in alleg. auth. ſed
cum teſtator. tenet quod non, idem Iacob. de Bel. in alleg. §. ſi
verò. Bar. in alle. l. Marcellus. §. j. ff. ad Trebel. & in d. auth. ſed
cum teſtator. circa finem. & hoc etiam ſequitur ibi Angel. &
Old. in l. fi. §. fi. vt refert Angel. in alleg. l. j. §. huiuſmodi. in ver.
ſed reſtat videre. ff. ſi cui pluſquam, per leg. Falci. & idem Ang.
in allega. §. ſi verò. & Bart. in alleg. auth. ſed cum teſtator. dicit
ſe pluries ita conſuluiſſe, ſequitur Ioan. Andr. in addi. Specu. de
inſtrum. edi. §. fin. ver. nunc dicamus. & iſtam partem ſequitur
Fran. de Rampo. in d. auth. ſed cum teſtator. & Imo. in d. §. hu-
iuſmodi. Pau. de Caſt. conſi. clxiiij-iij. colum. ver. circa tertium.
Ange. Aret. in allega. §. extraneis. dicit quòd non libenter diſ-
cederet ab opi. Bart. & aliorum prædictorum. & Pau. de Caſt.
vbi ſuprà dicit quòd temerarium eſſet ab opi. prædi. recedere
in decidendo. Idem tamen Pau. de Caſt. aliter tenet vt ſtatim
dicam conſil. ſuo cer. x. col. quod verò perdat tenere videtur
gloſ. in d. §. ſi verò expreſſim. in authen. de hære. & fal. in verſi.
ſubſtitutus alleg. gal̃eo. vt refert Ange. in d. §. huiuſmodi. Iaco.
de Aret. Bald. & Raphael. in alleg. l. cum tale. §. j per illum. tex.
ſequitur Richar. Mal. Pet. & Cyn. in d. auth. ſed cum teſtator.
& Bal. in verſi. quæro nunquid ille qui non fecit inuentarium.
Et ſequitur in eadem auth. Sali. Flor. & Imo. in alleg. l. Marcel-
lus. §. j. & ſibiipſi videtur contrarius. Raphael Cuma. conſi. ſuo
clxj. in prin. idem tenet Rapha. Fulg. conſi. ſuo xcvj. dicit quòd
4 in hac dubitatione eſſet ſequenda † conſuetudo, quæ eſt opti-
ma legum interpres. l. ſi interpretatione. ff. de leg. c. cum dile-
ctus. de conſue. & ceſſante conſuetudine teneret: vt dicit opin.
Iacob. de Aret. & ſuorum ſequacium. Salua correctione mihi
videtur opin. quam Cy. poſuit in eius additione in alleg. auth.
ſed cum teſtator. pro opinionum concordantia multum eſſe
æquam vt diſtinguatur quòd aut hæres grauatus coactus fuit
adire hæreditatem: & tunc non tenetur: quia omnia reſtituit
5 & nihil ſibi retinet. l. j ff. ad Trebel. Aut adiit † ſponte, & tunc
aut hæreditas veniebat reſtituenda ſtatim: & tunc non incum-
bit hæredi onus conficiendi inuentarium, & ſic non venit
priuandus, & tunc ceſſet ſuſpicio ſubtractionis: & ſic procedat
prima opinio Bart. & aliorum eum ſequentium. Aut ex inter-
uallo erat reſtituenda, tunc tenetur inuentarium facere: quia
tenetur reddere rationem. & iſto caſu procedat ſecunda opi.
quod ſatis placere ſibi dicit Pau. de Caſt. conſi. prædi. cer. Cre-
derem tamen quòd opinio Bartol. propter eius authoritatem
in practica ſeruaretur, & ita ſemel cõſuluiſſe refert Aug. Aret.
in tractatu teſt. Item prohibuit deduci Trebellianicam: & tunc
vidiſſe plura conſilia de Padua. & Ioannes de Pu. ſequitur Bar.
Et eius opinio fuit aliâs in Curia Parlamenti ſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Debitum non venit appellatione bonorum mobi-
lium, nec nomina debitorum appellatione immobi-
lium, & nume. 2. 3.*

QVAESTIO CCCXVI.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Teſtator † legauit vxo-
1 ri ſuæ omnia bona mobilia & immobilia, teſtamen-
to condito vendidit vnam domum certo pretio,
qui teſtator fuit mortuus ante exactionem pretij:
nunc venit vxor & petit pretium. videtur quòd non
ſit audienda, quia tempus teſtamenti inſpicitur in
vniuerſali legato. leg. ſiua. §. ij. ff. de lega. ij. Item illud
debitum non venit appellatione bonorum mobi-
lium. in l. caſus. in princip. ff. eodem titu. & not. Barto.
in l. ſi ita. ff. de aur. & argen. leg. ita concluſum fuit
pro parte hæredum. An † autem appellatione mo- 2
bilium vel immobilium veniant nomina? vide Bart.
in l. poteſt. ff. de authorit. tut. & in leg. mouentium.
ff. de verbo. ſignific.

a Et dicit quòd appellatione bonorum mobilium non ve-
niunt iura & nomina debitorum. Speculator de reſtitutio.
ſpoliato. §. ij. verſic. ſed ad hoc. Barto. in allega. l. poteſt. Paul. in
clementi. j. de rebus Eccleſi. non alie. & ibi Ioan. de Imola. &
Franciſ. Archidiac. & Domini. in cap. j. eod. titu. lib. vj & notat
in l. peculium. §. in peculio. & ibi Angelus. ff. de pecul. Nec
etiam appellatione immobilium veniunt nomina debitorum
ſecundum Specul. de fructib. & intereſſe. §. j. verſicul. ij. quæri-
tur. & Bartol. in l. ſi conuenerit. la ij. ff. de pigno. actio. & in l.
vxori. ff. de vſufruct. leg. & in alleg. l. mouentium. & l. poteſt.
& in l. quam tuberonis. §. & in peculio. ff. de pecul. & in l. j. C. ſi
aduer. tranſ. Angel. ſingulariter in l. non ſolet. ff. de petition.
hæredit. per Paul. Imolam, Franciſcum, Archidiac. & Domini.
vbi ſuprà. ex † quo concluditur quòd nomina debitorum ſunt 3
ſpecies diuerſę per ſe, & non ſunt bona mobilia neque immo-
bilia. vt l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vnde ſi le-
garentur mobilia & immobilia ſicut in caſu noſtræ quæſtio-
nis, & nihil diceretur de nominibus debitorum, non caderent
in legato: quia non eſt neceſſe quòd ad alterum iſtorum ap-
plicet: ſi verò ſit neceſſe quòd ad alterum iſtorum applice-
tur, tunc locum habet gloſſ. in authen. de non alie. §. j. colla.
ij. quia ſi in actione venit immobile, computatur inter im-
mobilia. vt d. l. pe. & l. ſi ad reſoluendam. C. de prædi. mino.
& ſi venit mobile, inter mobilia. vt ibidem. ita concludit
Dominic. in allega. cap. ij. Sicul. in cap. nulli. de re. eccleſi. non
alie. & ibi Barba.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri, cuius maritus per x. xv. & xx. annos ab-
ſens fuerit, non licet alteri nubere, niſi per certos
teſtes eius mors probetur.*
2 *In teſte conſideranda eſt qualitas perſonæ.*

QVAESTIO CCCXVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An mulieri, † cuius ma- a
ritus fuit abſens per x. annos, xv. vel xx. volenti con- 1
trahere matrimonium cum alio, & dicenti primum
virum eſſe mortuum, licentia ſit ab eccleſia conce-
denda? Concluſum fuit quòd non debet ſibi dari li-
centia, donec ſit certum, quòd maritus ſit mortuus.
hoc not. Ioan. And. in ca. quoniam frequenter. & ibi
Collect. ſuper ver. præſumat. vt lite non conteſt. in c.
in præſentia. de ſpon. & ma. vbi plenè Collect.

a Et licet Anto. ibi dicat famam ſufficere de longinquo, ma-
ximè cùm longo tempore fuit abſens. Dicit tamen ibi Sicul.
quòd illi dicto multum reſiſtit text. in eo. ca. in præſentia. dum
requirit certum nuntium, ac in † perſona nuntij debet conſi- 2
derari qualitas perſonæ: & vtrum deponat per verba veriſimi-
lia, cùm non agatur de modico præiudicio abſentis. & in ſum-
ma hanc materiam remittit arbitrio iudicantis vt diligenter
omnibus ponderatis conſideret vtrum de morte ſit facta cer-
tificatio & in allega. ca. quoniam frequenter. §. porro. viij. col.
in fi. tenet quòd in caſu noſtræ q. requiratur vera & certa pro-
batio de morte, qualiter autem in aliis mors probatur vide
ſuprà quæſtio. cccxiij.

SVMMARIVM.

1 *Ab interlocutoria appellandum an ſit in ſcriptis,
& nume. 2.*

QVAESTIO CCCXVIII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An † appellatio emiſſa a 1
ad papam in ſine cauſæ expreſsione, & ſine ſcriptis 1

admiſſa per iudicem à quo deuoluat negotium ſine
cauſam ad ſuperiorem? Concluſum fuit quòd ſic.
ita not. Innoc.in ca.cordi.de appel.lib.vj.& Archid.
in ca.legitima.eo.tit.& lib.

a Idem tenet Domini.in allega.c.cordi.in verſicu.poſt hoc.
iiij.colum idem Rot.deciſio.ccclxxxviij.incipien.ſi appelletur
ab electione.&c. vbi dicit quòd ſi iudex tali appellationi non
deferret,nunquam talis appellatio deuolueret:quia eſſet ma-
nifeſtè friuola, per quam hodie nullum negotium deuoluitur
ad curiam in capit.vt debitus.de appellatio.& melius in capit.
quamuis.de electio.lib.vj.& ibi tex.clarus:imò tenet Domini.
in allega.cap cordi.in fi.quòd ſi ſine ſcriptis appellatur ab in-
terlocutoria, & petantur apoſtoli.& iudex non tradiis illis
procedat, quòd valeat eius proceſſus:quia cùm talis appella-
tio ſit ipſo iure nulla, non præſtat impedimentum de regulis
iuris.c.non præſtat.lib.vj.facit quod dicit Rot.vbi ſuprà,quòd
quando appellatur ab interlocutoria.xij.requiruntur. Item
quòd licet regulariter cùm appellatur ab interlocutoria, ap-
pellationis cauſa nominatim ſit exprimenda: fallit tamen in
2 ix.caſibus Et verum † in omni appellatione ab interlocutoria
ſit neceſſe appellare in ſcriptis, vide latiſſime per Præpoſi.in
allega.cap.debitus.

t Additio. Appellatio emiſſa ad papam. Vide Guid.pap.
in deciſio.gratio.quæſtio.cccc.xvj.

SVMMARIVM.

1 *Prioratum conuentualem cum cura animarum non poteſt obtinere minor vigintiquinque annis niſi velit curam animarum per alium exercere, & nu.2.3.*

QVAESTIO CCCXIX.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An † epiſcopus poſſit
1 diſpenſare quòd minor xxv.annis profeſſus & mo-
nachus poſſit obtinere prioratum conuentualem.
Pau.dicit quòd non.

a Idem Franc.& Imol.in cle.ne in agro.§.cæterum.de ſtatu
regu. Et ita fuit concluſum per gloſ.in cle.generalem.de æta.
& qualita.& per gloſſ in capitu.licet canon.de elect.lib.vj.vbi
epiſcopus non poteſt diſpenſare in ætate nec in tempore pro-
mouendi ad curam animarum vel ordinum recipiendorum
2 ante tempus.Adde quòd licet † prioratus non ſit conuentua-
lis, ſi tamen habet curam animarum quam prior per ſeipſum
exercet, tunc prior debet attigiſſe xxv.annum,de electi.capit.
cum in cunctis.§.inferiora.tenet gloſſ. Guli.de monte Laud.
Zenzel.Stepha.Franciſc.Sicul.& Imol.in §.cæterum.allega.ſi
3 autem † per alium exercet curam animarum: tunc ſufficiunt
xx.anni,ſecundum eoſdem.vide ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio in delictis non fit inter eos qui non ſunt eiuſdem iuriſdictionis, ſecus ſi ſunt eiuſdem iuriſdictionis, & nume.2.3.*

QVAESTIO CCCXX.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Quidam de Narbona
iniuriam fecit aduerſum me Tholoſæ commoran-
tem, volo ipſum conuenire Tholoſæ actione iniu-
riarum ciuiliter. Narbon. excipit quòd non poſ-
ſum, quia poſito quòd mihi iniuriam fecerit Tho-
loſæ, non propter hoc fortius eſt ibi forum, cùm
non habeat inibi pergulam, nec armarium, neque
domicilium, ſicut in contractibus dicimus.vt l.hæ-
res abſens.§.penulti.ff.de iudic.& in cap. Romana.
§.contrahentes.de foro competen.lib.vj. Conclu-
ſum fuit quòd non poſſit trahi: neque conueniri
niſi ibi reperiatur, ſecundum quod not.Innocen.&
Hoſtien.in ca.fina.de foro competen quia ſicut non
1 habet locum † remiſſio in contractibus.vt in l.fina.
ff.de li.ho.exhi. ita nec in delictis, quando de ipſis
ciuiliter agitur.vt not. Collecta.in cap.poſtulaſti.de
foro compet.& Cyn.in authen. qua in prouincia. C.
vbi de crim.agi oportet.

a Domi.in alleg.§.contrahentes.Franc.& Imol.in clemen.
paſtoralis.de re iudic.in clemen.in §.denique.Sicul.in allega.
cap.fin.de fo.compet.xj.col.& in ſumma. Dic concludendo
quòd aut iudex delicti non poſtulat hanc remiſſionem fieri,
& neceſſariò non eſt fienda, vnde licitè poterit in loco domi-
cilij puniri.vt l.j.C.vbi de crim.agi opor. ſecundum vnum in-
tellectum, qui placet ibi Bar.Aut petitur remiſſio,& tunc com-
muniter tenetur quòd in leuioribus criminibus ſeu delictis
non fiat remiſſio,nec etiam in atrocibus,ſi agatur de crimine
ciuiliter,vt not.Cal.in cap.j.de rapto. fit enim iſta remiſſio ad
locum delicti in exemplum:vt exteri timeant & inde tollatur
ſcandalum,quæ non ceſſat in delicto ciuiliter intentato t. Si 1
verò agatur criminaliter,& delictum eſt atrox,& tunc petitur
remiſſio.vide bo.glo.in allega.cle paſtoralis. §.denique.alle.
quæ in effectu concludit remiſſionem fiendam ex neceſſitate.
Ita voluit Cyn.in alleg auth.qua in prouincia.& Bartol.in l.ſi
cui.ff.de accuſa.& hoc dicit expreſſum in §. ſi quis verò eum-
prehenſorum.in auth.vt nulli iudic.collat.ix.& Zenze.in alle.
§ denique.in clem.paſtoralis. Et idem voluit ibidem Imol.&
Franc.poſt Pau.quando remiſſio petitur in foro eccleſiaſtico.
Quando verò petitur in foro ſeculari.Bal.in l.executorem.C.
de execut.rei iudic. dicit quòd debet fieri ex toto orbe, cùm
vnus ſit dominus orbis de iure communi.ſed Imol.& Franc.
poſt Pau.in alleg.§.denique.diſtinguunt quòd aut petitur re-
miſſio de his locis quę ſunt eiuſdem iuriſdictionis,& tunc de-
bet fieri de neceſſitate. Aut † de his quæ ſunt diuerſæ iuriſdi- 2
ctionis,& tunc non ſit fienda de neceſſitate, niſi hoc habeat
conſuetudo:vnde Bal.in l.ij.C.de ſer.fug.per not.in alleg.cle.
paſtoralis.& idem Bal.in l.ij.x.col.ff.de hære.inſti.& in alleg.
l.j.C.vbi de cri.agi opor.poſt Odoſ.dicit quòd hodie in deli-
ctis non fit remiſſio,niſi inter ſubditos eidem imperio. Idem
videtur voluiſſe Oldra.conſi.cxxiiij. vbi dicit eſſe conſuetudo
Romæ,quòd nunquam fiat remiſſio,& ideò non fuit facta re-
miſſio petita per regem Angliæ: limitarem illud verum eſſe
quòd valeat talis conſuetudo de non remittendo in iudice
domicilij ſeu delicti,ſed quòd non valeat in alieno iudice: ra-
tio diuerſitatis,quia primo caſu delictum relictum remaneret
non impunitum,quia iudex domicilij vel delicti poteſt puni-
ri:ſed in ſecundo caſu delictum remanet impunitum:quia iſte
fortè tranſtulit ſe ad alium locum,& nunquam ibit ad domi-
cilium vel locum delicti, & ſic ſi non fieret remiſſio,delictum
remaneret impunitum, ergo conſuetudo rationabilis eſt, &
per conſequens impreſcriptibilis in c.fin.de conſuet.ita tenet
Sicul.poſt Calde.in cap.j.de rapto.& in alle.c.fi.de fo.compe.
xiiij col.Io.Fab.in alleg.auth.qua in prouincia. Nihilominus
opin.præfatorum Odoſ.Old.& Bal.de facto ſeruatur,vt vide-
licet in delictis † non fiat remiſſio inter eos qui non ſubſunt 3
vni ſuperiori. Et ita quotidie videmus quòd delinquentes in
regno ſecuri ſunt in Bearnio.

t Additio. Ciuiliter intentato. An autem fiat remiſſio
in contractibus. Vide per do.Feli.in c.fi.de fo.compet.

SVMMARIVM.

1 *Impedito qui non proſequutus fuerit appellationem ſuam infra conſtitutum tempus, ſubuenitur per reſtitutionem in integrum.*

2 *Hæreticorum bona licet ipſo iure ſint confiſcata, requiritur tamen ſententia declaratoria facti.*

QVAESTIO CCCXXI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Datum † eſt certũ tem- a
pus appellandi ad proſequendum & introducen- 1
dum appellationem ſuam,in quo fuit impeditus ca-
ſu fortuito. An per reſtitutionem ſubueniatur ei,
vel ipſo iure? Concluſum fuit quòd ipſo iure, per
not.Innocen.in cap. ex ratione.de appel.& ibi Ioan.
And. Allegabatur in contrarium l. præſes. C.de ap-
pella.no: Cyn. ibidem poſita. Tamen fuit intellecta
per not.Innocen.

a Adde quod Cyn.voluit,idem Salice.in allega.l.præſes.&
ſequi videtur Bartol.in authen.j.Item ſi appellationem,vide-
licet quòd opus ſit reſtitutione.opin.tamen Innocen.videtur
verior

verior per authen.ei qui & ibi Ioan. Fabri.& §.j. in authen.
de his qui ingre.ad appel.& c.cum ſit Romana.de appel & te-
net Cald.in eod.tit.conſil.a. Bald.in alleg.l.præſes.Iacob.But.
in l.properandum.§.ſi autem vterque.C.de iudi.Bal.in alleg.
authen. Item ſi appellationem.Paul.de Caſtr.conſil.cccxxviij.
Præpoſi.in allega.ca.ea ratione.de appel.iiij.col.ſed punctus
eſt ſecundum eum, nunquid ſaltem requiratur ſententia de-
claratoria impedimenti,& videtur dicendum quòd ſic per text.
2 in c.cum ſecundum. de hære.lib.vj.vbi dato quòd bona † hæ-
reticorum ſint confiſcata ipſo iure, tamen requiritur ſententia
declaratoria facti.& ſa.text.quem ibi no.Ioan.And.& Archid.
in ca.fin.de homici.lib.vj.& voluit Domini.in c.fin.de confeſ.
eo.lib.Sicu.in ca.cæterum.de iura.cal.& in c.cum non ab ho-
mine.de iudi. Barto.in l.eius qui delatorem.in princip.de iure
fiſci.voluit Bald.in l.iubemus. §.ſanè.C.de ſacroſanct.eccleſi.
in l.ſi quis maior.C.de tranſact.in l generaliter. §.j. C.de reb.
credi.in authen.hoc amplius.C.de fideicommiſ.j.colum.in l j.
C.de pœna iudi.qui male iudica.& latè per Imol.poſt Cat.&
ibi Sicul.in repetitione ca.extirpandæ.§.qui verò.de præben.
ſi ergo vbi lex irrogat pœnam ipſo iure requiritur ſententia
declaratoria facti, vt etiam voluit Cald. in cle.in pleriſque.
ix.colum.de elect. ergo in propoſito. noſtro bene requiritur
ſententia declaratoria impedimenti: in contrarium eſt veri-
tas,& ita tenet Ioan.And.in addi. Specul.in tub.de appella.in
quarta parte. Innocen.in allega.c.ex ratione.& Imol.xij.col.
Lap. allega. cxxv.dicentes quòd ſatis erit appellanti proſequi
appellationem etiam poſt primum annum, & ſi eidem oppo-
natur de deſertione appellationis propter lapſum primi fa-
talis, debet replicare de impedimento, & ita procedere ad
vlteriora: & ad hoc facit text.in d.cap cum ſit, ita tenet Præ-
poſi.vbi ſuprà. Et licet iſtud ſit verum de iure, in curia tamen
archiepiſcopali ſolet declarare ſecundum fatale competere
appellanti ex impedimentis ſibi illatis in primo, de quo vide
ſuprà, quæſtio.lxv.

SVMMARIVM.

1 *Hæres poſt ſententiam latam poteſt opponere exce-
ptionem inuentarij.*
2 *Exceptio inuentarij impedit litis conteſtationem.*

QVAESTIO CCCXXII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An † hæres poſsit op-
1 ponere exceptioné inuentarij poſt ſententiam? Con-
cluſum fuit quòd ſic, quia non opponitur contra
ſententiam, ſed contra executionem. per not.Cyn.
poſita in l. j. C.de iur. & fac. ignoran.& Bart.in l.ex
diuerſo.§.fina.ff.ſolu.matri.& in l.Neſennius.§.fina.
ff.de re iudi.vbi mouet iſtam quæſtionem.

a Idem no.Angel.& Imol.in l.j.§ huiuſmodi ſtipulatio.ff.ſi
cui pluſquam, per leg. Falcid. Bald.in l.j.C.de iur.& fac.igno.
j.colum.not.docto.in l.fina.§ in computatione.C.de iure de-
libe. Barto.in l.cum fideicommiſſum.in princip. ff.de confeſ.
Bal.in l.peremptorias.in princi.ij.colum.C.ſententiam reſcin.
non poſ.Bald.in l.ab executione.ij.colum.in fi.C.quorum ap-
pellat.non recipiuntur. quod tamen ipſe Bal.in eadem.l.verſi.
ſed dubitatur, verum putat,niſi anteà eſſet ſibi aſſignatus ter-
minus ad opponendas omnes ſuas exceptiones tam dilato-
rias, peremptorias, quàm anormalas, quæ quidam anormalæ
non includuntur ſub termino generali, vt dixit in l.exceptio-
nes C.de proba.fa.cap.paſtoralis.de exceptio.& vide Barto.in
l.iij. ff.de excep. quod ſcripſi ſuprà, cclxiij.quæſtio.& quòd
2 † exceptio inuentarij impediat li.conteſt.vide ſuprà,q.cclviij.
cum ibidem per me poſitis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus non tradens apoſtolos, ſi procedit
in cauſa, proceſſus eſt ipſo iure nullus.*
Niſi appellatio fuerit interpoſita ſine ſcriptis, nu.2.

QVAESTIO CCCXXIII.

a ITEM fuit appellatum [a] ab interlocutoria,&
1 petiti apoſtoli: cui † appellanti iudex à quo nihil
reſpondit, ſed proceſsit, fuit quæſitum an valeat
talis proceſſus? videbatur quòd ſic, per cap.ij. de
dolo & contuma.lib.vj. In contrarium fuit determi-
natum per textum, in cap.ab eo qui appellat.§.illud
autem.de appella.eod.lib.vbi dicitur, quod ſi iudex
requiſitus non tradet apoſtolos,& poſteà procedit,
proceſſus eſt nullus, niſi renunciatum fuiſſet ap-
pellationi. Nec obſtat allegatum cap.ij.quia ibi non
fuerunt petiti apoſtoli.

a Sed quid ſi appellatio eſſet fruſtratoria? & gloſſ.in allega.
cap.vt ſuper, tenet quòd etiam tunc non valebit proceſſus,
quam gloſſ. intelligit Rot. deciſio dxl.in antiquis, quæ inci-
pit à grauamine &c. quando appellatio eſſet fruſtratoria ra-
tione materiæ propter falſitatem, vel iniuſtitiam cauſæ, quia
tunc talis appellatio eſt potius contra ius partis vel iudicis:
vnde in ſe tenet & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſed ſe-
cus eſſet quando foret fruſtratoria reſpectu formæ à iure ſibi
traditæ: vt quia † fuit interpoſita ſine ſcriptis ab interlocu- 2
toria: quia tunc valeret proceſſus: & hoc videtur probare
ille text. qui ſe etiam refert ad cap.cordi. ita tenet Dominic.
in allega.cap.vt ſuper.in fi.& in alleg.capi.cordi.in fi.vt ſcripſi
ſuprà, cccxiij.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio vniuerſalis iuriſdictionis non probatur per
exercitium certi articuli.*
2 *Interruptio præſcriptionis facta in vno articulo,
non prodeſt ad alios.*

QVAESTIO CCCXXIIII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An præſcribens vnum a
actum iuriſdictionis intendens præſcribere in omni
iuriſdictione, præſcribat tam in ciuilibus, quàm in
criminalibus? Concluſum fuit quòd ſic per nota.
Innoc.in cap.dilectus.de Capel.mona.quamuis Cyn.
& Pet.videntur tenere cõtrarium in l.j.C.de eman-
cip. libe. & Barto.in l.j.§.ſi quis hoc interdicto.ff.de
iti.actúque priua.& Collect.in d.cap.dilectus.alleg.
tamen Ioan.de Ligna tenet ibidem opinio.Innocen.
quam fundat mirabiliter. vide quæ poſuit Collect.
in cap.dilectus.

a Idem quod Innocen.videtur voluiſſe. Specul.in titu.de
præſcript. in verſic.ſed pone miles quidam, & idem Specul.in
titu.de iuriſdict. omnium iudicum.in verſic.illud etiam not.
Ioan. Fabri.in allega.l.j. C.de emancipa. de quo latiſſimè per
Pet.de Ancha.in regula iuris, ſine poſſeſſione.in quarta quæ-
ſtione principali. Aduerte quia opinio Innocen.limitatur ſin-
gulariter per Siculum, in capitu.primo, de religioſ.domibus,
videlicet quòd vbi † ius commune non fundat intentionem 1
alterius per exercitium certi articuli, probatur poſſeſſio vni-
uerſalis iuriſdictionis. Secus autẽ vbi locus pertinet ad alium,
quia tunc poſſeſſio non extenditur ad alios articulos non
poſſeſſos: vt in cap.auditis.& cap.cum olim.de præſcript.vbi
patet quòd exercens iura certa epiſcopalia, ſolùm præſcribit
in illis quæ exercuit, & generaliter.idem voluit Bart.in allega.
§.ſi quis hoc interdicto.quod vltimum Sicul.dicit eſſe verum,
quòd alio poſſidente & exercente vniuerſalem iuriſdictionem
in loco, quis exercendo iuriſdictionẽ in certis articulis etiam
animo acquirendi vniuerſalem iuriſdictionem, non per hoc
acquirit vniuerſum iuriſdictionis: ſed ſicut dictum eſt tantùm
poſſidet & præſcribit quantum exercuit. Secus ſi nemo vni-
uerſaliter poſſidebat: vt not. Innocen.in allega.capit.dilectus.
& optimè facit allega.cap.j.de religioſ.domib.& quod ibi no.
Innocen.& Ioan.Fabri.in allega.cap.j. Sicul.in allega.cap.di-
lectus.& cap.cum olim.Et vide ad primum dictum quòd non.
Bartol.in allega.§.hoc interdicto. vbi ponit aliam limitatio-
nem, quòd ſi quis habet conceſſionem ab eo qui habet ius
concedendi, exercendo in vno acquirit & retinet in aliis.pro
quo Sicul.in allega.cap.cum olim.adducit l.poſſideri.in prin-
cip. ff.de acquiren. poſſeſ.vbi dicitur quòd ad acquirendum
poſſeſſionem fundi, non eſt neceſſe vt omnes glebas circum-
ambulet: ſed ſufficit quamlibet partem fundi introire dum-
modo mente & cogitatione hoc faciat, & totum fundum
vſque ad terminum velit poſſidere. Adde † quòd interruptio 2
præſcriptionis facta in vno articulo iuriſdictionali nõ prodeſt

ad alios, ſicut exercitium in vno articulo non extenditur ad totam iuriſdictionem, alio etiam vniuerſaliter poſſidente: vt prædictum eſt. Et voluit Sicul. in capitu. auditis. de præſcript. in penul. not. & iiij. oppoſi. vttum præſcribens poteſtatem excommunicandi videtur præſcribere poteſtatem interdicendi & ſuſpendendi & abſoluendi. Vide Siculum in allegato cap. cum olim. iij. colum.

SVMMARIVM.

1 *Exercitium iuriſdictionis eſt penes archiepiſcopum legitimè præſcriptum.*

QVAESTIO CCCXXV.

a ITEM a anno domini milleſimo cccc. fuit electus in epiſcopum Rauen. dominus Guliel. eiuſdem eccleſiæ Archidiaconus. & confirmatio facta per dominum Petrum de ſancto Martiale pro tunc Archiepiſcopum Tholoſanum abſque conſenſu, & conſilio dictæ eccleſiæ Tholoſanæ, & non obſtantibus oppoſitionibus & appellationibus, quas idem capitulum fecit, & fuit obſeruata opinio Ioan. Andr. & Hoſtien. recitata per Archi. in ca. fin. de elect. lib. vj.
1 Et † fuit etiam conſideratum quòd omne exercitium iuriſdictionis eſt penes archiepiſcopum legitimè præſcriptum, & cùm confirmatio ſit iuriſdictionis in cap. ſuffraganeis. de elect. Idcirco dictus dominus Guli. potuit confirmari attenta dicta præſcriptione abſque conſenſu capituli, & conſilio.

a Etiam anno milleſimo cccclxx. dominus Matthæus de Acrigalupa fuit confirmatus per defunctum domi. Bertrandum de Roſergio archiepiſcopum Tholoſanum pro tunc in epiſcopum Appam. ſuper cuius epiſcopatus poſſeſſorio quæſtio pendet in parlamento. Similiter dominus Petrus de Roſergio in præpoſitum Tholoſanum electus, confirmatus fuit per defunctum dominum Petrum de Leone magiſtrum meum tunc Archiepiſcopum Tholoſanum anno domini milleſi. cccclxxv. & ego anno lxxxiiij. tūc officialis & vicarius præfati de Leone cognoui de cauſa electionis epiſcopatus montiſalbani inter dominum Georgium de Ambaſia & eleemoſynarium eiuſdem Eccleſiæ: ac magiſtrum Ioan. Dorollæ regis conſiliarium coelectum. Et nunquam in præmiſſis nec aliis iuriſdictionalibus vidi requiri nec expectari, & minus interuenire conſenſum vel conſilium capituli. Et præallega. opin. Ioan. And. ſequitur domini. in allega. cap. fin. vbi dicit talem valere conſuetudinem per cap. non eſt de conſue. eodem libro. An autem in huiuſmodi conſuetudine requiratur titulus, & an in præſcriptione prædicta requiratur tempus duplicatum, ſicut in ſeruitutibus
b diſcontinuis? vide per Domini. in allega. cap. non eſt 1 & per Sicul. in cap. fina. de conſue.

1 ADDITIO. capitu. non eſt. Vbi tenet quòd non eſt neceſſarium tempus duplicatum, quia requirere conſilium capituli non eſt actus diſcontinuus: cùm quis continuè poſſideat non ſic in ſeruitutibus diſcontinuis quæ debentur à rebus inanimatis.

QVAESTIO CCCXXVI.

a ITEM fuit quæſitum. a Petebam centum à Titio, quæ dicebam mihi promiſiſſe, & ita ipſum confeſſum fuiſſe: pars Titij dixit, quòd ſi conſtaret eum promiſiſſe, vel confeſſum fuiſſe, illud fuerat ſub conditione: vterque probauimus noſtram intentionem, quis dicatur melius probaſſe? Concluſum fuit quòd Titius, quia omnes teſtes cōcordant tam mei quàm Titij, quòd promiſit & confeſſus fuit. Sed teſtes Titij probant conditionem adiectam, & ſic debet pro ipſo iudicari, prout & factum fuit per not. per Inno. & Hoſtien. in cap. cum Ioannes. de fide inſtrumen. ſuper verbo vnica venditio. Et ita omnes teſtes reducuntur ad concordiam.

a Item voluit Sicul. in alleg. ca. cum Ioan. dicens quòd teſtes debent ſuppleri adinuicem ſicut Euangeliſtæ. in capi. nihil. de verbo. ſignifi. & in c. periculosè. de pœ. diſt. j. Et intellige præmiſſa procedere quando conſtat de actus vnitate per confeſſionem partium, vel depoſitionem teſtium. Primum probatur in alleg. cap. cùm Ioan. ſecundum probatur ex dictis illorum teſtium qui depoſuerunt contra Suſannam, Dan. xlij. cap. nam ex eo quòd deponebant de eadem hora, colligebatur vnitas actus. ideò diuerſitas in loco commiſſi adulterij induxit contra eos præſumptionem falſitatis, nec fuit facta præſumptio multiplicitatis actus, de quo bo. gloſſ. in quæſtio. ix. in cap. nihilominus. Aliàs aut vbi teſtes actoris & rei deponunt contraria circa actum iterabilem, & per præſumptionem multiplicitatis actus poſſunt reduci ad concordiam, id fieri debet: & tunc præſumatur actus multiplicatus. & ſic ſunt teſtes intelligendi deponere ſuper diuerſis actibus. vt not. Sicul. in cap. cùm tu. de teſtib. de quo vide quæ ſcripſi ſuprà quæſt. xj. & cccx.

SVMMARIVM.

1 *Cautio non habet locum quando teſtatoris verba referuntur ad ius, & impletur conditio per acceptilationem.*

Secus ſi verba teſtatoris referuntur ad factum: nam tunc non ſufficeret acceptilatio, ſed locum haberet cautio Mutiana. num. 2.

3 *Cautio Mutiana non habet locum in contractibus, ſed bene in donatione cauſa mortis. & num. 4.*

QVAESTIO CCCXXVII.

ITEM Titius legauit centum Sempronio, cum hoc quòd vlterius dictus Sempronius in bonis ipſius Titij nihil petere poſſet: petit nunc Sempronius legatum: hæres Titij petit ſibi præſtari cautionem Mutianam per l. Mutianæ. ff. de cond. & demonſtr. legatarius verò dicit non teneri præſtare dictam cautionem: ſed quòd ſufficit vt ipſum hæredem liberet per acceptilationem? Concluſum fuit quòd legatarius bene dicit, per l. mulier. ff. de cond. inſti. & alle. l. Mutianæ. & in vtraque l. per Bartol. a

a Et ibi Bart. præmiſſa intelligit † quando teſtatoris verba referuntur ad ius, & non poſſet amplius legatarius petere de iure: quia tunc non habet locum cautio. ſed impletur conditio per acceptilationem: & ſic loquitur allega. l. Mutianæ. in ver. vnde ſi vxor. Quando † verò verba referuntur ad factum vt non peteret de iure vel de facto. & tunc non ſufficerat acceptilatio, ſed locum haberet cautio Mutiana. vt in ij. verſic. prædi. l. alleg. Mutianæ & glo. in d. l. mulier. Sed in dubio verba iſta referuntur ad ius in vltimis voluntatibus. vt l. licet. ff. vt le. no. ca. l. auia. §. fin. de condit. & demonſt. ita voluit Bart. in alleg. l. mulier. & l. Mutianæ. Adde † quòd cautio Mutiana non habet locum in contractibus. gloſ. in allega. l. Mutianæ. gloſ. in l. j. in fi. C. de pact. & in l. dedi. in princip. de condit. ob cau. & tangitur in l. ita ſtipulatus. de verb. obliga. & Bartol. in alleg. ll. & l. fine apud acta. C. de tranſactio. & in l. inſulam. §. quidam. ff. loca. habet tamen † locum in donatione cauſa mortis, ſecundum Bald. in auth. cui relictum. C. de indic. vid. & Lud. Rom. in ſingulari. verſ. cautio. veruntamen poteſt per teſtatorem remitti, ſecundum Bald. in præalleg. auth. & Ang. in authen. de nup. & præfata col. iij. Et quando eſt præſtanda, debet præſtari cum fideiuſſore. in authen. præalleg. & ibi Bal. & Bart. in d. l. Mutianæ.

(right margin numbers: 1, 2, 3, 4)

QVAESTIO CCCXXVIII.

ITEM fuit quæſitum. a An omnes cooperantes, aſſociantes, vel fodientes ſepulchrum publicè excommunicati ſint ipſo iure, ſeu facto excommunicati, ſeu tenore clem. eos. de ſepul. do. Ioan. Cal. dicit quòd ſic: quem vide plenè in his quæ poſui in c. ex parte. eod. tit. ſecundum eum. a

a Idem tenet Stephanus Lap. Ioan. de Imol. & Sicul. in allega. clem. Et idem dicunt de portantibus candelas, & clericis dicentibus officium ſepulturæ: quia participant in crimine crimino ſo. Et in ſumma concludit Sicul. vbi ſuprà, quòd omnes cooperantes & authorizantes ad ſepulturam, incidunt in pœnam prædictæ clemen.

QVAESTIO CCCXXIX.

a ITEM ſuit quæſitum. [a] Appellatum fuit: appellans vel appellatus ad probandum ſententiam pro, vel contra ſe latam produxit inſtrumentum ſententiæ, in quo narratur, quòd lis fuit conteſtata: iuratum de calumnia, &c. renuntiatum & concluſum, an per hoc probetur proceſſus primæ inſtantiæ? Concluſum fuit quòd non, per not. Innocen. in cap. quoniam contra falſam. de probation. gloſſa in verſicul. & perſonas. & per Collect. capit. j. de fide inſtrumento.

a Dic quòd hoc verum eſt vbi inſtrumentum eſſet ſimpliciter recitatorium actorum: quia tunc poſſet procedere dictum Inno. Sed vbi notarius diceret tali die, & loco fuit oblatus libellus, & lis conteſtata, & coram quibus. & quòd in præſentia ſua acta fuerunt omnia. Et poſtea in fine ſe ſubſcribens dicat ſingulis interfuiſſe, tale inſtrumentum eſt teſtimoniale ſecundum Hoſtien. in allega. c. quoniam. nec apparet quare fides non ſit illi adhibenda. argumen. c. tranſlato. de conſtit. & ita tranſeunt communiter doct. cum prædicto Innocen. ſic limitato. Tu verò dicas prout voluit Sicu. in allega. c. quoniam. poſt Bart. in authen. ſi quis in aliquo. in fi. & in l. j. C. de rela. quòd aut prædicta ſententia in qua ſicut præmittitur recitantur acta, ſimpliciter lata fuit præſentibus partibus & non contradicentibus & tunc probarent ipſa acta per ſententiam, per text. illius l. j. C. de rela. ex quo non fuit appellatum, ſiue idem notarius ſcripſerit acta ſententiam ſiue non: quia ſemper ſubeſt eadem ratio ſiue factum ſit antiquum ſiue recens. idem Compoſtel. & doct. in ca. in præſentia. de renun. Innoc. in c. j. de elect. Paul. de Caſtro conſi. iij. Specu. tit. de inſtru. edi. §. reſtat videre. verſ. in ſumma. Bart. & doct. in alleg. l. j. C. de rela. Bart. in alleg. authen. ſi quis in aliquo. & ibi per Bald. & Bart. in l. ij. ff. quando appel. ſit. & Bal. in marga. ver. ſententia. v. col. de quo per Ange. in authen. vt ſponſa. largi. Aut fuit ſententia lata in abſentem. & tunc ſeruа dictum Innoc. ſicut præmittitur per dictum Hoſtien. limitatum. ita tenet Sicul. in alle. c. quoniam contra. xix. & xx. col.

SVMMARIVM.

1 *Minor reſtitutus in integrum an condemnetur aduerſario in expenſis. & nu. 2.*

QVAESTIO CCCXXX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An† minor qui reſtitui-
1 tur debeat in expenſis condemnari aduerſario? Concluſum fuit quòd ſic: vt expreſſè tenet Hoſtien. in ſumma. titu. de in integrum reſt. §. fin. in fi. cum ibi alleg. alle. l. non eſt ignotum. C. de adminiſtra. tutorum. per Bart. in l. ſi finita. §. & ſi fortè. ff. de damno infect.

a Aduerte quia Hoſtien. vbi ſupra loquitur quando minor
2 petit † ſe reſtitui aduerſus miſſionem factam ex primo decreto propter contumaciam ſuam, cùm nullus apparet defenſor. nam tunc quando poſt annum petit in integrum reſtitui tenetur ad expenſ. & ita debet intelligi dictum Bart. vbi ſuprà, quod etiam innuere videtur Bald. in l. uj. C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. in fin. & iſta fuit opin. Vber. de Bo. quam refert Ioan. And. in additio. Specu. ti. de primo & ſecundo decre. verſicu. quid ſi non reperiantur. vbi Ioan. And. recitat alias tres opi. & inter alias opi. Iac. de Are. diſtinguentis, quòd aut minor tempore tenutæ non habebat tutorem vel curatorem, vel legitimum defenſorem, aut habebat: & hoc caſu aut illi adminiſtratores ſunt ſoluendo, vel non. Primo caſu principali: quando non habeat, debet tenutam reſtituendam minori: licet expenſas non ſoluat per l. vlt. C. ſi aduer. rem indi. vbi dicit text. nullum vobis præiudicium. & ff. de re iud. l. acta. § ſi. & l. contra pupillum. C. qui legi. per l. j. per quas leges, & l. in cauſæ ij. ff. de mino. dicit reſtitutionem minori non eſſe neceſſariam: vel ſecundum eum diſtinguitur. aut minor non habens defenſorem legitimum tempore datæ tenutæ erat pupillus, aut adultus, primo caſu non tenetetur ſibi petere tutorem. ff. qui per. tuto. l. ij. & recuperabit tenutam non ſolutis expẽſis. Secundo caſu cùm erat adultus tenebatur ſibi petere. ff. qui pet. tut. l. iij. §. tutores. C. qui pe. tu. l. j. Si non petiit videtur fuiſſe in dolo contra quem etiam non reſtituitur. ff. de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. Non recuperabit ergo poſſeſſionem, niſi reſtituat expẽſas. Sed Io. And. ibi plus placet quod dicit Specu. in verſi. præte, in non habente curatorem requirẽdos amicos, vel ſaltem requirendũ prius ipſum vt petere veniat curatorem, pro quo facit prædicta l. j. C. qui pet. tuto. & maximè ſecundum lectu. Iaco. de Ra. quam ponit ibi Cy. quæ vult admonitionem, de qua lex loquitur eſſe neceſſariam, & petendam à iudice, vt vncetur ad hoc minor. ſcilicet ad petendum curatorem: quod intendit idem Ioan. And. quòd non ſufficiet actori ad iuſtificandam tenutam facere vocari minorem non habentem defenſorem ſuper principali. ſecundum quod intelligit etiam quod not. in prædicta l. fin. C. ſi aduer. rem iudic. deinde redeundo ad verba Iaſo. qui dicit ſecundo caſu quando habebat tutorem vel curatorem, ſi ſint ſoluendo, eum teneri ad expenſas quas recuperabit à prædictis. ff. de lega. ij. l. qui ſolidum. §. etiam. Aliàs non tenebitur ad illas. & recuperabit tenutam. ff. de mino. l. cum mandato. ff. de pecul. l. ſumma cum ratione. §. ſi dolo ff. de admini. tut. l. fina. ff. ne vis fiat ei. l. j. hoc edicto. hoc idem dicit Ioan And. tenere Guid. de Su. in l. j. ff ſi quis ius di. non obtempe. ſcilicet quòd non teneatur ad expenſas, ex quo vocatio non fuit debitè facta. Et idem dicit de banno dato: ſcilicet quòd ſi propter contumaciam fuerit bannitus, expenſas banni vel cancellationis non ſoluit: citari enim debuerant propinqui amici, & affines ipſius, & omnes quos non eſt veriſimile omiſſuros defenſionem ipſius minoris, per ll. in prin. alle. Ponderat etiam quòd circa principale ius actoris non eſt factum deterius: quia & ſi veniſſent, nõ ſubiiſſet ſine curatore iudicium: quia minori hoc etiam attenditur in citatione facta die feriato. ff ſi quis in ius vocatus non ierit. l. ij. in ſi. & ff. de arbi. l. arbiter calẽdis. Quomodo & quando minor reſtituatur aduerſus contumaciam & dolum præſumptum, aut verum, vide ſingulariter per Bart. in l. j. §. minor etiam. ff. de mino.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſi quis eſſe negetur, quis teneatur ad probandum eum eſſe notarium.*

2 *Notarius tempore inſtrumenti de quo contenditur ſi fungebatur officio notariatus, verè præſumitur eſſe notarius.*

3 *Per deſcriptionem in matricula an quis probetur eſſe notarius.*

4 *Literæ teſtimoniales officialis ſub cuius iuriſdictione habitat notarius, an ſufficiant ad hoc vt probetur quis notarius.*

5 *Falſus homo non eſt homo.*

6 *Notarius quis probatur eſſe ex diuturnitate longiſſimi temporis.*

QVAESTIO CCCXXXI.

ITEM ſi aliquis † negetur tabellio cui incumbat onus probandi. [a] Concluſum fuit quòd dicenti ipſum eſſe tabellionem: vt not. Spec. ti. de inſtr. edi. §. reſtat videre. verſi. ſcias. x. col. & ver. illud autem notandum. xviij. colum. Quomodo autem probetur tabellio, dic vt ibi per totum. & vide de hac materia per Innocen. in c. j. 2 de fide inſtrum. circa finem. 2

a Quoad primum idem tenet Paul. de Caſtr. in l. ſcriniarios. C. de teſta. mili. Quoad ſecundum Innocen. vbi ſuprà, ponit tres practicas probandi. primò vt probetur per inſtrumentum, vel teſtes officium ſibi fuiſſe commiſſum. Secundò ſi †probatur per teſtes, quòd tempore illo, quo fuit factum inſtrumentum de quo contenditur, publicè fungebatur notariatus officio. de offic præto. l. Barbarius. §. Philippus. & in l. ij. ff. ad Macedon. Tertiò ſi appareant diuerſa inſtrumenta: & multa inter multos & diuerſos per manus eiuſdem conſcripta. quæ firma manent, & ſine contradictione ab omnibus tanquam publica recipiuntur: & quot inſtrumenta ſufficiant relinquendum eſt arbitrio iudicis ſecundum Hoſtien. hanc materiam latius proſequitur Ioannes Andr. in addi. Specul. in d. verſicu. & ſcias. vbi narrat Mateſill. diſputando tenuiſſe quòd oportet verè probare officium illi fuiſſe commiſſum, 2

nec poſſeſſio releuat ab onere probandi, niſi fortè inſtrumentum produceretur de longinquo. Et ibi vide ad plenum: vbi
3 † etiam concludit quòd per deſcriptionem in matricula non probetur notarius. & idem Paul. de Caſtro, in allega. l. ſcrinarior. Anto. in allega. c. j. putat quòd ſi ſciente & patiente ſuperiore ſit poſſeſſionem ingreſſus, iſtud ſufficit. arg. in c. conſultationibus. de iure patro. & cum hoc temperamento dicit ſe intelligere Specul. in titu. de proba. §. j. verſicu. vlti. quæritur. & ver. verum. & Ioan. Andr. in addi. Specu. vbi ſuprà Sicul. autem in allega. c. j. de fide inſtrumen. dicit ſe credere quòd ſola ſcientia & patientia ſuperioris non ſufficiat ſi conſtaret poſtmodum de vſurpatione officij: cùm ex parte ſuperioris non interueniat aliquis actus poſitiuus, cùm requiratur officij collatio ſeu creatio. argumen. c. cum iamdudum. in fi. de præben. & quod not. per gloſſ. & doct. in c. quia circa. de conſanguini. & affi. & in cle. ſi Romanus pontifex. de ſen. excomm. in clem. & bene facit c. ad decimas. de reſti. ſpol. lib. v. & quod ipſe dixit in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. hoc idem velle videtur Innocẽ. in c. nihil. de elect. Nec obſt. c. conſultationibus. de iure patro. quia loquitur de poſſeſſione bona fide quæſita. aliàs nil valeret præſentatio. vt ibi not. & plenius per Innocentium in c. ij. de in integr. reſti. Sed ſi non conſtat de vſurpatione officij, ſed ſolum reuocatur in dubium de poteſtate, prout propiè loquitur Innocen. putat Innoc. verum & eleganter dixiſſe cum hoc temperamento iudicio ſuo: vt probetur quòd longo tempore fuit palàm & publicè in poſſeſſione tabellionatus. Nam per hoc præſumitur habuiſſe titulum: quia non eſt veriſimile quòd tanto tempore fuiſſet ſine titulo tolleratus, hoc probat apertiſſimè per c. illud. de præſumpt. & per not. Innocen. in allega. c. ij. de in integr. reſtitu. Idem voluit Barto. in allega. l. Barbarius. licet contrarium ſenſerit in l. Herennius. ff. de decurio. Idem voluit Ioan. de Pla. poſt Bart. in l. quicunque. C. de colo. fugi. libro xj. idem Ioan. Pet. de Ferra. in titu. de forma opponendi contra inſtrumen-
4 ta. Subiungens † ſufficere literas teſtimoniales officialis vel rectoris ſub cuius iuriſdictione habitat ipſe notarius. vt obſeruat practica generaliter, & iſtam opinionem ſequitur Specul. titu. de inſtru. edi. §. poſtremo. verſicu. quid ergo ſi tabellio, &c. Et ſi diceremus contrarium infinita inſtrumenta perirent tractu temporis, cùm moriantur notarij, & perdantur literæ collationis officij. & durum eſſet hæc omnia recenſere vt in ſimili no. in c. quoniam contra. de proba. Et præmiſſa de Fer. intelligit procedere, quando inſtrumentum de partibus proximis & circunſtantibus producitur: vbi facilis poteſt haberi probatio & informatio de dicto officio: ſed ſi inſtrumentum producitur de longinquis partibus vbi redditur difficilis probatio & informatio, quòd ille ſit notarius, ſufficient literæ teſtimoniales ſicut dictum eſt per Specul. in d. §. rellat. verſic. Sed quid ſi producatur aliquod inſtrumentum, determinat quòd ſi tale inſtrumentum appareat prima facie in forma communi & publica non abolitum nec cancellatum, &c. quòd plenam fidem per ſe faciet, ſine alia probatione: nec eſt veriſimile quòd in eius ſubſcriptione qua ſe notarium atteſtatur falſum commit-
5 tat: quia † falſus homo non eſt homo, vt no. in l. falſus. C. de fur. argum. ad hoc in l. ij. C. de fide inſtrumen. & l. fin. C. de edi. diui Adrian tol. & in l. ij. quemadmo. teſt. ape. quam opi. ſequitur Cy. & Guli. de Cu. in l. comparationes. C. de fide inſtrum. & gloſſ. in authen. de fide inſtrum. §. in ſum. & Iaco. de Belloniſu in dicta authen. de fide inſtrum. §. quòd ſi tabellio. colla. vj. & ibi Bart. in alleg. ſpe. vbi ſuprà. idem Ioan. Andr. in addit. vbi ſuprà. Sicu. in alleg. c. j. de fide inſtrumen. vj. col. dicit tamen de Ferra. vbi ſuprà, fortaſſe non improbabiliter poſſe dici quòd ſi ſit inſtrumentum in quo vertatur magnum præiudicium: vtputa teſtamentum: vel aliud graue debitum, quòd non credatur faciliter, niſi probetur modis ſupradictis. & ſic poteſt omnium ſententia concordari & omnis materia falſitatis &
6 ſuſpicionis auferri. Adde † quòd etiam probatur quis notarius ex diuturnitate longiſſimi temporis: vt quia producatur inſtrumentum antiquiſſimum, quia præſumitur quòd fuerit notarius qui illud confecit. Innocen. in cap. veniens. de verbo. ſignific. libro vj. & Bald. in authen. quas actiones. in fine C. de ſacroſanct. eccle.

1 ADDITIO. Cui incumbat onus probandi. Tu vide Gui. pap. conſi. cxxxvj incip. attendant ſi placet, in fi. & totam deciſio. lxxxvj. in notis.

2 Per Inno. in c. j. Adde Feli. ibidem. vj. col. & ſeq. & Iaſ. latiſſimè poſt alios in l. barbarius. hic alle. col. vj. & ſeq.

QVAESTIO CCCXXXII.

1 ITEM fuit quæſitum.[a] ſi appellans fuit diligens toto primo anno 1, præter vno die, quo fuit impeditus per iudicem, vel facto partis, an deberet habere ſecundum fatale integrum. Concluſum fuit quòd ſic: & ita tenet Ioan. And. in c. a. ex ratione. de appel. Cy. in authen. ei qui. C. de tempor. appell. Et ita ſeruatur Tholoſæ in capella.

a Anto. Imol. Sicu. & Præpoſi. Vide latiſſimè per Præpoſi. in alleg. cap. ex ratione. & adde per me poſita ſuprà q. lxv. & quæſtione cccxvij.

1 ADDITIO. Si appellans fuit diligens. Tu vide de hoc Guid. pap. in deciſ. gratianop. q. ccccxvj.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio ſeu procuratio quæ debetur de priuilegio vel conſuetudine præſcribi poteſt.*

Secus illa quæ debetur de iure communi. ibid.

2 *Procuratio debita ratione viſitationis tantùm, eſt adeò priuilegiata, vt præſcribi non poſſit.*

Secus de illa quæ debetur ratione inſtitutionis. ibid.

3 *Procuratio accedit viſitationi, & viſitatio habet in ſe annexum ius publicum auctoritate & vtilitate.*

4 *Ea quæ præſcribi non poſſunt, nec poſſunt pro futuro tempore remitti.*

QVAESTIO CCCXXXIII.

ITEM an † viſitatio,[a] vel procuratio præſcribi poſſint? Concluſum fuit, quòd illa quæ debetur de iure communi, præſcribi non poteſt: illa verò quæ debetur priuilegio vel conſuetudine, ſeu pacto. ſic. ita tenet Collect. & docto. in cap. cùm ex officij. de præſcrip. & Guli. de monte Laud. in clemen. j. de cenſibus. 1 2

a Idem voluit ibidem Zenze. Ioan. de Imo. & Franc. ſecundum quam latius videretur dicendum poſt prædictum Guli. quòd aut procuratio debeatur ratione conſuetudinis vel inſtructionis, & ſic poteſt præſcribi. de præſcrip. ca. accedens. in xl gloſ. Aut procuratio debetur ratione viſitationis, tunc aut contra eum qui viſitat iure ſpeciali: vt contra abbatem vel archidiaconum, & poteſt præſcribi, d. ca. cùm ex officij, de præſcrip. & ita tenet ibidem Innoc. ſed Sicu. ibidem † tenet quòd 2 procuratio debita ratione viſitationis duntaxat ſit adeò priuilegiata, vt præſcribi non poſſit: ſecus autem de alia procuratione, quæ d[illegible]geretur ratione inſtitutionis, cùm fundata fuit eccleſia vel ratione pacti, ſicut dictũ eſt ſuprà, & iudicio meo iſta opin. Sicu. videretur verior per rationes, quas tangit ibidem. Aut contra eum qui de iure communi obtinet. Et tunc aut per reſcriptionem, aut quæritur de præſcriptione qua quis ſe vult liberare: & non poteſt: quia † procuratio accedit viſi- 3 tationi: & viſitatio habet in ſe annexum ius publicum authoritate & vtilitate: & cõtra tale ius non tenet præſcriptio, ſicut nec pactum. ff. de pact. l. vnus. §. illud. & ita tenet Sicul. vbi ſuprà, licet Innoc. Ioan. And. & Anto. ibidem teneant quòd poſſit præſcribi quoad quotam ſeu partem: opi. tamen Sicu. mihi videtur rationabilior per rationes ſuas, quas ibi vide. Aut de præſcriptione quoad tertium, videlicet vt teneat alteri ſubiici quoad viſitationem, & ſoluere procurationem, & valet talis præſcriptio: per quam tale ius non extinguitur: ſed in alium transfertur tenet Franc. vbi ſuprà. Et ita debet intelligi præalle. c. cum ex officij 1, & c. cùm olim. propter quæſtio- 1 nem de priuileg. & ca. cùm perſonæ. eo. tit. lib. vj. Ita not. Old. conſil. clxxij. & conſil. ccxliij Ioan. And. Anto. Sicul. in ca. cùm non liceat. de præſcript. & idem Anto. & Sicu. in c. auditis. eo. titu. Rot. deci. xliij. Sed ecce clerus ciuitatis & diœceſis Tholoſæ donauit domino meo reuerendiſſimo Archiepiſcopo pro ipſius aduentu iucundo ſummam mille ſcutorum. cùm hoc quòd de tribus annis, idem Archiepiſcopus non exigeret viſitando procurationem, quæritur an potuit fieri talis remiſſio 2. Et viſum fuit mihi quòd non, inſequendo opin. 2 Sicul. in alleg. c. cùm ex officij. vj. colum. qui dicit, quòd licet prælatus anno quolibet viſitando poſſit remittere procurationem expreſſè & tacitè non petendo. ar. op. in c. ſi. xij. q. iij. &c.

& c.quàm periculoſum.vij quæſtione prima. capitulo ad apo-
ſtolicam, de regula. quia ex hoc non læditur iuſtitia publica.
Sed non poterat illam remittere ſe obligando ad non peten-
dum pro futuro tempore:nec reſpectu ſui: nec reſpectu ſuo-
4 rum ſucceſſorum, quia ea ratio † quæ militat vt non poſſit
præſcribi, militat vt non poſſit pro futuro tempore remitti.
Alij tamen ſequentes opinio.Innocen. & Anto.tenuerunt di-
ctam valere remiſſionem eo quòd eſſet temporalis ad ipſius
remittentis præiudicium duntaxat: ſed non fuit bene reſpon-
ſum rationibus Sicul cuius opi. arbitror de iure veriorem, &
etiam tenuit Hoſt. ſed forè commodum burſale rationi præ-
tulerunt:vnde proceſſit quòd de illo triennio non fuerunt vi-
ſitati. quod tamen factum fuiſſet ceſſante dicta remiſſione.
Poſteà lapſo triennio cùm idem dominus meus ex indulto le-
gati de latere viſitando per procuratorem in pecunia:ac ſi per
ſe viſitaret. Pro parte cleri dicebatur non teneri procurare niſi vi-
ſitantem & in victualibus duntaxat per c.ſi epiſcopus,de offic.
or.lib. vj.obtentis literis querimoniæ in caſu ſaiſinæ & noui-
tatis & illarum medio cauſa ad curiã parlamenti deuoluta fuit
eidem domino inhibitum id facere:prout nec factum extitit.
1 Arbitror. c.cum ex officij. Vide dominum Feli. in d. c.
cum ex officij, latè tractantem de præſcriptione circa procu-
rationem.in princ.v.col.verſic.cæterum vt intelligas.
a Remiſſio. Vide per Feli in alleg.c.cum ex officij ix.colum.
& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio dans bona ſua, nec mutans habitum
non prohibetur contrahere matrimonium.*
*Nec gaudet priuilegio fori,& poteſt conueniri coram
iudice ſeculari.& num.*

QVAESTIO CCCXXXIIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a]An ille † qui dedit ſe &
1 ſua monaſterio,non mutando habitum, poſsit con-
trahere matrimonium? Concluſum fuit quòd ſic
per not.Collect.in c.non dubium.de ſenten. excom.
& Innocen.in c.vt priuilegia. §. j. ſuper verſicu. non
mutato habitu.de priuile.

2 a Idem Sicu.vtrobiq;. Addens ſe putare quòd tales non gau
deant priuilegio fori:ſed q; debeãt corã iudice ſeculari cõue-
niri cũ nihil interueniat quod habeat eos eximere à iuriſdi-
ctione ſeculari.pro quo facit gl.in alle.c.vt priuilegia,vbi hoc
tenet Sicu.& latius per eũ in c.ij.de fo.comp.Et etiã tales non
gaudent priuilegio canonis,ſi quis ſuadẽte:vt tenet Sicul.poſt
Hoſt.in alle.c.non dubium. Adde hic poſita & ſcripta ſ.q.viij.

SVMMARIVM.

1 *Legata pia debentur,etiamſi teſtamentum rumpa-
tur per agnationem poſthumi.*

QVAESTIO CCCXXXV.

a ITEM fuit quæſitum.[a]Si†teſtamentum fuit ru-
1 ptum per agnationẽ poſthumi:an legata pia debean-
tur? Concluſum fuit quòd ſic:& ita videtur dicere
per Iaco.in libellis ſuis,ſub tit.de condi. l.omnimo-
do.aliàs pro omni materia quæ pro teſtamento da-
tur. §. circa illud autem. ex cauſa præteritionis: vbi
plenè per ipſum. Et Cy. videtur tenere de omnibus
in dicta authen.ex cauſa. C. de libe.præteritis. vide
ibidem per Bartol.in repetitione ſua. & l. filio præ-
terito. ff. de iniuſto & rupt. teſtamen. & multa alia
circa leg.

a Vide ſuprà,quæ ſcripſi.q.lxxxix.vbi quæritur:an legata pia
debeantur hæreditate non adita. & in additione quid ſi hæres
renuntiauerit.& an valeat legatum pium nutu factum. Adde
vtrum relictum ad pias cauſas vitietur ex cauſa præteritionis
vel exhæredationis, de quo per Bartol. Bald.& Salicet. in l.j.
C.de ſacroſanct.eccle.& Bartol.in l.cum quis.C.de iur.& fact.
Igno.& in præallega. l.j.xiiij. colum. verſicu. ſecundo quæro.
& per Bald.colum.xij.verſi. ſuper quarto quæſito per Clauaſ.
in § legatum.verſic.viij.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſolutionis impedit litis conteſtationem.*
2 *Imaginaria ſolutio quænam dicatur.*
3 *Experiri nemo poteſt ſine actione.*

QVAESTIO CCCXXXVI.

ITEM fuit quæſitum. [a]An†exceptio ſolutionis a
impediat litis conteſt. Concluſum fuit quòd ſic: vt 1
tenet Specu. tit. de excep. §. dicto ver. & vt plenius
inſtruatis,ibi, eſt & aliqua,&c. xij.col. & Bart. in l.
nam & poſtea.in prin.ij.col.in fi.ff.de iureiuran.& l.
cum quærebatur.in fi.ij.col.ff.iud.ſol.

a Idem eſt vbicunque exceptio declarat nullam actionem
actori competere. nam talis opponi poteſt ad impediendum
proceſſum,vt in exceptione acceptationis,quæ eſt †imagina 2
ria ſolutio.l.vbi pactum.C.de tranſact.& ibi glo.Bart.& doct.
qui probant hanc regulam & glo.Bart & doct.in l.ſi vnus.§.ſi
pactus.ff.de pact.& fa.quod not Bar.in l.lecta.ff ſi cer.pet. Et
idem & fortius eſt dicendum in exceptione veræ ſolutionis,&
iſtius ratio eſt:quia † nemo poteſt experiri ſine actione. ff. de 3
nego geſt l.ſi pupilli.§.videamus.tenet Ang Aret.in §l.de ex-
cept ver.tertia regula. Adde hic quæ ſcripſi ſuprà quæſt. lxvj.
quæſtio cxxxvj.& q clxxxvj.& q.cclviij.cum lectis. vt not. per
Angel.vbi ſuprà.& in ver.præcedẽ.

SVMMARIVM.

1 *Vxore mortua maritus poterit ſibi retinere veſtes
precioſiores quas fecit vxori.*
Secus ſe habet in quotidianis. ibidem.
2 *Iocalia donata ſponſæ à conſanguineis viri,ea mor-
tua marito acquiruntur.*
3 *Mulier marito mortuo debet veſtiri lugubribus
veſtibus expenſis hæredum mariti, ſi talis fuerit in
ea regione conſuetudo.*

QVAESTIO CCCXXXVII.

ITEM fuit quæſitum.[a]Vtrum†muliere mortua a
maritus poſsit retinere veſtes,quas fecit vxori?Con 1
cluſum fuit quòd ſic:veſtes precioſas,& non quoti-
dianas.ita tenet Bart. in l.fi. ff.ſoluto matr. §. ſeruus
vxoris,de veſtibus precioſis.alle.l.mortis cauſa,in
prin.de dona.inter virum & vxo. & gl.in l.fi.ſi vſuſ-
fructus.ff.ad l.falci.& l.ornamentorum.de ali. & ci-
ba.le.& l.hoc legatum.cum ſeq. de leg. iij. de veſti-
bus quotidianis.alleg.l.ex anno,in prin. de dona.in-
ter virum & vxo. vide plenè per Pet. Iaco. in libellis
ſuis.in titu.de actio.rerum amotarum.

a Idem voluit Bal.in l.cum te.C.de do. ante nup. vbi ſingu-
lariter.idem Ang.Are.in §.fuerat. xxxvj. col. inſtit. de act. de
quo per Bar.in conſilio, quæritur an veſtes. per Lud. & Mod.
in alle.l.fi.ff.ſol.mat per Bar.poſt glo.in l.ſed & vſusfructus.§.
dos.ff.ad l.falc.alle.& ibi etiam Ange. & Imo. aliquid per Bal.
in auth.res.C.com.de leg. Sed vidi dubitari, quid de pluribus
iocalibus †quæ donantur vxori tempore nuptiarũ an debean- 2
tur reſtitui hæredibus viri, vel debeant remanere penes mu-
lierem ſol.mat Et fuit concluſum ſequendo opi. Bart. in l. ſed
& ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup.per illũ text. quòd
debemus inſpicere an ſint donata à conſanguineis viri,& eius
contemplatione videntur donare.ergo acquiruntur viro: &
eius hæredibus.debent reſtitui:aliàs ſecus.idem Ioan. de Imo.
ibi ſem.pro quo fa.quod no.Bal.& doc.in l.filiusfa. ff.de con-
di.& demon.idem tenet Ang Are.in alle.§.fuerat. Adde quòd
mulier † ſolu.mat.veſtiri debet pannis lugubribus & velis,ex- 3
pen hæredum viri ſecundum qualitatem perſonarum & quan-
titatem patrimonij, ſi & in quantum in regione talis conſue-
tudo ſit veſtiendi, aliàs hæredes viri ad iſtam impenſam non
tenentur,de quo no.Bal.& Ang.in l.decreto.C.ex qui.cau.in-
fa.irro.& Angel Are.formaliter vbi ſuprà.ver.debet etiam. &
Bal.in Marga.verſi maritus.ij.& ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Dominus dans ſerue veſtimenta quibus ei ſerniat certo tempore, & in menſa, ſerue recedente peterit dominus ea ab ee auferre.*

2 *Actor non poteſt ſibi ius dicere, & propter debitum reum ſpoliare ſuis facultatibus.*

3 *Legans veſtimenta vernalia & aeſtiualia familiaribus ſuis, haeredes legatary cogentur eos bis in anne veſtitr.*

QVAESTIO CCCXXXVIII.

a ITEM ſi dominus, poteſt retinere veſtes ſeruitoris, quas eidem fecit, dicto ſeruitore ab eo recedẽte. Bar. tractat iſtã quæſtionẽ in l. fi. ff. ſol. ma. quã vide, & idem videtur in l. illud veſtimentum ff. de pecu.

1 a Dic quòd † quædam veſtimenta dantur ſeruis, non vt ſint
ſuæ: ſed vt his vtantur certo tempore. vt cum ſeruiunt domi-
no in menſa, & non aliter. Alia eſt veſtis quæ datur ſeruitori
vt ea vtatur, & ad ſuum vſum conſumat, quam diſtinctionem
ponit tex. in l. illud veſtimentum. ff. de pecu. vnde primo caſu
videtur dari veſtimentum vt ſpecies. Secundo caſu videtur
dari. vt quantitas: vt l. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorum ff. de
vſufructu ea se. quæ vſu conſu. Iſto ergo caſu quando datur
veſtis vt pecunia, ſic dicas, Aut famulus recedit ex tali cauſa,
ex qua inſolidum ſibi ſatisfieri debet: quia abſque culpa ſua,
ſed culpa domini, & tunc abſque dubio non poteſt retineri
veſtis. Si non debet fieri integra ſolutio ſecundum diſtinctio-
nem poſitam in l. ſi vno. §. item cum quædam. ff. loca. tunc non
debent ei auferri veſtimenta, ſi vult domino reſtituere quanti-
tatem: vt in d. l. ſi §. ſeruus vxoris. ff. ſol. ma. Sed ſi quantitatem
non vult reſtituere, conſuetudo inducit vt poſſint eis veſtimen
ta auferri: ratio eſt, quia communiter iſti ſeruitores ſunt ſuſpe-
cti & fugitiui. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau.
2 cre. Sed † ſi non eſſent ſuſpecti, non videtur quòd de iure poſ-
ſint ei auferri veſtimenta, & propter debitũ pecuniæ quis poſſit
ſpoliare reum & ſibi ius dicere: licet contrarium de conſuetu-
dine obſeruetur. Nec obſt. præalle §. ſeruus. quia ibi illi quibus
erant veſtes datæ, erant ſerui: & ſic veſtimenta non erant ſua
effecta. Nos autem loquimur in ſeruitoribus liberis: præterea
ibi non dicitur quòd dominus ſpoliet eos ſua propria autho-
ritate: imo magis contrarium: ita ſing. determinat Bar. in alle.
§. ſeruus vxoris. idem tenet Bal in authen. ne ſi. pro pa. in ſi. &
idem Bal. remiſſiuè tamen in l. diuerſarum. C. de capu. & poſt
3 li. reuer. Adde † quòd ſi quis promiſerit veſtimenta vernalia &
æſtiualia ſuis familiaribus: & ſi legata fuerunt in teſtamen-
to vxori vel alijs, debebunt veſtiri annuatim veſtibus hiema-
libus in kalen. Septembris quæ debent durare vſq; ad kal. Feb.
& veſtibus æſtiualibus à kal. Aprilis vſq; ad kal. menſis Septẽ-
bris: ita no. Bar. Io. de Pla. & Ia. reb in l. j. C. de militari veſte. li.
xij. Et vlterius huc adde quæ ponuntur ſuprà. q. cclxix.

SVMMARIVM.

1 *Bona mariti vergentis ad inopiam non poſſunt aſſignari vxori in praeiudicium creditorum.*

2 *Vxor poteſt ſe oppenere creditoribus facientibus executionem in bonis mariti, & agere ad dotem & vſumfructum.*

QVAESTIO CCCXXXIX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] ſi † mulieri fuerint aſſi-
1 gnata bona mariti, quem dicebat vergere ad ino-
piam. an dicta aſsignatio valeat, ſi fuerit facta non
vocatis creditoribus. remiſſum fuit ad Cy. C. de iure
do. in l. vbi. q. xiij. & in authen. ſed iam neceſſe. C. de
do. ante nupt. & Bart. in l. ſi conſtante. circa vltimam
partem repetitionis. ibi quartò quæro. Et fuit con-
cluſum quòd non.

a Quod intelligas verum quoad præiudicium creditorum.
arg. in l. j C. res inter alios acta. & vide per Bart. vbi ſuprà, &
ita tenet Ioan. Pe. de Fer. in ti. de for. libel. quando mulier agit
ad dotem & vſumfructum. in gloſſ. vxor quædam, ver. ſi. valet
2 tamen quoad præiudicium mariti. † An autem creditoribus
facientibus executionem in bonis mariti, mulier eius ſe poſ-
ſit opponere, & allegãdo & probando vergentiã ad inopiam,
petere poſſit dotem reſtitui vel aſſignari in bonis ipſius ma-
riti, & ita quoad hoc prædictam executionem impedire? dic
quòd ſic, & ita ſeruatur, & tenet Bald. not. in tracta. dot. char.
lxxxviij. in xxiiij. priuil. & ibi vide idem de Ferra. vbi ſuprà, in-
de quæritur. adde hic quæ ſcribam in q. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta de dote recepta in bonis mobilibus, quae non apparent conſtante matrimonio, praeſumitur facta in fraudem crediterum.*

2 *Inſtrumentum dotis confeſſata, ſi nen appareat ante contractum matrimonium eſſe factum, praeſumitur confeſſio facta in fraudem creditorum.*

3 *Maritus videtur vxeri donare in fraudem crediterum, niſi appareat dotem fuiſſe numeratam.*

QVAESTIO CCCXL.

ITEM maritus conſtante [a] matrimonio con- a
feſſus eſt ſe recepiſſe centum in dotem, expoſt non
vocatis creditoribus mulier dicens dictum maritum
vergere ad inopiam. vel aliàs malè vti ſubſtãtia ſua,
facit ſibi aſsignari bona mariti, An talis confeſsio
teneat? Concluſum fuit quòd non, quia caſu præmiſ
ſo præſumptio eſt iuris & de iure, quòd talis confeſ
ſio ſit fraudulosa, niſi creditores cõfiterentur eam
ſufficienter eſſe factam, vt tenent prædicti doct. vt
ſuprà, & multa alia vide per Bart. in locis alleg.

a Vide ſuprà in addi. ad quæſt. cccvij. & dic, quòd confeſſio
† de dote recepta in bonis mobilibus, quæ non apparent fa- 1
cta conſtante matrimonio, præſumitur facta in fraudem cre-
ditorum, de quo eſt gloſ. ſing. in auth. ſed iam neceſſe. in ver.
debitor. C. de do. ante nup. quæ vult quòd non tantum præſu-
matur facta in fraudem præſentium creditorũ, ſed etiam futu
rorum. Et q; præſumatur facta in fraudẽ creditorũ, tenet Bar.
in præalleg. l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. in ver. iiij. quæro, pone q;
vir, &c. ibi item aduerte q; in omnibus, &c. vbi dicit † quòd in 2
illis caſibus opus eſt q; appareat inſtrumentũ dotis cõfeſſatæ
ante contractum matrimoniũ. nam ſi conſtante matrimonio
vir confiteatur dotem ſe recepiſſe: & pro illa dote confeſſata
reſtituenda obligauit ſe & bona ſua. Siquidem Deus fuiſſet in
rebus mobilibus, præſumptio eſt iuris, & de iure, quòd fuit
fraus, & nullo modo præiudicat creditoribus. alle. d. auth. ſed
iam neceſſe, & hoc etiam firmat Bar. & doct. in l. poſt contra-
ctum. ff de do. & cum iſto dicto Bar. tranſit Bal. Ang. & vterq;
Raph. in præalle. l. ſi conſtante. in princ. & ita communiter te-
netur in creditoribus præſentibus. Sed in futuris creditori-
bus. licet gl. in d auth. Sed iam neceſſe, idẽ dixerit: tamen Cy.
Bar Bal. Ang. & Salic. in d. auth. Sed iam neceſſe. dicunt quòd
hoc eſt contra tex. in l. j. C. de iur. fiſ. lib. x. & ibi Bar. & Bald. &
Ales. de Imo. quapropter doc. in prçalleg. auth. ſuſtinendo gl.
dicunt q; aliquando apparẽt aliqua ſigna ſiue indicia, ex qui-
bus poteſt fraus præſumi, vt ff. qui & à quib. l. ſi maritus. cum
glo. & tunc etiam futuris creditoribus non præiudicat, quia
etiam præſumitur facta confeſſio in fraudem ipſorum, aliàs
ſecus, & iſta fraus præſumitur ex coniecturis, vt in c. ij. de re-
nun. lib. vj Ita etiam dicit Bar. in l. ait prætor. §. ita demum. ff.
quæ in fran. cre. Et ſic contra creditores præſentes eſt præſum
ptio iuris, & de iure, vt dictũ eſt, niſi † appareret de numera- 3
tione quia videtur donare. Bal. in l. j. ij. col. C. de dot. promi. &
Ang in l. pe. ff. quæ res pig. obli. poſ. Bar. in l. ſi diuortio. & ibi
doc. ff. de verb. ob. & alij in l. ſi voluntate. C. de do. promi. Spe.
in tit. de dote poſt diuor. reſti. § ſi. ver. quid ſi vir diu. Io. Pet.
de Ferra. vbi ſuprà, in gl. ſuper verbo dedit. in ver. deinde quæ-
ritur. Sed contra futuros creditores non eſt præſumptio frau-
dis: oportet ergo q; contra eos fraus probetur: vt in d. l. ſi ma
ritus. in ſi. & arg. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Et proba-
tur maximè quòd ſtatim poſt dictam confeſſionẽ dotis mari-
tus recepit pecuniam ab eo cui mulier vult anteferri, ita dicit
Cy. Ang & Sal. in alle. auth. ſed iam neceſſe. Aduerte tamen q;
Bal. in rub. ff. quæ in fran. cre. ver quæro cùm concepiſſet, &c.
dicit ſingulariter quòd prædicta præſumuntur facta nõ tantũ
in frau. cre. ſed etiam ſimulata, quæ ſimulatio nullis creditori-
bus nocet. arg. not. in l. iij. C. de rep. hære. & quod ibi per glo.

& doct.

& doct. Et ſic ſentit Bal. quòd cenſeatur ſimulata etiam quoad futuros creditores, quod dicit eſſe verum ſi ſint creditores ex cauſa oneroſa: ſecus ſi ex lucratiua. alle. c. ij. ne ſe. vacan. & quod ibi not. qualiter autem iſtud ſit practicandum, vide per Ang. Are inſti. de act. in § fuerat. xvj. col. ver. venio ad ſecundum. & verſic. ſe. Et caſu quo valeat prædicta confeſſio quis præferatur, an mulieres vel creditores alij in bonis mariti. vide Aug. vbi ſuprà. xvij. col. ver. capiamus ergo tertium.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegati perpetuatur per citationem nondum executam: & hoc de iure canonico: ſecus de iure ciuili. nu 2.*

3 *Iuriſdictio non perpetuatur per ſolam ſubdelegationem.*

QVAESTIO CCCXLI.

a ITEM an iuriſdictio [a] delegati, † vel ſubdele-
1 gati perpetuetur per ſolam citationem nondum executatam? Concluſum fuit quòd ſic: ita tenet Collect. in c. licet. de offic. deleg. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr.

a Gaſpa. recitatus à Sicul. in c. fin. de offic. leg. in fi. concludit, quòd ſufficiat iudicem commiſiſſe citationem ante mortem vel finitum officium delegantis, licet citatio non perue-
2 nerit ad citandum: & † hoc verum de iure canonico per alleg. c. licet. quia per hoc incipit vti iuriſdictione: non autem de iure ciuili: niſi citatio peruenerit ad citandum. l. & quia. ff. de iuriſ. om. iudi. Sed Sicul. in allega. c. fin. tenet tam de iure ciuili quàm canoni. ſufficere iudicem commiſiſſe citationem per text. & rationes per eum ibi alle. quas vide, cuius opi. ſæpenumero ſeruari vidi me exiſtente officiali. Sed maius eſt dubium vtrum perpetuetur per ſolam denegationem. Super quo dicit
1 Sicu. in c. relatum. 1 de offic. deleg. quòd multæ fuerunt opi. inter quas eſt opi. Hoſtien in d. c. licet. qui multum in hoc laxauit habenas, dicens quòd qualitercunque delegatus incœperit vti iuriſdictione ante mortem delegantis, perpetuata ſit iuriſdictio, mouetur per d. c. licet. vnde ſi elegerit ſibi notarium vel nuntium, quòd perpetuata ſit iuriſdictio. Ad idem gl. in c. ſi à ſubdelegato. de offic. dele. lib. vj quæ formaliter tenuit quòd ſi delegatus ſubdelegat ante mortem delegantis perpetuata eſt iuriſdictio & ſubdelegando vſus eſt iuriſdictione. idem tamen Sicul. in allega. c. relatum. & c. ſequen. & c. licet.
3 alleg. tenet † quòd per ſolam ſubdelegationem non perpetuetur iuriſdictio per rationes vtrobique per eum poſitas. ad idem Archi. contra gloſſ. allega. c. à ſubdelegato. & ibi tenet Paul. & do. de quo per Franc. in alleg. c. licet. & in cle. ij. vt lit. pend. Idem tenet domini. in præalleg. c. licet.

1 ADDITIO. c. relatum. Vide per Feli. ibid. iij. col. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Solennitatem qui allegat, eam probare tenetur.*

2 *Acta concernentia proceſſum, & acta concernentia merita negotij principalis, quænam ſint.*

3 *Appellatus proſequens cauſam ad eum ſpectat onus probandi.*

4 *Appellanti abſurdum foret producere acta ſuis ſumptibus vt faciat fidem pro aduerſario contra ſe.*

5 *Appellanti ab actu extraiudiciali, vel ab interlocutoria ſemper incumbit onus probandi.*

QVAESTIO CCCXLII.

a ITEM condemnatus [a] quidam appellauit à ſententia diffinitiua: tradidit libellum appellatorium, cui fuit negatiuè reſponſum: nihil probauit: producit etiam ſententiam contra ſe latam. ipſis appellato & appellante proſequentibus, appellatus ipſe nihil produxit, fuit renuntiatum & concluſum. Quæſitum fuit pro quo deberet ſententia ferri, & quomodo? videbatur quòd non eſſet ferenda pro appellante: quia non probauit quòd iniquè fuerit ſententia lata, & præſumptio eſt pro ſententia, & ſic pro appellato. c. in præſentia. de renun. Concluſum fuit contrarium, & lata fuit ſententia pro appellante per not. Compoſtel. in c. bonæ. el j. de elect. ſuper verſicu. præſumitur. & per gloſſ. in l. hi qui. C. de appel. & ibi Cyn. in l. per hanc. C. de tempo. appell. quæſt. v. & Barto. in l. j. ff. ſi tutor vel cura. appell. vbi diſtinguit ſic, aut tractatur de probando hoc: ſcilicet, quòd ſit rectè appellatum, ſcilicet intra decem dies. & petiti Apoſtoli & ſimilia. Et hoc debet probare appellans, hoc enim ſibi incumbit: vt C. de tempo. appell. l. fin. §. penult. Aut quæritur quis debeat probare de iuſtitia vel iniuſtitia, & tunc aut vnus ſolus proſequitur, & tunc ſi vult obtinere debet probare id quod ponitur in authen. de his qui ingre. ad appell. §. illud, colla. v. & in l. ampliorem. C. de appel. Aut vtraque pars proſequitur: & tunc diſtinguitur: quia quædam eſt probatio per modum abnegatiuum: verbi gratia, dico ſententiam latam me non citato non præcedente cauſæ cognitione, vel non apparet aliquid probatum, propter quod debuerim condemnari. & hoc volo probare per inſpectionem actorum, quia in eis non continetur citatio, neque terminus ad probandum: vel dicit actor victus, Cùm intentio mea ſit fundata nihil eſt probatum, propter quod reus debuerit abſolui, inſpiciantur acta, in quibus continetur iſta probatio, & tunc appellanti incumbit onus probandi, ſeu habendi copiam ſententiæ, & actorum omnium: vt l. quoniam nonnulli. C. de appell. & per inſpectionem actorum probatur iſta negatiua. vt l. fin. C. de reb. credi. Quædam eſt probatio per productionem teſtium & inſtrumentorum ſuper nouis vel antiquis articulis. Et tunc ille habet probare in cauſa appellationis, qui debebat probare in prima, vt d. l. hi qui. & l. eos. §. j. de appel. & l. per hanc. de tempo. appel. Ita intelligitur gloſſ. in alleg. l. hi qui. & doct. & Specul. qui ponit titu. de ſen. §. fina. in fi. Nec obſt. d. l. hi qui. quia ibi tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis volens opponere excuſationes, tenebatur illas probare.

a Et in hoc conueniunt doct. pro quo bonus text. in cap. romana. §. ſi verò. de appella. lib. vj. c. ſignificauerunt. de teſti.
qui † enim ſolennitatem allegat, eam probare tenetur l. qui- 1
cunque. §. quæ à pupillo. ff de publi. tenet Specul. tit. de appel. §. de offic. verſic. pen. Bart. vbi ſuprà. idem Bart. Bald. & Salic. in alleg. l. hi qui. idem Bart. in authen de his qui ingre. ad app. Iaco. de Aret. Pe. & Cyn. in alle. l. per hanc. Sien in c. præſentia. de renun. Ioan. Fab. in alleg. l. hi qui. & Præpo. in c. vt debitus. de appel. pe. & vlt. col. & vbi poſt Flori. tenet idem, quòd videlicet appellans teneatur probare quando vult impugnare ſentiam quòd iniquè lata non fuerit, vel quia dicit non fuiſſe citatum: vt in præallega. authenti. de his qui ingre. ad appellan. §. illud quoque. colla. v. Iacob. de Aret. Cyn. Bar. & Bal. Præpoſi. & Sicul. vbi ſuprà. Ioan. Per. de Fer. in titu. de forma
appel. à ſen. diffi in glo. & inquantum ver. proinde dicit † quòd 2
quædam ſunt acta concernentia proceſſum: quædam ſunt acta concernentia merita negotij principalis. Primo caſu quando vnus ſolus proſequitur cauſam appel. ſiue ſit appellans ſiue appellatus, tenetur acta formalia expreſſius producere & probare ſimul cum ipſa ſententia à qua appellatio eſt interpoſita: aliter iudex faciliter ignoraret quid & qualiter infirmare vel confirmare deberet. l. præcipimus. C. de appellatio. cætera verò acta quæ merita negotij concernunt producere non tenetur, Præpo. in alleg. c. vt debitus, refert Mateſi. videre abſurdum quòd appellans quando ſolus proſequitur, teneatur actor producere & probare: pone enim

quòd

quòd actor petit centum ex cauſa mutui. & nihil probauit:
fuit tamen condemnatus reus qui appel. & fuit proſecutus
actore abſente & contumace: dicemus ne reum debere proba
re hanc negatiuam, videlicet pecuniam ſibi non fuiſſe mutua-
tam: & certè non l.actor. C. de probati l.j. ff. nil no. appel. pe.
fatetur tamen quòd iudex ex officio poteſt ſupplere pro acto-
3 re abſente. d.l.ampliorem. in princ. ſed † ſi appellatus proſe-
quitur, ad eum ſpectat onus probandi. d. §.illud. vbi dicitur,
Victores non aliter potiantur ſententiis quàm ſi eas ritè latas
docuerit. quod intelligat ſanè ſi non ſufficit victori ad obtinē-
dum confirmationem prioris ſententiæ: niſi appareat iuſta ſen
tentia, & acta producat, non tamen ſi reus erat abſolutus: quia
actor non probauerat, quia tunc debet probare, ſi prima pro-
batio non erat plena. Iſta ſunt verba formalia Bar. in alle. l. hi
qui. & in l.j. ff. ſi tutor vel cu. appel. & in auth. de his qui ingre-
di. ad appel. Aduerte quia Præpoſi. in alle. c. vt debitus, col. vlt.
4 dicit iſtam opi eſſe valde iniquam: nam † abſurdum eſt appel-
lantem ſuis ſumptibus producere acta vt faciant fidem pro
aduerſario contra ſe. vt l. nimis grauè, de teſt. C. & c.j. de pro-
bat. ſufficere ei debet quòd producat illam partem actorum
quæ facit pro ipſo appellante, per quæ iuncta cum ſententia
colligitur iniquitas ſententiæ, niſi aliud per aduerſarium do-
ceatur: & ſic debet intelligi l. quoniam nonnulli. & l. iudicibus.
C. de appel. vnde dicit idem Præpoſi. quòd ſi actor plenè pro-
bauit per teſtes in cauſa principali, vt per inſtrumenta, & reus
fuit condemnatus, & in cauſa appellationis reus producit ſo-
lum ſententiam, & alia acta non fuerunt producta ab ipſo reo,
nec ab actore, iudex debet pronuntiare bene appellatum &
male iudicatum, ſicut concluſum fuit in noſtra quæſtione:
quod eſt notandum: & ita ſemper vidi ſeruari: & ita voluit Si-
cul. in c. quoniam contra falſam, de proba. dum innuit non
eſſe præſumendum, proceſſit, ſed oportere probari per ſtan-
tem pro ſententia, vt ibi. & in c. cum inter. in fi. à contrario, de
re iudi. Nec etiam præſumatur pro iuſtitia ſententiæ, quia ipſa
ſententia & ipſius virtus eſt extincta: ſeu ſaltem ſuſpenſa per
appellationem, vt in c. venientes. de iureiu. & in c. paſtoral. §.
prætereà. de offic. deleg. l.j. ff. ad Turpil. ff. nil no. appe. pen. l.
vna. §. integer. vnde is qui habebat probare in prima inſtātia,
habebit probare onus, & probabit producendo prima acta
vel alia de nouo. vt in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpoli. & c. cum
Ioannes, de fi. inſtrumen. & l. per hanc alleg. & hanc dicit eſſe
communem concluſionem in c. præſentia. alleg. & Innocen.
& clarius Cal. in c. quoniam contra falſam. & Innocen. in cap.
cum in iure. de offic. dele. & niſi ſententia iuſtificetur ex prio-
ribus actis, vel aliis legitimè fiendis, talis ſententia retracta-
bitur per iudicem appellationis. vt in d. c. cum ad ſedem. Idem
tenet Specu. in tit. de ſen §. quoniam, verſicu. fin. In hac vlti-
ma concluſione conueniunt omnes docto. in locis ſuperius
alleg. Et præmiſſa locum habent quando appellatum eſt à dif-
5 finitiua. Nam † ſi appelletur, ab actu extraiudiciali vel ab in-
terlocutoria ſemper appellanti incumbit onus probandi, cap.
vt debitus. alleg. & cap. cordi. eodem titu libro vj. & clementi.
appellanti. eod. titu. in clemen. ratio, quia tenetur appellans
oſtendere ſe appellaſſe ex iuſtis cauſis, quæ ſunt exprimendæ
in appellatione, tenent communiter docto. vbi ſuprà. & locis
ſuperius alleg. Sed quid ſi victor negat latam eſſe ſententiam,
Innocen. in c. generali. perpetuus. de fide inſtr, dicit quòd cau-
tela eſt quòd iudex aſſignet terminum ad illam producendum
ad inſtantiam appellantis, quando appellatus eam occultat,
nec de illa vult facere copiam. Et ſi neget illam ſe habere,
pronuntiet ſi quo tempore appareret talis ſententia, illi non
eſſe dandam fidem, ſequitur Bart. in l. ſi appellationem. C. de
appella. Pet. de Ancha. c.j. v. col. eod titu libro vj. Angel. Aret.
in l.j. in princip. ff. quæ ſen. ſine appel. reſtind. Quinimo Pet.
de Ferra. vbi ſuprà. verſic. ſed circa prædicta: dicit quòd ſi ap-
pellatus negat latam eſſe ſententiam, tunc iudex pronuntiabit
bene appell. ſeu ſuperfluè appellatum, & imponet aduerſario
ſuper ipſa ſententia perpetuum ſilentium, imò plus cogetur
aduerſarius renuntiare ipſi ſententiæ, & dabitur talis confeſſio
ipſi appellanti in publica forma: vt ea ea valeat ſe perpetuò
tueri. vt C. de libe. cau. l. iubemus. & ij. quæſtio. j. cap. multi. &
facit quod legitur & nota. in cap. ſignificauerunt. de teſti. &
tenet Sicul. in allega. c. generali. perpetuus. de quo per Præ-
poſi. in alleg. c. vt debitus.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio vna, quæ ordinatur ad extinctionem iuris, & contra præſtationem, ſufficit.*
2 *In vltimis voluntatibus tot ſunt obligationes quot præſtationes annuæ diurnæ vel menſtruæ.*
3 *In vltimis voluntatibus eſt vnum legatum, & præſcriptiones diuerſæ.*
4 *Annuum legatum ſunt plura legata.*
5 *Obligatio vbi orta eſt de præſenti, licet exactio ſit delata in diem, incipit vniformiter præſcriptio contra annuum debitum.*
6 *Differentia quænam ſit inter legatum & ſtipulationem.*

QVAESTIO CCCXLIII.

ITEM fuit quæſitum. a Quando incipit curre- a
re præſcriptio annuæ præſtationis debitæ ex con-
tractu? Concluſum fuit quòd incipit in principio
cuiuslibet anni, vt plenè ponit Cy. in l. cùm notiſſi-
mi. §. in his. C. de præſcrip. xxx. vel xl. an. & Hoſt. in
ſum. tit. de præſcrip. §. quæ exigantur. vel quid ergo
dices in annuis, dicens quòd quamuis Ioan. Butr. &
Azo. & glo. rigorem iuris ciuilis ſequuntur: tamen
Mar. & Placen. verius dicunt, vt ibi.

a Videlicet quòd tam in ſtipulationibus, ſiue contractibus,
quàm legatis præſcriptio incipiat quolibet anno. & ita com-
muniter tenent doct. noſtri citramontani. & ſequitur Rapha.
Fulgoſ. conſilio clxxiiij. Salic. in alleg. l. cùm notiſſimi. in fine.
veruntamen vltramontani, ſicut Bald. & Bartol. & alij com-
muniter tenent, quòd contra annuam præſtationem ex con-
tractu debitam ex die ceſſationis præſcriptio incipit, etiam
contra omnes præſtationes futuras: & ſufficit vna præſcriptio:
quia vna eſt obligatio, licet præſtationes ſint diuerſæ: &
† ideò vna præſcriptio ſufficit, quæ ordinatur ad extinctionem 1
iuris, & contra præſtationem. Sed in † vltimis voluntatibus 2
tot ſunt obligationes, quot præſtationes annuæ, diurnæ, vel
menſtruæ. & ideò totidem præſcriptiones requiruntur. ita
tenet Ioan. Andr. poſt Goſ. in cap. auditis. de præſcriptio. Bal.
in l. cùm notiſſimi. §. in his, alleg. vbi etiam refert Bart. tene-
re gloſ. & bene in contractibus. Et † quòd in vltimis volun- 3
tatibus eſt vnum legatum & præſcriptiones diuerſæ. & quòd
ſufficit vna præſcriptio, de quo etiam vide Bartol. in l. ſi prius.
de aqua plu. arcen. & in l. de pup. §. ſi in pluribus. & Paul. de
Caſtro, de noui oper. nuntiat. & Bald. in l. fin. C. quæ ſenten.
ſine certa quantit. profer. quæ † dicit quòd annuum legatum 4
ſunt plura legata. & licet currat in vno præſcriptio, non cur-
rit in futuris annis. vide etiam Angel. in l. Stichum. §. ſtipula-
tio. ff. de verb. oblig. & Specul. in titu. de loca. §. vj. verſic. xlj. 1
& ſequen. Ioan. Andr. & Sicul. in præallega. cap. auditis t. &
Anto. in cap. peruenit. de cenſi. Bald. in additio. Spec. titu. de
loca. verſic. ſi debes mihi. per gloſ. & doct. moder. in l. plures.
C. de fide inſtrum. per Bald. in l. eos. C. de vſur. Bart. in alleg.
l. cùm notiſſimi §. in his, ſuſtinendo gloſ. in effectu dicit quòd
† vbi obligatio eſt orta de præſenti, licet exactio ſit delata in 5
diem, incipit vniformiter præſcriptio contra debitū annuum.
Sed vbi obligatio non eſt orta de præſenti, ſed oritur quo-
libet anno, vt in legato ſimpliciter annuo, procedit contraria
opinio, quia cùm obligatio ſit in diem, non currit præſcri-
ptio: niſi à tempore extantis obligationis, & ſic debet intel-
ligi præalleg. l. cùm notiſſimi. §. in his. & ſic ex hoc concludit
† quòd non eſt differentia inter legatum & ſtipulationem, ſed 6
debemus in vtroque aduertere an obligatio ſit nata de præ-
ſenti, licet exactio. An verò obligatio ſit in diem. & ſecundum
Sicul. in alle. c. auditis. qui ibi ſequitur Bart. quando obligatio
eſt de præſenti. & delata executio ponit exemplum: dixit te-
ſtator, lego nepoti meo mille: & volo quòd ſibi tradātur de-
cem annuatim ſolùm: hoc caſu delata eſt exactio, arg. l. ex his.
C. quan. dies le. ce. & pro primo membro Bar. adducit. cap. de
quarta. de præſcri. vbi patet quòd vnica præſcriptione quadra
genaria tollitur quarta decimarū debita epiſcopo: quæ com-
muniter ſoluitur quolibet anno: quia obligatio eſt orta de
præſenti, licet exactio ſit delata ad tempus. Ioan. Fab. in ante-
dicta l. cùm notiſſimi, dicit probabiliter poſſe dici quòd vbi
agitur pro arreragiis xxx. ann. quòd obtineat opinio Ioan.
ſed vbi præſtationes fuerunt ſolutæ aliquibus ann. aliquibus
non. verbi gratia, petuntur pro ann. xx. & xxx. & de aliis fuit
ſolutum: tunc obtinet l. alle. vt tunc currat ab illo ipſo, à quo
debuit ſolui. & hanc partem amplecti videtur Salic. in alleg.
l. in fi. Sed Ioan. Fab. dicit idem in legatis, quod in ſtipulatio-
nibus, cuius contrarium tenet Salice. vbi ſuprà. Et iudicio
meo

meo per rationes tractatas per Sali. iſta opi. de iuris ſubtilitate videtur eſſe verior. Adde hîc quæ ſcripſi ſuprà q. lia.

1 ADDITIO. c. auditis. Adde Feli. ibidem in vlti. col.

SVMMARIVM.

1 *Conſules alicuius ciuitatis vel caſtri an habeant plenam iuriſdictionem, vel merum vel mixtum imperium. & nu. 2.*

QVAESTIO CCCXLIIII.

1 ITEM fuit † quæſitum. [a] Vtrum conſules ali-
a cuius caſtri, vel ciuitatis de iure habeant iuriſdictionem? Concluſum fuit quòd non. & ita videtur tenere Innocen. in c. cum ab Eccleſiarum. de offi. ordi. & Per. Iac. in libellis ſuis, in addi. tractans de muneribus, ſub. §. j. verſi. Item iſta collecta quæ fit per conſules. &c.

a Dic verum eſſe quòd ciuitati † ſeu eius rectori competit
2 iuriſdictio ſimplex in caſibus leuibus tantum. vt in auth. de defen. ciuita. §. nos igitur. §. audiant. & §. iuſiurandum. colla. iij. C. de defen. ciui. l. j. & de man. prin. §. quod ſi delinquentes. ea. coll. Non tamen habet merum & mixtum imperiū. vt in §. alle. fallit in ciuitate Roma. in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præfect. vrbis. fallit etiam hodie in ciuitatibus Lombardiæ quibus merum & mixtum imperium eſt conceſſum per l. & pacem Conſtantiæ. & in aliquibus alijs ciuitatibus quæ omnem iuriſdictionem cum mero & mixto imperio ex præſcriptione longiſſimi temporis ſibi quæſierunt, aut imperiali conceſſione. de quo glo. in alleg. §. iuſiurandum. Bal. & Præpo. in cap. j. de pace iura. fir. §. iudices. in vſibus feu. Aug. Are. in l. illud. la ij. ff. de appel. Bar. in l. quominus. in ver. primò quæro. in ij. col. ff. de flumi. Io. Pet. de Ferra. in ti. de forma libelli pro actio. confeſſio. in glo. plenam. Spec. in tit. de iuriſdictione omnium iudi. § j. & verſi. minimi. & verſic. ſeq. & ibi Bald. in addit. Bartol. Cæpo. in ti. de ſerui. ruſti. prædio. regula de flumi. j. colum. & l. præſidea. & ibi Bar. C. de epiſco. audi.

1 ADDITIO. Iuriſdictio ſimplex. An conſules ſe poſſint cum vniuerſitate congregare ſine licentia domini, in cuius iuriſdictione ſunt. vide per Goi pa. q. cvj. & ccccccxxj. & adde hîc q. j. cccxlviij. & q. ccccxvj.

SVMMARIVM.

1 *Iudex is eſſe præſumitur cui fit commiſsio.*
2 *Ad ſuperiorē recurritur pro iuriſdictione maiori.*
3 *Excuſans ſe à iuris ignorantia ex ſpeciali priuilegio mittendus ad priorem iudicem.*
4 *Executor debet admittere omnes exceptiones concernentes ipſam executionem.*
5 *Exceptiones quæ impugnant ſententiam, ſunt exceptio nullitatis, & falſorum inſtrumentorum.*
6 *Iudex minor quomodo poſſet infringere ſententiam maioris.*
7 *Nudus executor quis dicatur.*
8 *Sententia ſi euidenter fuerit nulla, executor non poterit eam exequutioni demandare.*
9 *Sententia cùm tranſiuit in rem iudicatam non poteſt amplius de nullitate excipi.*

QVAESTIO CCCXLV.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An merus executor poſſit cognoſcere de exceptione propoſita coram ipſo? Cōcluſum fuit quòd non: vt no. per gl. & doct. in c. paſtoralis. §. quia verior. de offi. delega.

a Quia huiuſmodi materia eſt quotidiana, hanc doctrinam Sicu. quæ multum mihi placet, poſitam per eum in §. allega. & in c. de cætero. de re iudi. aliquibus paucis additis ſcribere decreui. Cùm ergo quæritur de executione quæ fit ante omnem cauſæ cognitionem & diffinitionem, & de hoc ad plenum, vide per Sicu. & doc. in c. ſi. de præſum. & in cle. vnica. de offic. dele. in cle. Aut quæritur quando commiſſio fit poſt ſententiam duntaxat. Et tunc † dic quòd is cui fit commiſſio 1
eſt iudex, cùm in actu executionis multa poſſint allegari: vt in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. & in l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vti. pub. & not. ibi Bald. & facit quòd no. Inno. in c. cum ſuper. in fi. de re iudi. & probatur in cap. venientes, el ſecundo, de teſtibus. commiſſarius enim hoc caſu ſuccedit loco iudicis. Nunquid ergo id quod poterat opponi cōmiſſario, poterit opponi contra iſtum executorem. Et hoc caſu bene conſidera ſecundum Bart. in d. l. à diuo Pio. quòd quandoque executio committitur alicui in defectum iuriſdictionis: vt quia ille qui ſententiauit nō poteſt exequi, puta, quia arbiter vel delegatus inferioris à principe, quo caſu recurritur ad ordinarium & ad delegatum: & tunc indubiè talis executor habet omnem cognitionem, quæ requiritur in executione, vt in d. l. à diuo Pio. Et dicit idem Sicu. ſe credere quòd iſti tales tanquam ſuperiores potuerunt pronunciare ſuper nullitate actus, ar. c. cum ab eccleſiarum. in fi. de offic. ordin. ſunt enim iſti, pronunciando officio functi ſuo. Et idem videtur quando inferior tulit ſententiam, puta Archi. in iuriſdictione ſua, & pro executione recurretur ad epiſcopum tanquam ad ſuperiorem: quod non confirmauit Spec. in tit. de execu. ſenten. §. nunc videndum. ver. vt autem ſequitur. & Ant. in allega. c. de cætero dicens ſe putare hoc procedere, & etiam ſi inferior poſſit exequi ea quo ſuperior illius videtur ſuper executione, nam inferior poteſt exequi per iuriſdictionem quam habet, vt plenè dixit idem Sicu in c. ſi quis contra clericum. de foro competen. Sed † pro iuriſdictione maiori ſolet ad ſu- 2
periorem recurri, vt ibi dicit. Item poſſet iſte ſuperior de retractatione cognoſcere per viam reſtitutionis, vt not. Spec. in loco præalleg. facit. c. penulti. de in integrum reſtitutio. & quod legitur & not. in præalleg. c. cum ab eccleſiarum. Quandoque committitur alicui executio à ſtatuto in auxilium iuriſdictionis: vt quia per ſtatutum deputatur aliquis ſuper executione ſententiarum, & tunc ſecundum Bartolum quædam eſt cognitio circa res, in quibus eſt fienda executio & de hoc poterit iſte cognoſcere, vt in dicto §. ſi ſuper rebus. & ſequen. Quædam eſt cognitio ſuper exceptione quæ opponitur poſt ſententiā, & tunc aut opponitur tale quid quod cōcernit merita principalis cauſæ. Exemplum ponit Bart. in his, in quibus loquitur text. in l. ſecunda C. de iur. & facti ignoran. vt puta quia † dicit quòd debet excuſari à iuris ignorantia ex ſpeciali 3
priuilegio. & de iſtis non poterit cognoſcere talis executor, ſed debet remittere ad priorem iudicem, allega. l. penulti. ff. de confeſ. Bartol. in dicta l. à diuo Pio. & in l. qui procuratorem. ff. de procurato. Bal in dicta l. & ſi non cognitio. & Ang. l. ſi vt proponis. C. de execu. rei iudica. Quædam ſunt exceptiones quæ ſolùm reſpiciunt executionem, non infringunt ſententiam, vt exceptio compenſationis. vel quòd non exigatur quis vltrà quàm facere poſſit, & ſimiles: & de iſtis cognoſcit executor, & pro hoc ho. text. & ibi Bartol. in d. l. pe. ff. de confeſ. Et etiam pronuntiabit vt ibi, ſuccedit enim ille quoad executionē loco primi iudicis, ideò † debet admittere omnes 4
exceptiones concernentes ipſam executionem ad hoc præallega. § ſi ſuper rebus. cum ſequen. & ibi Bar. Quædam † ſunt 5
exceptiones quæ directè veniunt contra ſententiam, & eam impugnant: vt exceptio nullitatis vel falſorum inſtrumentorum. & ſimiles, & gloſſ. in capitulo, & ſi non cognitio. xxv quæſtione ſecunda, & in allega. c. paſtoralis, tenet quòd executor poteſt de his cognoſcere, & ibi eſt gloſſa multum no. vide per Specul. qui idem tenuit, titu. de execu. ſenten §. primo, ver. vt autem. dicit tamen illa gloſſ. quòd cognoſcit ad finem vt ſuperſedeat & remittat ad ſuperiorem, non autem vt ſuper illis pronunciet. & idem voluit Bartolus in allega. l. à diuo Pio. & pro caſu alleg. Sicu. textus in alleg. c. de cætero. & in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & d. l. pe. de confeſ. in primo dicto. & idem finaliter voluerunt Inno. & Hoſt. in præalleg. c. de cætero. idem Bartolus in l. ſi prætor. in prin. ff. de iudi. & in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iu. & in l. ſi. C. ſi ex fal. inſtru. idem Io. de Imo. in allega. capi de cætero. Innocen. in c. cum in iure, de offi deleg. Angel. in l. ſi vt proponis. C. quo modo & quando iudex. Et † ſi diceremus contrarium, poſſet 6
ſequi abſurditas ſecundum Bartol. & Sicu. vbi ſuprà, ſcilicet quòd iudex minor poſſet infringere ſententiam maioris vel paris contra l. magiſtratus. ff. de arb. Idem per omnia tenet Bartol. quando iudex ſententias delegat executori ante cognitionem habitam ſuper executione fienda. & hoc voluit finaliter Innocen. in allega. cap. de cætero. Addit tamen Sicul. quòd ſi opponitur exceptio concernans iniuſtitiā & non nullitatem; non debet executor ſuperſedere, etiam ſi ſciat eam iniuſtam: quia fecit ius inter partes, ex quo tranſiuit in rem

Iudicatam : vt in dicto capitulo paſtoralis. §.quia verò,de of-
fi.delega.tamen Innocen.ſingu.dicit ſe non conſulere execu-
roribus criminalium cauſarum vt in perſonam condemnati
pœnam exequantur,ſi cognoſcunt illum iniuſtè condemna-
tum,licet teſerat alios contradicere.ar.c cum miniſtet. xxiiij.
q.v.& in hoc vide quod dicit idem Sicu.in allega.§.quia vero.
& hoc dictum Inno.tefert & ſequitur Ang Peruſ.in d.l.à diuo
Pio. qui videtur in alio deuiare à prædictis à Bar in d.l.ſi præ
tor.in ſi.aliter inducendo quàm Bar.ſed Inno.intelligit illam
l.ſecundum quod intelligit Bart.& placet Sicul. Tertio mem-
bro principali quando executio ſententiæ committitur poſt
ſententiam & habitam cognitionem de executione, vt in cō-
7 miſſione quæ fit nuntio,& iſte ſecundùm Bart. vocatur † nu-
1 dus executor , 1 & nullam habet cognitionem. vt d. l. ſi vt
proponis.& l.executorem. Et eſt ratio, quia omnis cognitio
præceſſit,& ideo mera executio videtur commiſſa, & hoc mo
2 do ſecundum eum cognoſcitur merus executor,& hoc ſequi-
tur Ant in d.c.de cætero, 2 dicens quòd iſte talis nullam ex-
ceptionem poteſt admittere, & idem Bal. in præallega. l. & ſi
non cognitio refert ibidem tenere Odoffre.& omnes.Bar.in
præalleg.l.à diuo Pio, in prin. Aduertendum tamen eſt quòd
8 glo.in c ſic non cognitio,dicit † quòd quantumcunque exe-
cutio ſit mera, tamen ſi euidens eſt ſententiam eſſe nullam
vt per falſa inſtrumenta.executor nō debet eam exequi,quod
placet Sic.in eo.c.de cætero.arg eius quod not.in l. iuſtè poſ-
ſidet.ff.de acqui.poſ.Nam vbi ſententia eſt nulla,non excuſa-
tur quis authoritate iudicis , præſertim quando euidens eſt
eam eſſe nullam niſi aliud dicatur in caſu iſto quando habita
fuit cognitio ſuper executione. Sed vt dicit Sicu.facti euiden-
tia præualere debet arg c.veritate. viij diſtin. & c. euidentia.
de accu.ſed tamen ſecundum eum poſſet diſtingui, dic quòd
aut præſentibus partibus fuit ſuper nullitate ſententiæ lata
9 aliqua ſententia,& tunc† cùm tranſiuit in rem iudicatam non
debet amplius excipi de nullitare.ar.in l.j ff. quæ ſen. ſine ap-
pella.reſcin.Aut nulla ſententia lata fuit, & tunc ſecus,abſtine
bit iſte executor ab executione ſententiæ non ratione iuriſdi-
ctionis cùm nullam habeat. Sed quia non meretetur dici ſen-
tentia , ex quo eſt nulla.l.iiij.§.condemnatum. ff.de re iudic.
facit quod no.Inn.in c ſi quando.de offi.deleg. de quo etiam
Pet.de Ferra.in tit. de forma execu.ſen.in gloſ. publico nun-
cio.ver.quæritur an hic nuncius.

1 Additio. Nudus executor. Nudus ſiue merus executor nullam admittit exceptionem , regulariter fallit in quinque caſibus.vide per do.Fe de ſenten.in c.paſtoralis.de offi. dele. item executor mixtus qualiter differat vide per eundem Feli. in c.inter dilectos.de fi le inſtru.

2 De cætero. Adde Feli.in eod. cap. de cætero. vbi latiſſimè per eum.

SVMMARIVM.

1 *Culpam proponens debet eam probare.*

QVAESTIO CCCXLVI.

a ITEM fuit quæſitum, [a] creditor qui tenetur de
cuſtodia.ſi res pignorata perdatur vel deterioretur,
& opponatur per debitorem quòd propter culpam
creditoris periit, teneatur probare dictam culpam?
1 Concluſum fuit † quòd proponens culpam debeat
eam probare.Sufficit autem creditori quòd probet
perditionem vel deteriorationem aut modum amit-
tendi ſeu deteriorandi,vt ponit Cyn. C. de pignor.
actionibus l. creditor.

a Aduerte ſecundum gloſſam Bartol.& doct.in l,ſiquis † ex argentariis.§ ſin.ff.de eden. & Bald.Salice.& docto.in præalleg.l.ſi creditor.& Angel.in §.ſi.inſtitu. quib. mo.recon.obli. Aut creditor debet probare ſine culpa ſui ſe perdidiſſe : quia aut eſt caſus qui committi poteſt ſine ſui culpa, vt incurſus hoſtium. & tunc ſufficit quòd probet caſum , Aut ineſt culpa, vt incendio , & tunc opus eſt quòd probet quòd perdidit in tali incendio ſine culpa ſui. Si autem debitor vult dicere, quòd dolo vel quòd culpa dedit caſum , tunc debet ipſe probare : vt l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.ad quod vide not. per Sicul.in c j.de vſuris.

1 Additio. In l.ſi quis.§.ſina. Vide ibi Iaſon. in vltima columna.

SVMMARIVM.

1 *Fornicationem ſimplicem aſſerens nō eſſe peccatum, eſt hæreticus.*
2 *Luxuria eſt peſtis blanda.*
Blandum malum luxuria.
4 *Fornicatores regnum Dei non poſſidebunt.*

QVAESTIO CCCXLVII.

ITEM fuit † quæſitum, nunquid aſſerens ſim- a
plicem fornicationem non eſſe peccatum, ſit hære- 1
ticus ? concluſum fuit quòd ſic, vt tenet Collect.in
c.j.de hæreticis.

a Idem tenet Archi.in capitulo,fertur,prima quæſtione pri-
ma : quòd autem ſit peccatum graue aut mortale probatur.
Primò authoritate.inquit enim Sene.in proœ.declama. Ni-
hil tam mortiferum ingeniis quàm luxuria. & idem in trage-
diis, Luxuria † eſt peſtis blanda. & idem ad Lucillum,Vanas 2
fuge voluptates , breues & pœnitendas.Et idem libro ſecun-
do declam.adoleſcens luxurioſus peccat: ſenex luxurioſus in-
ſanit Et Tuli.libr j.de offi.Luxuria cùm omni ætate turpis ſit,
ſenibus tamen fœtidiſſima eſt: & alibi eo.li.ſi conſiderare ve-
limus quæ ſit in natura excellentia & dignitas , intelligemus
quàm ſit turpe deſluere luxuria,& delicatè atque molliter vi-
uere , quàm honeſtum parcè continenter ſeuerè & ſobriè,&
Vale.maxi.lib.ix.Blandum † malum luxuria.& Tho.iiij.c. at- 3
tendite filij ab omni fornicatione, & vt dicit xxxij. quæſtione
vij.c.nō ſolum.quæuis immunda pollutio fornicatio dicitur,
quamuis quiſque diuerſa turpitudinis voluptate proſtituatur.
Idem eſt præceptum decalogi nō mœchaberis. Exo.xx.xxxij.
q.vj.non mœchaberis. ad idem Deut.xxij.ibi. Non erit mere-
trix.&c.& j. ad Corint. vj. fugite fornicationem &c. neſcitis,
quia iniqui † regnum Dei nō poſſidebunt. nolite errare, quia 4
neque fornicarij,neque idolis ſeruientes,neque adulteri, ne-
que molles,neque maſculorum concubitores regnū Dei poſ-
ſidebunt,& ad Hæbr.decimotertio,fornicatores & adulteros
iudicabit Deus,& ad Ephe.v. Omnis fornicator aut immun-
dus,aut auarus &c.non habet partem in regno Chriſti & Dei,
ad Gal.v.manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio, im
munditia,luxuria , impudicitia &c. qui talia agunt , regnum
Dei non conſequentur:& paulò vlterius, Abſtinete vos à car-
nalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam:& Apo.xxj.
homicidis & fornicatoribus &c.erit pars eorum in ſtagno ar-
denti & ſulphure,hoc etiā quàm pluribus authoritatibus aliis
nec non rationibus concluditur per Rober. quenen. ſermo
xxx.c.j. per bea.Tho.ij.q.cliij.ar.iiij.per gloſſ.in clem. ad no- 1
ſtram.de hære.& Ioan.de Imo.Sicu.ſuper Rubrica. de adulte.
per archiepiſcopum Flo.in ſumma moralis.ij.parte tit.v.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Conſules ciuitatis vel caſtri quibus de cauſis poſſint indicare propria authoritate collectas.*

QVAESTIO CCCXLVIII.

ITEM fuit quæſitum, [a] an † conſules alicuius a
ciuitatis vel caſtri poſsint propria authoritate indi- 1
cere collectas. Petrus Iacobus in addi. quæ incipit,
illi Philippo datum fuit,tenet quòd non.& no. in l.
forma.ff.de cenſi.C.de epiſc.& cle.authen.item nul-
la.l.nemini.C.de oper. publi. & l.omnes. eo. titulo.
C.de ſuperindicto.dicta l. vnica.libro decimo,& de
excuſa.mune.l.placet.eodem libro,& quod no. Ar-
chi.in c.ſacerdotes,decima quæſtione ſecunda, vide
gloſſam in l.prima circa finem. & ibi per Bartolum.
ff. quod cuiuſque vniuerſitatis, & aliquid per Inno.
in c.graue.de ſenten.excom.

a Dic poſt Sic. in capitulo peruenit. de immu.eccle.vlt.col. quòd ciuitas pro vtilitate publica non poteſt imponere collectam.vt l.vnica.de ſuperindicto.C.libro decimo, & ibi Bartolus.Alexander de Imola, & Iacobus Rebuffus.Sed pro neceſſitate ciuitatis bene poteſt , & idem in prouincia vt tenet Bartol.Imol. & Reb.in allegat.l.vnica,& in l.vnic.C. de mune.&

ne. & quo loco & in l. placet de execu. mune. eo. libro. Idem Ia. Rebu. in alleg. l. vnica. C. de mune. & poſt Bartol. idem Angel. Bart. & Bal. & Moder. in l. iiij. §. actor. ff. de re iud. Idem Ioan. de Imo. ibidem, & Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. & glo. & Bart. in l. j. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuerſita. no. & per Bart. in conſi. punctus quæſtionis talis eſt, quidam nomine &c. facit quod no. Innocē. in c. grauè. de ſen. excom. per Ang. in authen. qui mo. nam. effi. ſui. §. ſiquis igitur, in ij. Ang. in præalleg. §. actor & Bal. in l. ciuitas ff ſi cer. pet. Iaco. Rebu. in allega. l. vnica. C. de ſuperindicto. formans quæſtionem in conſulibus an poſſit facere collectam. latius diſtinguit, quia aut conſules volunt facere collectam propter neceſſitatem ſine qua non poſſunt perficere ſuam adminiſtrationem: vtpu- ta propter lit. vel debitum exoluendum, & tunc poſſint: vt d. l. j. ff. quod cuiuſque vniuer. §. quibus, cum glo. aut volunt facere collectam propter vtilitatem publicam? vt quia volunt conſtituere ſalarium medico vel aduocato, & tunc poſſunt. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fa & l. vnica. C. de decre. decu. li. x. Aut volunt facere collectam propter ludos vel pro nouo aduentu principis volunt facere parlamenta & non poſſunt, vt l. j. C. de præben ſala. Quod intelligit inuitis & nolentibus vt l. j. de ſpecta. C. libr. xj. & hoc eſſet verum niſi conſuetudo aliud induceret. Bar. verò in præalle. locis ſuprà dicit quòd non poſſet imponi collecta vt donaretur alicui, quia illud appellatur decretum ambitioſum. l. ambitioſa, ſuprà allega. & de decre. decu. per totum. Pro vtilitate verò publica totius imperij non poteſt imponi per ciuitatem niſi cum licentia principis. l. j. §. quod ſi nemo. alleg. & ibi Barto. in l. j. C. de mune. & quo loco. & l. vnica. C. de ſuperindicto. alle. de quo vide per Clauaſ. in §. tallia. verſicu. ij. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Collectans banno imperiali ſubiacet.*

2 *Bannum eſt diffidatio quedam & initium belli.*

3 *Collectas dicens eſſe licitas, probare tenetur per leges ſenatuſcon. & conſtitutiones principum.*

4 *Conſuetudo diurna tendit in fauorem principis,*

5 *Iura reſeruata principi vt præſcribantur requiritur tempus, de cuius initio non eſt memoria.*

6 *Imperator & quilibet alius princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt leges condere.*

7 *Imperator & alij domini inferiores poſſunt ſubditis ſuis immunitatem talliarum concedere.*

8 *Vniuerſitas ſi lædatur per priuilegium principis proprio motu conceſſum, eſt ſuper hoc principis remedium implorandum.*

9 *Conceſſio ſeu priuilegium inferiorum non præiudicat vniuerſitati, ſed concedenti.*

10 *Ciuis factus ſub conditione vt ſit immunis ab omnibus oneribus, in ſuo priuilegio manutenendus eſt.*

QVÆSTIO CCCXLIX.

a ITEM pone, quòd præſes prouinciæ, a dux, vel marchio, comes, communitas, vel alius dominus prouinciæ temporalis alicui habitatori ciuitatis, caſtri, vel alterius loci ſibi ſubiecti hanc immunitatem, vel libertatem dederit, ne in aliqua tallia, collecta, vel exactione aliqua à quocunque vel ex quacunque cauſa imponenda hominibus eiuſdem loci, aliquid dare vel contribuere teneatur. Iſta fuit quæſtio quam ponit Ioannes Andræas in capitulo peruenit. de immunita. eccleſia. qua in effectu quæritur an tale priuilegium ipſi proſit, ſaltem in præiudicium vniuerſitatis: vt ſic totum onus immineat reliquis de vniuerſitate. An verò præſuppoſita validitate priuilegij ſolum valeat in præiudicium priuilegiantis: vt ſic reliqui tantò minus ſoluere teneantur, quantum eſt illud, quod priuilegiatus ſoluiſſet, ſi non emanaſſet priuilegium.

a Et quia reperi librum meum vitio ſcriptorum vitioſum & in hac quæſtione malè correctum, dictam, & concluſiones Ioan. And. modo ſequenti ſcribere decreui. Prima igitur eius concluſio quòd omnes talliæ & actiones generaliter ſunt damnatæ per noua iura, & maximè quantum ad eccleſias: vt in l. Frederici, hac edictali. §. clicitas. de pace iura. fir. in vſi. feu. colum. x. Ad idem facit alia l. quæ incipit, ad decus & decorem ſuper tua. de ſtatu & conſuetu. contra liber. eccle. edi. colla. ea. §. item nulla communitas. Ad idem vide quod habetur in authentic. de eccleſ. titul. §. ad hoc ſancimus. & authentic. vt nulli iudic. liceat §. nulli. collatio. nona, quam concluſionem Sicul. in allega. capitul. peruenit, tertia colum. intelligit veram eſſe regulariter. nam in multis caſibus permittuntur collectæ & exactiones. Et quatenus text. in præallega. authentic. item nulla. dicit † quòd collectans banno imperiali debet ſubiacere, dicit idem Sicul. bannum † eſſe diffidationem quandam & initium belli, de quo vide not. per Bald. in authentic. idem nulla communitas. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Secunda concluſio † quòd quicunque dicit collectas ſeu exactiones eſſe licitas, hoc probare tenetur vel per leges, vel per ſenatuſconſultum, vel conſtitutionem principis. C. de vacati muner. public. l. vnica. libro decimo. & ibi Bartol. & Iacob. Rebu. vel per conceſſionem à principe ex cauſa ſpecialiter impetrata. in l. vnica C. de ſuperindicto. eo. lib. & ibi Bart. Iaſ. Rebu. & Alexander de Imol. vide quod not. Archidiaco in capitul. ſiquis tompetas. vigeſimaquarta quæſtio. tertia. & quod legitur & not. in ca. Innouamus. de cenſi. & Clauaſ. in ſumma. tit. de tallia. ver. j. vel per conſuetudinem diuturnam, non per violentiam, ſed ſponte communiter ab omnibus approbatam. C. de cano. largi. l. præcepit. & de auro coro. l. vna, libr. x. quod vltimum intelligit Sicul. quando † conſuetudo tendit in fauorem principis vt ſibi acquiratur collecta. tunc enim valet conſuetudo diurna modo prædicto, vnde dicebatur in quadam l. conradi. quam modò non habemus: vt refert Ioann. Andr. in c. peruenit. quod noſtri anteceſſores habuerunt, nullo modo exigimus. vnde aliud putat idem Sicul. cùm quis citra Imperatorem vult ſibi vendicare ius imponendi tallias & collectas per conſuetudinem. Nam ſi tunc † velit præſcribere iura reſeruata principi requiritur tempus, de cuius initio non eſt memoria: vt in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſigni. & vide quod not. Bartol. in l. publicamus. §. in vectigalibus. ff. de publi. Et intellige prædictam concluſionem quoad laicos ſecundum Ioan. And. & Sicu. Nam quoad eos † poteſt princeps Imperator ſuper his leges condere & priuilegia concedere: vt patet. C. de vaca. mune. l. vnic lib. x. ff. de iure immu. l. ſemper. §. ſi. & C. de excu. munc. l. placet. lib. x. & ibi Bar. & Iac. Rebu. & idē dic de quolibet alio principe non recognoſcente ſuperiorem ſicut eſt rex Franciæ: vt leg. & not. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & quòd rex Franciæ neminem recognoſcat vide ſingulariter commen pragma. in proœmio ſuper verſicu. Dei. & latiſſimè per Præpoſi. in titu. de iura. fir. in princ. ij. colum. & aliquid per Sicul. in allega. cap. peruenit. vj. colum. Tertia concluſio quòd domini temporales citra Imperatorem poſſunt ab hominibus ſuis tallias exigere in caſibus à iure licitis vel conſuetudine approbatis: quod intelligas de conſuetudine prout ſupradictum eſt. & vide huiuſmodi caſus enumeratos per Alexand. de Imol. in allega. l. placet. C. de excu. mune. per Flo. in iij. parte ſummæ. tit. iij. c. iiij. § ſciendum. & Clauaſ. in §. tallia verſic. ij. Quinta † concluſio non ſolum Imperator, ſed etiam domini inferiores poſſunt immunitatem talliarum & exactionum concedere ſubditis ſuis: differunt tamen in hoc ſecundum quod Ioā. And. ſentit, ſi aliquis citra principem conceſſit hanc immunitatem, non eſt occaſione huius priuilegij hominum vniuerſitas aggrauanda: vnde ſecundum eum ſi vnus locus conſueuit dare centum libras, & dominus terræ alicui de habitatoribus immunitatem præſtiterit, dicendum quòd ſibi præiudicari potuit, ſed nō vniuerſitati: debet ergo detrahi de ſumma centum librarum pars quæ in hoc priuilegiatum contingeret ſi priuilegium non haberet, de quo remittitur ad Specul. titul. de cenſi. §. nunc dicendum. nam ſi diceremus contrarium, ſequeretur abſurdum & iniuſtum, quia ſi ſinguli ſic priuilegiarentur paucis exceptis, ſequeretur quòd totum onus illis paucis remaneret, quod eſſet iniuſtum: & quandoque foret eis impoſſibile. arg. ff. de condi. inſti. l. conditiones. & l. filius. Si autem talia priuilegia ab Imperatoribus conceduntur, omnino ſunt ſeruanda ſicut ſonant, dummodo motu proprio principis ſint conceſſa: vt in iuribus ſuperius allega. ſecus

ſi per ambitioſam importunitatem petentium fiat obtenta, & hoc caſu ſecundum eum poſſunt iura intelligi quæ videntur huiuſmodi priuilegia annullare: vt C. ſi contra ius vel vti. pubil. l. fi. & l. vacuatis. C de decu. li. x. & l. ſi quis ſine. cum l. ſeq. C. de vect. & commiſ. Dicit tamen Io. An. quòd ſi per priuile-
8 gium † principis proprio motu conceſſum vniuerſitatem grauiter lædi contingeret, ineſt ſuper hoc ipſius principis remedium implorandum, vt patet in eo quod legitur & not. in ca. ſuggeſtum. de dec. debet tamen vniuerſitas æquanimiter ferre modicam læſionem: quia nec pro modico eſt reſtitutio facienda. vt l. ſcio. ff. de in int. reſtit. & c. penul. de re. eccle. non alie. Et ſic cócluditur ad ſolutionem noſtræ quæſtionis quòd conceſſio ſeu priuilegium inferiorum non præiudicat vniuerſitati, ſed concedenti. Secus in priuilegio per principem conceſſo. Et ex præmiſsis etiam infertur quòd priuilegium concedens immunitatem à collectis non valet niſi ſit motu proprio conceſſum, quod dic eſſe verum niſi in priuilegio eſſet appoſita clauſula tali l. non obſtante, quia cùm ſit contra l. non valet niſi in eo fiat mentio de ea. vt no. Bar. & Iac. Reb. in l. vacuitas. C. de decu li. x. & idem Bar in leg fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. Sicu. & Cano. in c. nonulli. de reſcript. Quinimo dicit Bal. in l. nec damnoſa. C. de præc. impe off. ꝙ in tali priuilegio immunitatis debet apponi clauſula non obſtãte l. nec dãnoſa. Et niſi dicatur non obſtante. l. vacuatis. præal. & ibi Bar. & maximè in ruſticis. vt Spe. ti. de cenſi. & no in l. omnium. in fi. C. de vect. & ibi Bal. quòd gabellæ vel collectæ non poſſunt remitti reſcripto principis, infertur etiam ex præmiſsis quòd inferior à principe poteſt in ſui præiudicium immunitatem à collectis concedere, ſed non in vniuerſitatis præiudicium, idem & fortius dicit Sicul. in alle c. peruenit. quando priuilegium veniret in præiudicium Imperatoris. vt d. l. vacuatis. & quod ibi not. in gloſſ. quod vltimum intelligit, niſi ob nimiam paupertatem. tunc enim officialis ſuper exactione deputatus poteſt remiſsionem facere. vt not. poſuit Bar poſt gl. in le omnes. C. de anno. & tri. li. x. An autem ciuitas poſsit hoc priuilegium immunitatis alicui concedere. Et breuiter dic poſt Bar. in præallega. l. vacuatis. in l. ij ff. de iure immu. & Sicu. in c. peruenit. quòd aut quæritur de ipſis decurionibus. & dicendum vt habetur in l. j. C. de decu. vbi concluditur quòd doctoribus & medicis poteſt poſt eos concedi, aliis verò non: & dic vt ibi legitur & notat. reſpectu verò ciuitatis diſtingue quòd aut vult concedere in præiudicium domini ſuperioris & non poteſt. vt not. glo. in præal. l vacuatis. facit quod in ſimili legitur & no. in ca. venientes. de iure non. Aut vult concedere in ſui præiudicium. Et tunc ſi vult concedere iam ſubditis & non poteſt, vt d. l. ij. de iur. immu. niſi fieret conceſsio aliquibus ex cauſa: puta doctoribus vel medicis. vt d. l. j. C. de dec. de quo per Bart. in l. ſi duas. §. fi. ff. de excu. tu. Aut vult concedere ſubditis venientibus ad inhabitandum de nouo in ciuitate, & poteſt: vt d. l. ij. & l. pe. ff. de decre. ab ord. fa. & quod ibi not. Et hoc intellige in ciuitate non habente iura principis: nam illa poteſt vt Imperator. ſicut no. in. l. infamem. ff de publi. iudi. & in alleg. c. ſuper quibuſdam. de verb. ſignifi. Quinta concluſio quòd immunitas ſub generalitate conceſſa nulla ſpecificatione facta neminem excuſat ab oneribus patrimonialibus ſupportandis. & de hoc eſt bo. tex. in l. qui immunitatem. C. de munc. patri. l. x. Idcirco dicunt Bartol. Alexand. de Imo & Iac. Reb. in l. vacuatis, alleg & idem Bart. in præalleg l. ij. quòd qui vult plenam immunitatem conſequi, debet eam habere ſpecialiter, & diſtingue vt fiat mentio de oneribus realibus perſonalibus ordinariis & extraordinariis: alias ſi ſimpliciter concederetur, non haberet immunitatem à pa-
10 trimonialibus. ideò ſis cautus & vide vbi ſuprà. Adde † quòd ille qui factus fuit ciuis eo pacto vt collectas & munera non ſubiret, eſt in ſuo priuilegio manutenendus. l. j. C. de his qui ſponte mu. ſub. Eſt enim iſtud priuilegium irreuocabile cùm tranſiuerit in contractum, vel quaſi: de quo vide quod notat Bart. in l. qui ſemel. ff. de decre. ab ordine faciend. per Ioan. Andr. in additione Speculatoris, tit. de cenſi. §. nunc dicendum in tertia & quarta columna. vbi de hoc & ſimilibus quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio voluntaria non requirit præſentiam partis.*
2 *Parte abſente quis poteſt cedere liti.*
3 *Confeſsio facta in libello parte abſente valet, ſi fuerit facta poſt litis conteſtationem, & nu. 4.*

QVAESTIO CCCL.

ITEM fuit quæſitum.[a] An confeſsio iudicialis a
facta per reum actore abſente 1 valeat? Et conclu- 1
ſum fuit quòd ſic: & ita ſeruatur, maximè in confeſsione voluntaria, per not. Cy. in l. vna. C. de confeſ. q. vj. alle. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & l. fin. ff. de inter. act. & Bartol. in l. ij. §. antedictis. dicit quòd ſcribi debet in actis, quòd præſente parte facta eſt, aliàs non valet, quia alteri per alterum &c. & hoc intelligit vbi conſenſus duorum requiritur, ſecus vbi conſenſus vnius ſolum, vt in ratihabitione, vel additione hæreditatis. Item hoc intelligit in confeſsione ſimplici & pura. Secus in confeſsione quæ fit in libello, quæ poteſt fieri abſente parte. vt l. cum pretium. C. de li. cau. quia tunc libellus traditur iudici, & per quoddam medium iudex tradet parti, & ſic talis confeſsio facta in libello, videtur eſſe facta aduerſario, & præſente parte, ſecus in aliis alle. authen. generaliter. C. de epi. & cle. authen. offeratur. & authenti. libellum. C. de lit. conte.

a Adde quò † ad primum caſum de confeſsione voluntaria, 1
hoc eſt quando fit in dependentibus à voluntate confitentis tantùm ſeu animum ſuum declarantibus, non requiritur partis præſentia etiam ſi fiat extra iudicium. vt l. Neſennius. ff. de neg. ge. vt ſi quis confitetur ſe aliquem aluiſſe animo donandi & ex pietate, idem ſi fiat in reali, quia quis poteſt habere rem pro derelicto etiam abſente parte. ff. pro derelicto. per totum. & l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. poſſeſsio.
hinc † eſt quòd abſente parte quis poteſt cedere liti. in l. poſt- 2
quam liti. C. de pact. per Bart. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de libe. lega. Secundo caſu quando confeſsio dependet à facto duorum. tunc ſi fiat per modum voluntariæ iuriſdictionis valet confeſsio facta parte abſente, dummodo ſit iudex vel aliqua perſona publica quæ recipiat loco abſentis † partis. c. quanquam. de vſuris, lib. vj. & quod no. in c. dudum. de conuer. coniuga. & in auth. generaliter de epi. & cle. gloſſ. & doc. in l. huiuſmodi. in princip. de lega j. Paul. de Caſt. in l. tale pactum. de pact. & conſi. ſuo lxxxj Bartol. in alle. §. liberationis. Sed ſi per viam contentioſæ iuriſdictionis & parte non citata, non valet. vt d. §. ſi quis abſente etiam ad liberandum. vt not. Bar. in alle. §. liberationis. Pau. de Caſt. in præalle. conſi. idem Bartol. in l. vnica. C. de confeſſ. per dictum §. ſi quis abſente. Angel. in authen. de hære. & fal. §. ſi verò expreſſum. colum. j. Si verò parte citata & tunc in caſibus in quibus poteſt procedi in abſentem, valet, aliàs ſecus. ad hoc l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iud. notat. Cyn. in l. vna. C. de confeſſ. de quo vide per Ioan. An. in addi. Spec. eo. tit. §. ſequitur. verſi. ij. & hæc de confeſsione ſimpliciter facta. Secus † vt ſuprà di- 3
ctum eſt de confeſsione facta in libello, quia valet parte abſente per rationem ſupradictam. & adde Ioan. de Imol. ita tenentem in c. ſi cautio. de fi. inſtru. Fran. de Zaba. in ca. examinata. de iudi. Bartol. in l. rura. in fi. C. de omni agro deſer. li. xj. Bal. in l. ij. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fa. C. & ibi Bart. Quod
† verum eſt poſt litem conteſtatam: quia ante poteſt reuocari 4
niſi parti ſit illius copia data: quia tunc non poteſt reuocari ſecundum gloſſ. in l. qui familiæ. in parua. ff. fa. erc. Item verum niſi arguatur peritium in libellatore: quia tunc non videtur fateri quod aſſerit in libello ſecundum Ioan. Andr. & in ca. fin. de iureiur. lib. vj. & Zaba. l. alle. ca. examinata. Et quod eſt dictum de libello, dic idem in poſitionibus vt in præalleg. ca. ſi. & idẽ in exceptionibus no. Bar. in d. §. ſi quis abſente. de quo per Sicul. in c. ex parte. de confeſſ. vij colum. & in ca. cum venerabilis. de excep. & idem Bart. in l. ij C. de his qui po. no. prædi. tit. aſſi.

t ADDITIO. Loco abſentis. Adde Iaſ. in l. tale pactu. l. j. col. & ſeq. ſed longè latius vide per Fel. in c. ſi cautio. de fi. inſtr.

QVAESTIO CCCLI.

ITEM an confeſſo 1 ſponte ſit neceſſe dare præ a
ceptum de ſoluendo? Cóclu ſum fuit quòd ſic: quia 1
talis

talis confeſsio ſit per modum contentioſæ iuriſdi-
2 ctionis & non volnntariæ.ita teouit Cyo. 2 l.voica C.de confeſ.q.ij.

a Quod mtelligas in ciuili quando confeſſio emanat ante litem conteſta. libello non oblato. nam tunc oon refertur ſententia,ſed ſit præceptum de ſoluendo : quod præceptum non eſt ſententia.ſed potius ad executionem tendit,gloſſ.q. j.ca.nos in qnenquam.in c.dudnm.de elect. Bartol. in præalleg.l.vnica. Aut confeſſio emanat poſt lit. conteſta. vel ſit ad libellum , & tunc fertur ſententia. & not. in dictis tunt. tenes Sicul.in c. ex parte de confeſſ. ix. col. Et licet dicatnr quòd confeſſus habetur pro condemnato in l. certum. ff. de confeſſ.l.vnies.C.eo. tito. gloſſ.& Bart.in l.de ætate.§. qui interrogatnr ff.de inter.ac.& Ro. deciſi. cccexxv. Et hoc quando confeſſus eſt quis in iudicio circa id quod pertinet ad deciſionem litis, etiam ſi facta ſit ſine cauſa ſecundum Bald.in l.ſicus C.de repu.hæred.id tamen exponit impropriè. vt not. gloſſ. in d.l.vnica.Noo enim propriè eſt condemnatus,nec habetur propriè pro condemnato,ſed fereada eſt ſententia : quia non poteſt quis condemnare ſeipſum. C. ne quis in ſua can.l. vna. & l.pe.ff.de arbi. Sicul. vbi ſuprà. Si autem confeſſio emanauerit in criminalibus , tune confeſſus eſt per ſententiam condemnandus.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto. reo.& not. Bartol. in l. vnica.& Spec.in tit. de confeſſ. §. j.verſi.penul,Innocen in c. quærenti.de offic.delega. Bal. in marga.ver.confeſſio.iij. Bart. in l.quoniam.ff.de infa.Bal.in præalleg.l.vnica.Inno. in c.per inquiſitionem.de elect.Ange.in alleg.l.ſi confeſſus. Sicu.in alleg.c.ex parte. qui hoc limitat niſi crimen ſit notorium : tunc enim procedi poteſt ad executionem ſine alia ſententia. text. eſt not.iuncta gloſſ.ſecundum vnam lect.in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no.infa.ſentit Innoc.in c.ex parte. de verbo ſignifi. vel ſaltem non requiritur ſententia cum ſolennitate debita,ſicut in aliis ſententiis. vt not. in cap.veſtra.de coha.cle.& mu. quod dicit eſſe notandum ꝙ iſti qui capiuntur in delictis & ſtatim abſque alia ſententia mittantur & fuſtigantur.

1 Additio. An confeſſo. Vide Gui.pa.in dec. Gra.q.cxc. & quæſt.ccxv.

2 Tenuit Cy.Quando quis habetur pro confeſſo an requiratur declaratoria.vide per do.Fel.in c.Rudolph.de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Cōfeſsio iudicialis præſumitur facta parte abſente.*

QVAESTIO CCCLII.

a ITEM fuit quæſitum , 1 An † præſumatnr de
1 iure,quòd confeſsio iudicialis facta fuerit præſente parte,vel abſeote?Cōcluſum fuit quòd præſumitur facta parte abſente:quia dicta ſolennitas eſt facti,quæ non præſumitur niſi probetur.vt l.ſciendū. ff.de ver.ob.cum ibi not.& in l.quæcunque.ff. de pu. & in l.j.C.de commit.ſtip.& in l.j.C.de vſuris.& in l. ij.§.in ſtipnlatiooe.inſti.de fideiuſſo.

a Et ibi Io.Fa.& Ang.Are.dicentes quid ſit ſolennitas intrinſeca & extrinſeca.idē videtur tenere Spe.in ti. de emp. & ven. §.ix.ver.nunc autem forma.idem Sic.in c.tenor. 1 de re iu.v. col alle.quod in ſimili no.Bar.in l. Theopōpus.ff.de do præ. Bald.in l.præſcriptione.C.qui lon.temp.præſcri.non ob.& ibi An.Bar.in l.is poteſt.iij.vj.col.ff.de acqu.hære. de quo per Bal. in l.ſi.§.j.in ſi.C.de bo.quæ lib.& Bart. in l.relegati, ff.de pœnis.Bal.& Ang.l.j.& l.optimam.C. de contrahē. & cōmitten. ſti.Pau.de Caſt.in l.illud.C.de ſacroſ.eccle.& conſ.ſuo. iij. Et idem dicendum de ſententia quòd non præſumitur lata præſence parte quando illud non cauetur in ea , voluit Inno.in c. cum in iure.de offi. dele.& hanc partem videtur tenere Io.An. in addi.Spe.ti.de ſen.prola.§.vt autem verſi. Et no.idem Sic, in alle.c.tenor. Secus in inueſtitura:quia præſumitur facta præſenti.vt tenet.Io.An.in addi.Spe.ti.de emp. & vendi.in præalle.ver.Nunc autem idem Oldra.conſi.ccxv. Sed aliud in iudicialibus vbi iura mandant citationes conſcribi & fieri.c. quoniam contra.de proh.c.ſignificauit. & c. Alberic. de teſtib. & vide Sicu.vbi ſuprà.vnde crederem ſatis quòd in iſtis extraiudicialibus haberet locum quod dicit Bar.in alleg.l.relegati.ff. de pœnis.vt quemadmodum dicimus de minori ætate. quòd vbi quis allegat abſentiam vel perſonam ad fundandum intentiooem ſuam vel exceptionem,debet illam probare: vt l.ſi minorem.C.de in inte reſtit. mino. de quo vide per Bald. & Angel.l. præſcriptione.

1 Additio. c. tenor. melius idem Sicul.in c. ſicut nobis. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtationi renuntiari non poteſt de partiū tacita vel expreſſa voluntate.*

2 *Ordo iuris vbi eſt ſeruandus,ibi & litis conteſtatio eſt neceſſaria.*

QVAESTIO CCCLIII.

ITEM fuit quæſitum, a Si de † partium tacita a
vel expreſſa voluntate poſsit renuntiari litis conte- 1
ſtationi, & alij ordini iudiciario ? finaliter fuit concluſnm quòd non : ita tenet Spec.titu. de ſen.impu. & de his quæ ipſam ſequuntur.§. iuxta.verſic. quid ſi partium volnntate.

a Idem tenet gloſſ.in c.ſi. de re iudi.lib. vj. & ibi Domi.glo. in cle.ſæpe.de verbo.ſignifi.in ſi.verſic.& ſcias. & ibi Guli. Io. de Imo. & Fran.Idem tenet Bart.in auth.offeratur.C.de lit.cōteſt.& in l.j.quando prono.non eſt neceſſ. Ioan. Fab.in alleg. authen.offeratnr.Sicu.in c.de cauſis.de offi.deleg. Rot. deciſio.xcj.dicens quòd † vbicunque eſt ordo iuris ſeruandus, eſt 2
litis conteſtatio neceſſaria: partes huic ordini & lit. conteſta. non poſſunt renuntiare.Quod tamen Ioan. de Imol.in præalleg.leg.cle.ſæpe,limitat ſecundum not.in alleg.c.ſi. de re iud. in v.gloſſ.quando partes conſentiunt vt procedat vt iudex. Si verò conſentiunt quòd poſſent procedere vt ſibi videretur , tunc ſecus prout ibi not,nam poterit tunc omittere ſolennitates iuris.& idem tenet Guli. de monte Lau.allega. de præſump.c.literis.de arbi.c.cum tempore.in auth.vt differentes iudices.§.ſi verò contigerit. idem voluit Sicu.in alle.c. de cauſis.dum innuit quòd partes poſſunt conuenire vt iudex procedat ſine omni ordine iudiciario. ſed tunc dictum ſuum non habebit vim ſententiæ ſed cuiuſdam pacti. nam ſicut ex poſt facto partes poſſunt approbare ſententiam nullam,& habebit vim pacti.vt leg.& no.in l.ij.C. communia vtriuſque iudi.& in c.ſignificaſti.de foro competen. Ita à principio poſſunt conuenire vt iudex procedat ſine ordine iudiciario ſed ſi vellet partes vt dictum iudicis haberet vim ſententiæ, tunc nō poſſunt remittere ordinem ſubſtantialem à iure inductum. vt in c.vnico.de lit. conteſt.& in l.properandum. C.de iud.& in præalleg.cle. ſæpe.in ſi. de verb.ſignific.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta compelli per iudicem eccleſiaſticum poteſt ad reficiendum rem emphyteuticariam.*

2 *Si Emphyteuta fuerit in dolo lata culpa , aliàs ſecus.*

3 *Emphyteuta vt expelli poſsit propter deteriorationem tria requiruntur.vide & nu.4.*

QVAESTIO CCCLIIII.

ITEM fuit quæſitum. a An † emphyteuta poſ a
ſit compelli reficere rem emphyteuticariam per in- 1
dicem eccleſiaſticum? Cōcluſum fuit quòd ſic.vt eſt textus in authen.de non alie.aut permu. re eccle. §. ſcire autem.collatio.ſecunda Et compelletur conditiooe illius l.& ſic actione perſonali poterit compelli per iudicem eccleſiaſticum. ita tenet dominus Arnaldus de villa ferra.

a Ad idem tex.gl.in auth.de alle.& emphy § ſi verò quis lo. cator. coll. ix.& ibi Bar.& in auth.qui rem.C.de ſacroſ.eccle. Ang.in alle.auth.de non alie.§.lex itaque.pro quo fa.l.ſi grege. in ſi.de le.j. Quod † intellige quando emphyteuta fuit in 2
dolo,lata culpa,prætextu cuius fuit domus cōbuſta. nam tunc poteſt cogi vt reficiat,tenet Baldus poſt Nico. de mata. in l.j. de iure emphy. & ibi Imol.& Angelus in alleg § lex.& etiam abbas.qui dedit in emphyteuſim rem,ſit iudex competens: vide per Lud.Poota.conſi.ccxij.verſi.quod ad ſecundum. Sed

nunquid ſicut emphyteuta ꝑpter ceſſationē ſolutionis poteſt cōpelli, ita etiā poſſit expelli propter rei deteriorationē, ſi deteriorauerit rem acceptā in emphyteuſim: in emphyteuta eccleſiæ clarū eſt quòd ſic, in præalle. §. ſcire, & §. ſi verò quis locator. & auth. qui rem. Sic dicendū eſt idē in emphyteuta priuati ſecundū Pet. Cy. Guid. de Zuza in alle. auth. qui rem. Bal. Ro. & Imo. in l. diuortio §. ſi. fundum & ibi per Mod. ff. ſo. ma. Iaſ. in l. ij. lxxxiij. col. xlij. q. Barba. in c. propter ſterilitatem, de loca. Io. Pet. de Ferra. in ti. de forma libe quo agi. ad ſict. præſta in gl. ſuper verbo ſictū. & in ſi. dicit tamē not. Bal. in præalleg. authen. qui rem. ij. col. & in l. prima. C. de iure emphyteu.
3 tertia col. & Iaſ. poſt eum vbi ſuprà, quòd † ad hæc vt emphyteuta propter deteriorationem rei poſſit expelli tria copulatiuè requiruntur. Primò quòd ſit deterioratio notabilis quantitatis, nam pro modica deterioratione non fieret reſciſio
4 contractus per l. ſcio. ff. de in integrū reſtitu. † Secundò quòd ſit ad perpetuam deteriorationem fundi, non ad eutam fructuum, quia compendium fructuum pertinet ad emphyteutā: & ideò non intereſt domini: ſed bene perpetua vtilitas. Et ideò ſecundū eum quamuis ſolicitè nō excolat agrum & ager efficiatur deterior reſpectu fructuum, non poteſt expelli. Subdit tamen notabiliter ſecus eſſe in vinea, quia ſi vineæ non putantur, ſiccantur & in perpetuum deteriorantur: & idem in
5 ſeciſſione arborum fructiferarum. Tertiò † requiritur quòd iſta deterioratio procedat dolo lata culpa vel leui, nam de leuiſſima non tenetur emphyteuta. alle præal. §. ſcire, cum glo. ibidem melius facit regula ſi vt certo. §. nunc videndum in primo, cum glo. ff. commo. quia iſte contractus celebretur, gratia vtriuſque debet venire dolus lata culpa & leuis, ſed non leuiſſima, vt ibi ita refert Ales. de Imo. in præall. auth. qui rem. ibidem tenuiſſe Pau. de Caſt. & Raph. Fulg. in conſ. incipiente, ſeruus Anto. idem Iaſ. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ quæ de iure compelli non poſſunt ferre teſtimonium, deficientibus aliis probationibus compelli poſſunt. id idem habet locum in clerico. & nu. 2.*
3 *Teſtes producens de veritate aliter non habenda probare debet.*
4 *Attinentes vſque ad ſeptimum gradum teſtificari non coguntur.*

QVÆSTIO CCCLV.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An † perſonæ quæ de
1 iure inuitæ non compelluntur ferre teſtimonium deficientibus aliis probationibus debeat compelli? Concluſum fuit quòd ſic, ita tenet Hoſtien. in ſum. titu. de teſt. cogen. in princip. & Colle. in c. ſi qui teſtium. de teſti. quia aliàs tacendo veritatem mortaliter peccarent vt ibi.

a Idem Guid. in l. lege Iul. ff. de teſta. Ant. Sicu. & Imol. in c. dilectorum. de teſti. cog. & idem Sicul. in c. j eo. ti. Barto. poſt
2 glo. in l. inuiti. ff. de teſt. Quod † etiam dic procedere in clerico vt non cogatur teſtificari, niſi veritas aliter haberi non poſſit. glo. in c. ſuper eo. de teſt. cog. & in c. ſtatuendum. ij. q. vj. Hoſti. in ſum. de teſt. §. j. Goffr. in ſum. eo. titu. Imo. in all. c. dilecto
3 rum. de teſt. cog. & Sic. in cap. j. eo. ti. & † q veritas aliter haberi nō poſſit tenetur probare is qui vult producere teſtes. Ant. Gem. & Imol. in allega. c. dilectorum. & Sicu. in allega. c. ſu
4 per eo. titu. & ibi vide. Adde † quòd attinentes vſque ad ſeptimum gradum non coguntur teſtificari, gl. & Ange. in l. fœmina. ff. ad Turpil. & in alleg. l. lege Iulia & ibi gloſ. dicit hoc eſſe verum tam in ciuilibus quàm in criminalibus Ioan. de Imo. & Sicu. in allega capi. dilectorum. Et niſi velint vt dicta l. lege Iulia, & ibi Bartol. & ſcribi debet in actis quòd volentes deponant ſecundum Bar. poſt Cy. in auth. preſbyteros. C. de epiſ. & cle. Adde etiam ſcripta ſuprà, quæſtio. iij.

QVÆSTIO CCCLVI.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Monaſterio ſancti Saturnini conceſſa ſunt plura priuilegia, & plures conſeruatores per ſedem Apoſtolicam quorū vnus eſt in ciuitate Tholoſæ: alius in ciuitate Pictauē. & alius in ciuitate Burdegalen. cum illa clauſula, quòd poſſunt trahere venientes contra dicta priuilegia etiam vſque ad quatuor dietas. Abbas ſyndicus vel monaſterium vult vnum ciuem Tholoſanum facere vocari coram conſeruatore Burdegalen. fuit oppoſitū per ciuem, quòd non poterat, quia debeat eum vocaſſe coram propinquiore. ſcilicet conſeruatore Tholoſano, & non coram Burdegalen. Concluſum fuit quòd ciuis bene dicit, niſi conſeruator præſens ex perſona iniuriantis, vel alia noua cauſa eſſet ſuſpectus impetranti ſcilicet abbati vel dicto monaſterio, quia tunc debet ſubdelegare, ſi forma id patitur: ſi non patitur, vel ſubdelegare non vult, tunc iuſtè monaſterium adiret remotior, vt facit de offi. dele. capitulo cum plures. §. primo. libro ſexto. ita tenet expreſsè Ioannes Andræ in additio. Spec. ti. de lega. §. ſina. verſic. ſed nunquid conſeruator.

a Idem videtur voluiſſe Domi in c. ſi. de offi. deleg. lib. vj. §. j. dum formata. q. prædicta remittit ad Ioan. And. vbi ſuprà, & ſubiungit idem Domi. ibi quòd conſeruationes huiuſmodi generales ſolum conceduntur per Romanum pontificem. & illud tenet ibi Ioan. An. & Ioan. de Imol. per rationes per eos ibidem allega.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio conceſſa ad certum tempus, tempore elapſo, expirat.*
Niſi ante lapſum terminum prorogetur per partes, nume. 2.

QVÆSTIO CCCLVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si in priuilegio † apponitur clauſula, ſcilicet præſentibus poſt quinquennium minimè valituris. An duret poſt quinquenniū iuriſdictio quoad cœpta? Concluſum fuit quòd nō: ita tenet Ioan. And. in addit. Specu. titul. de delega. §. ſina. vlti. colum. & in capitu. ſina. eo. titu. libro vj. Inno. & vlti. gloſſ. a
1

a Item tenet Domi. in allega. c. ſi. §. officium autem. & pro hoc alleg. eundem Specu. in titu. de procu. §. iij. verſic. quid ſi mandatum. & allega. idem tenere Lap. iuriſ. tamen † delegata 2
ad certum tempus, licet finiatur tempore lapſo, poteſt tamen ante lapſum terminum prorogari per partes, in ca. de cauſis. de offi. delega. poſt finitum verùm termi. ſecus, quia quod nō eſt, prorogari non poteſt, ar. c. ad diſſoluēdum. de deſpon. impu. pro hoc bonus text. in l. ſed ſi manente. ff. de preca. ſal. l. bonorum. ff. rem ra. hab. tenet Sic. in alle. c. de cauſis. pro quo facit no. in l. ij. §. ſi iudex. ff. de iudi. & ibi doc.

QVÆSTIO CCCLVIII.

ITEM fuit dubitatum. a Dati fuerunt conſeruatores & iudices etiam in his, quæ iudicialem indaginem requirunt, & quòd ſubdelegare poſſit etiam totum, & non obſt. conſti. bonæ fam. per ſe & alios procedere etiam extra locum, in quo deputatus eſt conſeruator & iudex, an poſſint ſubdelegare his, qui de iure poſſunt eſſe delegati, ſed non conſeruatores, vt canonici eccleſiarum cathedralium, quos conſtat delegari & ſubdelegari poſſe per decre. ſtatutum. de reſcri. lib. vj. Concludit Io. And. in alle. §. ſi. de dele. in Specu. addi. quòd non poterit ſudelegare niſi perſonas, quæ nominantur in præal. c. fin. de offi. dele. lib. vj. a

a Idem tenet Domi. in præalleg. c. fina. & allegat huiuſmodi quæſtionem fuiſſe etiam formatam per Ioan. Cal. an autem officialis principalis epiſcopi poſſit eſſe conſeruator: vide gloſſ. in clemen. & ſi principalis. in ver. delega. de reſcrip. in cle.

clem. & gloſſ.videtur tenere quòd ſic. & idem Ioan. de Imol. Fran.& Sicul.& ita ſeruatur.

QVAESTIO CCCLIX.

a ITEM ſi petatur ſententia infirmari.[a] An poſſit iudex eandem ſententiam, caſu quo non ſit infirmanda, confirmare? Concluſum fuit quòd ſic: vt expreſſè tenent Innocen.& Collec.in c.cum contingat.de offi.deleg.

a Sed quid ſi à diffinitiua ſententia continẽte diuerſa capitula per vnam partem contra quam lata eſt, appellatur & non per aliam, vtrum iudex in cauſa appellationis poſſit ad inſtantiam partis appellatæ pronuntiare ſuper omiſſis in dicta ſententia & eam ſupplere: ac illi in parte addere. Et dicendum eſt quòd ſic: ita concluſum fuit per omnes dominos de rota, vt patet deciſ.ccclxviij. & ibi vide rationes pro & contra: idem tenent Ioan.de Imo.& And.in c.ſignificauerunt. de teſt. & melius Imo.in c.fi.de exce & de hoc eſt reat.ſecundum vnũ intellectum, cum quo tranſit Bartol.in l.fi.C.quando prouoc. non eſt neceſ.ita dicit Præpoſi.ſuper rub.de appel. in vlti.col. idem tenet Ant.in capit cùm Ioannes.de fid.inſtr.& Sic.conſi. ij.videlicet vbi appellatus inſtat contra ſententiam, poteſt appellatus petere vt illi ſententiæ addatur, vel detrahatur vel aliter reformetur. Et licet iſta opi.de iure vera ſit: audiui tamen ſæpenumero contrarium ſeruari in curia Parlamenti, videlicet, quòd niſi quis appellet, nunquam mutatur, neque reformetur ſententia ad ſui vtilitatem. Adde hic quæ ſcripſi ſuprà, quæſt.cccxxiiij.& quæ ponit Præpoſi. vbi ſuprà, verſi. vt igitur habeatis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Famulo infirmo an dominus teneatur dare ſalarium durante tempore ſuæ infirmitatis.*

2 *Militibus noſtri temporis in bello eorum negligentia captis ſalarium denegandum.*

Idem dicendum de ambaſiatoribus nu.3.

QVAESTIO CCCLX.

a ITEM fuit quæſitum:[a] † an ſalarium ſit dandũ
1 famulo infirmo de tempore quo fuit infirmus? Cõ-
1 cluſum fuit quòd ſi dictus famulus ſeruiebat titulo lucratiuo: tũc non eſt dubiũ. Si verò titulo oneroſo, tunc ſi fuit infirmus magno tẽpore, tunc non habebit ſalarium. Si verò modico, ſecus. ad hanc diſtinctionem facit l.ſi in lege.§.ſi domus.ff.loca.ita tenet Io.And.in c.ad euidentiam, de cle. non reſi.& doct. in l.arboribus.§. de illo.ff.de vſufr. Hoc verũ ſi magnam percipiebat penſionem vel ſalarium, ſecus ſi modicam, vide per Inn.in c.pen.de loca.in princi.& in Spe.co.ti.§.poſtquam.ver.quid ſi mercenarius.& tit.de ſala.§.ſequitur.ver.quid ſi aduocatus, & verſi. in ſumma.& tit.de iud.§.ſpecialia.in fi. Collec in ca. ſi autem.de reſcr.vbi plenè. Et ſeruitor oneroſus impeditus propter infirmitatem ſeruire, tenetur recuperata ſanitate tempus, in quo non ſeruiuit, reſarcire, ita tenet gl.in l.ſi vno.§. item cùm quidam. verſi. conductor.ff.loca.& ibi plenè per glo.

a Idem quod ad iſtud vltimum dictum tenet Flor in allegat §.de illo: & quod dictum eſt quòd habere debeat ſalarium limitat niſi famulus dederit cauſam infirmitati: & quòd curatus debet ſeruire & ſupplere, tenet Bald. & poſt Butr. in l fi. C. de condit. incer. Et dicit idem in ſtipendiariis, dum tamen non ſint capti ab hoſtibus: quia tunc non haberent ſalarium, vt l.j.C.de re mili. lib.xij. vbi eſt caſus not.quam l.not. Bar. Io.de Pla.& Ia.Rebu.pro militibus noſtri temporis qui capiuntur in bello: quia non debent habere ſalarium pro tẽpore quo ſteterunt capti: nec dona quæ cõſueta erant eis præ-
2 ſentibus fieri vltra ſtipendium. Quod † tamen idem Io.de Pla. dicit intelligendum de his qui capiuntur prouisè & eorum leuitate & negligentia capiuntur: quia ſibi debent imputare, ſicut deſertor qui ſponte deſerit quamuis reſtituatur non tamen recuperat ſtipendia & donaria medii temporis, niſi indulgentia principis ei indulſerit.l.qui excubias ff.eo.& l.eum allegatis.C.de re mili. Secus autem in his qui improuiſè capiuntur ſine eorum negligentia & culpa: fortè dum iter conſuetum faciunt vel epiſtolas ferunt, vt dicit gloſſ in præallega.l.prima.vel fortè dum neceſſitati ſeruiunt, vt glo.in l.iij.§. ſed ex improuiſo.ff. eodem titul. Nam tunc reuerſi recuperãt ſtipendia & donaria medii temporis. d.§.ſed ſi ex improuiſo. & l.non omnes. § pe. Ex quo Ioannes de Pla. & Iaco. Rebu. in alleg.l.j.ſumunt arg quòd † ſi ambaſiator capiatur à latro- 3
nibus vel inimicis ſua culpa vel negligentia: quòd pro tempore captiuitatis non debet habere ſalarium: nec debent ei
damna reſici a: aliàs ſecus. de quo dic plenè vt per Bart.in l. 2
ſi ſeruus.§.quod non. ff.de fur. & tangitur in l.inter cauſas.§. non omnia.ff.man. Adde hic quæ plenè ſcripſi de famulo infirmo, ſuprà q.cclxia.

1 ADDITIO. De tempore quo fuit infirmus. Vide Rota q.xxxvj.in nouis.

a Damna reſici. An autem quæ dantur ambaſiatoribus cedant eorum lucro, vide per do.Abba.in.c. poſtulaſti.de conceſ.præben.vbi concor. opinio.in hac quæſtione diuerſas. & vult in effectu quòd in caſu dubii eſt aduertenda qualitas donorum. Nam quædam præſumptiuè conueniunt magis mittenti quàm miſſis, vtputa ſi donatur viuus leo. Quædam conueniunt magis ipſis ambaſiatoribus, vt ſi donentur eis veſtes congruentes: & ſecundum hanc qualitatem dicit faciendam eſſe interpretationem.

SVMMARIVM.

1 *Litis alienæ nemo eſt idoneus defenſor ſine ſatiſdatione.*

2 *Laicus emptor an poſſit clericum venditorem requirere ad aſsiſtẽdum ſibi, & defendendum ſe coram iudice laico.*

QVAESTIO CCCLXI.

ITEM fuit quæſitum:[a] Vendidi fundum, tranſ- 2
tuli dominiũ & poſſeſsionem in emptorem, contra quem agitur, ob quod ipſe petit vt ipſum defendam, quod volo facere. Actor autem dicit quòd ego tanquam defenſor alienæ litis cauere debeo de iudicato ſoluendo. Ad quod dicebam nõ teneri eo, quòd alienam litem moueri non videtur, licet illius commodum vel incommodum ad me pertineret? Concluſum fuit quòd tenebat ſatiſdare: quia pro poſſeſsione penes alium conſtituta cõuenior.& ſic
nomine alieno: vnde ſatiſdare teneor: quia † nemo 1
eſt idoneus alienę litis defenſor ſine ſatiſdatione.l. qui proprio.§.j.& l.minor.ff.de proc.tenet Spe. in ti. de ſatiſda.§.expedito.verſi.ſed nunquid venditor.

a Idem Bart.in l.iij.ff.de aliena.iu.mu.cauſa fa.vbi Bal. licet aliter dicere videatur Bal I.in Spe.de defen.in add.verſi j.Bar. in conſil agitur contra Cinlum &c. Cyn.& Raynu.poſt gloſ. in l.ſi mandato meo.§ primo.ff.mand. licet contrarium not. in l.qui abſentem.& ibi Ioan.de Pra.ff. de procura. Sed pone quòd venditor eſt clericus, & emptor eſt laicus. mouetur quæ-
ſtio emptori in foro laici: & requirit † clericum venditorem 2
vt eum defendat coram iudice laico, an teneatur ibidem coram præfato iudice laico defendere. glo. in c. clericum nullus.xj. quæſt.j. tenet quòd ſic, quia iudicium eſt inſtitutum contra emptorem, tanquam poſſeſſorem: ſed venditor venit ſolum ad aſſiſtendum emptori & ad defendendum.l.j.C. vbi in rem act.l. venditor.ff. de iudi. non ergo hoc caſu dicitur clericus conueniri coram laico: quia ſolum præſtat defenſionem illi emptori ſecundum gloſſam illam. Secus vbi laicus poſſeſſor nomine clerici, nominat clericum in iudicio: quia tunc clericus aduocat iudicium coram ſuo iudice, facit quod on.in c. quoniam frequenter.§.fi.vt lit non conteſt.& ibi Ioan.Audr.Anto.Imo.& Sicul.Spec in ti.de primo
& ſecundo decre.§.reſtat. verſi. quid ſi dominus clericus eſt, 2
Bald.in dicta l. venditor: & ibi Bart.l. idem Bar.in l. procurator ad exhibendum.§.fi.ff. rem ra. hab & in diſputatione ſua. Ang. in l. præalleg. qui abſentem. & d. l. procur.§. primo. & in l. ſi cui.§.penul. ff. de accu. & in dicta l. venditor.

Pet.de Ancha.in capitulo ſignificauit, de foro compet. & in c.ea qu v.xvij quęſt.de regu iur.in vj. & in capitulo ad audientiam.de præſcrip Bal.in l j. C. vbi in rem acti. & in l. emptori. C.de euict. & Salice. in allega. l.prima,& ibidem Ioan.Fabri. Ang.in l.non ſolum.§ quod vulgo.ff.de vſucapio. Archidi.in allega.capitulo clericum nullus.vbi tenet quòd poteſt defendere cum licentia epiſcopi. Bald. indiſtinctè quòd venditor non poteſt transferre forum,in præalleg.l.j. & Baldus & Angelus in præalle.l.venditor.licet Angelus Aretinus in §.actionum.inſtitu.de actio.xvj.colum.teneat quòd poſſit forum declinare, & ita ſeruari de conſuetudine : hoc tamen ſcio quòd præcedens opinio,videlicet quòd venditor non poſſit declinare,ſeruatur Tholoſæ in curiis ſecularibus, & etiam tenet Sicul.in c.finali.de emp.& vendi.& ibi Barba.Quid ſi eſt factum pactum quòd venditor non teneatur de euictione,dic quòd iſtud pactum non porrigit effectum circa tria. Primò ſi venditor fuit in dolo.in l.tenetur.§.fi.& ibi Bart. ff.de acti. empt. & vendi.vt quia ſciuit cauſam, ex qua euinceretur & tacuit. Secundò ſi ipſe vel hæres eius euincat.l.ſi emptorem ff. eo.ti. Tertiò poteſt nihilominus repeti pretium.d.§.fi. d.l. emptorem.& ibi Bal.l.ij.§ fi & ibi Bald.C. communia delega. Ang. Are.inſti.de emp.& vēdi.§.loca.iij.col.Clauaſ.in §.emp.verſi. xxij.Quod eſt verum ſecundum Lud. de Ro. quando pactum fit in genere:ſcilicet,à quocunque euincatur. Secus ſi ſpecificatur perſona,quia non tenebitur ad pretium, caſus eſt in l. qui libertatis.ff, de euic. & ibi gloſſ. de hoc Clauaſ. vbi ſuprà. Barba in c.fin.de emp.& vend.dicit etiam hoc eſſe verum,niſi expreſſè dictum ſit,quòd teneatur ad reſtitutionem pretij,vel fuerit expreſſa certa cauſa : & dicit eſſe caſum ſingularem in alleg l.qui libertatis,ita dicit Bald.in l.j. C.de periculo. & commo.rei venditę.vide eundem Bal.copioſius & melius loquentem in l.non dubitatur.C.de euic.c.j.§.rurſus.quib.mod. feu. amit.adde quòd in diuiſione etiam non reſtituetur pretium. glo.eſt ſingularis in l. ſi familiæ. ff. fami. ercíſ & ibi Bart. tenet Bald.in præallega.l.non dubitatur. in fin.ſuprà de euic.& Lud.de Ro.in ſingu ccclxxxvij. verſi.euictio.ver. vendens.Barba.in præallega.cap.fina.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens per verba de præſenti non ſecuta copula carnali,non admittitur ad ſacros ordines,nec poterit ſibi beneficium conferri.*

QVAESTIO CCCLXII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An ille † qui contraxit

1 cum aliqua per verba de præſenti legitimum matrimonium carnali copula nō ſecuta, poſsit ad ſacros ordines promoueri: & ſi promoueatur, an poſsit beneficium eccleſiaſticum ſibi concedi, & tale matrimonium diſſoluatur? Concluſum fuit quòd non diſſoluetur, & per conſequens ſibi non poterit eccleſiaſticum beneficium conferri. ita tenet gloſſa, in c.vnico. de vo. & voti redemptio. libr. vj. Idem ibi Archi.Idem Collect.in c. ex publico. de conuer. coniuga.de hoc hodie eſt text.in extraua.Ioan. xxij. quæ incipit antiqua: quamuis Hoſt. teneat contra. in ſumma.de conuerſione coniug. §. pe. ver. quid ſi maritus.

a Primam opin. tanquam communem ſequuntur Ioann. Andre.Innocen.& Domi.in allega.c. vnicu. qui dicunt idem eſſe in epiſcopatu. Idem quoad ſacrum ordinem tenent Sicu. in cap.j.de conuer.coniug.& Clauaſ.in §. matrimonium. iiij. verſicul.xvij.

SVMMARIVM.

1 *Prodigo manifeſto interdicitur bonorum adminiſtratio.*

2 *Iudex dando curatorem prodigo, licet non interdicat bonis expreſſè, tamen intelligitur interdictum.*

a QVAESTIO CCCLXIII.

1 ITEM fuit quæſitum,[a] An prodigo† manifeſto

2 ſit ipſo iure interdicta bonorum adminiſtratio? Concluſum fuit quòd non,vt tenet gloſſ.in l.is cui. ff.de verb. obli. & in l.ſi quis cum ſciret. ff. pro empto.& ibidem Bart.& Dyn.

a Hanc opi. tanquam communem ſequitur Fran. Are.ideò alleg.l.is cui.ff.de teſta.& pro hoc alle.duos bonos tex.videlicet l.& ſi.§.conſuluit.ff.de peti.hæredi.& le.iij.§. præterea. ff.de ſuſpe.tut. Contrarium tenet gloſſ.in allega.l.is cui ff.de teſta.quæ non ſeruatur, quia non ſufficit quòd interdicatur, immo quòd etiam curator 2 detur.& videtur text.in contrarium,quòd interdicatur ipſo iure,inſtitu.de curato.§.idem furioſi. vbi agnati & cognati ſunt curatores legitimi. ex lege xij.tabul.ſi ſunt curatores, ergo agnatis exiſtentibus, aliquis prodigus nunquam poterit alienare, per.l. ſi procuratorem habens.C.de in inte.reſtitu.mi.Ad quòd reſpondet Inno. & Archi.in cap.grandi. de ſupplen.neg.præla. quòd agnati ſunt curatores furioſi ipſo iure,prodigis verò demum facta interdictione ne vtantur bonis ſuis.Ange.Are.inſti.quibus non eſt permiſſ.fa.teſt.§.item prodigus.refert opi.vltramonta. tenere gl. præalleg. l.is cui ff. de teſt.quia notorium, & ſententia æquiparantur, vt l.emptorem. ff. de actio.emp. quam opi.vltramon.dicit Bal in l.ſi ff. de cura.furio. fore veram in notorio prodigo per ſententiam declaratoriam iudicis:quia ſententia inducit notorium:vt.c.tua.de cohabi.cle.& mulie, vnde Io.Fa.in §.furioſi alle.inſti.de cura.dicit quòd pauci reperiuntur prodigi notorij notorietate iuris. Si tamen aliquis talis reperietur adeò notorius quòd nullus ignoraret, credit quòd de æquitate non deberet cum tali contrahens commodum reportare. Et idem ſi ſciret eum expoſiturum in turpes vſus,per d.l.ſi quis eum ſciret, Angel.Are.in §.item prodigus. quoad notorium facti dicis eſſe diſtinguēdum:an quis ſcienter contrahit cum tali prodigo : & ſcit quòd vult conſumere in malos vſus & ludo perditorio : & non habet prodigum obligatum quamuis nulla præceſſerit interdictio. Aut ignoranter & tunc ſecus. Adde† quòd iudex dādo curatorem prodigo.licet non interdicat bonis expreſsè: tamen intelligitur interdictum:vt l.Iul.ff.de cura.furio. tenet Bald. & Angel. ſecundum Ioan. de Imo. in alle.l.is cui.ff. de ver.obli. vbi verò non interdicit, nec curatorem dat,ſed ſolum declarat quem eſſe prodigum, tacitè cenſetur interdixiſſe. Bald.in l.j.ff. de cura.furio. Io.de Im.& Fran. Are.in præal.l.is cui. An. Ar. in all § item prodigus. 2

1 Anotatio. Prodigo manifeſto.tu vide de hoc Gui.Pa.in deci.dalph.q.ccxl.

2 Curator.Sed an cura data prodigo expiret ipſo iure: vel requiratur declaratio iudicis:vide Guid.Pap.q.cclx.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per quam pronuntiatur appellationem fore deſertam an ſit diffinitiua vel interlocutoria.*

2 *Sententia diffinitiua natura quænam ſit.*

3 *Interlocutoria quando habeat vim diffinitiuæ.*

4 *Sententia lata ſuper deſertione per iudicem ordinarium poteſt reuocari ſicut qualibet interlocutoria.*

QVAESTIO CCCLXIIII.

ITEM fuit quæſitum,[a] An ſententia† qua fuit a

pronuntiatum appellationem fore deſertam,ſit diffinitiua vel interlocutoria.& videtur quòd ſit diffinitiua. quia natura diffinitiuæ eſt imponere finem litibus. ff. de re iudi.l. iſta eſt huiuſmodi. ergo &c. Concluſum fuit quòd ſit interlocutoria : quia iſta pronuntiatio eſt perempto.except. ergo interlocutoria.de elect.c.cū dilectus. de appellatio.c.ſua no-

bis.& in capit.dilecto.Præterea† natura diffinitiuæ 2

eſt, quòd ex ea oriatur actio in factum. Sed ex iſta nulla oritur actio.C.de re.cre. & iureiu.l.actori. ſecus quando pronuntiatur bene appellatum, vel econtrà.quia tunc eſt diffinitiua.veruntamen† quan- 3

uis

nis ſit interlocutoria habet vim diffinitiuæ. hoc notat Ioan. Mona. in c. cupientes. §. inſuper. de elec. lib. vj. & Archi. ibidem ſuper ver. plenam fidem. Ioan. And. in cle. cum repulſione. glo. ij. de app. in cle. idem Arch. in dict. §. j. colum. in d. c. ſua nobis. & Bald. in l. ij. C. de epiſc. audi.

a Et ita voluit Innoc. in ca. ex ratione. de appel. & Bald. in l. minoribus. C. de his qui vt indig. Hanc opi. ſequitur Lodo.
1 de Ro. ſuper tit. de re iudi. vj. quæſt. Sed pro iſtarum 1 opinionum concordia poteſt dicere iuxta mentem Ro. deci. cccexxxij. quòd aut fertur ſuper appellatione interpoſita ab interlocutoria quæ non erat lata ſuper exceptione peremptoria: & tunc cùm prima ſententia ſit merè interlocutoria, ſententia ſuper deſertione erit merè interlocutoria: quia per talem ſententiam non finitur negotium principale, cùm aliquid ſuperſit ad agendum. arg. c. cum dilecta. de reſcript. Aut appellatio pendebat ſuper diffinitiua vel ſuper interlocutoria lata ſuper exceptione peremptoria vel litis finitæ & iſto caſu cùm prima ſententia ſit diffinitiua vel pariat effectum diffinitiuę quando eſt lata ſuper exceptione peremptoria elc. ſi. vbi no. de appel. ſuprà alleg. tunc talis ſententia lata ſuper deſertione erit diffinitiua, ex quo negotio finem impoſuit: ſequitur Præpo. in alleg. c. ex ratione. de appel. ara. & xx. col. & ſcri-
4 pſi ſuprà quæſt. alviij. Adde † quòd ſententia lata ſuper deſertione per iudicem ordinarium poteſt reuocari ſicut quælibet interlocutoria. c. cum ceſſante. de ap. ſi fuerit lata per delegatum non, niſi fuerit ab ipſius pronuntiatione appellatum. ita ſingulariter tenet Rot. deciſio. lxxxix. & ſequitur Præpo. in alleg. c. ex ratione. xxj. col.

1 Additio. Sed pro iſtarum. Adde Gui. pap. ita tenentem. quæſt. cexx.

QVAESTIO CCCLXV.

a ITEM an iuriſdictio delegati[a] morte mandantis reintegra expiret ipſo iure, vel per exceptionem?
1 Concluſum fuit quòd per exceptionem 1, vt plenè not Collect. in c. cum veniſſet. de teſtib. & ibi docto. & Archid. in c. ſi à ſubdele. de off. deleg. lib. vj. & ſic iudicatus fuit proceſſus poſt mortē mandãtis habitus validus, & debere ſtare in ſua roboris firmitate.

a Idem tenuerunt Goff. & Phil. in alle. c. cum veniſſet. & Innoc. in ca. licet. de offi. deleg. ſed contraria opi. firmat gloſſ. in alle. ca. cum veniſſet. dicens quòd etiam partes non poſſunt in hoc conſentire: quia priuatorum conſenſus &c. Idem voluit Vin. in alleg. ca. licet. Hoſtien. in alle. capit. cum veniſſet. Guli. in Spe. ti. de deleg. §. reſtat. verſi. quid ſi delegatus. & refert Bon. in cap. gratum. de offic. deleg. quòd hæc quæſtio de facto contingens fuit miſſa Bononiæ conſulenda: & conſulatores inter quos fuit Egidius pro hac parte. & hæc opinio placet Ioan. And. in alleg. c. cum veniſſet. & Barto. in l. & quia. ff. de iuriſ. om. iu. Butri. in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. & in l. j. ff. de iuriſ. omn. iu. Pau. Io. de ligna. Zenze. Io. de Fan.
a & Do. in alle. c. ſi à ſubdelegato. dicens q̧ expiret ipſo iure a quia per mortem dicitur mandatum diſſolui. ff. de ſol. l. fin. item euaneſcere. inſtit. man. §. rectè. Item ſinuri. l. mandatum. C. manda. Et ſic patet quòd nihil inuenitur, quod poſſit per exceptionem repelli. pro quo facit c. præalle. licet ibi expirauerit. & hanc partem ſequitur Sicu. in alle. capit. cum veniſſet. allegans alias rationes, & ſoluens contrarias rationes: & hanc eſſe credo veriorem.

1 Additio. Per exceptionem. Quãdo autē contra deleg. tamen eſt oppoſita exceptio iuriſdictionis: an requiratur pronũtiatio expreſſa ſuper ea. vide per do. Felin. in ca. ſuborta. de re iud. coll. iiij. poſt me. in verſ. limita quarto puchre.

a Ipſo iure. Idem tenet Fel. in alleg. c. cum veniſſet. ij. coll.

QVAESTIO CCCLXVI.

a ITEM, anno Domini[a] mil. ccc xcvj. & die ſeptima Septembris vidi practicari c. cum contumacia. de hæreti. lib. vj. & ego vnà cum inquiſitore Tholoſæ magiſtro Hugone de Verduno ordinis prædicatorum tulimus ſententiam contra quendam vocatum Paulum, qui fuerat citatus ſuper quibuſdam negotiis fidei tangentibus ad certã diem, ad quam non comparuerat. vnde poſitus fuerat in contumacia, propter quam extiterat excommunicatus, quã quidem excommunicationem per annum continuum animo ſuſtinuerat indurato, & vltra: tranſacto anno fuit citatus vt veniret auditurus ſententiam legitimè & tribus edictis in eccleſia Tholoſæ, quo non comparente fuit condemnatus vt hæreticus, & bona omnia confiſcata, & declarata pertinere fiſco ſequendo tenorem dicti c. cum contumacia.

a Ego verò de tempore meo nunquam vidi cauſam accidere, licet quotidie vbi quis eſſet excommunicatus ex quacunque cauſa etiam ciuili, ſi in excommunicatione huiuſmodi ſtabat per annum. vidi ſemper contra talem concedere literas per quas citari mandabatur reſponſurus ſuper negotio & articulis fidei. nam talis eſt ſuſpectus de hæreſi: & præſumitur malè ſentire de ſacramentis eccleſiæ cum no. faciat id quod quiſque fidelis facere tenetur. vt in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœ. & remi. Item malè videtur ſentire de poteſtate eccleſię ex quo non curat de eius excommunicatio. & ita not. Sicul. in c. ſi de pœnis. vbi dicit quòd iſta ſuſpitio eſt probabilis: & licet non ſufficiat ad condemnationem vt ibidem voluit Inn. poterit tamen ei induci purgatio in qua ſi defecerit punietur tanquam conuictus, vt in c. inter. de purga. cano. & in c. excõmunicatur. §. j. de hære. Sed an perſeuerans in excommunicatione per annum ſit priuandus beneficiis? diſtingue poſt Sicu. in c. j. de iudi. xvj. coll. Io. de Imo. & Præpoſ. in c. paſtoralis. §. verum. pe. col. de ap. quòd aut excõmunicatio eſt lata propter crimen, quod ipſo iure priuat clericum beneficio, tũc ex perſeuerentia per annum in excõmunicatione erit ipſo iure priuatus: quia pro confeſſo habetur. vt no. gl. in all. c. cũ contumacia. Aut eſt lata ꝓpter crimē, ꝓpter quod nõ eſſet priuatus ipſo iure, ſed veniret priuãdus per ſententiã. & tũc per lapſum anni erit priuatus ipſo facto: ſed bene poteſt priuari per ſententiam. vt in c. quicunque. xj. q. iij. Aut crimen non exigit priuationem ipſo iure: neque per ſententiã: & tũc per lapſum anni non erit priuatus neque priuabitur per ſententiã, ſed imponetur pœna arbitraria ac ſi fuiſſet confeſſus ex quo iure pœna non eſt impoſita. quòd ſi eſſet, illa imponeretur. Nec obſt. ſi dicatur, quòd pro illo nouo delicto quòd tanto tēpore ſteterit in excommunicatione debeat priuari: quia ſufficit quòd propter hoc delictum habeatur pro cõfeſſo. non enim debet quis duplici pœna cõteri. c. at ſi clerici. in ſi. de iud. nec ex pœna debet pœna procedere. c. quia diuerſitate. de conceſ. preb. no. gl. in regula iuris, imputari. de reg. iur. li. vj. fatetur tamen Si. in d. c. j. quòd ſi poſt lapſum anni adhuc ſuſtineret excommunicationem indurato corde: quòd ex hoc delicto noniter contracto poſtquam habitus fuit pro confeſſo quia non caret ſcrupulo prauitatis hæreticæ, poterit priuari beneficiis, & ſic poteſt intelligi c. cum bonæ. de ætate & quali. Et vide Sic. in all. c. j. modo quo ſuprà concordant opi. Aug. de Claua. in §. excommunicatio. ver. xvij. dicit quod gl. in præal. c. cum contumacia. Inno. in alle. c. bonę. & Ant. in allega. cap. j. dicũt præmiſſa procedere quando quis fuit excommunicatus pro cauſa criminali: ſecus ſi pro ciuili: quia ſi ſtetiſſet per mille annos non poſſet priuari gl. eſt ſing. in c. contingit. de do. & contu. Dico tamen quòd talis poterit citari poſt annum, reſponſurus ſuper articulis & negotio fidei: & ſi non compareret & excommunicatus pro huiuſmodi cauſa perſeueraret, per annum haberet locum præal. c. cum contumacia.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ conuentionis & reconuentionis vna ſententia terminari non poſſunt, & variæ ſuper hac quæſtione doctorum opiniones.*

QVAESTIO CCCLXVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] an † conuentio & reconuentio terminari debeant vna ſententia, vel duabus? Concluſum fuit quòd duabus per no. Inn. in c. dilectus. de or. co. & ibi gl. ſuper vna ſent. quamuis vna videatur propter connexitatem. a 1

a Et propter temporis ipſius & chartæ vnitatem, quia in eadem charta ſiue papyro, & in eodem ferè tempore perferuntur, ſcilicet vna immediatè poſt aliam, vt quia finita ſententia

ſententia ſuper conuentione: dicit in de x. cæterum quia conſtat nobis intentionem partis recõuenientis &c. ad quod facit c. præalle. c. cum dilectus & c. cum eccleſia. de cau. poſ. & proprie. ſimiliter in l. ſcire debemus. ff. de verbo. oblig. vna ſtipulatio dicitur propter eandem conceptionem verborũ, & tamen ſunt plures reſpectu plurium deductarũ in illa, ita dicit Sic. in alleg. c. cùm dilectus. Et limita prædicta niſi prius liqueat de vna quàm de altera: & cum hoc immineat periculum animarũ. vt in c. ex conquæſtione. de reſti. ſpo. & not. Hoſtien. in alle. c. cum dilectus aut corporum: vt quia eſt contentio ſuper poſſeſſione, & quilibet de facto dicens ſe poſſeſſionem habere vult poſſidere, ar. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. & in c. cum veniſſent. de inſti. hoc voluit Sicul. in alleg. capitulo cum dilectus, ſed quid ſi lata ſententia ſuper conuentione ſtatim appellet condemnatus & per hoc recuſat iudicem vt ſuſpectum, quia eum iniuſtè condemnauit, quod poteſt vt in c. propoſuit. de appel. nunquid recuſatione prædicta non obſtante feretur ſententia etiam ſuper reconuentione. Iſtud ſemel accidere vidi de tempore domini quõdam Matthæi de Ptuctis iuris vtriuſque profeſſoris digniſſimi, ac in canonum facultate Tholoſæ regentis vicarij & officialis Tholoſani, compatriſque mei, cuius animæ propitietur altiſſimus: & licet Hoſti. in præalleg. c. cum dilectus teneat quòd tunc non debeant vna ſententia terminari: determinatum tamen fuit contrarium per not. Ioan. And. ibidem. qui alle. c. auditis. de præc. c. paſto. de cauſa poſ. & propri. de teſt. ſpo. e. auditis. j. ſentientes ex huiuſmodi iuribus quòd poſt concluſionem in cauſa non poteſt impediri ſententia virtute recuſationis, cùm nihil poſſit opponi poſt concluſionem, nec de facto nec de iure, vt not. in dictis iuribus: maximè in præalleg. c. paſto. & ita tenet Sicu. in alleg. c. cum dilectus. & dicit eſſe bene notandum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus tempus, quoad intereſſe quod petitur vigore obligationis, inſpicitur, maxime quando petitur non principaliter ſed acceſſoriè.*

Et quando intereſſe æſtimationis debetur iure actionis. nu. 2.

QVAESTIO CCCLXVIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] Quod † tempus in-
1 ſpicitur quoad intereſſe, quod petitur vigore obligationis, An tempus contractus, vel tempus petitionis, an tempus ſententiæ? Concluſum fuit quòd tempus contractus. vt eſt text. in l. fundum Cornelianum. ff. de noua. quod eſt no. ſecundum Bar. But. & doc. in l. vinum. ff. ſi cer. peta. Maximè quando petitur non principaliter, ſed acceſſoriè. Nec etiam vt dicit Ioan. Fab. in allegat. §. curare. negandum eſt quin ex iuſta cauſa admittatur ſine certificatione cum iuramento, etiam vbi principaliter petitur. Et ſic reſolutiuè concluderem cum eodem Ioã. Fab. in præalleg. §. poſt Pet. de Bel. perti. quòd vbi intereſſe petitur principaliter præteritum, quòd debeat æſtimari, & certa quantitas, peti: vt ſi promiſiſti factum & nõ feciſti, poteſt agi ad intereſſe. vt l. ſi quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. tunc tale intereſſe cùm petatur principaliter, debet æſtimari in libello; Sed ſi acceſſoriè petatur, quia principaliter agitur ad rem: ſed nihilominus petitur intereſſe propter moram. Exemplum in certi condictione ex mutuo, tunc ſufficit certificari in proceſſu: & maximè quando debetur ex mora, cùm tunc non poſſit certificari: ſed creſcat vſque ad ſententiam: quinimo quandoque vſque ad executionem. vt l. in hac. ff. de tritica. alleg. & l. vinum. ff. ſi cert. peta. & hanc op. ſecundum eundem Ioannem Fab. amplectitur conſuetudo.

2 a Quod intellige † quando intereſſe æſtimationis debetur iure actionis, vt prædictum eſt, quia fuit æſtimatio principaliter promiſſa. & ſic loquitur præalleg. l. fundum. ſecundum Bartol. ad idem. l. hominem. ff. man. Quando verò æſtimatio non debetur iure actionis & obligationis, ſed venit officio iudicis, & tunc aut mora fuit contracta tempore celebrati contractus vel promiſſionis ſeu obligationis. verbi gratia: in contractu emptionis & venditionis venditor recepto pretio re ipſa eſt in mora, adeo quòd tenetur ad vſuras. vt l. Iul. §. ex vendito. ff. de actio. emptio. & in l. curabit. C. eo. tit. vnde ſi ab initio & in ipſo contractu venditor recepit pretium, & rem non tradidit tempus contractus, & morę fuit idem, meritò inſpicitur tempus contractus. vt l. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de actio. emptio. & l. ſubtracto. C. de fur. cum ſimil. Aut non fuit tunc contracta mora. & tunc aut mora pręceſſit lit. conte. & inſpicitur tempus moræ, vt in præalleg. l. vinum. & l. ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de act. emptio. aut mora non præceſſit, & inſpicitur tempus lit. conte. vt l. fi. ff. de triti. Et hoc eſt verum in æſtimatione, quæ fit ſecundum veritatem: in æſtimatione verò quæ fit ſecundum affectionem per iuramentum in litem inſpicitur tempus ſententiæ, vt l. iij. §. in hac. ff. commo. Et præmiſſa procedunt quando quæritur de tempore à quo: ſi verò quæratur de tempore vſque ad quod creſcat æſtimatio? tunc aut æſtimatio venit iure actionis: & inſpicitur tempus contractæ obligationis, nec vltra progreditur. Aut venit officio iudicis, & tunc aut res periit ante ſententiam, & tunc inſpicitur quanti plurimi fuerit vſque ad diem, quo res periit, vltra non: quia vltra creſcere non poteſt æſtimatio, vt not. per gl. in præalleg. l. vinum. Si verò res durauit vel erat quantitas quæ periit, non poteſt: tunc creſcit æſtimatio vſq; ad ſententiam, vt ff. de tritica. l. in hac. ita dicit Bar. ſingulariter in præallega. l. vinum. vbi ponit formam libelli circa huiuſmodi intereſſe, & ibi vide per eum. Adde quòd licet ſecundum aliquos quando petitur intereſſe, certa quantitas in libello ſit exprimẽda: quia debet actor eſſe certus de ſuo intereſſe: & in quanta quantitate poteſt certus eſſe: vt not. Cyn. in l. certum. vlt. q. C. de rei vend. & in l. cùm propria petitio. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in l. j. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. in pen. q. & ita voluerunt citramon. per rationes ſuas ibidem, & ita videtur tenere Io. Fab. in §. curare autem. iij. col. inſtitu. de actio, idem Ioan. Fab. in penul. col. in præallega. l. j. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, idem Spec. in titu. de fructib. & intereſſe. §. viſo. ver. ſed qualiter. veruntamen vltramontani, ſicut gloſ. in præalle. §. curare. & idem gl. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cer. peta. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obli. & ibi Bart. & Iac. But. in alleg. l. j. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & idem Bar. in præal. l. certi cõdictio. & communiter doct. omnes vltramontani tenent non eſſe de neceſſitate exprimere certam quantitatem intereſſe, ſicut nec in fructibus, ſed ſufficit in proceſſu liquidare, & ita etiam expreſsè voluit Ioan. Pet. de Ferra. in tit. de forma libel. in actio. reali. in gloſ. tot & tantos fructus, & in glo. & in ſto. x. & ita ſemper vidi practicari in curiis temporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato in puncto mortis & in foro pœnitentiali abſoluto, an ſepultura deneganda.*

QVAESTIO CCCLXIX.

ITEM nunquid [a] poteſt † dari ſepultura excom a
municato publicè in puncto mortis, & foro pœni- 1
tentiali abſoluto? Collecta. tenet quòd ſic, in cap. fin. de ſepult. maximè ſi authoritas officialis vel vicarij interuenerit, & fuit ſeruatum Tholoſæ in quodam canonico eccleſiæ Tholoſanæ.

a Licet de hoc ſit text. in allegato cap. fin. quòd excommunicatus etiam pro manifeſta offenſa, ſi per ſuum presbyterum in articulo mortis fuit iuxta formam eccleſiæ abſolutus, debet in cœmiterio ſepeliri, & hæredes ad ſatisfaciendum ſint cogendi. Iſtud tamen de tempore meo nunquam vidi practicari: licet caſus acciderit ſæpenumero. Et hoc, ſicut arbitror, quia ſi ita fieret creditores difficilius admodum ab hæredibus ſua debita conſequerentur, & vt cenſura (quæ partibus in iſtis nimis vileſcit) magis timeatur. Qualiter autem in caſu noſtræ quæſtionis hæredes teneantur ſatisfacere. Et ſi non confecerint an ex delicto defuncti teneantur vltra vires hæreditarias. vide per Siculum in allegato cap. fin.

SVMMARIVM.

1 *Subſtituti poteſtas non expirat per mortem ſubſtituentis.*

*tuentis, ſi ſubſtituens habuerit mandatum ſubſti-
tuendi, & illius vigore ſubſtituit. & nu. 2.*
3 *Litis per conteſtationem quis efficitur dominus li-
tis, & poteſt ſubſtituere, & eius ſubſtitutio tenet.*

QVAESTIO CCCLXX.

a ITEM fuit quæſitum [a] † an morte procuratoris
1 ſubſtituentis re integra expiret ſubſtituti poteſtas?
Concluſum fuit quòd ſic: vt not. Archid. in c. quan-
uis, de offi. dele. & ibi plenè li. vj.

a Quod intelligerem eſſe verum, ſi prædictus procurator
nullam habuiſſet ſubſtituendi poteſtatem à domino, ſed à le-
ge. puta quia poſt litem per eum conteſta. ſubſtituiſſet, tunc
enim ipſo mortuo re integra mandatum huiuſmodi ſubſtituti
extinctum fuiſſet, & hoc habuiſſet ſimilitudinem cum iudice
delegato habente poteſtatẽ ſubdelegandi à l. de officio dele-
2 gati. c. quanuis. lib. vj. & c. paſtoralis. eo. tit. Sed † ſi habuerit
procurator mandatum ſubſtituendi, & illius vigore ſubſtituit,
non expirat poteſtas ſubſtituti, etiam ſi antequam acceptaue-
rit ipſe procurator ſubſtituens deceſſerit. Nam hæc ſubſtitu-
tio eſt quidam conſtitutio, & cenſetur à domino facta mini-
ſterio tamen ſubſtituentis, ita fuit determinatum in rota vt
patet dec. ccxviij. & facit ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. l. item
eorum. §. decutiones. argu. de ſen. excom. c. mulieres ſecun-
3 dum archi. qui not. in c. j. de procu. lib. vj. quòd ſubſtitutus † ab
aliquo ad hoc ſpeciale mandatum habente cenſetur à domi-
no conſtitutus. hinc eſt quod talis ſubſtitutus lite per eum con-
teſt. poteſt vlterius ſubſtituere: quia factus eſt dominus litis
vt in d. c. j. & in c. ſi duo, primo reſponſo. lib. vj. in fi. de procur.
& C. eo. ti. l. procuratoribus. & l. nulla. hoc vltimum tenet Ro.
deci. cxlix. pro quo fa. no. per Arch. & Ioan. And. in no. in c. is
qui. de proc. eo. lib. vbi tenent quòd ſubſtituens ſubſtitutum à
ſe qui litem conteſtatus eſt, non reuocabit, niſi eo caſu quo
dominus reuocaret conſtitutum à ſe.

SVMMARIVM.

1 *Officiarius accuſatus de crimine, pendente accuſa-
tione ſuſpenditur ab officio.*
2 *Officiarius æquiparatur tutori.*
3 *Criminis enormitas ſuſpendit quem ab officio. &
nume. 4.*
5 *Suſpicionis ergo aliquãdo interdicitur alicui ſacris.*
6 *Prælatus pinguius ius habet in bonis eccleſiæ quàm
tutor in bonis pupilli.*

QVAESTIO CCCLXXI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Si † aliquis officiarius
1 accuſatus de crimine commiſſo circa dictum offi-
cium, an pẽdente accuſatione, ſiue inquiſitione poſ-
ſit ſuſpendi ab officio? Cõcluſum fuit quòd ſic, per
l. quòd ſi forte circa fi. ff. de ſol. & ibi Bart. & inſtitu.
de ſuſpe. tut. §. ſi quis. Secus ſi deliquerat extra offi-
cium. vt l. reo. & l. quanuis. aliàs incipit Calpedius.
ff. de ſolutio.

2 a Pro quo fa. quia † officiarius æquiparatus tutori. l. præfe-
ctus. ff. de ritu nup. Bal. in l. quæ fortuitis. viij. col. ff. de pign.
acti. Sed correctione ſalua prima facie regulariter videretur
i contrarium eſſe t dicendum, pro quo alleg. tex. in c. nonne.
viij. q. iiij. vbi tex. quòd accuſatione pendente non debet quis
priuari poſſeſſione officij ſui. Pro quo fac. arg. à ſpeciali. c. ac-
cuſatum. de ſimo. & ita voluit Ioan. Mo. & Do. poſt eum. in c.
3 j. de accu. lib. vj. & ibi Ioan. And. qui dicit † quòd vbi eſſet cri-
minis enormitas vel ſcandalum, bene poſſet fieri dicta ſuſpen-
ſio, & ita voluit no. glo. in c. presbyter, ſi à plebe. ij. q. v. Idem
no. Sicu. in alle. c. accuſatum. & in c. inter. de purgatio. cano.
4 & ibi Ioan. And. Sic ergo dicerem † quòd officiarius accuſa-
tus de crimine commiſſo circa officium pẽdente accuſatione,
ſiue inquiſitione non debet ab officio ſuſpendi, niſi propter
criminis enormitatem vel ſcandalum. licet quoad prælatum,
ſecus interueniatur in crimine ſimoniæ: quando eſt infama-
tus: vt tex. eſt iuncta gl. in præall. c. accuſatum. quia pendente
accuſatione fiet ſuſpenſio ab adminiſtratione diuinorum: vt
ibi. Et etiam crimine dilapidationis, in quo conſiderata quali-
tate denuntiantium, & denuntiati ex fama, ſi qua habetur
in hoc iudex, quandoque à principio interdicet † poteſtatem 5
alienandi, prout factum fuit in c. fin. de accuſa. quandoque ea
interdictione non facta procedet ſuper ſuſpitione, & ſi re-
periatur ſuſpectus, ſuſpendetur ab adminiſtratione: vt in ca.
licet Heli. §. quia verò. de ſimo. & ibi Anto. & Sicul. vel pote-
rit iudex ſibi dare coadiutorem: vt in cap. venerabilis. de offi.
dele. & cum his poſſunt ſecundum Sicul. in alle. c. licet. plures
opin. ad concordiam reduci. Et in eo quod Bar. in prælega.
l. quòd ſi fortè. §. j. dicit quòd etiam propter ſuſpicionẽ pro-
batam prælatus non remouetur, ſed alius ſibi adiungitur, re-
prehenditur per Imol. ibi, quia hoc eſt condictum. cap. licet
Heli. & ibi Innoc. per gloſ. & Io. Andr. in præalleg. cap. vene-
rabilis. & iij. q. ij. quia ea. & ibi gloſ. ſingul. Et ſi dicatur quòd
prælatus æquiparatur tutori: vt l. orphanotrophos. C. de epiſ.
& cleric. & ſic quòd ſtatim debeat intelligi adminiſtratio in-
terdicta per alleg. §. ſi quis. inſti. de ſuſpect. tuto. & l. eum qui.
C. eod. tit. Nam reſpondetur ſecundum Innoc. & Ioan. Andr.
in dictis † iuribus, quòd pinguius ius habet prælatus in bo- 6
nis eccleſiæ, quàm tutor in bonis pupilli, quia prælatus po-
teſt dare de fructibus, quod non poteſt tutor: gloſ. ſingul. in
cap. fin. v. q. Sicu. in c. ij. de dona. Imo. in alleg. §. quòd ſi fortè.
& per Salic. in alleg. l. eum qui. cap. præſenti. de offic. ordi. lib.
vj per gl. & quod not. Bart. in l. j. ff. de procu. Bal. in l. j. §. ſoler.
& ibi glo. de offic. præfec. videtur Angel. Are. in præalleg §. ſi
quis. inſtit. de ſuſpect. tuto.

t Auditto. Contrarium eſſe. Pro hoc facit quod dicit do.
Feli. in cap. omnipotens. extrà. de accuſ. vbi dicit quòd nota-
rius accuſatus de falſo poteſt conficere inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus non tenetur reſpondere poſitioni crimi-
noſæ, niſi vbi proceditur per inquiſitionem ex mero
iudicis officio.*
2 *Enormitas criminis, & famoſum crimen, facit vt
pars cogatur reſpondere poſitioni criminoſæ.*

QVAESTIO CCCLXXII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An poſitioni formatæ a
contra me ſuper crimine, ſiue criminaliter, ſiue ci-
uiliter ratione criminis agatur contra me, teneat
reſpondere? Concluſum fuit quòd ſi petatur reſpon-
deri per verbum, credo, vel non credo, quòd tunc
non teneor reſpondere: ita intelligunt canoniſtæ:
qui hoc ponunt in capitulo ſecundo, de confeſ. &
ibi Innocen. & in capitulo dudum. ij. de electio. Aut
petitur reſponderi per verbum eſt, vel non eſt, &
tunc compellor reſpondere: & ita voluit Bart. in l.
Marcellus. §. primo. ff. rerum amotarum. & ita in-
tellexit l. lex Cornelia. §. hac. ff. de iniur. pro primo
membro allega. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.
Secundum membrum intelligunt canoniſtæ, quan-
do aliàs erat diffamatus conuictus, vel confeſſus.
Aliàs non compellatur reſpondere. vide Collect. in
capitulo ſecundo, de confeſ. præalleg. Specul. in tit.
depoſitio. §. ſeptimo. circa finem. Innocentius &
Compoſtel. in allega. capitulo dudum. de electio. &
cap. ij. de confeſſio. & vide plenè per Bar. & in alleg.
l. Marcellus.

a Vide etiam eundem Bartolum in l. tranſactione. C. de
tranſactio. & ibi Bald. & eundem Bartolum in l. quoties. §.
prætor. ff. de noxa. & in l. qui iuraſſe ff. de iureiur. & in l. pen.
& fin. & ibi Bart. ff. de his qui. vt indig. & in l. non intelligitur.
ff de iure fiſ. & in l. peti. C. de pet. hæred. per Dominicum in c.
ij. de confeſ. lib. vj. poſt gl. & per Sicul. in c. ij. eod. titu. in anti-
quis, & per Bar. in l. ij. C. de iuram. calum. & ſequendo opi. Si-
culi vbi ſuprà in hac materia eliciuntur duæ concluſiones.
Prima † ſit iſta, quòd vbi proceditur per inquiſitionem ex me- 1
ro iudicis officio, tenetur inquiſitus reſpondere poſitioni
criminoſæ: ſi id de quo quæritur eſt notorium ſeu famoſum,
aliàs

2 aliàs ſecus. Secunda † concluſio quòd ad inſtantiam partis neceſſariò eſt reſpondendum poſitioni criminoſæ: ſi id de quo quæritur ſit famoſum, & impediat ordinis executionem ſeu beneficij retentionem de quo agitur, nec veniat imponenda pœna temporalis, probationem harum concluſionum vide notabiliter per Sicul. vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *c. Si quem, §. ſecus de procuratorib. lib. vj. habet locum in procuratoribus habentibus poteſtatem ſubſtituendi, reuocandi, & deſtituendi.*

2 *Differentia inter comparare, reuocare & ſubſtituere.*

QVAESTIO CCCLXXIII.

a ITEM fuit quæſitum [a] an † capitulum ſi quem.
1 §. ſecus, de procur. libro ſexto, habeat locum in procuratoribus habentibus poteſtatem ſubſtituendi, reuocãdi, & deſtituendi ab ipſo ſubſtituẽte domino per litis conteſtationem effecto, ex poſt procuratore ſubſtituto non contradicentem negotium reaſſumente. Cõcluſum fuit quòd ſic: quia illud quòd ſeruatur in domino, litis domino effecto, ſeruatur in prædicto procuratore prædictam poteſtatẽ habẽte, vt not. Colle. in c. mandato. xiij. de procurato.

a Quinimo ſi talis procurator haberet poteſtatem ſicut dictum eſt ſubſtituendi & deſtituendi nec non reaſſumendi toties quoties ſibi videretur expedire, licet ſubſtituendo totaliter transferat poteſtatem ſuam in alium, proteſtetur quòd à modo de cauſa huiuſmodi non velit ſe intromittere: nihilominus tamen poſtea & re non integra quandocunque voluerit, poteſt onus procurationis in ſe reaſſumere, & vlterius in cauſa procedere poterit propter formam mandati. pro quo facit quod legitur & not. in c. licet, de procu. lib. vj. Per quam reaſſumptionem ſicut dictum eſt, videtur ſubſtitutum eius reuocare ſicut dominus, vt in præalleg. c. ſi quem, poteſt tamen, ſi domini ſubſtitutus poſt antedictam tacitam reuocationem procedat, acta per eum ratificare. Secus verò ſi expreſſè reuocauerit & inhibuerit ne procederet: pro quo fa. not. in c. ex parte decani, de reſcript. Ita voluit Rot. deciſi clxxxvij. Adde quòd ſi procurator ſemel vnum ſubſtituit & alium poſtea ſimpliciter & ſine reuocatione primi ſubſtituit primum: cenſetur reuocare etiam ſi in prima ſubſtitutione expreſſè fuerit pro-
2 teſtatus quòd per aliquam comparationẽ &c. quia aliud † eſt comparare & aliud eſt reuocare vel ſubſtituere, diuerſæ enim ſunt ſpecies, & ſic vnum faciendo non cenſetur facere reliquum, ita Ioan. And. & Arch. in c. ſi duo, in prin. & in c. licet. de procu. lib. vj. & Ro. dec. cxxuij. & Domini. in alle. §. ſecus. limita prædicta niſi procurator ſubſtituens in cauſa procedere compulſus per iudicem ad aliquem actum, quia dummodo vlterius non procedat non cenſetur propterea reuocare ſubſtitutum ita voluit Rot. deciſio. cccxxxj. & Domi. in allega. §. ſecus, & ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Articuli contrarij articulis primæ inſtantiæ tradi poſſunt.*

QVAESTIO CCCLXXIIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] an in † cauſa appella-
1 tionis poſsint tradi articuli contrarij articulis traditis in prima inſtantia? Concluſum fuit quòd ſic: per no. in cle. teſtibus, de teſti. in cle. dũmodo aliter probentur, quàm per teſtes, ſi teſtes producti in prima inſtantia fuerint publicati. Alioquin probari poſſent & per teſtes, & per documenta.

a Adde quòd licet ſit regulare quòd teſtes poſt publicatas atteſtationes non poſſint produci ſuper eiſdem vel directo contrariis articulis: vt in capitul. fraternitatis. de teſtib. & ibi doct. & in capitu. intimauit, eodem titu. & plenè in Spec. titu. de teſte §. ſatis vtiliter, per totum. in authent. qui ſemel. & ibi docto C. de proba. in pract. Papi. tit. de except. contra teſtes. verſic ſunt quoque, &c. vbi plenè in authen. de teſti. §. quia verò. & in alleg. clem. teſtibus hoc tamen fallit in pleriſque caſi-
bus 1 notatis per Sicul. poſt Ioan. Andr. in præallegato cap. 1
fraternitatis. & Ioan. Bertachi. in repertorio, in verſic. teſtis. §. teſtes. poſt publicatum, &c. Et inter alios caſus fallentiæ ponit quòd non obſtante publicatione ad probandum eoſdem vel contrarios articulos produci poſſunt inſtrumenta, quia tunc ceſſat timor ſubornationis. l. officium. ff. de rei vendic. & ibi docto. Petr. de Su. poſt gloſ. in d. authen. qui ſemel. Angel. in d. §. quia verò. gloſ. iiij. q. iij. in ſi Bart. in l. diui. ff. de pœnis. Bald in l. ij. in ſi. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. & in l. j. iiij q. C. de cond. indeb. Sicul. poſt gl. in cap. ſeries. de teſti. Item ſi teſtes inſtrumentari ſuper eiſdem vel omnino contrariis articulis ſimul cum inſtrumento eos coadiuuante, eſſent producti, cùm tunc etiam ceſſet timor ſubornationis Anto. & Imo. in præal. c. ſeries. poſt gloſ. Pet. de Su. in d. authen. qui ſemel. v. col. & in d. l. officium, & in l. peremptorias. in ſi. C. ſent. reſcin. non poſ. vide latiſſimè per Sicul. in præalleg. c. fraternitatis Io. Bertachi. vbi ſuprà.

1 AVCTIO. Caſibus, quorum aliqui per Feli. in alleg. cap. fraternitatis recitantur aliquibus notabilibus per ipſum additis, & poſtmodum per ipſum alij caſus ſpeciales adiiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntians cum iuramento, non poteſt excipere.*

2 *Confeſsio de recepto ſicuti habet tacitam conditionem, ſi numerabitur, eodem modo & iuramentum de excipiendo de non numerata pecunia.*

3 *Iuramentum interpoſitum contra bonos mores, non eſt obligatorium.*

4 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ quis opponere non poteſt, quando interuenit confeſsio geminata.*

QVAESTIO CCCLXXV.

ITEM fuit quæſitum. [a] An † renuntians exce- a
ptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento poſ- 1
ſit excipere, 1 maximè quia iurauit nunquam con- 1
trauenire de iure vel de facto? Concluſum fuit quòd non. Secus eſſet ſi confeſſus fuiſſet pecuniam recepiſſe, & iuraſſet ipſam reddere. Ita tenet Cyn. in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pec. & Collect. in cap. fin. de ſol.

a De iure canonico. vt in cap. cùm contingat. de iureiur. ita dicit Angel. Aret. inſtit. de exceptio. verſi. quid ſi renuntiatur, dicent quòd de iure ciuili ſibi non præiudicat. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. generaliter. & l. non dubium. C. de legibus. Nam tunc non obſtante iuramento poterit excipere, quia videtur ſub conditione, ſecundum Iaco. de Ra. vel ſub modo, ſecundum Petrum. promittere ſi vel vt pecunia numeretur. l. fina. C. de non numera. pecu. vbi videtur caſus. Idem voluit
Ang Aret. in loco vbi ſuprà alleg. per d. l. fin. quia † ſicut con- 2
feſſio de recepto habet tacitam conditionem ſi numerabitur, vt d. l. ſi ex cautione. & l. in contractibus. C. eodem titulo. ergo eodem modo habet tacitam conditionem dictum iuramentum, facit l. fin. cum ibi not. ff. qui ſatiſda. cogan. & l. fina. ff. ad municip. & not. in c. quemadmodum. de iureiur. aliàs in-
uitaretur creditor ad peccandum, & dici † poſſet iuramentum 3
interpoſitum contra bonos mores. ergo non eſſet obligatorium etiam de iure canonico, vt in regula iuris, non eſt obligatorium. de regul. iur. lib. vj. tamen in præalleg. l. fin. videtur indiſtinctè tenere, quòd iurando non poſſit talem exceptionem opponere, quia veniret contra iuramentum. dicit tamen quòd ſi debitor ſolueret, quòd poſſet poſtea repetere, ſicut ille qui iurauit ſoluere vſuras. vt cap. debitores. de iureiuran. facit quod not Bartol. in d. l. j §. ij ff. quod vi aut clam. circa fi. & iſtud ſequitur Salic. in d. l. ſi ex cautione. & idem vult Ange. in præallega. l. in contractibus. & l. fin. & ibi Ioan. Fab. idem Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anto. in cap. fina. de ſolutio. allega. Secus autem ſi iuraſſet omnia vera fuiſſe & eſſe, in nullo contrà facere vel venire: quia tunc propter iuramentum non poſſet exceptionem opponere: vt videtur ſentire Bar. in præalle. l. ſi. & ibidem Salic. in principio, vbi dicit quòd ſi iuramentũ non eſt oppoſitum ſolutioni ſed veritati: vt quia iurauit debitor

verè

vere numeratum quòd tali caſu non poterit opponi dicta ea-
ceexprio. Bal. in l. ij. ff. de iureiur. in repeti. & Barthol. Cæpo. in
ſingu. verſic. cxxxij. Barb. poſt Anto. in alleg. c. fin. Adde quòd
licet ſecundum gl in prǣalle. l. ſi ea cautione. teneat quòd huic
2 exceptioni renũtiando 2 perdat hoc beneficium: quia opor-
cebit eum probare pecuniam ſibi non fuiſſe numeratam, vbi
aliàs incumberet onus creditori, aliàs renuntiatio nihil ope-
raretur contra l. ſi quando. ff. de lega. j. & hoc ſecutus fuerit
Iac. de bel. & Odof. vt ibi refert Cy. & Spe. ti. de renuntiatione
& conclu. ver. ſed & marito. idem Spec. in ti. de ob. & ſo. §. j. &
ver. j. Et ibi Ioan. And. in addit. veruntamen Iac. de Aret. indi-
ſtinctè tenet quòd non poſſit renuntiari. & hoc ſequitur Cy.
in d. l. ſi ea cautione. ver. ij. quæro nunquid debitor: & idem vo
luit ibi Bart. & communiter docto. Quod intellige verum ſi
in ipſo inſtrumento & contractu confeſſionis mutui. & ſic vnu
ſimul fiat confeſſio mutui & renuntiatio dictæ exceptionis. ſe-
cus ſi fieret renuntiatio ex poſt facto, ex interuallo. l. cum ſi-
dem. C. de non numera. pecun. facit l. ij. cum ibi not. C. quod
metus cau. & l. fin. C. de duo. re. ſicut dicimus in pacto legis
commiſſoriæ, in pignoribus quòd ab initio appoſitum non
valet: ſed valet ſi fieret ex poſt facto. l. Titius. de pigno. act. de
quo plenè per Bart. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. alle Bart. Bal.
Ang. & doct. in alleg. l. ſi ea cautione. & Angel. Aret. inſtitu. du
4 ea cept. ver. capio quintum. Adde † quòd exceptionem nume-
ratæ pecuniæ non poteſt quis opponere quando interuenit
3 confeſſio geminata. 3 gloſſ. Bal. Ang. & Pe. de Su. in præalle.
l. in contractibus. §. ſed quoniam.

s Addstso. Poſſit excipere. Vide Guid. pa. in deci. dalph.
quæſt. cav. & cexcij. & quæſt. ccclaij.

2 Renuntiando. Adde Feli. in c. ſi cautio. de fid. inſtrum. col.
xxiiij. & ſeq.

3 Geminata. Adde Feli. idem dicentem in c. ſi cautio. de fide
inſtru. a vij. col. poſt Sicul. ſed de huiuſmodi dicto dicit non co-
aru niſi propter authoritatem Sicul. vide per eundem Feli. in
eo. c. xj. colum. verſi. fallit vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio facta per modum confeſsionis extraiudicialis parte abſente non valet ad obligandum.*
2 *Dominium ſola voluntate non perditur.*
3 *Falſa confeſsio ſcienti non præiudicat.*

QVAESTIO CCCLXXVI.

a ITEM aliquis aſſeruit[a] fratrem ſuum eſſe hære-
dem inſolidum patris ſui extra iudicium, de qua
aſſertione conſtat vel per inſtrumentum, vel aliàs
per teſtes: ſi poſtea petat à fratre partem hæredita-
tis, an dicto fratri poſsit obiici de prælibata aſ-
ſertione? Concluſum fuit quòd ſic: per not. Bar. po-
ſita in l. eos. ff. de fal. ſuper verbo ſignum. Contra-
rium videtur teneri per Cy. in l. cum falſa. C. de iu-
ris & fa. igno. per Collect. in c. cum veniſſent. de
inſtit.

a Salua correctione not. Bart. in alleg. l. eos. non mihi mul-
tum facere videtur ad concluſionem prædictam, cùm loqua-
tur de teſte aliud extra iudicium & deinde aliud in iudicio
deponente: Sed quoad propoſitum poſſet dici quòd aut ta-
1 lis aſſertio † fuit facta per modum confeſſionis extraiudicia-
1 lis s abſente parte. & gloſſ. in c. ex parte. de confeſſ. & in cap.
ſi cautio. de fide inſtru. dicit quòd non valet nec ad obligan-
dum, nec ad liberandum ſecundum Bar. in l. non ſolum. §. ſi li-
berationis. ff. de libe. leg. idem Sicu. in ulle. c. ex parte. Idē Ant.
in præalle. c. ſi cautio. & ibi vide Sicu. Aut fuit facta præſente
parte: & ſi ſcienter, præiudicat in his quæ poſſunt ſolum volun
tate induci, vt pactum liberationis: vt l. tale pactum. in prin. ff.
de pact. aut fuit facta in his quæ perdi non poſſunt ſola volun
2 tate. vt in dominio † quod non perditur ſola voluntate: vt l. ſi
3 quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſſ. meritò † falſa confeſſio
ſcienti non præiudicat: ſecus in poſſeſſione, quæ ſola volũtate
perditur. vt d. §. differentia. in fi. glo. vt latius determinatur per
Bar. Bal. & Salic. & in præallega. l. cum falſa. per Specu. titu. de
confeſ. §. fin. in princi. & ibi Ioan. And. & Bal. in addi. Aut talis
confeſſio facta fuit in inſtrumento per verba enuntiatiua. &
de hoc vide per Bart. in l. qui habebat. ff. de hæred. inſtitutio.
& in leg. gerit. ff. de acquirend. hæredit. & in l. Lucius. §. fi-
liam. ff. ad Turpil. Bald. in leg. optimam. C. de contrahend. &
commit. ſtipulation. in. l. j. C. de fal. cau. Baldus & Angelus in
l. cum aliquis. C. de iure delibe. & in authentica ſi quis in ali-
quo. C. de edend. & in l. j. C. de conuenien. fiſci debit. libro de-
cimo. in lectur. vbi Angelus, & per Baldum in l. verba. C. de
teſtamen. & per Bartol. in. l. non epiſtolis. C. de probat. gloſſ.
in capi. olim de cēſi. in. c. ſi Papa. de priuileg. lib. vj. & in clem.
literis. de proba. & per commen. pragma in titu. de ſublatio-
ne, dicta ele. per Sicul. & Anto. in c. fina de ſucceſſ. ab inteſt.
per Ludo. roma. conſilio lxiiii. vbi tenet quòd per inſtrumen
tum in quo quis dixit & confeſſus eſt ſe eſſe procuratorem,
probat contra eum ſe fuiſſe procuratorem. ad quod tex. ſin-
gularis in l. non ſatiſdatio. ff. rem ra. ha.

s Addstso. Confeſſionis extraiudicialis, vide ſingula-
riter per Feli. in alleg. c. ſi cautio. v. col. & aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis cogi poteſt ad veritatem dicendam.*
2 *Teſtis dicto, quod iuramento coram teſtibus firmauit, extra iudicium, ſtatur, etiamſi in iudicio aliter deponat, ob quam cauſam incidit in pœnam falſi, & ea de re diuerſa opiniones. & num. 3.*

QVAESTIO CCCLXXVII.

ITEM Barto. ponit cautelum: quòd ſi quis ha- a
bens teſtem qui dicit extra iudicium, ego ſcio hoc
tantum, & non plus, faciat ſcribi dictum eius, vel
dici coram teſtibus: quia ſi poſtea aliud diceret in iu
dicio, puniretur de falſo: vt voluit Barto. in. l. eos. ff.
de fal. vltima colum. quod eſt notandum ſecun-
dum eum.

a Contrarium videtur probari per text. quem Bal. dicit eſſe
ſingularem, in c. j. §. ſi autem à domino, quid ſit inueſtitura. &
in. c. j. §. notandum. de no. feu. in vſi. feo. vbi patet ꝙ ille qui
dicit ſe neſcire, tamen † cogitur veritatem dicere. ergo valet 1
eius teſtimonium, alioquin fruſtra cogeretur. probatur etiam
per gloſſ. in c. cum cauſam, quæ inter Archiepiſcopum. de te-
ſti. quem confirmat Spec. titu. de teſte. §. j. ver. quid ſi idem te-
ſtes. & ver. ſeq. glo. ij in c. cum cauſam, quę inter œconomum.
de teſti. Bald. in l. nullum. C. de teſti. Ioā And. in additio. Spec.
vbi ſuprà. Flo. in l. qui falſa Ang in d. l. eos. Bald. in conſil. licet
aſſeſſores cæci euntes poſt Barto. &c. & Onofrius de Peruſi.
in conſi. in Chriſti nomine amen, In præſenti puncto videtur
probari caſus. Anto. in capit. cum in tua. de teſti. Fran. de Za-
ba. & Sicu. in. c. per tuas. de proba. qui teat. bene videtur face
ce per Bart. in uncto § tertiæ. in. c. inquiſitionis. de accu. Cōtra
Barto. etiam tenet Ange. conſil. claaaix. & in l. quidem tabu-
lare. ff. de fur. Ludo. Ro. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff.
de dam. infec. Idem Lud. ſingulariter in conſil. ccccv. Imo. in c.
cauſam quæ. de teſti. Bal. in alle. ca. per tuas Et in ſumma com
munis opi. eſt † contra Bart. vt videlicet ſit credendum ſecun- 2
do dicto. iurato in iudicio: licet extra iudicium prius contra-
riũ dixerit ſine iuramento. dicit tamen Sicul. quòd aliqualiter
detrahitur ſecundo dicto ex priori. arg. c. preterea. de teſti. co-
gen. cum ibi not. per Inno. iſtud tamen limitatur per Ludo.
conſi. ſuo præalle. niſi pro eo quod primo dixerat aliqua præ-
ſumptio laboraret, tunc enim monſtraretur ſecundo dicto
quod eſt contrariũ primo. vt probari dicit in alleg. c. per tuas.
& c. literas. de præſum. & ita ſingulariter determinat Sicul.
conſ. ſuo. liij. Adde tamen † quod idem Sicu. dixit in alle. c. per 3
tuas. vt Rhetorica Bart. ſaluari poſſit cum iuramento vt prius
faciat extraiudicium coram teſtibus confiteri, ſeu deponere
cum iuramento: quia tunc non valeret t ſi aliud poſtea depo t
neret in iudicio. nam conuinceretur neceſſariò de periurio,
ponendo ſe inter duo contraria iuramenta. de iureiur. c. tua.
& quod ibi not. fa. c. per tuas. alleg. vide quæ ſcripſi ſuprà q.
cclxxaj. & Rot. conclu. ccxcvij.

t Additio. Non valeret. Adde Guid. idem tenentem. q.
dxlvj. & q. dcxiij.

QVAESTIO CCCLXXVIII.

ITEM, Anno Domini[a] milleſi. cccxcviij. & die a
prima menſis Octobris fuit remiſſus curiæ ſpiritua
li Tholoſæ per curiam Seneschali, quidam vocatus
magiſter Ioannes Pradalis Baccalarius in decretis,

iudex epiſcopi Albien. bigamus pro eo: quia tempore quo erat clericus ſolutus, fuit accuſatus, quòd interfecerat quendam monachum ſancti Pontij camerarium Tholoſæ, & fuerat delatus coram officiali Tholoſæ, & lis conteſtata, & ſic fuit ſeruata in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & l. j. ff. de pœnis. vbi plenè. & vide no. per Collect. & Ioan. Andr. in c. vnico. de obliga. ad ratio. & per alios doct. in c. propoſuiſti. de foro competen. vbi etiam per Collect. & per Cy. in authen. cauſa quæ fit cum monacho. C. de epi. & cleri. Non obſtantibus allegatis ex parte curiæ Seneſchali, de quo plenè per Bar. & Gulielm. de Cu. in l. pen. ff. ſi ex noxa. cauſa aga.

a Et ibi per Bart. & Nicol. de Neapo. vide quæ ſcripſi ſuprà q. cxliiij & q. cxlvj. Sed pone quòd aliquis fuit excommunicatus per iudicem domicilij ſub conditione ſi non ſatisfecerit intra menſem, &c. ante diem conditionis tranſtulit alibi domicilium. nunquid adueniente die & eo ſatisfaciente ſit excommunicatus. hanc quæſtionem vide per Ioan. And. in mer. in regula iuris, cùm ſunt partium. Et tandem concludit quòd ſic: quia iam præuentos erat. Sed quid ſi citatus coram iudice domicilij non comparuit, ſed inde diſceſſit transferendo inde domicilium. & ibi dum conuenitur, excipit quòd de hoc fuit alibi conuentus. & ſic ibi debeat cauſa finem accipere, per l. vbi cœptum. ff. de iudic. Nunquid exceptio huiuſmodi ſit admittenda. vide Bar. in l. quamuis ff. de dam infect. & in l. ſepulchra. ff. de ſepul. vio. per Ioan. Andr. poſt Iaco. de Bel. in addi. Specu. titu. de competen. iudic. adi. §. j. ver. ſed pone. Et communis concluſio eſt quòd non ſit audiendus: quia cùm primò contempſerit citationem, non poteſt ex illa ſe fundare, argu. regu. ex eo. de reg. iur. lib. vj & c. cum olim. de cenſi. ita tenet Sicul. in præalleg c. poſtulaſti.

postea variauit. propter quod poſitus fuit ad torturam, & finaliter perſeuerauit in prima depoſitione, me præſente, vidente, & audiente. Quando autem teſtis videatur eſſe varians, vel vacillans? dic vt per Innocen. in capit. prætèrea. de teſti. cogen. Quando qualiter & quando laicus delinquens efficiatur de foro eccleſiæ? vide in authen. nulla communitas. C. de epiſc. & cle. vbi plenè per Cy. in addi.

a Et non diu eſt in † cauſa matrimoniali cuiuſdam viduæ de monteſquino: quia teſtes reperti fuerũt falſum depoſuiſſe, fuerunt ſcallati. Et vidi ego de tempore domini de Pruchis mei prædeceſſoris in cauſa matrimoniali cuiuſdam de Burniquello remiſſæ ex ordinatione Parlamenti, quòd mulier quædam & alij nonnulli: quia varij fuerunt comperti, poni in quæſtione, & tandem fuit falſitas comperta. vide quoad titulum principalis quæſtionis quem poſui in repetitione cle. j. de offi. ordi. in v. q. principali, vbi † teneo licitum eſſe de iure eccleſiaſtico iudici laicum purum pro crimine eccleſiaſtico capere. Et verum iudex laicus clericum coram ipſo falſum deponentem punire poſſit, vide in eadem repetitione in iij. quæſtione principali. verſic. quæritur vtrum iudex laicus. & per rationes ibidem poſitas in ſcholis publicè diſputando tenui quòd non erat licitum iudici † temporali punire etiam ciuiliter clericum coram ipſo falſum deponentem, licet contrarium ſeruetur in curiis temporalibus Franciæ. Et Bart. in l. nullum. præalleg. circa prin. Et dic † quòd vacillare eſt dubitare: ſed variare eſt ſibi contradicere d. c. prætèrea. de pœnis. c. ſuper his. & in prooemio decreta. ſuper verſi. vacillare. in c in noſtra. de procura. & in c. cum Eccleſia. de cauſa poſſeſſio. & proprietatis. Vide ſuprà in remiſſione per me facta ad repetitionem, vbi latiſſimè proſequor hanc materiam.

1, 2, 3, 4

SVMMARIVM.

1 *Teſtis qui in ſua depoſitione variat, ſubiici poteſt quæſtioni.*

2 *Iudici eccleſiaſtico licitum eſt laicum purum pro crimine eccleſiaſtico capere.*

3 *Iudici temporali licitum eſt clericum coram ſe falſum deponentem punire.*

4 *Vacillare, & variare quomodo inter ſe differant.*

QVAESTIO CCCLXXIX.

a ITEM fuit quæſitum.ª An iudex ſpiritualis poſſit arreſtare, vel capere laicum delinquentem infra iuriſdictionem ſuam ſpiritualem? Stilus Parlamenti dicit quòd non, in rub. quorum cognitio ſpecialiter pertinet ad regem, & qualiter procedat contra perſonas eccleſiaſticas. §. penul. Sed procedat contra ipſos monendo, vel excommunicãdo, quod verum, niſi mortem, vel aliud crimen deteſtabile commiſiſſet, vt ibidem continetur. iſtud eſt hîc poſitum pro tanto: quia dubitabatur, an iudex ſpiritualis teſtem laicum coram ſe falſum deponentem, ſeu variantem poſſit punire, vel ad quæſtionem ponere? & videtur text. in leg. nullum. C. de teſti. cum gloſſa. & ibi not. per Cyn. & per Innocen. in cap. ex tenore glo. fi. de reſcrip. & cap. dilectus. de pœn. & in c. j. de crim. fal. Specul. in titu. de teſte. §. j. verſi. idem opponitur. cum verſi. ſeq. vſque ad ver. item quod teſtes obſcurè. Et ita fuit deciſum, & per me aliàs dum eram officialis Carcaſſonæ obſeruatum in perſona cuiuſdam laici vocati, Petrus Bortij loci de Alzona in cauſa præuentionis formatæ contra Gulielmum Boualdi, qui accuſabatur occidiſſe Petrum Iuliani de Alzona. qui teſtis primò dixerat ſe vidiſſe quando dictus Gulielmus dictum Petrum interfecerat:

SVMMARIVM.

1 *Famæ definitio.*

2 *Fama quare dicatur communis opinio.*

3 *Fama quare dicatur manifeſta.*

4 *Auctores famæ quales debeant eſſe. & nu. 11.*

5 *Fama quomodo poſſit habere originem à vili perſona.*

6 *Fama poteſt habere originem à tempore contracti maleficij. & nu. 15.*

7 *Vana vox populi an dicatur fama.*

8 *Fama an poſſit probari per duos teſtes.*

9 *Nemo præſumitur dicere niſi quod agitauit in mente.*

10 *Teſtis dictum debet neceſſariò concludere.*

12 *Fama nullo modo probat, ſed probationes iam factas confirmat.*

13 *Fama cum vno teſte facit plenam probationem in ciuilibus, ſecus in criminalibus.*

14 *Fama facit plenam probationem in cauſis modici præiudicij.*

16 *Perſonarum defectus ſuppletur per argumenta probabilia.*

17 *Fama probat in factis antiquis.*

18 *Facta de antiquo quæ dicantur.*

19 *Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam.*

QVAESTIO CCCLXXX.

ITEM fuit quæſitum.ª Quomodo teſtis debeat deponere ſuper fama vel infamia? Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd duplex eſt fama hominis: alia eſt fama inter homines, fama hominis dicitur in bona parte: in mala parte dicitur infamia, de qua fama & infamia habetur in l. cognitio. §. j. ff. de var. & extraor. cog. & in tit. de his qui no. infa. C. & ff. & de illa nihil ad præſens. quædam eſt fama inter a

ter

ter homines. Et iſta eſt duplex:nam quædam eſt fa-
ma de vno homine in genere bonitatis, vel malitiæ.
nam ſama eſt, quòd eſt bonus vel malus: quòd eſt
ſur vel latro:& de iſta loquitur. §. plurimum. in d.l.
de minore. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pe. l. non
omnes.§.à barbaris. ff.de re mili. cum ſi. Quædam
eſt fama de aliquo facto particulari, vt, quod tale
quid ſit,vel non,de qua loquitur.l.iij.§.eiuſdé quo-
que.de teſti. ff. Primò igitur quando quæritur quid
1 eſt ſama? & dic†quòd eſt communis opinio voce ma
2 niſeſta ex ſuſpicione proueniens. Quare † dicitur
communis opinio? Reſponde ad differentiam opi-
nionis ſingularis. vt l.cum quidam. §. quod dicitur.
ff.de acqui.hære.& l.Labeo.ff.de ſup.le. Et ideò dici-
3 tur manifeſta:quia†aliàs non eſſet fama:ſed ſtaret in
nomine generis ſui ſecundum communem opin.
nam quandoque communis opinio manifeſtatur
vſu. vt d. l. Labeó. & rebus ipſis & factis. vt d. l. de
quibus,in fi.ff.de legi. & tunc non dicitur fama:ſed
dicitur æſtimatio,vel communis opinio: fama enim
ſecundum Hug.dicitur à fando,hoc eſt à loquendo:
& hoc ponit ipſe ſuper ver.famulor. Vnde niſi ſit
locutio,non diceretur ſama. Et quod dicitur, ex
ſuſpicione procedens, hoc eſt ad differentiam mani-
feſti, nam ſi diceretur aliquid communiter quod
eſſet certum & viſum à populo, illud eſſet maniſe-
ſtum vel notorium,non ſama. vt l. ciues. C.de app.
& l. ſi verò. §.qui pro ſei qualitate. ff. qui ſat. cog.
Quæritur à quibus perſonis oritur fama? decreta-
lis qualiter & quando. ij. de accu. dicit quòd debet
oriri à perſonis non maleuolis neque maleficis, ſed
à fide dignis.Iſtud ego puto verum, & videtur pro-
bari per text.in l.miles.§.pen.ff.de adul. Hoc tamen
intelligo quando fama habet originem ſolum ex
1 dicto perſonarum, quia populus ideo credit, &
4 ideo dicit,quia tales dixerunt: oportet † enim illos
authores eſſe tales,quibus debeat fides adhiberi, vt
non reprobentur eorum perſonæ: vt l.ſi quis decu-
rio.C.de fal. & C.de repu. authen. hodie. vbi debet
explorari à magiſtro militum. Sed quando fama
haberet originem ab aliquo alio actu, quàm à dicto
perſonarum, tunc poteſt habere originem etiam à
vilibus perſonis. Quid enim ſi contra furem in-
uentum in domo exiuit dominus, vel famulus per
plateam aridam, clamando, obuietis furi: & ex iſto
5 actu.ſ.fugæ†illius, & inſecutionis alterius oritur ſa-
ma in ciuitate,quòd talis fecit furtũ? Et iſto caſu vi-
des quòd ſama poteſt habere originem à vili per-
ſona.Sed vt verius loquar,non à vili perſona habuit
originem,ſed magis ab illo actu, ex quo populus in
ſuſpicione deducitur.hoc probatur. ff.ad l. Aquil. l.
itaque.ſic poteſt intelligi.l.capite quinto. ff.de adul.
vbi quia alius viſus eſt & deprehenſus, & dice-
batur quòd erat deprehenſus in adulterio, ex illo
actu inſurgit fama in ciuitate, quòd talis iuit ad a-
6 dulterandum. Poteſt†etiam oriri fama tempore con-
tracti maleficij ex cauſa antecedenti. Exemplum,
aliquis erat primò homo malæ conditionis, & ma-
læ famæ,cóſueuit furari,& ſimilia facere:& quia ha-
bebat notam domum, vbi factum fuit furtum, ſta-
tim facto furto incipit rumor contra eum, & fama.
Poteſt etiam ex poſt facto inſurgere ſama ex aliquo
actu manifeſtato,ex quo incipit quis credere, quòd
fecit furtum: quia repertus cum rebus alicuius de-
functi derobati: tunc ex illo actu cœpit rumor. &
fama,quòd talis occidit illum,& derobauit: & hoc
probatur in ſimili in l. ſi adulterium. & ſimilibus.
no.in gl. C.de adul.& iſta eſt propriè ſama ex ſuſpi
cione proueniẽs:quando iuſta cauſa præceſsit iſtam
famam & iſtum rumorem. Aliàs ſi iſta ſuſpicio non
præceſsiſſet, modicum operaretur iſta fama,vt d. l.
miles.§.pen.Iſta enim†fama eſt illa quæ dicitur va- 7
na vox populi,quãdo non præcedit iuſta cauſa cre-
dulitatis.C.de pœ.l.decurionum.Et quòd ex iſtis a-
ctibus probentur indicia & fama, probatur in l.iij.
ff.ad Macedo.ibi ſic agebat,ſic contrahebat,ſic mu-
neribus fungebatur &c.nam ex iſtis præſumitur i-
bi, quòd ſit ſui iuris. Quæro qualiter†probabitur 8
ſama? gl.in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti. dicit quòd ſuf 2
ficit probari per duos teſtes, qui dicant maioré par
tem populi hoc ſentire,in hoc quòd dicit per duos
teſtes mihi placet: niſi per formam ſtatuti plures
requirentur:Sed illud quod dicit gl.quòd teſtis ha
bet deponere, quòd maior pars populi hoc ſentit,
intellige.ſ.pars populi,vel alterius vniuerſitatis. In
eo quod dicit ſentire:an ſit verum, poteſt dubitari.
nam deponit de eo quòd non percipitur ſenſu.ergo
videtur quòd teſtimonium non valeat. l. qui teſti-
monio.in fi. ff. de teſt. & in l.j. in prin. ff. de his quæ
in teſt. delen. & quod no. per Inn.in c.cum cauſam.
de teſt.Sed pro gl.videtur caſus in l.ſi arbiter.ff.de
proba.vbi tex.videtur dicere, quòd teſtis debet de-
ponere, quod eſt omnium opinio:finaliter ego cre-
do,quòd teſtis debeat deponere aliquid,quod per-
cipiat ſenſu:vt l.alle.Et ideo vt teſtimonium prola-
tũm ſecundũ gl ſoluetur:oportet quòd reddat cau-
ſam ſui dicti.ſ. dico maioré partem populi hoc ſen-
tire,quia audiui maiorem partem populi ſic dicere:
ita intelligo d.l.ſi.arbiter.& quod Inn.in.c. veniens.
de teſt. Aliàs non eſſet probata fama:nam maiorem
parté populi hoc ſentire poſſet cóprehendi ex alio,
quàm ex voce:& ſic non eſſet ſama vt ſupradictum
eſt,& probatur in l.Labeo,alle.Quid ſi teſtis dicit,ꝙ
audiuit hoc dici à maiori parte hominum ſeu gen-
tium iſtius ciuitatis: certè probata eſt fama: quia
ex hoc colligitur, quòd maior pars populi hoc ſen-
tit.nemo†enim præſumitur dicere niſi quod agita- 9
uit in mente:vt all.l. Labeo. Et ſi non adiceret illa
verba, ciuitatis iſtius: ſed diceret audiuiſſe à ma-
iori parte populi, non ſufficeret: quia dictum te-
ſtis†debet de neceſsitate concludere,l.non hoc.C. 10
vnde legi.c.in præſentia. de prob. Sed iſtud dictum
non concludit de neceſsitate, vbi eſt fama iſta, er-
go &c. Sis ergo cautus quòd dicat quod eſt publi-
ca vox, & ſama. Interrogatus quomodo ſcit? quia
publicè dicitur per ciuitaté, vel à maiori parte po-
puli huius ciuitatis,in ciuitate, caſtro, vel villa. Sed
quid ſi teſtis dicit, ꝙ eſt publica vox & fama? certè
non probat: quia non reddit cauſam per aliquid,
quod ſenſu percipiatur: nõ enim dicit ſe audiuiſſe
à maiori parte populi, ſed dicit quòd hoc dicitur.
Sed quid ſi dicit, quòd audiuit publicè dici? dic ꝙ
non ſufficit: quia poteſt eſſe, quòd vnus homo pu-
blicè dicebat.debet ergo dicere:audiui publicè dici
à maiori parte hominum huius ciuitatis. Quæro ſi
teſtis interrogatur, à quibus perſonis audiuit dicere,
vtrum debeat de hoc interrogari,& ipſe debeat re-
ſpondere? Inn. dicit quòd ſic. nam†cùm fama ha- 11

bere debeat originem ab honeſtis perſonis, non poſſet ſciri an haberet originem ab honeſtis perſonis, vel non: niſi illæ perſonæ maniſeſtentur. Ita ponit Innn. in c. qualiter & quando. de accu. & Spe. in ti. de inquiſitione. §. nunc tractemos, vbi ponit verba Inn. ad literam, adeo quòd ſi teſtis neminem nominaret: ſed diceret ſe non recordari, eius teſtimonium non valeret: ſed debet teſtis aliquem nominare, & poſtea dicere: & audiui dici à pluribus aliis, de quibus dicit ſe non recordari, nam non debet de omnibus interrogari, cùm memoria hominum labilis ſit, vt l. peregre. & not. in princip. ff. de acqui. poſſ. Quid ſi teſtes diuerſi dixerunt ſe à diuerſis hoc ſciuiſſe. quia vnus nominat aliquos; alius alios: Vel quid, ſi diuerſificant in loco: quia vnus debet audiuiſſe in platea, alius in burgo: Vel quid, ſi diuerſificant in tempore, quia vnus audiuit tali die: alius de alia die deponit? Reſpondeo quòd propter hoc nõ vitiatur probatio, vt l. ob carmen. in fin. & quod ibi no. ff. de teſtib. & Innoc. & Specul. hoc tenent in locis ſuprà allega. Quis ſit effectus famæ? de hoc gloſſ. ſunt variæ: quædam videtur dicere quòd fama faciat
2 plenam fidem 2. vt no. ff. de neg. geſt. l. atqui natura. ff. & C. de prob. l. iiij. & de iure doti. l. vbi adhuc. Et alibi gloſſ. videtur velle quòd faciat ſemiplenam probationem, vt d. l. iij. §. eiuſdem quoque principis. ff. de teſtib. & l. admonendi. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eo. titu. c. j. de appel. & facit quod no. in l. ij. §. j. ff. de excu. tuto. & quod ibi not. per Dyn.
12 Alij videntur dicere † quòd fama nullo modo probet: ſed probationes iam factas confirmet. Vnde ſi ex vtraque parte eſſent probationes æquales, & altera haberet plus famam, illa vinceret. vt dicta l. iij. §. eiuſdem quoque principis. ibi conſentiens fama habet confirmare probationem iam factam: ſed dictum vnius teſtis non probat, ideo non poteſt à fama confirmari. hoc tenebat Iaſo. de Are. And. de Piſ. Iaſo. & Butr. Idem, præterquam in cauſis grauioribus. argum. C. de ſen. ex peri. reci. authen. niſi breuiores. Sed Dy. in l. excuſantur. §. j. ff. de excu. tu. vi-
13 detur † dicere quòd fama cum vno teſte facit plenam probationem in ciuilibus, non in criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce clariores. hoc idem tenet Cyn. in l. fi. C. eo. ti. & idem videtur tenere in l. iiij. C. de proba. Tu dic, quòd quædam ſunt in quibus ſufficit ſic eſſe famam: licet in veritate ſic non ſit: tunc ſufficit probatio famæ: vt l. Barbarius. ff. de offic. Præto. & l. j. C. de teſt. & l. arbi. C. de ſen. nam in d. ll. non requiritur veritas: ſed ſufficit fama, quòd ſic reputabatur. ad idem, ff. ad Mace. l. iij. Quandoque requiritur probatio veritatis, quòd ita ſit. & tunc quædam ſunt, in quibus ipſa fama ſeu communis opinio veritatem facit, & inducit, & tunc ſufficit probatio famæ. vt l. j. §. fi. ff. de flumi. & facit l. Labeo. ff. de ſupel. le. & l. cum de Lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtru. cum ſi. Quædam ſunt in quibus ipſa fama ſeu communis opin. non inducit veritatem, & tunc dic quòd ſi eſt fama probata ſolum ex voce populi non probata aliqua præſumptione, ex qua dicta opi. & fama originem traxerit. & dic quòd iſta non probat: ſed dicitur magis vana vox populi, quæ non eſt exaudienda. vt l. decurionum. C. de pe. licet non probet, tamen coadiuuaret probationem iam factam: vt. d. l. iij. §. eiuſdem quoque principis. ff. de teſti. Si verò iſta fama eſſet probata, quæ traxit originem ex aliquibus præſumptionibus legitimis præcedentibus: tunc
dic † quòd in quibuſdam caſibus facit plenam probationem: puta in cauſis breuioribus: vel modici 14
præiudicij. ita intellige gloſſ. in d. l. vbi adhuc. C. de iure doti. vbi ſufficit probatio famæ quæ eſt cauſa modici præiudicij: vt plenè dixi. idem Bartolus in l. ſi conſtante. ff. ſolu. ma. in j. ij. & iij. quæſtionibus. Item dic quandoque habet effectum quod transfert onus probandi in aliam partem, vt in caſibus, in quibus communis opin. ſeu fama conſtituit aliquem in poſſeſſione alicuius qualitatis, vt libertatis, vel ſeruitutis, & ſimilium. vt l. ſi mater. C. ne de ſta. defunctorum. & l. ij. C. ſi ſeruos aut liber. aut decu. perne. lib. x. Aut aliter fama iſta non facit plenam probationem, ſed an faciat ſemiplenam ita quòd probet cum vno teſte: dic quòd debemus conſiderare illa indicia & illas præſumptiones, ex quibus fama traxit originem, qualiter vrgeant, & ſecundum qualitatem illarum dicam iſtam famam facere ſemiplenam probationem, vel non facere: ita debet intelligi gloſſ. in alleg. l. excuſantur. §. j. ff. de excu. tut. & d. l. iij. eiuſdem. §. quoque. & ex hoc etiam habens perpendere, vtrum fama ſit ſufficiens iudicium ad torturam, vel non.

a Iſtæ quæſtiones ſubſequentes de fama extractæ fuere à tractatu famæ quam ponit Bartolus poſt Thomam de Pipe. & Specul in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Per Baldum in rubric. de proba. Specul. in titu. de noto. crimine. §. j. Baldus & Salice. in l. ea quidem. C. de accuſat. per Ioannem Andream, Hoſtien. Ant. Imola & Sicul l. c. veſtra. de coha. cleri. & mulie. Illud ergo quod dicunt multi doct. & Thomas de Pipe. de fama & communis opinio & æſtimatio ſunt idem, verum eſt quãdo communi voce manifeſtatur. aliàs ſecus, vt dictum eſt. Iſta ſunt verba Bartoli in allega. §. plurimum, aliàs tormenta, quæ fuerant hîc omiſſa. Et quod dicit Bartolus in l. ab accuſatione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. Adde quòd Sicul. in allega. capit. veſtra. dicit quòd iſta communis locutio debet procedere ex veriſimilibus coniecturis. quia aliàs propriè non eſſet fama, ſaltem quoad iuris effectum: ſed eſſent vanæ voces populi. alleg. eundem Bart. in allegato §. tormenta. & gloſſ. & docto. in c. inquiſitionis. & c. cum oporteat. de accuſati. Secundò quæritur in quo loco debet eſſe fama, & Bartol. in præallega. §. tormenta. ij. q. tenet quòd fama non requirat locum de neceſſitate. licet aliter videtur innuere Salice. in præalleg. l. ea quidem, xxv. colum. ver. ad quartam & ibi vide: & per Bartolum in præallega. §. tormenta. Idem voluit Salice. vbi ſuprà verſic. ad quintam. limitat tamen primum dictum Bartol. niſi qualitas perſonæ & factum de quo quæritur aliud inducat, exemplificat de barraterio: cuius barraterij fama probari poteſt ſecundum eum per alium barraterium qui ſecum conuerſatur. ideo teſtimonium ſcire debentium non eſt repellendum. l. de ſubmerſis. C. de naufrag. lib. xj. Idem per omnia voluit Salicet. vbi ſuprà verſicu. ad ſextam quæſt. Et ſic cùm quæritur ex quo tempore debet oriri fama: dici poteſt quòd fama poteſt habere originem à tem-
pore † maleficij commiſſi: & poſtea ante accuſationem & poſt 15
accuſationem ſecundum quod manifeſtatur cauſa ex qua populus vel vicinia in ſuſpicionem & credulitatem deducitur, ex qua poſtea credulitate dicunt, quòd dictum vocatur fama ita fuere verba Barto. in allega. §. tormenta. in iiij. quæſt. & per Salice. relata tanquam veriora. alle ver. ad ſextam. Idem tenet Sicul. in alleg. c. veniens. Et quòd ad probandam famam ſufficiunt duo teſtes. tenet etiam gloſſ. ij. q. j. in §. quando. el ij. Sicu. in c. veſtra. vlt. col. de cohabi. cleri. & mulie. idem dicens de notorio. Specul. in titu. de noto. crimi. § j. & § iam de notorio. & idem de indicio dicunt docto. in l. fi. C. fami. erciſcundæ & in l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. Salice. in allega. l. ea quidem, xxxj. col. verſicu. ad ſeptimam, per quot teſtes. Specul. in titu. de teſte. verſicu. quid ſi teſtes. in §. xij Quomodo autem fama probetur per teſtes: vide per Plo. in l. ſcenam. §. quicunque. ff. ad l. A quil. Salic. in præalleg. l. ea quidem.

C. de

C.de acc.Bal.poſt Arch.in c.j.de acc.Aut. Ioan. And. poſt In-
nocen,Franciſc.de Zab.Sicu.& Franc. Are.in c.cum oporteat.
de accuſ.& contrà Bart. quod ſufficiat vt teſtis dicat quòd au-
diuit à maiori parte hominum:licet non dicatur talis loci, te-
net Salic.in præalle.l.ea quidem.col.xxxj.verſi. ſecundo,quæ-
ſo quid ſi teſtis,affirmans idem Bart.in præalle.l.iij. §.eius. de
teſt. ff. item probant quando dicunt quòd ita dicitur per to-
tam ciuitatem ſecundum Salice.vbi ſuprà.col.xxxij. verſi.v.ad
idem quamuis Bart. contrà. vt ſupradictum eſt: & tenet Salic.
in l.eum qui,in fi. de fal. C.item probans, dicunt quòd publicè
audierunt dici per ciuitatem ſecundum Salic. in alleg.verſic.v.
Item probant,ſi dicunt quòd publicè dicitur ſecundum Bal.in
l.teſtium.in fi.C.de teſti.Bart.contrà,vt ſuprà ſcriptum eſt. cu-
ius & opi. credo veriorem per rationem eius ſuprà poſitam.
Iſta eſt communis opinio,quam ſequitur Salic.vbi ſuprà, col.
xxxiij.ver.ſi verò teſtis.& ſeq.idem Franc. Arc. in alleg.c.cum
oporteat. limitat tamen huiuſmodi communem opinionem
niſi fama confirmaretur ex veriſimilibus & probabilibus con-
iecturis: quia tunc teſtis etiam interrogatus neceſſariò non
habet dicere à quibus perſonis audiuit: quia fama poteſt ha-
bere ortum à coniecturis & argumentis probabilibus:nec re-
quiritur quòd nunc habuerit originem à prouidis & honeſtis:
16 quia † defectus perſonarum ſuppletur per argumenta proba-
bilia.ita eleganter voluit Bartol. in allegato §.tormenta. ver-
ſicu.iij quæro,& verſicu.ſeq. & tenet Bal. expreſsè in allegata
l.ea quidem.in vltim.charta. Et etiam Salice. in tractatu de
fama.verſicu.iij.quæro. & hoc etiam probauit Franciſc. Aret.
ratione præallegato capit. cùm oporteat, vbi vide. Quod
Salice.in præallegata l.ea quidem.colum.xxxiij.verſicu.nono
iuxta proxima limitat quando quilibet eorum non expreſſit in
numero, quot captaſſi faciant maiorem partem viciniæ vel
populi, tunc cùm quilibet probet ſemiplenè, dici poteſt o-
mnes eos ſimul probaſſe plenè. & tunc non eſt curandum
ſecundum eum de varietate loci nec temporis, argumen. di-
ctæ leg.ob carmen. Alioquin teſtes huiuſmodi eſſent ſingu-
lares. & non eſſent conteſtes, quod requiritur: vt l.qui falſa.
ff.de teſti. & capit. cum dilecto. de electio. & cum neuter per
ſe probet, nec omnes ſimul. Si tamen teſtes poſt aliquo-
rum nominationem addiderunt & eorum quilibet clauſulam
generalem de qua ſupradictum eſt, tunc virtute illius clau-
ſulæ generalis & à pluribus aliis in qua poſſunt compræhen-
di per alios ſpecificè nominati dicentur tunc probare & con-
teſtes eſſe,argument.extrà de teſtib. capitu. cum tu. Hanc
17 concluſionem † limitabis non præcedere in factis antiquis:
quia in his quæ ſunt de antiquo fama bene probat. ita Innoc.
in cap.veniens.j.de teſti. Hoſtien.in capit. quid per nouale.de
verbo.ſignific.Anto.in cap.fina.in repetitione & penult.char.
de conſuetud.ita Bart.in l. ij. §.Labeo. ff. de aqua plu. arcen.
Bald.in authen.quas actiones.in fine colum. C.de ſacroſanct.
eccle.facit gloſſ.in c.primo,de præſcript.libro vj. faciunt not.
18 in cap.cum cauſam.de proba. Et intellige † facta de antiquo:
ſcilicet centum annorum.quoad hanc materiam ita Innocen.
in allega. c.veniens. licet Anto. ibi teneat quòd ſufficiant xl.
anni.Sicul.in allegato cap.cum cauſam. de probatio. Floc. in
l.ſeruitutes,la grande. ff.de ſerui. Limitabis ſecundò dictam
concluſionem non procedere in ſpiritualibus vbi fama defert
aliquid circa materiam peccati ad euitandum ipſum pecca-
tum debet credi famæ ita in cap.j.de poſtula. Præpoſi.in cap.j.
de appella. Ita Sicul.in allegato cap.j. de poſtula. & Præpoſi.
in cap j.de appella.& Salice. in alleg.l.ea quidem. vlti. colum.
An fama faciat ſemiplenam probationem. vide etiam per Sa-
lice.vbi ſuprà vltim,colum. qui ſequitur Barto.vide etiam per
eundem Barto.in l,admouendi. ff. de iureiurando, & in l.bo-
næfidei. C, eodem titulo. Baldus in lege proprietatis. C.de
probatiõ.Baldus in additio. Speculat. titulo de noto. crimin.
verſicul.primo,poſt Speculat.ibidem. §.fama. verſiculo ſuper
eodem. per eundem Speculat.titulo de teſte. §. v.verſicul.hoc
tamen fallit.per gloſſ. in allegato capitul. veniens. primo.de
teſti. Bartol. in l. ſecunda. § primo.ff.de excuſatio. tuto. Cy-
nus in l. finali. C.de quæſtio. Angel. Aretinus in tracta.malefic.
verſiculo fama.v.colum. & per Bartol. in l.prima. C. qui mit.
tutel. Præpoſitus & Siculus in capitulo primo, de appellatio.
19 Et an † fama ſit iudicium ſufficiens ad torturam? dic quòd
non regulariter, niſi ſit iuncta cum aliis indiciis. Bartolus in
allegato §. tormenta. & in l. finali. & in l.prima.§.item Cor-
nelius.ff.de quæſtione.poſt gloſſ.& in l.tertia.§.eiuſdem quo-
que. ff. de teſti. Angel. Aretinus. vbi ſuprà. & facit quod no-
tat.in capitulo qualiter & quando.& in capitu. inquiſitionis.
de accuſa.per Innocen. Hoſtien.Ioan.Andræam.Anto. Fran-
ciſcum,Aretinum,& Siculum. Quæritur vlterius vtrum poſ-
ſit fama probari negatiuè? iſtam quæſtionem formauit Bart.
in præalleg.§.tormenta. quam hic omiſerunt domini. in qua
quæſtione Bartol.reſpondet quòd ſic. nec dicitur tunc pro-
bari negatiua: ſed eſt affirmata,quòd eſt publica vox & fama
Titium non feciſſe,alle.l. arbiter.ff.de proba. Quid ſi eſt pro-
bata fama affirmatiuè ab vna parte, & alia parte negatiuè?
Bart. vbi ſuprà dicit ſtandum eſſe teſtibus dignioribus,vel ſi
teſtes eſſent æquales ſtatur illi probationi ſeu illi famæ quæ
proceſſit ex veriſimilioribus præſumptionibus, ar. l.ob
carmen. ff de teſtib. & quod per Spe.& Inno.in præalleg. lo-
cis,& in titu. de noto.cri.§.fama. & c. cum in tua. de ſponſa.
Sicul.& Fran. Are.in alle.c. cum oporteat. Et prædicta pro-
cedunt quando eſt probata fama eiuſdem loci & temporis.
Sed quid ſi probata eſt fama ab vna parte commiſſi malefi-
cii vno tempore: ab alia parte eſt probata fama innocentiæ
alio tempore:tunc præferenda eſt iſta ſecunda probatio,quia
potuerunt omnes mutare opinionem, & præualet vltima. ff.
de damno infec.l.qui bona.§.ſi quia ſtipulatus. ita hic præua-
lebit vltima fama, & eſt caſus ſecundum Bartol. & Sicul. vbi
ſuprà in l.ij.circa princi.ff.quis ordo in bo.poſ.ſer.Fran.Aret.
in alleg.c.cum oporteat.ad hoc allegat text.quem dicit deci-
dere quæſtionem & commendari per Bald. in l. ſi mater.C.
ne ex delic.defunc.Et idem Bald. ſimiliter no. ponit iſtud di-
ctum in c.j.§. notandum.qui feu.da. poſſ. & in ca.j.§.item ſi
vaſallus.in fi.de controuer.inueſt.Et in d.§.notandum, vide-
tur limitare præcedens dictum quòd tunc ſtetur vltimæ fa-
mæ: vt etiam dicit text. in præallegata. l. ij. quando fama
ſecunda eſt fundata melioribus vel æquè bonis coniectu-
ris. Secus ſi fama prima ſit magis veriſimilis ex melioribus
coniecturis. Veruntamen Fran. Are.vbi ſuprà dicit non eſſe re
cedendum à text.in d.l. ſi mater. quia dato quòd fama habe-
ret meliores coniecturas,mutatio tamen opinionis apud eoſ
dem quæ non præſumitur eſſe facta ſine cauſa,reddit eam val-
de ſuſpectam. Adde etiam quod ſingulariter tradit Bald.in
all.l.ea quidem. vlt. char. videlicet quòd non ſolum fama ſe-
quens contraria in ſpecie famæ priori elidit priorem,ſed etiã
fama ſequens in genere contraria priori.verbi gratia: proba-
tum eſt per teſtes aliquem eſſe diffamatum de certo crimine:
certè ſi probatur poſtea quòd iſte homo eſt reputatus bonæ
conditionis & famæ, regulariter iſtud ſufficit: Fran. Are. vbi
ſuprà. Sed quid ſi probata eſt fama contraria diuerſorum lo-
corum, puta in caſtro comitatus vbi commiſſum eſt malefi-
cium,eſt fama,quòd ſic:in ciuitate iſta eſt fama,quòd non:cui
magis eſt ſtandum: dicit quòd erit attendendum ex circun-
ſtantiis.quæ probatio præualet.finge enim delictum eſſe com
miſſum in loco æqualiter diſtante à ciuitate, & caſtro.nam
tunc ſi infamia eſt in caſtro & bona fama in ciuitate, debet iu
dex attendere ad rationẽ ſuper qua ſe fundãt teſtes,& omnia
ſint pariter veriſimilia, probatio ſuper bona fama confundit
aliam. vt not.in ſimili.in l.admouendi.ff. de iniu.& in c. fin.
eodem titul. Secus eſſet vbi infamia eſſet in loco commiſſi
delicti & in alio loco eſſet bona fama: quia tunc ſecundum
Sicul.procedit opi.Ioan.And.quia tunc præualeret fama quæ
in loco delicti ſecundum Bald.in præallega.§. notandum, &
Franc. Aret. vbi ſuprà.& idem Bald.in l.is poteſt.& ibi Bar.&
Imol.ff. de acquirend.hære.& vide per Angel. Aret.vbi ſuprà.

1 Annotatio. Dicto perſonarum.An autem ad hoc vt dica-
tur eſſe fama in ciuitate vel vicinia requiratur quòd à maiori
parte in ciuitate vel vicinia hoc dicatur. vide per do. Alex.in
conſil. cl.in v.col. circa fi. & in conſil.clj. in pen. col. in verſi.
ſubiungo.in v.volu.

2 Probabitur fama.De probatione famæ vide etiam per Ab
batem in conſil.aiij.

3 Plenam fidẽ. Vide per do.Pau.de Ca.cõſi.ccxcvj.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Homo frigidus præſumitur impotens ad coeundũ.*
2 *Maleficiatus an præſumatur frigidus.*
3 *Matrimonium an propter maleficium ſeparari debeat.& nu.4.*
5 *Maleficium quando præſumatur perpetuum.*
6 *Spacium trieñij quod datur maleficiato à iure vel à iudice ad experiẽtiam copulæ carnalis an debeat computari à iudicis præcepta, an verò à tempore contractus matrimonij.*
7 *Maleficium cenſetur perpetuũ, etiamſi per aliud maleficium remoueri poſſit.*

QVAESTIO CCCLXXXI.

a I T E M fuit quæſitum. Quidam ætatis xxx.annorum contraxit cum S.virgine xij.annorum & vltra, cum qua ſterit vj.annis, operam dando carnali copulæ. qui nullo modo potuit conſummare, prout ambo confeſsi ſunt, & ipſa per corporis aſpectũ ſe virginem oſtendit, quamuis ipſe potentem ſe diceret, & probaret per meretrices, quas dixit ſe cognouiſſe. & ipſæ ſuper hoc deponunt, illud idem affirmantes. Et quamuis ipſi coniuges confiteantur, quòd ipſe egerit, & ſperma emittit: tamen matrimonium cum ipſa conſummare non potuit, neque poteſt. dicta S.petit ſeparari: maritus dicit eam non fore audiendam attentis præmiſsis: quæritur quis melius dicat? Circa quæ mota fuere dubia per relatorem: & deciſa prout ſequitur, ſcilicet per dominum Pontium Laudarta Licentiatum in decret. Primò vtrum dictus vir debeat frigidus vel maleficiatus reputari. Secundò vtrum propter maleficium matrimonium debeat ſeparari. Tertiò vtrum in dubio quòd maleficium præceſſerit ipſum matrimonium debeat præſumi. Quartò vtrum triennij ſpatium, quod maleficiato à iure ad experientiam copulæ coniugalis indulgetur, debeat computari à iudicis præcepto, ſeu aſsignatione, vel ſufficiat eos in prædicta experientia abſque iudicis præcepto per triennium fuiſſe. Ad primum præmiſsis ſemper proteſtationibus, videtur dicendum, quòd vir antedictus non frigidus, ſed maleficiatus debeat iudicari: quod probatur ex tribus in eo concurrentibus, quæ concurrunt in maleficiatis. & deficiunt in frigido: quoniam vt dicit gloſſ. in c. literæ, de frig. & malefic. ſi quis eſt frigidus quoad vnam, & quoad omnes eſt frigidus, cùm impedimentum à natura procedat. Secus eſt in maleficiato, qui poteſt eſſe maleficiatus cum vna, & non cum altera: vt ibi, & no. etiam de maleficiatis in c. fraternitatis. eo.
5 tit. in glo. ij. Innoc. in c. fin. eo. tit. & pro hoc, † quòd frigidus ſit impotens quoad omnes, videtur facere text. in c. j. eo. tit. ibi dum dixiſti te eſſe frigidæ naturæ: ita vt non potuiſſes coire cum illa, nec cum aliqua alia: quòd autem maleficiatus ſit impotens quò ad vnam, & non quoad omnes: patet in c. fina. eod. titu. qui text. loquitur in maleficiato: aſſerebat enim habere potentiam aliàs cognoſcendi: tamen vt dicit Hoſtien. hoc non ob. quia non conſueuerunt homines teſtes ad talia vocari: imo ſe abſcondunt. pro hac etiam parte fa. quod no. Hoſt. in ſum. eo. ti. §. quæ impotentia. ver. occulta verò, ſeq. & quod not. in §. qualiter & quando. ver. eſt autem hoc rectum. vbi ſic dicit: maſculus iurauit ſe naturaliter frigidum, & ſe non poſſe cognoſcere aliquam mulierem, &c. & quod no. eo. ti. ver. ſed ſi vir. vbi dicit ſe motum ad coitum, vel quòd aliàs cognoſcit, tunc patet quòd
2 maleficium allegatur: cùm ergo prælibatus † vir antea cognouerit alias mulieres, videtur quòd maleficiatus, & non frigidus debeat reputari. Secundò, quia vt patet in proceſſu, ipſe polluitur in dormiendo, vel alio modo, ergo non eſt frigidus. Tertiò, quia vir antedictus mouebatur ad coitum, & virgam erigit, quod non facit frigidus: quia vt dicit Hoſtien. in ſum. in prædicto verſicu. eſt autem hoc rectum indicium, quòd frigidus iurat ſe non moueri ad voluntatem coeundi. nam ſi aliquoties mouetur: ſed non poteſt perficere, non eſt naturaliter frigidus, & etiam not. in d. ver. eſt autem rectum, iurabit quòd nunquam vidit virum moueri ad coitum, neque virgam, &c. & Ioan. Andr. poſt eum in alleg. c. j. ſuper verbo coire potuiſſe. dicit quia non moueris ad coitum, nec ſtimulos carnis ſentis, &c. pro hoc fa. quod not. Ioan. And. poſt Abba. in c. laudabilem. eo. tit. vbi dicit. item ſi quis lanceam erigit ſignum eſt, quòd frigidus non ſit: cùm ergo vir iſte moueatur ad coitum & voluntatem habeat coeundi, ac virgam erigat, videtur concludendum quòd maleficiatus, & non frigidus debeat iudicari: hæc quoad primum punctum. Quoad ſecundum dubium † an propter maleficium matrimonium de- 3
beat ſeparari: præmiſsis proteſtationibus, videtur dicendum quòd ſic. quia text. hoc vult expreſsè in c. ſi per ſorciarias. xxxiij. quæſt. j. & text. in c. ſi. de frigid. & malefi. Tamen gloſſ. & Archid. in eo. capit. ſi per ſorciarias. dicit quòd illud capit. hodie non tenet, cùm nullum maleficium ſit perpetuum, ſaltem quin poſsit tolli per ipſius authorem. Et idem tenet Dy. vt not. Ioan. And. in c. fraternitatis. ſuper gloſſ. Hoſtien. ſequitur Innocen. tenendo iſtam partem in præalleg. c. fi. videlicet, quòd propter nullum maleficium matrimonium debeat ſeparari. & d. c. ſi per ſorciarias, non tenet. Et ad præalleg. c. reſpondet, quòd loquitur in frigido naturaliter, quod patet. quia licet diceret ſe habere potentiam coeundi, ſibi non creditur, nec verum erat. Dicit tamen quòd dictum c. ſi per ſorciarias, tenet, & quòd poſsit propter maleficium ſeparari matrimonium hoc, vt recitat Archi. ibidem tenent Tan. Vincen. & Gof. in præalleg. c. fraternitatis. & Hoſtien. ibidem. & in c. fi. qui omnes dicunt quòd propter maleficium poteſt ſeparari matrimonium. Et debet iudicari perpetuum ſecundum eos quando per exorciſmos & orationes intra triennium non ceſſat. & Hoſtien. fortiter reprehendit Innocen. dicens quòd non vidit, quod id capitulum corrigatur per aliquod ius, neque per gloſſa. iura debent corrigi. Et ſi dicatur ſecundum eum, quòd ille textus corrigatur, ſequitur ſecundum eum magnus error, cùm quotidie propter maleficium matrimonium diſſoluatur, nec videt dictus Hoſtien. quòd naturaliter frigido habenti plenam pubertatem ſit indulgendum triennium. Vnde intelligunt c. laudabilem, in frigido & non maleficiato, ad quod probandum dicitur in rubrica de frigidis & malefic. ad denotandum quòd propter maleficium poteſt ſeparari matrimonium, & vt dicit ſignificatio tituli debet attendi. argumen. ſi cert. peta. l. j. ff. Eſt etiam alia ratio euidens ſecundum eum, quia in d. c. fin. mandatur quòd illi agant pœnitentiam, per quod apparet euidentius, quod loquitur potius in maleficiato quàm in frigido: quia facilius ſoluitur per pœnitentiam maleficium, quàm naturale impedimentum, nec dicit ſe inuenire expreſſum, quòd ad ſoluendum naturale impedimentum pœnitentia inducatur, quod non aduertit Innoc. vt ipſe dicit ad practicam Conſtantini ſub rubrica, de his qui maleficio impediti cum vxoribus coire non poſſunt: vbi dicitur, quòd maleficium ſabatum peſsimũ eſt, quod magis diuinitus quàm humanitus curari poteſt. q. d. ipſum non niſi miraculosè curari poſſe. per quod apparet quòd

poteſt

poteſt eſſe perpetuum maleficium.& concluſit Hoſtien. quòd remediis occurratur. Nec obſt.ratio Inoocen. quia vt ipſe Hoſtien.dicit ad talia non conſueuerunt vocari homines teſtes: vt dixi in præcedenti
4 dubio. Quare videtur † dicendum quòd propter maleficium perpetuum poſsit ſeparari matrimonium. Nec obſtat cùm dicit, quòd non eſt perpetuum maleficium: quia conſtat per illum, qui dedit, tolli poſſe. Nam vt dicit Ioan. Andr.poſt Goff. in alleg. cap.fraternitatis.& Archi.io præalleg.cap.ſi per ſorciarias, maleficium poteſt eſſe perpetuum, quia in cibo vel in potu datum eſt: vel ſi maleficus eſt mortuus, vel neſcit maleficus deſtruere, vel eſt perditum maleficium. vnde videtur vt ſuprà concludendum, quòd propter maleficium perpetuum poſsit ſeparari matrimonium, & debet ſecundum gloſſ.io allega.cap.fraternitatis. Hoſtieo.eod.titu.§. quæ potentia.verſi.ſed quomodo.& Archi.in alleg.
5 cap.ſi per ſorciarias.dicit † maleficium præſumi perpetuum,ex quo vir & mulier ſimul cohabitauerunt ſtudioſè operam dando copulæ carnali,& adhuc nõ ceſſat impedimentum. Et præmiſſa, quia propter maleficium poſsit ſeparari matrimooium, vera ſunt vbi maleficium præceſsit matrimonium.vt dicit gloſſ.in allega.cap.fraternitatis.in gloſſ.& Archi. in loco præalleg.aliâs ſecus.vbi videlicet poſt matrimonium ſuperuenit per iura ibidem allega. Verum in dubio debeat præſumi maleficium præceſsiſſe matrimooium? Hoſtien.in ſum.§.in potentia.& in allega.cap.fraternitatis.ſuper gloſ.dicit,quòd in dubio præſumi debet, quòd impedimentum præceſſerit matrimooium.atg.in l.iij.C.de edil.edict. & de re indic. cap. Abbate ſanè. lib.vj.vt ſic expediantur,ne maneant impediti. Nec obſt.c.licet ex quadam.in fi. de teſti.quia iſtud eſt verum, vbi matrimonium poteſt habere effectum fornicationis euitandæ,vel bonum prolis, quòd hîc non poteſt propter impotentiam coeundi: imò fortè, vt ipſe Hoſtien.dicit io alio caſu in §.quæ impotentia.verſic.ſed opinio iſtorum, daretur materia homicidij & adulterij, ſi alter coniugum eſt potens & idoneus ad coeundem,nec haberet morari cum eo cũ quo coire non poſſet.Optaret tamen Hoſt.vt dicit in alleg.c.fraternitatis.quòd papa in hac materia duas faceret conſtitutiooes:vnã quòd maleficiatus perpetuò contrahere non poſsit: & quòd ſi contraheret,cenſeretur perpetuum impedimentum. Aliam quòd ſi non apparebat verum impedimeotum præceſsiſſet, vel ſecutum eſſet, matrimonium præſumeretur præceſsiſſe,& matrimoniũ non teneret. Quare ex præmiſsis videtur cõcludendum, quòd in dubio debeamus præſumere quòd ma-
6 leficium præceſſerit. Ad quartum, quo † quæritur dubium, verum triennij ſpacium quod datur maleficiato à iure vel à iudice,& indulgetur ad experientiam copulæ carnalis & coniugalis,cõputari debeat à iudicis præcepto, vel ao ſufficiat eos in prædicta experiẽtia abſq; iudicis præcepto per trienniũ fuiſſe? videtur dicẽdum ſecundũ Hoſt.io alle.c.fi.quòd ab aſsignatione & præcepto iudicis ſit numerandũ triennium:dicit enim ipſe Hoſti.in eo.c.ſuper ver.triẽniũ. ſubaudi numerandũ ex quo egerunt pœnitentiã,& aſsignatum fuit per iudicem.Nec puto quòd in hoc caſu liceat iudici abbreuiare tẽpus, ſicut dixi in frigido.ſi enim peccatũ eſt cauſa quantũ prodeſt tẽpus quod pœnitentiam præceſsit,quare dicit tutius eſſe quòd a præcepto iudicis computetur: & idem tenet in ſumma.§. qualiter & quaodo. ver. ſed ſi vit. Nec ob. præal.c.fin. quia licet ibi videatur petitio mulieris facta poſt octo aonos, tamen poteſt intelligi, quòd antea cauſa fuit ventilata diutius: & ad mandatum iudicis pœnitentiam egerunt, & ſimul cohabitauerunt, ſicut dicit expreſsè,& innuitur in text.cum dicit,quòd poſt plures terminos ſibi à iudicibus aſsigoatos. Sed Viocen.Gof.Abb. & Inn.in præalle.c.fi.tenent cõtrà:videlicet, quòd ſufficit, vt triennio ſimul cohabitauerint:nec eſt neceſſe quòd triennium ſpecialiter aſsignetur à iudice ad experientiam copulæ coniugalis, & hoc multum bene probat ibi text.in fin.cùm dicit.Si cooſtiterit vobis præfatos virum & vxorem cohabitaſſe iotra prædictos aonos per continuum triennium &c. & dum dicit text. in prioci. mulier propoſuit quòd per octo annos fuerant ſimul, & diu cohabitauerant. & ſic apparet quòd ante præceptum iudicis, & ante motam litem fuerant lapſi dicti octo anni,quare videtur quòd hoc ſufficiat:& hanc partem tenet dominus Vaboeo.& reſpondet ad rationem Hoſtien. quòd iſtud impedimentum oon ſemper prouenit ex peccato: quia computatur tempus, quòd pœnitentiam præceſsit, vt dicit, vnde videtur concludendum quòd ſufficiat eos in triẽnio in experientia copulæ coniugalis fuiſſe, etiam abſque præcepto, vel aſsignatiooe, quamuis opin.Hoſt.videatur valde ſecura.

a Idem videtur voluiſſe Sicul. quem vide in allegat.c.j in fine. Idem beatus Thomas in iiij.ſeotentiarum diſtin.xxxiiij. Petrus de palud.in iiij. Flo.in ſummæ ſuæ.iij. parte.titu.j. c.xij.§.iij. Clauaſ.in.§.matrimonium.verſicul.xij.& ſequenti. & Siculus in præallegat. capitulo primo .& capit.finali. Ad-
det† quòd maleficium cenſetur perpetuum, licet remoueri 7
poſſit per aliud maleficium ſecundum ſanctum Bonauenturam,in iiij.diſtinct.xiiij. & beatum Thomam eadem diſtin. & Clauaſ. vbi ſuprà. Idem Flo. vbi ſuprà. Hoc idem ſequitur Sic.in alle.c.fraternitatis & Richar.in iiij.diſtin.xxxiiij. Anto. in.c.finali eodem titu.& Clauaſ.in §.in matrimonium.§.impedimentum.xvj.quæſtio.verſi.xvj. dicens hanc eſſe communem opi.licet gloſſ.in ſumma,xxxiiij.quæſtione j. dicat præſumendam eſſe quòd ſit ſubiectum. Opinio Innocen placet Sicul.in alleg. capitul.final. fatetur tamen quòd poſt pœnitentiam iniũctam debent cohabitare aliquo tempore ad arbitrium iudicis moderandum.vt probat ibidem litera in verſicu.& ſi fortè placeret Deo &c. Quomodo Deo permittente diabolo operãte impediri poteſt homo ne cognoſcat mulierẽ. Vide Flor.vbi ſuprà.& in all.malefic.parte ij. quæſtio.j. c.vj. & ſeq. Et an abominatio impediat matri. vide per beatum Thom. in iiij. diſtin. xxxiiij.& Clauaſ. vbi ſuprà. & concludit idem de maleficio cùm ſit cauſa extrinſeca & accidentalis:hoc intellige quando ex tali abominatione in imaginatiua fantaſia, aut æſtimatiua concipitur talis horror: quod nullo modo poteſt habere actum gerendi cum tali. Et de tempore meo ſemel filius cuiuſdam diuiſsimi mercatoris Thol. conuentus ab eius vxore, matrimonium ſolennizaret, dictam,abominationem allegauit coram me, ſed hoc non obſtante fuit condemnatus ad ſolennizandum, & eidem adhærendum: & quia parere recuſauit fuit excommunicatus, & tandem priſonerius conſtitutus per inuocationem brachii ſecularis. & demum ſolennizato, conſummato matrimonio abominatione prædicta per vexationem ſublata, & impræſentiarum quòd plures habet liberos:& fuit concluſum ſeparationem fore fiendam præſtito prius iuramento in vij. manu propinquorum per ipſam maximè: quia medici qui dictum virum inſpexerunt, iudicauerunt ipſum impotentem quoad dictam.S.attento etiam quòd ipſe ſtetit vij. annis cum ea operam dando copulæ carnali, & tempore quo contraxit erat maior xvij.annis.& mulier.xiij.& erat.& eſt apta ad amplexus viriles.

SVMMARIVM.

1 *Donatie eb cauſam excedens ſummam 500. aureorum non indiget inſinuatione.*

2 *Donans ſi iurauit non poteſt de iure canonice iuramento contrauenire, dummodo iuramentum non ſit per metum vel dolum extortum.*

QVAESTIO CCCLXXXII.

a ITEM fuit quæſitum. a An donatio † ob cau-
1 ſam excedens ſummam 500. aureorum indigeat in-
1 ſinuatione? 1 Concluſum fuit quòd non. ita tenet gloſſ. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. & not. Barto. in l. ij. eod. tit. & in d. l. Aquilius. & in l. Modeſtinus. eod. titu. & Cyn. in authen. eo decurſum. C. de nup. quamuis Dyn. videtur notare contrà, in l. illud. C. de ſacroſanctis eccleſiis.

a Adde gloſſ. idem tenentem quod Barto. in l. j. C. ſi adner. vendi. Barto. in l. cum multæ. C. de dona. ante nup. Ioan. Fabr. inſtit. de dona. §. aliæ Idem ſecundum eundem Ioan. Fabr. ibidem, ſi donatio fiat ob remunerationem, & appareant ſeruitia. vt d. l. Aquilius & ibi Barto. & idem Bald. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. & in addi. Specu. titu. de dona. ver. in eo quòd, vbi dicit quòd verum ſi merita erant obligatoria. Guliel. de Cug. in l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. vide Bald. in l. ſi donatione. ij. col. C. de colla. & Cyn. in l. vt liberis. eod. titu. Angel. Aret. in d. §. aliæ. & de hoc eſt caſus in ca. fina. qui feu. da. poſſ. colla. x. vide alios caſus in quibus donatio vltra 500. aureos non indiget
2 inſinuatione 2 per gloſſ. in allega. §. aliæ. inſtitu. de dona. & in l. pen. C. eod. titu. & vtrobique per docto. & per Clauaſ. in §. donatio. verſicu. xx. Adde quòd huic inſinuationi non poteſt renuntiari. Barto. in l. Modeſtinus. allega & Barto. & Salice in allega. l. illud. & Ioan. Andr. in addit. Specul. titu. de inſtrumen. edi. §. porro. in vlti. addi. Ioan. de Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. in xlvij. charta verſic. circa quartum. quando fit donatio. Ioan. Fabri. & Angel. Aret. in allega. §. aliæ hoc idem tenet Bartol. in l. ſancimus. & Bald. in prælega. l. illud. Simon Vincen. in præallega. l. ſancimus. C. de dona. Cyn. in l. penulti. C. eod. titu. Iacob. de Bello. in authen. vt fratrum filij. §. illud. colum. ix. Ant. de Canna in ſuo tract. de inſinuatio. quæſt. lxij.
3 ſed an donatio huiuſmodi ratione iuramenti firmetur 3. vide per eundem Anto. de Canna. in loco præallega. quæſt. lxiij. &
2 quæſtio. lxj. Et dic quòd † ſi donans iurauit, non poteſt de iure canonico contrauenire: vt voluit Io. And. in prælle. §. porro. per ea quæ habentur in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. & in prælleg. c. cum contingat. de iureiur. Ioan. de Imol. ibidem in ver. ſed dubium eſt quid iuris dummodo iuramentum non ſit per metum vel dolum extortum. Ioan. Fabri. in allega. §. aliæ. & ibi videtur in hanc partem inclinare Angel. Aret. id idem voluit Anto. de Canna in præalleg. quæſtio. lxiij. quando iurauit non venire contra rationem omiſſæ inſinuationis: ſecus tamen quãdo ſimpliciter donatio fuit iurata ſine inſinuatione: vide ibidem per eum & per Ang. vbi ſuprà. Adde Sicul. in præallega. cap. cum contingat. xvij. colum. verſicul. ex prædictis poteſt inferri. &c.

1 ADDITIO. Indigeat inſinuatione. Vide Guido. pap. in deciſio. Grationo. quæſtio. dcxvj.

2 Inſinuatione. An autem donatio facta inter Iudæos excedens ſummam quingentorum aureorum indigeat inſinuatione, ita quòd ſine inſinuatione nõ teneat: vide per Pau. de Caſt. conſi. lxxxj. in nouis.

3 Ratione iuramenti firmetur. Et quòd ſic tenet Guid. pap. quæſtio. ccel. quem ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Contractus de iure communi nullus iuramento vel bona fide non firmatur.*

2 *Lex omnis fundata eſt ſuper bonis moribus ciuilibus, & æquitate ciuili.*

3 *Pactis vel iuramentis ius publicum remitti non poteſt.*

QVAESTIO CCCLXXXIII.

a ITEM fuit quæſitum. a An † iuramentum vel
1 bona fides firmet contractum nullum de iure communi. Concluſum fuit quòd non: ſecus in contractu nullo de iure ſpeciali: vt ponit Collecta. in capi. cum contingat. de iureiurand. & in capitul. cum Matthæ. ſuper verſicul. non valet. de celeb. miſſ. & Ioan. Monach. in capitul. non eſt obligatorium. de regulis iuris. libro vj. & Barto. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & in l. non dubium. & ibi Cyn. in vltim. oppinio. C. de legibus.

a Per doct. in alleg. l. ſi quis pro eo. & in l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. ff. de pac. per Bart. in l ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. obli. & in l. is cui. eo. tit & in authent. ſacramenta puberum. C. ſi adner. vendi. Bal. in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. v. col. & plenius in l. non dubium. C. de legi. & in l. pactum dotali. C. de col. Ant. Imo. & Sicul. in præalleg. c. cum contingat. Ioan. Mo. Archi. Ioan. Andr. & Do. in c. ij. de pact. lib. ſexto. Et communis eſt concluſio quòd vbi lex annullans contractum principaliter eſt fundata ſuper fauore priuati. licet in conſequentiam & ſecundario ſit fundata ſuper vtilitate publica: vt in caſu alleg. c. cum contingat. c. ij. de pac. lib. vj. & in authen. ſacramenta puberum. & ſimilib. iuramentum firmat contractum. 1 1
quam opin. tanquam communem ſequitur Sicul in eod. cap. cum contingat. x. colum. & in eius ſolenni diſputatione quæ incipit ſtante ſtatuto: vbi latiſſimè per eum. Sed vbi lex poſitiua ſeu ſtatutum 2 aliquid prohibet propter bonos mores 2
conſeruandos & iuramentum in contrarium nil valet: vt in regu. iur. non eſt obligatorium. allega. quia talis lex eſt fundata ſuper æquitate naturali, quæ eſt indiſpenſabilis & incommutabilis maximè per iſtud iuramentum cùm ſit perſona priuata. v. diſtinct. in princip. viij. diſtinct. cap. quæ contra mores. Exemplum in muliere quæ viuente viro dedit fidem adultero, de contrahendo poſt mortem viri ſui cum eo, non valet. & intelligo de bonis moribus naturalibus. non autem de ciuilibus
tantum. quia † omnis lex fundata eſt ſuper bonis moribus ciuilibus & æquitate ciuili j. diſtinct. ca. conſuetudo. hæc autem 2
æquitas ciuilis eſt variabilis. cap. non debet. de conſangui. & affini. Nemo autem dubitat quin lex reprobans pactum legis commiſſoriæ in propinquioribus ſit fundata ſuper bonis moribus ciuilibus, & tamen iuramentum in contrarium valet. & in cap. ſignificante. de pigno. Aut lex vel ſtatutum fundatur ſuper bono publico principaliter. & idem dicendum quòd ſuprà. quia non tenet iuramentum factum contra. quia † pactis 3
vel iuramentis ius publicum remitti non poteſt. ad hoc l. ius publicum ff. de pact. cap. contingit. de ſenten. excommu. cap. ſi quis diligenti. de foro competen. Aut lex ſeu ſtatutum non eſt fundatum in bonis moribus naturalibus: nec ſuper bono publico principaliter, ſed in odium obliquorum. & ſic tenet iuramentum, cùm nulla turpitudo reperitur in iurante. quando poteſt ſine ſalutis diſpendio adimpleri. licèt non ſine diſpendio rerum temporalium: vt in d. cap. ſignificante. & in cap. debitores. de iureiuran. Sed hoc caſu iuramentum non firmat contractum ſecundum Barto. & bene in præalleg. l. ſi quis pro eo. & Sicul. in allega. cap. cum contingat ix. colum. & ibi vide. & in præallega. ipſius diſputatione. & idem voluit Clauſ. in §. iuramentum. v. verſicu. xxiij. Adde quòd vbi contractus factus contra legem vel ſtatutum principaliter fundatum ſuper fauore vel odio priuato: ita firmatur iuramentum quòd etiam hæredes obligantur ſecundum Sicul. in allega. cap. cum contingat x. colum. & eſt communis opin. ſecundum eum. Dum tamen tale iuramentum non ſit dolo, vi vel metu præſtitum: vt in eo. cap. cum contingat. & in cap. ij. de pact. lib. vj. & alleg. authen. ſacramenta puberum.

1 ADDITIO. Firmat contractum. An iuramentum ſequatur naturã vt annullato principali annulletur ipſum iuramentum. vide per do. Alex. conſi. xxxviij. in iiij. col. in ij. vol.

2 Seu ſtatutum. An ſtatutum loquens circa iuramentum & annullans contractum iuramentum valeat, vide per do. Alex. in conſil. xxxix. per totum in iiij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta inter abſentes non valet niſi mediãte nuntio, vel epiſtola.*

2 *In donatione facta in teſtamento non requiritur donatarij præſentia, nec eſt propriè donatio.*

3 *Donatio facta in teſtamento licet non valeat vt donatio, valet tamen vt legatum vel fideicommiſſum.*

QVÆST

QVAESTIO CCCLXXXIIII.

a ITEM fuit quæſitum. a An † donatio facta in-
1 ter abſentes 1 valeat? Et fuit concluſum quòd non,
1 niſi mediante nuntio. vel epiſtola. ita tenet gloſ.&
doct.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccleſi & ibi Cyn.in
l.j.C.de dona.cauſa mor.quanuis glo.teneat contra-
tium in l.j.§.fina.ff.de contrahen.emp.

a a De dona. cauſa mortis 2. quòd requiratur præſentia donatarij, vel alterius pro eo. recipientis.test.eſt in l.inter mortis.ff.de dona.can mor. Cyn,Ioan.Fabri.& Sal.in l.j C.eo.tit. ſuſtinebitur tamen iure fideicommiſſi:vt l.cum pater §.dona-
a tionis. ff. de lega.ij. Et † ſi fiat in teſtamento, non requiritur partis præſentia. ſed iſta non eſt propriè donatio. Sed ſæpè contingit quòd fiunt donationes huiuſmodi coram quinque teſtibus: vt l.fin.C.de codic & non eſt perſona donatarij præ-
3 ſens & licet tunc non valeat † vt donatio.valet tamen vt quælibet vltima voluntas & vt legatum vel fideicommiſſum. tenet Angel. Aret. inſtitu.qui.non eſt permiſſa teſta §.j. idem Salic.in præallega.l.j C.de dona.cau.mot.vbi dicit Bald.eam confirmari additione. De donatione autem quæ fit inter viuos, quòd debeat fieri præſente vel interueniente nuntio vel epiſtola.gloſſ.Cyn.Ioan.Fabri Bald.& Salic.in l.non ambigi. C.de dona. Bartol.Bald.Salic.& Ioan Fabri.in præallega.l.illud. C.de ſacroſanct.eccle.Ioan.Andr.in addi.Spec titu.de inſtru.edi.§.porro.ver.& no.idem Ioan Andr.in addi Spec.titu. de ceſſ. act. §.conſequenter.in princip.Dyn.& Bart in præallega.abſente. Rapha. Fulg.conſi.ſuo xciij gloſſ.Ioan.Faber.& Salice.in præalleg l.j.C.de dona cau.mor Ludo.Roma.conſi. ſuo ccxv.vbi limitat huiuſmodi dictum niſi abſens cui fuit facta donatio voluntate donantis ſibi quocunque modo declarata poſſeſſionem rei donatæ acceperit conſequenter.nam tunc cenſebitur ſecũdum eum donatio perfecta eo ipſo quòd alter proprio motu,licet non vt nuntius aſſentiẽti, donatario voluntatẽ donatoris declarauerit: quod tamen fallit quando ipſe donator certum nuntium vel certas literas deſtinaſſet, per quam vellet donatario ſuam voluntatẽ manifeſtari: quia tunc ſi aliunde ipſe ad quam nuntius miſſus eſt de mittentis voluntate clatuerit,non erit donatio perfecta,alleg.nota.per eum poſt Bartol.in præalleg. l.abſenti.& vide ſingulariter per eundem Ludo. in conſi.prædi. Adde etiam quòd donatio facta abſenti cenſetur valida, dummodo donatarius ex donantis voluntate rei donatæ poſſeſſionem nanciſcatur: vt l. non ambigi.præallega. Nec reperitur ibi text neceſſe fore ex nuntiis ſeu epiſtolæ denuntiatione donantis voluntatem donatario innoteſcere:vnde videtur ſufficere vndecunque illa ſit ſibi reddita.tenet Ludo.vbi ſuprà.j.colum.

1 ADDITIO, Donatio inter abſentes. Vide de hoc in deci. dalph.deciſio.cexxij.

2 Cauſa mortis. Adde Guid.pap.idem tenentem q.ccxxij.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis non citati dictum valet, ſi compulſus depoſuerit.*

2 *Citatio teſtis non eſt de ordine iudiciario.*

3 *Teſtis ſponte veniens ad deponendum præſumitur inimicus.*

QVAESTIO CCCLXXXV.

a ITEM fuit quæſitum. a An † dictum teſtis non
1 citati valeat? Concluſum fuit quòd ſic, dummodo
aliâs compulſus depoſuerit, quia ſi ſine compulſione deponeret, non valeret dictum.vt tenet Spec. titu. de teſte. §.qualiter autem. verb.volens ergo. & verb.ſequen.& Bartol. in l.poſt legatum.§.his verò. ff.de his qui. vt indig. & de bo.lib.l.qui cum maior. §.ſi verò quis.

a Dic quòd quandoque quis ſponte ſe ingerit ad teſtificandum non citatus à iudice, nec productus à parte, & iſto caſu eius teſtimoniũ non valet.arg.l.quæ omnia. ff.de proc.quandoque quis non citatus, ſed à parte requiſitus producitur.& tunc valet eius teſtimonium.ita dicit Barto.in præalleg.§ his verò. Item S pecul.vbi ſuprà,& Ioann.Andræ.in addi.& idem ibidem Bald.in addi.dicens valere dictum teſtis non citati qui
1 ſponte comparuit 1 ſi ipſe teſtis eſt aliàs fide dignus: quia
† citatio teſtis non eſt de ordine iudiciario: nec requiritur 2
ſi teſtis eſt præſens:vt in d §.his verò.in glo.ordina. idem voluit Bart.in auth. de teſti.§.ſi verò ignoti. & ibi per Iaco. de Bello.colum.vij Barto.in allega.l.quæ omnia Guili.de monte lau.in cle Romani principes. de iureiur.in cle. ſuper verbo acceiſitis.Item expreſſè voluit Ro.deci.cccl xxv.& ibi vide idẽ Bal.in.c.j.§.porro.iiij.col. quæ ſit prima cau. bene. amit. vbi dicit quòd teſtis idoneus etiam non citatus probat. ſi monitus à iudice iurat partibus præſentibus vel altera contumace. Idem Baldus in authentica ſed nouo iure. C.ſi cer.pet.vbi limitat gloſ.præalleg.§.his verò,vt procedat in ſponte veniente,non in ſpõte iurante : quod dicit eſſe notandum. Nam † te- 3
ſtis ſponte veniens præſumitur inimicus,gl.& Bart .in præalleg §.his vero.& Lanfran. in c.quoniam contra. de proba.ij. col.vnde non probat.vt ibi per eos.& Bartol.in allega.l.quæ omnia.& in l.libertus.& ibi Bal.C.de teſti.& in l.parentes.C. eo.titu.& tenet Angel.in l.ij.§.diem, quemadmo.teſta.aper. Secus vt prædictum eſt ſi producitur per partem & conſtitutus in iudicio moneatur iurare:quia probat ſecundum doc vt ſuprà.& vide Bar.in l.vxori.§.j.ff.de fal.& Bald.in l. preſbyteri.C.de epi.& cle.in ij.col.& per Bart.in.l.lege Iul.ff de teſt.

1 ADDITIO. Comparuit. an autem in dubio teſtis comparens præſumatur citatus.vide per Nic.mil.in ver citatio.§. citatus,& §.ſeq.

QVAESTIO CCCLXXXVI.

ITEM, fuit quæſitum. ſi excommunicatio ſu- a
perueniens ex perſona domini conſtituentis procu 1
ratorem repellat dictum procuratorem ab agendo? Concluſum fuit quòd ſic:per no.Inn. & Colle. in c. ſi.de procu.

a De hoc dic,vt per Sicul poſt Hoſtien. Anto.in c.licet.in ſi. de offi.deleg.& poſui ſuprà q.cxliij.& ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius omnium bonorum non tenetur reſpondere creditoribus quando bona deferuntur ad alium ſub nomine quotitatis ex conuentione partiũ. ſecus quando ex diſpoſitione iuris ibidem.*

2 *Fiſcus ad quem perueniunt omnia bona habetur loco hæredis.*

QVAESTIO CCCLXXXVII.

ITEM fuit 1 quæſitum. a an † donatarius omniũ 1
bonorum teneatur reſpondere creditoribus 2 do- a
nantis? Concluſum fuit quòd non, per not. Cy. in l. 1
ij.C.ad l.Iul.de vi.pub.quod verum eſt quando bo 2
na ſub nomine quotitatis deferuntur ad alium ex conuentione partium:vt l.cum res.C.de dona. & in l.omnes.§.Lucius.ff quæ in frau.credi.Secus quando bona alicuius deferuntur ad alium per modum quotitatis ex diſpoſitione iuris.vt l.ij.alle. Vel ſi ſub nomine hæreditatis: vt leg. hæreditatem.ff. de dona.& vide in l.mulier bona.ff.de iure do.

a Et ibi Bart. qui dicit idem eſſe quando bona deferuntur ad aliquem ex reſcripto principis per l. principia bona. &
ibi Bar.ff. de ver.ſig. fallit † in fiſco ad quem cùm perueniunt 2
bona omnia habetur loco hæredis.tex.& ibi Bar.in l.non intelligitur.§. cum ex cauſa.ff. de iure fiſci.& in l.j.C. de hære. vel actio. ven. & in præalleg l.ij.& ibi Bart. Bald. Ioan. Fab. & Salice.idem Barto.in allega.l.hæreditatem.& in l.bona.ff. de bo.poſ Item fallit ſi debitor non reperitur ſoluendo.l. planè ſi filius.§ j.ff de leg.j.& non in d. l.j.& ij. C.de hær. vel act.ven.Ita dicit Salice.in præalleg.l.ij.C.ad legem Iul. de vi. pub. Quid autem ſi transferatur per vltimam voluntatem: dic vt l.cogi.in princip.ff. ad Trebel. & l.ſtatu libe.§. ſi.ff.de leg. ij.& per Bart.in alleg.l.principis bona.& Salice.in d.l.ij.C. ad legem Iuli. de vi.publica.

1 ADDITIO. Item fuit.Vide hanc q.per Guido.pa.q.cv.

2 Reſpondere creditoribus.An iſte donatarius omnium bonorum habeatur loco hæredis , vt cõtra eum agi poſſit actione perſonalium,& quo modo,vide per Guido.pa.q cv.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Pro facto habetur quod in proximo eſt fiendum.*

2 *Legatum veſtium comprehendit monilia auri & argenti, vel perlarum affixa veſtibus.*

QVAESTIO CCCLXXXVIII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] Si de conſuetudine rector debet habere meliorem veſtem parrochiani ſui decedentis: an veniat & debeat habere veſtem ſciſſam & exiſtentem penes ſartorem nondum ſutam neque completam? Concluſum fuit quòd ſic: per l.ſi non ſunt.§.quid ergo.& §.fina.& l.veſtimentum. ff.de au.& argen.leg.& ibi mouet Dy.iſtam quæſt.& tenet iſtam partem.& idem Barto.ibi.quia deſtinatio patrisfamiliâs attenditur quæ erat, vt incontinenti
1 cederet veſtis, fa. l.pe. ff.de teſta.mil.vbi † habetur quod pro facto debet haberi quod in proximo eſt fiendum.fac.l.j ff.depoſi. Item ſumma eſt ratio quæ pro religione facit &c. fac.optimè text.in l.fina.ff.de actio.emp.ibi dum dicit.Sed qui exempti hac mente vt collocentur fundi ſunt, ſic in propoſito pannus ſciſſus eſt, vt veſtis eſſet, & ſic quanuis nondum ſit facta veſtis penes ſartorem exiſtens rectori debetur.

a Item voluit Bald. ſingulariter in l.ex facto.§.rerum. ff.de hære.inſtit & Barto,Cepo in ſing verſi.lviij.Adde Barto.in l.ſi ita eſſet.ff.de auro & argen.leg & no.per eundem Barto.in l.certa.§.ſi patanerit.ff.de leg.j & in l.ſerui electione.§.j & ſeq. ff.eo.titu.& Rapha.Folg.conſi.xxxvij.& Angel.in l.ſi ſeruitus. ff.de ſer.vrba.prædi. An legatum veſtis factum vxori comprehendat nouam veſtem.vide Bartol.in præallega.l.ſi ita ſecundum electionem. Et teneo quòd comprehendit veſtem quæ erat teſtatoris tempore teſtamenti & non tempore mortis,
2 niſi veſtis vetus non extet, Barto.in d.l.ſi ita. Et adde † quòd legatum veſtium comprehendit monilia auri & argenti vel perlarum affixa veſtibus.ſecundum docto.& Pet.de Ancha.in c.Iudicante.de teſt.vide Bald.in l.cum te.C.de dona.ante nup. & in l.in legatis.C.de lega.& Barto.in l.j.C.nulli li.in frę.&c. lib.xj.& in l.cum aurum.§.j ff de aur.& argen.leg. Quod verum eſt niſi affixa ſunt prohibita ad vſum,Barto.in d.l.j.quem etiam,vide in l.quaonis.ff de auro & argen.leg.& Bart.Cepo. in l.mulieris in fi.ff.de verbo.ſignific. Ex quibus ſimiliter crederem quòd rector poſſit talem veſtẽ vigore ſupradictæ conſuetudinis vnà cum monilibus & aliis affixis non prohibitus ad vſum ſibi vendicare.

QVAESTIO CCCLXXXIX.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An idem rector habere debeat veſtem parrochianæ maritum habentis exiſtentem penes ſartorem nondum ſutam nec completam? Concluſum fuit quòd ſic: dummodo talis veſtis deberet eſſe quotidiana ipſius mulieris: pro hoc fac.text.in l.item legato.§.j.verſic.ibi vtrobique autem.ff.de lega.iij.quem text.ad hoc allega.domi. Petr.de Quatilbaco licentiatus antiquus & optimus Tholoſæ.

a Vide per Bald.in l.cum te.C.de dona.ante nup.& quæ no. per Barto.in l.librorum.§.fina.de lega.iij.& quæ poſui quæſt. præce.& quæſt.cccxxvij.

SVMMARIVM.

1 *Notoria non probantur.*

2 *Petens aduerſus confeſſionem ſe in integrum reſtitui non tenetur pro læſione falſitatem confeſſionis probare.*

3 *Reſtituendus non eſt quis aduerſus tres ſententias conformes, niſi prius conſtet iudici de iniuſtitia earundem.*

QVAESTIO CCCXC.

a ITEM an eccleſia,[a] vel minore petente ſe reſtitui, oporteat ſe probare læſam vel læſum?[1] Concluſum fuit quòd ſic: ſi dicunt ſe læſos propter lapſum tẽporis, tunc non oportebit probare aliam læſionem propter lapſum temporis. & ita intelligitur cap.auditis. & cap.coram.de in integrum reſtit. Si verò ſe dicant læſos aduerſus ſententiam vel contractum, vel aliâs, tunc oportet probare læſionem: ita intelligitur l.nam ſi poſtea.§.minor.ff.de iureiur. ſecundum Henri. Boyc.qui ita ponit in d.ca.coram. niſi læſio eſſet notoria.quia † notoria non probantur, vide Collecta.in d.cap.auditis.vbi iſta poſuit, & Spec.in titu.de in integ.reſti.§.ij.verſic.illud quoque prætermittendum non eſt: vt ibi plenè per eum. 1

a Adde quæ ſcripſi ſuprà quæſt.liij & ſingulariter per Ioan. Fabri.in §.rurſus xvj.& xvij colum. Et Bald.in additio.Specu. titu.de in integr.reſtit.§.vlti.verſicu.ſed ſi dicas nónne. Sicul. in cap.auditis.& cap.ſuſcitata.de in integr.reſti. Adde † quòd aduerſus confeſſionem petens ſe in integr.reſtit.non tenetur probare pro læſione falſitatem confeſſionis, gloſſ. Ioan. de Fan.& Domini. in cap.ij. eod.titu. lib.vj. ſed † aduerſus tres ſententias conformes non eſt quis reſtituendus niſi prius conſtet iudici de iniuſtitia earundem.vt tenet Rota, deciſi.ij. pro quo not.per Innoc.in cap.auditis.& in ca.cum ex literis. eod.titu. Nec ſimiliter quis venit reſtituendus ad appella.niſi ſummariè doceat de ſuo intereſſe vltra probationem impedimentorum: ita voluit Rot.deciſio.xc. 2 3

1 ADDITIO. Læſum. An læſio præſumatur in minore adeunte hæreditatem vel in omiſſione inuentarij, & qualiter in minore probetur læſio, vide Guid.pap.quæſt.cxvj.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Lex illi non ſubuenit, qui cùm ſibi prouidere poſſet non prouidit.*

QVAESTIO CCCXCI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Si fuit impubes hæres inſtitutus per patrem, & ſibi datus ſubſtitutus pupillariter. Si dictus impubes ſit mortuus viuo patre, an admittatur ſubſtitutus vigore ſubſtitutionis tacitæ vulgaris? Concluſum fuit ſecundum no.Bart. poſita in l.ſi pater filium.ff.de vulga.& pupil. ſubſti. quòd aut pater eſt mortuus incontinenti poſt mortem filij, & tunc locum habet ſubſtitutio tacita vulgaris, quia non habuit tempus mutandi teſtamentum. Idcirco venit ſubſtitutus ex præſumpta voluntate defuncti, quia eum inſtituiſſet, ſi ſciuiſſet.vt l.ſi pater captus.ff.eod.titu. Si verò pater deceſſit pòſt ex interuallo, ita quòd habuit potentiam mutandi teſtamentum, tunc ſubſtitutus non admittitur. ita loquitur l.quod ſi filius.ff.de capti.& eſt opi. Dyn. nam † cùm potuit ſibi prouidere, & non prouidit, lex ſibi non ſubuenit. Nec poteſt dici quòd non cogitauit de hoc, quia vidit filium mortuum, hoc probatur in l.tractabatur. ff.de mili.teſta.argu. l.iij.C.de inofficio.teſtamen.vide plenè per eundem Bartol. in leg.j. ix. & x.colum. ff.de vulga. & pupil. vide plenè per Cyn.in l.precibus. C.de impub.& aliis ſubſti. a 1

a Et ibi per Ioan.Fabri.Idem tenet Barto.in l.lex.Cor.ff.de vulga.& in l.cum patronus. ff.de legato ſecundo: vide plenè per Paulum de Caſtro conſil.cxlviij.iij.colum.verſic.venio ad quintum,vbi limitat dictum Bartoli procedere in vulgari.quæ non eſt omnino tacita,cùm ex verbis teſtatoris poſſit colligi. ſed dicitur expreſſa verbis generalibus. Secus ſi vulgaris eſſet omnino tacita & interpretatiua: vtputa ſi teſtator dixiſſet iſtos filios meos inſtituo. & ſi hæredes erunt, & in pupillari ætate deceſſerunt &c. prout aliquando fieri ſolet in l.j. ff.de vulga. ſubſtitu. & ibi Bartol. vide per Ioan. Andræ.titu.de teſta.ſuper rubri. penulti. colum. verſicu. & ex quo ſumus. vbi tenet opinio.Dyn.contra Bartol.

SVMMARIVM.

1 *Procurator de mandato domini contrahendo, vel quaſi, ſubeundo iudicium, vel alia, quæ verſantur circa iudicium, nocent domino.*

2 *Confeſsio facta per procuratorē per viam cōtentioſæ iuriſdictionis, præiudicat domino, ſicut ſententia.*

3 *Confeſsio procuratoris nocet domino, niſi dominus eam reuocet.*

4 *Confeſsio procuratoris non tollit facultatem appellandi.*

QVAESTIO CCCXCII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] ſi procurator confeſſus
fuit dominum ſuum conuentum eſſe hæredem, an
talis confeſsio debeat nocere domino? Concluſum
fuit quòd ſic: per not. Cy. C. de confeſ. l. vnica. q. xiiij.
vbi plenè. & per cap. ſuborta. cum gloſſ. de re iudi. &
per capit. j. cum ibi not. vt lite non conteſt. vide per
Hoſtien. in ſumma. de confeſ. §. qualiter intelligatur.
verſic. dominus cauſæ. & Spec. eod. titu. §. poſtremò.
verſicul. ſi verò fit per procuratorem. vbi tenent,
1 † quòd procurator contrahendo, vel quaſi, ſubeundo
iudicium, vel alia, quæ circa iudicium verſantur,
dummodo ſint ſibi mandata, nocent domino.
Ex delicto, vel quaſi non, vide vbique plenè. ſa. l. ſi
procurator. ff. de condi. indeb.

a Vide etiam per Bart in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſ.
per Ioan. Fabri in l. vnica. C. eod. titu. Compoſtel. in ca. per
inquiſitionem. de electio. & per eundem in cap. j eo. ut. lib. vj.
Bart. & Ioan. de pla. in l. non ſolum. ff. de procura. Ant. & Sicu.
2 in cap. j. vt lite non conteſt. allegs. vbi Sicu. poſt Anto diſtinguit
quòd aut procurator latè idem procurans. vt quia eſt defenſor
ſine mandato, ſeu negotiorum geſtor, & confeſſio non
præiudicat, ex quo non habebat mandatum niſi ſequatur ratihabitio
vel defenſor. § j. ff. de inter. actio. Sed ſi habet mandatum
etiam ſpeciale ad confitendum, præiudicat domino ff.
de interro. actio. l. qui ſeruum, ad finem. j. reſpon. & l proinde.
ff. ad leg. Aquil & ibi in gl. ff. & in præallega. leg ſi procurator
ff. de eo di. inde. de quo latiſſimè per Oldr. cōſi. ſuo cxxvj.
Sed ſi eſt procurator generalis, & cōfitetur domino præſente
& non contradicente, & adhuc ei præiudicat. & ſic intelligit
Anto vbi ſuprà vnam opinio. quam recitat Cyn. in præallegs.
leg. j. quæſt. xiij. quòd ſi dominus non eſt præſens ſed abſens.
tunc ſi voluntariè confitetur: quia vadit ad iudicium voluntariè
nulla facta diſcuſſione. ſtatim cùm porrigitur libellus: confitetur
& non præiudicat confeſsio, vt l. certum. §. ſed an ipſos.
alleg. Et hoc quia talis actus habet inſtar donationis quæ prohibetur
2 procuratori. Si † verò confitetur per viam contentioſę
iuriſdictionis, vt quia reſpondet ad poſitiones: tunc confeſſio
præiudicat, ſicut ſententia præiudicat. ff de procura. l.
Plautius. & l. iiij. ff. de re iudi. Et dic idem in confeſsione facta
procuratori: quæ ſurgit ex contumacia in non reſpondendo
poſitionibus. vt eſt text. not. in cap ij. de confeſ. lib. vj. Et valet
hæc confeſſio vera vel ficta procuratoris, cùm non habeat inſtar
donationis, quia fit in inuitum: & iuxta mandatum ſuum
ſeu in his in quibus habet mandatum. Et idem quoad iſta duo
membra, dicunt Bart. & alij eſſe dicendum in tutoribus & curatoribus,
vt diſtinguatur an fiat cōfeſſio voluntariè vel contentioſè,
& hoc intelligo quādo iudicium per tutorem agitatum
fuit ſeu curatorem. ſi autem fuerat agitatum per pupillum
cum tutoris authoritate, non præiudicaret confeſſio ſolius
tutoris arg in præallega §. ſed an ipſos. & de iure delibe.
l. potuit. & l. ij. § quos obſeruari. C. de iura calum & ita voluit
Bart. & alij in præallega. §. ſed an ipſos. & no. in d. l. vnica. C. de
confeſ. dicit tamen Sicu. in præalle. c j. vt lite non conteſt. hæc
3 vera: vt † confeſſio procuratoris noceat domino niſi dominus
eam reuocet, prout facere poteſt probando errorē, ſicut propriā
poſſet vt in c. fi. de cōfeſ. & in l. error C. de iur. & fac. igno.
poſſet etiā reuocare ex errore iuris, licet non propriā. vt dicit
Cy. in alleg. l. j. C. de confeſ. & not. in d. c. fi. ſa. quod no. Specu.
tit. de confeſ §. ſequitur, ad finē. Et de cōfeſſione an & quādo
noceat domino, & qualiter poſſit reuocari, vide per Ste. Imol.
Phil. & Prępo. in c. cum ſpeciali. §. porro. de appel. Vnum tamē
eſt notandum ſecundum Sicul. in præallega. c. j. vt lit. non conte.
quòd confeſſio procuratoris non eſt tantæ efficaciæ ſicut
eſt propris. quia per confeſſionem propriam mihi aliquando
præiudicatur in alio iudicio quia non poſſum venire contra
illud quod dilucida voce proteſtatus ſum etiam ſi agatur ad
alium effectum: ad hoc quod not. Inn c. ij de ordi. cogni. & in
præallegs. c. per inquiſitionem. de elect. & l generaliter. C. de
non numera pecu. & ca. per tuas. de probat. quod tamen non
procedit in confeſſione procuratoris, vt dicit no. Cōpoſtel.
in alleg c. per inquiſitionem. ille enim non habebat poteſtatem
confitendi niſi quoad illam cauſam. Ideò non debet extendi
ad aliam: quia fortè falſum confeſſus fuit. & hoc etiam
not. tenuit Spec tit. de confeſſ § nunc videndum. ver. ſed non
quid confeſſio. j. col. Item † confeſſio procuratoris non tollit 4
facultatem appellandi, ſed tantum propria. vt patet ij. q. vj. ca.
ſunt quorum & l. ij. C. quorum appel. nō reſcin. An autem ex
propris confeſſione quis repellatur à facultate appellandi.
vide per Bal. in l. obſeruare. C. quorum appel. nō reſcin. Lud.
Pon. in l. j §. ſi procurator. ff ſi quis ius di. non obtempera. Phi
li. Sicul. Ant. Imo. & Præpo. in alleg c cum ſpeciali. de appel.

1 ADDITIO. In c. j. vt lit. non cont. Adde Feli. ibidem in x. col. & ſeq. Et an confeſſio inter certas perſonas præiudicet aliis. vide per Guid. Pap. q. cclxiiij. Et an confeſſio facta parte abſente noceat confitenti. vide ſuprà q. ccclxxvj. & per Feli. in c. ſi cautio. de fide inſtrument.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ille dat reſtitutionem in integrum, qui eſt iudex competens in actu.*

2 *Appellandi tempore elapſo, reſtitutio in integrū debet peti à iudice à quo.*

QVAESTIO CCCXCIII.

ITEM fuit quęſitū. [a] Minor vel eccleſia appellauit: apoſtolos habuit, ſed non præſentauit intra terminum ſibi aſsignatū: vult petere reſtitutionem, quæritur coram quo iudice? Concluſum fuit quòd coram iudice ad quem, per not. Cy. poſita in l. præſes. C. de appel. a

a Dic ſecundum Bal. in addi. Spec. eo. titul. in. xiij. col. verſic.
quæro quis reſtituat, quòd aut appellatio erat iam introducta
coram iudice ad quem: & illo caſu cum coram eo ſit cauſata
ipſa lęſio, ipſe dabit in integ. reſti l. præalleg. l. præſes. &
ibi tes. Bart. Bald. Angel. Ioan. Fab. Salic. Aut appellatio nōdum
erat introducta coram iudice ad quem, & illo caſu cùm
nunquam ſit aditus, & per conſequens læſio non eſt cauſata
coram eo, debet reſtitui à iudice à quo. d. l. pręſes. vbi Cy. poſt
Iaco. de Are. Io. Fab. Bart. Bald. & Sali. & facit ratio. Nam † il- 1
le iudex dat in inte. reſt. qui eſt iudex competens in actu, ex
quo cauſata eſt læſio. ita Bart. & ibi caſus in l. ij C. vbi & apud
quem. Sed cùm cauſa non eſt introducta coram iudice ad
quem in cauſa appellationis, nondum efficaciter eſt effectus
iudex. ergo nec contra deſertionem poterit reſtituere vt non
pręiudicet. quia non eſt iudex deſertionis. dicit tamen Prępo.
in ca. ex ratione. de appell. xvj. col. quòd ſi pars vellet adire
iudicem ad quem, non tanquam cauſa appellationis eſſet ad
eum deuoluta: ſed tanquam ſuperiorem iudicis à quo poſſet
coram eo peti in integ. reſti. aduerſus lapſum temporis, caſus
eſt in l. j. & ibi Bar. C. ſi ſæpius in integr. reſtitu. poſtul. ſue. Ad-
de † q; ſi quis non appellauit, & vult reſtitui ad appellandum, 2
quia lapſū eſt tēpus, debet peti reſtit. in integ. à iudice à quo,
vt dicunt docto. præalleg in locis prædictis. & vide per Anto.
in c. pe de iudi. per Bald. in alleg. l. prima. C. ſi ſæpius in integ
in l. cum minores. C. ſi aduer. rem iudica. per Specul. titul.
de in integrum reſt. ſecunda parte. §. pe. verſi. & not. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſari an poſsit quis abſque aqua.*

2 *Proiiciens puerum in aqua, proferens verba baptiſationis, an puer cenſeatur baptiſatus.*

QVAESTIO CCCXCV.

ITEM fuit quæſitum, [a] Quidam † puer natus a
eſt, quem quidam baptiſauit ſine aqua, dicendo, 1
Ego

Ego baptizo te, In nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, Amen. & incontinenti mortuus eſt, an debeat in cimiterio ſepeliri? Concluſum fuit quòd non: quia defecit aqua, quæ eſt vna de quatuor columnis: qua deficiente totum opus corruit: vt expreſsè tenet Guliel. de Monte Lau. in titu. de ſacra bapti. verſic. Nunc autem incipiamus texere. & in cap. fina. de offic. cuſto. & de accuſa. cap. qualiter. §. licet. ſac. ca. non vt. de baptiſ.

a Et ibi eſt text. expreſſus & ibi Ioan. And. & Sicul. qui for-
a mat quæſtionem † de quodam, qui deferebat aliquem puerum ad baptizandum ad eccleſiam valde remotam: inter eundum verò videns infantem deficere proiecit eum in puteum dicendo verba ſupradicta, an ſit baptizatus? Et cōcludit quòd ſic: ſi poſſit cōſtare quòd vixerit donec baptiſmus fuerit completus. Adde quòd requiritur, quòd aqua ſit pura: vnde nec in brodio vel in aqua mixta butyro vel pinguedine poteſt fieri baptiſmus, quando, ſcilicet, per mixtum ſoluit ſpeciem aquæ: vide per Clauaſ in §. baptiſmus tertius. per totum. & per Sicul. in allega. ca. non vt opponeres.

SVMMARIVM.

1 *Quæ non tranſeunt in hæredem extraneum, in publicatione bonorum non veniunt.*

2 *Bonis confiſcatis, feudum non dicitur confiſcatum.*

3 *Bonorum in publicatione, domini non venit ipſa proprietas rei feudalis.*

QVAESTIO CCCXCVI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Tenens feudum ab eccleſia, vel aliquo barone committit feloniam, vel incidit in crimen læſæ maieſtatis contra principem ſuperiorem, publicantur eius bona, an ipſum feudum pertineat ad ipſum principem, vel dominum immediatum? Spec. mouet iſtam quæſtionem in tit. de feu. §. quoniam. ver. xl. vbi tale per eum. & Bart. in l. ſi finita. §. fina. de vectigalibus. ff. de dam. infect. per Collect. in ca. excommunicamus. el j. de hæret.

1 a Tu verò † dic quòd aut feudum eſt tale quòd nō eſt tranſmiſſibile in hæredem extraneum, & ſine dubio feudum non
1 deuoluitur ad fiſcum, ea enim † quæ non tranſeunt in hæredem extraneum in publicatione non veniunt. l. j. & quod ibi not. per Bart. & Bald. C. de ope. liber. vbi Bald. dicit indiſtinctè feudum non venire in publicatione bonorum. & idem dicit in ca. imperialem. §. illud. de prohib. feud alleg. Si autem ex conſuetudine vel ipſius conſtitutione eſt tranſitorium in hæredem extraneum, tunc eſt maius dubium. Sed dic quòd etiam hoc caſu fiſcum non admitti. ſed admitti dominum, aut illos qui admitti debent tali feudatio excluſo. De quibus in l. eum. ff. de interdict & rele. & ita tenuit Bart. in præalleg. §. ſi de vectigalibus, allega. x. col. ſi vaſal. feu princi. cap. j. ſi de feu. fuerit controuerſia. c. ſi vaſallus culpā. vide poſita per Old. conſ. xvij. Albe. in ſuis quæſtionibus ſtatu. quæſt. cel. Nellum de bannitis quæſt. xxiij. ſecundi tempo. Angel. in l. eorum. ff. ad leg. Iuliam maieſt. & de materia per Petrum de Ancha. in cap. decreuit. de hæreti. lib. vj. qui approbat dicta Bar. in d. §. ſi de vectigalibus. & vide per omnes in cap. felicis. de pœnis. lib. vj. maximè per iam dictum Pet. de Ancha. per Imo. in cap. j. de feud & Bald. in cap. j. an ille qui interfecit fratrem domini ſui. & Bald. in l. j ff. de re. diuiſi in xl. quæſtione. Et dicit ſingulariter Lodo. Rom. in d. §. ſi de vectigalibus. quod magis communis eſt opinio,
2 quòd confiſcatis † bonis feudum non dicatur confiſcatum: vt voluit Bart. ibi, & Oldr. in præallega. conſi. ſuo xvij. & Bald. in præallega. l. j. C. de bo. libe. in præallega. ca. imperialem. Limitat tamen Roma. niſi feudum ad extraneam perſonam poſſet tranſire. & ſequitur ibi Imol. in materia emphyteoſis. & vide Petr. de Anchar. in cap. poſtulaſti. de foro competen. Angel. & Imol. in l. eorum. ff. de damn. infect. Andreæ. de Iſer. in cap. j. §. ſi quis hominem. de pa. tenen. & in cap. j. §. præterea. quæ ſit prima cau. benefi. amit. in cap. j. ſi vaſal. feu. pti. aliquid per Pau. de Caſtr. in l. inſulam. ff ſolu. matrimo. & in conſilio ſuo clij. qui ponit de feudo an veniat in publicatione bonorum. & in conſilio clvj. vbi ponit an laicus delinquendo perdat feudum datum ab eccle. Tene tamen menti ſecundum Lodo. Ro. in alle.
§. ſi de vectigali. quòd † in publicatione bonorum, domini 3
non venit ipſa proprietas rei feudalis, ſed conſolidatur cum vtili dominio vaſalli. Duo inta bona allegat ibi, vide. Adde text. bonum & ibi Bald. in cap. j. in princi. hic finitur lex. & vide Angel. in authen. bona damna. qui ponit an vſusfructus veniat in publicatione bonorum publicatis bonis vſusfructuarij. & quid ſi ſunt publicata bona vſusfructuarij. Adde gloſſ. Iacob. de Arct. Cyn. Barto. Bald. Ioan. Fabri. & Salice. in l. ſi quis in rentam. C. vnde vi.

t ADDITIO. Tu verò. An verò in feodo delictum patris noceat filio, & quid in agnato, vide per domi. Alex. in conſi. ij. in v colum. circa me. in ver. non obſtant. & ibi an filius poſſit venire ad feudum paternum ſi non ſit hæres patris, & quid in agnato qui non eſt hæres.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium publicatione omiſſa, proceſſus non redditur nullus.*

2 *Dicta teſtium non publicare non eſt contra ius conſtitutionis, ſed contra ius litigatoris.*

3 *Impugnans proceſſum vel ſententiam ex defectu publicationis atteſtationum non audiendus.*

4 *Atteſtationum publicatio non eſt de ſubſtantia iudicij, & nume. 5.*

QVAESTIO CCCXCVII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An † proceſſus ſit nul- a
lus ipſo iure omiſſa publicatione teſtium. 1 Conclu- t
ſum fuit quòd non: quanuis annullari poſsit: vt te- r
net Collect. in cap. fraternitatis. de teſt. ca. circa fin. per not. Inno poſita. in cap. cum I. & A. ſuper verbo, publicatur. de re iudi. & idem tenet Butrig. in l. prolatam. C. de ſenten.

a Quia dicit † quòd non publicare non eſt contra ius con- 2
ſtitutionis: ſed contra ius litigatoris. & ſic atteſtationum publicatio ſit de iuſtitia, non autem de ſubſtantia, & parti illam non petenti imputandum eſt? debuit enim petere & à dene-
gatione appellare. alràt † non audiuit volens impugnare pro- 3
ceſſum ſeu ſentētiam ex defectu publicationis atteſtationum. Et ita poteſt intelligi ſecundum Sicul. text. in præalleg. ca. cum I. & A. quod alibi ſecundum eum non ita bene probatur quinimo gloſſ in præallega. l. prolatam ſenſit oppoſitum, videlicet quòd publicatio ſit de ordine ſubſtantiali. quam gloſſ. ſaluat Ang. in vno caſu quando iudex non examinat teſtes ipſemet, ſed commiſit alterius territorij iudici. Et ſunt atteſtationes ſigillatæ iuxta authē. apud eloquentiſſimum. & l. iubemus. C. de fide inſtrumen. Prædictam gloſſ. ſequi videtur. Salic. quando appellatum eſt à ſententia non facta publicatione alia. Nam cùm ille qui obtinuit ſententiam pro ſe non poſſit iuſtificare ſententiam, quia ex atteſtationibus non publicatis non poteſt facere probationem in illa inſtantia: vt l. geſta. C. de re indi. & ſic iſto caſu ſecundum eum omiſſo vitiabit ſententiam dictam ergo Innoc. procedit quando non eſt appellatum vel quando proceſſus eſt ſine teſtibus, quod fieri poteſt: vt dicit Bartol. in præalleg. l. prolatum. & Sicul. in præalleg. cap. cum I. & A. Sed quòd in omnibus cauſis regulariter debeat fieri teſtium publicatio: & ſit de ſubſtantia proceſſus, id videtur velle gloſſ. in ca. quoniam frequenter. in princi. vt lite non conteſt. ad idem Bald. in l. penul. ij. col. de rei ven. vbi etiam Angel. voluit quòd publicatio atteſtationum ſit de ſubſtantia. licet aliud ſit in publicatione aliorum actorū quæ publicè fiunt in iudicio: idem videtur velle gloſſ. in l. ij. C. vt lit. pend. in verſic. actorum, quæ dicit quòd atteſtationes ſunt publicandæ. Ad idem Barto. in l. is apud quem. C. de eden. in ij. colum. & ibi Bald. in l. iij. dum dicit, item dicta teſtium debent publicari: & ideo eſt neceſſaria ſcriptura. & ad hoc vide dicta Bartol poſt gloſſ. in l. ſolam. C. de teſti. circa princi. & Bartol. in l. geſta. de re iudic vbi dicit quòd dicta teſtium non publicatorum non probant. Quinimo plus dicit Bart. in extrauag. ad reprimenda. in ver. ſine figura. quòd in cauſis ſummariis neceſſariò debeat fieri teſtium publicatio. & ſequitur Pet. de Ancha. in cle. ſæpè. xix colum. in
ver. ſed an requiratur publicatio. quòd † autem publicatio at- 4
teſtationum non ſit de ſubſtantia iudicij, tenet Sicu. in ca. cum dilectus. de fide inſtrumen. dicens Innoc. ita voluiſſe in allega.

c. cum

cap.cum I.& A.& Ioan.in additione Specu.in tit.de renon.&
conclu.in princip.Rota in antiquis deciſionibus deciſio.xxxj.
& deciſio.xliij.& illam gloſſ.l.prolatam, reprehendit Bald.in
cap.j.ſi de ſeud.inter domi.& vaſ.lis oriatur. Et iſtam ſenten-
tiam ſentire videtur Hoſtien.in ſumma de re iudi.qui enume-
rans omnes ſolennitates iudiciarias dicit quòd quædam ſunt
de ſubſtantia.& iſtam publicationem non ponit.& hoc vide-
tur velle Spec.in ſecunda parte ſui operis.in princip.& Imol.
in l.diuus.ff.de re iud.& Pet.de Anch.conſi.ſuo xvij.vbi etiam
dicit ita ſeruari in curia Roma.& idem dicit Rot.loco ſupe-
rius alleg. Et idem voluerunt Anto.& Sicu.in alleg.cap.cum
1 I.& A. 1 & pro hoc bene fa.tex.in alleg.ca.quoniam frequen-
ter.& glo.ij.q.j.in ſumma vbi enumerantur omnes ſolennita-
5 tes iudiciorum,& iſta non enumeratur. Et ſic conclude † pu-
blicationem teſtium non eſſe de ſubſtantia iudicij.ita quòd
eius omiſſio habeat vitiare ſententiam,& quòd ſit nulla dum-
modo atteſtationes iudici notæ fuerint.& vide Sicul.in alleg.
cap.cum I. & A.

1 Additio. cap.cum I.& A.Vide ibi Feli.ij & iij.col.

SVMMARIVM.

1 *Iudex aliquem excommunicans iniuſtè, non ſolùm ad intereſſe partis tenetur, ſed etiam puniendus ſi culpa qualitas exigat, & nume.2.*

QVAESTIO CCCXCVIII.

a ITEM fuit quæſitum. ᵃ An iudex † excommu-
1 nicans aliquem iniuſtè, poſſit iniuriarum actione
1 conueniri 1. vide per gloſ.in ca.ſacro.de ſenten.ex-
communi.& ibi per Collect.& per Archi.in ca.ſta-
tuimus.eod.titu.lib.vj.vbi videtur tenere quòd non,
niſi dolus probetur interueniſſe, vel ferat ſententiã
contra ſubditũ, vel contra legem expreſsè per text.
& glo.in l.iniuriarum.§.item Labeo.ff.de iniuriis.

a Et quòd iniuriarũ actione teneatur iudex iniuſtè excom-
municans ſi doloſè excommunicauit. not. gloſſ.in cap.illud.
xj.quæſt.iij.in capi.ſolicitudinem.in gloſ antepe.de app.idem
Hoſt.Ioan.Mo.Ioan.And.& doc.in alleg.c.ſtatuimus, & Mil.
in repertorio in verbo iniuria.ver.iniuriarum actione. Et ita
5 † debet ſecundum eum intelli.præallega.c.ſacro 2.vbi dicitur
2 quòd iudex iniuſtè excommunicans non ſolùm ad intereſſe
partis tenetur,ſed etiam punietur,ſi culpæ qualitas exigit:& ſi
doloſè fecit vide gloſſ.xj.q.iij.c.temerarium.ff de iureiur.in l.
illud.& quod not.Bart.in l.iniuriarum.§.idem Labeo,alleg.

1 Additio. Actione iniuriarum conueniri.Vide Guido.
pap.q.cccxciij.& q.cccxxiiij.

2 ca.ſacro. Adde Feli.ibid.in penul.& vlt.col.& ibi per eum
quid ſi per ſimplicitatem vel fatuitatem proceſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis res quanto tẽpore præſcribi poſſit, & nu.2.*

QVAESTIO CCCXCIX.

a ITEM ſuit quæſitum.ᵃ Quomodo † res feudalis
1 alienata 1 præſcribi poſſit ? vide in libro feudorum
1 in tit.de c. Conradi.c.j.& de prohibi.ſeudi.alie.c.j.&
vbique gloſ. dicit quod non præſcribitur ſpacio x.
vel xx.annorum:ſed bene xxx.vel xl.vt ibi.

a Idem tenet Bald.in præalleg.c.j.§.j.de c.Conra.& Sicul.in
2 c.ad audientiam 2 de præſcri.dicentes † quòd licet domino
2 alienatione feudi non obſtante: ac etiam præſcriptione non
obſtante reuocare, quod intelligit de præſcri.x.vel xx.anno.
ſecus de xl.vide in c.ſi quis per xxx.& ibi Bal.ſi de feudo fue.
controuer.& in c.ſi.de ſeu.da.in vj.legis cõmiſ.& Bart.Cæpo.
in c.iiij.col.de coguiti.feu.& plenè per Innoc.Hoſt.Ant.Bald.
& Sicul.in præalleg.c.ad audientiam.per Spec.tit.de feu.§.ij.
ver.iij.quæritur.per Ioan.And.in addit.Specu.eo.tit.ſuper ru-
brica. Et adde quòd poteſt quis præſcribere feudum reſpectu
vtilis dominij:quod eſt penes vaſallum in directo remanente
apud dominum.tenet Sic.in alleg c.ad audientiam, quod in-
telligunt communiter doct.quando dominus ſcinit iſtum ex-
traneum ſe gerere pro vaſallo & non contradixit.Secus ſi do-
minus ignorauit & poteſt prætendere aliquid intereſſe in mu-
tatione vaſalli,quo caſu procedere poſſet opin.Hoſt.cum qua
ibidem tranſeunt communiter docto. Et licet iſtud videatur
æquum, Sicul. tamen ibidem contrarium verius eſſe putat.vt
hoc etiam caſu præſcribi poſſit ſpacio xx.anno.per tex aper-
tum iuncta gloſſ. in præallega.c.j.de c.Conrad.§.tamen dicit
quòd daretur reſtitutio domino ignorãti, ne cogatur habere
vaſallum quem nolit, & vide Sicul.in eo.c.ad audientiam.per
eum quanto tempore præſcribatur contra vaſallum reſpectu
iuris ſui. Et nunquid vaſallus poſſit præſcribere libertatem,&
directum dominium feudi xx.annis non ſeruiẽdo. Et an con-
tra ſenſus præſtationem currat præſcriptio.

1 Additio. Res feudalis alienata. Vide de hoc in deci.
grationop.quæſtio.ccccliij.

2 cap.ad audientiam.Adde Feli.ibidem vj.col.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in carcere ſuper crimine non valet, ſuper debito ſic.*

2 *Contractus factus cum detento iniurioſè in carcere valet.*

3 *Damnatus pœna capitali, eſt effectus ſeruus pœnæ, nec poteſt teſtari.*

4 *Liberatus à carcere ille non dicitur, qui per familiam cuſtodis carceris cuſtoditur.*

QVAESTIO CCCC.

ITEM fuit quæſitum. ᵃ An incarceratus pro- a
pter crimen,ſi compoſitione facta cum curia, poſtea
confiteatur detentori id quod ſibi debebat ratione
laboris ſui, & ad hoc ſe obliget, an valeat talis obli-
gatio ? Concluſum fuit quòd ſic: & per not.Iacob.
& But.in l.qui in carcerem.ff.quod me.cau.vbi † te- 1
nent quòd confeſſio facta in carcere ſuper crimine
non valet, ſuper debito ſic, dummodo aliàs licitè eſ-
ſet in carcere. Cy.verò in l.ij.C.de cuſtodia reorum.
videtur tenere quòd confeſſio facta in carcere de
crimine ſponte non valet,niſi perſeueret.idem Bart.
in l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæſtio.

a Vide Bart.in l.qui à latronibus.ff.de teſti.Bald.& docto.
in l.j.C.de confeſ. Lanfranc.in c.quoniam contra.de probat.
Bart.in l.qui neque.§.ſolutum.ff.de verbo.ſignific.Angel.in l.
nemo carcerem.C.de exacto.tribu.lib.x. Et quoad primum,
an contractus in carcere celebratus valeat, dic poſt Sicul.in
c.accedens.de procur.quòd † aut quis eſt detentus in carcere 2
priuato iniurioſè : puta à latronibus vel aliquo tyranno. Et
tunc ſi aliquid agit cum ipſo tyranno detentore poteſt poſt
modum allegare metum & facere actum reſcindi.vt in d.l.qui
in carcerem.& ibi Barto.in præallega.l.qui neque.§.ſolutum.
Barto.Cœpo.conſi.xl.in xiiij.col.vec.& idem in effectu &c.fa.
c.accedens.alleg.Sed qui cum detentore bene poteſt contra-
here,poteſt etiam in carcere facere teſtamentum.vt l.metum.
§.ſed licet.ff.quod me.cau.& Bart.in alleg.l.qui in carcerem.
& in l.nam & ſeruus.iuncta gloſ.ff.de neg.geſt. Aut † quis eſt 3
detentus in carcere publico & iuſtè. Et tunc ſi eſt damnatus
pœna capitali non poteſt aliquid agere tanquam liber: quia
eſt effectus ſeruus pœnæ, & bona ſua veniunt ad ſuccedentes
ab inteſtato.vt in authen.bona damnatorum.C.de bo.dam.
legitur& no.in l.quę vltimo ſupplicio.ff.de pœ.vnde talis etiã
ad pias cauſas diſponere non poteſt. vt no.concludit Ioan.
And.in ca.ij.de vſuris.lib.vj.quòd no. & tene menti. Aut non
eſt ſic damnatus: ſed eſt in carcere ad tempus, & tunc poteſt
contrahere, & alios actus agere.vt no.in dicta l.qui in carce-
rem.& tenet ibi Bartol.quòd etiam cum illo ad cuius petitio-
nem tenetur in carcere.argu.in l.ſi mulier.ff.eod.titu.Et ideo
ſi quis ſuum debitorem fecerit carcerari,& ſibi in carcere ſol-
uit, aut vendit, tenet. Tamen conſuetudo eſt quòd extraha-
tur extra carcerem : quando facit aliquem contractum, ſed
† iſtud extrahere nihil valet, quia quandiu cuſtoditur per fa- 4
miliam, non dicitur liberatus. facit ad hoc prædictum c.acce-
dens.& l.liberationis.cum l.ſequen.ff.de verborum ſignific.&
præallegat.l.qui neque.& ibi Iaſ.de Aret.ita voluit Bart.alleg.
l.qui in carcerem.& Sicul.in allegat.cap.accedens.iij.not.vide
Angel.in allegat.l.qui in carcerem.& Bald.in l.4.C.de confeſ.
Quid de obſidibus vel captis apud hoſtes ? Vide aliquid per
Sicul.in alleg.c.accedens 1. 1

1 Additio. ea accedens. Adde quòd obſides teſtari non poſſunt l.obſides.ff.de teſtib.quod eſt verum ſecundum Bart. ibi niſi ſit datus ab vna ciuitate alteri.

QVAESTIO CCCCI.

a ITEM fuit quæſitum. a An citatio alternatiua valeat vel teneat? aut iudex ſic citans grauet cita-
1 tum? Concluſum fuit quòd non valet 1 per not. Collect.in ca.poſtulaſti.de foro competen.& quòd iudex grauat citatum:vt ibidem vide plenè.

a Adde Innoc.in cap.ij.de teſtib.cogen. & Bald in margarita, ver.citatio in verſi.ſi.vbi dicunt quòd citatio alternatiua pro tali aut tali die valet. Sed citatio coram tali aut tali non
2 valet: vt voluit Rot.deciſ.cxiij. An autem valeat citatio 2 ſine expreſſione certi loci vel diei.vide ſingulariter per Præpoſi.in cap.cum parati.de appella.poſt Ioan. Andr. Sicul.& Imol.per Specul.titu.de cita.§.ſequitur.ver.quid ſi non præfixerit.& in §.ij.eod.titu.ver.quid ſi alternatiuè. Barto.in l.ſi vt præponis. la ij. C. quomodo & quando iudex. & in l.liber homo.§.decem hodie.ff de verb.oblig.

1 Additio. Non valet.Adde idem eſſe quando citatio eſt incerta & vaga ac minus generalis. puta ſi quis citatur ad audiendam voluntatem iudicis ſuper cap. Ita Nicho.Mil.in ver. citatio.§.citatio incerta.

2 Valeat citatio. De citatione vide multas bonas quæſtiones per dom.Felin.in cap j.de iud.sparſim poſitas in illo c.j.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non habens iuriſdictionem non punitur pœna falſi, ſecus tamen in notario qui ſe pro notario geſsit.*

QVAESTIO CCCCII.

a ITEM fuit quæſitum. a Qua pœna puniatur carens iuriſdictione vtens officio magiſtratus & iuriſdictione? Quidam dixerunt quòd lege Iulia ma-
1 ieſtatis 1. per l.iij. §.fina.ff.ad leg. Iuli.ma. Alij dixerunt quòd l.Cornelia.de fal.vt l.qui nomine.& l.eos. ff.ad l.Corne.de fal.vide vbique per Bart.

a Angel. in l.ſi vacantia.verſic.& per hæc C.de bon.vacan.
1 libro x.dicit † quòd officialis non habens iuriſdictionem non poteſt puniri pœna falſi. Sed falſi pœna bene tenetur qui non eſt notarius pro notario ſe geſsit: ita dicit Bald.in l.j.vj.quæſt. C.de teſta.per l.alleg.eos.in §.qui ſe pro milite.idem de mendicantibus validis qui pallidi fingunt ſe fuſcatis coloribus & exhibentes ſe vulgo infirmos cùm non ſint vt extorqueant eleemoſynas:vt patet in c.cum ex eo.§.qui autē.de pen & re. de priuig. c. ex tuarum. & ibi glo. idem de portante inſignia doctoris vel epiſcopi cùm nō ſit. vt in præal.l. eos.& ibi Bart.

1 Additio.l.Iulia.maieſtatis.Adde Guid.pap.q.cccciiij.

SVMMARIVM.

1 *Superioris authoritas in omni iuramento intelligitur excepta.*

QVAESTIO CCCCIII.

a ITEM fuit quæſitū. a An ſit periurus qui iurauit ſoluere die certa,& non ſoluit vetante iudice tēporali? Cōcluſum fuit q; eſt periurus, non obſtāte prohibitione dicti iudicis tēporalis, vt ponūt doct. in c. ſignificauit.de cenſi.& ibi plenè per Colle. & Hoſt.

a Ego limitarem præmiſſa: quando ſine cauſa temporalis iudex inhibuiſſet. Secus autem vbi ſubeſſet cauſa legitima.vt d.cap.ſignificauit & in l.ſin.ff.qui ſatiſdogan.& ibi Barto.ita
1 quòd † in omni iuramento intelligitur ſuperioris authoritas excepta.ita tenuit Sicul.in cap.quemadmodum de iureiuran. poſt Ioan. And. Et idem de mandato legis: vt quia poſt iuramentum excommunicatur creditor: quia ſibi,niſi abſoluatur, ſoluere non tenetur:vt in ca.veritatis.de dolo & contu.tenet Sicul.vbi ſuprà & Clauaſ.in §.iuramentum.v.verſi.xxj.& in §. excommunicatio viij.§.xij.

SVMMARIVM.

1 *Tutor bona immobilia minoris inſolutum dare non poteſt ſine decreto iudicis.*

Fallit ſi conſenſus patris interuenerit.

Fallit & in rebus quæ vſu conſumuntur. ibidem.

QVAESTIO CCCCIIII.

ITEM fuit quæſitum, a an tutor poſsit dare in a
ſolutum id quod debetur pupillo creditoribus pupilli, vel aliàs cedere ſeu transferre dictas actiones ſine iudicis authoritate? Concluſum fuit quòd ſi dicta actio competit ad id, quòd aliàs dictus tutor poterat alienare ſine decreto iudicis, quòd tunc dicta datio inſolutum, vel ceſsio ſeu tranſportus factus ſine decreto iudicis valent & tenent:vt l.pupilli debitor.ff.de ſolutio. & l.tutor ad vtilitatem. ff.de admi.tut.l.poteſt.ff.de auto.tut.& l.nouare. ff.de nouatio.Secus ſi prædicta actio competit ad id, quod aliàs nō poteſt alienare ſine decreto: quòd tunc non valet dicta ceſsio:vt l.reſtituta.§.pupillus.ff.ad Trebel.& ita intelligit Bart.in præalleg.gl.& Cyn.in l.j. C.ſi aduerſ.ven.

a Ad hoc text.in l.vtere. §.ſi minor, aliàs eſt l.j. C.de præd. min.ſine decreto non alie.vbi text. quòd † minoris immobi- 1
lia pro alio debito ſine decreto dari non poſſunt. & idem ibidem Ioan.Fabri. Bar.Bald.& Salic.fallit ſi conſenſus patris interuenerit.vt l.ſi probare. C.quando decret. opus non eſt. & ibi Bart & Bald.item quando fit alienatio de licentia principis.vt l.illud.C.eod tit. item quando alienatio eſt permiſſa à teſtatore:vt l.ſi prædium. in princ. C.eod. tit. Idem quando ſunt res, quæ vſu conſumuntur:vt d.l.§.fin.& ibi Bart.Bald. & Salic.& idem dic de fructibus:quia tutor illos vendere poteſt ſine decreto:vt l.fin §.fin.& ibi Bald.C.de admiuiſtr.tut. Nec tenetur eos reſeruare ad tempus chariſtiæ: nec portare venales extra locum, ſed debet in loco vendere pro communi pretio:vt ibi etiam per Bart. Sed ſi differat vendere id quod poſtea decreſcat, tenebitur ad intereſſe. Bald. in l.ſi res. C.de perien. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi ex contractu eſt obligatus domino ad certum quid dandum vel fiendum, non poteſt renuntiare feudo.& num.2.3.*

4 *Vaſallus poteſt inuito domino renuntiare feudo: fallit tamen in quinque caſibus.*

5 *Belli tempore vaſallus non poteſt renuntiare feudo.*

6 *Obligatio incerta quouſque non certificatur, non poteſt vaſallum obligare.*

7 *Vaſallus licet non teneatur domino ſeruire,& poſſit feudo renuntiare,non debet tamen eum offendere in memoriam priſtinæ dominy.*

QVAESTIO CCCCV.

ITEM fuit quæſitum. a an vaſallus † vel emphy- a
teuta poſsint feudo renuntiare, vel rei feudali do- 1
mino inuito? 1 Concluſum fuit quòd non, ſi ex 1
contractu vel quaſi vaſallus, vel emphyteuta eſſet obligatus domino ad certum quid dandum, vel fiendum.Secus ſi vaſallus non eſt obligatus ad certum quid,ſed ſimpliciter.vide quæ poſuit plenè Io. Andr.in cap.quæ in eccleſiarum.de conſti. & ibi per Collect. & quæ ponuntur per Cyn. in addit. in l. j. C.de iure emphy.cum vtrobique allega.& allegauit dominus Aſtorgius de Galacho caſum eſſe in l.j. C. de iure emphyt. in emphyteuta qui non poteſt renuntiare pro parte etiam dimidia perempta, multominus quando in nullo eſt perempta.

a Bald.in l.ij ij col.C.de iure emphyt. dicit ibidem eſſe tex. à contrario ſenſu quòd emphyteuta poteſt relinquere emphyteoſim inuito domino,& vlterius canonem non ſoluere: & nihil vltra alleg. Albe.in vlt. col.circa hoc multa allegat pro & contra.

& contra. & refert Dynum dixiſſe quæſtionem huiuſmodi. & etiam de vaſa. pluries Bononiæ fuiſſe diſputatam, & malè
2 determinatam. finaliter concludit Alberic. cum Dy. id † quod ſuprà, videlicet quòd non poſsit emphyteuta. Bartolus in l. prætor ait. §. hoc edictum. ff. de damno infect. format iſtam quæſtionem de emphyteuta. & ſe remittit ad eum per dicenda in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & ibi non ponit in ſpecie de emphy. ſed ſolùm de vaſallo. ſuis tamen rationibus vtrunque ſatis deciditur. Specul. in titu. de loc. §. nunc aliqua. verſic. ccxviij. latè diſputauit hanc quæſtionem de emphy-
3 teuta. Et finaliter concludit † quòd non poſſit maximè per text. in l. quicunque. C. de fundo patri. libro xj. Et idem tenet Ioan. Andr. in addi. ibidem. Bald. in addi. Specu. in iiij. colum. circa finem. & l. cum fructuarius. ff. de vſufru. & Ioan. de Imol. in ca. ad audientiam. in vlti. colum. de rebus eccleſ. non alien. cum diſtinctione tamen Bartol. in d. l. is cum quo. vide etiam Imol. in ca. potuit. de locato. in xliiij. col. & Paulus de Leaza. in iiij. colum. De vaſallo autem vel feudatario an poſſit feudum derelinquere, & hoc modo detrahere ſeruitium, vide Alberi. in allega. l. ij. Specu. & Ioan. Andr. in loco præalleg. Imol. in dictis locis. & latè Bartol. poſt Dyn. in d. l. is cum quo. per gloſ. Anto. Sicul. & Cano. maximè Imol. in alleg. c. quæ in ec-
2 cleſiarum 2. per gloſ. & Bald. in cap. j. in fi. de vaſallo: qui contra conſtitu. Lotha. & in proœmio feud. in vj. colum. per gloſſ. & Bald. in cap. j. §. caſidis. de prohibita feud. aliena. per Feder. per Bald. in l. cum Achimedoram. C. vt in poſſeſ. lega. & in d. l. cùm fructuarius. ff. de vſufruct. & Paul. de Leaza. in commento d. cap. potuit. Et in ſumma iſta eſt communis concluſio quòd vaſallus poteſt feudo renuntiare inuito domino: quia cùm concedatur feudum principaliter in fauorem vaſalli, ipſe poteſt huic fauori renuntiare, c. ad apoſtolicam. de regula. Secus in aliis contractibus, quia ex poſtfacto ſit neceſſitatis. l. ſicut. C. de actio. & oblig. hanc opin. tenet Archid. in cap. de forma. xxij. q. v. alleg. pro caſu dictum. c. j. de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. & Spec. loquens tamen de conſuetudine, in tit. de feu. §. quoniam. verſi. xxviij. in fi. & Hoſt. expreſſè in tit. de ſeu. §. fi. verſic. eſt in ſumma. & Bald. in l. j. xij. q. ff. de rerum diuiſi. & in præalleg. l. cum Achimedoram. Sicul. in allega. c. quæ in eccle-
4 ſiarum. Poſſet † igitur poni pro regula quòd vaſallus inuito domino poſſit renuntiare feudo. Sed fallit in quinq; caſibus. Primò vbi renuntiatio eſſet nimis tempeſtatiua ſecundum Io. And. in additio. Sicu. allega. c. quæ in eccleſiarum. Idem Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de locato. §. nunc verò aliqua. verſic.
5 ccxxviij. alleg. ponens exemplum quando † vaſallus renuntiat feudo tempore quo guerra imminet domino ſuo: quia tunc ſeruitiũ incipit eſſe certum: & vaſallus incipit efficaciter obligari. & ſic feudum dimittendo non poteſt onus reiicere. vt dicit gloſ. not. in l. Incola, la ij. ff. ad municipa. volens quòd poſt impoſitum munus non poſſit incolatui renuntiari. Ad idem Bald. in præallega. c. quæ in eccleſiarum. dicens non valere renuntiationem vaſalli de tempore quo dominus eſt in bello. arg. l. filiæ meæ. ff. ſol. mat. niſi conſuli poſſit identitati domini prouidendo de vaſallo æquè idoneo ſecundum eum. Secundò fallit vbi renũtiaret non in manibus domini, ſed alterius, quia non nocet domino ſecundũ prædictos, arg. l. ſeruitutes. §. pe. ff. de ſeruitu. vrba præd. & quod habetur in c. quod in dubiis. de renun. & in c. cum tempore. de arbi. & ſequitur Bald. in c. j. de alie. ſeud. pater. col. ij. Tertiò fallit quando pro feudo præſtatur certum ſeruitium, ſecũdum gl. in c. j. in fi. de cap. qui curi. vendi. & in præallega. c. imperialem. in §. caſidis. & ibi Bald. de prohibi. feu. alien. per Fede. & Ioan. And. in alleg. addi. verſic. cxxviij. Dyn. & Bart. in præallega. l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & Bal. in præludi. feu. vij. col. verſic. ſed ſtatim quæritur. & in c. j. ad fi. de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. & Pau. de Leaza. in præalleg. c. potuit. ſeptima col. verſi. defende. vincen. vbi autem feudum ſimpliciter conceditur non cauſa certi ſeruitij
6 procedat regula: quia † obligatio incerta quouſque non certificatur non poteſt vaſallum obligare. l. vbi autem apparet. ff. de verb. oblig. Et quòd dicitur quando ſeruitium eſt certum non poſſit renuntiari: intellige niſi pactum vel conſuetudo aliud inducat ſecundum Ioan. And. vbi ſuprà. Quartò fallit ſecundum Ioan de. Ligna. & Franc. de Zab. in præallega. c. quæ in eccleſiarum. quando feudum non habens certum ſeruitium conceditur per ſtipulationem, & ſic per contractum nominatum. l. iuriſgentium, in §. quinimo. ff. de pac. quia tunc renuntiari non poteſt, l. ſicut. C. de actio. & oblig. & ſentit Specu. in præallega. verſic. cxxviij. quæ opi. ſi eſſet vera, nunquam hodie haberet locum renuntiatio feudi cùm communiter in omni contractu ſoleat apponi ſtipulatio. & ideo hanc partem non ſequitur Imol. in præallega. cap. quæ in eccleſiarum. & Bald. in præludi. feud. viij. col. Quintò fallit ſeu declarat notabiliter ſecundum Hoſt. Anto. & Imol. in alleg. c. quæ in eccleſiarum. & Franc. in cle. paſtoralis. §. denique. in vj. q. de re iudic. & licet † vaſallus poſſit inuito domino feudo renuntiare: & non te- 7
neatur ei ſeruire, tamen non debet eum offendere in memoriam priſtini dominij. arg. l. ſeruos. C. de quæſtio. vbi qui ſemel fuit ſeruus alicuius non torquetur in caput eius in memoriam præcedentis dominij. vide latiſſimè per Felin. in allegat. cap. quæ in eccleſiarum 2.

1 ADDITIO. Domino inuito. Tu vide Guid. pap. deciſio. clxij. & quod ibi ſcripſi.

2 cap. quæ in eccleſiarum. Adde Feli. ibidem col. xxxj. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam imponere eſt iuriſdictionis.*

2 *Iuriſdictionis exercitiũ qui habẽt, mulctare poſſunt.*

3 *Iuriſdictione carentes obligare ſe inuicem ſub pœna ad obſeruationem ſtatuti.*

4 *Senatores poſſunt legem conſtituere, quæ tamen à principe confirmari debet.*

5 *Magiſtri cameræ parlamenti poſſunt legem condere, quæ tamen tolli poteſt per regem.*

6 *Vniuerſitas non recognoſcens ſuperiorem de facto habens iuriſdictionem, poteſt omnia ſtatuere quæ poteſt princeps.*

QVAESTIO CCCCVI.

ITEM fuit quæſitum. [a] An collegium carens a
iuriſdictione, condens ſtatutum ſuper his, quæ ad adminiſtrationem & officium ſuum pertinent, poſſit imponere pœnam dicto ſtatuto? Concluſum fuit quòd non: per not. Innoc. in c. cum acceſſiſſent. de conſtitu. hoc verum non poteſt imponere mulctam, vel aliam pœnam temporalem vel ſpiritualem: niſi de conſenſu ſtatuentium procedat, ita intelligitur c. ex literis. de conſtit. ſecundum quòd no. Collect. in præallega. cap. cum acceſſiſſent. quod eſt menti tenendum. & ita fuit practicatum in collegio ſancti Martialis Tholoſæ.

a Communiter docto. in ca. cum omnes. de conſtitu. dicunt quod eo caſu quo vniuerſitas poteſt ſtatuere, poteſt pœnam adiicere ſtatuto. argu. l. j. ff. ſi quis ius di. non obtempe. Niſi eo caſu quo ſolam habet adminiſtrationem: quia † imponere 1
pœnam eſt iuriſdictionis. & facit text. cum ibi not. in l. fi. ff. de iuriſdict. omn. iudic. vnde dicit Angel. in d. l. j. quod licet caſtra & villæ quæ iuriſdictionem non habent facere poſſunt ſtatuta, ſicut quælibet alia vniuerſitas: tamen ſtatutis non poſſunt pœnam adiicere: quoniam † illi demum poſſunt mulctare, 2
qui habent exercitium iuriſdictionis. quòd limita ſecundum Feli. in præalleg. c. cùm omnes, ix. col. Niſi haberent poteſtatem ſtatuendi conceſſam ab habente iuriſdictionem ſecũdum Barto. in l. ambitioſa. x. col. verſic. iij. regula. ff. de decre. ad ord. fa. Bald. in l. j. in fi. C. ſi rector prouin. & in l. ij. ſecunda colum. C. quomodo & quando iudex. Secundò † limita niſi carentes 3
iuriſdictione obligarent ſe inuicem ſub pœna ad obſeruãtiam ſtatuti. quia hoc poſſunt ſecundum Do. in alleg. c. cùm omnes. & allega. gloſ. in ver. firmitate, in ca. cum aliquibus. de reſcript. lib. vj. Et nuper factum eſt per me & alios doctores regentes iuris canonici & ciuilis in præſenti vniuerſitate Tholoſana: ſtatuendo quòd nullus matricularetur, niſi ſoluto ſalario illius anni: & non efficeretur bacchalarius niſi examinatione præcedente: & ſoluto ſalario quinque annorum inter doctores eoſdem diuidendo, & nos ad pœnam ibidem adiectam obligauimus & eum iuramento. Et quòd vniuerſitates carentes exercitio iuriſdictionis poſſint ſtatuere in concernentibus reſpectu ſuæ artis & profeſſionis. vide plenè Bart. in l. fi. ver. quæro ſuper quibus. ff. de Colle. illi. & per eundem in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & in l. fi. vbi bo. tex. C. de iur. omn. iudi. Et dicunt ibi Bart. Bal. & Sali. & Io. fa. in l. fi. C. de legi. quòd extra ea quæ non pertinent ad artem non habent iuriſdictionem nec poſſunt ſtatuta condere. Et certum † eſt quòd ſena- 4
tores poſſunt legem conſtituere: tamen ſi ibi eſt princeps debent ab eo confirmari, l. humanum. quòd ibi dicit eſſe menti

tenendum.C.de legi. Et adde quòd vbi ſtatuunt in concedentibus iuriſdictionem ſibi conceſſam, nulla requiritur confirmatio.ſecundum Bal.in d.l.omnes populi.& Per.de Ancha. in repetit.c.j.de conſtit.xv char. Et propterea dicit Ioan.Fab.
5 in præalleg.l.fin quòd † magiſtri cameræ Parlamenti poſſunt legem condere.quæ tamen tolli poterit per regem Hanc materiam multum diffuſe tractat Per.de Ancha.in repet.prædicta in aj.charta cum pluribus ſeq.quærendo an vniuerſitates,collegia cerdonum, iudices perpetui,vel ad tempus, legati apoſtolici, capitula eccleſiarum . collegia vniuerſitatum poſſint condere ſtatuta,& reaſſumit omnia dicta Bart & Bald.in d.l. omnes populi.& ibi vide per eum:& per Bart.conſi cccxvij.incipiente capitaneus patrimonij per Io And & alios in c.ex literis.de conſtit per Bal in rubri.eo tit.& in c.venientes.de iureiur.in l.fi.ff.de iu.iſdi.om.iud.& in repe.§.ius autem ciuile. circa prin.inſtit.de iure natu.& in c.cùm acceſſiſſent poſt Inn. & Albert.in prima parte ſtatutorum.q.vj.& ſeq xxij.per Imol. in c.quæ in eccleſiarum de conſtit.penul col.& Bal.in l.j.in fi. C.ſi rector prouinc & Bart in l ambitioſa.viij col.verſic.in regula.ff.de decre.ab ordi Bal.in tit.de pace conſtan.in verſi.ſecundum mores illius ciuitatis. Sicut in alleg.c.quæ in eccleſia-
6 tum.vbi concord cum prædictis. Et addit † quod vniuerſitas non recognoſcẽs ſuperiorem de facto habens iuriſdictionem poteſt omnia ſtatuere quæ poteſt princeps,per not. Bald.in l. infamem.ff.de pub iud. Adde Ang.Aret.in § ius autem.inſtit. de iure nat.gen.& ciui.vbi plenè de materia per eum.

QVAESTIO CCCCVII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Actor probat ſuam intentionem plenè:reus verò probat exceptionẽ ſuam ſemiplenè, an ſit iuramentum actori deferendum vel reo? diſtinctum fuit ſecundum not. Cyn. poſita in l. in bonæ fidei. C.de iureiurando,& Bartol.in l. admonendi.ff.eodem titul. Quia aut poſitum & exceptatum ſunt contraria. & tunc non defertur iuramentum : verbi gratia, actor ponit quòd mutuauit centum Titio in loco tali, & probat plenè. Reus excipit quòd dictus actor ceſſauit mutuare in tali loco, & probat ſemiplenè. Aut ſunt compatibilia vel diuerſa. vt actor ponit & probat, quòd mutuauit centum: & probat plenè: reus excipit quòd ſoluit, & probat ſemiplenè:& tunc ſeruantur dictæ leges, vt ibi not.per doctor.quanuis Specul.videatur tenere contrarium in titul.de iure delibe.circa fin. Opinio legiſtarum eſt, quando ſunt contraria nulli deferatur iuramentum: quando verò ſunt diuerſa vel compatibilia, tunc defertur iuramentum reo. Canoniſtæ tenent quòd ſemper deferatur actori. vt Ioan. Andr.in cap.fina.de iureiuran. Specul.vbi ſuprà.& Collecta.in capi.j.quæſtio.iij.& iiij.de procur. Opinio Canoni.ſeruatur in Capella.

a Idem ſentit Anto.& placet Sicul.in allegato capitu.fina.& quòd ſit reo deferendum quando facta ſunt compatibilia:tenent Bart.in præalleg l.admonendi.Bald.& Salic.in præalleg. l.in bonæ fidei. vide Cyn.in l.j C.de procurato. & Paul.de Caſtro in l.ij C.de bonit.poſſeſ.ſecundum tabul.Bald.in addi. Spec tit.de iure delibe verſic.j & Salic vbi ſuprà. Mihi placet opin. canoniſtarum. vt deferatur actori ad purgandum præſumptionem ortam contra eum ex ſemiplena probatione rei, niſi conſideratis circunſtantiis iudex deferat ipſi reo & ita dicit Sicul.in præalleg.c.fin.verſi.ſanè,col.vij.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſi ſuper re vendita ſibi fuerit mota lis an teneatur venditori denuntiare, & nu.2.*

3 *Eccleſia gaudet priuilegia minoris.*

4 *Venditor ſi eſt in dolo tenetur emptori ad interesse.*

5 *Aduocatus iurans eccleſiam defendere in lite, ſi ſcit eccleſia litem eſſe motam, tenebitur etiam irrequiſitus venire ad eius defenſionem.*

6 *Venditori quando debeat fieri denuntiatio.*

7 *Denuntiationis forma.*

QVAESTIO CCCCVIII.

ITEM fuit quæſitum, [a] Mouetur † quæſtio emptori ſciente venditore ſuper re vendita abſque aliquali denuntiatione facta per ipſum emptorem ipſi venditori. Re euicta, An emptor poſſit agere de euictione? videbatur quòd ſic:quia venditor ſciebat controuerſiam motam ipſi emptori. & qui certus eſt,&c. Contrarium fuit concluſum:quia interdum fit denuntiatio, vt certum reddat denuntiatum. Et tunc qui ſcit , certiorari non debet, per l.j.in fine.ff. de actio.emptio.& per c. eum qui certus eſt. de reg. iur.libro vj. Aliquando fit denuntiatio ob aliud , & non ſolùm ad hoc quòd ſit certus, & tunc non ſufficit ſola ſcientia:cùm ad aliud inducatur denuntiatio , vt l.j. C. de pericu. & commod. rei vendi. & in l.denuntiaſſe. ff.ad l.Iul.de adult. quia venditori fieri debet denuntiatio , vt veniat ad defendendum, ſeu quod liti aſsiſtat, vt d. l.j. de pericu. & commod. rei vendi. & l.ſi parentes. C.de euict. hoc tenet expreſsè Iaco.& Butr.& Bart. in l. emptor. C.de euict. Idem Bartol.in præalleg.l.denuntiaſſe. Hoſtienſ. in ſumma, titu. de emptio. & vendi.in §. & ad quid. ſi conuentus non denuntiauit. pro hoc videtur text. vna cum gloſ.in cap.fi.de empt.& vend.

a Et ibi Ioan.Andr.Anto.Pet. de Ancha. Franciſcus de Zaba.& Sicul.ſequuntur præalleg.opin. Bart.idem Specul. eod. titulo,§.finali,& ibi Ioannes Andræas in additio. Lud.Roma. in l.non ſolùm.§.morte.ff.de noui oper.nuntiat.Bald.in præallega.l.emptor. Angel. in l.cùm ex cauſa. ff. de verb. obliga. Bartol.& Salic.in præalleg l. C.de peric. & commod.rei venditæ. Bartol. in l.ſecunda. §.voluntatem. ff. ſoluto matrimo. Bartol.in l.j.§ j.ff de actio.empt.Idem Bartol.in l.nomen.C. quæ res pigno. obliga.poſſ. & in l.qui abſente.ff.de procura. Angel. Aretin.inſtitut. de actio.§. actionum. xviij.col.dicens pro opinio.Bartol.eſſe caſum in l.ſi res quam.ff. de euictio.& in præallegat.l.qui abſentem.& ibi Bartol.Bald. Angel.& doctores.& firmat Bald. in titul.ſi de feu.vaſal. fue.inter.capit.j. & iſtud dicit idem Angel. Aretin.eſſe tenendum.Idem Clauaſ. in §.emptio. verſic.xvij.& Ludo.Roma.in alleg.§.morte. dicit opinio.Barto.eſſe veriorem: licet gloſſ.Cyn. & Ioan. Fabr.in præallega.l.emptor. Dyn.in regula iuris , eum qui certus eſt. Ioan. de Imol.in allega. §.morte. & idem Imol. & Barbat.in cap.fin.de emptio.& vendit. teneant quòd non teneatur denuntiare: dicit tamen glo.prædicta † quòd tutius eſt denun- 2
tiare.per l.ſi controuerſia.in verſic.authori.C.de euictio.vide Bartol. in præalleg. cap. fin. vbi limita prædicta niſi venditor renuntiaſſet iuri denuntiandi,vt communiter videmus in inſtrumentis : vbi venditor releuat emptorem ab onere denuntiandi,text.eſt in l.Herennius.ff.de euic.tenet Bald.& Salic.in d.l.j.& doct. in præalleg.cap.fin.Pet. Ioan.de Ferra. in titu.de forma libel.in cau.vendi.in gloſ.ſuper ver.promittens. ij.col. Secundò limitat niſi emptor eſſet minor, vel eccleſia. in quibus committitur mora re ipſa, id eſt,ſine interpellatione. l.in minorum.C.in quib.cau.in integ. reſtit. non eſt neceſ. ſecundum Bald.& Salic.in d.l.j & Ludouic.Roma.in d.§. morte. & quia d.l.in minorum. non loquitur de eccleſia. Idem Bartol. alleg.gloſſ. ſingularem ,inſtitu.de actio. §.item iſta. ſecundum Bald.in l.j. C.de ſacroſanct.eccleſ.Sed Barb. dicit hoc dictum de eccleſia non procedere , quia text.in allega.capitulo fina. ligat eccleſiam & eccleſiaſticas perſonas : & quæritur quòd emptor denuntiet: opinio tamen Bald. tanquam æquior & magis fauorabilis eccleſiæ videretur tenenda , quia † eccle- 3
ſia gaudet iure minoris , vt in C.primo de in integr. reſtitut. vt videlicet mora committatur ſine interpellatione, ſicut dicitur de minore in præallegata l.in minorum. Tertiò limi-
tat † niſi venditor eſſet in dolo : quia ſciens litem moueri 4
contra emptorem , non dat eidem emptori inſtrumenta , ex quibus obtinuiſſet l. Titius.ff.de act emptio. ſecundum Bald. in d.l.j. Quartò,niſi ſciente rem alienam vendiderit,tex eſt in l.ſeruus quem.§.ſciens ff.de act.emp.& vend.ita dicit Bal l.in d.l.j & refert Flor.in alleg.§ ſicut. Ray.debet allegare illum text.

text. pro ſingul. idem refert Bal. in l. at qui. §. cùm me abſente.
ff. de neg. geſt. & ibi Barto. multum ponderent dictum text. &
bene facit in ſimili l. ſi pro fundo. C. de tranſactio. & l. quid ſi
fugitiuus. §. fina. ff. de edil. edic. Quintò niſi vendens iuraſſet
defendere emptorem lite mota, quia tunc ſciuit litem motam
& non venit ad defendendum, tenetur: quia ſatis eſt requiſi-
tus à ſtimulo iuramenti, hoc eſt dictum Barb. in præalleg. §. ſi.
ad quod alleg. dictum Specu. relatum ab Anto. in ca. breui. de
5 iureiur. vbi dicit quòd † aduocatus qui iurauit eccleſiam de-
fendere in lite, ſi ſcit litem motam eccleſiæ, tenetur venire, &
defendere licet non ſit requiſitus, quia iuramentum interpel-
lat eum. Sextò niſi eſſet notorium, quod ſine denunciaſſet ſiue
non emptor cauſam perdidiſſet: tunc enim non eſt fienda de-
nuntiatio, ita refert Ludo. Roma. in d. §. morte. Rapha. Fulgo.
6 conſuluiſſe in l. emptorem. ff. de actio. empti. Adde † quòd vbi
fieri debet venditori denuntiatio, tali tẽpore debet fieri quòd
ius venditoris ſit ſaluum: videlicet quòd cauſa ipſius vendito-
ris ſit ſalua de iure vel de conſuetudine. ſecundum Ioan. Fab.
in præalleg. l. emptor. vt videlicet ipſe poſſit facere defenſio-
nes ſuas. l. ſi rem. §. fina. & ibi gloſſ. & Bartol. ff. de euic. & de-
7 bet fieri denuntiatio hoc † modo, denuntio tibi per Titium
mihi taliter litem fore motam ſuper tali fundo quem vendi-
diſti. quare venias ad defendendum me in iudicio, & dictam
cauſam, & ad ſuſcipiendum in te litem prædictam: aliâs autem
niſi prædicto modo denuntietur non haberet regreſſum de
euic. vt not. Barto. in d. l. j. & in l. non ſolùm. §. morte. ff. de no.
ope. nun. allega. Et ſi venditor eſt abſens ſine dolo, & non re-
peritur, denuntiandum eſt domi familiæ vel procuratori ſuo
ſi habet, vel ſaltem amicis venditoris vt emptor de euictione
agere poſſit. vt eſt glo. valde no. in l. aut qui aliter. §. & ſi forte.
ff. quòd vi aut clam. ita ſentit Ang. Aret. in alleg. §. actionum.
xvj. & xvij. colum. & ibi vide. & in præalleg. ca. fin. per Barb. de
multis pertinen. ad materiam euictionis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non debet egredi delictum.*

QVAESTIO CCCCIX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An ſi fuerit ſententia
lata pro actore abſente per contumaciam contra
reum præſentem, actor veniat condẽnandus in om-
nibus expenſis litis, an ſolùm in his, quas fecit reus
propter contumaciã actoris? Concluſum fuit quòd
reus præſens eſt condemnandus abſenti victori in
expenſis. Sed de iſta condemnatione expenſarum
debet reus ſuas expenſas detrahere, quas fecit pro-
pter contumaciam actoris. ita tenent Ioan. Andr. &
Collecta. in cap. calumniam. de pœnis. Cyn. in l. pro-
1 perandum 1. §. ſin autem ex geſtis. C. de iudic. Et pro
iſta opinio. facit quòd quis non debeat plus puniri
quàm deliquerit, nec pœna debet egredi delictum,
vt l. reſcriptum. ff. de his qui. vt indig. cum ſuis con-
cor. ſecundũ Gul. de Cug. in d. §. ſin autem ex geſtis.

a Idem Sicu. in præalleg. c. calumniam. qui dicit illas expen-
ſas factas per reum ad cauſam contumaciæ actoris eſſe dedu-
cendas de condemnatione principali, aut ſaltem ex condem-
natione tam facta ſuper principali quàm ſuper expenſas: vbi
non ſufficerent expenſæ abſentis ad compenſationem, fiet
deductio de principali, cùm text. in præallega. §. ſin autem. lo-
quatur indefinitè de condemnatione ſua, &c.
c Anniteo. l. properandum. Adde Iaſ. in ea. l. §. & ſi qui-
dem. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitere quis non poteſt in detrimentum iniuriati.*
2 *Prouocatus licitè ſe vlciſci poteſt.*
3 *Iuris executio non habet iniuriam.*
4 *Proteſtatio ſæpe quem liberat à pœna.*

QVAESTIO CCCCX.

a ITEM Titius mihi fuit iniuriatus, [a] alapam
mihi dando: vel opprobrioſa & diffamatoria verba
dicendo: vult pœnitere dicens, hoc iracundiæ calore
feciſſe. per l. quod calore. ff. de regulis iuris. & l. di-
uortium. ff. de diuor. Cõcluſum fuit † quòd non po- 1
teſt pœnitere in detrimentum mei iniuriati. Nec ob-
ſtat allegat. l. quod calore. quia ibi nullum fuerat ſe-
cutum detrimentum. ſecundum quòd not. Cynus
in leg. ſi non conuicij. C. de iniur. & Collect. in capi-
tulo finali eodem titulo. Item quia vbi quis facit a-
ctum improbatum à iure, quamuis iracundiæ calo-
re, minus punitur. vt leg. Graccus ad leg. Iuliam de
adulter. & l. j. §. diuus. & l. pen. & fin. ff. ad l. Corne. de
ſica. non tamen habet locum pœnitentia, ſecundum
Alanum de Claris aquis in d. l. quod calore.

a Item tenet Ioan. Fabri. in allegat. l. ſi non conuicij. & ibi
Salicet. plenè videlicet, quòd quando dictum vel factum in-
iurioſum petitur puniri ſpeciali actione deſcendente ex ma-
leficio ſpeciali in quod illud factum iniurioſum cadit: & tunc
aut factum eſt tale quòd reſtitui non poteſt. & tunc punitur
non obſtante quòd calore iracundiæ factum ſit, vt ff. de pœn.
l. aut facta. §. cauſa. Aut reſtitui poteſt: & tunc reſtitutione fa-
cta non puniatur illa pœna vel actione ex illo ſpeciali male-
ficio deſcendente, niſi perſeueraſſet. vt l. quod calore. cum ſi.
Aut petitur puniri generali actione iniuriarum & tunc ſi per-
ſeuerauerit punitur. Si verò non perſeuerat, iniuria cenſetur
minor: quòd ſi perſeuerer vt qui calore iracundiæ ductus ver-
ba protulit iniurioſa & non perſeuerat, ſed ea reuocat non ſe-
cretè, ſed palam & publicè vt illa protulit & ſtatim, & tunc
quia quaſi ſatisfactum eſt iniuriæ: leuiter venit puniendus: ſe-
cus ſi perſeuerauerit, quia grauius: & adde Bald. tenentem
idem quod Cyn. in præallega. l. ſi non conuicij: doctrina Salic.
multum æqua mihi videtur. Intellige tamen præmiſſa, niſi
aliquo dicto vel facto meo iniurioſo Titius fuiſſet prouoca-
tus ad iram, propter quam à me commotam, & ea durante
aliquid iniurioſum dixerit mihi: quia non tenebitur idem Ti-
tius actione iniuriarum, facit text. in l. qui eum maior. § accu-
ſaſſe. ff. de bon. quæ libe. vbi dicitur quòd † prouocatus licitè 2
poteſt ſe vlciſci. facit text. in l. j. §. ſi cum arietes. ff. ſi quadrup.
pau. fe. dic. ita dicit Specul. titu. de actio. § j. verſic. quid ſi vo-
cani latronem. facit l. j. cum ibi not. par gloſſ. & Bald in repet.
C. vnde vi. quia licita eſt defenſio: ſi cum armis eſt offenſio de-
bet eſſe cum armis defenſio: ſi ſine armis eſt offenſio: & de-
fenſio ſine armis. ita dicit Angel. Aret. in tra. maleſi. in ver. ver-
ba contumelioſa & iniurioſa. & ibi Augu. in addi. dicens præ-
dictam limitationem Bartol. non placere, & expreſſè videas
Sicul. in capitu. j. de iniu. qui tenet contrarium: dicit tamen
quòd prouocatus minus punietur. Sed quid, pone quòd ali-
quis per modum exceptionis in iudicio crimen oppoſuit
quod probatum non fuit: an talis excipiens poſſit iniuriarum
actione conueniri: & quòd non poſſit conueniri tenuit Albe.
de Gandi. in quæſtione maleſi. §. qui poſſunt accuſare. & Hu-
ber. de Bonacurſo. in ſum. & Guliel. de Cug. in l. fina. ff. quod
quiſque iuris. dicit tamen quòd tutius eſt, ſi proponitur cum
proteſtatione quòd non animo iniuriandi. Idem tenet Ioan.
Andr. in addi. Specul. titu. de accuſa. ad fin. §. ſed pone, ſub-
iungens diſtinctionem quòd aut fuit pertinax in probando,
& probare non potuit, quia falſum erat, & tunc poterit con-
ueniri. ſi verò non fuit pertinax in probando vel apparet eum
deceptum promiſſione teſtium, ij. quæſtio. iij. cap. Paulum. vel
impedita fuit probatio per actorem. cap. conſtitutus. de teſti.
cog. ea peruenit. his caſibus non poterit conueniri. Sed quòd
teneatur omni caſu ſi non probauerit, tenent Oldr. conſil. ſuo
cccxxvj. Rapha. Fulg. conſi. lxxiiij. & Ludo. Roma. conſil. xcvj.
communiter tamen tenetur diſtinctio Ioan. Andr. in additio.
Specul. titu. de iniu. videlicet quòd aut conuicium dicitur in
iudicio aut extra. Primo caſu, ſi illud probat non eſt dubium
quòd non tenetur. l. eum qui. ff. de iniu. & intelligit ſiue agen-
do, ſiue excipiendo id fiat. quia † iuris executio non habet 3
iniuriam. & iſtud ſequuntur communiter omnes ſupradicti.
& Sicul. in capi. cum te. de re iudic. Si verò non probauerit,
tunc ſecundum Oldr. Pet. de Ancha. Rapha. Fulg. & Ludo. vbi
ſuprà. tenetur per eorum rationes & idem Clauaſ. in § in iu-
iuria. idem Hoſtien. in titu. de iniu. in ſumma. Multum mihi
videtur æqua limitatio Ioan. Andr. ſuprà poſita vt conſidere-
tur ſi fuerit pertinax in probando aut non: & maximè ſi iuxta
conſil. Hub. & Ioan. Andr. excipiens proteſtatus fuerit ſicut
quotidie fieri ſolet quòd non animo iniuriandi, quæ † pro- 4
teſtatio liberat à pœna. ſecundum Angel. ac idem tenet Specu.

titul.de adun. §.iij.verſicu. hic tamen. & hanc limitationem Ioan. Andr.ſecutus fuit in iudicando.

QVAESTIO CCCCXI.

a ITEM fuit quæſitum. a An poteſtas data conſeruatoribus aliquorum priuilegiorũ datorum eccleſiæ vel monaſterio expiret morte mandantis? Io. And.tenet quòd ſic: vt in ca.fina.§.officium.de offi. delega. lib.vj.in gloſſ.& in nouella. Archi.tamen ibi tenet contrarium.Collect.mouet iſtam quæſtionem in cap.paſtoralis.de offic.ordi.vbi dicit opinio.Ioan, And.ſecuriorem exiſtere.

a Idem tenent Ioan. Mona. Paul.& Dominic.in præallega. §.officium. Adde hic quæſtionem de conſeruatore dato ad certum tempus: an finito tempore duret iuriſdictio quoad cœpta. & dic quòd ſic. ita tenent Ioan.& Domi.poſt eum in
1 præalleg §.officium r.
s ADDITIO. Officium. quid ſi detur conſeruatoria per quinquennium, an finito quinquennio expiret iuriſdictio quoad cœpta:vide per d. de ſanct.Gemi.in d §.officium.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſentẽtia ad literas alterius iudicis quando fieri non debeat per alium iudicem.*

2 *Executio ſententia lata per iudicem unius terra, fieri poteſt per iudicem alterius territorij.*

QVAESTIO CCCCXII.

a ITEM fuit quæſitum. a Requiſitus fuit officialis Tholoſanus per officialem Narbon. cum iuſtis literis quas officialis Tholoſæ annexauit: appellatum eſt ab eodem officiali Tholoſano eo quòd prædictus officialis Tholoſanus literas annexauit, quam appellationem idem officialis Tholoſanus non admiſit, an bene fecerit? Concluſum fuit quòd ſic, per not.Innoc.in cap.cùm in iure.de offic.deleg. & ibi Collecta. quia dictus officialis Tholoſanus non erat niſi merus executor:& talis qui tenebatur obtemperare iuſtæ requiſitioni officialis Narbon. non autem iniuſtæ: vt not. Innocen.in præallegat. cap.cùm in iure.gloſſ.j.in fi.& in cap.j.de offic.ordi. vide Collect.in c.j.de treu.& pa.

1 a Idem tenet Sicul.in præalleg.c cùm in iure. Adde † quòd executio ſententiæ ad literas alterius iudicis fieri non debet per alium iudicem: quando illa ſumit vires non à iure communi, ſed à ſtatuto: quia illud non extenditur extra territorium. Bald. ſingulariter in l.fina. C.à non comp.iu. Sed aliàs
2 ſecus. Nam executio ſententiæ † latæ per iudicem vnius terræ fieri poteſt per iudicem alterius territorij.l.argẽtarium.§.nomine.ff.de iudic.& l.à diuo Pio.in princip.ff.de re iudic.quod eſt verum ad literas pronuntiantis,non aliter ſecundum Bart. in l.allegat. à diuo Pio.§ ſententiam Bald.in l.fina.quæſt.vij. C.de edict.diui Adri.tol Paul.de Caſt.conſi clxj.& xxxix.& in Specu.de primo & ſecundo decre.§.iiij.verſic.& no.& Specu. in tit.de execu.ſenten.§.nunc dicendum.col.vj.verſi ſed pone iudex.& Bald. ibidem in addi vij.col.ibi not. quòd ſententia lata ab vno. Sicu in c.poſtulaſti.penul.col.de foro competen. & ibi vide.& per Bart.in alleg.§.ſententiam.& voluit Cy.in l. vnica.x.quæſt C.de confeſ. Sed quid ſi iudex qui tulit ſententiam non vult aliter ſcribere: vt eius auxiliũ imploret vel pone quòd iudex cui ſcribitur vel cuius auxilium requiritur, non vult auxilium præbere vel exequi. Bart.in præalleg §.ſententiam. dicit quòd poterit per ſuperiorem ſuum cogi, vel per epiſcopum & puniri.de hoc arg.in authen.vt differ.iudic.§.j. Adde quòd legitur & not.per Sicu.in ca.nullus.de iure patro. Tenebitur etiam parti actione in factum ad intereſſe. vt l.ſi
t iudex.ff.de variis & extra.cog. Quid autem ſi in exequendo exceditur, & ita poteſt appellari, vtrum appellabitur ad ſuperiorem primi iudicis, vel exequentis ſeu auxilium præbentis? Bartol.ſingulariter in præalleg. §.ſententiam. Dicit quòd ſi iudex alius exequitur ad literas alterius, ad ſuperiorem ipſius exequentis appellabitur. nam ipſe exequitur vigore ſui officij, non vt delegatus ab alio. Si verò is non exequitur, ſed exequenti præſtat auxilium. tunc ſiquidem præſtat auxilium iuris, putà excommunicando vel interdicendo, vel iuriſdictionem denegando. tunc ad ipſum appellabitur, quoniam ipſius eſt actus qui me lædit. Si verò præſtet auxilium facti, putà concedendo primo iudici familiam, milites, & ſimilia, tunc à primo iudice appellatur.quia ipſe eſt qui lædit miniſterio alterius,ſecundum Bart.vbi ſuprà.

s ADDITIO. Quid autem. Adde hic Sicul.latè proſequentem huiuſmodi.q.iij.cap.quid ad conſultationem.xj.col. verſ. ſed quæro,ad quem appellabitur.de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſi non ſint perſonæ priuilegiatæ indiſtinctè de iure ciuili ſunt cogendi.*

2 *Perſonæ priuilegiatæ compelli non poſſunt ad teſtificandum, niſi alijs probationibus deficientibus, & numero 3.*

4 *Clerici in cauſa ſanguinis compelli non poſſunt ad deponendum.*

5 *Veritas in cauſa criminali ſi aliunde haberi non poteſt, indiſtinctè tam clerici quàm laici ſunt ad teſtificandum cogendi.*

QVAESTIO CCCCXIII.

ITEM fuit quæſitum,a an teſtis poſsit compelli deponere, ſeu ad deponendum ſuper obiectionibus traditis contra teſtes? Concluſum fuit quòd non;per c.dilectorum.de teſtib.cogen.quod cap.intelligunt Innoc.& Hoſtienſ.& alij in obiectionibus traditis contra teſtes.& plenè per Hoſt.in cap.ſumma,de teſtib.§.j.& per Collect.& Innoc.in c.j. eo.ti. Quia ibi ſolùm agit ad infamiam alterius detegendam, & non ad aliquam pœnam illi teſti, contra quem obijcitur, imponendam: vt in cap. cùm dilectus.in fi.de ordi.cogni.& in cap.j. de except. & in l. Lucius.ff.de his qui no.inf. Secus ſi ageretur principaliter ſuper criminibus ad pœnam imponendam: quia tunc compelluntur ſecundum leges, vt in l.ſi quando.C.de teſt.& in cap.ſuper.eod.tit.& cap.fin. de teſti.cog.& per Innoc.& Collect.vbi ſuprà. a

a Dic tu poſt Ioan.Andr.Hoſtienſ.Ioan. Cal. Anto. & ſic in præalleg. cap. dilectorum. quòd aut teſtes nominantur ſuper
cauſa ciuili merè: aut ſuper crimine s. primo † caſu aut non 1
ſunt perſonæ priuilegiatæ, & tunc de iure ciuili ſunt indiſtin- 1
ctè compellendi,vt in præallega. l.ſi quando. Sed de iure canonico primò ſunt monendi: & ſi requiſiti teſtificari noluerint, ſunt cogendi: quia præſumitur quòd amore vel gra-
tia,&c. Aut ſunt † perſonæ priuilegiatæ, de quibus iiij.quæſt. 2
iij.§.item in criminali.verſic.item l.Iulia, iudiciorum. & dunbus verſic.ſequen.& poſui ſuprà q.iij.Et tales ſecundum leges non compelluntur, vt in dictis iuribus, volentes tamen admittuntur.iij. quæſt.v.cap.j.ſed ſecundum canones, ſecundum Hoſtienſem diſtinguitur, aut veritas per alios haberi poteſt,
& tunc non compelluntur. Aut † per alios haberi non po- 3
teſt.tunc ſecus:nam alijs probationibus deficientibus, indiſtinctè ſunt omnes compellendi,ſecundum Siculum. & tenet etiam in cap.primo.eod.tit. Aut nominantur teſtes in criminali: & tunc vbi agitur directè de crimine, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter compelluntur in vtroque foro: exceptis clericis
† qui non compelluntur in cauſa ſanguinis: & honeſtum eſt 4
idem ſeruari in laicis qui volunt eſſe clerici. Si autem de crimine excipitur aut ſequitur aliquis effectus punitionis, putà repelli à promotione, & compelluntur teſtes. ſecus ſi nulla punitio inde ſequitur: putà quia repellit tantùm à teſtimonio vel accuſatione. quod intellige niſi magnum fieret parti præiudicium,quo caſu eſſent compellendi,vt in cap.fin.de teſtib. cogen. & ita voluerunt Hoſtienſ. in præallega. cap. j. & cap.dilectorum.alle.& etiam ibidem Anto. Veruntamen Si-
cul. in eod. capit. dilectorum. vlt. col. dicit quòd † in cri- 5
minali ſi veritas aliunde non poteſt haberi, indiſtinctè ſunt omnes compellendi, etiam ſi de crimine excipiatur con-

tra

tra teſtes. Nam ſi teſtes criminoſi admittantur, cùm præſumptio ſit contra eos de falſitate, vt not. in c. teſtimonium. de teſt. reus reportabit iniuſtè damnoſam ſententiam: & ſic punietur innocens, quod eſſet abſurdum. maior eſt enim fauor vt innocens non puniatur, quàm vt puniatur nocens. l. abſente. ff. de pe. ſa. c. ſacris. de ſepul. ſi ergo compelluntur teſtes vt puniatur reus, fortius quando reus certat vt iniuſtè non damnetur. ſi verò adſunt aliæ probationes, tunc non coguntur: niſi conſtet quòd malitiosè reus ſubtraxerit teſtes. vt in c. peruenit & no. Innocen. in c. ſuper. eod. ti. Ego intelligerem dictum Sicu. quando dicit quòd cùm excipitur de crimine contra teſtes, poſſint compelli quando immineret magnum præiudicium ipſi reo, ſi non compellerentur: vt quia ageretur de cauſa ſtatus aut ſimili: quod etiam ſentit Hoſt. in præalle. c. dilectorum. & bene fa. c. ſi. eod. titulo.

t ADDITIO. Super crimine. An teſtes veniant compellendi, vide Feli. poſt Bal. & alios in alleg. c. cùm dilectorum.

SVMMARIVM.

1 *Defenſor litis veniens ſine mandato, cauens tamen de iudicato ſoluendo, poteſt conſtituere procuratorem ante litis conteſt.*

Quoniam per ſatiſdationem dominus litis efficitur. & nume. 2.

3 *Defenſor condemnatus an repetat ſumptus litis.*

4 *Defenſoris confeſsio an præiudicet domino.*

QVAESTIO CCCCXIIII.

a ITEM fuit quæſitum, a an defenſor † veniens
1 ſine mandato, 1 & cauens de iudicato ſoluendo,
* poſsit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam? Concluſum fuit quòd ſic, vt expreſsè tenet Specul. tit. de proc. §. j. ver. ſed nunquid defenſor. & per Ioan. And. eod. tit. c. j. lib. vj.

2 a Quia † talis defenſor poſt ſatiſdationem eſt dominus litis, vt no. Bar. & doc. in l. Titius. ff. eo. ti. Item iſte facit litem ſuam adeo quòd ea cauſa iudicati poteſt conueniri: & ſententia contra eum mandabitur executioni. l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iudic. l. Plau. & ibi Bart. ff. de proc. Spec. in titu. de execut. ſenten. §. iiij. verſic. quid ſit ſententia. & titu. de procur. §. j. alleg. verſi. ſed nunquid defenſor. Et quòd poſſit ante lit. conteſt. ſuſtineſe tenent Ioan. de Fan. & Domi in præalleg. c. j. ver. licet, Dy. Bart & Ioan. de Pra. in l. Titius. ff. de procurat. Dy. & Bar. in l. ſolutionem. ff. de ſolutio. Adde quòd licet talis defenſor patiatur, ſicut dictum eſt, executionem ſententiæ, habet tamen beneficium vt teneatur niſi quatenus facere poteſt l. verum, in
3 prin. & ibi Bart. ff. pro ſocio. An † defenſor condemnatus repetat ſumptus litis. vide gl. in l. ex parte. ff. fa. her. Pet. in l. etiã. C. manda. gl. in l. liberto. § litem. ff. de neg. geſt. Nico. de Nea. in l. iij. §. fin. de contra. iudi. tu. & per Bart. in l. ſi quis. §. in hac. ff. iudi. ſol. Et an & quando habeat regreſſum contra domi-
4 num, per Bart. in l. alia. in prin. ff ſol. mat. Et an † defenſoris confeſſio præiudicet domino. in l. certum. §. ſed an ipſos & ibi Bart. ff. de confeſ. Spec. eod. titu. §. iiij. ver. ſi verò. & Sicu. in c. j. vt lit. non conteſt. vbi tenet quòd non tenet niſi ſequatur ratificatio domini. Adde quòd defenſor debet nomine defenſoris condemnari, Innoc. in c. cùm ſuper. de re iudi. Bart. in d. l. liberto. §. litem. Bal. in margarita. ver. ſententia. ver. xx. qui alleg. Innoc. in c. cauſam. qui filij ſint legiti. vide Bart. in l. j. C. de ſenten. & Specu. eo. titu. §. iij. ver. ſi autem. & Bart. in alleg. l. ſolutionem. in fi. ff. de ſolu.

1 ADDITIO. Defenſor veniens ſine mandato. aliter determinauerunt domini de Rota deciſ. cclxxi. in antiq. & deciſ. lxxvij. in no.

SVMMARIVM.

1 *Quis vel qui relatiua an faciant conditionem.*

2 *Conditio nunquam eſt de præſenti, vel præterita.*

QVAESTIO CCCCXV.

a ITEM fuit quæſitum: a promiſi tibi dare centum quæ debet mihi Titius, non fuit probatũ, quòd Titius aliquid mihi deberet: an ego debeam condemnari? Concluſum fuit † quòd non, quia iſtud relatiuum quis vel qui, adiectiuum ſecundæ vel tertiæ perſonæ facit conditionem: vt eſt gloſſ. in l. ſi ſic. §. ſi mihi. ff. de leg. j. & in l. legaui. ff. de lib. lega. & l. iij. & penult. C. de ſal. cau. adiect. lega. & l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. emp. quod bene menti: ergo perinde eſt ac ſi dixiſſet promitto centum ſi Titius debet: ergo oportet probare Titium debere: & ſic contractum exiſtere. vide etiam qualiter iſtud relatiuum quis vel qui, facit conditionem. in l. nuper. §. fina. ff. de lega. iij. per Cyn. in l. ſi quis argentum. C. de dona.

a Aduerte quia Bar. in præalleg. §. ſi mihi. & in l. demonſtratio. in iij. col. dicit non eſſe verum quòd relatiuum quis vel qui iuncto verbo præſentis temporis faciat conditionem: quia † nunquam conditio eſt de præſenti vel præterito. vt l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc. ff de verbo. obli. & tex. qui in præalleg. §. ſi mihi appellat conditionem. & l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. petat. impropriè loquuntur. Nam loquitur de demonſtratione, cuius defectus extinguit ſubiectum rei legatæ, & per conſequens legatum ſicut defectus conditionis: ideo ibidem eam appellat conditionem. Et ideo ſecundum Bart. text. illius. §. hoc innuit, quòd defectus debiti demonſtrati quantitate non expreſſa facit deficere ſubiectum legati. Idem ſi quantitas exprimatur: & ipſi debitori vel tertio relinquatur: ſecus ſi per debitorem creditori. Sed ſi legat tibi decem, quæ debet, licet non appareat, quòd teneatur teſtator ad illa decem: tamen legatum valet. Vbi verò dictum relatiuum adiungitur verbo futuri temporis, bene facit conditionem. vt l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. & in præalleg. l. nuper, in fi. vide Bart. vbi ſuprà in l. j. ff. de condi. & demon. viij. col. 2

SVMMARIVM.

1 *Pupillus factus adultus non ſuccedit tutori vt vniuerſalis ſucceſſor, Nec dicitur eadem perſona cum tutore, vt hæres cum defuncto.*

2 *Iuramentum non egreditur perſonam iurantis.*

QVAESTIO CCCCXVI.

ITEM fuit quæſitum. a an pupillus laicus factus a
adultus poſsit conueniri coram iudice eccleſiaſtico ad obſeruationem iuramenti præſtiti per tutorem tempore tutelæ, & ipſa tutela finita? Concluſum fuit
quòd non, 1 quia † talis pupillus factus adultus nõ 1
ſuccedit dicto tutori, vt vniuerſalis ſucceſſor: ad 1
hoc vt dicatur eſſe eadem perſona cum tutore, ſicut hæres cum defuncto. Item iuramentum ſtrictè ſumendum eſt, ita quòd non comprehendit alias perſonas, quam reperiatur tam de iure quàm de conſuetudine comprehendi. vt in c. cùm C. laicus. de foro compe. lib. iij.

a Adde in eo quod ſuprà dictum eſt ſecus eſſe in hærede,
quod ponit Sicu. in c. cùm ſit generale 2. xj. col. de fo. com. 2
verum hæres laicus poſſit conueniri coram eccleſiaſtico iudice ſuper obſeruatione iuramenti præſtiti per laicum eius prædeceſſorem. Abbas anti. in c. veritatis. de iureiuran. & in c. fin. de ſepul. tenuit quòd ſic. arg. in l. hæres abſens. ff. de iudi. & dic ſic fuiſſe aliàs determinatum. Illud tamen non placet Ioann. And. in præalleg. c. fin. Ant. in alleg. c. cùm ſit generale. & do. in allega. c. cum. C. laicus. quia defunctus poterat conueniri ex proprio iuramento. & ita text. in alleg. c. fina. ponderat text.
dum dicit, à ſe præſtito: ſed iuramentum † non egreditur per- 2
ſonã iurantis. Eſt enim perſonale ex parte iurantis, vt in præalleg. c. veritatis. & hoc dictum communiter teneri dicit idem Sicul. per modernos, ſed vtrunque dictum ſaluando dicit eſſe diſtinguendum: quòd aut conuenitur actio ex eo contractu. & non poterit agi coram iudice eccleſiaſtico. & ſic procedit opi. Ioan. Andr. Aut vult agere indirectè implorando iudicis officium, vt compellatur hæres ſatisfacere ad exonerationem animæ defuncti & poterit, vt in c. à nobis. in fin. de ſenten. excommunic. & ſic procedat opi. Abb. quam & ſemper ſeruari vidi in curia archiepiſcopali Tholoſæ.

t Addotio. Quòd non. An autem iuramentum tutoris excludat pupillum à beneficio restitutionis: vide per do. Alex. in conſi. xxj. in v. vol.

ſ c. cùm ſit generale. Adde Feli. in eo. c. vj. col. verſi. limita vj. qui tenet illud, de quo hic in verſic. ſed vtrunque.

QVAESTIO CCCCXVII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] an conſules alicuius loci poſsint conſtituere penſionem perpetuam, vel per annos ſine conſilio vniuerſitatis, vel conſiliariorum
1 ſuorum alicui procuratori, vel aduocato? 1 Concluſum fuit prout no. Bart. in l. ciuitas. ff. ſi cer. peta. vbi diſtinguit: quia aut ipſa vniuerſitas hoc facit, & non dubium quòd valet: aut ipſius adminiſtratores cum conſiliariis ſuis. & tunc valet etiam: & ita intelligitur glo. ſuper rub. C. quæ ſit longa conſue. Aut hæc faciunt adminiſtratores: & ſine conſilio: & tunc aut habuerunt mandatum, & tunc poſſunt, aut non: & tunc nõ poſſunt. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè. vide plenè per Inno. in c. quod quibuſdam. de fideiuſſoribus. & per Coll.

a Et Sicul. & alios qui omnes tractant, an & quando ex mutuo facto adminiſtratoribus ciuitatis vel eccleſiæ poſſit ciuitas vel eccleſia conueniri. ſed ad deciſionem materiæ, vide quæ plenè ſcripſi ſuprà q. cccxlviij.

r Additio. Aduocato. de ſalario aduocatorum, & quale ſit peculium, vide Gui. pap. plene q. cxc. & quod ibi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in alicuius actus conſtitutione requiruntur eadem in eiuſdem reuocatione etiam requiruntur.*

QVAESTIO CCCCXVIII.

a ITEM an valeat [a] reingroſſatio inſtrumenti iam cancellati facti iudicis authoritate abſq; partis vocatione? Concluſum fuit quòd ſi partes, quæ debebant vocari non interfuerint exemplationi, quòd non valet. per no. Innoc. in c. Albericus. de teſt. & in c. ſi inſtru. de fi. inſtr. per Collec. in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & in cap. dudum. de conuer. coniug. & per Sicul. de inſtr. edit. §. oſtenſo. quaſi per totum. per Cy. in authen. ſiquis in aliquo. C. de eden. per Bar. in l. chirographis. ff. de admini. tu. addens ra-
1 tionem: quia illa † quæ requiruntur in conſtitutione alicuius actus, in eiuſdem reuocatione requiruntur. vt l. ſi vt proponis. C. de nup. la ij. Sed in conſtitutione inſtrumenti à primordio requiritur conſenſus illius, cuius intereſt, ergo & in reuocatione: vt per Col. in c. cũ p. tabellio. de fi. inſt. & C. de diſcuſſo. l. ij. li. x. & ibi gl. & no. in Spe. de inſt. edi. §. poſtremo. ver. ſed videmus. circa fin. quamuis ſecus ſit de iure: vt in auth. de tab. §. j. vbi glo. ſuper verbo. ipſos. colla. iij.

a Sed ſecundum Barto. illud eſt ſpeciale in vrbe Conſtantinopolitana, & quòd debeant vocari quorum intereſt. tenet Sicu. poſt Innoc. in præalleg. c. ſi inſtrumenta. idem Hoſtien.
1 & Sien. in alleg. c. cum P. r tenent Sicu. & communiter doct. in alleg. c. Albericus. legiſtæ & maximè Bart in præalleg. auth. ſiquis in aliquo. idem Ro. deci. a. alias deciſ. j. de fid. inſtrum. in no. & deciſ. cclxiiij. alias deciſ. ij. eo. tit vbi tenent quòd inſtrumenta extracta in partibus in vim compulſoriæ parte non vocata non faciunt fidem: & hoc eſt bene notandum ſecundum Sicu. in alleg. c. albericus. nam multi erant facientes ſolum exemplari per notarium authoritate iudicis. & quando eſt inſtrumentum quod ſpecialiter non tangit aliquem ſicut priuilegium vel indulgentia. & ſic non eſt ſpecialis aduerſarius: debent ſaltem per edictum ſolenne vocari omnes quorum intereſt ſeu intereſſe poteſt ſecundum Innoc. & Sicul. ibidem. Alias non valeret exemplatio niſi fieret per illum qui illud conceſſit. & conſuluit Hoſt. in alle. cap. cùm p. quòd ſuper hac vocatione fiat publicum inſtrumentum, alias ſi diceretur in exemplatione quòd fuerit facta parte vocata & non comparente, non ſtaretur his verbis enunciatiuis, ſecundum Sicu. in alleg. c. albericus. per not. Bart. in præalleg. authen. ſi quis in aliquo. & Innoc. in cap. quoniam contra. de proba. Secus ſi in publicatione ſeu exemplatione diceretur partem fuiſſe præſentem. quia tunc tractu temporis præſumeretur citatio ex quo præſens fuit & non contradixit, per no. per ipſum in alle. cap. quoniam. & per Innocen. in cap. innotuit. de eo qui fur. ordin. rece. faciat ergo fieri proceſſum de vocatione vel inſtrumentum, prout dicitur in cap. ſignificauit. de teſt. & illud cuſtodiat ſicut exemplatum, iuxta gl. not. in cap. cùm in iure. de offic. deleg.

r Additio. cap. cùm P. Adde Felin. in eod. cap. & ibi vide Guid. pap. quæſt. ij.

QVAESTIO CCCCXIX.

ITEM fuit quæſitum, [a] an ſi creditor confeſſus a
fuerit ſe recepiſſe debitum à debitore de iure canonico excludatur præſcriptione xxx. dierum, vt l. in contractibus. §. ſuper cæteris. C. de non nume. pecu. Concludit Ioan. Andr. in regula iuris, locupletari. de reg. iur. libr. vj. quòd non. per not. in cap. fina. de præſcript.

a Idem voluit Ioan. Fab. in præalleg. l. in contractibus. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Barbat. & communiter doctores in cap. fin. de ſolutio. dicentes poſt Hoſtien. & in eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis reſpectu eorum patrimonij non habent locum præallegata. l. in contractibus. & l. ſi ex cautione. licet Sicul. in d. cap. fina. contrarium teneat, videlicet, quòd tam eccleſiæ quàm clerici non poſſunt poſt biennium proponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſtantibus regulis diſponentibus ſuper probatione, niſi in ſtatu ſuo.

QVAESTIO CCCCXX.

ITEM fuit quæſitum [a]. Si aliquis impetrauerit a
literas contra aliquem ad aliquem iudicem delegatum, an reus conuentus poſſit talem impetrantem coram ordinario iudice impetrantis conuenire? Concluſum fuit quòd ſic, per not. Innoc. in cap. fin. ſuper ver. reus. de præſcrip. quamuis Legiſtæ videantur tenere contrarium per l. cùm Papinianus. & authen. & conſequenter. & in corpore vnde ſumitur. C. quomodo & quando iudex.

a Idem voluit Compoſtel. in allega. cap. fina. vbi Sicul. diſtinguit quòd aut quis vult trahere eundem coram diuerſis ordinariis ſuper pluribus actionibus quę commodius poſſunt tractari apud vnum: & tunc locum habet opi. glo. in præalleg. cap. fin. ſuper ver. literas. Aut volo te conuenire coram delegato & ordinario: & tunc aut prius incœpi te conuenire coram ordinario: & obſtat exceptio ſi volo te conuenire coram delegato ſuper alio dummodo poſſim commodè coram ordinario iſtam actionem promouere, argu. dicti cap. Aut prius conueni te coram delegato. & tunc locum habet opin. Inno. & Compoſtel. vt poſſim te trahere coram ordinario ſuper aliis, ne actione mea interim fruſtrer, & maximè hoc procedit ſi volo te conuenire coram ordinario ſuper actione exorta poſt reſcripti impetrationem. Adde quòd dictum ca. fi. habet locum non ſolùm in perſonalibus actionibus: ſed etiam in realibus: vbi eſt eadem ratio: quod tenere videtur Hoſtien. & Ioan. And. in cap. diſpendia. eo. tit. lib. vj. & ibi vide per Dominic. & Sicul. quia ita expreſsè voluit in præalleg. cap. fin.

SVMMARIVM.

1 *Locatore vendente domum vſufructuarius poteſt expellere conductorem.*

Niſi ratione obligationis inquilinus habeat de iure ſuo hypotheca.

QVAESTIO CCCCXXI.

ITEM fuit quæſitum a, † Locaui domũ meam, a
poſtea vendidi vſumfructum dictæ domus: an vſuſ- 1
fruct

1 fructuarius poſsit expellere conductorem? 2 Concluſum fuit quòd ſic, per l. arbores. §. penſiones. ff. de vſufruct. & ibi tex.

a Idem eſt dicendum de quocunque ſucceſſore ſingulari. vt in l. emptorem. & l. ſeq. C. de loca. & conduc. & ibi per Cy. Io. Fab. Bart. Bal. & Salic. Quod limita ſecundum Bart. in alleg. l. emptorem. Niſi colonus haberet ius in re: vt quia conduxit ad non modicum tempus tunc enim emptor tenetur ſtare colono ſeu conductori: cùm enim habeat vtilem rem & ſic actionem, multo fortius exceptionem: vt l. j. §. quod autem ff. de ſuperfi. Et per hoc quando de locatione eſt inſtrumentum & in ſtipulatione obligant partes hincinde omnia bona ſua pro
2 prædictarum obſeruatione, tunc † ratione prædictæ obligationis poteſt dicere colonus vel inquilinus ego habeo ius hypothecæ in re, & ſic nolo inde recedere donec mihi ſatisfiat de pœna vel intereſſe meo, cùm hæc res mihi ſit obligata. Et ita de facto dicit idem Bart. in alleg. l. emptorem. obtinuiſſe de facto. & cùm ſibi occurriſſet, faceret fieri proteſtationem à conductore, vt diceret ſe detinere pro obligatione ſibi facta. & quod ipſum non inquietaret quod dicit eſſe perpetuo menti tenendum. idem voluit Bald. in præallega. l. emptorem ij col. & Salic. ibidem. de quo per Bal. in l. j. verſi. pone maritus. C. de fruct. & lit. ex pen. Limita etiam niſi ſucceſſor particularis eſſet neceſſarius ex legis diſpoſitione. Et tunc ſi locator habebat plenam adminiſtrationem ſucceſſoris tenetur ſtare colono. vt in l. ſi tutelæ. ff. de admini. tuto. Aut adminiſtrabat ipſe locator ratione iuris quod habebat in re: vt in fundo dotali maritus: tunc ratione præſtita tenetur mulier, non ergo præciſè ſed cauſatiuè. l. ſi filio. §. fin ff ſolu. matri. ita dicit Sali. in alleg. l. emptorem. & ibi. Bal. & Clauaſ. in §. locatio. verſi. xx.

s Locaui. Adde Rotam deciſi. 2. tit. de emptio. in antiq.

2 Annotatio. An vſufructuarius poſſit expellere conductorem. Vide de hoc Guid. pap. deciſi. delphi. q. cccccxl. & cccccxxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes repulſi propter excommunicationem, vel alia ex cauſa, poſt publicationem per viam reſtitutionis in integrum poterunt iidem produci.*

QVAESTIO CCCCXXII.

a ITEM fuit quæſitum.a Produxi† teſtes tres, fue-
1 runt expulſi per excommunicationem, vel alia ex cauſa: & non pro culpa mea. Nunquid poſt publicationem poterunt iidem vel alij produci per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa: Concluſum fuit quòd ſic, per nota. Innocen. poſita in c. auditis. in fin. de in integr. reſtitut.

a Adde quòd ſi ex ſubtractione aduerſarij fuerit etiam quis impeditus producere teſtes ante renunciationem ſeu publicationem aliorum: vtputa quia interrogauit illos teſtes an ſcirent aliquid in illa cauſa, & illi vt producerentur, malitiosè dixerunt quòd non, quibus ille credens conſenſit publicationi aliorum, productioni renunciauit. Audietur nihilominus per beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ex quo fuit certioratus de iuramento per eos præſtito de non teſtificando poſt conſenſum renunciationi & publicationi teſtium: hæc enim eſt iuſtiſſima cauſa admittendi maximè in odium aduerſarij: aliàs reportaret de malitia ſua commodum contra ca. & ſi neceſſe. de do. poſt diuur. reſti. ſi verò ante conſenſum publicationi ſeu renunciationi præſtitum ſciuit de hoc iuramento & nihil dixerit, vel non curauit eos producere, tunc non audietur: & ſic procedit text. in c. intimauit. de teſti. & limitatur per Sicu. & doct. Sed quid, tempora ſunt limitata pro teſtibus producendis, quæ licet poſſint abbreuiari, non tamen poſſunt prolongari. iij. q. iij. c. ſpatium. modo pars petit ſuperſedi à receptione teſtium vel cauſæ diffinitione. donec poſſit habere teſtes vltra marinos captos vel infirmos. Innoc. Hoſtien Ioan. And. & Sicu. in c. vltra tertiam. de teſt. dicunt quod non debet audiri vltra tempora ſtatuta: poterit tamen ei poſt aperturam atteſtationum ſubueniri per beneficium reſtitutionis in integrum præmiſſa cauſæ cognitione ſummaria. de in integr. reſtitu. cap. ij. & c. ex literis. Et melius eſt poſt publicationem & ſententiæ prolationem eidem taliter ſubuenire quàm differre, ne detur materia malignandi, ſecundum Ioannem Andræam.

SVMMARIVM.

1 *Legis auxilium fruſtra inuocat qui in legem committit.*
2 *Violenter abſtractus ab eccleſia reſtitui debet.*
3 *Extrahens violenter quem ab eccleſia læſæ maieſtatis crimen incurrit.*
4 *Eccleſiæ in dubiis eſt fauendum.*
5 *Immunitas eccleſiæ eſt de iure diuino.*
6 *Omnes liberi gaudent immunitate eccleſiarum.*

QVAESTIO CCCCXXIII.

ITEM fuit quæſitum.a An ſi aliquis ſemel commiſerit ſacrilegium in eccleſia vel cimiterio: & poſtea ob aliud delictum per eum commiſſum fugiat ad eccleſiam, gaudere debeat immunitate, vel locum habere debeat, capi. inter alia. de immuni. eccleſiæ. Concluſum fuit quòd non debeat gaudere. per capit. ſi epiſcopus. cum capit. ſeq. xvij. q. iiij. & per c. fin. de immunit. eccle. a

a Idem videtur tenere Sicu. in d. c. ſi. quia puniri debet quis in eo in quo deliquit: & quia † fruſtra legis auxilium inuocat qui committit in legem, & per conſequens contra eccleſiam. Et licet prædicta l. b n. loquatur de homicidio vel mutilatione, tamen etiam habet locum in aliis delictis grauibus ſecundum Sicul. ibidem propter identitatem rationis. ſecus eſſet in non enormibus. & idem voluit Clauaſ. in § immunitas. verſi. xvij. vbi tenet quòd ſi quis commiſit maleficium in eccleſia, ſed non ſub ſpe vt defendaretur ab eccleſia. quod debet gaudere immunitate per d. c. ſi. quamuis Sicu contrà, cuius opi. ſeruatur. Adde quòd † violenter abſtractus ab eccleſia in caſu quo debet gaudere poteſt petere de iure reſtitui, cùm de facto ſit priuatus. ſecundum Sicul. in alleg. c. inter alia & Bart. in l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. concordat Old. conſi. liij. & eccleſia poteſt agere cùm ſit eius libertate ſpoliata: vt in capi. miror. xvij. quæſtio. iiij. & ideò liberantur, niſi reſtituant. idem Clauaſ. vbi ſuprà. verſic. xx. Et † qui talem extrahit violenter, conſtringit, aut requiem, vel veſtem, aut victum denegat crimen læſæ maieſtatis incurrit: & vltimo ſupplicio venit ferienda. dicta l. præſenti. de iure vero canonico debet excommunicari, & condemnari pecuniariter, & imponi ſibi publica pœnitentia: nec reſtitui communioni, niſi reſtituat quem violenter extraxit. vt in c. minor. & c. ſiquis contumax. & c. quiſquis. & quod ibi no. xvij. q. iiij. Et quia nuper quædam quæſtio de facto circa materiam iſtam mihi contingit, ipſam annectere decreui: videlicet, an ille qui iurauit tenere obſtagium pro debito, ſi aufugiat, redire teneatur: & ad hoc compelli poſſit, ſi ad eccleſiam confugerit. huic ſimilem fermè quæſtionem formaſſe videtur Bart. Brix. quæſtione dominicali. xxxvij. de illo videlicet qui die ſolenni per cuſtodem fuit dimiſſus audire miſſam cum ſacramento de redeundo: qui poſtea de eccleſia nolebat exire. Et omiſſis rationibus pro & contra ſoluendo diſtingue cum eodem Bart. & Tancre. quòd aut iuſtè detinetur à poteſtatem habente, & tunc redire tenetur. Si verò iniuſtè & à poteſtatem non habente, & tunc ſecus: & facit quod no. in cle. paſtoralis. de re iudi. ver. nunquid etiam. in gl. per hanc. putat tamen idem Bart. quod caſu quo teneatur redire, eccleſia non debet illum reddere: nec debet violenter trahi: niſi primo ſit ſecuratus de vita & membris. per dictum c. inter alia. cum concor. ita refert Ioan. And. in addi. Spec. tit. de iureiur. ſuper rubric. Idem Sicul. in præallega. c. inter alia. Bart. in l. relegati. ff. de pœn. Clauaſ. vbi ſuprà. verſic. xix. Si verò talis tenens obſtagium non iurauit, tunc videtur diſtinguendum: quia aut eſt propter debitum tributi publici, & tunc extrahetur de eccleſia in authentic. de mand. prin. §. tributorum verò publicatorum colum. iij & ibi gloſſ. Sed Cyn. poſt Petr. in l. præſenti. tenet quòd non extrahetur de eccleſia: ſed ibi citabitur: & ſi ſe defendat bene quidem, ſin autem procedetur ad miſſionem in poſſeſſionem quòd placet Sicu. in præalle. c. inter alia. Nam in dubiis † fauendum eſt eccleſiæ. & facit d. l. præſenti. Nec potuit imperator præiudicare per ſuum ius nouiſſimum immunitati eccleſiæ à lege ſiue canone conceſſæ: cùm illud priuilegium ſit datum nõ ſubdito. iuxta no. per Inn. & doct. in c. nouit. de iu ſi. cum igitur per l. præſenti, præbetur immunitas indiſtinctè quibuſcunque conditionis exiſtant

per ius

per ius authenti.non potuit diminui. Præterea iura canonica
loquuntur generaliter in præalleg.c.minor. & c.ſiquis contu-
5 max.xvij.q.iiij.& d.l.præſenti.ergo,&c.maximè † cùm immu-
nitas huiuſmodi videtur de iure diuino, iuxta illud quòd legi-
tur tertij Regum. ij. c. de Adonia qui fugiens ad cornu altaris
tabernaculi ſaluus euaſit à Salomone. Vnde Ioan.And.in add.
Spec.tit.de immuni.eccl. & Old.conſi.liiij.dicunt quòd fugiẽs
pro debito ad eccleſiam,cùm de iure cõmuni homo liber non
capiatur pro debito,nec debitor ſeruire cogatur. C. de actio.
& obli.l.ob æs.& c.lator.de pigno.non debet extrahi : quia ſi
extra eccleſiam eſſet,non caperetur : & ſatis eſſet ſibi cedere
bonis.C.qui bo.ced.poſ.l.j. ſed in multis locis per ius muni-
cipale liber homo capitur pro debito etiam in quibuſdam ſer-
uiturus creditori quo caſu ſecuritate pręſtita debet extrahi,ne
fraudetur creditor ipſius ſeruitio:ſicut de ſeruo vel conditio-
ni adſtricto dicitur in præalle.l.præſenti. §. ſanè nec immuni-
tas eccleſiæ conceſſæ quoad vitam vel membrum fugiens , in
alleg.c inter.cum concur. debet lædere ius burſale partis. C.
de in ius voc.l.ij.bene facit.C. de raptoribus. xxxvj. q. j. vnde
exactores tributorum fugientes ad eccleſiam ſoluere compel-
lunt.vt in l.neq;.in d.auth.de man.princi. Si in caſibus in qui-
bus de iure capitur in illis poteſt extrahi ſecundum Io. And. &
Old.vbi ſuprà.cùm autem Ioan.Fab.in §.ſi.inſtitu.de actio.de
conſuetudine Franciæ nemo poſsit capi pro debito ciuili niſi
ad hoc ſit obligatus,ergo non poterit extrahi. Innoc. verò in
alleg.c.inter alia.in verſ.membra.dicit quòd ſiquis extrahatur
ab immunitate iuxta c.prædictum, non erit in carcerem mit-
tendus. Clauaſ.vbi ſuprà.ver. xv.tenet Sicul. & Cy. idem Bart.
in alle.§.ſed neque.idem videtur voluiſſe Hoſt.in ſum.dum in
§.inquantum dicit generaliter quòd pro debito non debet
ſanitus extrahi. Idem Ioã.Fab.in l.j.C.de his qui ad eccl. con-
fu.& in §.ſed & in eo tempore.inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.
6 iu.vbi dicit † quòd omnes liberi gaudent immunitate de iure
canonico & approbata conſuetudine. idem Ludo. Ro. conſi.
cexxvij.& conſi.cexxxiiij. Idem videtur voluiſſe Salic.in auth.
ſiquis ei. C. de adult.vbi dicit quòd de iure canonico eccleſia
habet immunitatem præterquam in caſibus. c. inter alia. & c.
ſi.vnde dicit quòd iudex ſecularis in ipſis caſibus debet epiſco
pum requirere antequam extrahere, per dictum §.ſed neque.
in verſi.auxiliabuntur. Idem in alleg.l.ij.& in l.præſenti.circa
fin.idem Ioan.de Imo. Guli.de Monte lau. & Fran.de Zab. in
cle.j.de pœniten. & remiſ. dicentes eandem immunitatem in
eo conſiſtere quòd victualia non mutabuntur , neque veſtes,
& quies iuxta dictam l. præſenti. nec arctabuntur quominus
poſſint adire cameram ſecretam.xvij.q.iiij.c.diffiniuit.viuet ta
men ibidem de ſuo ſi habet,vel laborabit , ſi poteſt , vt viuat,
alioquin eccleſia ſibi prouidebit ſecundum Archid. poſt Hug.
in eo.c.diffiniuit.& Sicu.in d.c.inter alia.& idem Archid.in c.
id conſtituimus.ea.cau.& q. quod in debitore ſeruari debet.l.
præſenti.& c.inter alia.Et iſta communis opi.in d.q facti præ-
ualuit, adeò quod non fuit dictus debitor,de quo in themate
extractus.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus principis poteſt puniri vt criminoſus ab ordinario loci vbi crimen fuit commiſſum.& nu.2.*
3 *Ordinarius poteſt reſiſtere delegato, quando vellet procedere in caſu non incluſo in ſua commiſſione.*

QVAESTIO CCCCXXIIII.

a ITEM fuit quæſitum.ᵃ An ſi † delegatus à prin-
1 cipe delinquat,ordinarius poſsit eum punire? pro &
contra eſt in authen. qua in prouincia per Cynum.
C.vbi de crimine agi oportet. Et tenet concluſiuè
quòd ſic. vide text. in authentic. vt iud. ſine quo-
quo ſuffra. §.volumus. collatio.ij. per capit.j. de of-
ficio deleg.& in capitu.dilectus.de pœnis.& ibi ple-
nè not.

a Idem voluit Bald. poſt Petr. & Cyn. in præallegat. au-
thentic.qua in prouincia.Sicul.poſt Ioan.And. in c. fin. de re-
ſcript.inducit gloſſ. ibidem ſingul. ad quæſtionem nunquid
delegatus delinquens in delegatione ſua poſſit conueniri
coram ordinario loci. Legiſtæ antiqui hanc vt dicunt quæ-
ſtionem tractauerunt in præalleg.authen.qua in prouincia.&
Ioan. And.& Sicul.in eod.c.fin. concludit quòd aut delegatus
delinquit,& in non procedendo. Et tunc quia ſolùm exceſſit
contra papam in non parendo mandatis ipſius , non poteſt
per alium inferiorem puniri. Aut delinquit † per ſe agendo, 2
& tunc poteſt puniri per ordinarium loci : quia non conueni-
tur vt delegatus,ſed vt criminoſus.ſed dicit Ioan.And.ſe non
credere quòd pendente cauſa coram eo poſsit conueniri co-
ram ordinario,ſaltem vt impediretur procedere in cauſa ſibi
delegata. Nam reſpectu illius cauſæ duntaxat eſt maior ordi-
nario , vt in cap. ſtuduiſti.de offic. delegat. Adde Franciſcum
de Zaba.in clemen.prima,de offic.ordina.in ij. quæſt. vbi te-
net quòd præſes prouinciæ permittere non debet delegatos
à principe . aliter vti ſua poteſtate, quàm in ſuis literis conti-
neatur:& ſi formam eorum excedant , poteſt in eos animad-
uertere,per d.§.volumus. alleg.cap.nobiliſſimus. xcvij.diſtin.
de offic.deleg.cap.cùm in iure.& c.cùm contingat.de reſcrip.
Et quòd ordinarius poſſit reſiſtere delegato quando vellet
procedere in caſu non incluſo in ſua commiſſione , tenet In-
nocen.in capit. ſi quando.de officio delega.& ibi latè per Si-
cul.ad quod gloſ.ſingularis in cap.ex literis. eodem titu. quæ
dicit iudici volenti mandare executioni ſententiam nullam
impunè poſſe reſiſti,ad quod l.prohibitum. C.de iure fiſci, li-
bro x.idem tenet Domini. poſt Archid.in cap. ſi eo tempore.
de reſcrip.lib.vj.in princ.ij.col. Ad quod bene facit quod po-
nit Ange.conſil.ſuo cclxxv.& clxxxij.& quod not. Bart.in d.l.
prohibitum. & idem Angel.conſil. ccxix. dicit quòd aut præ-
latus aut ſubditi non debent obedire falſis aut iniquis literis
de cancellaria Pontificali emanantibus,vel Cæſarea.C.ſi con-
tra ius vel vtilit.public. l.iij. & de precib. impera. offer. l.nec
damnoſa.imò & de facto poteſt reſiſti volentibus ſub vmbra
prædictarum literarum aliquam impreſſionem committere,
non data prius copia reclamandi.l.defenſionis facultas.C. de
iure fiſci,libro decimo, propterea dicit Bartol.in præallega.l.
prohibitum. quòd commiſſarij debent ſuas commiſſiones
prius quàm illas exequantur , curiæ præſidis inſinuare, quod
bene ſeruatur in practica:& de hoc ſtant ordinationes Regiæ
& ſtatuta ſynodalia quod ad curias eccleſiaſticas. vide quæ
poſui in repetitione prædictæ clemen.j.de offic.ordi. in quæ-
ſtione. Nunquid punitio delinquentium exemptorum in epi-
ſcopi territorio,ad epiſcopum pertineat? Adde quòd licet ar-
chiepiſcopus delinquat in diœceſi ſui ſuffraganei , non tamen
poterit puniri ab ipſo ſuffraganeo. Nec ſimiliter ligatur idem
archiepiſcopus ſtatuto ſui ſuffraganei,gloſ.& ibi plenè Cal. &
Alua.ac Sicul.in cap.j.de rapt.Idem Sicul. & Feli.in cap. cùm
inferior , de maioritate & obedien. Secus autem ſi non eſſet
ſuperior,licet ſit maior:nam poterit puniri à minore ſi delin-
quat in territorio. not.Petr.de Aneha.in clem.j.de fo.compe.
ana.vbi ſuprà dictum. Bald.in cap.j. §.ad hæc.de pace iuram.
fir.& l.ſi quis ſeruo.ad fin.C.de fur. Archid. & do. in cap.j. iij.
q.vj.vide per Feli.in alleg.cap.cum inferiore.

SVMMARIVM.

1 *Introductio & proſequutio idem important.*
2 *Iudex à quo nõ poteſt imponere legẽ iudici ad quẽ.*
3 *Itineris arreptio ſapit proſequutionem.*
4 *Appellatus non poteſt appellantem cogere ad proſequendum appellationem ante finem anni.*

QVAESTIO CCCCXXV.

ITEM fuit quæſitum. ᵃ Iudex à quo 1 fuit ap- a
pellatum dixit in apoſtolis, dedi tibi duos menſes: 1
an iſti duo menſes cenſeantur dati ad proſequen-
dum vel introducendum?Concluſum fuit quòd ad
introducendum,vt cap.ex inſinuatione. de appella.
cum ibidem not.& in cap.cùm ſit Romana, eodem
tit.per glo.& Innoc.

a Faciunt not. Sicul. & Præpoſi. in eo.cap. ex inſinuatione.
vbi dicunt quòd ſi aſſignatur per iudicem à quo terminus ap-
pellanti ad reuertendum à proſecutione, reſoluitur in ſimpli-
ci terminus ad proſequendum. Adde quòd ſecundum ſtylum
curiæ archiepiſcopalis Tholoſæ , communiter quando ap-
pellatur , ſolet terminus aſſignari appellanti ad introducen-
dum & proſequendum , ſi ſolùm appellans adito notario di-
xerit prout fieri ſolet.introduco appellationem , &c. an ſuffi-
ciat. Et fuit concluſum quòd ſic : quia † introductio & pro- 1
ſecutio idem important. l. ij. C. de tempo. appell. nam tem-
pus ad proſequendum aſſignari non poteſt per iudicem à
quo,quia † non poteſt imponere legem iudici ad quem : vt d. 2

c.et inſinuatione. & idem ſi aſsignaretur, nõ valet quoad hoc vt teneatur proſequi, ſed reſoluitur in eo quod poteſt. videli-
3 cet ad iter arripiendum vel ſe præſentandum: nam itineris † arreptio vel præſentatio ſapit proſecutionem. vt in c. cum cauſa. de re iud. & in c. ea parte, ſuprà. de reſcrip. Cùm ergo aſsignatur terminus ad proſequendum, ſufficit iter arripere. & ita Old. conſi. lx. quod incip. Eſt tempus in prin. & ita Spec. in tit. de appel. §. nunc breuiter, circa finem: quod intellige verum niſi iudex ad quem eſſet in loco vbi eſſet appellatum, puta in curia, quia tunc eſt terminus ad proſequendum, vt aliquid operetur & omni hora qua iret ad palatiũ, diceret ſe iter arripuiſſe. ideò quæritur ſaltem ſe præſentet ſuperiori, ita voluit Rot.
4 deci. clviij. Sicu. & Præpo. in c. perſonas. de appel. Adde † quòd quæcunque tempora ſint vel à iudice, vel ab appellante aſsignata, non tamen appellatus cogere poteſt appellantem ad proſequendum appellationem: niſi prope finem anni. ita Fed. de Sen. cõſ. ciij. incip. in cauſa hoſpitalis. ſatis enim facit termino ſe præſentando. Arch. ij. q. vj. appellatione. & Old. vbi ſuprà.
1 Additio. Iudex à quo. Vide Guid. pap. in deciſi. gratianop. q. cccexvj.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta per clericum tractum & inuitum coram iudice ſeculari non valet, & num. 2.*
2 *Laici ſunt clericis infeſti.*

QVAESTIO CCCCXXVI.

a ITEM fuit quæſitum. a an † confeſsio facta per
1 clericum coram iudice ſeculari noceat ſibi coram iudice eccleſiaſtico. & an teneatur perſeuerare. Et concluſum fuit quòd non nocet, per c. at ſi clerici. de iud. ſed bene tenetur perſeuerare, niſi contrarium velit probare: prout notatur per Innocen. in c. per inquiſitionem. de elect. & de iſta materia per Specu. titu. de confeſ. §. j. & quinto.

2 a Dic tu poſt Sicu. in præalleg. c. at ſi clerici. quòd † quando talis confeſsio fit per tractum & inuitum coram iudice ſeculari: tunc non compellitur in ea perſeuerare, nec ex ea ſurgit aliquod indicium ſufficiens ad torturam: pro quo videtur tex. in principio d. c. iuncto vet. ſi vero. Nam in principio dicit quòd ex hac confeſsione non ſunt aliquatenus condemnandi, & ſatis in effectu condemnarentur, ſi compellerentur perſiſtere in talibus confeſſionibus: vel ſi ponerentur ad torturam. arg. ij. q. vj. c. non ſoleat. verſi. ante ſententiam. Item ſtatim in verſi. ſi verò, dicit illos condemnatos, ſi coram epiſcopo ſuo in iure fuerint hoc confeſſi. & ſic ſatis apertè innuit quòd ex prima confeſsione non debet iudex procedere ad aliquam pœnam. Nec valet ſimilitudo de confeſsione extraiudiciali: quia ibi contra ius nihil agitur nec datur materia vſurpandi iuriſdictionem alterius, ſed quando fit per tractum coram iudice vetito, tunc ius violatur: & materia iuriſdictionem eccleſiaſticam violandi tribuitur: & præſumitur quòd fuerit
3 extorta metu: quia † laici clericis oppido ſunt infeſti. ij. q. vij c. laici & pro hoc quod not. gloſſ. in c. imperialem. de prohibi. feu. alie. in ver. debent. prope medium. Si tamen confeſsio fieret per ibidem voluntariè litigantem, tunc dicerem ex illa confeſsione ſurgere indicium vt ſupponatur torturæ, non quòd in veritate confeſsio valeat tanquam facta in iure, quia in iudicio vetito. vt not. in c. ſi diligenti. de foro competen. per doct. in gloſſ. ſi pro eis. Sed ex quo voluntariè ibidem litigabat & ſpontè confeſſus eſt, ſurgit præſumptio non modica. nam ex indicijs quis ſupponitur torturæ: vt l. iij. C. ad l. Iuliam maieſt. vbi gloſſ. notabilis. dicit quòd ſufficit vnus teſtis. fortius ſpontanea confeſsio in iudicio vetito facta. & pro hoc quod legitur & nota. in c. admonet. & c. quod in dubijs. de renun. & ſic in veritate ſentit Innoc. in præalle. c. per inquiſitionem in vltima ſolutione, & ibi per Sicu. in pen. col. idem Coll. ſentire videtur in eod. c. at ſi clerici. Et inquantum dictum eſt quòd ſi fuit facta ſponte ſurgit indicium. limitat idem Sicul. niſi fuerit facta confeſsio calore iracundiæ. quia tunc ad nihilum præiudicat etiam ſi facta foret in iudicio competenti. ad quod tex. not. cum glo. in c. ex literis. de diuor. Item limitat vt compellatur perſiſtere quando agitur de crimine: ſecus ſi merè ciuiliter. ad hoc bonus tex. in c. olim. 1 de reſcrip. vbi vide
1 ibi perquàm latiſſimè per Feli. an & quando & qualiter confeſsio extraiudicialis de crimine præiudicet.

1 Additio. c. olim. l. ij. col. poſt medium. ver. Eſt igitur regula, vbi ponit regulam quòd confeſsio extraiudicialis in criminalibus non præiudicat, à qua regula ponit nouem fallentias, quæ ibidem plenè vide.

SVMMARIVM.

1 *Tempus appellationis proſequendæ non poteſt per iudicem abbreuiari.*

QVAESTIO CCCCXXVII.

ITEM ſuit quæſitum. a an † tempus appellatio- a
nis proſequendæ poſsit per iudicem abbreuiari. 1 1
Concluſum fuit quòd non: vt no. Cy. in l j. verſi. vlti. 1
quæri ſolet. C. de tempo. app. niſi ex magna cauſa, vt no. in c. ex ratione. de appel.

a Idem Salic. & Bal. in auth ei qui. C. eo. ti. & ibi idem tenet Ioan. Fab. Et iſtud intelligunt de abbreuiatione termini fiendi cauſa appellationis. nam annus datur ad proſequendum & finiendum appellationem. vt cle. ſicut. de appel. in cle. quia licet iudex à quo non poſſit præfigere terminum reſpectu finiendi. vt in c. ex inſinuatione. eo. ti. quia eſſet imponere legem ſuperiori, vt infra certum terminum appellationis cauſam finiret: poteſt tamen terminum reſtringere reſpectu proſecutionis: quia hoc concernit ius partis: licet proſecutio debeat fieri coram ſuperiore, vt dicit Sicu. in c. perſonas. de app. vbi hoc tenet Præpo. & idem Sicu. in c. cum ſit. Ro. eo. ti. vbi etiam tenet quòd exiſtente magna cauſa, puta ſcandalo vel alia vtilitate publica ſuadente poterit iudex à quo minuere terminum x. die. præfixũ ad appellandum: quia per hoc non præfigitur lex ipſi ſuperiori, ſed parti quæ habet appellari. licet gl. & Ang. in l. ij. ff. de re iudi. & Fran. in cle. quandiu teneant quòd etiam de partium conſenſu non poſsit tale tempus remitti. Præpo. in alle. c. cum ſit, videtur inchoare in opi. Sicu. Adde quòd ſecundum Spec. tit. de appell. §. nunc breuiter. ver. item pon. Sicul. & Præpo. in alleg. c. perſonas. regulariter iudex ad quem non poteſt abbreuiare terminum à iure vel ab homine præfixum ad proſequendum appellationem, niſi cauſa ſuaderet: vtputa quia claritatem deſideraret. iuxta no. in c. ſæpe. & c. oblatæ. de appel. & reſpectu termini aſsignati per iudicem à quo. per c. ſignificante. eo. ti. & l. ſiue pars. C. de dila. iudex à quo non poterit terminum per eum ſemel aſsignatum abbreuiare. Neque etiam prorogare, vt voluit Præpo. in præalleg. c. perſonas. & Sicu. in alleg. c. ſæpe. eo. tit. Anto. in c. cum cauſa. de re iudi.
1 Additio. Poſſit per iudicem abbreuiari, de hoc & an per pactum partium, vide in deci. Delphi. q. cccexvj.

SVMMARIVM.

1 *Citatio poteſt fieri tam ad quemlibet articulum quam ad totam cauſam.*

QVAESTIO CCCCXXVIII.

ITEM fuit quæſitum. a an † fieri debeat citatio a
ad quemlibet articulum, vel fieri valeat ad totam 1
cauſam? Concluſum fuit quòd ad vtrumq; fieri poteſt per no. Innoc. in c. auditis. de procur. & Specul. in titu. de cita. §. viſo. verſi. Item conſtare poteſt. cum ſeq. idem Innoc. in c. eccleſia veſtra. el iij. de elect. & ibi pleniſsimè per ipſum.

a Et per eundem Inno. in c. conſuluit. & Ant. ibidem, per Io. And. in addi. Spec. in præalle. §. viſo. verſic. Item licet. Fede. de Sen. conſi. c. xv. Arch. Ioan. Imo. Ioan. And. & Domi. in c. ij. de dolo & contu. lib. vj. Batt. in extrauag. ad reprimendum, ſuper ver. per edictũ. Fran. de Zab. in c. fi. de dila. Bar. Rapha & doct. in l. qui ante calendas. de verb. oblig. & ibi Ang. de Peru. doc. in l. conſentaneum. & auth. qui ſemel. ff. quomodo & quando iudex. Pau. de Caſt. conſi. xlviij. & in l. ſi prætor ff. de iudi. Lanfran. in c. quoniam cõtra. de proba. in ver. citationes. vlt. char. Bart. in l. ſtatu liberos. §. ſtichus ff. de ſtatu libe. Ludo. Ro. in l. j. iij col. ff. de arbi. Bal. in marg. in verbo citatio. verſ. xvij Ioan. de Imo. in l. de vno quoq;. ff. de re iud. Pau. de Caſt. in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. Et inter omnes mihi placet doctrina Sicu. in alle. c. fi. de dila. vbi diſtinguit quòd aut citatio generalis fit in præſentem, & non valet rationibus per eum ibidem tactis,

cùm

cùm ad ſingulos actus debeant fieri citationes. vt in d.c. conſuluit.& quod ibi per Innoc. in c. ad petitionem. de accu. vel ſaltem præbet iuſtam cauſam appellandi. Aut fit in abſente maximè longinquo. Et tunc aut non comparet:& poteſt procedi ad vlteriora: prout cauſæ qualitas patitur ſine noua citatione cùm videatur contumax in tota cauſa: & maximè ſibi dixit ſe nolle comparere. argum. in c. ij. de dolo & contuma. lib. vj. & c.j. de iudic. Aut comparuit: & tunc citatio arctat & non recedat de loco iudicij: ſaltem dimittat procuratorem, cùm de facili non poſſint confeſſiones de longinquo geminari. & ſic loquitur c.fin. viij.q.v. & in c. certum. xj. q iij. & alia iura per eundem Sicu. poſt docto. ibidem allega. Sed non tenetur poſtea in iudicio comparere ad ſingulos actus ſine citatione: cum ſit incertum quando debeat expedicari. & ſic loquitur Bart. in præalleg l. qui ante calendas, licet non loquatur propriè in his terminis, ſed in ſimilibus. Item quando citatio fit ad particulares actus, de non exiſtente in ciuitate, potuit iudex ſupradicta ratione compellere reum, vt eligat locum in ciuitate vbi poſſit ad ſingulos actus citari cùm durum ſit ſemper mittere ad villam, ſeu perſonam citandi. ita not. Ang. Peruſi. in d. l. qui ante calen. vbi Barto. relinquit hanc quæſtionem indeciſam. alleg. dicta Innocen. in præalleg. c. audiris. & c. conſtitutus, de procura. & faciunt rationes ſuperius alleg. ſicut enim ratione abſentiæ longæuæ permittitur citatio generalis, ita & iſta compulſio vt eligat locum ſiue domicilium in loco iudicij: ratione enim abſentiæ, vt euitentur incommoda, multa permittuntur. vt in l. ſi longius. ff. de iudi. & in c. fi. de ſepul. de quo tex. cum bona gloſſ. in c. cum ex literis. de in integ. reſti. & dicit Sicul. in alleg. c. fina de dila. hunc articulum eſſe notandum tanquam quotidianum. Adde quòd ſi fiat citatio ad totam cauſam: & reus nec actor in termino comparuerint. Si tamen poſtea comparet actor, poteſt procedere reo amplius non citato ſecundum Rotam deciſio. cccxlviij. De citatione per edictum an & quando fieri valeat

1 & eius effectu, vide per Feli. in c. quoniam frequenter. in §. porro. vt lit. non conteſta.

1 ADDITIO. Per Feli. & multa alia de citatione: vide per eundem Feli. cap j. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab aliquo grauamine tenetur appellationem ſuam notificare iudici à quo.*

2 *Parte non valente appellare coram iudice à quo propter iuſtum metum, proteſtatio quæ fiet coram honeſtis perſonis habebit locum appellationis.*

QVAESTIO CCCCXXIX.

a ITEM fuit quæſitum.[a] an † appellans ab aliquo
1 grauamine teneatur coram iudice à quo ſuam appellationem notificare, cuius iudicis copia poteſt haberi: & ſi non fecerit, an teneat eius appellatio? Concluſum fuit quòd non tenet appellatio: vt no. Innocen. in c. cum olim. de dolo & contuma. & in c. ſi iuſtus metus. & ibi gloſſ. de appellatio.

a Quæ vult quòd primo incipiendum eſt à iudice à quo, ſi eius copia poteſt haberi: & ſic vult gl. quòd appellatio ſit interponenda in præſentia iudicis à quo ſi poteſt: aliàs non valet in abſentia eius interpoſita. vt concor. glo. in c. appellatio. eod. ti. lib. vj. in cle. j. eo. ti. in ver. maiori. in c. ſuggeſtum. eo. ti. & pro illa eſt bonus tex. in d. c. ſi iuſtus. arguendo ab ordine literæ: vt dicit gl. & in c. vt debitus. ibi coram illo. & c. eo. ti. in c. biduum. ij q vj. in l. j. §. dies. ff. quando appel. ſit. tenet Sicu. in alle. c. ſuggeſtum. Imo. & Præpo. in alle. c. ſi iuſtus. tenet Rot. vbi diſputat dec. ccclxvj aliàs deci. 50. de appel. in no. quæ incipit ſi appelletur à diffinitiua. tenet Dom. in præalle. c. appellatio. Ang. conſ. ccxxvj. Bal. in l. apertiſsimi. C. de iudic. Adde

2 † quòd parte non valente appellare coram iudice à quo propter iuſtum metum proteſtatio quæ fiet coram honeſtis perſonis locum habebit appellationis: & licet tutū ſit appellare denuò ceſſante metu: non tamen eſt neceſſariū, quod eſt menti tenendū: quia idem erit in omni caſu, in quo propter abſentiam iudicis ſufficit proteſtati in loco appellationis. Bal. in l. ij. C. de his qui propter met. iudi non appel. & ita tenet Præpoſi. in alle. c. ſi iuſtus. ij. col. licet Imol. & Ant. ibidem teneant contrarium: videlicet quòd ceſſante impedimento neceſſarium ſit appellare. vide de pluribus hanc materiam tangentibus ſingulariter eundem Præpoſitum, in eod. c. ſi iuſtus.

QVAESTIO CCCCXXX.

ITEM fuit quæſitum.[a] quidam fundum ſuum a
mihi obligatum alteri vēdidit: emptor ibidem ædificauit, nunquid ædificium ſit obligatum? Concluſum fuit quòd ſic. per l. domo. ff. de pignor. actio. & l. ſi fundus. §. ſi res. & l. Paulus. §. domus. ff. de pigno. Nunquid autem creditor teneatur in aliquo emptori ratione ædificij. vide ibidem.

a Vide de hoc vltimò per Bart. poſt gloſ. in l. cùm poſtulaſſem § damni. ff. de dam. infec. Et primum dictum ideo verum eſt, quia res quæ remanſit, eſt tranſmiſſa in aliam formam, & eſt reducibilis ad primam materiam. & tunc hypotheca non extinguitur. Aut non eſt reducibilis, vt quia ex ſylua mihi obligata, facta eſt nauis: & tunc diſtinguitur: vt in alleg. §. ſi res. & ibi Bart. & in l. quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de lega. iij. Quid autem de dominio, & quid de vſufructu, quando res tranſit in aliam formam. vide per eundem Bartolum in allegato §. ſi res.

SVMMARIVM.

1 *Nullitate pendente non eſt permittenda executio.*

2 *Executio vbi eſt irretractabilis, impeditur executio per exceptionem nullitatis.*

QVAESTIO CCCCXXXI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Quidam obtinuit tres
diffinitiuas ſententias conformes in quadam cauſa matrimoniali aduerſus quandam virginem, a
quam petebat in vxorem. An exceptio nullitatis impediat executionem huiuſmodi ſententiarum? Et videbatur prima facie quòd non, per gloſſ. Ioan. Andr. poſitam in clem. j. de re iudic. in verbo quanuis. quæ ſentit eandem clem. locum habere tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus. Item contrarium fuit determinatum. Nam gloſ. prædictæ limitantur per Paulum procedere quando executio in criminalibus eſt reuocabilis. aliàs non habet locum præallega. clem. vt ſi fieret executio decollationis vel ſuſpendij.

a Idem putat Ant. in ſententiam in cauſa criminali pro virgine, quòd interim non liet executio: quia talis executio eſſet irretractabilis. idem ſi peteretur ſeparatio matrimonij: & dari licentia cum alio contrahendi: quia † pendente nullitate 1
non eſſet permittēda executio: quia tunc ſecuto matrimonio non eſſet irretractabilis: quod eſt bene notandum. & ita tenet Ioan. de Imo. in præalleg. clemen. prima de re iudi. ita voluit Baldus, videlicet quòd † vbi executio eſt irretractabilis, 2
quòd impeditur executio per exceptionem nullitatis, in l. ab executione. ff. quorum appella. non recip. & Bartol. in l j. in vlt. col. C. qui accuſ. & Bald. in l. ij. ff. de fer. & idem Bald. in l. j. C. de in integ. reſtit. poſt Bald. in l. eum qui duas. C. de adulte. & Bald. in l. ſi feriatus. ff. de fer. ſentit Bald. in l. j. C. ne lic. tertio pronoca. dum ſentit præalleg. clemen. j. non habere locum in criminalibus. Imo. & Lud. Rom. in l. non ſolum. §. mortem. ff. de no. oper. nunciat. & ibi limitat dicta Bart. in §. ſi ſeruus. & vide Roma. in ſuis ſingul. cclxxxviij. quod incipit, clem. vt calumniis. & Ang. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrum. vbi dicit ita intelligere do. Bart. & Dyn. in l. iij. §. in admittenda. ff. de acquir. poſ. Ang. in tract. maleſi. in ver præſente Gaio. & §. appellante col. viij. Pau. de Caſt. in l. iij §. condemnatum. ff. de re iudi. Quod tamen intellige verum, niſi appareret calumnioſè illam exceptionem nullitatis opponi: nam tunc non admitteretur, ita Bald. in alleg. l. ſi feriatis, & faciunt not. per Innocen. in c. poſt electionem. de conceſ. præb. tenet Præpoſi. in c. dilecto. xxxij. col. de appel. vide plenè Nellum in tracta. banitorum, in iij. particula primi temporis. q. v. quæ incipit an bannitus agens cauſam nullitatis banni. & ibi allega. Gandi. in tract. maleſic. & Alber. de Ro. in quarta parte ſtatutorum tenuiſſe opinio. Dyn. poſtea ibi refert opin. Bartol. & eam poſt multum notabiliter limitat & ſequitur ſuperius allegatam limitationem Pau. de Leaza. in alleg. cle j. & ipſam approbat & limitat, ibi vide. Adde quòd licet executio trium ſententiarum conformium non poſſit impediri per victum, etiam ſi alleget

nullita

nollitatem illarum : tamen tertius comparens pro ſuo intereſſe poterit impedire ſecundum ea quæ habentur in c.cum ſuper.de re iudi.vt no Ioã.An.in eo.c.cum ſuper.in prin. Et idem Ant.ibidem in ſecundo not.& Sicu idem tenere videtur in x.col.in compendio deci Ro.tit.de ſen.& re iud.c.iij. tenet Frã. de Zaha.in cle.vt calumniis.præal.Idem ibi Zeoze.licet Guli. de monte Lau.contrà,& ibidem Rot.in antiquis dec clxv.Propterea Io.de Imo.in alle.cle.poſt Io. And.dicit opin. priorem procedere quando ille tertius ignorauit duas præcedẽtes ſententias,& vltimam eſſe tertiam:aliàs ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio ſola ſuperioris tuetur poſſeſſorem & omnia facta per eum.*

QVAESTIO CCCCXXXII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Aliquis electus fuit ad dignitatem: licet nulliter & inualidè, & fuit poſtea talis electio per ſuperiorem confirmata, cuius confirmationis obtentu, dignitatis poſſeſſionẽ adeptus eſt:& deinde ſpoliatus eſt:an veniat reſtituendus? Concluſum fuit quòd ſic.per not.Inn.& Hoſti.in c. nihil.de ele.& de reſti.ſpo.c.in literis.& c. quia cunctis.de conceſ.præbend.verſic.ſi verò.libro ſexto.

1 a Idem voluit Rot.deci.cxcj.dicens † quòd ſola confirmatio ſuperioris(licet caſſetur electio) tuetur poſſeſſorem & omnia facta per eum.& alleg.Inno.& Hoſti. in locis præalleg. idem voluit Nico.milus in reper.in verſic.electio. licet caſſetur limitans præmiſſa procedere : dummodo confirmatio teneat,no.Inn.in capit.inter dilectos.de exceſ. præalleg. Et de hoc videtur eſſe text.iuncta gloſſ.& ibi Innoc.Sicul.Bald.in c. cum ſuper.de cauſa poſſ.& proprie.& idem Domi. poſt Lapũ in c.eum qui.de eo qui mittitur in poſſ.cauſa rei ſeruan. libr. vj.quod intelligit Sicul.in præalleg.c.cum ſuper. quando non conſtat electionem inualidam , aliàs cùm conſtaret de defectu tituli, non deberet fieri reſti.vt not.Inno.in c.conſtitutus. de fil.præſby.Adde quòd ſufficit præſentato à laico alicui epiſcopo ad aliquam eccleſiam & inſtituto per eum ſi agat poſſeſſorio quoad colorandum poſſeſſionem eius docere de huiuſmodi inſtitutione : licet non doceat de præſentatione quæ modicum iuris confert.de offic.leg. c.dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus cogitur ſuis expenſis deferre decimas vſque ad eccleſiam.*

2 *Legatarius poteſt aſsiſtere heredi in iudicio litiganti ſuper validitate teſtamenti pro intereſſe ipſius legatarij.*

3 *Eccleſia dicitur habere ius in fundo, cum fructus pendentes ſint pars fundi.*

4 *Pronomen ſuum denotat dominium.*

QVAESTIO CCCCXXXIII.

a ITEM fuit quæſitum.a Nunquid † ruſticus te-
1 neatur deferre decimam vſque ad eccleſiam ? Concluſum fuit ruſticum arctari ad ſuas expenſas deferendum. per c. reuertimini. xvj. quæſt. j. vbi innuitur de iure diuino decimæ ſunt deferendæ in horreum eccleſiæ. ad idem text.in capi.j.xvj.quæſt.vij. & vtrubique hoc tenet glo.

a Ad idem text. Malach. iij. ibi inferre omnem decimam in horreum meum. & idem dicit text. in allega. c. reuertimini.& in præalle.c.j fa.l.pro locis.C.de an.& trib.lib. x.de quo per Hoſtien.in ſum.ti.de deci.§.ſi.ver.xvj.[1] Idem tenet Barto. Cæpo.ti.de ſer.vrba.prædi.c.lxxij.Idem Sicul. & doct. in cap. ex parte. in ij.de deci. Sed nunquid rector eccleſiæ cui decima debetur poſſit interdici facere colono vel domino ſuo. dine fructus colligat vel exportet niſi eo præſente vel eius nuntio , timens forte defraudari. Specu. tit. de deci. ad ſi. tenet quòd ſic. Idem Guil.naſ.Io.de Deo.& Alb. Papi.Io. And. & Bald.in addi.Specu.vbi ſuprà.moueotur.ar.l.ij. C. quando & qui.quarta pars.lib x.dum ibi text.dicit ſub conſpectu curialium &c. ad idem.l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſta. vbi dicitur quòd † legatarius poteſt aſſiſtere hæredi in iudicio liti- 2
ganti ſuper validitate teſtamenti pro intereſſe ipſius legatarij.facit cap.ij.in ſi de proc.lib vj. Item † cùm eccleſia habeat 3
ius in fructibus , vt in cap. tua. de deci. & fructus pendentes ſint pars fundi.vt l.fructus pendentes.ff. de rei ven.videtur per conſequentiam quòd eccleſia habeat ius in fundo. Et in re communi melior eſt conditio prohibentis. ff.communi diui. l.Sabinus.facit l.cohæredibus. C. eodem tit. vbi diuiſio facta inter ſocios , altero abſente non præiudicat. Bald. ibidem & Bart.in alleg. l.ij. C. quando & qui. & ibi Ioan. de Plat. Bart. Cæp. tenet quòd quis ingredi poſſit fundum alienum cauſa decimæ percipiendæ in tract.de ſerui.ruſti.præd.cap.j. iij col. Et dicit Bald.in l.ij §.ſi duobus. C.communia de leg.quòd ille cuius eſt pars minor diuidere debet : quia habens maiorem partem habet optionem facta diuiſione. Et quicquid ſit reſpectu fundi , tamen reſpectu fructuum poteſt probabiliter teneri , quòd etiam antequam ſint collecti, pertineant ad eccleſiam : quia dominium tranſit in eam ſine traditione, cap.ij. de conſuetu.& l.fina.ff.de ſacroſanct.eccleſ. loquor pro decima parte fructuum pro indiuiſo.pro hoc bonus tex.in ca.tua. de decim. vbi tex. quòd Deus decimas aſſeruit eſſe ſuas. Sed
† hoc pronomen ſuum denotat dominium,& competit rei 4
vendicatio,vt l.quintus.ff.de auro & argen.leg. & in cap.quo iure.viij diſtinct. ad quod bonus tex.in c.decimæ. xvj. q.j. vbi dicitur,quòd non ſoluens decimam , detinet alienum . & ex his verbis gloſſ.ibidem colligit quod ſuprà dixi.& vide etiam bonam gloſ.in cap.moderamine.ea.eau.& idem Sicu.in præalleg.cap ex parte.in ij.de deci.& ibi Ioan.Andr. Et intelligas prædicta ſecundum Spec.vbi ſuprà. niſi conſuetudo approbata à principe ſit in contrarium.vt ff. de publ.& vecti. l.ſi publicanus.in ſine. Sed vbi conſuetudo præſtaret occaſionem ſurripiendi,ſeruanda non eſſet, in authen.vt nulli iu. §. quia verò. colum.ix.facit cap.ex parte.de conſuetu.& tenet Sicu in alle. cap. ex parte. Et ita fuit in facto inter epiſcopum Albien. & eius ſubditos ſuper decimam eorundem. & tandem per arreſtum curiæ Parlamenti Tholoſæ obtinuit idem epiſcopus in vtraque prædictarum quæſtionum iuxta determinationes earundem.

SVMMARIVM.

1 *Filius primogeniti viuente patre mortui venit præferendus patruo.*

2 *Filius cenſetur eadem perſona cum patre.*

3 *Nepos præfertur patruo in ſucceſsione regni.*

4 *Andreas filius Caroli Martelli a Ioanna ſua vxore laqueo interemptus.*

QVAESTIO CCCCXXXIIII.

ITEM fuit quæſitũ. [a] an † ius primogenituræ ſit a
tranſmiſſibile ad poſteros etiam viuente patre: & fi- 1
lius primogeniti viuente patre mortui ſit præferen- 1
dus patruo ? Concluſum fuit q̃ ſic: ſicut enim ſpem competentem patri ex contractu conditionali trãſmittit ipſe pater in filium.ff.de act.& obl.l.is cui.inſt. de verb.obli.§.ex conditionali.Sic ſpem quam filius habet ex contractu,vel cõſuetudine in ſucceſsione,
vel regno tranſmittit in filium,cùm † cenſetur filius 2
eadem eſſe perſona cum patre.C.de impube. & aliis ſubſti.l.fin.& vna caro. xxxv. q.iij. c. in hac authoritate,& perſona patris dicitur per filiũ repræſentari: & ibi eſſet ſtare. C. de agri. & cenſi. l. cùm ſcimus. lib.xj. Et etiam in ſucceſsione rerũ priuatarum proles filij præmortui tenet locũ patris in ſucceſsione: ita quòd ſuccedat in hæreditate vnà cũ patruis per ſtirpem.inſt.de hære.quæ ab inte.defe. §.cum filius. Et hanc opi.tenere videtur Io.And.in addi. Spec.ſuper rubr.de feu.& doct.in c.licet.de voto.

a Hanc etiam partem ſequitur Sicul. in eod.cap.licet. idem Sicul.conſ.cxxxvj.& conſi.xij.Et videtur caſus in præalle.cap.
licet. vbi † nepos præfertur patruo in ſucceſsione regni. 3
idem tenet Ioan.Fa.in allega. §.cùm filius.& in hanc partem, videlicet quòd ſecundum tantam naturam feudi præferatur nepos,tenere videtur Bald.in l.cum antiquioribus. C. de iure delib. vbi quæſtionem notabiliter diſputauit. ideo tenet Pau. de Caſt.conſ.ſuo clxj.Idem Franc.Arc.conſ.clxuj. idem Nico.

mil. in ſuo repert. §. ſi ius. verſic. filius primogenitus. & in §. mors. ver. mortuus pro republica Old. cõſ. cxxij. dicẽs in quęſtione facti ita contigiſſe in rege Roberto Caroli ſecundi Siciliæ & Apuliæ regis filio ſecundo genito, coram quo fuit mota quæſtio, & finaliter ſententiatum, quod filius Caroli Martelli regis Vngariæ primogeniti memorati Caroli ſecũdi ſuccedere debebat in regno Apuliæ & Siciliæ excluſo prælibato Roberto eius patruo. Verũtamen Clemẽs quartus propter publicam vtilitatem & propter eiuſdem Roberti ſapientiam voluit eum nepoti præferri, vt dicit Bal. in l. vt inteſtato. C. de ſuis & legi. & in l. ſi vna matre. dicit idem Bald. quod rex Robertus conſcientia ductus ſtuduit trãsferre regnum Siciliæ ad regnum Vngariæ, quando deſponſari fecit glorioſam reginam Ioannã filiam filij ſui Caroli ante deceſſum eius per illuſtrem Andręam filiũ Caroli Martelli regis Vngariæ. cuius votis inuida fortuna non fauit. quoniam licet idem Robertus in eius
4 teſtamento conſtituiſſet eundem Andręam † poſt eũ regnare in Apulia prout & fecit tribus annis, dicta tamẽ Ioanna eũ laqueo interimi fecit, & conſobrinum eius, & alteri conſobrino nupſit: videlicet Ludouico Tarentini principis filio, & fratris memorati Roberti. Et pro prædicta opinione facit quia Oth. Imperator exiſtẽs ſupra Rhenum prope Treuerim cum multis baronibus ſuis, & caſus occurriſſet iudicauit, quòd nepos & patruus gladiis certarẽt, & victor ſuccederet in regno: pugna inter eos bis facta nepos bis vicit, & lis iudicio gladiatorio finita eſt. Et eſt communis opi. & ſentẽtia vt tenet Sicul. in alleg. conſi. ſuo. lxxxv. licet Richardus Malum. Cy. & Bald. & Salic. in alleg. l. ſi vna matre. C. de bo. mat. Barto. & Bald. in auth. poſt fratres. C. de legi. hær. Bal. in l. liberi, liberięque. C. de oper. liber. & in præalleg. l. vt in teſta. C. de ſuis & legiti. & in l. tutela. §. ſi duo. ff. de teſtam. tute. Ioan. de Imol. & Dominicus in c. grandi. de ſupplen. da negligentia prælatorum. tenent quod patruus ſit nepoti præferendus.

r ADDITIO. Auus in primogenituræ. Vide Gui. pa. cõſ. cxxx. incip. nobilis & potẽs. in 4. queſtio. & conſi. cxxxj. inci. adiungendo. in j. quæſt. o. vo. & in dec. Delph. q. lij.

SVMMARIVM.

1 *Executor apoſtolicus poteſt conferre beneficia ad ſedem apoſtolicã deuoluta, ſecus tamen in beneficiis ad collationem papæ ſpectantibus. nu. 2.*

QVAESTIO CCCCXXXV.

a ITEM fuit quæſitũ, a Vtrum executor apoſtolicus, vel legatus poſsit conferre beneficiũ cuius eſt
r collatio apoſtolicæ ſedi reſeruata, r vel litigioſum effectum iuxta diſpoſitionem cap. ſi hi contra quos. vt li. pen. lib. vj. Cõcluſum fuit, quòd licet prout voluit gl. ſingularis in verſ. ſiue ad nos. in clem. ſi de be-
1 neficio. de præben. † executor apoſtolicus, & legatus poſsint conferre beneficia ad ſedẽ apoſtolicam deuoluta. pro quo fa. not. per Archi. in ca. ſi capit. de
2 præb. lib. vj. ſecus † eſt tamen in beneficiis ad collationẽ papæ ſpectantibus: vt quia vacarent in curia. c. ij. de præb. lib. vj. tunc enim papa cõſeri iure proprio, & non deuoluto & vltra gl. ratio eſt ſecundũ Pau. Zenze. & Frãc. de Zaba. quia papa piæſcribẽdo voluit grauare collatorẽ certũ vel incertũ non ſibi auferre collationem liberam, ſecus in deuoluto, vbi fit præiudicium epiſcopo, à quo deuoluitur.

a Idem tenet Rot. deciſ. cxxuij. plus dicens quod legatus vel nuncius apoſtolicus habens poteſtatem à papa beneficia qualiter cunque vacantia conferendi nõ poteſt beneficia generaliter reſeruata conferre: quia hæc in generali mandato non veniunt &c. c. ſi. de off. vica. l. j. ſ. a. c. quanuis. & c. ij. de præben. co. ib. Idem tenet Lud. Ro. conſ. ſuo. cc. x. dicens quod beneficium reſeruatum non poteſt cõferri per executorẽ in vim expectatiuæ [illegible] c hoc haberet ſpeciale poteſtatem: vt eſt tex. in pe. [illegible] cap. ij. li. vj. Ad idem in cõpendio deciſionũ Rotæ ii. vt ii. pe [illegible] ux incipit, vtrum. c. ſi ij. contra quos: impedit e [illegible] gratiarũ apoſtolicarũ quominus, vbi expreſſe te [illegible] quod dictũ c. ſi ij. contra quos. impetrantibus beneficia ac [illegible] us litigioſa tanquã vacantia per obitũ collitigantium quæ lite pendente mortui ſunt valeant prouidere: ſed

debent expectare donec ad inſtantiam litigantium ſuperſtitũ lites huiuſmodi finiantur: & hoc propter generalitatem illius. cap. cùm dicit nullatenus conferantur. Ad quod prædicta eſt regula cancellariæ, qua cauetur quòd nullus vigore gratiæ apoſtolicæ poſsit acceptare beneficium ſpecialiter vel generaliter reſeruatum ſedi apoſtolicæ.

r ADDITIO. Apoſtolicæ ſedi reſeruata, vide Rotam deci. cxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Expreſsio valoris in impetrationibus beneficiorum non eſt neceſſaria.*
2 *Locutio imperfecta plus nocet quàm ſilentium.*
3 *Expreſsio mala valoris non nocet, quando verba literarum multipliciter denotant quòd papa libentius conceſsiſſet beneficium longè opulentius.*

QVAESTIO CCCCXXXVI.

ITEM fuit quæſitum. a Si † quis in impetratio- a
ne per eum facta à ſede apoſtolica verum valorem 1
beneficij impetrati non expreſſerit, eius impetratio ſit ſurreptitia? Concluſum fuit quòd licet de iure communi non ſit neceſſaria expreſsio valoris in beneficiorum impetrationibus: vt voluit gloſſ. v. poſt princ. ibi, ſicut nec haberet, &c. in clem. j. de præb. veruntamen per ordinationem Vrbani papæ vj. tenetur quis eundem valorem non ſolùm impetrandorum, ſed obtentorum exprimere, & meritò, nam expreſsio maioris valoris poſſet concedentem reddere difficiliorem ad concedendum, ſi igitur non fuerit factum, gratia eſt cenſenda ſurreptitia, per no. in cap. poſtulaſti. & cap. in noſtra. de reſcript.

a Quòd verò expreſſio non ſit de iure neceſſaria, tenent 1
vltra gloſſ. in præalleg. clem. j. Franciſ. Imol. & Cal. Ant. Imol. Dominic. & Sicul. in cap. ad aures. de reſcript. Tamen ſi exprimitur & ſit maioris valoris, vitiatur impetratio. tenet Ro. in antiquis, de reſcript. xlj. incipien. not. ſecundum opinio. aliquorum, &c. Sicul. vbi ſuprà, facit gloſ. in verſicu. de nouo. in clement. conſtitutionem. de electio. quæ † dicit quòd plus 2
nocet imperfecta locutio quàm ſilentium. Et idem Car. latè conſil. ſuo xxxiij. Et quia in gratiis apoſtolicis cauſa habet vim cõditionis, cùm ſubintelligatur clauſula ſi eſt ita, c. ij. de reſcr. Et cum adiecta in vim conditionis ſi eſt falſa vitiat. l. demonſtratio. §. j. ff. de conditio. & demonſtrat. ita dicit conſuluiſſe Gaſpar. Cal. & Ioan. de Ferra. & ſe ita obtinuiſſe Florentiæ in quæſtione ardua. ad idem Ro. in nouis. deciſ. ccxcvj. Et præmiſſa intellige niſi gratia facta fuerit motu proprio: quia tunc non eſt neceſſariò fienda mentio valoris. & ita ſeipſam reſtringit dicta ordinatio Vrbani: & regula cancellariæ Iuan. xxij. conformis hodiernæ. & ita tenet Petr. de Ancha. conſ. cxxxvij. licet Sicul. teneat contrarium in præalleg. capi. ad aures. Et plus dicit Petr. vbi ſuprà, quòd † mala expreſſio valoris non 3
nocet quando verba literarum multipliciter denotant quòd papa libentius & iuſtius conceſſiſſet beneficium longè opulentius, aut ipſum non difficultaſſet, quod menti eſt tenendũ.

r ADDITIO. Neceſſaria. Valor beneficij an ſit exprimendus, vide per do. Feli. in cap. ad aures. vbi ponit xvj. notabiles concluſiones in iij. col. verſi. ſi de expreſſione valoris, de reſc. vide etiam per eundem Feli. in cap. dudum. de præſump.

SVMMARIVM.

1 *Morte accuſati finitur lis.*
2 *Priuatio præſupponit habitum.*
3 *Crimina morte extinguuntur.*
4 *Honores cum capite ambulant.*
5 *Homicidium committens non eſt ipſo iure priuatus. ſed priuandus.*
6 *Renunciatio facta ab illo contra quem inquiritur de crimine digno priuatione valet.*
7 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

QVAEST.

QVAESTIO CCCCXXXVII.

ITEM fuit quæſitum.a An ſi contra aliquem ex
impetratione à ſede Apoſtolica facta agatur ad pri-
uationem beneficij propter homicidium: & vt ei-
dem impetranti,conferatur, lite pendente decedat
accuſatus. locum habeat. c. ſi ij contra quos. Et an
poſsit poſt ipſum obitum pronunciari homicidium
commiſiſſe, & priuari beneficio,& impetranti con-
ferri? Et videretur primo quòd ſic,primò ſecundum
regulas cancellariæ Vrbani papæ quinti confirma-
tas per ſucceſſores eius,quibus cauetur: quòd quan
do apponit manum ad beneficium vacans, tunc ſi
illa diſpoſitio ex aliqua cauſa non valet, vel effe-
ctum ſortiri non poteſt,ab illa die papa intendit re-
ſeruare dictum beneficium. pro quo fa.not.per In-
nocen.in c.inter dilectos.de exceſ. prælat. & capitu.
vt noſtrum.de appella.& per Ioan. Andr. in capitul.
quod ſicut de elect. & hoc quoad primum. Ad ſe-
cundum videtur etiam facere pro parte affirmati-
ua: quia de crimine alicuius quæritur poſt mortem
propter bona. vt l.item ſi verberatum. §. j. ff. de rei
ven.& ij.q.j.c.in primis.prout no.in c. j. vt lit. pen.li.
vj.ſuper ver.electi.per Io. Mo.In contrarium fuit cō-
cluſum primò quoad primum, quia c. ſi ij contra
quos, non habet locum vbi agitur,vt quis à benefi-
1 cio remoueatur, & alteri de eo prouideatur † nam
tunc morte accuſati finitur lis.Sed vbi quis petit ali-
quem beneficio priuari, ſeu ab eo amoueri, quod
aſſerit ad ſe pertinere, & dicit ſe ius habere in eo-
dem:tunc ſi moriatur accuſatus habet locum. c. ſi ij
contra quos.vt no.gl.ſuper ver.finita. Et quoad ſe-
cundum fuit etiam concluſum,quod mortuus cùm
non ſit in rerum natura priuari non poſsit: quia nō
2 entium non ſunt cauſæ nec etiam differentiæ: † pri-
uatio enim præſupponit habitum.l.decem. ff. de ver.
ob.gl.in c.ad diſſoluendum.de deſponſa.impube. &
3 maximè quia † crimina morte extinguuntur.vt c.ac
cuſatus.§.pe.de hære.li.vj.facit quod no.Arch.in eo.
c.ad fi.vlti.gl.n.vbi dat pro regula, quòd delicta &
4 honores † cum capite ambulant.alle.l.j.ij. reſpon.ff.
ſi ex noxa.cauſ. agatur. & l. ſi pater tuus. ff. ſi pen-
den.appel.mors interuene.Nec obſtant iura dicen-
tia quærendum eſſe de delicto defuncti poſt mor-
tem propter bona: quia locum habent quando du-
bium erat an mortuus haberet ius,vel ne,quod non
5 eſt in caſu propoſitæ quæſtionis:quia † committens
homicidium non eſt priuatus ipſo iure, ſed priuan-
dus,vt dictum eſt ſuprà.q.ccvij.

a Iſtæ duæ quæſtiones mouentur per Rot. deciſ. cccexciij.
vbi inuenies ad literam rationes & motiua prædicta. Adde
quòd mandatum papæ de prouidendo Titio poſt priuatio-
nem faciendam de homicida expirat, ſi ille homicida prius
renunciat bona fide ignorans de tali impetratione: ſecus ſi
ferret ſecundum Anto. de But. conſil.ſuo xiij in Chriſti &c.
Aggrediar ſecundum ſecus ſi eſſet priuatus ipſo iure. Rota in
compendio.v. de te iudi. quæ incipit accuſatus coram ordi-
6 nario. Et ibi etiam quod † valeat renunciatio facta ab illo
contra quem inquiritur de crimine digno priuatione,facit
gloſ. præallegata in capit ij vt lit.pendente libr. vj hæc ſeli.
in cap. in omnia.xxxvij. col. Ego alias conſului in ſimili eum
papa mandaſſet officiali Montiſa bani quendam abbatem
à quadam abbatia propter ſimoniacam prauitatem per eum
in eius adeptione amoueri commiſſam & illam aſſignari cui-
dam alteri cui à papa contulerat, quòd dictum cap.ſi ij con-
tra quos, locum habere debeat per dictam gloſſ. ſuper ver.
finita. quia hic impetrans dicebat abbatiam ad ſe pertinere.
ſed petebat accuſatum amoueri à poſſeſſione ſeu detenta-
tione, adhuc pendet quæſtio in parlamento. Et quo ad hoc
dictum eſt ſuprà, quòd vbi papa apponit manum ad benefi-
cium,&c. Adde Sicul. ſingulariter diſtinguentem in cap. præ-
alleg. inter dilectos & poſt Ioan.Andr.& Compoſt quòd aut
papa reſeruat ſibi beneficium: & tunc licet col. non habeat
effectum, non poteſt inferior ſe intromittere in illa vacatio-
ne.arg.in cap.ſi eo tempore,de elect. lib. vj. Quod tu limita,
niſi inutilitas manus papalis appoſitionis inſurgat ex defectu
poteſtatis eiuſdem: quia nunquam talis inutilis manus appo-
ſitio ita afficit beneficium, quominus de illo per inferiorem
poteſtatem habentem legitime poſſit prouideri Et ita notan
ter Ludouic Rom. conſil. ſuo cccxxxv. limitat ſupraſcriptum
dictum Innocen. ad hoc allegans caſum ſingularem in cap.ne
captandæ.de conceſ.præbend. libro vj. & adiiciens quòd vbi
papa confert dignitatem tanquam generaliter reſeruatam,
inutilis eſt iſta manus appoſitio, cùm hoc non poſſit, refra-
gante ſibi decreto ſacri Concilij Baſilien. generales reſerua-
tiones irritante: de quo etiam per eundem Lud. conſi. cccxxx.
verſic. quo ad tertium. & conſil. ccclxxx. & conſil. ccclxv. aut
papa non eſt vſus verbo reſeruationis, & tunc aut mandauit
beneficium illud conferri, non expreſſa certa perſona, & idem
quia videtur ſibi reſeruaſſe & illi voluiſſe prouidere. Aut man-
dauit conferri certæ perſonæ: & tunc ſi collatio non valuit,
poteſtas redit ad ordinarium: quia papa tantum intendebat
prouidere illi certæ perſonæ expreſſe. Et ex quo illa perſona
non poteſt habere, vel propter literarum ſurreptionem vel
indignitatem, eius poteſtas redit ad ordinarium. quia † ceſ- 7
ſante cauſa ceſſat effectus, cap. cùm ceſſante.de appellat.& ita
concludit Sicul. in alleg. cap. inter dilectos.

SVMMARIVM.

1 *Legitima poteſt per conſuetudinem minui, non autem in totum tolli.& num.2.*

3 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

4 *Soror renuntians hereditati paternæ, niſi expreſſe adiiciatur quòd non poſſit petere legitimam vel ſupplementum, non obſtante ea renuntiatione poterit petere legitimam vel ſupplementum.*

QVAESTIO CCCCXXXVIII.

ITEM fuit quæſitum,a an legitima filio iure na- a
turæ debita per ſtatutum,vel conſuetudinem in to-
tum tolli poſsit,aut minui.Iſta eſt vetus quæſtio, in
qua diuerſæ ſemper fuerunt opiniones: fuit tamen
concluſum † quòd legitima poteſt minui per ſtatu- 1
tum vel conſuetudinem:non in totum tolli:& hanc
partem ſequi videtur Dy.in reg.iur.indultum.de re.
iur. lib.vj.& Ioan. Andr. ibid.in mercur. idem tenet
Cyn in l.ſancimus.C.de nup.idem Abb.& Io. Andr.
in cap.Raynutius,de teſta.ibidem ipſe Ioan.And. in
addit.Spec.ſuper rubr.de ſucceſ. ab inteſtato. & al-
lega. ibi legem Lombardam id diſponentem. hoc
etiam expreſsè tenet Bart.in l.Titio centum. §.Titio
genero.ff.de condit.& demonſt.

a Doct.& Pau.de Caſt.in authent. noniſſima. C. de inoffic.
teſta Bald.& doct in præalleg.l.ſancimus.idem Bald.in l.cùm
lege.C.de epiſc.& cler.& in l. ſi quis presbyter. in fi. cùm an-
theo.ibi poſita.eod.tit & in authen.hoc amplius.xxxviij. q.in
lect.antiqua. C.de fideicom. idem Bald.in l.j. §. ius naturale.
ff. de iuſti.& iur.& in l. maximum vitium. C. de liber. præterit.
Angel.in l.quid de bonis.§.fin.ad l.falcid. & in auth.de hære.
& falcid.§ j.ad fi.& in l.Papinianus §.quarta.ff.de inoffic.teſt.
Imo.& Ioan.de Pra.in præalleg §.Titio genero.Bal.in l.cun-
ctos populos.xiiij.col. C.de ſum. trin. Oldra. conſil. cvij. Ro.
deciſio xviij.in nouis. Feder.de Se.conſil.lxxv. & cclxxv Ant.
Roſel.in tract de ſucceſſio.ab inteſta. Io Pet.de fer. in titu de
bello, quo hæreditas petitur ex teſt. gloſſ. ac etiam realiter
circa finem. Nic. Millus in ſuo repert. §. ſtatutum.ver ſtatu-
tum,ao poſſit tollere, &c. Ludouic. Roman. conſilio xxxij.&
cxxxiij. Alberic. de Roſa.in tractatu ſtatut ij.partis. q.ciij. Io.
de Imol.in cap.cùm cauſa.de iudic. Pau.de Caſt.conſ. lxxviij.
Ang.Aret.in tractatu de teſta.in gloſ Item reliquit iure inſti-
tutionis,&c idem tenet Sicul.conſil.ſuo lxiij.ij. col & conſil.
laxv.vlt. colum. Alij verò dicunt quòd non poteſt in totum

tol i, ſed bene minui, vt Paulus de Caſtro conſilio ccxxij. Idem
Raphael [illegible] uig. conſi. xcv. & Rapha. Cu conſi. lxx. & Bald in l. ſi
filium C. fami. berciſ. heunt caſum eſſe quod poſſit minui in
c. Raynucius. de teſta. Et idem Bald. in l. fina. §. ipſum. C. de bo.
2 quæ liber. dicit † quòd l poteſt minui quatenus ad alimenta ſuf
ficiat: non autem vt ea non ſufficiat ad alimenta. Et pro-
pterea Sali. in præalleg. authen. nouiſſima. concludit quòd ſta-
tutum poſſit ex cauſa minuere legitimam, ſed in totum tollere
non, niſi de aliquo prouideatur per ſtatutum quòd loco legi-
timæ habeat ſuccedere: ſicut videmus in ſtatutis prohibenti-
bus fœminas ſuccedere cum maſculis & legitimam petere: ſed
3 prouidentibus vt dotentur arbitrio propinquorum. dos † e-
nim iſta ſuccedit loco legitimæ, licet diminutè. Et ſi ſtatutum
non prouideret in aliquo, non teneret tanquam irrationabi-
le: & contra omnem legem naturæ. Et iſta eſt communis con
cluſio de æquitate canonica quòd legitima poſſit minui præ-
textu conſuetudinis: [illegible] præalleg. c. Raynucius. vbi eſt tex. me-
lior de mundo, non autem in totum tolli. & idem tenet Albe-
ri. in l. quoniam in p[illegible]ribus. C. de inoff. teſta. tenet C[illegible]au. in §.
legitima. ver. j. & [illegible] tur Sicul. qui in præalle. c. Raynucius, di
ſtinguit quòd aut filius non habet vnde viuat aliunde: & ſic
proced[illegible] opi. quòd non poſſit in totum tolli. Aut habet vnde
viuat & ſic poſſit in totum tolli. & vide Ro. in præall. dec. xviij.
vbi plures ponuntur rationes huiuſmodi quæſtionem tangen
tes. Et iſtam ſecūdam partem, quòd non poſſit in totum tol-
li, vidi ſeruari in practica in pluribus nobilibus Vaſconiæ, vbi
eſt ſtatutum ſeu conſuetudo, quòd ſtantibus maſculis fœminæ
non ſuccedant ſeu dotentur arbitrio propinquorum. Adde
4 quòd † licet ſoror renuntiet fratribus hæreditatem paternam
& promittat aliquid amplius non petere, niſi expreſſè adiecia
tur quod etiam non poſſit petere legitimam vel ſupplementū
legitimæ, poterit nihilominus eandem legitimam aut ipſius
ſupplementum petere non obſtante prædicta renuntiatione
etiam iurata. vt eſt caſus & ibi doc. in l. ſi quando. §. generali-
ter. C. de inoffi. teſta. quòd eſt bene notandum ſecundum An-
ge. inſti. de inoffi. teſta. §. tam autem. in ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij ſimoniacè facta eſt nulla etiam in præiudicium reſignantis.*
2 *Electio ſi fuerit facta ſimoniacè etiam ignorante electo ipſo iure eſt nulla. [illegible] nu. 3.*
4 *Simoniacè eligentes & confirmantes ſunt ipſo iure excommunicati.*
5 *Simonia quomodo committatur.*

QVAESTIO CCCCXXXIX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] an † collatio beneficij fa
[illegible] per ſimoniacam prauitatem ſit nulla: Cōcluſum
fu[illegible] q[illegible] ſic. per no. Inn. in c. cum vniuerſorum. de
rerum permu. & Arch j. q. j. c. ordinationes. & idem
[illegible] ele[illegible]ione ſimoniacè facta. facit c. ſi al[illegible]uins. de e-
l[illegible]m Hoſtien. in præallega. c. cum vniuerſorum.
de ren[illegible]tiatione ſimoniacè facta. vt Inno. & Hoſti.
ibidem Archi. in c. dudum. de præben. in vj. in princ.
Henri. in c. ad audientiam. de reſcri. in c. quætelam.
2 de ſimo. fa. gl. in c. ſuper eo. de renun. quæ dicit † quod
1 renuntiatio beneficij ſimoniacè facta nulla eſt [illegible] e-
t[illegible] in præiudicium reſignantis.

a Adde Sicu. in cap. ex parte. de offic. delega. & Nico. Mil. in §. renuntiatione. verſicu. renuntiatio beneficij. idem re-
nentes de renuntiatione, & de collatione. & idem Sicu. in al-
3 lega. c. ſi alicui [illegible] bi[illegible] nec quod ſi electio fuerit ſimoniacè
facta etiam ignorante electo, quod electio ſit ipſo iure nul-
la. Et idem tenet Rota in antiquis deci. ccxxxv. de renuntia-
tione ſimoniaca quod ſit nulla, etiam in præiudicium renun-
tiatoris te[illegible] Ion[illegible] cen in c. tua. de ſimo. in [illegible] Idem In. And. in
c. dudum. de præben. lib. vj. allega. idem Sicu. in allega. c. cum
vniuerſorum. Et idem de collatione alleg. c. nobis. de ſimo.
quod [illegible] videtur facere contra. quia dicit quòd eſt repro-
banda. Sed [illegible] adiecitur [illegible] bum penitus, per quod
inte[illegible]igitur quod ipſo iure ſicut [illegible] m prorſus not. Hoſtien.
in c. in [illegible] quibuſdam. d. pe. & [illegible] de verbo omnino gloſſ. in
c. j. q[illegible]d met. cau. libro vj. [illegible] ſi pecunia. ff. depo. cle. j. de vita
& honeſt. cleric. c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. hodie tex. in cap.
ſicut in conſtituenda. §. deinde. de elc. in concil. Baſilien. quod
electio ſimoniaca ſit ipſo iure irrita, vbi etiam † eligentes ſi- 4
moniacè & confirmantes ſunt ipſo iure excommunicati. Et
quod dictum eſt ſuprà, quòd renuntiatio beneficij ſimoniacè
facta eſt ipſo iure nulla, exemplificare potes quòd quando fit
renuntiatio hoc expreſſo vt alteri conferatur: & ſic deduci-
tur pactum in ipſo actu renuntiationis. Nam tunc eſt ſimo-
niaca. vt voluit gloſ. j. & not. gloſ. in alleg. ca. ordinationes. in
c. dilecto de præben. & gl. in c. ex parte. de offic deleg. allega
Sed ſi hoc in actu renuntiationis non deducatur in pactum:
ſed iſtam reſignationem liberaliter & purè faciat, licet in men
te gerat vt alteri conferatur, non erit ſimoniaca. not. Inno. in
cap. tua. in fi. de ſimo. Sicul. in alleg. cap. dilecto. & c. ex parte.
Adde quòd † ſimonia committitur ſi tibi renuntio benefi- 5
cium a meum. vt tu amico vel nepoti meo renunties tuum.
not. Ioan. And. in cap. j. de rerum permut. lib. vj. & Do. ibidem
Mil. vbi ſuprà, & vide Dom. quid de renuntiatione. tenet idem
quod Archid. in alleg. cap. dudum.

1 ANDITIO. Simoniacè facta nulla eſt. Adde gloſ. magna.
cap. cùm inter. ff de electin. & glo. in l. illæ inſtitutiones, ff. de
hæred. inſti. Sicul in alleg. cap. cùm inter. ff. & Clauaſ. in verſi.
ſimoniam iij. § xxxix.

2 Renuntio beneficium. An autem renuntiatio facta per me-
tum teneat. vide do. Felin. in cap ſi verò. de iureiur

SVMMARIVM.

1 *Tempus de quo non eſt memoria, dicitur tempus centum annorum.*
2 *Laicus probans ſe decimas poſſediſſe à tempore immemoriali, non tenetur probare aliam infeudationem.*
3 *Verba enunciatiua quando faciant plenam fidem.*
4 *Decimæ ſi a manibus laici ſine ſcandalo non poſſunt auferri, ſunt dimittendæ.*

QVAESTIO CCCCXL.

ITEM fuit quæſitum. [a] olim, videlicet anno a
domini M. CCLII. lite mota inter epiſcopum Ca-
turien. & quendam nobilem ſuper quibuſdam de
cimis, quas idem nobilis illarum poſſeſſor aſſereba[illegible]
infeudatas eatenus ab eccleſia Caturien. tenu[illegible].
Epiſcopus attendens quòd idem nobilis, vt fama
erat, & quòd fama erat publica, quòd anteceſſores
ipſius nobilis de prædictis decimis fuerant infeu-
dati ab epiſcopis & eccleſia Caturien. quòd ſine
graui ſcandalo non poterant ab eodem reuocari,
pro bono pacis dictas decimas eidem nobili, & hæ-
redibus & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum perci-
piendas, & in feudum tenendas conceſsit, & quòd
illas dictas decimas poſſederat à tempore de quo
memoria non extabat cum conſenſu capituli rece-
pit hom[illegible]gium: an dictus nobilis poſsit eaſdem de-
cimas [illegible] conſcientia retinere? Concluſum fuit
quòd ſic: quia videtur huiuſmodi decimæ ſibi infeu
datæ ante concilium generale: nam † tempus de 1
quo non eſt memoria, dicitur tempus centum anno-
rum. tenet Cy. in l. ij. ix. q. C. de ſ[illegible]m. & ibi Bald. Inn.
& Ant. in c. veniens. de teſti. Spec. in tit. de proba. §.
ver. quid ſi teſtes. & habet vim tituli, c. j. de præſcri.
lib. vj. & c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. [illegible].
Sed ſic eſt quod conci[illegible]um Latera. ſecundum Ioan.
Andr. in cap. cum apoſtolica. d[illegible] coll[illegible] A[illegible]t. & ſci[illegible] o-
mnes fuit tempore Alexandri tertij videl[illegible] ct anno
domini M. CLXXIX. Patet igitur quòd idem no-
bilis eas poſſedit ante concilium, at[illegible]entis verbis ſu-
praſc[illegible], epiſcopus attendens, &c.

a Vel ſaltem ſecundum Platinam ſummo Pon. Ant. flor. ſup-
plementum Chronicarum, & Faſciculum Anno domini [illegible]

[illegible] eterea

Præterea prout dicit Ioan. An. in prælleg. c. cum apoſtolica.
2 es † quo laicus probat decimas poſſediſſe à tempore immemoriali: non tenetur probare aliam infeudationẽ: imo poteſt illas tenere ſine peccato duobus concurrentibus. Primũ quãdo eas poſſedit tanquam vaſallus eccleſiæ à tanto tẽpore &c. Secundum quòd ſit ſama quod eas habuerit ante concilium, quam opinionem tanquam æquiorẽ ſequuntur Henri. & Sic. in alle. c. cum apoſtolica. Domini. in c. ij. de decimis. li. vj. Pan. de Ca. conſi. cxxxvj. Nec ob. dicere quòd illa verba epiſcopus
3 attendens, &c. ſunt verba enunciatiua, &c. Nam etiam † verba enunciatiua faciunt plenam fidem quando enuntiant de longinquo tempore ſicut in præpoſito, tenet Ant. in c. quoniam contra. de proba. & in c. fin. de ſucceſ ab inteſta. pro quo glo. in c. cùm olim. de cenſi. & in c. cùm cauſam. de proba. Et licet Hoſt. in prælleg. ca. cum apoſtolica. Arch. & Io. Mo. in c. ij. de dec. lib. vj. teneant quòd laicus ſit incapax: nec ipſum releuet ſama cum detentione. Opinio tamen Io. And. de qua ſuprà eſt magis æqua, maximè propter ſcandalum euitandum, ſuper quo etiam ſundatur ſupradicta infeudatio. Nam ex quo laicus probat decimas poſſediſſe à tanto tempore quod non eſt memoria de contrario præſumitur quòd ante cõcilium r & præcipuè ſama laboret. ita ſicut prædictum eſt, & tenet Ioan. And. & Sic. in præll. c. cum apoſtolica. Dy. in regula iuris poſſeſſor. de reg. iur. li. vj. Do. in alleg. c. ij. de deci. lib. vj. qui dicit
4 ibidem quòd † ſi à manibus laici decimæ ſine ſcandalo non poſſunt auferri, dimittendæ ſunt. Nec ob. c. ij. de feudis. quia verum eſt vt ibi quòd prælati non debent infeudare de nouo: ſed hic non ita contingit, vnde dicit Alphu. c. j. qui feud. poſ. quòd vbi eccleſia non eſt in poſſeſſione poteſt infeudare. Nec obſtat c. ſtatuimus. de tranſac. quia hic non videtur fuiſſe tranſactio: ſed verius quædam amicabilis compoſitio quæ poteſt etiam in decimis interuenire. in eo. c. ſtatuimus. & in c. ſuper. eo. ti. Et poſito quòd tranſactio fieret, adhuc non eſſet omnino reprobanda. nam videmus quòd ſuper beneficio tranſigi poteſt etiam cùm agitur de beneficio. vt de Titulo dum tamen poſſeſſor beneficij cum titulo remaneat poſſeſſor: licet aliquid temporale det. vt in c. dilectus. vlti. de ſimo. & c. ij. niſi eſſent de præbendis. ſic fuit in propoſito. nam iſte nobilis tranſegit ſuper decimis quas poſſidebat cum titulo: ergo, &c.

1 Additio. Quod ante conſilium. De hoc vide per do. Alex. in conſ. vj. circa fi. in j. vol. ſic fuit iudicatum ſecundum iſtã regulam per venerabilem virum Do. Clau. de charron locũtenentem regium Ludg. me Io. de gradibus eius aſſeſſore. Anno domini. Mil. cccccvij. in cauſa cuiuſdam curati de patria Forenſi contra quendam nobilem dictæ patriæ.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio non requiritur ad declarationem priuationis beneficij iam a iure incurſam.*
2 *Exceſſus vbi eſt notorius, non eſt neceſſaria citatio, vel probatio ſuper facto.*

QVAESTIO · CCCCXLI.

a ITEM fuit quæſitum. a Agebatur contra † aliquẽ
1 beneficiatum ad declarationem priuationis beneficij iam incurſam à iure. an ſit neceſſaria litis conteſtatio? Concluſum fuit quòd non, quia licet ordinarius qui eſt executor canonis debeat regulariter partem vocare: & cum cauſæ cognitione procedere ſummariè, & hoc inquirere, ac pars commiſerit factum, propter quod inciderit in canonem. vt legitur & notatur in clem. pręſenti. de cenſi. in gloſſ. in cle. multorum. de pœnis. in ver. conſtituerit. & in cle. j. eo. tit. ſuper ver. commodè. per Ioan. Andr. & Pau. vbi tamen non petitur adiudicari vel auferri: ſed ſolùm petitur executio ſententiæ iuris, ſcilicet, priuatum declarari, nulla requiritur litis conteſtatio. Quia vbi proceditur ſummariè litis conteſtatio non requiritur. not. Innocen. in capitul. fin. de offic. iudic. & c. ad noſtram. de iureiurando.

a Et ita tenet in ſimili Ro. deciſ. lvij. quòd ſi petatur aliquem declarari in excommunicationis ſententiam à canone latam propter violentam manuum iniectionem incidiſſe, non eſt litis conteſtatio neceſſaria. Quinimo quod plus eſt, tenet Sicul.
& poſt eum Præpoſi. in cap. peruenit. de appel. quòd vbi † notorius eſt exceſſus, non eſt neceſſaria citatio vel probatio ſuper facto, ſed poteſt declarari, & iudex eum facere euitari: vt videtur tex. in eo. c. & idem vbicunque notorium eſt parti nullam competere defenſionem, quòd non requiritur citatio: vt voluit idem Sicul. in cap. cùm ſit. eodem tit. & in cap. cùm olim. de re iudic. Angel. in l. idémque. §. ſi tibi. ff. qui potio. in pigno. habean. & Imol. dicit eſſe caſum in cap. propoſuit. de appel. vbi autem exceſſus non eſt notorius, debet iudex prius illum vocare: & eo præſente recipere probationes ſuper facto & poſtea conſtituto de facto illum declarare incidiſſe in ſententiam iuris, vt probatur per tex. in ca. cùm ſecundum leges. de hæred. libro vj. & in l. eius qui delatorem ff de iure fiſc. & ibi per Bartol. & in gloſ ſuperius alleg. Adde Nicol. Mil. §. citatio. verſicu. citatio. ſicut non requiritur in ſententia iuris, vbi pœna ipſo iure infligitur: ita etiam non exigitur in ſententia hominis pœnam iuris inferentis ſeu declarantis. quod intellige quo ad promulgationem ſententiæ. Sed ſi vellet ad executionem procedere, & negaretur, ex quo pœna à iure intelligitur: tunc ad ſententiam declaratoriã illius actus facti exigitur partem citari, not. Ant. in ca. repræhenſibilis. de appel. tenet expreſſè Lud. Roma. conſil cccclxxxij & ibi vide Mil. vbi §. & duobus. verſic. ſeq. Ab hac tamen declaratione poterit appellari, nam licet à ſententia iuris non appelletur. vt in cap. quia nos. de appel. & in l. ſi qua pœna. ff de verb. ſigni. poteſt appellare à ſententia iudicis declarantis illum incidiſſe in pœnam iuris: quia illa declaratio eſt ſententia iuris, & non hominis. ad quod glo. no. in cap. cupientes. § quòd ſi per viginti. in verſic. priuatos. de electio. libro vj. & ibi Dominic. idem Sicul. & Præpoſi. in alleg. c. peruenit. & Rota vbi ſuprà. Adde ſcripta per Felinum Sande. in c. Rodulphus. de reſcript. vbi latiſſimè proſequitur quando quis ſit citandus, quando ſit declaratoria pœnæ incurſæ. & an & quando poſſit appellari à tali ſententia declaratoria: & ibi vide.

QVAESTIO CCCCXLII.

ITEM fuit quæſitum. a 1 An reſcriptum impetratum in cauſa appellationis à correctione, valeat, a
ſi non faciat mẽtionem de cauſa, propter quam corrigitur? Concluſum fuit quòd non, per dictum ſingulare, Innoc. in cap. ad noſtram. de appel. alle. ca. dilectus filius. de reſcrip. & cap. ſuper eo. de cohabit. cleric. & mul. Nam non expreſſa illa cauſa non poſſet cognoſci an modum excedat: & ſic an appellatio ſit friuola vel ne. 1

a Idem tenet Sicul. Bald. & Præpoſi. in alle. cap. ad noſtram. in fine. Et tenent a communiter doct. nam cùm appellatio à correctione ſit prohibita, niſi certis caſibus: vt ibidem: ergo in appellatione debet cauſa exprimi, vt appareat an ſimus in caſu conceſſo. c. Romana. §. ſi autem, eod. tit. lib. vj. not. in c. quod ad conſultationem. de appellat. & cap. conſuluit. ij. & ibi caſus, ſecundum Sicul. 2

1 Additio. Item fuit quæſitum. Vide Gui. in deciſ. Gratianop. q. ccccxvj.

a Et tenent. Idem tenet do. Feli. in d. cap. ad noſtram. in fi. in verſic. circa appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio vacante nemo recipitur in monaſterium.*
Niſi aliter obſeruetur de conſuetudine.
2 *In generali conceſſione facta vicario, non venit collatio beneficiorum.*
3 *Iuriſdictio ordinaria quando dicatur delegata.*

QVAESTIO CCCCXLIII.

ITEM fuit quæſitum, a An teneat profeſſio 1 facta in manibus alicuius ſpecialiter ad hoc deputa- a
ti per vicarium generalem abbatis: cui vicario 1
etiam abbas ad partem ſpecialiter commiſerat receptionem dictæ profeſſionis? Concluſum fuit quòd

non: quia ex quo iſte vicarius ad partem habuit iſtá poteſtatem, ipſam tanquam delegatam non potuit ſubdelegare. iſtud ſatis colligitur & no.per Io.And. in addi. Spe.tit.de offic.deleg. ſuper rub. cùm ergo iſte ſit delegatus ab alio, quàm à principe, non potuit hanc facultatem ſubdelegare:maximè in iſto caſu:tum quia ſibi nudum miniſterium erat conceſſum: tum quia per verba appoſita in delegatione erat electa induſtria perſonæ. ad quod tex.in c.ſi. §.j.& ij.de offi. dele. Nec vicarius etiam vt vicarius poterat dictam profeſsionem recipere:quia ad hoc vt profeſsio teneat ſex requiruntur. Et inter alia quod fiat ei qui poteſt incorporare religioni ſecundum Inn. in c.porrectum.de regularibus.

a Idem Sicu. in eo.c. item quòd prælatus recipiens talem profeſsionem requirat conſilium capituli: aliter non valet, ſecundum Io.And. Sicu.in c.ad apoſtolicam.de regula. Et licet teneatur ſequi conſilium ipſorum, ſecundum eundem Io.An. & communiter doc.tamen niſi requirat, actus eſt nullus: vt
1 patet in c.nonit.iuncta glo. de his quæ fiunt à præla. Vnde † vacante monaſterio nõ poteſt aliquis recipi: vt in ſimili dicimus de collatione ſpectante ad epiſcopum. vt in capitulo vnico, ne ſede vacan. libro ſexto, iuncto capitulo ſi de reg. co. libro. Niſi tamen aliud obſeruaretur de conſuetudine legitimè præ-
2 ſcripta, vt in alleg.capi.fin. Sicut ergo † in generali conceſſione facta vicario non venit collatio beneficiorum. c.ſi.de offic. vica.eo.lib. ſic non veniet poteſtas aliquem recipiendi ad profeſſionem regularem. Si ergo vicarius hoc per ſe facere non potuit, nec eius cõmiſſus maximè, quia non requiſiuit conſiliũ conuentus. ſicut facere tenebatur. ad quod not.per Spec.ti.de ſtatu monachorum, verſ.xix. per Domi.in all.c.ſi.de regu.lib. vj per Clauaſ.in §.profeſſio. Adde quòd vbicunque alteratur in commiſſione poteſtas ordinarij efficitur delegatus, ſecundum doc.in capitulo, licet, de officio. ordina. & dicit Dom. hoc eſſe bene notandum propter commiſſiones quæ quotidie fiunt officialibus per dominos, & dicit Imol. iſtud eſſe magni effectus propter appellationem interponendam. Et dicit Petrus de Ancha. in capitulo hi qui, de præbendis libro
3 ſexto, quòd † vbi aliquid additur vel detrahitur iuriſdictioni ordinariæ: tunc dicitur delegata, per gloſſam fin. vbi propter quam dicit ipſe, & ibi ſequitur Domi. ad fin. quòd ſi papa dat alicui ordinario poteſtatem ſuper hæreſi procedendi contra exemptos, poteſtas dicetur delegata: de quo latius per Do. poſt Lap.in c. ij.v.colum.de offi.vica lib. vj. vbi idem tenet: niſi iſtarum à principio committerent cum clauſula generali quo ad alia in eodem mandato vt per Ioan.An.in addi. Spe.vbi ſuprà, & hoc modo debet intelligi Rot. deciſ.vij. vbi dicit quòd à collatione facta per vicarium virtute ſpecialis mandati appellatur ad epiſcopum: quia vicarius in hoc cenſetur delegatus: facit no.per Ioan.And.in c.dilecti.de appel. per Archi.c.ij.de conſue.lib.vj.& Io.And. Pau.Zenze. & Guli. in cle.ij.de reſcript. Et quo ad huiuſmodi articulum quando per commiſſionem factam ordinario cenſeatur eſſe delegatus vel ne, vide per Siculum & longè melius per Fede. Sen.in alleg. c.licet de offi.ordi.

1 Additio. An teneat profeſſio, &c. Vide Rotam deciſio.cccccij. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Canonicum habens titulum poteſt poſſeſsionem propria authoritate apprehendere. & nu.4.*
2 *Confirmatio habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*
3 *Emptor non poteſt propria authoritate poſſeſsionem rei venditæ accipere.*

QVAESTIO CCCCXLIIII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An † habens canonicum
1 titulum in beneficio poſsit illius poſſeſsionem propria authoritate apprehendere. Concluſum fuit quòd ſic, per no. Innocen.Hoſti.& Ioan.Andr.in c. tranſmiſſa.de ele. vbi dicit Innocen. quòd poſt confirmationem ſine alia poſſeſsione, inſtallatione, vel inueſtitura ſtatim poteſt electus confirmatus, vel per annulum inueſtitus adminiſtrare in temporalibus & ſpiritualibus, in iudicio & extra, vt in eo.ca. tranſmiſſam.c.noſtri.& c.qualiter. eod.tit. de iudic. cap.cùm deputati.de tranſlat.cap.j. Et dicit Io.Andr. in alleg.cap.tranſmiſſam. hoc habere locum in omnibus eccleſiaſticis perſonis adminiſtrationem habentibus, quorum aliqui confirmantur: vel aliquid interuenit quod loco confirmationis habetur. Sicut inſtitutio vel inueſtitura, quam recipiunt ab ipſo, vel inferiori prælato, ad quem ſpectat. de conceſſ. præbend.cap.poſuit. & quod ibi Ioan. Andr. in nouel.poſt Innoc.& de his quæ fiunt à maio. par. cap. cap.ex ore. hoc idem not. Innoc. in cap. cùm ſuper. de cauſa poſſeſſ.& propriet.

a Idem videlicet quòd habens canonicum titulum poſſit authoritate propria apprehendere poſſeſſionem beneficij, tenet Nicol.Mil.in §. poſſeſſio. verſicu. poſſeſsionem beneficij.&c. contrarium tenet Petrus de Anchar.xxxvij. & ſequen. col.in regu.iuris ſine poſſeſ. de re.iur.lib.vj. & ſequitur opin. Archid.poſitam in cap.eum qui.de præben.eo.lib. vbi plus tenet, quòd ſi quis propria authoritate apprehendit poſſeſſionem prælaturæ, perdit ius quod habet in eadem, per illum tex.in §.j. Confirmatio † enim habeat vim ſententiæ diffinitiuæ, licet minoris efficaciæ, quo ad quædam, iuxta nota. in 2
cap.fin.de elect.eod.lib. Sed licet quis habeat ſententiam pro ſe etiam ſuper beneficio, non debet propria authoritate poſſeſſionem illius occupare. Sed à iudice peti executio, vt c.veniens. de teſti.& iuxta illud quod legitur & not.in c.in literis. & c.quærenti.de offi.deleg. & c.cum noſtris.de conceſ.præb. per Innoc.& in l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.l.miles. §.iudicati.ff. de re iudic. Similiter † nec emptor poteſt authoritate 3
propria rei venditæ poſſeſſionem accipere. l. ſi ex ſtipulatione.ff.de acquiren. poſſeſ.per Bar.in l.prædia. & l.fundi venditor.eod.titu. aliás punitur pœnis, de quibus in dictis iuribus not.Per.de Ancha.in cap.paſtoralis.de priuileg. vnde Sicul.in præalleg.cap.tranſmiſſam. & Domi.in præalleg.cap.eum qui. ſecundo reſpon.pro concordia diſtinguunt quòd aut alius eſt in poſſeſſione prælaturæ (licet iniuſtè) & tunc non eſt licitum confirmato ſeu prouiſo adminiſtrare, niſi prius inducatur legitimè in poſſeſſione: quia ſecus faciendo eſſet ſpoliare poſſeſſorem authoritate propria, quod non licet: vt in d.cap.eum qui. & ſecundum Arch.& Dom.ibidem hoc caſu caderet à iure ſuo. Aut † prælatura vacat, ita quòd eſt nemo in poſſeſſio- 4
ne illius tanquam prælatus: & tunc procedit opinio communis, vt poſt confirmationem ſeu inſtitutionem licitum ſit adminiſtrare, & poſſeſſionem propria authoritate apprehendere: & ſic procedit etiam gl.in præalleg.ca.eum qui. ſecundum do.ibidem, vt non perdat hoc caſu ius quod habebat in beneficio. Adde quòd pœna d.cap. eum qui. non habet locum ſi quis ingrediatur poſſeſſionem beneficij per violentiam factam iudicis authoritate, ita tenet Io.Andr.& do.ibid. quæ quidem pœna infertur ipſo iure. Oportet tamen ſecundum Archid. illud declarari per ſententiam iudicis, quòd ſic occupauerit. idem Domi.poſt Ioan.And. Adde etiam pœnam dicti cap. locum habere: licet poſſeſſor non dimiſerit poſſeſſionem per ingreſſum alterius, ſed continuauerit ſibi illam. ita Dominic. in eod.cap.poſt Lap.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ cancellariæ habent vim legis, & ſunt ſeruandæ, præſertim viuente eorum conditore, & numero 4.*
2 *Regulæ cancellariæ ligant poſt earum publicationem factam in curia.*
3 *Papa non debet habere pedes plumeos, ſed plumbeos.*

QVAESTIO CCCCXLV.

ITEM fuit quæſitum.[a] An regulæ cancellariæ habeant vim legis, & à quo tempore ligent? Ad primum fuit concluſum † quòd habent vim legis, & ſunt ſeruandæ, præſertim viuente earum conditore, & vbi non ſunt cõtrariæ iuri communi, & decretis a 1

ſacrorum conciliorum.xxv.q.ij. inſtitutionis.c. j. de
conſti. quod no.Ioan.An.in c.nemo poteſt.de regul.
iur.in ſexto,in merco. Quo ad ſecondum: videlicet
2 à quo tempore ligent? Concluſum † fuit ſufficere
generalem publicationem in curia.ita tenet Io. Mo.
in reg.iur.in generali. de reg.iur. lib.vj.Io.An.ſuper
data eiuſdem libri.Inn.& Paul.de Leaza in prooem.
3 elem. idcirco dicit Ioan. Mo. vbi ſuprà † quòd pa-
pa non debet habere pedes plumeos: ſed plumbeos;
& eſt quaſi immobilis ſtabiliſque manens dat cun-
cta moueri: ideo eius ſtatuta non ſunt ſingulorum
auribus inculcanda.c. j. de poſtu. præla. idem Hen-
ric.in c.cognoſcentes. de conſti. dicens non opor-
tere conſtitutionem papæ in omnibus prouinciis
publicari.& auth. vt fa. no. conſti.col. v. loquitur in
Imperatore qui diſcurrit huc vel illuc per prouin-
cias: non ſic de papa.

a De hoc per Ant.in proœ.cle.in ver.de cætero.Nico. Mil.
in §.lex. verſic.ij.idem tenere videtur per Pet.de Ancha. con-
4 ſi.cccxcvj.& conſi.cccxcviij. vbi † dicit illas vim legis habere ſed
non eſſe conſtitutiones generales:ſed ſolùm derogatorias vo
luntatis conditoris illarum.& expirant per mortem niſi con-
firmētur.idem tenet Pet.de Anchar.in repeti.c.j de conſti.per
commentat.pragma.titu.de colla. c. item quia multiplices. in
ver.regulas.Fran.de Zaba.& Imo.in c. paſtoralis. de fid. inſt.
Fran.de Paui.in extrauag.Io.xxij. Iſtud videtur ſatis dubium,&
videtur æquius quàm non ſufficiat eas publicari Romæ: niſi
etiam publicentur in prouinciis:vt in auth.præalle.vbi expreſ-
ſè dicitur de tempore poſt publicationem in prouincia. & in
iure canoni.non inuenitur oppoſitum: quinimo videtur text.
quod ſi idem:vt in alleg.c.j.de poſtu.præla.& in c. fi. xvj. di.
ſa.tex.in ti.de concubina concilij Baſili.& hoc idem tenet cō-
mentator ſuper verbo cathedralibus & fa.no. per Bar.in præ-
alle.auth.quod etiam ſequi videtur Sic.in all.c.cognoſcentes.
& tenere videtur Nico.Mil.vbi ſuprà. Idem Clauaſ. in §. lex.
ver.xiij. Et ita cōſului aliàs ſuper hoc conſultus. Quoad prin-
cipalem quæſtionem. an regulæ cancellariæ ſint conſtitutio-
nes generales. Adde Car.conſil.c.incip.redemptoris & feli.in
c.ij.de reſcrip.pe. col. Adde quòd in iſtis conſtitutionibus &
regulis cancellariæ quando quis præſumatur illarum habere
ſcientiam. Sicu.& poſt eum doc. in alle. ca. cognoſcentes.di-
cunt illud eſſe arbitrarium,& vide ibidem per Sicul. & Pet. de
Ancha.in repeti præalle.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Introductio appellationis includit in ſe proſequu-
tionem.*
2 *Appellans non tenetur fidem facere iudici de præ-
ſentatione ſeu proſequutione.*
3 *Procuratoris malitia non nocet domino.*

QVAESTIO CCCCXLVI.

a ITEM fuit quæſitum.[a] ſi appellanti per iudicem
à quo fuerit certus terminus præfixus ad proſe-
quendum & introducendum, ſufficiat intra illum
terminum mittere nuntium ad iudicem ad quem
cauſa introducendi. Et concluſum fuit quòd ſuffi-
cit itineris arreptio ad ſatisfaciendum termino ad
appellationem proſequēdum præfixo.pro quo text.
in c.cum cauſa.de re iudi.& ita tenet Spec.ti.de ap-
pel.§.nunc breuiter.circa fi.licet ibi Io. And. videa-
tur tenere contrarium in addi.

a Idem quòd Spe.tenet Old.conſi. lx. incipi. eſt tempus. in
princi. Idem Sicul.& præp.in cap. perſonas. de app. Et iſta eſt
communis opi.quod intellige ſecundum eoſdem Sic. & Præ-
poſ. & Rot. deciſi. clviij. quando terminus ſtatuitur à iudice
extra curiam, vel iudex ad quem eſſet extra locum vbi eſſet
appellatum. Nam ſi eſſet in eodem loco: quia in curia non
eſſet illi ſatisfactum per ſolam itineris arreptionem. Sed re-
quireretur maior diligentia in proſequendo. puta quod adeat
ipſum cancellarium. Nec obſtat dicere quòd in quæſtio-
ne noſtra terminus fuerit aſsignatus copulatiuè ad proſe-
quendum & introducendum, quia † introductio includit in 1
ſe proſecutionem: & ſic copula propriè ſtare non poteſt,cùm
de natura copulatiuè ſit copulare omnino diuerſa. vt no. glo.
in rubr.ff.de iur.& fa. igno. tenet Sicu. & Feli. in c. ij. de re-
ſcrip.Imo. copula appoſita inter duo,quorum vnum de ne-
ceſſitate ineſt alteri,facit ea in vnum reſolui: vt ſit ſenſus ad
proſequendum & introducendum, id eſt, ad proſequendum
introductionem ipſius appellationis,ar.eorum quę no. in l. j.
ff.de pac.faciunt no.per Sic. & Præp. in c. ex inſinuatione. de
appel. & quæ ſcripſi ſuprà q.cccc xxiiij. Et ſic videtur ſufficere
quòd appellans fuerit proſecutus appellationem, licet eam
non introduxerit.Et maximè quia licet iudex à quo poſſit ſta-
tuere terminum breuiorem termino iuris ad appellationem
proſequendam,non tamen inuenitur quòd poſſit ſtatuere ter
minum ad introducendum vel intimādum ipſam introductio-
nem,præſertim vbi appellans non conſentit ſed contradicit.
vnde Sic.in alle.c.perſonas.dicit † quòd appellans non tene- 2
tur fidem facere iudici de præſentatione ſeu proſecutione,per
c.ſi à iudice.de appella.lib.vj.vbi dicitur quòd appellans non
tenetur comparere coram iudice à quo: niſi quo ad audien-
dum reuocationem grauaminis. Si tamen pars non contra-
dixiſſet, imputaretur ſibi reſpectu executionis fiendæ,ſi non
fecerit fidem intra terminum, quia poterit iudex verſimiliter
cogitare appellationem deſertam, iuxta not.per Innocen. in
c.ex ratione.de.appel. Sed per hoc non erit appellatio deſer-
ta. ex quo in veritate proſecutus fuit in termino, pro quo
bene faciunt no. per Ro. deci. xcvij. & clviij. alle. & quod te-
net Lap.cle.j.de app.& idem per Fran.de Zab.& Pet.de Anc.
ibidem. Et nihilominus ſi talis appellans intra prædictum ter-
minum iuſtè fuerit impeditus vel propter infirmitatem nūcij,
aut propter inopiam vel tempeſtatem.v.q.iij.c.ſi ægrotans. c.
cùm dilecti.de do.& contu.l.præſes.C.de ap. Iſtis caſibus ap-
pellans ipſo iure ſeruatus illæſus,adeò quòd ſibi competit ſe-
cundus annus: vt tenent Inno. Sic. & Præp. in c. ex ratione.
de appel.idem Spe.tit.de app.§.nunc breuiter. circa prin. & ſu-
prà,q.cccxxj.vbi vide:idem Rota præal.deci. clviij.Bal.in alle.
l.præſes.& ibi Sal.Io.An.in add. Spe.ſuper rub.Et ſi huiuſmo-
di impedimentum per teſtes probari non poſſet, ſtaretur iu-
ramento ipſius,ſecundum Spec.vbi ſuprà.verſic.quid ergo. &
Sali.in præalleg.l.præſes.& Ro.vbi prox. ſuprà.vbi † plus te- 3
net quòd ſi intra terminum dominus miſit procuratorem qui
non iuit: ſed dominum decepit:quòd eius malicia non debet
imputari domino: & ita dicunt tenuiſſe Archid.in capit. vni-
co. ne ſe. va. libe. aj. pro quo bene fa. præallega. le. præſes.
Et ita fuit deciſum in cauſa vxoris contra viduam Ioannis
de ſancto Paulo.

SVMMARIVM.

1 *Bladum habens in horreo tempore charistiæ com-
pelli poteſt ad vendendum.& nu.3.*
2 *Ruſtici & agricultores compelli poſſunt venire ad
ciuitatem ad vendendum.*

QVAESTIO CCCCXLVII.

ITEM fuit quæſitum,a An † habens in horreo a
bladum poſsit cogi ad vendendum? dic quòd ſic, 1
ſi ſemel illud venale expoſuerit,& eſt ſpeciale in vi-
ctualibus, cùm aliàs quis non cogatur rem ſuam
vendere.l.j.§. cura carnis.ff.de offic. præfec.vr. & l.
j.C.de epi.aud.& ibi Cyn.Hoſtien. & doc. in c. j. de
empt. & vendi.

a Tu vero dicas latius poſt Barto. in d.l.j.§.cura carnis.& in
l.in annonam.C. ad l.iu.de anno. & Sicu. & Bart.in alleg.c. j.
de empt.& vend.Bald.& Salic. in allega.l.j.C. de epi. audien.
An † quis cogatur vendere, aut loquimur quoad victualia, 2
quo ad ruſticos, & iſtos agricultores: & tales compelli
poſſunt venire ad ciuitatem ad vendendum. Iſte eſt caſus
ſingularis in l. ij ff. de nundi. vbi ponitur authoritas Plato-
nis, de quo loquitur imperator. l.fi.in prin. C.de iure delibe.
Aut loquimur quo ad ciues, & tunc ſi expoſuerunt iſta ad ven
dendum, poſſunt compelli, vt iuſto pretio vendant. Et eſt
ſpeciale in iſtis victualibus.ſa.dictus §.cura carnis l.fi.§.item.
ff.de mune. & honori.& quod habetur in d. l. annona, & in
d.l.j.C.de epi audi. in iſtis enim quæ ſunt neceſſaria ad vitam

hominis poteſt ſuperior ſtatuere iuſtum pretium. Nam in-
tereſt ſuperioris prouidere ſubiectorum neceſſitatibus. Et in
iſtis ſecundum Sic. debet intelligi d. c.j. de emp. & vendi. Ex
quo infertur quòd cùm vita hominis duci non poſſit ſine ve-
ſtimentis & ſine hoſpitio quòd etiam in domibus aptis ad lo-
candum, & pannis poſſit ſtatui certum pretium ſecundũ Sicu.
in co.c.in aliis vero rebus quæ non ſunt neceſſariæ ad vitam
hominis quis non compellitur vendere certo pretio: ſed quiſ-
que rei ſuæ moderator exiſtit, l.in re mandata. C.man.& l.du-
dum.& l.inuitum.C.de contrahen.empt.& c.de his, de ſepult.
Addi.Bar.vbi ſuprà ſimile de eo qui tenet hoſpitium, quia nõ
poteſt recuſare hoſpites.l.j.§.ſi & ibi Bart.ff.ſi iur.aduer. nau.
Et quod in ſimili dicit Bar.de notario publico qui tenetur ac-
ceptare roga.facit quòd dicit Albe.de roſa. in iiij. parte ſtatu.
q.xlviij.de eo qui cognouit per violentiam mulierem facien-
tem quæſtum ſui corporis publicè, vt not. poſſit puniri de iſta
3 violentia. Si † verò non expoſuit victualia ad vendendum &
eſt cariſtia in ciuitate poteſt habens frumentum & huiuſmodi
1 compelli 1 ad vendendum etiã pretio viliori.l.ſi vendentes.§.
ſi quid.ff.de vſuſr.& ibi vide Bal.& Bar.in §.cura carnis.& Flo.
in eo.§.ſi quid.& Ang.in l.j §.cum in eadem.ff.ad l.Rho.de ia
ctu.& Hoſti.& doc in præalle.c j.qui alle.in arg.c.iij.de fur. c.
licet.de fer.& Lud.Ro.in l.ij.ff.ſol.ma.& Bar.in l ſi. ff.ad l. iul.
de anno.& quod ipſe no.in l.j.C.nequis ſe in empti.ſpecie ex-
cuſet.lib.x. dum tamen fiat hoc generaliter contra exuberan-
tes & non compellatur vnus ſolus. quia ſtatutum ſuper hoc
generale fieri debet quòd omnes comprehẽdat ſecundũ Bar.
in l nemo.C.vnde vi. Si verò non ex cariſtia, tunc compelli
poſſunt per ciuitatem aut ſuperiorẽ huiuſmodi victualia ven-
dere, iuſto tamen pretio contento in ſtatuto generali ſecun-
dũ Bar.in d. §.cura carnis. Sic.& Barba.& doc.in alle.c.j & vi-
de caſum ſingularem in d.l.j.vbi ciuitas poteſt, ſi habet multa
frumenta, cogere ciues ad emendum ſecundum Barb.vbi ſu-
prà. Adde hic quæ dicit Angel.Aret.in §. ſi. inſti.de dona. vbi
concor.cum præcedẽ.& quòd poſſint ſubdiri ob neceſſitatem
reipublicæ vrgeri ad deputandum eorum nemora aut molen-
dina ſeu alia vſui publico recepta competenti mercede.ff.com
munia præd.l.venditor.§.ſi conſtat.fac.ff.de rei vendi.l.item
ſi verberatum.§.j.tenet Angel.conſ.ccvj.

1 Additio. Compelli. Adde quòd pauperes poſſunt im-
plorare officium ſuperioris vt cogant diuites ad victualia
communicanda: pro quo glo. in c.ſicut hi.xlvij. di. Et ita te-
net Sicu. in allega.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Mercator recipiens pecuniam ad partem, ſi patia-
tur damnum, naufragium, incendiũ vel quid ſimile
infra quod tempus teneatur ea probare.*

2 *Exceptiones omnes ſunt perpetuæ.*

QVAESTIO CCCCXLVIII.

a ITEM fuit quæſitum a, quidam Sempronius
mercatori cuidam pecuniam ſuam ad partem & dã-
num dedit: ſucceſſu temporis mercator dicit dam-
num ſuſtinuiſſe furti, videlicet, incendij vel ſimiliũ,
intra quod tempus tenetur, idem mercator præmiſ-
1 ſa probare 1? Et apud quem, & an neceſſe ſit partem
citari? Et quo ad primum Bar. in l. ij.C. de naufra.
1 li.xj.ex illa l.colligit arg.mirabile, quòd † fidem fa-
cere debeat intra annum, de damno furti, rapinæ,
incendij, vel ſimilium: aliàs non ſit audiendus. Cui
cõgruit quod mercator debet reddere rationem omni
anno.vt C.de ſuſce.& arca.l.neminẽ.li.x.& ibi Bar.
ergo intra annũ debet facere fidem. Ad ſecundum
Bar.in præalleg.l.ij.concludit mirabilem practicam.
quòd in loco vbi patitur quis aliquem caſum, faciat
examinari teſtes, de caſu, & illæ probationes poſtea
facient fidem coram iudice competẽti.& de hoc eſt
ibi caſus. Ad tertium ſimiliter Bar.in all.l.ij. conclu-
dit ex illo text. aliud mirabile, quòd in tali teſtium
examinatione ſeu receptione non ſit neceſſe partem
vocari. Et ſic poteſt intelligi. ff. de excu.tu.l. ſcire o-
portet.§.ſufficit.vbi dicit quòd ſufficit probare ca-
ſum ex naturali iuſtitia: hoc eſt, ſecundum ius gen
tium, quo in ore duorum vel trium ſtat omne ver-
bum, non attenta ſolennitate ciuili. & vide quod
ibi dixit idem Bartol. & quod not.per Guli. de Cu.
in l. ij. §. quod dicimus.ff. ſi quis cautio. idem tenet
Barto.ibidem.

a Idem Bar.Ioan.de Pla.& Iaco.Rebu.in alleg.l.ij. & dicunt
quòd licet præall.l.ij.ad prædicta faciat in argumentum: id ta-
men non ſi. mant. Nam allegatio caſus ſit per mercatorem ad
ſuam defenſionem: modo, defenſiones ſunt perpetuæ regula-
riter, vt l. pure.in ſi.ff. de doli exceptio. & l.licet.C.de excep.
Et ideo de conſuetudine in cõtractu apponitur pactum quòd
mercator probet caſum intra certum tempus. ita dicunt præ-
alle. Bar.Io.de Pla.& Iaco.Rebu.Quinimo Angelus in præall.
l.ij. dicit illud vltimum Bart. videlicet quòd poſt annum non
auditur, non eſſe verum: quia ſecundum hoc ſequeretur
quòd actio de naufragio eſſet perpetua & exceptio eſſet tem-
poralis, quod eſt falſum: & cõtra omnes regulas: quia † omnes 2
exceptiones ſicut prædictum eſt, ſunt perpetuæ: vt in lege
præalleg.pure.& ad præalleg.leg ij.dicunt prælibat. Bart. Ioan.
de Pla.& Iaco. Rebu.quòd illa l.procedat in caſu ſpeciali fa-
uore fiſci in ſuſceptore ſpecierum publicarum, vt videlicet te-
neatur ad earum amiſſionem intra annum probare. Secus in
priuato. Idem tenuerunt ibidem Ioan.de Pla.Iac.Rebu.Alex.
de Imo. Et idem Imo.dicit hoc ſemper eſſe verum vbicunque
neceſſitas imminet teſtes examinari à parte propter periculũ
mortis vel abſentiæ in loco longinquo.& allega. conclu. do.
de Ru.conclu.ex.in antiquis.& hoc ſequi dicit Ludo. in l.iiij.
fallen. alleg.dictum tex.& per iſtam limitabis no.in l. cùm hi.
§.tranſactionis.ff.de tranſac.& quod ibidem addidit idẽ Imo.
poſt Bar. Et ſimiliter ſi teſtes ſunt affuturi: vel de morte ſuſpe-
cti, & ſuper articulis à iure reprobatis, vel repulſis, quia malè
formati, vel poſt terminum producti teſtes erunt per iudicem
examinandi, ſecundum Rotam.concl.cviij.in nouis, quod di-
cit Ludo.Ro.vbi ſuprà eſſe notandum: & idem Imo. in præall.
l.ij.Idem de Pla.& Rebuſ.in præalle.l.ij. Et ſic caſus naufragij
vel infirmitatis, aut alterius impedimenti debet probari per
teſtes.vt in allega.l.ij. & in d.§ ſufficit.& l.teſtium. C.de teſti.
Quandoque tamen ſecundum qualitatẽ & conditionem per-
ſonarum poteſt probari per ſolum iuramentum. vt tenet Spe.
in tit.de app.§.nunc breuiter.verſi. quid ergo, de quo per Bar.
in allega.§.quod dicimus.& d.§.ſufficit. & ad huiuſmodi pro
bationem caſus per teſtes admittentur domeſtici & familia-
res in ſubſidium. ita voluit de Pla.in præallleg.l.ij. & vide per
eum in l.iij.C.eo.tit.& lib.

1 Additio. Præmiſſa probare. Vide Gui.pa.conſ.xxxvij.
incip.dubius eſt caſus.ad fin.vol.j.

QVAESTIO CCCCXLIX.

ITEM fuit quæſitum. a Nunquid canonici ec- a
cleſiæ Tholoſanæ, qui ſunt regulares ordinis ſan-
cti Auguſtini poſsint in eorum domibus infra ſe-
pta eiuſdem eccleſiæ tenere mulieres ætate prouе-
ctas, 1 honeſtas, omniſque ſuſpicione carentes, quas 1
matres appellant, obſequiorum honeſtorum præ-
ſtandorum cauſa? Et fuit concluſum quòd non in-
ſpecta regula beati Auguſtini & iuris communis
diſpoſitione. nam monachi omnino mulieres acce-
dere non debent: nec mulieres monachorum cõma-
tres fieri, xviij.q.ij.c.peruenit.c.diffinimus. cũ aliis
ſeq.& de conſe.di.iiij.c.nõ licet.& c.monachi. quin-
imo nec monachis cum ſanctimonialibus licet ha-
bitare: vt in præalleg.c.& diffinimus. Ad quod fa-
cit.c.vxoratus.in ſi.de conuer.coniug.vbi fratribus
ſancti Ioannis Hieroſolimitani prohibetur aliquam
ſecum mulierem habere: quod etiam videtur voluiſ-
ſe gloſſ.in authen.epiſcopo.C. de epi. & cler. & ibi
Ioan.Fabr. Et nihilominus eſt ibidem text. de epi-
ſcopo, & in authen. de ſan.epi.§.epiſcopum.coll.ix.
& gloſſ.in c.legitur.lxxxj.diſt.quod expreſſè tenent
Goſ.

Goſ.& Hoſtien.in ſum.tit.de coha. cler. & mu.§.ij. in fi.quamuis enim bona mulier, conſanguinea,vel affinis, aut ext. anea, religioſa, vel alia diligenda ſit nimia tamen familiaritas & cohabitatio reprobat xviij.q.ij.c.pernicioſam. vnde Hiero. ſi cùm viris cohabitent fœminæ, non deerit vicarius diaboli: quòd bene probatur in c.veniens. de eo qui cog. conſan.vx.ſuæ §. deinde. propter quòd valde periculoſa eſt ſexuum commixtio: vt in c. muliere. de iudi.lib.vj. Et Hiet. xxij.di. hoſpitiolum tuum raro aut nunquam mulierum pedes terant: quia non poteſt dignè cum Deo habitare, qui fœminarum acceſsibus delectatur. Et de beato Augu. legitur, quod non conſenſit habitare cum ſorore ſua.lxxxj. di. legitur. Nam cohabitatio earum ſæpe intercipit adulterium.l.occaſionem.in præalleg.c. diffinimus. Ait enim Chriſ.in ſermone. de Cananea quòd mulier eſt caput peccati, arma diaboli, expulſio paradiſi: corruptio legis, a qua ſi cauere cupis, fuge iſtã, quæ vt ſerpés inficit & venenat: hinc tactus earum maxime ſunt euitandi. vnde Hoſti. in tit. de eo qui co.conſan.vx.ſuæ. Ni ſugias tactus vix vitabitur actus. quidam enim præsbyter ſuam preſbyteram vt ſororem agebat, ſed quaſi hoſtem cauens eam ad ſe propius accedere non ſinebat. xxij. di. præsbyter quidam, ad idem, de præſum.c.cum in iuuentute. mulierum etiam viſu & aſpectu caſtitas plerunque deperditur. xxxij. q.v. oc. ſolo.exemplum dedit in viſu Berſabeæ.& dominæ multum reſpicientis in Ioſeph.Et ideo vt dicitur.vj.q.j.c.ex merito officium ſingulorum ſit oculos habere caſtos. quare nec clericus ſecularis aliquam in domo mulierem, etiam antiquam, ex qua ſuſpitio poſsit oriri tenere debet. Nam ſæpenumero mulierum antiquarum occaſione iuuenes ſubintrant. ad quòd gloſſ. iuncto tex.io c.j.de coha.cle.& mu.& glo. in præalleg. c. legitur. vbi dicit Archi. præallega. c. aſſumptum. & regula beati Aug.vbi legitur, quòd beatus Aug.cum ſorore habitare recuſans, dixit, non omnes quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ ſunt.& beatus Greg. in præalle.c.peruenit.ad tollendum familiaritatem, prohibuit ne monachi cõtra matres ſacerent. quòd extendi debet,& locum habere etiam in canonicis regularibus: quia iura loquentia de monachis locum habent in canonicis regularibus. de qne gl.no. xvj.q.j.cap.monachi.de ſta.mona.c.ij. cle. in pleriſque.de elec. glo. de conuer. coniu.c.conſuluit.xxxij. q.j. c.præſens clericus.vij. di. ſanctam quippe.quod tamen eſt intelligendum in his,quę concernunt religionem,& idẽ Hoſt.in ti.de ſta. mona. §. in quibus conueniunt. Et quòd iſtis canonicis regularibus tenere mulieres etiam non ſuſpectas non ſit permiſſum probatur: quia viuere ſimul ac in eodem dormitorio dormire tenentur. xij. q. j. c. neceſſaria. & ibi Arch.& c.dilectiſsimis.c.cau.& q. xxxij. di. c. ſi qui vero.c.quoniam.de vi.& ho.cle.& c.cùm ad monaſterium.de ſta.regula.Sed ſic eſt quòd c.volumus.& alia ſeq. lxxxj. di. xxxij.di.interdixit.c.j.& c.à nobis. de coha.cle.& mu.& alia iura permittentia clericos tenere conſanguineas non ſuſpectas loquuntur in clericis non ſimul viuentibus, nec in eodem dormitorio dormientibus: vt tenet expreſſè gloſſ. j. in præalleg. c. volumus. ergo in iſtis regularibus canonici ſecundum eorum regulam, ac iuris communis diſpoſitionem ſimul viuere, & in eodem dormitorio dormire debentibus, dicta iura permiſſiua locum non debent vendicare. maximè cùm in prohibitiuis permiſsio ſacta circa clericos ſeculares non ſe extendat ad regulares. ad quòd text. in c.religi. de religi.de ſen.exc.lib.vj.

a Licet huiuſmodi deciſio tuta mihi videatur & honeſta, attamen de iure crederem poſſe ſuſtineri quòd prælibatis canonicis regularibus ſit permiſſum mulieres non ſuſpectas habere, præſertim vbi canonici ſunt aliàs de vitio incontinentiæ ſuſpecti, vel diffamati. Quia etiam de iure canonico hoc permittitur epiſcopis & aliis clericis: vt in præalleg.l.c.j. & c. à nobis & aliis iur. ſuperius alleg. nec videtur eſſe ſtandum legi ciuili, ex quo in canonibus reperitur expreſſum. & ita voluit Sicu.in præalleg.c.j.vnde poſſunt ſecum tenere matrem, ſororem, amitam, ſororem patris, & materteram, ſcilicet ſororem matris in præall.c.interdixit.quia fœdus naturale nõ permittit aliquid ſæui criminis cum iſtis ſuſpicari. vt præalleg c. à nobis. & c.cùm in iuuentute.de præſum.Et idem de filia & huiuſmodi, ſimiliter de multum antiquis.vt in c fœminas. xxxj. di. Clauaſ.in §.clericus.dicens idem eſſe de omnibus illis quibus ante ordinationem ſine ſuſpicione poterat cohabitare vt vxores fratrum & de familia & huiuſmodi.vt in c.cum omnibus.lxxxj di.Flo.in ſecunda parte ſum ti. xiij. idem dicit adiiciens quòd regularites omnes conſanguineæ per lineam tranſuerſalem vſque ad ſecundum gradum incluſiue. ar. præallega c.cum omnibus conſanguineæ verò per lineam aſcendentem & deſcendentem vſque ad quartum gradum permittuntur.ar. c.non debet,de conſang. & affinit. Quod intelligit ſi conſanguinea non habeat ſecum domicellas, pediſſequas, vel alias mulieres ſuſpectas.& ita intelligitur cap.j. præall. & ibi Sicu. Et licet dictum ſit quòd cum prædictis conſanguineis fœdus naturale non permittat aliquid ſæui criminis ſuſpicari, debet tamen clericus & maximè epiſcopus cauere immoderatam familiaritatem cum illis, vt caput in gremium ponendo, oſculando,& huiuſmodi.& ne ex hoc contemptibilis habeatur. xxxiiij.diſt.c.quorundam.vltra verò ſecundum gradum diſtinguit Flo.vbi ſuprà quòd aut ſunt ſuſpectæ, vt quia iuuenes.& tunc non poſſunt cohabitare,aut non,& tunc poſſunt, & eadem ſecundum eum facienda eſt diſtinctio in ancillis. Nam ſi eſt vetula poteſt eã in domo ſua tenere. Ad propoſitũ autem redeundo videretur idem in prædictis canonicis regularibus cùm non viuant in communi neque ſimul dormiant.Et maximè quia tales vetulas ad ſibi obſequia præſtandum tenere conſueuerunt. Nam in accidentalibus regulæ conſuetudo monaſterij eſt attendenda.eo quòd cõſuetudo immutat iuris diſpoſitionem, ergo à fortiori regula, ipſa tamen ſalua in ſuis ſubſtantialibus remanente.tenet Sicu. in alleg. c.cùm ad monaſterium in j.& v.col vbi tenet & refert Franc.de Sab cõſuluiſſe: quòd in monaſterio in quo non eſt memoria an [illegible] ibi licitus eſus carnium, nec apparet de aliqua ſententia ſuperioris, licitè poſſunt carnibus vti.donec monaſterium aliter reformetur.ex quo iſti non fuerunt authores, nec apparet, ex qua cauſa hoc fuerit introductum, poteſt præſumi quod ex cauſa legitima.ar.cap j de reſcri.lib.vj. & idem videtur voluiſſe Sic.in c.ſuper eod. de regula. licet contrarium teneant Clauaſ.in § religioſus,verſic.xxxij. & Flo.vbi ſuprà.Cùm igitur ſæpe dicti canonici hodie de conſuetudine non viuant in communi, non videtur ratio diuerſitatis inter epiſcopos & clericus ſeculares & dictos canonicos quare magis prohibeatur eiſdẽ canonicis quàm clericis,nam & Spe.in ti. de accu §. iij.verſ.ad ſi.quòd ſtatutum quod eſt in clericis ad monachos extenditur.Et anno Dn. 1474. Præpoſitus Tholoſa.epiſcopus Carcaſſon.quantũ potuit, voluit cõpellere prælibatos canonicos ad dictas vetulas & ancillas extra cepta eccleſię Tholoſ. pellendum.ſed ipſe non potuit præualere morte præuentus.

s Additio. Mulieres ætate prouectas &c. vide Ru. dec ccccij.& dec.cxxxvj.& ccccluij.in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Animarum reſpectu nemo poteſt dici idoneus, niſi probetur & examinetur.*

Periculoſum enim eſt inexperto animarum curam committere. nu.3.

2 *Noti dicuntur illi qui in loco ſunt oriundi.*

ITEM

QVAESTIO CCCCL.

a 1 ITEM fuit quæſitum.[a] An † epiſcopus dũ ſibi fit præſentatio alicuius religioſi ratione curæ poſsit examinare talem ſibi per abbatem præſentatum, vel per alium inferiorem collatorem beneficij: intelligendo de eo, qui prius habuit collationem: ſed ſolum aditur epiſcopus ratione curæ populi ſibi ſubiecti? Et fuit concluſum per no. Inn. in c. veniens. de vet. ſig. lib. vj. quòd per abbatẽ examinari debet talis præſentatus: non autem per epiſcopum, qui non inſtituit eum, nec confirmat, aut ei manum imponit. Nam illi quibus manus debet imponi, ſunt examinandi. c. venerabilem. & c. nihil de elec. idem voluerunt Io. An. & Arch. in præalle. c. veniens.

a Inn. in c. in Lateranẽſi. dicit quòd ſi præſentatus eſt notus, debet admitti: niſi aliud contra eũ proponatur. Si tamen ignotus eſt, non erit admittendus niſi ſit boni teſtimonij, puta per literas prælatorum. vt in d. c. vel per diuinam conſeruationem

2 honeſtam habitandi in loco. Et dicit Hoſti. quod noti ſunt qui ſunt oriundi de loco. Sed Io. An. in c. vnico de cap. mo. li. vj. Io. de Lig. in c. extirpandæ de præben. tenet quòd licet fiat ſolum præſentatio epiſcopo ad ipſam curam populi quam habet idem epiſcopus committere, tamen pertinebit ad eum iſtum examinare etiam ad finem vt repellatur ſi inſufficiens eſſet, vel periculoſus, ad quod fa. quòd no. in cap. j. de capel. mona. Domi. in præalleg. c. vnico. eo. ti. li. vj. refert Io. de Imo. dixiſſe quod in c. veniens. alle. ibi Inno. loquitur quando monachi habent eccleſiam pleno iure ex conceſſione papæ. præalle. verò c. vnico quãdo ex conceſſione epiſcopi. Ad de Sic. in præall. c. in Lateranẽ. vbi ſingulariter diſtinguit quo ad caſum noſtræ quæſtionis, quòd aut quæritur de bonitate intrinſeca ſcilicet reſpectu morum. Aut de extrinſeca & accidẽtali vt de ſcientia & ſimilibus. primo caſu loquitur præall. c. in Lateranẽſi Nã ſi alias quis eſſet notus, præſumi debet idoneus, niſi contrariũ probetur vt in c. ſi. de præſu. nec oportet quòd amplius examinetur, ex quo habuit collationem per habentem poteſtatem. Si autem eſt ignotus poteſt eum examinare: aliàs non tenetur eum admittere, vt in prædicto c. in Lateranen. Secun-

3 do caſu principali poterit † eum epiſcopus examinare, quia reſpectu curæ animarum nõ poteſt dici idoneus, niſi prius probetur & periculoſum eſt inexperto curam animarum committere, vt in c. cùm ſit. de æta. & quali. pro hoc facit quod legitur & no. in c. ſi forte. de elec. li. vj. maximè quia epiſcopos de cura rationem reddere tenentur: vt in iam d. c. in Lateranen. Et hanc partem arbitratur idem Sic. eſſe tutiorem.

QVAESTIO CCCCLI.

a ITEM fuit quæſitũ.[a] An prælato inferiori poſſit ex conſuetudine competere facultas concedendi ſuis ſubditis literas dimiſſorias ad ordines. Cõcluſum fuit quod ſic, dummodo conſuetudo ſit legitimè præſcripta, & tenet gl. in c. cùm nullus. §. inferiores. ſuper ver. indultum. de temp. ord. li. vj. Idem ibidẽ Archi. & Io. An. in nouel. ad idẽ gl. fi. in fi. ix. q. ij. c. epiſcopu. Iſtud ſiquidẽ ius, ſicut & alia iura epiſcopalia, eſt præſcriptibile, vt in c. auditis. de præſc. requiritur tamen in huiuſmodi præſcriptione titulus putatiuus, vel tantum tempus, de cuius initio memoria

1 non exiſtat, 1 cùm hoc caſu commune faciat contra præſcribentem. ad quod cap. j de præſcri. lib. vj.

a Adde Dominicum in præall. c. cùm nullus. Et quæ requirãtur in præſcriptione huiuſmodi incorporalium. vide per Inn. Sic. & Domini. in c. bonæ. ij de poſtu. præl. Archi. in c. non eſt. de conſue. li. vj Inn. in c. ij. de in integ. reſt. & in c. conquærente, de offi. or. [illegible] alpat. [illegible] le cau. poſ. & proprie. conſ. in j. C. [illegible] But. Bart. & [illegible] mul [illegible] Ioan. Fa. [illegible] j. C. de ſerui. Ange. Are. [illegible] xquẽ. Sic. in c. cum eccle. de cau poſſ. & pro. & [illegible] ff. de itine. actuque pri. & in l. ſeruientes. [illegible] ff. de ſerui.

1 ADDITIO Non exiſtat. An autem tempus cuius initij non extat memoria operetur idem quòd priuilegium, vide pulchrè per do. Fel. in ca. cauſam. de præſcrip. col. ij. in prin. in ver. ſigna theoricam.

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur gabellam ſoluere, niſi ſtatuto aliter caueatur.*

2 *Gabella in groſſo ſoluta non debet rurſus exigi ſi contingat emptorem merces in minuto vendere.*

3 *Gabellæ impoſitio eſt de magno imperio, idcirco a ſolo principe imponi poteſt.*

QVAESTIO CCCCLII.

ITEM fuit quæſitum.[a] Quis † teneatur ſoluere gabellam: an emptor vel venditor [1]? Concluſum fuit quòd emptor, niſi ſtatuto caueatur aliter, de hoc eſt tex. in l. debet. ff. de ædil. edi. a 1 1

a Ita voluit Bald. in l. ſi prædium. C de edi. act. Adde quòd ſi dominus locat prædium, & gabella venit ſoluenda ex redditibus, totum onus ſolutionis incumbit conductori. & non domino. Nam videtur quòd dominus propter onus gabellæ locauit minori penſione. ita voluit Bart. in l. interdum. §. quoties. ff. de publi. Ad idem fa. quòd ſi dominus locauit prædium colono pro certis menſuris ſeu pro certa pecunia, ita quòd omnes fructus pertinent ad conductorem. dominus nõ tenetur ſoluere decimam ex ſua penſione, not. Inno. in c. cùm non ſit. de deci. & Sicu. in c. tua nobis. eo. tit. & Bart. vbi ſuprà. Adde quòd † ſi gabella de aliquibus mercibus in groſſo fuerit ſemel exoluta, non debet rurſus exigi: cùm ab eodem vendentur in minuto. pro quo facit in arg. præall. §. quoties. vbi colligit Bar. quòd qui ſemel pro parte ſoluit vectiga. nõ tenetur ſoluere ſæpius. & facit gl. quæ incipit. pro quibus, &c. Adde † quòd gabella à ſolo principe imponitur cùm talis impoſitio ſit de magno imperio, non autem ab inferiore à principe leg. vectigalia. C. noua vectigalia. & ibi Sali. & leg. non ſolent. cum gloſ. & doctores. in l. fin. C. eo. ti. A rege autem ſuperiorem non recognoſcẽte ſicut à rege Franciæ bene poſſunt imponi ſecundum Sali. vbi ſuprà. vel per ciuitates non recognoſcentes ſuperiorẽ indici poſſunt etiam ex conſuetudine, cuius initij memoria non exiſtit. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignificatio. & ibi doct. ca. innouamus. de cẽſi. Bart. in repetitione l. vectigalia. & l. publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. Sali. vbi ſuprà. Bal. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. imo nec princeps poteſt indicere, niſi ob neceſſitatem vel vtilitatem publicam, tenet Ioan. Fa. in l. j. C. noua vectiga. & allega. Hoſt. in ſum. tit. de immunit. eccl. §. à quibus. 2 3

1 ADDITIO. An emptor vel venditor. vide in deciſ. Delp. per Guid. pap. q. cccxliij.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſuccedendo factum etiam cũ eo de cuius hæreditate agitur eſt à iure improbatum.*

2 *Hæreditas viuentis pacto dari non poteſt.*

3 *Pactum contra bonos mores eſt inualidum.*

4 *Libertas vltimæ voluntatis eſt fauorabilior quam cauſa dotis.*

QVAESTIO CCCCLIII.

ITEM fuit quæſitũ, a an valeat factũ vel initũ pactum in contractu matrimonij, quòd primogenitus 1 ex illo matrimonio naſciturus ſit hæres vniuerſalis & ſuccedat poſt mortem patris? Concluſum fuit quòd non: quia † pactum de ſuccedendo factum etiam cum eo, de cuius hæreditate agitur, eſt à iure improbatum. l. ex eo. C. de inuti. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. l. cum donationis. C. de tranſa. l. fi. ff. de ſuis & legiti. l. pactum. & l. fin. C. de pact. C. de colla. l. pactum. Cuius ratio eſt, quia † hæreditas viuentis pacto dari non poteſt. l. hæreditas. C. de pact. conuen. quia liberam aufert facultatem teſtandi contra ſubſtantiam vltimæ voluntatis, quæ debet eſſe ambulatoria vſque ad mortem. cap. cùm Matthæ. de celeb. miſſ. l. j. C. de ſac. a 1 1 2

ſan.

ſan.eccl.l.ſiquis.in prin.ff.de leg.iij. Præterea quia votum inducit captandæ mortis.l.fideicommiſſo.C. de tranſact.c.nec captandæ.& c.deteſtanda de conceſ.præben.& ſic eſt contra bonos mores. quare tale pactum non firmatur iuramento per regulam iuris, non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. vj. ſecundum Barto.& Salic.in alleg.l.pactum. C.de pact.Barto.& doc. in allega. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & Bartol. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Et per
3 † conſequens tale pactum ſtatuto vel conſuetudine roborari non poteſt, quia vbi aliquid prohibetur per pactum, quia contra bonos mores, ibi ſtatutum nihil operatur: vt not.Bar.in l.omnes populi.in iij.q. principali.de iuſt.& iu. Sed iſtud pactum eſt contra bonos mores.d.l.ex eo.cum alle.ſuprà, ergo, &c.

a Paulus de Caſtro conſil. ſuo. cccxj. in princip. Ita tenet Imol.in l.cum Archimedotam. C.vt in poſſ.le.& in l.ij.C.quæ ſit lon.conſue.vnde Bal in alle. l. pactum. quod dotali. C. de colla.dicit quòd non valet pactum per quod pater promittit in inſtrumento dotali ſe filiam inſtituturum in æquali portione cum filio, & decipitur ille qui contemplatione huiuſmodi pacti accipit filiam in vxorem, ſed ſibi imputet quia iſtud pa-
4 ctum eſt improbatum. vt d.l.ſtipulatio.& ſic † fauorabilior eſt libertas vltimi arbitrij, quàm cauſa dotis. Ego ſæpenumero ſecundum iſtam opi. conſului. Sed deinde quia per arreſta quàm plura curiæ parlamenti inter nobiles contrarium deciſum opinione mutata conſului valere tale pactum inter nobiles ſi iuramento fuerit firmatum: quia tale iuramentum ſeruari poteſt abſque detrimẽto ſalutis æternæ. ergo ſeruandum ſicut pactum de non ſuccedendo. in c. quamuis. de pac lib. vj. Et ſi dicatur quod inducit votum captandæ mortis, hoc certè neſcimus quid ſit in animo paciſcentium, ſed bene ſcimus quod poſſunt obſeruare pactum ſine interitu ſalutis æternæ. ita dicit & tenet Bald. in c.moribus.in ti.ſi de feu fue.controuer.in lib. feu. & pro ſua opin.dicit ibidem eſſe tex. Quinimo tenet Bal.in præalleg.l.cum Archimedoram, quod per conſuetudinem, vel ſtatutum poteſt dari robur talibus pactis. vt in c.mulier.ſi de feu.fue.controuer. Ad quod faciunt no. per Io.Fa.in all.l.fi.C.de pact.vbi dicit quòd valeat pactum quòd filius qui deſcendit ex matrimonio ſuccedat pro certa portione maxime in feudo.vt in cap.j.de filiis natis ex matri. ad morga.contract.& ibi Bal. Andr. & Præpoſi. vnde Bal.in c. filij. de impub. quatenus an prædicta conſuetudo poſſit habere aliquod motiuum æquitatis.dicit quòd ſic propter honorem & fauorem matrimonij. nam ſub tali pacto nobiles inueniunt nobiliores per quos nobilitas creſcit. verbi gratia, ſi marchio qui tenet feudum ab imperatore accepit in vxorem quandam filiam regis quæ ei non nuberet niſi filij ſui ſuccedant eidem in marchionatu, & non alij de alio matrimonio. & idem dicit Præpoſ. poſt Bald.in præalleg. c. filij. Ad quæ faciunt no. per Sicul. in c.nuna.de conceſ præben. videlicet, quòd poteſt quis in vita paciſci vt bona alicuius perueniant ad eum poſt mortem irreuocabiliter: pro quo gl. ſingularis in alle.l.ſi. C de pa. Nec obſt.quòd tollat libertatem teſtandi. quia ſecundum eum poteſt eſſe hæreditas ſine rebus corporalibus. vt in l. hæreditatis.ff.de ver.ſign.quod intelligerem ſciente & conſentiente eo de cuius bonis vel hæreditate agitur. & iſtud firmat Raph. Fulg.in conſi lxxiij.in iij.colum. Bal.in conſi.cxxxiij & conſil. ccixix. in tertia parte conſi.eiuſdem.

t Additio. Primogenitus. Tu vide de hoc remiſſiones quas poſui ſuprà dec.ccccxxxiij.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus hæres in vniuerſum inſtitutus poteſt fideicommiſſo grauari.*

2 *Donatio cauſa mortis quæ dicatur.*

3 *Pactum factum fauore matrimonij eſt validum ſi paciſcentes vſque ad mortem in eadem voluntate perſeuerauerint.*

4 *Pactum factum fauore liberorum eſt validum.*

5 *Contractus dicitur illius gratia factus, cuius gratia principaliter fit.*

6 *Ius quæſitum filio ex contractu paterno non poteſt per patrem extingui, vel alterari.*

QVAESTIO CCCCLIIII.

ITEM fuit quæſitum.a Præſuppoſito quòd tale pactum valeat, an paciſcens poſſit variare ſeu remittere pactum, vel eum qui ex conuentionibus matrimonialibus hæres eſſe debet fideicõmiſſo grauare? Cõcluſum fuit licitũ eſſe voluntatẽ mutare. ad quod optime facit tex.iuncta gl.in verbo perſeuerauerit. in alleg. l.fin. C. de pact. & facit in ar.tex.in l.j.C.ſi man.alie.fue.vt mã.vbi ſeruus alteri donatus vt certo tempore tranſacto, ad libertatem perueniat, qui liber efficitur niſi donator interea mutauerit voluntatem. Fa.no.per Bal.in l.qui Romæ.§. Flauius Hermes.vbi tenet, quòd ſi quis alicui fundum donauit, ita vt poſt aliquod tempus ſit eccleſiæ, pendente tẽpore poteſt donator pactũ illud reuocare. Ex † quo 1
igitur tale pactum reuocari poteſt, ergo primogenitus fideicommiſſo grauari poteſt: ad quod l. Titia.§. Lucius.ff.de le.ij.vbi tex.quòd is cui facta eſt inofficioſa donatio poteſt fideicommiſſo grauari, ex quo poteſt reuocari talis donatio. Videmus etiam ꝙ filia poteſt ſubſtitui in dote quatenus excedit legitimã. l.fi.§.filię.ibi Bar.ff.de le.iij. Præterea per tale pactũ videtur fieri donatio cauſa mortis primogenito, tamẽ quia in ipſo fit mentio de morte, modo † vbi fit do- 2
natio inter viuos & fit mentio de morte: dicitur donatio cauſa mortis. vt l.Seia.ff.de dote præle. Bar. in l.quę dotis.ff. ſol. ma. Quũ igitur tale pactũ, de quo ſuprà videtur cõtinere diſpoſitionẽ cauſa mortis, videtur poſſe reuocari, & per conſequens ꝙ paciſcens potuit in ſequẽdo tenorem dictarũ conuentionum primogenitũ inſtituere, & cum onere fideicõmiſſi grauare. & licet in donatione cauſa mortis nõ poſſit fieri ſubſtitutio, ſine ꝓmiſsione ſubſtituto faciẽda, vt videtur tenere gl.in l.j.C.de do.cau.mor. illud eſt intelligendũ directè, ſed bene poteſt fieri per fideicõmiſſum. vt l.cũ pater.§.corũ ff.de le.ij.& ibi Bat.& in l.hæredibus.ff.eo.tt.Io.Fa.& Ang.præal.§.j.inſt.de dona.Nec ob.l.cohæred.§.cũ filia. ff.de vul. & pup. vbi tex.ꝙ non poteſt pater poſt pubertatẽ filiũ per fideicommiſſum grauare, ibi dũ in tex. dicit, neq; fideicõmiſſo ꝓpter facultates filij tenebũtur, &c.quia hic ex quo pater poteſt variare, nõ ſunt propria filij ſaltẽ irreuocabiliter. Nec ſimiliter obſtare videtur iuramẽtũ paciſcẽtis, quia nõ venit cõtra, imò videtur illud obſeruare primogenitum inſtituẽdo, & nihilominus ſi alium hæredem inſtituiſſet, tenuiſſet inſtitutio, licet eſſet periurus ſecundum Ioan. And. in re. iu. quòd ſemel, in mer. ad quòd gloſſ. in c.fi.de procur.lib.vj. quinimo tenet Bar. quòd etiam non eſſet periurus in alle.l.ſiquis.in prin.ff.de le.iij.

a Et Io Fa inſti.de dona.§.j.dicens quòd nõ confertur poſt mortem vel per conuentionem aut aliàs tunc præſumitur donatio cauſa mortis. omnis eſt diſpoſitio iudicare ſecundum id tẽpus in quo confertur ipſius effectus: vt C.de donatio. ante nup. quod ſponte tenet Bar.conſil.lxxvj.ſed effectus huiuſmodi pacti fuit collatus poſt obitũ paciſcentis. ergo &c. hinc eſt quod ſi alicui dono bona mea poſt mortem, valet donatio ſecundũ gl. in al. l.fi.C. de pact. Sed nihilominus cenſetur eſſe donatio cauſa mortis quæ nõ infringit liberum arbitrium teſtandi, quia reuocari poteſt ſecundum Bar. Bal.& Salic. in alle. l. fi. Opinionẽ tamen Io. And ſequuntur Io. Fab in l.j. C. de ſa. ſan.eccle.& Imol. poſt Bal.in l.pactum.de collat.& quòd prędictum pactum fauore matrimonij ſicut præmittitur, factu ſit validu debeat intelligi, ſi vſque ad mortẽ paciſcentes in eadẽ voluntate perſeuerauerint tenet Io.Fab.in alle.l.fin. C.de 3
pac. idem And. de Iſer.& Præpo.& Bal.in tit.de pa.iur.§ idem ſacramenta.in lib.feudo. vbi Bald.ponit quæſtionem de rege

Aragon

Aragonum qui duos habens filios vni regnum Aragoniæ aſſignauit, alteri regnum Maioricarum, iurauerunt ipſi fratres dictam diſpoſitionem perpetuò tenere authoritate & conſenſu dicti regis interueniente, poſtea rex inter eius filius fecit quaſdam ſubſtitutiones. Super quo conclu lit, quòd cùm iſta ſit quæ iam ordinatio à patre facta ſupremi iudicij diſpoſitionem præuenieos & inde naturam mutabilem aſſumens vſque ad ſupremæ vitæ exitum. vt C. de inoff. te. l. parentibus. ff. fami. ercil. l. ſi filia. §. Papinianus. & d. l. fi. C. de pac. Sic rege mutante voluntatem, iuramentum quod fecerunt inter ſe fratres viribus vacuatur, vel moderatur: prout regi placuerit. Nec eſt donatio inter viuos de qua loquitur C. de co. l. vt liberis. §. fi. & l. illud §. fi. & glo. tangit in l. ſi donatione. & diſputat in auth. ex teſtamento. eo. ti. & auth. vnde ſi parens. C. de inoff. teſt. Sed eſt, vt prædictũ eſt, quædam ordinatio ſupremi iudicij diſpoſitionem præueniens. arg. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. in qua cadit ſubſtitutio vt ff. de leg. i. l. vt hæredibus. & quia licitum fuit patri mutare voluntatẽ vt l. iiij. ff. de alimen. le. & all. l. fi. C. de pac. vnde Bal. in all. l. e. moribus, dicit quòd pactum appoſitũ vt filius ſuccedat, nõ operatur omni caſu ſucceſſionem, ſed ab inteſtatu iuxta prædictam l. fi. Aliæ quã plures rationes ad partem illam adduci poſſent, quam ego credo de iuris rigore veriorem. Quam tamen audiui per atteſta Parlamenti quã plura inter nobiles lata decitum fuiſſe, quòd paciſcentes nõ poſſint ab huiuſmodi pactione recedere, & per cõſequens primogenitum onere fideicommiſſi grauari non poſſe, iſtam partẽ ſecutus ſæpenumero conſului maximè cũ generalis conſuetudo inter nobiles regni ita ſe habeat, ideo ſequẽda. l. ſi de interpretatione. ff. de leg. & c. cum dilectus. de conſue. vnde rationes & motiua mota pro hac parte hic annectere decreui. Adducit enim primũ Ioan. Fabr. in l. j. C. ſi mancip. ita venc. ne proſti. vbi tex. quod ſi ancilla vendita eſt eo pacto, ne proſtituatur, aliàs venditori liceat eam abducere vel manus inicere: ea proſtituta poteſt eam abducere. l. ſi conſenſerit. quia tunc libera erit. & dicit ibidem Ioã. Fab. Bal. & Sali. quòd quis non poteſt remittere pactũ ex quo remiſſio continet præiudicium tertij in cuius fauorem fuit factum tale pactum. l. ſi poſt mortem. § fi. ff. de contra tab. & l. ſi precul. C. de non nu. pe. Et præ-

4 ſtat argumentum ſecundum eundem Ioan. Fab. quòd † ſi pactum ſit vt liberi qui exibunt ex tali matrimonio habeãt certam portionem, quòd paciſcens non poſſit tale pactum remittere, cum ſit factum fauore liberorum, aliàs eſſet magna iniquitas & circumuentio nubentium, ſicut ſupradictum eſt. Præterea dicit Ioan. de Imo. poſt gloſ. in l. iij. ff. de ſer. expor. quòd actio quæſita tertiò ex pacto inter alios inito ſicut in caſu l. quoties. C. de dona. quæ ſub mor. mutatione voluntatis donatoris poteſt extingui, quãdo pactum fuit appoſitum gratia donantis, vel ſumus in dubio. Sed quando pactum fuit appoſitum gratia emptoris vel donatorij, tunc hoc conſenſu eius tale pactum non poterit reuocari. & ita intelligitur text. ſecundum illam glo. in l. quæſitum. ff. de ſeruis expor. & hanc diſtinctionem gloſſ. approbat Barto. in l. fi. circa medium. & in vltimis verbis commenti. ff. de condi. ob cau. de quo per eundem Bart. in l. Ariſto. ff. de do. Sed fortius eſt in terminis noſtræ quæſtionis. quia cum commodum & emolumentum huius pacti principaliter pertineat ad tertium, id eſt ad primogenitum, illius gratia principaliter præſumitur appoſitum, vt l. ſi fideicommiſſa §. interdum. & ibi per Bart. ff. de lega. ij & l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de con. & demon.

5 & ibi per Barto. contract. is † autem dicitur illius gratia factus. cuius gratia principaliter fit. licet in conſequentiam acquiratur etiam vtilitas alteri. l. ſi quis nec cauſam & l. rogaſti. in prin. ff. rerum. per. Nec obſtare videtur quod dicit Bar. in alleg. § Flauius Hermes & Io. de Imo. poſt eundem Barto. ibidem. & idem Bart. in l. ſi quis ff. de ſeru. exportan. & Bald. in l. cum à ſocero. C. de iur. do. & Sali. in alle. l. j. C. ſi mancip. ita fuerit alie. vt manumittatur, in quæſtione qua quæritur, quidam alicui certam rem donauit cum pacto, vt poſt mortem donatarij perueniat ad eccleſiam &c. Quia licet communiter teneatur quòd donator poſſit huiuſmodi conditionem habere pro infecta & eam reuocare per l. iij. ff. de ſer. expor. hoc eſt verum ſecundum Bal. in præallega. l. cum à ſocero. quando fuit appoſitum ſimplex pactum de reſtituendo rem eccleſiæ: ſecus ſecundum eum ſi notarius recepiſſet & fuiſſet ſtipulatus vice ac nomine eccleſiæ ſeu alterius cui donator voluiſſet quæri poſt mortem donatarij. tunc enim ſecundum eum ius quæſitum tertio ex ſtipulatione tua vel facta nomine ipſius notario non poſſet auferri etiam ex voluntate vtriuſque, ſcilicet donantis & donatarij. quia licet ex facto tuo mihi acquiratur ius, quia tamen voluiſti me ſtipulari, non mihi minus acquiritur ex promiſſione. Et ideò ius quæſitum mihi ex prouiſione mea, licet propter tuum factum tu non potes auferre. vt eſt caſus quem ibi Bal. ponderat in iſta quæſt. in l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt. vbi text. quòd conſtante matrimonio dos & donatio propter nuptias poſſunt de nouo augeri, & econtrario minui niſi iſta diminutio fieret in præiudicium liberorum primi matrimonij. Ex quo not. ibidem Bald. quòd quando ex contractu contrahentium vel occaſione contractus per diſpoſitionem legalem eſt alicui tertiò ius quæſitum re, vel ſpe. ab illo contractu non poteſt recedi in eius præiudicium, niſi eo conſentiente ad hoc. ff. de pac. l ſi i. ff. de contractibus. l. ſi poſt mortem. §. fina. Et prædicta concluſio Bald. videatur vera ſecundum Fran. Are. in allega. §. Flauius. pro qua videtur caſus in l. cum maritus §. fin. ff. de pa. dotali. vbi mulier, quæ dabat dotem fecerat pactum quòd illa dos poſt mortem eius ex cauſa donationis inter viuos reſtitueretur fratri. Deinde frater ſtipulatus fuit dotem in eum caſum ſibi reſtitui. Et ibi dicit quòd in præiudicium fratris, & iuris ſibi quæſiti mulier non poteſt mutare voluntatẽ etiam conſentiente debitore, id eſt marito. Ad præmiſſorum corroborationem ad luci poſſet quod ponit Pau. de Caſt. conſi. clxj rex donauit filio regnum contemplatione matrimonij adiecto pacto quòd primogenitus ſuccederet in aliud, pactum non poſſit reuocari. Et concludit quòd non. quia per patrem ſtipulantem & recipientem pro ſe & filio ſuo primogenito eidem ius fuit acquiſitum. l. quod dicitur. cum ibi no. & l. quandcunque. §. j. ff. de verb. oblig. Quinimo etiam extraneus dicto caſu. ſ. in donatione l. quoties. C. de dona. quæ ſub mo. Et licet ſucceſſio inteſtati poſſit auferri per eum cui ſuccedetur alium inſtituendo. l. conficiuntur. & l. ſi quis cũ nullum. ff de iure codicil. quod not. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de leg. j. Sed nos loquimur de ſucceſſione fienda per primũ recipientem hanc donationẽ nõ ab inteſtato nec per vltimam voluntatem tacitã vel expreſſam, ſed ex diſpoſitione inter viuos, & ex lege appoſita in donatione per ipſum regẽ donantẽ quòd primogenitus ſuccederet. Quã legem ipſe donatarius tollere non poterit nec facere quòd alius ſuccederet, quàm primogenitus. arg. ff. de ſolu. l. aliud. vbi alter ex contrahentibus non poteſt legem contractui appoſitam immutare. l. legẽ. C. de pac. vnde nec ipſe rex donans poterat legem huiuſmodi mutare vel variare. C. de dona. quæ ſub mo. l. perfecta ff de don. l. Ariſto. Non igitur debet huiuſmodi ſucceſſio regulari ſecundũ naturam ſucceſſionis ab inteſtato quæ non cadit hic, imò debetur ex cõtracto irreuocabili. inſt. de verb. obl. §. ex cõditionali. facit quod not. in Spe. ti. de loca. §. nunc verò aliqua, ver. lxxviij. in primis argumentis. Et in caſu noſtro mortis cauſa capio nõ detur à primogenito recipiente tantum: ſed etiam a donãte, quia donauit cum illa lege & pacto vt ad primogenitũ tranſiret, quam legẽ donatarius reuocare non poteſt, cũ ab illo ſolo primogenitus nõ habeat. fa. l. ſi cum fundũ. ff de pa. & l. fi. Nec obſtare videtur quod no. Bar. in all. § Flauius Hermes. vbi tenet vt ſupradictũ eſt, quòd ſi donaui Titio rem tradendam Seio poſt certum tẽpus: licet illi Seio ius quæratur per l. quoties. C. de dona. quæ ſub mo. tamen ego ſolus, vel ego & Titius poſſumus dictum pactũ reuocare inuito Seio, licet hæres meos non, per illum §. Flauius. & per alle. l. iij ff. de ſer. expor. Et ſic habet vim vltimæ voluntatis quoad illum Seium. quia illud dictum Bar. (vt idem Pau. de Ca. dicit vbi ſuprà) non eſt verũ. & contrarium tenet expreſſè Io. An. in add. Sp. ti. de inſt. edic. §. nũc verò aliqua. ver. & ſcias, in add. quæ incipit, per ſuperiora, per l. ij. §. ſi quis dederit. ff. de dona. & idem tenuit Fran. de Are. in præalle. l. iij. ff. de ſeruis expor. Et ad. §. Flauius Hermes reſponderet quòd ibi non erat tertium ius perfectè quæſitum, cùm eſſet ſeruus cui non poteſt acquiri ciuilis obligatio, & actio etiam cõditionaliter. Sed hic potuit acquiri primogenito ſaltem conditionaliter, vel ad tempus. ſ. poſt mortem ſui patris. Ideo † hoc ius quæſi- 6
tum ex contractu paterno non potuit per patrem extingui vel alterari. d. l. aliud. ff. de ſolu.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria conſeruatur quando fideicommiſſum eſt vniuerſale.*

2 *Fideicommiſſa ſingularia adæquantur legatis.*

QVAESTIO CCCCLV.

ITEM fuit quæſitum, [a] an † per auth. ex cauſa. C. de libe. præteri. vel exhære. ſubſtitutio fideicommiſſaria conſeruetur, quando fideicommiſſum eſt vniuerſa

1 vniuerſale 1? Concluſum fuit quòd ſic, ſecundum Iac.de Are.Pet.& Bart.Sali.in præalleg. authen.quia appellatione cæterorum fideicommiſſa vniuerſalia continentur, vt l. ita tamen, §.quoties.ff.ad Trebel. ſed in præalleg.authen.& in corpore vnde ſumitur, dicitur, cætera nanque firma manent.Item text.dicit in corpore expreſsè, legata & fideicommiſſa:nec debemus dicere quòd loquatur in ſingularibus fideicommiſsis tantùm, cùm text.ille generaliter loquatur. Item quia aliàs in effectu nihil haberet, cùm fi-
2 deicommiſſa † ſingularia ſint adæquata legatis. vt l.j.ff.de lega.j Et pro iſta parte facit à ſimili. ff. ſiquis omiſ.cau.reſt.l.ſi ſeruum. §.j.& vlt. hanc partem tenet gloſſ.in l.eam quam. C.de fideicommiſ. Præterea vniuerſale fideicommiſſum eſt magis fauorabile quàm ſingulare.vt l.nam quod. §.j. ff.ad Trebel. Si ergo valet ſingulare: multò magis valere debet vniuerſale:vt d.l.ſi ſeruum.

a Adde Bart.idem tenentem in l.peculium.§.fin. ff de leg.ij. licet Ange. Aret.in ſuo tract.de teſtamentis.in gloſſ.ſuper verbo per fideicommiſſum teneat quod licet per authen. allega. conſeruentur omnia legata & fideicommiſſa particularia: ſecus de fideicommiſſo vniuerſali.& idem voluit Mat.Sille.opi. tamen Bart.communiter tenetur.

1 Addition. Vniuerſale. Vide in deciſi. Gratianop. per Guid.pap.q.cclvj.&.q.ccciij.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento nullo ratione præteritionis operatur vim fideicommiſſi.*

QVAESTIO CCCCLVI.

1 ITEM fuit † quæſitum.[a] quid operetur clauſula
a codicillaris 1 appoſita in teſtamento nullo ratione
1 præteritionis? Concluſum fuit, quòd operatur vim
2 fideicommiſsi: a & ita contra gloſſ.tenent communiter doct. in authen. ex cauſa. C.de libe. præte. & Bart. in l. j. ff.de iure codicil. quia iſta ſunt paria relinquere à venientibus ab inteſtato: & dicere ſi non valet iure teſtamenti, &c.vt no.in l. ex teſtamento. C. de fideicom. vnde qua ratione ſi teſtator grauaſſet venientes ab inteſtato filius præteritus tenetur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto.vt in c.Raynaldus, & c.Raynutius. de teſt. & l.ſiquis cùm nullam. de iure codicil. ſic eodem modo, quando prædicta clauſula eſt appoſita.

a Idem tenet Ange. Aret. inſti. de codicil. primo reſponſo. idem Bart.in l.ij. ff. de leg.iij. & ibi Bald.idem Bart.in prealle. authen.ex cauſa & ibi Bald.Ioan.Fabr.& Salice.Pau.de Caſtr. conſi.ſuo lx.Lud.Ro.conſi.cxxij.Et præmiſſa procedunt in teſtamento nullo ob præteritionem filij iam nati. Sed quid in poſthumo præterito. Bart. in præallega. l.j. in vj.q. diſtinguit quòd aut teſtator cogitauit de poſthumo, aut non. Primo caſu operatur clauſula prædicta. Secundo caſu non.ar.l.penult. ff.de iur.codicil. & l.certi iuris. C. de teſta. & l.nonnunquam. C.de reuocan.dona.ſed Dy.Iaco. Bald. Paulus & Lud. vbi ſuprà. & quaſi omnes dicunt quòd ſunt inſpicienda verba teſtamenti. Aut enim dicunt ſi non valet, &c. & ſic ſunt præſentis temporis. & rupto teſtamento natiuitate poſthumi dicta clauſula non operatur, quia non dicit. Et verum eſt illo tempore voluiſſe.facit l.ſi ita.& vide ibi Barto. ff.de auro & argen.leg. l.cùm ſtipulamur.ff de verb.oblig. Sed ſi dicatur ſi non valet, vel non valebit: tunc porrigitur ad teſtamentum quod rumpitur natiuitate poſthumi. Et iſtam ſententiam ſequitur Bart. Ang.& Salic.in d.authen.ex cauſa. & idem Salice. in l.j. C.de poſthum.hære.inſt.Bald.in l.fin.C.eo.tit.Ioan.de Imol.in l.filio præterito.ff.de iniu.teſt.& Raph.Fulg. in d.auth. ex cauſa. & hanc opinionem videtur ſequi Bar.in ſi.glo.Bal. & Ioan.de Imo.in l.ex ea.§.j.ff.de teſt.& in l.lucius, in princ. ff.de libe.& poſthu.Ange.Aret.inſti.de codicil.ij.col.Lud.Rom.vbi ſuprà, & Pau.de Caſt. præallega.conſil.lviij. & conſil.lix.lx.& lxj. & idem Pau.de Caſt.conſil.ccl.j.col.ver.quantum ad ſecundum.

1 Addition. Codicillaris. Tu vide de hoc in deci.Delph. quæſt.cccxxiij.& dxiij.

a Fideicommiſſi. Adde quòd & ſi compendioſa ſubſtitutio facta à pagano verbis merè directis poſt pubertatem expiret, nec valeat etiam iure fideicom. illud tamen limitant, niſi in teſt.eſſet appoſita clauſula codicillaris:nam tunc ad fideicommiſſum traheretur. per l.Sceuola.ff.ad Trebel. ita tenet gloſ. in §. maſculo.inſtit.de pu.ſubſtitut.in ver.ſubſtitutio. Ange.& Moder.in l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit.& dicit Fulg. ita de facto reſpondiſſe per textum opti. in l.ſi frater. C.de fideicom.idem Bald.in l.verbis, vbi alij eum ſequuntur, & exclamat Ioan.de Imol.ff.de vul.idem tenet Ang.in l.j.ff.de iure codicil.vbi Bart.in xvj.q.& Aug.in l.pupillari.ff.eo.tit.Imo.in l.centurio.xv.col.in fi.ff.de vul.in cap.Raynu.de teſt. idem tenet Alexan.conſil.lxxxiij in iij.volum.incip. præſcriptis bis. & iſtam limit.aſſerit Iaſ.eſſe veram in alleg.l.precibus.xj.col.ver. limitatum. Sed an caſu prædicto poſſint detrahi duæ quartæ, breuiter dic quòd vbi ſubſtitutio eſſet pura: & ſic rogatus eſſet pura, vnicam quartam detrahet ipſe rogatus. Si autem ſub quæſtione duas poterit detrahere.gloſſ.Dyn. Bar.& Bald.in l. papi.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſtam.glo.Iac.Bu. Bart.& Bal. in l.quanquam.C.ad legem falcid.& iſta eſt communis opin. approbata de iure cano. ſecundum gloſ. & doct. in cap.Raynaldus, & c.Raynutius.de teſtam. de quo ſu.per Iaſ. in l.filius quem.iiij.& v.col.C.famil.hercis.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuntians hæreditati paternæ, non poteſt ſuccedere ab inteſtato, ſed bene ex teſtamento.*
2 *Ius filij quando dicatur eſſe quæſitum.*
3 *Baſtardi in legitimatione non eſt neceſſarius conſenſus agnatorum.*

QVAESTIO CCCCLVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] filia † viuēte patre iuxta a
formam c. quāuis pactum.de pac.lib.vj.renuntiauit 1
ſucceſsioni bonorum eiuſdem, deinde pater deceſſit ab inteſtato, Nunquid dicta filia cum aliis fratribus poterit venire ad ſucceſsionem paternam? Concluſum fuit, quòd licet filia non obſtante tali renuntiatione poſsit ſuccedere ex teſtamento: non tamen ab inteſtato:quia ſecundum Bar.in l.fi.C.de pac.filia non poteſt renuntiare ſucceſsioni ex teſtamento: aliàs impediretur teſtamentum patris. Sed bene ab inteſtato, maximè virtute generalis renuntiationis, quæ etiam concernit & concernere poteſt ſuccedentes ab inteſtato.vt ex quo ſic renūtiauit ſimpliciter, ab inteſtato renuntiaſſe videatur. Nec videtur obſtare quod dicit Zenze.in ca.quamuis.alleg.quòd pater eo caſu decedendo inteſtatus videatur propinquioribus tacitè reliquiſſe hæreditatem.l.conficiuntur.ff.de iure codicil.quia dicta præſumptio locum habet quando pater non fecit aliquem renuntiare: quia quo ad illum, ex quo ſemel voluit filiam excludere per renuntiationem, adhuc præſumitur dicta voluntas durare:niſi appareat mutata. cap. maiores. de bapt. quoniam in incertis locus eſt coniecturis, l. continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.

a Hanc partem ſequuntur Bald.in præalleg.l.fi.& l.pactum. ij col.& iij q.C.de colla.Rot.decl.decel, aliàs deci.4.de pac.in anti.Domi.in alle.c.quamuis.in vlt.q.& Gem. nam tam in repetitione eiuſdem ca.colla.xiiij.conſil.ix.licet Io.de Imo.ibidem teneat quòd poſſit dicta renuntiatione non obſtante ab inteſtato ſuccedere, quod poſſet procedere ſecundū doc.ſi agnati vel maſculi non extarent. nam tunc etiā ab inteſtato nō ſuccederet:quia fauore illorum videtur voluiſſe pater quod dicta filia renuntiaret.Adde quod dicit & tenet Bar.in prealle.l.fi. C.de pac.quod ſi ſtatutū municipali caueatur quod filia dotata non ſuccedat ab inteſtato extātibus maſculis, filia quādo dotatur patre

conſentiente poteſt ſibi reſeruare ius ſuccedendi. vt in §. fina. inſtit. de leg. ag. ſucceſ. & hanc partem ſequuntur moderni. Ad idem quod inquit And. de Piſ. in c. j. circa fin. princ. de natura ſucceſſi. feu. vbi vult quòd ſi filia recipiendo dotem proteſtetur quòd propter hoc non intendit renunciare hæreditati, ſi pater dotans conſentiat proteſtationi, quod ſibi & hæredi ſuo præiudicat: veruntamen Bald. quem ſequuntur Imol. & Ludo. in l. ſtipulatio hoc modo. de verb. obli. ff. & Domi. in c. quanuis pactum. alleg. aliter dicat. Sed poſſet eorum opinio locum habere quando filia ex interuallo poſtquam dotata fuiſſet
2 cum patre faceret pactum vt ſuccederet: quia † tunc eſt filiis ius quæſitum: ita tenet Georg. Nat. in alleg. c. quanuis. & ibi vide. Pro cuius opin. confirmatione poſſet adduci quod tenet Hoſt. & poſt eum moder. in c. per venerabilem. quæ fi. ſint leg. Ioan. And. in addi. Spec. tit. de ſucceſ. ab inteſt. ſuper rub. ver. ex facta. Bar. in l. gallus. ff. de libe. & poſthum. §. quid ſi tantum. vt tenet etiam Hoſt. in ſum. tit. quæ fi. ſint legi. pen. col. & Anto. in alle. c. per venerabilem, in xxij. col. & idem Sicul. ibidem vi-
5 delicet quòd † in legitimatione filij baſtardi non eſt neceſſarius conſenſus agnatorum de quorum præiudicio videtur agi: ideo ſi pater viuit, ſatis eſt quòd ipſe conſentiat: adeo quòd iſte legitimatus ſuccedat ab inteſtato cum aliis agnatis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio in vno caſu non inducit excluſionem in alio.*

2 *Virtus contractus non extendit ſe ad alium caſum quàm expreſſum.*

QVAESTIO CCCCLVIII.

a ITEM fuit quæſitum. a Si filia viuente patre
iuxta formam præalle. c. quanuis. renuntiauerit ſuc-
ceſſioni bonorum eiuſdem, & poſt mortem patris
ſuccedat filius frater filiæ prædictæ renuntiantis:
qui frater deinde moritur ab inteſtato, an filia ipſa
eius ſoror prætextu dictæ renuntiationis impedia-
tur petere dictam ſucceſſionem? Concluſum fuit
1 quòd non, 1 quoniam † renuntiatio in vno caſu non
1 inducit excluſionem in alio. ff. de ſerui. vrb. præd. l. ſi
domus. C. de in. del. l. ſeruum. ff. de ſucceſſ. edi. l. j. §. vi-
dendum. cum ſi. Cùm enim prædicta renuntiatio
facta fuerit patri tantùm, non intelligitur facta fra-
2 tri. quoniam † virtus contractus non ſe extendit ad
alium caſum quàm ad expreſſum. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus, ff. de verbo. obliga. C. de proba. l. ad probationem.

a Ita tenet Ludo. Rom. conſi. xlviij. & ibi vide Geor. Nat. in cau. quanuis, col. lxxiiij. verſic. v quæro. & ibi etiam vide.

1 ADDITIO. Quòd non, de hoc etiam vide domi. Guido pap. quæſtio. cxxxj. & q. cxcj.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio hæreditatis facta per ſororem fratri patre non conſentiente eſt valida.*

2 *Par in parem non habet imperium.*

QVAESTIO CCCCLIX.

a ITEM ſimiliter fuit quæſitum. a An † præalleg. c.
1 quanuis pactum, habeat locum filia renuntiante vi-
uo patre hæreditati paternæ, non ipſi patri, ſed ipſis
fratribus, vel aliæ perſonæ patre non conſentiente?
Concluſum fuit quòd ſic: quia ratio expreſſa in alleg. c. ſcilicet periculi interitus animæ, ita militat in renuntiatione facta fratri, ſicut patri cum iuramento, imo fortior eſt: nam ſi tale pactum factum patri cum iuramento valet, in quo cadit ſuſpicio, & metus reuerentiæ paternalis, fortius habebit locum
quando fit fratri, in quo ſuſpicio talis non cadit: quia
2 † par in parem non habet imperium. l. nam & magiſtratus. ff. de arbi. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. & c. Innotuit. de elect.

a Idem tenent Lud. Rom. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæred. & in conſi. ſuo cxc. incip. clarum eſt. dicens Fede. de Se. ita tenuiſſe conſi. cxxxv. aliàs cxxxix. quod incipit quæritur an domina Margareta. vbi dictam decretalem extendit ad pactum factum fratri. ſed Fede. loquitur in pacto facto fratri patre iam mortuo. & idem Bald. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. veruntamen Fulgo. in l. pactum. C. de colla. tenet contrarium idem Rap. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. idem Pet. de Anch. in alleg. c. quanuis. referens ita conſuluiſſe per l. fin. C. de pact. idem Imo. & doct. in eo. cap. quanuis. idem Bal. & Salic. in alleg. l. fina. Et facit ratio, quia prædicta decretalis eſt exorbitans. & ideò non debet extendi vltra caſum in quo loquitur: cùm ergo loquatur in pacto facto patri, non habebit locum ſi pactum factum fuerit fratri vel alteri: regula, quæ à iure. de reg. iuris. lib. vj. primam tamen opin. ſæpenumero vidi de facto ſeruari. Adde quòd ſi ſunt duæ ſorores fratrem habentes: quarum vna renuntiat hæreditati paternæ: in fauorem fratris, & non ſororis, videtur renuntiare. tenet Pau. de Caſt. conſi. ſuo. cccxj. in penult. colum.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata ſemel excluſa à ſucceſſione paterna an intelligatur etiam à ſucceſſione fraterna. & nu. 2.*

QVAESTIO CCCCLX.

ITEM fuit quæſitum. a Si filia † dotata ſemel a
fuit excluſa, eo quòd tempore mortis patris exta- 1
bat filius maſculus, an ſi poſtea filius ipſe moriatur filia admittatur ad ſucceſſionem? Concluſum fuit quòd ſemper excluſa remanebit, per no. Bart. in l. fin. ff. ad Tertul.

a Idem voluit Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. & in c. j. Epiſcopum vel Abbatem in vſi. feud. & in l. cùm vſusfructus vxori. C. quando di. le. ce. & in l. in quibus. C. de ſecun. nup. per gloſſ. ſingu. & ibi dicentem quòd quando aliquid deſcendit ab aliquo ita quòd peruenit ad alium excluſio eſt perpetua & non temporalis. & ideò in caſu quæſtionis propoſitæ ſufficit quòd momento hæreditas peruenit ad filios maſculos, ita quòd filia perpetuo excludatur. vide etiam Bal. in l. ſi quis poſthumus. §. filium. ff. de inoffic. teſtam. Et ad hoc facit quod dicitur de primogenito quo defuncto ſine liberis maſculis, ſecundogenitus non admittitur ad regnum, vt voluit Bal. per illum text. in c. j. de fil. na. ex matri. ad morga.
contra fa. l. iubemus. in fi. C. ad Trebel. vt refert Lud. Ro. con-
ſil. xcviij. incip. quoad id, &c. Limita tamen prædictam conclu-
ſionem quando filia ſimpliciter excluditur: ſecus ſi non † ſim- 2
pliciter: puta quia dicitur quandiu extat maſculus, &c. Et ſic non excluditur per verba denotantia momentum temporis, ſed perſeuerantiam ſecundum Bart. in d. l. fin. Ang. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. per glo. ibi dicentem quòd ſemel hæres poteſt authoritate iuris ciuilis deſinere eſſe hæres. Idem tenet Ang. in §. ſi verò non implens. in auth. de hæ. & falc. vbi recitat collegium Florentinum ita conſuluiſſe. Idem tenet Bald. in alleg. l. in quibus, quia tunc iſta concluſio eſt potius temporalis quàm perpetua: ideò deficiente maſculo admittetur filiafa. §. Gregoriana. in auth. de non eligen. ſecun. nuben. & tex. in d. §. quoniam autem. in auth. de nup. & in l. cùm alius. ff. de cu. furio. & l. tutius. ff. de excu. tu. Limita ſecundò prædicta procedere quando filius iam factus hæres patri deceſſit. ſecus ſi non fuit hæres. vel quia noluerit. vel non poterit. de quo latè per Pau. de Caſt. conſil. cccxlij. incip. primò videndum eſt. ita determinat Geor. Nat. in ſepe. d. c. quanuis. colum. lxj. ver. xxvj. quæro.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per patrem filio in premium emancipationis non requirit inſinuationem, quatenus donatio non excedat legitimam filij: Aliàs ſecus.*

QVAESTIO CCCCLXI.

ITEM fuit quæſitum. a An † donatio per patrem a
facta filio in premium emancipationis, inſinuatio- 1
nem

nem requirat? Concluſum fuit quòd non, quatenus capit legitimam filij ſupra legitimam ſic, ſi id quod ſupra legitimam donatur ſummam legis vel ſtatuti excedat. vt not. Specul. tit. de dona. §. j. verſic. quid ſi pater, vt tenet Cy. in l. vt liberis. C. de colla. quia talis donatio non eſt ob cauſam, ſecundum doct. vt in d. l. vt liberis. & Specul. in d. ver. quid ſi pater. cauſa emancipationis eſt motiua non neceſsitatis, & ſic requirit inſinuationem ſecundum Gui. in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. Ad prædicta bene facit l. ſiquis emancipatur. C. de dona. vbi donatio in emancipatum inſinuationem requirit, ſi excedat ſummam, nec diſtinguit illa l. an facta fuerit in premium emancipationis, vel non.

a Idem tenet Bald. in l. illud. iij. colum. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ſi mortuis. C. ad l. falcid. Iacob. Butri. & Fulg. in allega. l. vt liberis. idem Bal in l. data. C. de donat. & in auth ex teſta. C. de coll. idem Bal. in addi. Spec. ti. de donatio. verſ. in eo quod. & vide Bald. in præalleg. l. illud. idem tenet Anto. de Canar. in tract. de inſi. quæſt. I. Adde Paulum de Caſt. conſi. cv.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta poteſt ſine conſenſu domini in rem quam tenet ſeruitutem imponere. & nu. 4.*

2 *Seruitutis impoſitio licet noceat vaſallo, non tamen nocet domino.*

3 *Præſcriptio habet tacitum conſenſum vel negligentiam ſaltem.*

QVAESTIO CCCCLXII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Vtrum † emphyteuta in
1 rem, quam tenet in emphyteuſim, poſsit conſtituere ſeruitutem ſine conſenſu domini. An verò requiratur eius conſenſus, ita quòd ſine eo ſeruitutem imponens cadat à iure ſuo? Et fuit concluſum poſt Guli. de Cu. in l. in prouinciali. C. de ſeruitut. quòd emphyteuta poſsit ſeruitutem imponere in re emphyteuticaria ſine requiſitione conſenſus domini, per l. j. §. penult. in fi. ff. de ſuperficie. vbi tenet Barto. quòd ſuperficiarius durante ſuperficie poſsit in ſua ſuperficie ſeruitutem imponere. argu. in §. quid ergo. in tit. de inueſtitura de re alie. fa. in li. feu. vbi text. quòd ſi vaſallus pretio, dolo, incuria, vel negligentia paſſus fuerit imponi ſeruitutem rei feudali: quòd talis ſeruitus nocet vaſallo, & valet in eius præiudicium. fa. l. Statius Florus, ff. de iur. fiſc. & in præalleg. l. in prouinciali.

a Et ibi Sali. & doctores communiter de ſuperficiario. idem dicunt Paul. de Caſt. in l. ſi tibi homo. §. final. ff de leg. j. Flo. in l. ſi cui. §. j. ff. quemadmodum ſerui amit. Et idem tenent Bal. & Salic. in emphyteuta in alleg. l. & in prouinciali. Idem Bar. & Capo. in titu. quis poſſit conſtituere ſerui. c. xiij. Iaſ. de Mayno. in l. final. C. de iure emphyteutico. ccxxvij. verſic. viij. quarto. idem Præpoſitus in allegat. §. quid ergo. & ibi etiam Bal. Et ad prædicta facit ſecundum eundem Præpoſit. gloſſ. in §. præterea. de capi. Conradi. Tamen dicit quòd in regnis & dominiis quæ vtilitatem publicam reſpiciunt non poteſt rex regnum ſubiicere ſeruituti. quia in eo non tractatur ſolùm de præiudicio ſuo. Oldr. conſil. ccxxxj. incipiente, vt eius de quo quæritur. in fine. Bald. in l. executorem. C. de execution. rei. iudic. Aloato. in §. econtrario, in allegato titu. de inueſti. & re. alie. fac. & facit gloſſ. in capit. primo de cap. Conrad. & quod notat. per Felinum & alios Canoniſtas in capit. dilecti. de maior. & obed. Quinimo nec vaſallo permittitur bona talia in æſtimo ſiue caſtaro ponere, nec alteri cui prohibita eſt alienatio: quia eſt ſpecies alienationis & ſeruitutis perpetuæ, Cald. de re. eccleſiaſt. non aliena. conſi. vj. per ea quæ habentur in c.

non liceat. xij. q. ij. & in cap. ſi quis preſbyterorum, eod. tit. Et
licet impoſitio † ſeruitutis noceat vaſallo, non tamen nocet 2
domino, ſi poſtea feudum reuertatur ad dominum, etiam ſi
per longa tempora poſſeſſa fuerit ſeruitus vaſallo poſſidente,
& ita tenent communiter doct. in cap. ij. de feu. & in alleg. l. &
in prouinciali, & in l. fin. §. penult. C. communia de leg. Iac. de
Be. in cap. j. § præterea. de ca. Conra. & dicit Bald. in alleg. §.
quid ergo. illum tex. eſſe maximè notandum, quòd cui non
nocet pactum vnius, non nocet eius patientia in permittendo
do præſcribi. & facit ratio, nam † præſcriptio habet quendam 3
tacitum conſenſum, vel ſaltem negligentiam, vt not. in cap. ſi
diligenti, & cap. vigilanti. de præſcript. ergo plus non debet
operari contra tertium, quàm expreſſum pactum. & dicit tex.
præallega. in §. quid ergo, procedere in emphyteuta: vt non
poſſit imponere ſeruitutem in præiudicium domini. quod
not. gloſ. in l. iubemus, in princip. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et
quòd in præiudicium ſuum poſſit ſeruitutem imponere, facit
gloſ. in l. iij. ff. de ſeruitut. per illum tex. vnde Præpoſi. in alleg.
§. quid ergo, dicit ſe credere, per d. §. concordari diuerſitatem
opin. quæ ponitur, an poſſit emphyteuta imponere ſeruitutem
fundo emphyteutico: nam bonum eſt argumentum de
feudo ad emphyteuſim, Bald. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & in prælud. feudorum. Et ideò idem dicendum
in emphyteuſim quod in feudo tenent communiter
doct. in d. l. iij. ff. de ſeruitut. ibi Flor. & Pau. de Caſtr. & Dyn.
& Ange. Aret. inſtitut. de actio. in §. æquè. Bartol. in præalleg.
l. j. §. fin. ff de ſuperfic. Flor. in l. ſi cui. § j. alleg. & communiter
doc. in alle. l. & in prouinciali. Sit † igitur hæc reſolutio quòd 4
emphyteuta ſine conſenſu domini poteſt ſeruitutem imponere
fundo emphyteutico, quæ durabit in præiudicium emphyteutæ,
quandiu durabit ius imponentis, poſtea reſoluetur
ipſo iure, argumento l. peto. §. prædium. ff. de legat ſecundò.
& in allegata l. Statius Florus. §. Cornelio Fælici. & ibi caſus
not. ff. de iure. fiſci. & ita concludit Iaſ. poſt Bal. vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Hæc verba, Volo quòd vxor mea ſit domina omnium bonorum meorum, necnon habeat regimen & adminiſtrationem eorum, ſine illorum alienatione, quomodo intelligenda.*

QVAESTIO CCCCLXIII.

ITEM fuit quæſitum, [a] Quid † operentur a
iſta verba, volo quòd vxor mea ſit domina & ma- 1
ioriſſa omnium bonorum meorum, necnon habeat regimen & adminiſtrationem eorundem, ſine illorum alienatione, &c. Concluſum fuit quòd per dicta verba mulier tantummodo conſequitur alimenta, ſi filij communis matrimonij hæredes fuerint instituti. Si verò reliquit extraneos hæredes, quos in poteſtate non habet, iuxta l. j. §. extraneum. C. de rei vxo. actio. tunc percipiat vſumfructum omnium bonorum, deducta falcidia, vt l. vxori meæ. & ibi Bart. ff. de vſufru. leg. pro quo glo. ſingularis in auth. hoc locum. C. ſi mulier ſe. nup. Et eodem modo prædicta verba debent intelligi ſi ſimpliciter proferantur, & de per ſe, videlicet, relinquo vxorem meam dominam, talia verba videntur denotare quandam præeminentiam in domo, ſicut ipſa mulier habebat ante mortem viri l. ij ff. rerum amota. & l. j. §. j. ff. ad Sylla. Non autem quòd ipſa habeat proprietatem vel dominium rerum, quia cùm teſtator alium hæredem inſtituerit, non eſt veriſimile, quòd voluerit vxorem habere dominium rerum, & quòd alium fecerit hæredem in vanum. Et idem ſi teſtator ſimpliciter dicat, relinquo vxorem meam vſufructuariam bonorum meorum, quia filiis inſtitutis, tantummodo conſequeretur alimenta. Si verò extranei ſunt inſtituti, vſumfructum habebit, iuxta l. fina. ff. de vſufruc. lega. & quod ibi notat. per Bartol. Et hanc opinionem poſt gloſ. approbat Cyn. in

dem beneficio. Et quia petuntur ante omnia reſtitui
fructus per ipſum percepti, offert idem monachus
facere ceſsionem bonorum: an ſit audiendus? Con-
cluſum fuit quòd non: quia tali ſpoliatori non de-
1 bet dari iuris remedium: quia † in legem commiſit.
l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & dicitur in ſimili
2 in l. verum. ff. pro ſocio. Et in † debito quod proce-
dit ex delicto ſeu quaſi non habet locum ceſsio bo-
norum. per no. in l. quæcunque. C. de ſer. fugi. & in l.
j. C. qui bo. cede. poſ. & in §. fi. inſt. de actio. & in c. fi.
de do. & contuma.

a Et hanc deci. tenent do. de Ro. deci. lxxxiij. in anti. nam & qui in fraudem bona ſua diſſipauit volens cedere bonis non auditur. l. fina. cum ibi no. ff. quæ in frau. credi. Nec quid doloſè verſatus eſt cum creditore. tenet Pau. de Caſt. conſi. xliiij. ad quod bene fa. lex. & no. in c. grauis. de depo. & c. Odoardus. de ſolu. Adde hic quæ ſcripſi ſupra q. xxviij. lxxxj. & cxxxiij.

QVAESTIO CCCCLXVIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] an agenti ſuper beneficio
ex cauſa permutationis ſibi collato, ſufficiat proba-
re compermutantem habitum & reputatum pro ta-
li: & in poſſeſsione pacifica illius beneficij fuiſſe. Et
idem de impetrante per renuntiationem, vel per
mortem illius, qui dum viueret verus tenebatur &
reputabatur beneficiatus, & illius extabat poſſeſſor
pacificus. Et concluſum fuit quòd ſic: etiam ſi titu-
lus dicti compermutantis, renuntiantis, vel defun-
cti impugnetur: quia eidem impugnanti incumbit
onus probandi. argu. no. per Inno. & Hoſt. in c. illud.
de præſum. & in c. innotuit. de eo qui fur. or. rece.

a Ita fuit determinatum de tempore meo in curia archiepiſcopali in cauſa de compen qui impetrauerat beneficium de Furthiſualibus tanquam vacans ex defecto titu. defuncti domini de Pructis prædeceſſoris mei, qui vita ſibi comite verus extiterat tentus & reputatus rector: & illud permutauerat cum domino Ioan. Durandi, pro quo ego vltra præmiſſa alleg.
1 Sicu. in præallega. c. illud. 1 & Rot. deciſ. cxij. Innoc. & Petr. de Anchar. conſi cxvj necnon Lud. Ro. conſi cccclxv. & Nico. Mil. in §. permutatur. verſi. permutans beneficium.
1 Additio. c. illud. Adde hic Feli. in eod. c. ij. col. & ſeq. & ibi vide, & Lap. alleg. lxxxviij.

QVAESTIO CCCCLXIX.

a ITEM fuit quæſitum, [a] an ſicut appellans in cau-
ſa appellationis tradere poteſt libellum appellato-
rium tendentem ad infirmandum ſententiam: ita
permittatur appellato tradere contrarium libel-
lum ad confirmationem ſententiæ? Concluſum fuit
quòd non, per no. Innocen. in capit. cùm contingat.
de offic. deleg.

a Idem tenet Ang. in l. in tribus. ff. de iudi. Philip. & Præpoſi. in cap. perſonas, vj. colum. de app. & tenere videtur Bald. in l. fin. in princ. C. de appel. Et ita vidi ſemel contra me ordinari in curia Parlamenti, cum ego produxiſſem nouum contra libellum. nam ille reiectus fuit ex ordinatione curiæ: vbi tamen appellans non proſequeretur in aliis præſertim curiis poſſet appellatus tradere libellum confirmatorium, iuxta no. in præall. c. perſonas. c. ſæpe. & c. oblatæ. de appell. Adde hic quæ ſcripſi ſuprà q. ccxxiij. q. ccexlij. q. ccclix. Et melius. q. cclij.

QVAESTIO CCCCLXX.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Aliquis agens ad reſci-
ſionem contractus condictione ex l. ij. C. de reſcin.
ven. & c. cum dilecti. de empt. & ven. vult etiam age-
re poſſeſſorio recuperandæ: an ſit audiendus? Et
concluſum fuit quòd non: nam iſtæ actiones inui-
cem videntur repugnantes. cùm enim quis petit
contractum reſcindi: quia deceptus vltra dimidiam
iuſti precij. præſupponit contractum ab initio fuiſ-
ſe validum: vel ſaltem tam efficacem, vt det colorem
poſsidendi: ergo bona fide poſsidet. pro quo faciant
not. in l. olim. c. grauis. c. ſæpe. & cap. cùm ad ſedem.
de reſti. ſpol. fac. in arg. cap. ad diſſoluendum, de de-
ſponſ. impube. & l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

a Iſtud idem tenetur per Ro. deciſ. cxix. & Nic. Mil. in §. libellus. ver. libellos poteſt ſimul. Cauſæ tamen nullitatis & reſtitutionis in integr. bene poſſunt ſimul intentari & opponi, iuxta not vbi ſuprà, & per Innocen. in ca. cùm ex literis. de in integ. reſt. ad quod vide Oldra. conſil. cxviij in q. fin. Ideo admittitur libellus in quo minor dicit contractum nullum: & ſi eſt aliquis, petit eum reſcindi eadem ratione procedit libellus in quo dico ſententiam nullam: & ſi eſt aliqua, peto eam reuocari vt iniquam, vt not. Innoc. quem ſequitur Io. And. Ant. & Sicu. in cap. conſtitutus. de in integr. reſti. & Spec. refert ita ſeruari in curia. in tit. de ſent. §. iuxta. ver. ſed nunquid talis libellus. pro hoc tex. & quod ibi not. Io. And & Sicu. in ca. cùm olim. ij de priui idem not. Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de app. & in l. diuus. ff de in inte. reſti. no. Bal. in l. libello, in quo quis petit rem vel eius æſtimationem quando probabiliter dubitatur, an rea extet, vt in l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccle. Idem tenet Bal. in l. diuortio. §. ob donationem ff. ſol mat. & vide Sicu in alle. c. conſtitutus. & Bar. in l. j §. quia autem. ff. quor. lega. vbi concludit quòd quando incertitudo prouenit ex facto aduerſarij admittitur libellus incertus, aliàs ſecus. ſed idem videtur etiam ſi aliàs quàm ex facto rei procedit incertitudo: dummodo nõ ſit in poteſtate actoris illam certificare, & hoc ſentit Bart. in l prætor § quid autem ff. de iudic. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. § Celſus in fine. ff. de verbor. oblig. Adde quòd reſtitutio in integr. & rea poſſunt ſimul eſſe petitæ, ſic reſcindens & reſciſſorium poſſunt in eodem libello accumulari: & reſcindens purè & reſciſſorium in euentum reſtitutionis concedendæ. Et vtrunque poteſt eadem ſententia terminari. not. Cyn. C. ex quib. cau. maio. l. fin. & Bar. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Imol. Ioan. Andr. Ant. & Sicul. in cap. cùm ex literis. de in integrum reſti. vide Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de app. idem Nic. Mil. in §. reſtitutio, verſi. reſtitutio, & rea.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus agens poſſeſſorio probabiliter tenetur facere fidem de titulo.*

2 *Quæſtio poſſeſſoria ſuper matrimonio, vel alio ſpirituali, non eſt ſpiritualis, ſed quaſi.*

3 *In poſſeſſorio ſuper re ſpirituali non iuratur de calumnia.*

QVAESTIO CCCCLXXI.

ITEM fuit quæſitum. [a] an ſi agatur poſſeſſorio a
ratione alicuius beneficij, iſta cauſa ſit cenſenda
ſpiritualis 1 vel quaſi, adeò quòd non requiratur li- 1
tis conteſtatio. Concluſum fuit quòd non requira-
tur litis conteſt. vt fuit deciſum, ſuprà q. ccxxvij. per
not. Innoc. in c. j. de libel. oblat.

a Idem tenet Guli. de mon. lau. Io. de Lig. Bert. & Io. de Imo. in cle. diſpendioſam. de iudic. in cle. vbi dicunt quòd ſi agatur de beneficio poſſeſſorio, debet cauſa tractari ſimpliciter & de plano, prout tractatur cùm agitur petitorio: quia † ſpoliatus 1
agens poſſeſſorio ſaltem probabiliter tenetur fidem facere de titulo, vt no. gl. c. in literis. de reſtit. ſpol. & c. ex tranſmiſſa. & c. vt lit. pend. lib. vj. Præterea hæc cauſa poſſeſſoria eſt beneficialis, quia de beneficio poteſt agi petitorio & poſſeſſorio. cl. vnica. de ſequeſt. poſ. & fruc. item continentia petitorij & poſſeſſorij diuidi nõ debet. C. de iudi. l. nulli. de cau. poſ. & propt. c. j. Nec obſtat quod dicitur quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, vt l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff de acq. poſ. quia hoc verũ eſt vt ſententia lata in vno, præiudicet in alio, ſed in multis magnam habent communionem, argu. bo. in cap. cauſam. de præſcript. Nec obſtat cap. j. vt lite non conteſt. nam ibi eſt odium in ſeparatione coniugis, & fauor coniunctionis, quæ hoc inducunt, quæ hic ceſſant: & ita ſeruari vidi aliquando. Adde ad hæc quæ ſcripſi ſuprà q. ccxxvij.

& iſtud ſeruari refert idem Bet. in palatio apoſtolico. Ad idem
in Spec. tit. de peti & poſ. §. j. ver. quid ſi ego poſſeſſorio. di-
2 citur quòd † quæſtio poſſeſſoria ſuper matrimonio vel alio
ſpirituali non eſt ſpiritualis. ſed quaſi ſpiritualis. Ad idem in-
ducuntur not. per Archi. & Ioan. Imo. in c. eum qui. de eo qui
mit. in poſſ. cauſa rei ſer. vbi dicunt quòd ſicut quando agitur
de beneficio obtinendo, non habet locum miſſio in poſſeſſio-
nem cauſa rei ſeruandæ, ſed debet procedi ad vlteriora. ita &
ſi agitur poſſeſſorio ſuper beneficio obtento. idem tenet Spe-
cul. in ti. de conism. §. ſequitur. ver. illud. & dicitur quòd Cle-
mens ita pronunciauit. & omnes doct. conueniebant. Idem
Ioan. And. in nouel. in alle. c. eum qui. & ibi Domi. idem tenet
Sicul. in c. literas. de iura. calum. adducens præter alleg. ſuprà
Specul. in tit. de iuramento calumniæ. §. ſequitur. in princ. vbi
3 apertè dicit quòd in † poſſeſſorio ſuper re ſpirituali non iura-
tur de calumnia per c. præſentium. de teſtibus. lib. vj. Et ſic vult
quòd debeat vt ſpiritualis tractari: licet glo. in præalleg. c. lite-
ras, videtur tenere contrarium. & Vincen. hoc idem ſentire
videtur in c. fi. de iud. vbi dicit, quòd de iure ſpirituali poteſt
agi poſſeſſorio coram iudice temporali. ſed de mero iure ſpi-
rituali, non etiam incidenter. idem ſentit glo. in c. cùm dilecti.
de elect. in verb. iuramento. quæ dicit, quod quando agitur
poſſeſſorio de re ſpirituali nō agitur ſpiritualiter. & ideo non
eſt tractanda tanquam ſpiritualis. idem ſentit gloſ. in c. literas.
de reſtitu. ſpo. quæ vult quòd in exceptionibus peremptoriis
ſeu dilatoriis quæ proponuntur in cauſa ſpirituali iuratur de
calumnia, etiam ſi tunc non agatur de re ſpirituali. hoc etiam
ſentit Innoc. in alleg. c. cùm dilecti. vbi dicit quòd non eſt cau-
ſa merè ſpiritualis vbi agitur poſſeſſorio de re ſpirituali. & idē
Archi. in c. frequens. de reſtit. ſpol. lib. vj. Prima tamen opi. eſt
communior. & reperio eam tenuiſſe Ro. deciſ. clv. in antiquis.
veruntamen ſæpenumero in poſſeſſoriis beneficialibus in cu-
riis temporalibus ſit lit. conteſt. & partes in factis contrariæ
appunctantur antequam procedatur ad receptionem teſtium,
ex quo magna ſubſequuntur diſpendia. & vtinam non fierent
tam prolixæ proceſſuræ in iſtis poſſeſſoriis, ſicut hodie fieri
videmus, nunc enim tot adhibentur ſolennitates ac ſi procede-
retur ſuper petitorio, quamobrē lites immortales efficiuntur,
& poſſeſſorium abſorbet petitorium, quamuis contrarium eſſe
deberet. Adde Nic. Mil. in §. beneficium. ver. beneficialis cauſa.
1 ADDITIO. Sit cenſenda ſpiritualis. vide deci. Grauono.
quæſt. lxix.

QVAESTIO CCCCLXXII.

a ITEM fuit quæſitum. a Quidam rector alicuius
parochialis eccleſiæ petiit licentiam ab ordinario, vt
nō promoueretur ad ſacerdotium cauſa ſtudiorum
intra tempus, intra quod nō poterat ad ſacerdotium
promoueri: quia erat prope finem anni fuit tamen
eidem conceſſa licentia prædicta, an valeat? Conclu-
ſum fuit quòd ſic: quia licet non poſſit promoueri,
ius habet in beneficio, donec annus ſit elapſus. vt in
c. commiſſa. in prin. de elec. lib. vj. & hæc videtur opi.
Archi. in c. licet. canon. eod. tit. & lib.

a Idem tenet Domi. in c. cùm ex eo. ij. eulum. eodem titu. &
libro vj. allega. Rotam in antiquis decisi. clxxxviij. vbi dicunt
fuiſſe communem opin. in Ro. Et per hoc ſimiliter fuiſſe com-
munem opin. quòd iuxta tale tempus valuiſſet permutatio.
quia intra annum ius habet in beneficio nec eſt priuatus niſi
annus ſit elapſus. vt no. doct. in alleg. c. commiſſa. idem tenet
Ioan. And. in addi. Specu. ſuper rub. de re. permu. quem ibi vi-
de. idem videtur tenere Domi. in alle. c. cùm ex eo. idem Ioan.
de Imol. poſt Ioan. de Lig. in cle. vnica. de re. permu. antepen.
col. dicit tamen Ioan. de Lig. quod poſſit infringi. veruntamen
refert idem Imo. Fede. de Sen. tenuiſſe quòd non poſſit per-
mutare, quia imminet priuatio legis, & idem voluit alia deci-
ſio Ro. nume. mihi cclv. in antiquis. Primam tamen opi. cre-
derem de iure veriorem: quia ante lapſum anni adhuc ſuum
dicitur eſſe beneficium, & illi poteſt renuntiare, & ſic vacabit
per renuntiationem & non per priuationem legis, iuxta no.
per Ioan. Mo. Archi. Ioan. And. & Domin. in alleg. c. commiſſa
in princip.

QVAESTIO CCCCLXXIII.

a ITEM fuit quæſitum, a an de penſione ſit fien-
da mentio in impetratione beneficij? Concluſum
fuit quòd non, ſi eſt talis penſio etiam conſtituta ſu-
per fructibus alterius beneficij, dum tamen moria-
tur cum perſona. Alias ſi eſſet perpetua penſio con-
ſtituta iure beneficij, quæ transfertur de perſona in
perſonam, bene eſſet fienda mentio, not. in c. ſi pau-
per. de præben. lib. vj. & in c. poſtulaſti. de reſcript.
per Innoc. & Hoſtien.

a Idem tenet Feli. in alleg. c. poſtulaſti. alleg. deci. Ro. in an-
tiquis quæ eſt numero mihi ccx. & in antiquioribus, deciſi. xj.
de huiuſmodi materia penſionum vide perquàm latiſſimè per
eundem Feli. in c. ad audientiam. ij. de reſcrip. Et an conſtituta
penſione ſuper fructibus alicuius beneficij fructus ipſi cen-
ſeantur obligati, & hypothecati? vide per Feli. in eod. c. ad au-
dientiam. & per Ludo. Rom. conſil. cclxxviij.

SVMMARIVM.

1 *Reo confitente defectum iuris ſui, ſi actor deficiat in probando, abſoluetur reus ab impetitione ſua.*

QVAESTIO CCCCLXXIIII.

ITEM fuit quæſitum. a vtrū † in cauſa benefi- a
ciali ſufficiat confeſſio rei 1 ad probandum titulum t
ipſius actoris? Concluſum fuit quòd non. quia opor- t
tet quòd conſtet de titulo per canonicam inſtru-
ctionem, & non aduerſarij confeſſionem, de præb.
c. dilecto. de inſt. c. ex frequentibus. facit quòd in ſi-
mili dicitur de matrimonio carnali, in quo non ſta-
tur confeſſioni coniugis ſuper impedimento. c. ſu-
per eo. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, tenet Ioan.
And. in c. ij. de confeſ. lib. vj. ſuper ver. cōfeſſio, quod
idem Ioan. Andr. limitat verum in addi. Specu. tit. de
poſit. §. ix. verſic. verumtamen. ibi ſecus puta quoad
ius actoris. ſed quantum ad præiudicium ipſius rei
bene ſibi noceret ſua confeſſio: quia poſſet iudex ex
officio procedere virtute confeſſionis. no. Ioan. An.
& doct. in c. mandatum, de reſcript. & ho. in c. ſuper.
de cauſ. poſſ. & proprie.

a Vbi dicit Sicul. quòd † ſi reus confitetur defectum iuris 1
ſui & actor deficit in probando, abſoluetur reus ab impeti-
tione ſua. de quo vide per Barba. in c. cùm olim. de re. permut.
Et quo ad principale quæſitum Dominicus in c. eum qui. de
eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſer. lib. vj. dat aliam limitationem
per gloſſ. poſitam ſuper ver. ſi non appareat. in c. penult. de
reſcriptis. eod. libro. quod iſtud verum ſit, quando actor ex
toto vellet fundare titulum ſuum ex confeſſione rei. Sed ſi
non vellet ex toto fundare ſed coadunare ſuum ius quod erat
dubium ex probatione facta per eum de titulo ſuo, tunc bene
poſſet ſe iuuare ex confeſſione rei, etiam ſuper titulo benefi-
cij, quam gloſſ. dicit ad hoc notandam. Aliam limitationem
ponit Ro. deciſi. cccxij. in no. vt ſufficiat in poſſeſſorio cauſæ
beneficialis cōfeſſio ſpoliatoris ad tollerandum titulum ſpo-
liati agētis ad reſtitutionem beneficij: quo ſe dicit ſpoliatum:
& hoc in odium ſpoliantis. propter quod multa ſpecialia con-
tra iura ſtatuuntur. vt patet in cle. vnica. de cau. poſ. & proprie.
1 ADDITIO. Confeſſio rei. tu vide Rotam in deciſi. cccvij.
& quæſt. cxix. in no.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio alternatiua ad talem vel talem de iure canonico non valet, ſecus tamen de iure ciuili*

QVAESTIO CCCCLXXV.

ITEM fuit quæſitum. a An † valeret appellatio a
alternatiua 1 puta ad talem vel talem? Concluſum a
fuit quòd non, de iure canoni. pro quo glóſſ. in cap. t
ſi is cui. de offic. delega. lib. vj. & idem ibidem tenet
Ioan. And. in nouel. idem Ioan. And. in mercu. in re-
gula. in alternatiuis, de reg. iur. lib. vj. Idem Io. And.
in addi

in additio. Specu.titu.de appellatio. §.nunc tractemus. verſicu. quid ſi dicat.quamuis Legiſtæ teneant contrarium.

a Idem quod Ioan. Andr.tenere videtur Bald.in l.cum proponas. C.de bon. authoritate.iudic.poſſid. Sicul.in capitu.ij. de appellatio. Ludo. Roma.conſi cclx. niſi ſubſit iuſta cauſa incertitudinis. pro quo facit.capitu.conſtitutus.de in integr. reſtitu. Et quia plures fuerunt opiniones in contrarium vt videlicet valeat appellatio. Ideo pro concordia poteſt formari regula, prout vult Præpoſi. in capi.dilecti filij præcі.de appella. vt non valeat appella. alternatiua. de qua regula latè per Angel.conſi.cclxv. incipit Senat.& ea.fallit primo de iure ciuili.quia tunc cùm ſemper iudex ſit certus alternatiua bene reſoluitur in ſimplicem poſitionem & videtur appellatum ad competentem. & ita bene procedit argu.l proinde. ff.de ſtipula.ſeruo.& l. Imperatores. ff de appella & ita etiam procedit opinio. Bald.in d.l.appellatione.& Angel.in d.l.cùm proponas. Et idem dicit Præpo.vbi ſuprà.de iure canonico ſi appellaretur à delegato papæ:vt intelligatur ſolùm ipſa alternatiua in papa: quia ſolus eſt in tali appellatione iudex competens. & hoc videtur velle Sicul.in allega.cap. ij. Secundò fallit quando intra decẽ dies certificaretur appellatus,de quo ſenſit appellans.ita gloſſ.in d.ca.ſi is cui.& ita poteſt ſeruari opinio Rotæ.deciſio. ccxiij in nouella & Nicol Mil.in §.appellatio. verſicu.appellatio alternatiua. Tertiò fallit quando eſſet probabile dubium.ita Ioan.And.in allega.regula iutit.& Sicul.in allega ca.ij.& Lud.Rom.conſi.ſuperius alleg.Quartò quando de iure canonico eſſemus in caſu quo non poſſit appellari niſi ad vnum de nominatis in appellatione. ita voluit Ioan.Andr. in alleg. regula, puta quia appelletur à ſubdito ſuffraganei ad epiſcopum vel archiepiſcopum ad epiſcopum valet appellatio & vide Præpoſi. vbi ſuprà & ſuper Rub.de appel.col.xj.

1 Additio. Appellatio alternatiua. Vide in deciſio. Gratian op.quæſt.cccxvj.

SVMMARIVM.

1 *Propter periculum in mora, & propter potentiam vaſalli procedi poteſt parte non citata, & feudum occupari, & nume.3.*

Debitore ſuſpecto de fuga, ſuſpicio probari poteſt per indicia debitore non citato, & nume.4.

QVAESTIO CCCCLXXVI.

a ITEM fuit quæſitum. a An † in receptione te-
1 ſtium ad æternam rei memoriam poſsit omitti citatio partis, quando actor non audet eam conuenire propter eius potentiam? Conclusum fuit quòd ſic: & quòd etiam excuſatur à denuntiatione, quæ venit fienda iuxta diſpoſitionem cap.quoniam frequenter. vt lit.non conteſta.& ita notabiliter tenuit ibidem Hoſtien.inſtruens tamen iudicem vt in examine ſuſtineat vices abſentis. bene facit quòd not. Ioan. Andr.in capi.non minus.de immuni.eccleſia, vbi dicit quòd quando aliàs requiritur citatio peremptoria, tamen ſi agatur de citando aduerſario, qui eſt homo terribilis & potens, ſufficit vnica citatio.& iſtud no.perpetuò.

a Idem voluit Bald.in capitu.j.in principio ij.colum.de milite vaſal.qui contu.eſt. & Alexand.de Imol.in l.contumacia. penulti.colum.ff.de re iudic.facit quod notat Domini.in cap. cor.de immunita. eccleſi.in vj. & facit dictum Bald.in l.conſentaneum. vj. colum. C.quomodo & quando iud.vbi dicit
a quòd antequam † capiatur debitor ſuſpectus de fuga non præmiſſa citatione debet ſuſpicio probari per indicia, & poterunt teſtes recipi debitore non citato, & hoc eſt ſpecialiſſimum ne de fuga inſtruatur, ſecundum eum. Similiter videmus quòd in cauſa criminali, iudices factis prius informationibus ſine aliqua citatione capi faciunt reum, ſi agitur de pœna corporali, ne ſi fuerit prius citatus fugam reus de crimine conſcius arripiat. quòd etiam innuit Salice.in leg.abſentem. iiij. colum. C.de accuſa. Similiter dicit Siculus in capitul. accepimus. j. colum. de fide inſtrument. quòd propter potentiam aduerſarij poſſunt examinari priuilegia quæ arguunt de falſo, eo non citato.& Hoſtien.in capitu.fin.eodem titu. dicit quòd in exemplatione inſtrumenti, de qua ibi, poteſt omitti citatio rei aduerſarij, ſi eſt nimis potens, ſimiliter Petr.de Anchar. conſil.cclxxij incip. & † prædicta factio aſ- 3
ſtatione, quòd propter periculum in mora, vel propter potentiam vaſalli, poteſt procedi eo non citato, & feudum occupari. Et idem dicit conſil.cccciij. Ad idem facit dictum Hoſtien.in cap.primo, de homicid.libro ſexto. vbi dicit quòd in caſu illius c. poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata, & parte abſente, & non citata. & ſequitur ibi Dominicus in §.finali, antepenult.colum. & Siculus in cap.cùm non ab homine, iij. col.verſic.Et inquantum dubitaretur. de iudic.dicit etiam Innocen.in cap. ex literis. quaſi circa medium.de exceſ.prælato. quòd non eſt neceſſariò citandus ille qui de contumacia vel culpa notatus eſt.& ſequitur Archid.in cap caueant.iij. quæſt. ix.& Bald.in l.ad peremptio.ff.de iudi.Ex quibus verbis Innoc. infert Bald.in l.cunctos populos.C.de ſum.trini. ad finem. in
lec. quòd quando aliquis eſt ſuſpectus † de receſſu vel fuga, 4
non eſt neceſſe, quòd edictum ad eius notitiam perueniat. Similiter dicit Anto.de Butr.in cap.quod ſicut.§.j.de elect.quòd timor periculi inducit iuſtam cauſam non vocandi abſentes, per illum tex. in verſi.ſi tamen ſine periculo poterunt conuocari. Adde Sicul.& Felin.in præalleg. cap. quoniam frequenter.quæ ſequuntur dictum Hoſtienſ. in quæſtione noſtra allegatum, quod dicit Felin.in practica ſeruari propter authoritatem Hoſtien .& aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator pro domino abſque ſpeciali mandato non poteſt appellare ab executione ſententiæ.*

QVAESTIO CCCCLXXVII.

ITEM fuit quæſitum. a An † procurator poſsit a
appellare 1 pro domino ſine ſpeciali mandato ab exe 1
cutione ſententiæ? Concluſum fuit quòd non, nec 1
ſufficit mandatum ad cauſam, quia ſi appellans ſuccumbat, punitur. l.ab executore.C.quæ appella.non recip.ſed procurator non poteſt facere talia per quæ dominus pœnã incurreret.l.j.§. ſi procurator. & ibi Bartol.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. glo.in l.iiij.§. ſi procurator.ff.quod quiſque iur. Bart.in l.ſi procurator.ff.de cond. indeb. ergo ſine cauſa non poterit talis procurator appellationem ab executione ſententiæ interponere.

a Ita concludit Præpoſitus in cap. nouit. de appellat.ij. col. & refert Angel.idem voluiſſe, conſilio quod incipit, pronunciata eſt tenuta. Angel.Aretin. in l.ab executione. quarta col. ff. quorum appellatio.non recipien. & Bart. Cæpo. in cap. ij. de appellatio. 2 2

1 Additio. An procurator poſſit appellare pro domino, vide Guid.Pap.quæſt.cccxvj.in deciſ.delphin.

2 Cap.ij.de appel.adde Iaſ.in l. inuitus. in colum.iij.ſi. C. de procurat. vbi idem tenet, dato quòd eſſet generaliter conſtitutus ad omnes lites & cauſas præſentes & futuras, etiam cum poteſtate appellandi ab omni ſententia, ſed eſt neceſſe quòd in iudicio habeat poteſtatem appellandi ab executione: & hoc ratione hic alleg.

SVMMARIVM.

1 *Diſsipans fructus lite pendente, non poſſunt hi fructus ſequeſtrari, ſi fuerit diſsipans ſoluendo.*

Secus verò ſi non fuerit ſoluendo & num.2.

3 *In cauſa appellationis ſiue diſsipans fuerit ſoluendo ſiue non, fructus ſemper ſequeſtrantur.*

4 *Depopulatio fructuum vbi timetur, poteſt fieri ſequeſtratio.*

5 *Sequeſtratio fructuum quot in caſibus prohibeatur.*

6 *Fructus beneficij lite pendente poſſunt ſequeſtrari lite pendente.*

QVAESTIO CCCCLXXVIII.

ITEM fuit quæſitum. a Aliquis † lite penden- a
te diſſipat fructus, an poſsint de iure ſequeſtrari? 1

Coucluſum fuit quòd non, & ita videtur voluiſſe
Ioan. Andr. in cap. fin. de ſequeſtra. poſſ. & fruct.
dum innuit quòd illud cap. non habet locum in
cauſa principali,

a Dic tu poſt Sicul. in eod. cap. quòd aut reus eſt ſoluendo,
ita quòd poterit ſoluere æſtimationem in caſu perditionis,
& tunc non fiet ſequeſtrum in cauſa principali: & ita proce-
2 dat dictum Ioan. Andr. Aut † non eſt ſoluendo, & ſic fiet ſe-
queſtrum. ad quod fa. not. per Specu. eod. titu. §. j. verſicu. item
3 pone. & dixit idem Sicul. in cap. ij. eod. titu. Sed † in cauſa ap-
pellationis ſiue ſit ſoluendo, ſiue non, ex quo diſſipatur fru-
ctus debet fieri ſequeſtratio. vt in præallega. cap. fin. & voluit
Barto. per text. in l. Imperatores. in fi. de appella. vbi bon. tea.
Et ideò quandoque etiam interdici poſſet, propter timorem
diſſipationis pendente appellatione ſiue lite, alienatio etiam
immobilium. text. eſt not. & ibi Bartol. in l. de pollicitationis,
circa fin. ff. de pollici. & volunt Canoniſtę in cap. j. vt lite pend.
Et ideò ſi timetur de fuga debitoris lite vel appellatione pen-
dente: ſicut ſi nulla lis penderet, poſſet capi per creditorem
authoritate propria. l. ait prætor. §. ſi debitoré. ff. quæ in frau.
credi. ita not. Angel. in repetitione. l. nemo carcerem. C. de
exacto. tribu. li. x. vbi vult quòd dictus §. ſi debitorem, habeat
locum etiam appellatione pendente. ita Præpoſi. in cap. cùm
4 teneamur. de appellatio. Adde † quòd vbi eſt timor quòd fru-
ctus depopulentur, poteſt fieri ſequeſtratio. l. ſi cùm dotem.
§. ſi ante m. cum gloſſ. ff. ſolut. matrimo. & in præallegat. l. Im-
peratores. vel conuertantur in vſum vitæ. Angel. in l. diuus. ff.
de petitio. hæred. & in l. ſi ſeruus. §. ait prætor. ff. de acquiren.
hæred. & Bald. in cap. j. quo tempore miles. & in l. ſi fideiuſſor.
§. fina. ff. qui ſatiſd. cog. niſi ſit pauper. quia ne fame moriatur
non poteſt ei fieri ſequeſtratio fructuum. imò ad reſtitutio-
nem non teneatur. Angel. in dicto §. fina. Poteſt etiam fieri ſe-
queſtratio de fructibus cùm eſt quæſtio de poſitione vacante
& iudici videatur & metus ſit rixæ inter partes. Bald. in l. fina.
iiij. colum. C. de edict. diui Adria. tollen. Et quoties timor eſt
quòd partes veniant ad arma. l. æquiſſimum. de vſufruct. & l.
fina. de offic. procur. Cæſaris. quod intellige quando neuter
poſſidet. vt ibi. & Bartol. in allega. l. æquiſſimum. §. ſed ſi inter.
& ibi Floria. Bald. in l. ij. C. de ſumma tri. & in l. fina. iiij. colum.
C. de edi. diui Adria. tollen. Bartol. in l. quod iuſſit. poſt gloſſ.
de re iudic. Bald. in additio. Specu. titu. de libel. conceſ. verſic.
quando partes. ſi tamen vnus poſſidet, non poſſidenti debet
inhiberi. Bald. ibi & in l. vnica. de probi. ſeque. & in l. penul. &
ibi Barto. & Angel. vbi pupil. educa. debe. & Bald. in additio.
Specu. titu. de ſequeſtra. poſſ. verſic. j. Poteſt etiam fieri ſeque-
ſtratio quando partium iura ſunt obſcura iudici. Ioan. Fabri.
in l. vnica. C. vti poſſide. & Bald. in d. l. fi. iiij. colum. C. de edic.
diui Adri. tol. Et poteſt etiam fieri interdicto retinendæ, id eſt
vbi eſſet ſequeſtratio rei contentioſę. Bald. in l. fina. C. de ordi.
cog. videlicet ſi vterque incumbit poſſeſſioni: & eſt timor ar-
morum. & ita fit in caſu nouitatis. vt not. per Ioan. Fabr. inſtit.
5 de inter. in §. retinendæ. in allegat. l. vnica. Adde † quòd no-
cat Sicul. in capitul. ij. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. videlicet,
quòd in caſibus in quibus prohibetur ſequeſtratio, Si actor
dicit ſe habere ius in fructibus: vel quia ſunt in cauſa reſtitu-
tionis: vel ſi extabunt tempore ſententiæ, poteſt petere vt
ſaltem omnes fructus deſcribantur antequam perueniant ad
manus rei. hoc not. voluit Bartol. in l. vnica. C. de probi. ſeque-
ſtra. & d. l. Imperatores. §. idem reſcripſerunt. & in l. intereſſe
puto. ff. de acquiren. poſſeſſione. item quod prætextu debiti
quando ſuſpicatur aliquem effici non ſoluendo poteſt fieri
ſequeſtratio de re alterius, præmiſſa tamen cauſæ cognitione.
Et vbi timor eſt de clerici conſumptione, poterit iudex hanc
ſummariam cognitionem facere etiam parte non vocata, ſi-
cut poteſt cognoſcere de ſuſpicione ad faciendum aliquem
capi perſonaliter: vt legitur & notatur in l. iij. §. præterea ff.
de ſuſpec. tuto & in allegata l. ait prætor. §. ſi debitorem. per
6 Bartol. & ſcripſi ſuprà quæſtione cccclxxv. Adde † quòd
fructus beneficij de quo lis pendet poſſunt ſequeſtrari vt ſer-
uiant ad neceſſitatem eccleſiæ. ita dicit Bald. in l. vnica. ij. co-
lum. C. de probi. ſequeſtra. Adde quòd virtute cle. ad compe-
ſcendum de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. poſſunt nedum tempora-
lia, ſed etiam ſpiritualia ſequeſtrari. ita tenet Old. conſi. clxj.

SVMMARIVM.

1 *Recuſatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſicut ap-*
pellatio, & nu. 2. 3.

4 *Recuſatio ſi probetur iniuſta, valebit proceſſus,*
ſecus ſi iuſta.

5 *Iudice reiiciente recuſationem tanquam ex cauſa*
notoriè falſa, iuriſdictio eius non ſuſpenditur.

QVAESTIO CCCCLXXIX.

ITEM fuit quæſitum. [a] Vtrum propoſita recu- a
ſatione, ſi iudex non admiſſa huiuſmodi recuſatio-
ne procedat ad vlteriora, principalis proceſſus erit
nullus ipſo iure? Concluſum fuit † quòd recu- 1
ſatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſicut appel-
latio. pro quo eſt gloſſa ij. quæſtio. vj. capitul. quo-
ties. gloſſ. iij. quæſtio. v. quia ſuſpecti. gloſſ. in capi-
tul. iudex ab Apoſtolica. in verſicul. proponatur. de
offic. delegat. libro ſexto. facit gloſſ. iuris ciuilis in l.
final. C. de ſenten. & interlocut. omnium iudicum.
& voluit Bartol. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Ioan.
Andr. in capitul. legitima. de appellat. libro ſexto. Et
dicit Hoſtien. in capitul. cum ſpeciali. de appella. ſe
audiuiſſe ab Innocen. quòd hæc opinio eſt vera. &
eam ſequitur Hoſtien. & Ioan. Andr. & etiam idem
Hoſtien. in ſumma de iudic. delega. §. quis ſit effe-
ctus, circa principium.

a Idem tenuit Geminianus in allegato capitulo legitima.
Siculus ſuper Rubrica de appellationibus. Imola. in allegata
leg. quia poterat. Salicetus in leg. apertiſſimi. C. de iudic.
Idem Imola. in leg. quidam conſulebant. ff. de re iudica. ad-
ducens text. in l. vnica. C. ſi quacunque præditus poteſtate.
vbi text. vult † quòd recuſato iudice, ſtatim iuriſdictio ab eo 2
euellitur, ergo proceſſus per eum agitatus tanquam per non
habentem iuriſdictionem eſt nullus. Et cum Bartol. tranſit
Paul. de Caſtr. conſil. xxij. quod incipit: in Chriſti nomine, &c.
circa principium. Salicet. in authen. offeratur. per alium text.
C. de lit. conteſtatio. Gemi. in allega. c. quoties. ij. quæſtio. vj.
Bald. in ca. olim. ij. colum. de except. & ca. ſuſpicionis. de offi.
deleg. Franc. de Zaba. in alleg. ca. ſpeciali. ſecundum Bald. ne-
gari non † poteſt quin recuſatio iudicis faciat iuriſdictionem 3
dubiam: ergo proceſſus tuus non valet. nam ante omnia iu-
dex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione. cap. prudentia. in
princip. de offic. delega. l. quæro. in fi. ff de eo. qui pro tuto. l.
hoc autem. & ibi. ff. ex qui. cau. in poſſeſſionem eatur. facit no.
per Barto. in l. multum intereſt. ff. de conditio. & demon. Ter-
tiò adducit Innoc. text. in præallega. ca. iudex. vbi poſita recu-
ſatione iudex non poteſt ſubdelegare niſi de conſenſu: ergo
multominus ad vlteriora procedere. Licet Innoc. in allega. ca.
cum ſpeciali. dicat quòd non meminit legiſſe, quòd proceſſus
ſit nullus ipſo iure. Et hanc opinionem ſequitur tandem Fran.
in eo. cap. Angel. in allega. l. quia poterat. Inn. in. ca. inſinuan-
te. de offic. deleg Angel. in l. quidam conſulebant. alleg. Spec.
in tit. de recuſa. iudic. §. quod autem. in fi. Ant. in ca. accedens.
in j vt lit. non conteſt. Oldr. conſi. cxlvij. Angel. conſil. cxviij. &
in præalleg. l. apertiſſimi. & ibi Ioan. Faber. not. in ca. quoniam
contra falſam. in verbo recuſationes. de probatio. Bald. & Sa-
licet. in l. vnica. C. ſi qua præditus poteſtate. Item tenent ante-
quam eligantur arbitri. Et propter huiuſmodi contrarietatem
Lap. in alleg. c. iudex. quem ſequitur Imol. in alleg. c. cum ſpe-
ciali. & idem Imol. in allega. l. quidam conſulebant. & Ludo.
Roma. in d. l. quia poterat. & in conſ. clxxuij. quod incipit. cir-
ca primũ cõſultationis. diſtinguit, quòd aut loquitur de iure
ciuili: & tunc ex quo non eſt neceſſaria, alia probatio ſuſpi-
cionis ſtatim dicatur affecta iuriſdictio. Et ideò non valet
proceſſus. & ſic procedat opin. Barto. & Hoſtien & ita voluit
Bald. in alleg. ca. cum ſpeciali. & in alleg. l. vnica. Aut loquitur
de iure canonico. & tunc futurus iudicabit euentus. Nam ſi
recuſatio † probabitur iniuſta valebit proceſſus, ſi iuſta non 4
valebit. & facit: quia bonum eſt argumentum de appellatione
ad recuſationem, ergo idem erit quòd appellatione ab inter-
locutoria in cap. non ſolum. de appella. libro ſexto. Sicul. au-
tem in allega. cap. cum ſpeciali. diſtinguit quòd aut propoſita
recuſatione recuſans à modo non comparet, & nullus eſt pro-
ceſſus & ſibi imputet ſi non appellet. vide pleniſſimè per Præ-
poſi. tam ſuper rubri. j. & ij. colum. quàm in præalleg. cap. cum
ſpeciali. xiiij. xv. & xvj. colum. quòd appellatio, opinio Bart. eſt
communior. & illam ſeruari vidi in practica. Adde Nico. Mil.

in 9.

in §.iuriſdictio.verſi.iuriſdictio.ſicut ſuſpenditur.per alleg.ca.
5 index. Tener † quòd ſola recuſatio ex cauſa legitima adeò ſuſpendit iuriſdictionem, quòd quicquid iudex poſtea agit parte non conſentiente, non valet, quod verum eſt ſecundum eum: niſi iudex recuſationem reiiciat tanquam ex cauſa notoriè falſa, & hoc exprimat.vt not.Lap.allega.) Et quod dictum eſt recuſatio ſuſpendat iuriſdictionem, intelligit idem Milna probata veritate cauſæ: ſicut etiam in appellatione requiritur quòd cauſa inſerta probetur.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio ad principem, vbi quis à iure communi excluditur ab appellando, non admittitur, & numera 2.*
3 *Quibus in caſibus afferatur ſupplicatio principi.*
4 *Remedium extraordinarium ſemel tantum peti poteſt.*
5 *Erroris iuris prapoſitio non admittitur contra arreſta.*
6 *Præfecti prætorio & ſenatores habentes immediatè poteſtatem à principe ſupra ius ſunt conſtituti.*
Et legem condere poſſunt, nume.7.
8 *Fatalia non currunt dum cauſa pendet in auditorio principis.*

QVAESTIO CCCCLXXX.

1 ITEM fuit quæſitum. [a] Certum eſt quòd de officiali principali ad epiſcopum de iure non poteſt appellari.vt in ca.ij.de conſuetudine.lib.vj. & in ca. Romana. de appel.eo.lib. Sed nunquid à ſententia ipſius vicarij vel officialis poterit ad epiſcopũ ſupplicari? Concluſum fuit poſt Ioan.And.in alleg.ca.
2 Romana.primo reſponſo, † quòd ſi ſumitur ſupplicatio ſtrictè, fruſtra, quæritur an poſſit ad epiſcopum ſupplicari, cùm ſolus princeps poſſit illam admittere. Aut quæritur de ſupplicatione largè ſumpta, prout comprehendit beneficium reſtitutionis in integrum, quod conceditur minori, vel maiori ex cauſa: & tunc procedat opin. Innocen.& Pet.de Saxo.& aliorum: vt poſſit epiſcopus adiri, & nimirum.nam quemadmodum ipſe vicarius epiſcopi, vel officialis poſſet reſtituere in integrum, ita & fortius poteſt epiſcopus adiri, vt reſtituat contra ſententiam ſui vicarij, vel officialis.

a Hanc deciſionem Ioan. Andr.tenent & ſequuntur Sicul. in cap.ex literis.de in integr.reſtit.Franc.in cle & ſi principalis.de reſcript.in cle. Domi.in præallega.cap. Romana. & iſta eſt communis opin.licet Innoc.Petr.de Saxo.ibidem & Ioan. Mona.ſub dubio forte Guliel de monte Lau.& Stepha in allega.clemen.teneant, quòd ſupplicari poſſit. Archid.verò & Hoſtien.in allega.cap.Romana.teneat ſimpliciter quòd non poſſit ſupplicari ſicut nec appellari. Tu autem ſequere opinionem Ioan. Andr. quæ tanquam communis obſeruatur.& tenetur per Ioan. Fabr.in authen.quæ ſupplicatio.C.de preci. impera.offenſ. Adde poſt Præpo.in cap.ex ratione.in penul. colum.de appella.quòd ſupplicatio dupliciter capitur. Vno modo pro qualibet gratioſa impetratione per quam quis aduerſus ſententiam auditur ex gratia principis vel eius conceſſione: licet alius audiri non deberet.cap.cùm ex literis.& cap. ex literis.de in integr.reſtitu. Et iſta habet tam latas habenas quantum principi concedenti placet. Secundò capitur ſupplicatio propriè & ſtrictè: videlicet pro remedio quòd vbi ex priuilegio ſiue prærogatiua iudicantis non poteſt appellari: puta in papa, imperatore, & aliis principibus ac præfecto prætorio: tunc per ſupplicationem conſulitur parti, contra quam eſt lata ſententia.l.ſi quis.& dicta authen.quæ ſupplica-
2 tio.C.de preci.impe.offe. Et † hæc ſupplicatio non admittitur vbi de iure communi quis excluditur ab appellando.puta quia tertio non licet appellare, tunc non licebit etiam ſupplicare: vt l.vnica. C.ne lic. tertiò prouoca.vel quia renuntiatum ſit appellationi. Vel ex qualitate cauſæ quis prohibetur appellare. Paul.de Caſt.in d.l.ſi quis. Vel etiam quia fatalia non ſuperſint. l.vnica. cùm gloſſ. quàm ibi commendat Ange.C.de ſenten.præfec.prætor. Proponenda eſt autem in ſcriptis huiuſmodi ſupplicatio, ſicut de appellatione legimus, niſi incontinenti fiat.l.j.in ſi.ff.eo.ita Sal. poſt gloſ.in d. auth. quæ ſupplicatio. Et qualiter debeat aduerſus arreſta proponi ſupplicatio id clarè traditur ex ordinatione Regis Philippi de Valeſio, Anno Domini mille.cccexliiij. Et attendendum eſt in modo proponendi: nam cùm propter reuerentiã iudicantium de iniquitate ſententiæ dici non poſſit.l.j. & per totum. ff.à quib.appel.non licet.medium deducendi & concludendi in ſupplicatione non debet eſſe iniquitas eius qui iudicauit. nam ſicut dicit Salic.poſt Cyn.in præallega. l.ſi quis ergo abhorruerit de tantorum virorum ſententia conqueri de iniquitate, debet igitur eſſe imploratio veniæ & miſericordiæ de errore proprio.l.profectu.ff.de mi. † Vel dolus aduerſarij deducatur, c.cùm olim.de re iud. Pau.in d.l.ſi quis. & Spec. in titu. de ſupp.§.ij. Et huiuſmodi ſupplicatio porrigi poteſt ipſimet principi, vel Præfecto, qui iudicauit, vel ſuis conſiliariis tabellionibus ſiue referendariis, quibus in præſenti regno magiſtri requeſtarum hoſpitij comparantur. dicta authent. quæ ſupplicatio.& ibi Ioan.Fabr.& Bald. text.in authent. de reſcrend.§.cauſas coll.ij Innoc.Sicul. & docto. in allega. cap.ex literis.Non tamen quòd ipſi conſiliarij vel referendarij iudicent de ipſa ſupplicatione, ſed proponunt & referunt: princeps autem ſiue præfectus reſcribit, vel iudicat, ita glo.in præalleg.authent.& ibi Paul.de Caſtr. Et hæc † cùm ſit remedium gratioſum, & ſic extraordinarium, ſemel tantùm peti poteſt. ita Bald.in allega. l. ſi quis. Nec inducit litiſpendentiam. aut ſuſpendit ſententiam, donec per principem ſuper ea ſit reſponſum.ita Bald.in auth.præalleg.neque aduerſus grauamen ſeu interlocutoriam interponi poteſt, ſed ſolùm aduerſus diffinitiuam.l.ij.C.vt lite penden. Specul.in tit. de ſupplicatione. §. differ.& cauetur in ordinatione regia præalle. Et dicunt † aliqui, quòd contra arreſta non admittitur propoſitio erroris iuris, ſed tantùm facti: quia cùm princeps vel eius ſenatores præfecti prætorio, in quorum numero princeps ipſe numeratur, ſecundum Ioan.de Pla.in l.ius.C.de dignit.libro xij.quæ agunt iuſta cauſa facere præſumuntur.in l.teſtamentum.C.de teſt præſertim † quia dicti ſenatores ſiue præfecti prætorio habentes immediatè poteſtatem à principe, ſupra ius ſunt conſtituti, cap. propoſuit. de conceſ. præbend. & ſecundum ſtylum curiæ Parlamenti, rigore iuris non ſunt ſubiecti, quinimo ex bono & æquo iudicare poſſunt: propterea iuris error admitti non debet ſecundum opin. Innoc.in cap.cùm ſuper. de conceſ.præben.& Bar.in l.Aemilius.ff.de mino.de quo per Sicul.in cap.in cauſis.de re iudica. Et ſicut inferioris ſententia contra ius ſcriptum lata, duntamen in ea iuris error expreſſus non fuerit, valet.vt in l.ſi expreſſim. ff de appellatio. & c.cum inter.de re iudica. multò magis arreſta curiæ Parlamenti vim legis obtinentia.vt Ioan.de Pla.in l.neque. C.de decurio.li.x. & legem † condere poſſunt ipſi præfecti prætorio. l.formam. C.de offic.præfec.prætorio.orienta.ex quo Ioan.Fab.in l.fin. C.de legibus. tenet quòd magiſtri cameræ Pariſiis idem facere poſſunt, ex quibus ſatis videtur concludi errorem iuris admittendum non eſſe, ſed ſolùm errorem facti: & ita ſcriptum inueni in ſtylo abbreuiato curiæ Parlamenti: quid tamen ſeruetur non audiui. Inſuper proponi debet ſupplicatio quando ſupplicans vult impedire executionem ſententiæ, vt non mittatur executioni, niſi præſtita cautione de reſtituendis habitis pro executione ſententiæ, putà de fructibus & expenſis intra decem dies à die ſententię.quòd ſi de executione impedienda, & cautione habenda ſupplicans non curat: tunc vſque ad biennium proponi poteſt ſupplicatio à die ſententiæ ſimiliter computando, dicta authent. quæ ſupplicatio. quam ita communiter intelligunt doctores in d.ca. ex literis. & in d.authen. Paul.de Caſtr. & Specul.in titu de ſupplica. §. ſupplicans. Et finiri debet inſtantia ſupplicationis ſi coram præfecto intra biennium.d l.vnica. C.de ſen. præfec. prætor. Si † verò coram principe, cùm hodie, dum cauſa pendet in auditorio principis, nulla fatalia currant.authent.ſed & hic.C.de tempo.appel.§.ex inſinuatione. de appella. perpetuò durabit illud tempus finiendi, & idem in curia Parlamenti ſicut ſeruatur, vbi nunquam currunt fatalia.

In the right margin beside the paragraph above: 3 (at "Vel dolus aduerſarij"), 4 (at "Et hæc † cùm ſit remedium"), 5 (at "Et dicunt † aliqui"), 6 (at "præſertim † quia dicti ſenatores"), 7 (at "& legem † condere"), 8 (at "Si † verò coram principe").

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conſiſtit in iure, quæ ſi fuerit illegitima, iuriſdictio iudicis non ſuſpenditur.*
2 *Conſtituens vicarium, eundem reuocare poteſt.*

3 Euoc

3 *Euocatione pendente non poteſt inferior iudex etiã*
de conſenſu partium procedere.
4 *Cauſa cùm eſt introducta coram principe, inferior*
non poteſt etiam de partium conſenſu ſe intromit-
tere.
5 *Reuocatio tacita, quæ fit per mortem, ſi reuocat iu-*
riſdictionem inferioris, multò magis expreſſa.
6 *Reuocatione ſi pars non vtatur, valebunt acta per*
iudicem inferiorem.

QVÆSTIO CCCCLXXXI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Epiſcopus euocauit ad
ſe quandam cauſam coram officiali ſuo penden-
tem: an geſta vel acta poſtmodum coram eodem
officiali in illa cauſa ſint valida? Concluſum fuit
quòd non, nam & epiſcopus poteſt eius vicario
interdicere ne de aliquo negotio ſe intromittat. vt
not. Innocen. in c. Romana. de appel. primo reſpon-
ſo. facit l. iudicium ſolui. ff. de iudi. & quod not. in c.
vt noſtrum. de appel.

a Idem tenet Gemi. in allega. c. Romana. & Sicul. in allegat.
cap. vt noſtrum. vbi communiter tenetur quòd euocatio ali-
cuius negotij facta per papam vel alios principes plus afficit
iuriſdictionem inferioris quàm appellatio: & ideo attentata
poſt illam reuocationem non valent, longè minus quàm at-
tentata poſt appellationem. caſus eſt in cap. paſtoralis. de of-
fic. delega. Ita Præpo. in allega. cap. vt noſtrum. in ij. co. idem
3 Sicul. in eodem cap. ſubiungens † rationem eo quòd appel-
latio conſiſtit in iure. vnde niſi ſit legitima, non ſuſpendit iu-
riſdictionem iudicis cap. cum appellationibus. de appel. lib. vj.
Sed euocatio conſiſtit in facto, & ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta: ex
quo fit per ſuperiorem, iudicis, ſuſpenditur iuriſdictio ipſius
inferioris, vt præallega. l. iudicium. dicit tamen Bald. in allega.
cap. vt noſtrum. in fi. quòd ad hoc quod euocatio operetur ef-
fectum ſuſpenſum de quo ibidẽ, debet expreſſè fieri. quia aliàs
in dubio papa non videtur ad ſe cauſam euocare. ſed citando
ad aliquid vel ad appellationem, vel aliud ſimile in curia fien-
dum, videtur citare ſecundum naturam cauſæ, non autem ne-
gotium ad ſe euocare. fatetur tamen idem Bald. quòd ſi præ-
dictum eſt quoad effectum ſuſpenſiuum iuriſdictionis infe-
rioris, plus eſt quòd ſuperior ad ſe euocet cauſam, quàm quod
ſit appellatum. Et ideo etiam quilibet inferior euocando ad
ſe cauſam coram vicario ſuo pendentem videtur eius iuriſ-
dictionem ſuſpendere quoad illam cauſam. ita Bald. in l. ſolet.
§. ſicut. ff. de offic. procon. faciunt not. per Domini. in cap. fin.
a de offic. ordina. lib. vj. Et eſt ratio, nam † reuocare vicarium
poteſt ipſe conſtituens ex toto. cle. fin. & ibi gloſſ. de procur.
not. docto. maximè Franc. de Zaba. in cle. ij. de reſcrip. Innoc.
& alij in ca. ſua. de offic. vica. Si reuocare poteſt ex toto, ergo
& ex parte. cap. paſtoralis. §. item cùm totum. de offic. deleg.
l. qui de tota. ff. de rei vendi. Et ideo ſicut papa per ſimplicem
cognitionem de cauſa ad ſe factam videtur reuocare iuriſdi-
ctionem de manibus inferioris quoad illam cauſam. vt voluit
Innocen. in cap. cùm Marti. ferra. ſuper gloſſ. fina. ad verſicu. &
ibi Anto. xxxiij. colum. Innocen. & Sicul. de conſtitu. ita ordi-
narius inferior immiſcendo ſe de cauſa vertente coram ſuo
vicario videtur eius iuriſdictionem reuocare quoad illam to-
tam cauſam, non quoad alia. Idem Domi. in allega. cap. fin. fa.
not. in cap ſi quem. de procur. lib. vj. & vide Archi. in cap. mul-
tum ſtudeo. iij. quæſt. vj. vbi aliter loquendo dicit, quòd ſi papa
iure ordinario incipit cognoſcere de vna cauſa. non videtur
eam aduocare. & ita intelligit Inno. in allegat. ca. vt noſtrum.
& reſtringit ea quæ per eundem Innocen. in allega. cap. cùm
Martinus. Dicit tamen Præpo. in allega. cap. vt noſtrum. ij. col.
quod non ex toto videtur procedere à pari euocatione cauſæ
ad ſe expreſſa: & ea qua tacitè reſultat ex quo ſuperior co-
gnoſcit de cauſa. Nam cognoſcẽdo de cauſa ſuperior videtur
ſolùm eam cauſam ad ſe euocare quoad partes inter quas co-
gnoſcit. non autem quoad tertium, qui in ea cauſa poſſet com-
parere. & facit not. in cap. Romana. §. in alium. eod. titu. lib. vj.
Sed quando ſuperior ad ſe cauſam euocat expreſſè, illud ope-
ratur etiam quoad tertiam ſuſpenſionem iudicis inferioris. ita
Innocen. in allega. cap. cùm Marti. & ibi docto. alij, plus etiam
operatur iſta euocatio quàm appellatio, vt in præallegat. capi.
noſtrum. vt quia per appellationem executio actus præam-
bul. non impeditur. vt in capi. conſtitutus. de appella. per euo-
cationem autem & executio & omnia impediuntur. Plus
operatur etiam quàm relatio. nam pendente relatione poteſt
de conſenſu partium coram inferiore procedi. l. ad principem.
& ibi not. Barto. & Imol. ff. de appel. † pendente autem euo- 3
catione non poteſt inferior etiam de conſenſu partium pro-
cedere. text. eſt in cap. bonæ. in verſic. nec notebat ibi nóſque
veſtram poſtulationem recepiſſemus diiudicandam. de poſtu.
præla. Imol. tamen in capi. licet. de offic. lega. tenet indiſtinctè
per dictum cap. bonæ. quòd † quomodocunque cauſa ſit in- 4
troducta coram principe nõ poſſit inferior etiam de partium
conſenſu ſe intromittere. Adde quòd dicit Præpoſi. in allega.
capi. vt noſtrum. penulti. & vlti. colum. quòd aut papa euocat
cauſam expreſſè ad ſe cum decreto: & tunc quia de natura de-
creti eſt afficere ignorantes. cap. j. de conceſſio. præben. lib. vj.
ideo euocatio etiam iudice ignorante operatur nullitatem
geſtorum poſtea per iudicem. Innocen. in cap j. vt lite pen-
dente. & in cap. cùm contingat. de reſcrip. facit not. in clemen.
vnica. de conceſ. præbend. Aut euocatio fit ſine decreto: &
tunc aut fit motu proprio: aut ad inſtantiam partis: ſi motu
proprio, operatur reuocationem etiam iudice ignorante. Ita
Innocen. in dicto cap. cùm contingat. & Imo. in cap. cæterùm.
viij. colum. de reſcript. Et facit ratio: nam per mortem dele-
gantis expirat delegatio. l. more maiorum. & l. & quia. ff. de
iuriſdict. omnium iudic. & ibi habetur cap. gratum & cap. rela-
tum. de offic. delega. etiam ignorante iudice delegato. l. eius
qui in prouincia. ff. ſi cert. petatur. ergo † ſi tacita reuocatio 5
quæ fit per mortem reuocat iuriſdictionem, etiam ignorante
iudice: ergo multò magis expreſſa. Contrariam opin. tenuit
Innocen. in allega. cap. j. & Sicul. & ibi bonum text. in cap. au-
dita. de reſtitu. ſpoli. vbi requiritur quòd deueniat ad notitiam
iudicis reuocatio. idem Anto. in allega. cap. cùm Martinus.
colum. penulti. aut fit euocatio ad inſtantiam partis. Et tunc
etiam ſi iudex eius notitiam habeat, parte tamen non vtente,
valet proceſſus ipſius iudicis inferioris: quia † in conceſſione 6
videtur iſta conditio, ſi pars vtatur, cap. plerunque. & cap. ſi a-
antem. de reſcript. & ideo donec pars non fuerit vſa reuoca-
tione, valebunt geſta per iudicem, vtente verò parte non va-
lebunt: ita doct. in d. cap. cæterùm. & ibi latè. & ponunt Archi.
& Domini. in d. ca. j. Bald. in l. j. C. vt lite penden. & in l. falſus.
C. de fur. & Sicul. in allega. cap. audita. in penul. & fin. colum.
Idem Sicul. in allega. cap. cùm Martinus. Addens quòd curia
non reciperet hoc dictum. nam facta euocatione debet curia
indiſtinctè tenere quòd proceſſus coram inferiore ſit nullus.
dicit inſuper quòd vbi ſuperior euocat motu proprio & ex
certa ſcientia, non requiritur vt iudex inferior certificetur, in
cap. j. de conceſ. præben. lib. vj. fatetur tamen quòd ſi aliquid
attentetur probabilis ignorantia habebit inferiorem igno-
rantem excuſare: & hoc dicit voluiſſe Innocen. in allega. cap. j.
vide ſingulariter & lațiſſimè poſita per Felin. in allega. capi.
cæterum 1. an & quando per ſecundas literas cenſeatur reuo- c
catio operari effectum ante notitiam vel non.

c Additio. Cæterum. Vbi in vij. colum. in fi. verſic. valet
proceſſus factus, vſque propè finem cap.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an compelli poſsit ad patrocinandum.*
2 *Aduocatus recuſans patrocinari pro paupere pec-*
cat mortaliter.

QVÆSTIO CCCCLXXXII.

ITEM fuit quæſitum. [a] Nunquid † aduocatus 1 a
poſsit compelli ad patrocinandum? Concluſum fuit 1
quòd quædam ſunt perſonæ quibus & ſi non peta- 1
tur, vt ſunt pupilli, fœminæ, perſonæ debiles, & ſua
mente non cõpotes, aut ſi propter aduerſarij poten-
tiam aduocatum habere non poſſunt, debet iudex
prouidere de aduocato, iuxta text. in l. j. §. ait prætor.
ff. de poſtu. l. ne quicquam. §. circa duo. ff. de offi. pro-
conſul. Et ſi pars petens aduocatum eſt potens ad
ſoluendum, ſic ſecundum Gof. in c. j. de offi. iudi. non
tenetur gratis: ſed debet iudex ei conſtituere ſalariũ
ſecundum facundiã, & pro modo litis, cõſuetudinis,
& patriæ

& patriæ, vt l.j.§.in honorariis.ff.de va.& extraordi. cog. Aut eſt impotens, & tunc tenetur gratis aduocare, lege diuina hoc præcipiente Matth.xxij.diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et ſi noluerit obedire poteſt, & debet ei iudex interdicere patrocinium.l.prouidendum.C.de poſtu.argu.l.mors eſt.ff.de pœn.& in l.j.ff.de offic.præfect.vrb.& in præalleg.cap.j. Et etiam cauere ne potentior aliam partem offendat. vt not. Barto.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præſi.

a Idem tenent quoad præcedens dictum Hoſtien.& Sicul. poſt eum in allega.cap j.Claua.in §.aduocatus.verſi.xj. Adde Specul.titu.de ſala.§.fina.verſicu.ex præmiſſis.& gloſſ.in cap. ſtatu.§.inſuper.in verſicu.pauperes.in fi.de reſcrip.in vj. Idem in medico circa ægrotum gloſſ.lxxxiij.diſtinct.in ſum. Quod Feli.in allega.cap.j.limitat verum quando pauperis cauſa importat eius extremam neceſſitatem, adeò quòd ſi cauſa rueret, periret fame: tunc enim iſta denegatio patrocinij poſſet eſſe occaſio mortis quæ imputaretur huic aduocato.lxxxvj. diſtinct.paſ. Secus ſi non agitur de tanto periculo, quia tunc aduocatus non compellitur gratis aduocare pro paupere, nemo enim compellitur ad bonum faciendum xxiij.quæſtio.v. cap. ad fidem, & idem in medico ſi poteſt ſubueniri infirmo aliunde, non tenetur, aliâs enim oporteret aduocatum & medicum omnia negotia prætermittere & pro ſolis pauperibus intendere: & ita diſputando refert concluſiſſe Bea. Thom.ij. ij.quæſtio. lxxj.articu.j. Adde quòd doctor ad conſulendum cogi poteſt, gl.in leg.ij.verſi. conſenſum.C.de proxi.ſacroſan. ſcrip.lib.x.& ſequitur Anto.in cap.ſi pro debilitate.iij.colum. ibi an quis poſſit.de offic.deleg.Bald.inſtitu.de empt.& vend. in fi. Salic.in l.ſancimus.C.de aduo. diuer. iudic. & Felin. in præallega.cap.j.de offic.iudic. Adde quoad principalem quæ-
a ſtionem quod dicit Clauaſ.vbi ſuprà:quòd aduocatus † recuſans patrocinari pro paupere peccat mortaliter quando ſcit talem pauperem impotentem ad ſoluendum, & incurrere notabile damnum ex defectu aduocati, ſi requiſitus eum non adiuuat gratis. Secus ſi leue damnum:quia tunc eſſet veniale. Et ſimiliter iudex peccat mortaliter ſicut aduocatus ſi ſciens talem impotentem non prouidet ſibi de aduocato, præcipiendo alicui quòd gratis aduocet.& hæc opinio, iuncta deciſione Hoſt.ſuperius allegata per rationes tactas per Sicu.in allega. c.j.mihi magnam videtur æquitatem continere.

1 ADDITIO. Nunquid aduocatus.tu vide de hoc, & quid in procuratore.Guid.papæ in deci.delph.q.cccv.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes & decimæ quæ fiunt infra parochiam cedunt eccleſiæ parochiali.*

QVAESTIO CCCCLXXXIII.

a ITEM fuit quæſitum. [a] Cuius ſint † oblatio-
1 nes, quæ fiunt ſtatuæ vel imagini depictæ in pariete vel affixæ? Concluſum fuit quòd tales oblationes debentur eccleſiæ parochiali:& ita tenet Ioan. And. in ca.paſtoralis, de his quæ fiunt à præl.nam eccleſia parochialis fundat intentionem ſuam de iure communi ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus contingentibus infra parochiam ſuam:vt dicto cap. paſtoralis: ibi vt ſingularem eccleſiarum prouentus. vnde dicit ibidem Hoſtien.quòd omnes decimæ & oblationes quæ fiunt infra parochiam cedunt eccleſiæ parochiali.

a Idem teneat Sicul.& Imol.in alleg.cap.paſtoralis.& idem Anto. per locum à ſpeciali.in cap.ad audientiam.in primo.de eccle.edifican.idem Clauaſ.in §.eccleſia.verſicu.ix.idem tenet Sicul. ſuper rubri de parochi.idem Sicul.in cap.de ſucceſſ.ab inteſt. Gaſpar. Cal.conſil.xv.ſub rubri.de parochi.& Maria.in tractatu de obla.libel.xviij.verſic.quoad ſextum.& per totum illum libellum. & iſta eſt communis opinio, ſecundum eum quem ipſe limitat: niſi conſuetudo, præſcriptio, vel priuilegium aliud haberet. Idem limitat in oblationibus quæ non ſunt pars integralis aut ſubiectiua ipſius imaginis vel ſtatuæ: aliàs acquireretur domino imaginis vel ſtatuæ.per text. in l.ſi rem.§.ſi quis rei.& in §.item quæcunque.iuncta glo. de rei vend.& in l.quicquid.ff.de acqui.rer.domi. Concluſio igitur ſit quòd dictæ oblationes non quæruntur eccleſiæ nomine illius ſancti, cuius eſt imago, niſi de expreſſa intentione ipſius offerentis appareret, quòd vellet eſſe illius eccleſiæ, vel niſi eſſet conſuetudo præſcripta quòd acquireretur prædictæ eccleſiæ, & priuilegium ſuper hoc eſſet conceſſum ipſi eccleſiæ: vel niſi fortè imago eſſet in tali eccleſia depicta ipſiuſmet nominis.quod tamen vltimum non placet Maria. in tertia quæſtione dicti libelli. Quia oblationes ſimpliciter factæ in ipſa eccleſia non parochiali, fortius oblationes factæ imagini depictæ vel ſtatuæ exiſtenti in eccleſia eiuſdem nominis quæruntur eccleſiæ parochiali, nec ſimiliter quæruntur eccleſiæ cathedrali, niſi aliud appareret de intentione offerentis, vel niſi talis eccleſia præſcripſiſſet ius percipiendi dictas oblationes, vel id haberet ex priuilegio, vt prædictum eſt, vt voluit idem Maria. in iiij. quæſt. dicti libelli. Nec ſimiliter quæruntur epiſcopo: niſi ſicut eſt in caſibus de eccleſia cathedrali. Adde quòd oblationes factæ ad altare in capella alicuius eccleſiæ, ſunt eccleſiæ parochialis.tenet Gaſpar.Calde.vbi ſuprà per alleg.c.paſtoralis.& c.ad audientiam.Et idem tenent Ant. & Sicul.in præalleg.cap.paſtoralis.not.etiam Domini.in cap. ex tranſmiſſa.de præſcript.vbi dicit quòd debent eſſe rectoris & non capellani inſtituti in illa capella vel altari: & hanc opinionem ſequitur Lap. allega. lviij. quod intellige ſecundum Maria. vbi ſuprà, quæſt.vij. niſi aliud exprimatur vel aliud habeat conſuetudo, quæ hodie quodammodo eſt vniuerſalis, quia factæ eccleſiis infra parochiam communiter ſunt rectoris illius eccleſiæ: quæ conſuetudo valet: vel niſi aliud habeat priuilegium, prout habent eccleſiæ regularium, quæ ex priuilegio quodammodo religionis retinent omnes oblationes factas, etiam ſi fiant ad altare, vt eſt tex.in cap.j. de ſtatu monacho.& etiam in cap.nimis, de exceſſibus prælat. videre potes latius de huiuſmodi materia per Maria. vbi ſuprà. & quo ad quæſtionem noſtram per Anto. & Imol. in rubr. de parochia.per eundem Anto.in clement. per literas.de præbend. & latè diſputauit hanc quæſtionem Angel. in diſputatione quæ incipit, in refulgenti palatio. per Felin. in cap. dilectus. de offic.ordin.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio beneficij non facta mentione de intruſione, eſt nulla.& nume.2.*

3 *Iniuſta detentio beneficij, ſi de ea non fiat mentio in impetratione, reddit beneficium nullum.*

QVAESTIO CCCCLXXXIIII.

ITEM fuit quæſitum, [a] Quidam † nobilis cle- a
ricus vacante eccleſia quadam parochiali ſine titu- 1
lo, & ſuperioris authoritate in eadem de facto ſe intruſit: poſtea dictam eccleſiam tanquam vacantem, tacito de prædicta intruſione, à ſede Apoſtolica impetrauit: an valeat dicta impetratio? Concluſum fuit quòd non, ita tenet Ioan. Andr. in c. poſtulaſti, de reſcrip.& melius in cap.dudum.§.j.penul. col.de elect.poſt Compoſtel.

a Idem tenet Imola in allegato capitulo poſtulaſti. Siculus in capitulo quiſquis. & in capitulo per inquiſitionem. de electio.idem Siculus in capitulo præterea.de iure patrona. in vltimo nota. idem in capitulo cum iamdudum. ſecunda columna, de præben.idem Sicu.in capitulo qualiter. de electio. vbi exclamat contra iſtos qui per potentiam ſecularem ingerunt ſe adminiſtrationi: etiam electione præcedente: quia efficiuntur intelligibiles, per dictum capitul.quiſquis. idem dicunt doctores in capitulo primo.de conceſ.præbend.de illo qui ſe facit ſubſtitui in beneficium viuentis: quia non poteſt amplius illud beneficium obtinere, & ſolus papa
poteſt cum eo diſpenſare. Et † idem tenet ibidem Siculus, 2
quòd prouiſio non facta mentione de intruſione eſt nulla. Idem tenet Siculus in capitulo ad aures. iij. columna, de reſcript. Baldus in capitulo ex literis.de reſtitut.ſpol.ad fin. Dominicus in capitulo, cum qui.ij.rubri. vltima columna.de præbend. idem Calderinus in titulo de præbend. conſil. xj. & de reſcript. conſilio xiij. Nicol.Mil.in §. gratia. verſicu. gratiam

benefic

beneficialem impetrans, &c. es commentu pragma.in titulo
3 de pacifie poſſeſſion.ſuper verſiculo violentus. Adde † quòd non ſolùm de intruſione, & iniuſta detentione eſt fienda mentio in impetratione: ſed etiam de fructibus perceptis, niſi ipſos in vtilitatem eccleſiæ conuertiſſet: ita firmat pulchrè Ioan.Andr.in addi.Specu.in titu.de leg.§.videndum reſtat,de diſpenſatione. circa fin verſic.ſed pone aliquis &c. Quanuis Franc.de Zaba.poſt Petr.de Ancha.in clementi.ſi Romanus pontifex.de præben. in clementi. teneat non vitiari impetrationem, niſi eſſet taliter intruſus quòd factus eſſet inhabilis ad beneficium, ſicut in ca.quiſquis.alleg.quod Fel in c.poſtulaſti.allega.penult.colum.intelligit quando quis habet beneficium in quo quis eſt intruſus, & illud illicitè tenet. fructus illius percipiendo: & impetrat de nouo aliud beneficium: & tunc ſi facit mentionem de primo, licet taceat de intruſione & illicita perceptione fructuum videatur valere impetratio, quia non eſt intelligibilis: puta quia laicus non intruſit eum: & ita propriè loquitur Petr.de Ancho.& Zaba.vbi ſuprà. Sed quando dictus intruſus etiam aliter quàm per potentiam laicalem vellet purgare intruſionem impetrando beneficium: tunc procedit dictum Ioan.Andr.Abba.& aliorum:& ibi vide rationem diuerſitatis per Felinum, de quo etiam per eum in capi.in noſtra. de reſcriptis.in ſecundo correlario.& ibi plenè qualiter & quomodo quis dicatur intruſus.

SVMMARIVM.

1 *Religioſos exemptos à ſua iuriſdictione an poſſit archiepiſcopus compellere venire ad proceſſionem.*

QVAESTIO CCCCLXXXV.

a
1 ITEM fuit dubitatum.[a] Vtrum † Archiepiſcopus poſſit compellere religioſos ciuitatis exemptos venire ad proceſſionem? Concluſum fuit quòd ſic, pro quo eſt text.ſingularis in ca.nimis.in ij.de exceſ. præla. vbi text. quòd prædicatores, & minores non tenentur ſemper ire cum epiſcopo ad proceſſioné: videlicet,quando fit ex leui cauſa:ſecus ergo ſecundum doct.ſi ex magna cauſa fieret proceſſio:vt puta in nouo introitu principis,legati,vel epiſcopi,vel imminente peſte,aliòve flagello.

a Ita tenet Siculus in alleg.c.nimis.& in c.dilectus.de offic.ordi. Et idem dicit eſſe de aliis religioſis quòd de prædicatoribus,& minoribus:quia ea quæ dicuntur cauſa exempli, non reſtringunt diſpoſitionem generalem. vt in cap.j.ne cle.vel mona. & idem in ſimilibus aliis magnis cauſis expreſſis ſuprà compelli poterunt religioſi. & ita fuit declaratum per Benedictum xij. in fauorem Archiepiſcopi Tholoſani:vt videlicet poſſet compellere canonicos ſancti Saturnini. Et de tempore meo ſemel factum fuit: de cauſa tamen proceſſionis non recordor. Adde Bald.in l.fina.C.de bo.libe.vbi refert per Oldr. fuiſſe reſponſum archiepiſcopo Rauennaten.quòd monaſterium exemptum per epiſcopum à iure epiſcopali tenetur ire obuiam epiſcopo proceſſionaliter ſi alij clerici teneantur ex conſuetudine. Sed ipſe Bald.videtur loqui de exemptis per epiſcopum: ſed de exemptis per papam forte ſecus, ita dicit Feli.in alleg.c.dilectus.circa fi.alleg.inſuper Calde.conſi.viij. in tit.de priui. firmantem quòd exempti non tenentur venire ad proceſſiones, quæ fiunt anno quolibet ex ordinatione eccleſiæ, tamen ſi fiant ex cauſa graui & vrgenti poteſt epiſcopus eos vocare per alleg.cap.nimis.verſic.eos quoque.tamen ſi noluerint venire non poſſunt per epiſcopum excommunicari, per c.j.de priui.lib.vj. Etiam ſi plures vocati acceſſiſſent: quia priuilegium eſt facultatis: & poſſunt ire ſi volunt, & ſi nolunt abſtinere: quia precario videtur fuiſſe. & ſic nullum ius eſt epiſcopo acquiſitum,& propterea ex cõceſſione Apoſtolica habet archiepiſcopus Tholoſanus vt eius officialis poſſit dictos exemptos compellere.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallorum intereſt non habere plures dominos.*

2 *Rex franciæ non poteſt inuitis ciuibus vendere vnã ciuitatem ſui regni.*

Niſi aliter obſeruaretur de conſuetudine,nume.3.

4 *Homagij alienatio fieri non poteſt vaſallo inuito.*

QVAESTIO CCCCLXXXVI.

ITEM fuit quæſitum.[a] Vtrum dominus alicuius caſtri, vel ciuitatis poſſit illam vel illud alteri ſubiicere 1? Concluſum fuit quòd homines illius caſtri, vel ciuitatis poſſunt ſe opponere:quia eorum intereſt vt non habeant plures dominos, ita tenet Hoſtien. in cap. dilecti. de maio. & obed. per illum text. pro quo facit in argu.cap.fin.eod.titu.& in l. non tantum. C.de appella.& in reg.iur.quòd omnes. de regul.iur.lib.vj. a 1

a Idem tenet Sicul.in allega.ca.dilecti.& ad hoc alleg.text. in l.Imperialem in §.præterea ducatus. de prohibi.feud.alie. col.x. Et facit ſecundum eundem Siculum præallega.dictum Hoſtien.vt res non poſſit inuitis hominibus caſtrum, vel ciuitatem ſibi ſubiectam inferiori ſubiicere.ad idem facit quòd not. Innocen.in cap.auditis.de præſcript. vbi dici quòd ſicut † intereſt domini non perdere vaſallos ſeu ſubditos,ita æquè intereſt ſubditorum nõ perdere dominos, quod eſt bene notandum ſecundum eum. idem Bald in cap j.§.j.quo tempore miles. & in l debitores.C.de pact. facit l.inuitus. ff.de fideicommiſſ. liber. Paul de Caſt in l.ex hoc iure.ff.de iuſti. & iur. Alexan.de Vincen.in cap.ad quæſtiones.in vj.no.de rer.permuta & in cap.potuit in gloſſ.ij.de loca.& Bald.in l.in teſt.C. ad leg Falcid. idem Bald.in cap.in generali.ſi de de feu.fuc. controuer.inter.do.& inferens † quòd rex Franciæ non poteſt vendere vnam de ciuitatibus regni inuitis ciuibus.& in præallega.cap.j.§.ſi quis.in princip. quo tempore miles.dicit quòd ſi aliquis dominus vult terram ſuam ſubiicere alteri,admittitur contradictio hominum ſuorum. Et maximè ſi velit alienare partem & partem retinere:quia intereſt ſubditis non habere tot dominos. Idem tenet Sicul.in cap.auditis.de præſcript.vj.colum. Niſi † conſuetudo haberet quòd ſolus poſſet alienare non requiſitis ſubditis,ita dicit Sicul. in d.capi.auditis.vij.colum.verſic.in ſecularibus.& refert Bald.ita ſentire in cap.j.§ ex eadem. de lege Conradi. quo caſu ſecundum eum poterit ſolus dominus in iudicium ſubiectionem deducere, componere & trãſigere,& præiudicabit ſubiectis etiam ignorantibus. Idem tenere videtur Felin.in alleg cap.dilecti.adiiciens quòd ſi eſſet in caſu neceſſitatis poſſet dominus compellere vaſallum ad iurandum fidelitatem alteri.latè And.de Iſ.in allega.§.præterea. Niſi per hoc vaſallus efficeretur deterioris conditionis. quia eo inuito non fieret iſta tranſlatio. Alexan. in l.ij.in fi. princip.ita intelligens ibi Iacob.de Aret. ff.ſolu.matri.& vide Bald.in l.j.C.de ſer.fugi.viij.colum.& in alleg.§.præterea.& in cap.j.de capi.qui curi.ven.& per Spec. in titu.de loc.in verſi.xxix.gloſſ & docto.in alleg.l.inuitus.Et per Ioan. Fabri.inſtitu.de aſſig lib.vbi videtur tenere † quòd non poſſit fieri alienatio homagij inuito vaſallo. 5 2 3 4

1 ADDITIO. Alteri ſubiicere. Tu vide de hoc Guid.pap.in deciſio.vj.parl.delph.q.xlvj.& quod ibi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij acceptatio per quam datur dominiũ beneficij,non acquiritur ſine ſpeciali mãdato acceptãtis.*

2 *Procuratorẽ quis conſtituere poteſt ad acceptãdum ac permutandum beneficia in poſterum obtinenda.*

QVAESTIO CCCCLXXXVII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An † ad recipiendum poſſeſſionem beneficij ſpeciale requiratur mandatum 1.diſtinguendum eſt,quòd aut quæritur de poſſeſſione quæ eſt facti, & illa recipi poteſt per quencunque amicum, ſiue conſanguineum ſine mandato ſpeciali: quia hæc poteſt dari & capi per excommunicatum.c.pro illorum.de præben.& ſic poteſt intelligi glo. in cle.j.vt lite pend.in verſi.collato. Si autem quæratur de poſſeſſione,quæ multum iuris haberet, ſiue per quam dominium beneficij daretur, & talis ſine mandato ſpeciali non acquiritur, pro quo facit l.iij.ff.de acquir.poſſeſ.& no.in c.accedens.de præben.vbi gl.no.quòd dominium,vel poſſeſſio nõ acquiritur per negotiorum geſtorem.ff.de nego. a 1 1

nego. geſt. ergo, &c. faciunt etiam no. per Ioan. And. in no. in cap. ſi tibi abſenti. ſuper glo. iij. lib. vj. & per Archid. ſuper ver. collationem.

a Ibi per doct. poſt Gaſp. Cald. & per Franciſ. de Zab. in clemen. j. alleg. vbi Ioan. de Imol. & Sicul. ſequuntur gloſ. quæ in effectu innuit quòd apprehenſio poſſeſſionis beneficij facta non per procuratorem, ſed per negotiorum geſtorem vel amicum, fingitur facta in loco vbi erat dominus eam ratam habens. de quo etiam vide per Felin. de reſcrip. in capi. nonnulli. §. ſunt alij. 18. col. circa princip. Adde Rot. deciſ. cccxcvij. in no. vbi ponitur diſtinctio de qua ſuprà, & quam ſequitur
2 Felin. vbi ſuprà. Adde † quòd quis poteſt conſtituere procuratorem ad recipiendum & acceptandum ac permutandum etiam beneficia in poſterum obtinenda. & ita tenuit Rot. deciſ. cccccxxix. per l. iij. ff. de procur. & alleg. Archid. pro illa parte in cap. cùm in tua. de conſuet. lib. vj ſuper ver. per alios. refert tamen compillator Rotę, vbi ſuprà: audiuiſſe quòd cancellaria non expediret literas permutationis virtute procurationis factæ ad permutandum beneficia obtinenda.

a Additio. Requiratur ſpeciale mandatum. Vide Rot. deciſ. ccc. & ccccliiij. xxxvij. & dcxxxij. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *c. reintegranda ſubuenit his qui quocunque modo iniuſtè amiſerunt eorũ poſſeſsionẽ, quam repetunt.*
2 *c. reintegranda remedium competit etiam contra poſſeſſorem cum titulo & bona fidei.*
3 *c. reintegranda non ſolùm habet locum in rebus eccleſiaſticis, ſed etiam in rebus prophanis.*

QVAESTIO CCCCLXXXVIII.

a ITEM fuit quæſitum, a Aliquis vult agere pro poſſeſsione recuperanda, quam amiſit, non tamen per vim, metum, vel dolum, ſed culpa ſua, vel negligentia, an ſit audiendus? Concluſum fuit quòd ſic,
1 non tamen per interdictum vnde vi, ſed † per remedium cap. reintegranda. ij. quæſt. j. quo ſubuenitur his qui quocunque modo iniuſtè amiſerunt eorum poſſeſsionem quam repetunt, quòd ab ea non ceciderunt per violentiam, metum, vel dolum. Nec tenentur probare iniuſtitiam amiſsionis poſſeſsionis: quia præſumitur eo ipſo, quòd non probatur contrarium, per cap. licet. de probatio. & ibi hoc tenet Innocen. Vel eſt admittendum per remedium vtile pro recuperanda poſſeſsione rerum vel iurium eccleſiæ, quæ ex negligentia prælati eſt deperdita, videlicet, per generale iudicis officium imploratum, ad hoc vt fiat repoſitio ad priſtinum & conſuetum ſtatum, pro quo eſt tex. ſingularis ſecundum Hoſti. in cap. accedens. j. vt lite non conteſt.

a Idem Sicu. poſt Ioan. Andr. & Anto. in cap. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol. Idem Sicul. in c. ſæpe. eod. tit. & Angel. Are. in §. quadrupli. xvij. & xviij. colum. hinc dicunt vbi ſuprà prælleg. doc. longè vtilius eſſe agere remedio illius cap. reintegranda.
2 quàm cap. ſæpe. de reſti. ſpol. quia † remedium d. cap. reintegranda. competit etiam contra poſſeſſorem cum titulo & bonæ fidei. ſed d. cap. ſæpe. non competit niſi contra poſſeſſorem malæ fidei, prouidet etiam pinguius quàm l. ſi coloni. quia ſolùm prouidet contra poſſeſſores malæ fidei, vel rei vitioſæ, & competit bonæ fidei poſſeſſoribus. Sed ca. reintegranda. competit bonæ fidei & malæ fidei antiquis poſſeſſoribus: quinimò competit detentoribus tantum. hoc dicit Sicul. vbi ſuprà. colligi ex dictis Ioan. Andr. & aliorum doct. in d. ca. ſæpe. & in c. cùm ad ſedem. & etiam no. in Spec. tit. de poſſeſ. & peti. & ibi Ioan. And. in addi. Spe. idem Ang. vbi ſuprà, ſubiungens præ-
3 allc. c. reintegranda † non ſolum habere locum in rebus eccleſiarum: ſed in rebus prophanis & laicorum: ita dicit Ioan. An. & Anto. in præalleg. c. cùm ad ſedem. & Bart. in allega. l. ſi coloni. in fi. Ex quibus infert Ange. vbi ſuprà, quòd olim poſſeſſor habet contra bonæ fidei poſſeſſorem etiam cum titulo oneroſo, dumtamen nondum præſcripſerit remedium d. cap. reintegranda. & hoc ad literam refert tenere Ang. in l. ſine antem. §. ſi duobus. in fi. ff. de publi. & vide latiſſimè quot remedia poſſeſſoria poſſunt alicui competere, per Ang. Are. vbi ſuprà, & per Io. Fab. in d. §. recuperandæ, inſti. de interdi. Et hoc ibidem Anto. Imo. & Sicul. & Felin. reputant eſſe ſingulariter notandum: quia remedium c. ſæpe. & c. reintegranda. non videtur habere locum quando quis eſt excluſus à poſſeſſione ſua per negligentiam ſuam vel culpam: vnde tutius eſt ſecundum eos, vt tunc accumuletur reſtitutio in integrum, vel generale iudicis officium. Idem tenent in alleg. cap. ſæpe. Sicu & Ant. idem Lap. alleg. l. ij. Adiiciens quem obtinere debere in hoc remedio, etiam ſi narret, quòd culpa ſua vel negligentia non fuerit vſus poſſeſſione. & ſequitur Sicul. vbi ſupra.

QVAESTIO CCCCLXXXIX.

ITEM fuit quæſitum a. An ſit parendum papæ mandanti prouideri de beneficio alicui notoriè indigno? Concluſum fuit ex dictis & not. per Inno. in c. inquiſitioni. de ſent. excom. & in cap. cùm adeò. de reſcrip. & c. ſignificauit. de offic. ord. per Ioan. Andr. quòd aut non conſtat expreſsè de intentione papæ, & non erit obediendum: ſed erit procedendum ſecundum formam cap. ſi quando. de reſcri. Aut apparet expreſsè quòd papa vult huic indigno prouideri: & tunc, aut poteſt papa ſuper illo caſu diſpenſare, & ſibi parendum eſt, quia hoc faciendo videtur diſpenſare, ad hoc l. Barbarius. ff. de officio prætor. Aut non poteſt papa diſpenſare, vt quia eſt tanta indignitas, quòd ſine peccato fieri non poteſt, & tunc ſibi non eſt parendum, quinimò collatio facta tali non valet, ſecundum Ioan. Andr. in alleg. cap. cùm adeò. facit gloſ. j. in c. eam. de reſcrip. a

a Ita tenuit Sicu. in alleg. cap. ſi quando. & Imo. in præalleg. cap. ſignificauit. Sed contrarium tenent ibidem Ioann. Andr. Anto. & Domini. dicentes, quòd etiam eo caſu quo poteſt papa diſpenſare, non eſt ei parendum, niſi diſpoſitio fuiſſet expreſſa, alleg. not. in c. ij. de ſciſma. & dicit Felin. in c. ſi quando alie. iij. col. verſic. ſtat difficultas. quòd Sicul. & Imol. non viderant in eod. cap. prædicta verba. Idem Sicul. in alleg. ca. cùm adeo. ant. domini. & Imol. Adde Bald. in alleg. cap. cùm adeò, dicentem, quòd ſi conſtat de certa ſententia papæ ſcribentis pro indigno, non poteſt aliquid opponi, vnde ſi mandat prouideri impuberi obediendum eſt, dummodo ſit pubertati proximus, vel doli capax. Secus ſecundum eum ſi eſt infans, vel non doli capax vel furioſus aut prodigus, cui per ſententiam bonis fuit interdictum, quia gubernacula talibus non ſunt committenda. Quando & ex quibus cauſis poſſit ſuperſederi ab executione mandati papæ vel principis. vide latiſſimè per Feli. in allega. c. ſi quando. & ibidem etiam per Sicul. & Anto.

SVMMARIVM.

1 *Securitatis & ſaluaguardiæ æquiparatio.*
2 *Cauſa timoris, ſi quis petat ſe aſſecurari, an ſit exprimenda.*
3 *Securitatis datio an ſit perpetua.*
4 *Cautio ſecuritatis arbitrio iudicis moderanda.*
5 *Subditus an poſsit petere aſſecuramentum à ſuo ſuperiore.*
6 *Pœna frangentis ſecuritatem.*
7 *Securitas quomodo frangatur.*
8 *In regno Franciæ nemo cogitur ad præſtandum cautionem ſecuritatis.*

QVAESTIO CCCCXC.

ITEM fuit quæſitum a, an ille qui veriſimiliter timet offendi per aduerſarium ſuum, poſsit implorare officium iudicis, vt ipſum cogat ad præſtandum ſecuritatem? Concluſum fuit quòd ſic, per l. illicitas. in §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. & ibi Bart. in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccl. confug. a

Inn.in ca.j.de offi.dele.in fi. Idem Inn. in c.grauem. de ſen.excom.pro quo tex.in c.literas.de reſti.ſpo.& c.fi.& in c.de benedicto. xxxij.q.j. Hoſt.in ca.j.de eo qui mit.in poſſeſ.cau.rei ſernan Spec.tit. de pign.§. ſequitur.ver.quid ſi timeo. & ibi Ioan. And.in addi.

a Idem Bart.in l.ſanctum ff.de rerum diuiſione.in præalleg. l.denunciamus. & ibi Salic. idem Bart.in l.qui bona. §.damni,& plenius in §.ſi pars.ff.de dam infec. Bald.in auth.habita. v.col.ibi ex quo diligenter. not. C ne fil.pro pat.in l.ſi.ff.de offic.præfec.vrb. Flncia. in l.æquiſſimum. ff.de vſufruc. Cùm enim vbi timetur damnum rebus inferri, peti poſſit ſecuritas, l.eorum.ff.de damn.infect.multò fortius ſi in perſona mea timeo offendi ex iuſta cauſa.l.ſancimus.C.de ſacroſanct. eccleſ. ad hoc allega l.æquiſſimum.& l.capitalium.§ ad ſtatuas. ff.de pe.C.de ingenuis & manumiſ.l.diffamati. de tranſactioni.l ſi ſuper.ibi,vim fieri.C.& ff de offic.procura.Cæſar.l.fin.& cap. grauem.alleg.& ibi Sicul.idem Sicul. ſuper rubri. de treug.& & pa.Idem Cy.& Io.Fab.in præalle l.denuntiamus. vbi idem
1 Io.Fa. æquiparare † videtur ſecuritatem & ſaluagardiam. Et licet data ſit alicui ſecuritas vel ſaluagardia, poteſt petere vt ſit eidem licitum portare arma ad defenſionem, quia licet cautum fuerit,non eſt tutus,cùm ſatiſdatio malinolum animum, &c.ff.de ſuſpec.tut.l.quia ſatiſdatio. inſtit.eo.tit. §.nouiſſimè. Ita tenet Salic.in alleg.l.denuntiamus.in fi.allega.l. ff.de ero. mil.ann.lib.xij Idem Guli.de Cugn in §.ne potentiores, vbi
2 latiſſimè per eum de materia ſecuritatis Sed † an ſit neceſſe exprimere cauſam timoris, Ioan. Fab. in §.poſtquam quod, inſtit.de fideicom.hæc videtur tenere quòd ſic.Idem Bart. in in alleg.§.ad ſtatuas vbi dicit quòd dicta ſecuritas non poteſt præſtari niſi appareat & cauſa.facit dictum Bal.in addit. Spec. tit.de teſtam in vi.col.vbi quòd proteſtatio ne fiat nouitas ſuper tali poſſeſſione,dicit exprimere ius excluſiuũ iuris agendi. Et idem Bal.in l.ſi vij.opp. C.de edic.diui Adr.tol. quòd proteſtatio quæ fit in iudicio vt nulla fiat nouitas ſuper tali poſſeſſione debet fieri cũ expreſſione cauſæ aliàs eſt inanis. Sed quæritur vſque ad quod tempus duret. Io. Fab. in alleg.l. de-
3 nunciamus. † concludit quòd perpetuò alleg. ff de adult.l.ſi poſtulauerit. in § iuſſit. & § ratin. & ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l ij.inſtit.eod.tit § fin.Sed Guh.de Cug.& Bart. in allega.§.ne potentiores,Angel.& Imol.in l.iij. in princip. ff. de dam.infec Imol.in l qui bona § fin.eod.tit.& ibi Lud. in §. ſi
4 quis iuxta. Ange.& Imo in l.pen.ff.de præto.ſtipul.quòd † iſta cautio non erit ad tempus perpetuum. ſed debet moderari arbitrio iudicis,& in l.pen.ff.de prætor.ſtipul Ang.& Imo.dicunt quòd iudex poterit arbitrari tempore decem annorum. Idem in l.ſi ita ſtipulatus.ij.colum ff.de verb.obliga. reſpectu verò ſaluegardiæ Io.Fab.Inſtit.manda.in § item a ſbuc. verſi. quod de gladiatoribus dicit quòd ſi daretur per modum gratiæ,& in ea adiicerentur verba, gratiæ ſpeciali, tales non reuocarentur morte concedentis.cap.ſi ſuper gratia, de officio deleg.lib vj.hoc autem percipi poteſt ex multis,quando adiiciuntur verba,quæ non ſunt de ſimplici iuſtitia,vel ſi adiiciatur hoc verbum conceſſum de gratia ſpeciali.vel dicat in perpetuum vel ſimilia. Secus in ſaluiſgardiis ſimplicis iuſtitiæ: vt quis conſeruetur à vi, potentia, & iniuriis manifeſtis. Quæ autem ſit cauſa ex qua ſecuritas concedatur Sali. in præalleg. l.denuntiamus.dicit quòd inimicitia præcedẽs,vel mina conſiderabitur,tamen ſi ſit talis perſona quæ conſueuerit minas ad effectum deducere,vt not.per Abb Sicu in cap.j de officio deleg & in cap.Abbas, quod met. cau. & ſuper hoc ſtandum erit arbitrio iudicis,ſecundum Salic.vbi ſuprà, & Bar.in l hæc autem ff ſi cui pluſquam per l Falcid.& ibi etiam Imol. Quid de forenſi.ſi venit ad præſentem ciuitatem inimicus meus, an poſſim eum compellere ad præſtandum huiuſmodi ſecuritatem? Bartol.in l.ſed & ſi ſuſceperit §.fin.ff.de iudi. dicit quòd non,niſi multum hic conuerſaretur. vnde Bald.ibidem dicit, quòd ſi hic ſuſpicor de aliquo forenſi,qui hic conuerſatur, ne me offendat, cogitur hic ſatiſdare de non offendendo quia imminet ſuſpicio ex facto ſuo, & ſic quodammodo ex delicto ſuo,ſecundum eum.Eſt tamen de ſtylo curiæ Parlamenti, quòd citatus in eadem curia ad præſtandum aſſecuramentum, reiectis omnibus exceptionibus tenetur præſtare cuicunque petenti, ſi ſit laicus, licet non alleget ſeu proponat factum ſeu iniuriam: & hoc propter excellentiam curiæ prædictæ,quæ ſuprema eſt & capitalis. licet ille à quo requiritur aſſecuramentum non ſit regnicola, vel habeat ſaluum conductum à rege: in aliis autem curiis inferioribus tenetur proponere & probare. Et ſi ſit clericus, ducitur captus per vnum de hoſtiariis coram officiali, & ibi compellitur coram ipſo dare ſecuritatem. Et ſi fuerit clericus coniugatus ſiue delatione dabit prædictum aſſecuramentum: quia talis præſtatio eſt ciuilis,& facit quòd clerici coniugati quo ad cauſas ciuiles ſunt de iuriſdictione temporali: vt hæc omnia videre potes in ſtylo curiæ parlamenti, in tit de aſſecuramento. ſaltem tamen adiornatus, vbi petit remitti ad curiam domini ſui: & etiam dominus id requirit:non tunc remittetur. ſed curia ſibi dari faciet aſſecuramentum donec partes venerint ad curiam domini ſui,& diem ad hoc partibus ipſis aſſignabit. & ita dictum fuit per arreſtum. Sed † nunquid ſubditus poteſt pete- 5
re aſſecuramentum per ſuperiorem ab illo cui eſt ſubditus vel debet reuerentiam, & dicendum quòd non, quia præſumitur peti cauſa libertatis onerandæ Pau.de Caſt in alleg l.qui bona.§.qui damni.per l.j.§.quæ onerandæ ff quarũ rerum actio non datur. Alex. contrarium d. l.qui bona. §.ſi quis iuxta. quia tex in alleg.§.quæ onerandæ.non loquitur quando præceſſit iuſta cauſa timoris. Secundum ſtylum curiæ etiam dominus compellitur dare aſſecuramentum vaſallo ac homini de ſuo corpore: vt patet in ſtylo parlamenti, vbi ſuprà, ſaluagardia verò concedi non debet religioſo contra abbatem,neque clerico contra diœceſanum· nec ſubdito contra dominum.Qua
† verò pœna ſit puniendus infringens ſecuritatem. Ioan Fab. 6
in alleg l.denuntiamus.dicit ſibi videri quòd l. Iul. maieſtatis. ff ad l.Iul maieſta.l.j.& ibi not.vel pœna frangentis pacem,in lib feu de cle.vio pa § ſi quis hominem. Quia aut occidit, & tunc mors. vt ibi. Aut vulnerat: & tunc mutilatur, vt ibi. §.ſi quis alium. Aut alias iniuriatur,& tunc pecuniaria.& §.ſeq.& not. per illum tex.quòd frangitur ſecuritas:etiam ſi non tangitur:frangitur etiam † ſi quis aliquem de familia cui præſtita 7
eſt ſecuritas verberat ff.de vſu.& ha.l.plenum,& l.ij.de præca. l.penult.tenet Ioan Fab. vbi ſuprà. vbi idem dicit de illo qui conturbitat vxorem,filiam vel ſororem aſſecurati: nam videtur fracta ſecuritas, nec earum conſenſus excuſat, l. raptores. C.de rapt.virg.ff de rapt.virgi.ff.de iniu.l.j & cap.contingit. de ſenten.excommu. Adde † in practica, quòd in curiis regni 8
Franciæ hodie non cogitur quis ad præſtandum cautionem ſecuritatis, quia fragilis multum videretur, ſed ſolet aliquis poni in ſua protectione & ſaluagardia aut ſaluo conductu, cum indictione pœnali, & aſſecuramento formali: in laico ſolet adiici pœna mortis, ne aſſecuratus offendatur in corpore neque bonis,& hoc ex conſuetudine Franciæ, pro quo facit not.per Ioan.Andr in titu de pigno.§. ſequitur.ver.quid ſi timor, ſuprà allega. Et aduerte quòd dato quòd quis dederit cauſam timoris,poteſt nihilominus petere dictam cautionem de non offendendo:& ſi non poteſt præſtari fiat indictio pœnalis. & ſic procedit opinio Bar.in alleg.§.ſi quis iuxta.quam etiam Imol.reputat æquiorem in allega §.qui damni. & eam approbat Alexand.in dicto § ſi quis iuxta. & ſequitur Felin.in rubric.de treu.& pa.ſexta colum.verſicu.octaua declaratio. & ibi.& v.colum multa de huiuſmodi ſecuritate, & inter alia dicit, quòd ſi quis petit à me huiuſmodi cautionem, non teneor eam præſtare:niſi etiã ille caueat de me nõ offendendo: quando etiam ex parte mea eſt timor iuſtus, ſecus ſi vanus. Bart.in l.qui bona.§ ſi quis.alleg.ff.de dam.infec.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus à iudice, an poſſit petere reſtitutionem.& num. 2.*
3 *Spoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato, vel incontinenti reſtituendus.*
4 *Iudex procedens ſine cauſæ cognitione, habetur pro priuato.*
5 *Executor mixtus procedens vt merus, poteſt peti reſtitutio aduerſus ſpoliationem ab eo factam.*
6 *Remedia poſſeſſoria dicta à iure ſpoliatis habent locum contra iudicem præter iuris ordinem ſpoliantem.*

QVAESTIO CCCCXCI.

ITEM fuit quæſitum.a aliquis † Titius impe- a
trauit quoddam reſcriptum officiali Tholoſano di- 1
rectum, per quod ſibi mãdabatur, vt conſtito quòd Sempronius quandam eccleſiam parochialem vltra

annum

annum pacificè poſſediſſet, abſque eo quòd ſe feciſſet ad ſacros ordines promoueri, eandem parochialem Titio conferret, officialis Tholoſanus non vocato iam dicto Sempronio, dictam eccleſiam contulit eidem Titio, & ipſum in poſſeſſionem induxit expulſo iam dicto Sempronio qui remedium ſtatuti querelæ contra prælibatum officialem impetrauit. An id ſit de iure permiſſum? Concluſum fuit quòd ſic: per illam regulam, qua cauetur, quòd ſpoliatus ante omnia, &c. etiamſi ſpoliatio facta fuerit à iudice. c. conquerente. de reſt. ſpoli. vij. q. j. c. præſentium. l. meminerint. C. vnde vi. & ſi per vim vel alio. l. ij. Et dato quòd poſſet in caſu præmiſſo parte non vocata collatio fieri: poſſeſſorem tamen poſſeſſione ſua priuare non poterat, niſi ipſo poſſeſſore vocato, cui forſitan ius rectæ rationis competebat, vt notatur & legitur in c. licet. ij. de præben. lib. vj. Et ita tenet in ſimili quæſtione Io. An. in add. Spe. ti. de peti. & poſſeſ. §. fi. ſuper ver. fin. vbi ponit regulam, nũquam poſſeſſorem ſaltem coloratum poſſe etiam per iudicem ſua poſſeſſione priuari, niſi cauſa cognita, & ſic, eo citato, per iura not. in glo. pe. d. c. licet. & vide per Ioan. And. vbi ſuprà.

a Idem tenet Sic. in alle. c. conquerente. & in c. dilectus. j. de reſcri. vbi per Fe. ponuntur circa materiam iſtam multa ſingu-
2 laria. Et † primò ponit regulam videlicet quòd ſpoliatus à iudice non petit reſtitutionẽ prout ſpoliatus à priuato, quia præſumitur pro iudice. gl. fi. in c. præſentiũ. all. Sic. in all. c. dilectus. Arch. in c. quia præſulatus. j. q. iiij. & c. hæc quippe. ij. q. vj. & Sic. in c. licet ea ſuſcepto. vij. col. de ſu. cõpe. & in c. ſi contigerit. ij. col. de accu. & Arch. c. quorundã. lxxxiiij. diſ. & ibi dicit quòd dicens ſe ſpoliatum à iudice non reſtituitur ante omnia: ſed debet prius cognoſci, an iuſtè fuerit ſpoliatus vel non, & idẽ Arch. in all. c. præſentium. dicens quod ſi eſt dubiũ de ſpoliatione iudicis ante omnia de ipſa debet cognoſci, pro quibus facit glo. pe. ad fin. in ca. cùm dilecti. quod metus cauſa. quòd iudex non dicitur inferre alicui metum. Et iſta regula ampliatur adeo vt reſcriptum impetratum à ſpoliato ſit nullum, ſi tacuit cauſas amotionis per dictum c. dilectus. Et quo ad regulam prædictam fa. c. cauſam. & ca. cum cauſam. de off. dele. c. cum veniſſet. de teſti. ſpo. Adde gl. in alle. c. præſulatus. & glo. ij. q. j. c. in primis. & Inno. in c. ex inſinuatione. de procurato. Innocen. in c. paſtoralis. de offi. deleg. de elect. c. querelam. & in c. ſuper literis. de reſcrip. Bar. & Fran. Are. in alleg. l. iuſtè. ff. de acquiren. poſſ. Ioan. Fab. in l. iudex. C. commina. vel epi. & in l. meminerint. alleg. Fallit tamen ſupradicta, primò quando iudex proceſſit extraiudicialiter non vt iudex, ſed vt priuatus per text. in alleg. cap. conquerente. & ibi Anto. & Sicu. idem not. Do. in alleg. cap. præſentium. ſic intelligens text. in alleg. cap. conquerente. ad idem text. ij. q. j. c. notum. & ibi Archid. & Domi. Et ideò dicit Hoſtien. in ſumma tit. de reſt. ſpo. §. quando facienda. in prin. quòd ſi appareat quem ſpoliatum à iudice iuris ordine non ſeruato, incontinenti reſtituen-
3 dus eſt. Aut † eſt ſpoliatus iuris ordine ſeruato & à iudice ſuo, & tunc non reſtituetur ante cauſæ cognitionem: quia prima facie ſtatur ſententiæ iudicis. Et dicit Fran. Zaba. in cle. ij. de
4 celebra. miſſa. quòd † iudex procedens ſine cauſæ cognitione habetur pro priuato. Et ideò etiam Ioan. Fabr. in allega. l. iudex. quòd poteſt etiam reſiſti. allega. Spe. in ti. de primo & ſecund. decre. §. iam de effectu. ver. ſed quid ſi iudex. Adde ad prædictam fallentiam Specul. idem tenentem in ti. de peti. & poſſ. §. quoniam. in princi. & adde Sali. in alleg. l. meminerint. & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. fina. poſt glo. C. ſi per vim vel alio. & quoad vltimum dictum Ioan. Fabr. Salice. in l. j. vltima q. C. vnde vi. Fallit ſecundò præalleg. regula etiam ſi iudex procedat iudicialiter, dum tamen notorie conſtet de nullitate vel iniuſtitia ſententiæ qua ſpoliauit. ita tex. in alleg. c. ex inſinuatione. & ibi Anto. Sicul. & Imo. idem Bal. & Ange. in alleg. l. meminerint. Archid. in allega. c. notum. Oldra. con-
5 ſi. ccxxvij. de toto themate. ideo dicens † quòd ſi iudex exequendo procedit vt metus, poteſt peti reſtitutio aduerſus ſpoliationem ab eo factam, & ſequitur Ioan. Andr. in addit. vbi ſuprà. licet non alleget Oldra. ad quod bene facit quod ſcribit Sicul. in ca. cum dilecti. alleg. vbi ſi iudex metum iniuſtum intulit vel violentiam iniuſtam dantur contra eum remedia prodita contra vim vel metum inferentes. vnde gloſſ. ij. in c. fin. de iuramen. calum. in vj. quòd iudex inferens iniuriam, non eſt iudex per cap. forus. in fine. de verbo. ſignifi. Meritò dicit Archidia. ij quæſtione ij. in ſumma quòd † remedia poſſeſſoria data à iure ſpoliatis habent locum contra iudicem 6
præter ordinem iuris ſpoliantem. & hanc fallentiam ſentit etiam Sicul. in allegato cap. conquerente. prima colum. fallit & tertiò vbi iudex iudicialiter procedens caret iuriſdictione in actu, quem expedit: ita probatur in allegato capitul. cum cauſam. de officio delega. vbi duo ſine tertio non habebant iuriſdictionem. & ideo aduerſus actum eorum datur reſtitutio ſpolii. ſecus dicit ibi Siculus ſi in iudice non deficiebat poteſtas & procedebat iudicialiter. Nam tunc licet iniuſtè proceſſerit, non agitur contra eum poſſeſſorio. Et in caſu iſtarum fallentiarum onus probandi iuſtitiam ſpolij incumbit iudici, aliàs autem incumbit parti: quia præſumptio quæ eſt pro iudice releuat eum ab onere probandi. ſed in dictis caſibus non præſumitur pro eo Nam in primo & vltimo caſu negatur eum proceſſiſſe vt iudicem: & ſic negatur qualitas, in qua fundatur ſua præſumptio. in ſecundo caſu notorietas tollit præſumptionem, quæ eſt aliàs pro eo. quoniam (vt inquit Bald. poſt Cy. in l. ſancimus. ad fin. ibi xiij. quæritur. C. de iudic.) vbi iudex non ſeruat ordinem, non præſumitur pro eo, quæ omnia Felin. in c. dilectur. j. colum. dicit eſſe ſignanda: tanquam ab aliis non tacta.

SVMMARIVM.

t *Notarius non ſpecificans locum vbi confectum eſt inſtrumentum an dicatur erraſſe & inſtrumentum eſſe nullum.*

QVAESTIO CCCCXCII.

ITEM fuit quæſitum.[a] An locus t ſit de † ſubſtantia inſtrumenti? Concluſum fuit quòd ſi non appareat in quo loco fuerit receptum, non valet: pro quo videtur tex. in c. Abbate ſanè. §. pe. ver. ex his ibi. propter, &c. de re iudi. lib. vj. & tex. in c. quoniam contra. de proba. & in auth. qui. mo. natu. effi. legi. §. quantum. col. vj. & glo. C. de contrahen. ſtip. l. optimam. & ibi Cyn. Bald. & Io. Fab. inſti. de inuti. ſtip. §. item verborum. Ioan. And. in allega. c. Abbate ſanè. & c. ſuper data vi. & Specul. in titu. de inſtru. edi. §. porro. aliàs incipit: inſtrumentum. verſicul. quid ſi locus.

a Idem tenent à Ro. deci. dccxxxix. aliàs deciſ. v. de fid. inſtru. in antiquis. & deciſ. cccexl. aliàs deciſ. vj. de conſuetud. vbi tenent non valere conſuetudinem: vt locus non apponatur. 2
idem Domi. in alleg. c. Abbate. & ibi poſt Ioan. Andræas, dicit ſecus eſſe in ſcriptura priuata quoad præiudicium ſcribentis: quia illa probat ſine loco & tempore. & ita intelligitur l. pe. §. idem quæſiit. ff. de mino. Et præmiſſa procedunt quoad inſtrumentum de loco generali: vt actum Tholoſæ, vel in tali ciuitate. Sed maius eſt dubium de loco ſpeciali, vt dicendo, actum in tali domo. &c. nam ſuper hoc variæ fuerunt ſententiæ, vnde dic quod aut cõſuetudo diſponit quòd ponatur ſpecialis locus, vel quòd non ponatur: & tunc erit obſeruanda conſuetudo. quia in his bene poteſt diſponere. in c. cum dilect. de conſue. & ita dicit Do. in alle. cap. Abbate. procedere dictum Lap. Abba. & ſequitur Ioan. Fab. in alleg. §. item verborum. & Salic. in alleg. l. optimam. Aut conſuetudo nihil diſponit: & tunc ſi in expreſſione generali includitur locus ſpecialis: & tunc ſufficeret: ita procedit quod dicitur de ſtilo curiæ in data literarum Apoſtolicarũ: quia ſufficit locus: quia notorius eſt locus, vbi papa in ciuitate manet. pro quo fa. aij. q. c. cũ redemptore Aut in expreſſione generali tacitè non eſt locus ille. Et tunc ſi aſſignatio loci eſſet generaliſſima: vt dicendo, actum in prouincia Tholoſana: & tunc non ſufficeret. & idem ſi diceretur, actum in diœceſi. eſſet enim locus nimis indeterminatus. & ita procedit quòd dicit Io. And. in præalle. ca. Abbate. aut non eſt generaliſſima & generalis. vt quia diceret. actum Tholoſæ in carreria Campſorum: nec exprimerent locũ ſpecialem carreriæ: & tunc non ſufficeret talis generalis inſcriptio. Si tamen ſpecialis locus non exprimatur non

propter hoc vincetur inſtrumentum: ſed fieret ſuſpectum, & incumberet producenti illud ſpecialem locum declarare per teſtes. C. de proba. l. iubemus. de ſal. l. fi. ex c. cùm Ioannes. de fide inſtr. Domi. in præalle. c. abbate. Et ibi vide per eum: vtrum ſi notarius locum non appoſuerit an poſſit reficere inſtrumentum per Io. Pe. de Ferra. in forma oppo. contra inſtru. in glo. ſuper verſi. caret. per Spec. vbi ſuprà. verſic. ſed nunquid confecto. per Fede. de Se. conſi. cx.

a Addition. An locus. Tu vide Gui. pa. conſ. ccx. incipi. videtur prima fronte. in fi. vol. iij. & in deciſ. delph. quæſt. ciij.

a Idem tenent. Vide per do. Feli. in c. j. col. iij. ver. item requiritur deſcriptio. de fide inſtrumen. Et multa alia ibidem. vide per totum illud capitulum quæ requiruntur ad validitatem inſtrumenti.

SVMMARIVM.

1 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ ratione beneficij obſtabit exceptio ſpontaneæ renunciationis, ſi renunciatio fuerit facta in manibus ordinarij.*

2 *Renunciatio facta non in manibus ſuperioris non obſtabit exceptio renuntiationis agenti poſſeſſorio.*

3 *In temporalibus liti & cauſa renuntians intelligitur iuri renuntiaſſe.*

QVAESTIO CCCCXCIII.

a ITEM fuit quæſitum.[a] An † agenti poſſeſſorio
1 recuperandæ ratione certi beneficij, obſtet exceptio ſpontaneæ renuntiationis? Concluſum fuit, quòd aut fuit facta in manibus ordinarij: & tunc obſtat: quia per talem renuntiationem nedum amiſit poſſeſsionem, ſed etiam proprietatem quantum in eo fuit, licet per ſuperiorem admiſſa non fuerit: cui dicta renuntiatio non poteſt præiudicare: quominus poſsit eum retinere ſi velit etiam inuitum, iuxta not. per Barto. Innocen. Hoſtien. Ioan. Andr. in cap. admonet. c. quod in dubiis. & ca. ſuper hoc, de renuntiatio. facit cap. accepta. cum ibi not. de reſtitutio. ſpolia.

a Idem tenet Ro. cccl vj. Nico. Mil. in §. poſſeſſorium. verſic. poſſeſſio recuperandæ intentans, &c. Idem tenet Sicu. in c. ſolicitè. de reſti. ſpolia. faciunt not. per Rot. deciſ. cccix. idem tenet Ro. in anti. deci. ccxvj. Secus autem vbi obiiceretur de renuntiatione facta poſt ſpoliationem. ſic no. poſt Inn. In alle. c. de renun. gloſſ. ij & ſic intelligitur. c. accepta. & c. ſolicitè. alle. Niſi cum iuramento renuntiaſſet petitioni reſtitutionis. Rot. deciſ. ccccxxviij. in antiquis. Faciunt bene pro præmiſſorum declaratione poſita per Rotam deci. ccclxiij in anti. & Nico. Mil. vbi ſuprà, vide latiſſimè per Sicu. in ſua diſput. quæ incipit Titius clericus in ſecũda q. & in iij. q tract. ſingulariter vtrum crimen notorium priuatione dignum excludat ipſius beneficij reſtitutionem petentem, & ibi vide. vbi † autem renuntia-
2 tio facta foret non in manibus ſuperioris, tunc non obſtaret agenti poſſeſſorio, ita tenet Sicul. in alleg. c. ſolicitè. ad idem deciſ. iij. in tit. de renun. in compen. deci. Ro. An renuntiatio beneficij facta ſine authoritate ſuperioris valeat, & cuius authoritas requiritur? vide per Anto. in all. c. quod in dubiis. per Nic. Mil. in § renuntiatio. ver. renuntiare non poteſt. per Ro. in not. deci. cccix. vbi quòd licet renuntiare liti & cauſæ in beneficialibus abſente ſuperiore. & licet tunc ex hoc non abdicet à ſe ius beneficij: tamen ſi velit agere, obſtabit ſibi exceptio, ſicut pactum de non petendo. Si autem talis renuntiatio liti & cauſæ fieret coram ſuperiore ad quem pertinet reſtitutio & deſtitutio beneficij, tunc intelligetur renuntiari iuri.
3 Secus in † prophanis & temporalibus in quibus liti & cauſæ renuntians, intelligitur iuri renuntiaſſe, ſecus ſi ſimpliciter liti renuntiat, vt videlicet etiam renuntiatio talis facta parte abſente, ſecundum Inno. & Hoſtien. in c. cum pridem. de pac. & per illam paratur exceptio. de quo per Anto. in c. veniens. de renun. per Rotam in proxima allega. deciſ. per Mil. in §. renuntiatio. ver. renuntiati liti. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum ſuos tenet auctores.*

2 *Priuilegia ſuſpenſiua petitioni competentia in interdicto unde vi an habeant locum in poſſeſſorio latè ſumpto.*

3 *Priuilegium petitorij iam inchoati ſuſpenſiuum competit conditioni.*

QVAESTIO CCCCXCIIII.

ITEM fuit quæſitum,[a] An pendente quæſtione ſuper poſſeſſorio alicuius beneficij in materia ſtatuti quærelæ, tertius prætendens illud ad ſe pertinere, poſsit exceptione dictæ litis pendentiæ non obſtante agere ſuper petitorio eiuſdem beneficij. Et concluſum fuit quòd ſic: per decre. frequens. de reſti. ſpo. vbi text. quòd niſi in criminalibus cauſis opponi non poteſt ſpoliatio facta ab alio, quàm ab actore, cùm priuilegium poſſeſſorij vt illud intentans non poſsit conueniri ſuper petitorio, procedat ſolùm contra ſpoliatorem: & fundatur ſuper odio ſpoliantis: ideò contra tertium non debet extendi: vt patet in c. fin. de ordi. cog. & in cle. vnica de cau. poſſ. & proprie. a

a Idem tenet Rot. deciſ. ccccxliiij. in no. idem tenet Sicu. in c. ij. de ordi. cog. iij. col. & in c fi. co. tit. in ij. no. Idem Sicul. in c. in literis. de reſti. ſpo. iij. col & alle. Lapum idem diſputando tenuiſſe. alle. xxvij. quia † peccata ſuos debent tenere autho- 1
res. auth. ſancimus. C. de pœ. l. & c. quæ ſunt. de his qui fi. à maio. pat. ca. nec obſtat c. olim. el ij. eo. tit. quia ibi exceptio ſecundum vnum intellectum opponitur exceptioni: & non ad proceſſum: item illa eſt exceptio inopiæ & non ſpoliationis, ſecundum Ioan. And. idem tenet Anto. in alleg. c in literis. Et Nic Mil. in §. poſſeſſorium. verſic. iij. Quod tamen idem Ant. limitat in c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & proprie. niſi illius tertij argueretur dolus vel delictum eius, vt puta perpetratum cum ſpoliante: quia fortè ille tertius auxilum vel conſilium dedit ſpolianti ad finem habendi poſtea rem ſpoliatam, quo caſu licet propriè & ſtrictè non poſſit dici ſpoliator, tamẽ latè bene poteſt dici ſpoliator, quia agentes & conſentientes, &c. idem dicit Nic. Mil. vbi ſuprà, ver. poſſeſſorium deducens, &c. Idem voluit Sicul. in alle c ij. de ord. cog. iij. col. vbi poſt Cal. dicit
quod omnia priuilegia † ſuſpenſiua petitorij competentia in 2
interdicto vnde vi locum habẽt in poſſeſſorio latè ſumpto. ipſe tamen Sic. tenet contrà, videlicet quòd exceptio ſpoliationis ſolùm repellat eum qui tenetur interdicto vnde vi, ſecus autem ſi tenetur aliis remediis poſſeſſoriis. licet Anto. contrà, & opi. Sicul. mihi videtur magis æqua per rationes per eum ibi alleg. vbi concludit quòd iſta priuilegia tributa interdicto vnde vi & non admittat ſecum accumulationem alterius cauſæ, de quo in c. fi. de ord. cog. vel vt per viam exceptionis repellat ſpoliatorem ſuum ad agendum, ſolùm competunt contra ſpoliatorem contra quem daretur ipſum interdictum. Nec obſtat præalleg. c. ij. quia ibi fuit facta ſpoliatio per Abbatem nomine monaſterij, & res peruenit ad monaſterium, & ſic tacitè ratum habuit. & vide Sic. vbi ſuprà. Adde Sicu. in præalleg. c. paſtoralis. de cau. poſſ. & proprie. vbi viij. col. ver. ſed circa hunc
intellectum. tenet poſt Anto. quòd priuilegium † petitorij iam 3
inchoati ſuſpenſiuum cõpetit conditioni. c. ſæpe. de reſti. ſpol. & ca. reintegrãda. iij. q. j. & hoc inquantum arguitur dolus vel delictum eius contra quem agitur, quia ſicut prædictũ eſt latè dicitur ſpoliator: quamuis idem Sic. Con. Cal. aliter (ſicut prædictum eſt) tenuerint in præall. c. de ordi. cog.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens pro ſe ſententiam in poſſeſſorio & poſtea ſuccumbens in petitorio, non tenetur ad reſtitutionem fructuum per ipſum perceptorum vſque ad litis conteſtationem.*

2 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio licet abſorbeatur per ſententiam poſtea latam in petitorio tres tamen operatur effectus.*

QVAESTIO CCCCXCV.

ITEM fuit quæſitum.[a] An ille † qui obtinuit pro a
ſe ſententiam in poſſeſſorio & poſtea ſuccubuit in 1
petito

peritorio, tenearur ad reſtitutionem fructuum per
1 ipſum perceptorum vſque ad litis conteſt. i. factam
in petitorio? Concluſum fuit quòd non: pro quo
gloſſ.in cap.ſignificauerunt.de teſti.in verſic.recurſum.ad idem gloſſ.in cap.cùm ſuper.de cauſ.poſſ & propric. in verſicu. reſtituendum. cui conuenit alia gloſſ.in cap.paſtoralis.eod.titu.quæ eſt pe. Quinimo patet quod iſte ſpoliatus poteſt agere ad fructus perceptos & qui percipi potuerunt à tempore ſpoliationis vſque ad tempus lit.ſuper petitorio.vt patet in gloſſ.præallega.præſertim in fructibus, quos feciſſet ſuos, quia ex facto & dolo ſui aduerſarij eos non conſumpſit, vnde dolus non debet eidem prodeſſe, & illi obeſſe, cùm debeat potius eſſe contrarium.cap.& ſi neceſſe.de do.poſt diuor.rc.

a Ita tenet Sicul.in allega.cap.paſtoralis. xj.colum.verſicul. & ſi diceres.& xij.colum.verſic.an autem poſſit.& xiij.colum. verſicul.opponitur &c. Idem Sicul.in allegat.capitu.cùm ſuper.ij.colum. vel opponitur. & verſicul.ſi verò quæritur.& in capitu.cùm eccleſia Sutrina.xj colum.verſicu. Sed contra &c. idem Sicul.in allega.capito.ſignificauerunt iij.colum.verſicu. not.quarto &c. vbi dicit illud eſſe ſpeciale in odium violentiæ: ex quibus idem Sicul.in allegato capitu.paſtoralis.ſuper gloſſ pe.quòd licet ſententia lata ſuper poſſeſſorio abſorbeatur per ſententiam poſtea latam in petitorio, tres tamen operatur effectus. Primus vt percipiat & conſequatur ipſe ſpoliatus fructus à tempore deiectionis perceptos. Secundus quo ad modum retentionis in futurum niſi aduerſarius probauerit proprietatem. Tertius quo ad facultatem excipiendi, iſto modo, dico te non audiendum quia me ſpoliaſti, & peto per hoc te priuari proprietate, iuxta no.in l.ſi quis in tanta. C.vnde vi. Adde Rot. deciſio. cccix.no.vbi tenet quòd ſpoliatus obtinens in poſſeſſorio recuperatis fructibus & expenſis & ſuccumbens in petitorio condemnatur in fructibus & expenſis à tempore petitorij primo inchoati & poſtea per ſpoliatum ſuſpenſi.vide ibidem & Nico. Mil.in §.fructus.verſicu.fructus quos agens &c. A tempore verò litis conteſta.ſuper petitorio bene tenebitur fructus reſtituere ſecundum glo. & doct.præallega & iuxta doctores poſitos in capitu.grauis. de reſtit.ſpol.& ibi per Siculum.

1 ADDITIO. Litis conteſt.Adde quòd ſi ſteterit per reum quominus fiat conteſtatio litis quia citatus ſubterfugit, habebitur pro conteſtata quo ad interruptionem præſcriptionis & alios effectos.Bald.in leg ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.per illum textum quem dicit non eſſe alibi:& ipſum etiam extollit Bald.ad hoc in l.fin.in princip.iij.colum.ibi vnum eſt. de eo per quem factum erit, dicens etiam quòd de hoc eſt gl. ordi.in leg.conſtitutionibus. ff.de actio.& obli. Idem etiam Bald. allega.§.ſi quis. in l.ij.C.vbi in rem act.& in l.more.C. de rei vendi.Cyo.in l.ſicut.C.de præſcript.xxx anno.& Ioan. Fab.in §.pœnales.inſtit.de perpe.& tempo.actio. Et quòd ficte litis conteſta. pro ſe vide Ludo. Roma. conſi.clxiiij.ampliſſimè docto. ij.colum.ita Felin. in cap.illud.de præſcript. vij.colum. verſicu. prima concluſio. quod not. quia vidi condemnari reum ad reſtitutionẽ fructuum, quia ſubterfugiebat reſpondere libello:& hoc die xxij.Maij anno M.cccccv.

SVMMARIVM.

1 *Monachus à monaſterio iniuſtè deiectus poteſt agere poſſeſſorio vt reſtituatur.*

QVAESTIO CCCCXCVI.

a ITEM fuit quæſitum. [a] An † ſimplex mona-
1 chus poſsit agere poſſeſſorio, vt reſtituatur ad clau-
ſtrum tanquam iniuſtè deiectus:& conſequenter vt
præſtentur alimenta? Concluſum fuit quòd ſic, per
cap.placuit.xvij.quæſtio.j.

a Adde Anto.& Imol. Sicul.& Felin.idem tenentem in cap. cùm dilecta. de reſcript. quod intellige dummodo alimenta petantur vt debita ipſi monacho à monaſterio, ſecus ſi aliunde, puta ex legato, iuxta no.per Barto.in l.ſeruos ad cuſtodiam.ff.de ali.& ciba.legat. Limita ſecundò niſi peteret alimenta præterita ſubtracta, quia tunc non audiretur contra abbatem, per regulam dolo petit &c. tenet Rot. in deciſio. cccviij.ſequitur Imol.& Domi.in allega.cap.cùm dilecta.hoc dictum Felin. vbi ſuprà.dicit ſanè intelligendum duobus modis. Primò dummodo ſe alimentaſſet ex induſtria ſua. Secus ſi mutuo contracto debito, ſecundum Ana.in capi.ex parte. ij.colum.de accuſ.alleg.Bart.in ſimili in l.libertis.de quos.§.j. ad fin.ff.de alimen.& cib. leg. vbi dicit quòd ſi filius accepit pecuniam mutuo vt ſe aleret.competit actio mutuanti. per l. fina.ff.de in rem ver. ſecus ſi ſua induſtria ſe alimentauerit. Adde Domi.in cap.cùm paſtor.ij.quæſtio.vij.vbi eodem modo limitat deciſionem Rot. vt non procedat quando monachus fuit alimentatus ab alio animo repetendi. Intellige ſecundò niſi eſſet monacho deputata aliqua annua prouiſio per epiſcopum pro ſuis neceſſariis vltra alimenta, quia etiam prouiſiones præteritas petere poteſt. vt inde libros emat & alia neceſſaria.Sicul.conſi.lxxxix. Adde quòd iſtis futuris alimentis etiam cum iuramento renuntiari poteſt ſecundum Bald.in l.pact.quæſtio.vlti. C.de colla.neque fieri tranſactio. gloſſ.fin.in l.cum hi.ff.de tranſact.& Ioan.And.& doct.in cap. ſi epiſcopus.in fin.de præbend.lib.vj. Et ad id quod dictum eſt, adde quòd monachus agens poſſeſſorio ad finem vt reſtituatur ad monaſteriũ, habet probare de titulo monachali, id eſt, ſe eſſe monachum illius monaſterij: contra quod agit Bald.de regu.conſil.xj.& Felin.vbi ſuprà, vbi plura bona dicit circa materiam. Et inter alia ſequendo deciſio.Rot.Innocen. deciſio. ccccxxvij. & ſequent. dicit quòd monachus poteſt agere pro ſuo Abbate carcerato, ſi enim agit pro Abbate iam electo, vt probatur in allega.ca.cùm dilectus.de conſue.cap. ad probandum. de re iudi.fortius pro ipſo, argu.cap.ad petitionem, de accu.& ſicut pro re malè alienata, ita pro perſona. Item quia hæc actio tendit ad vtilitatem monaſterij, imò ad defenſam: pro quo quilibet de eccleſia admittitur ſine mandato de teſtib. cap.cùm olim.& ibi Innocen.& Archi.in cap. Nicena.xxxj.diſtinct.tutius tamen eſſet ſecundum Rot. quòd eo caſu haberet licentiam ab epiſcopo. Et ſubdit deci.ſequen. quòd debet habere expenſas à monaſterio præmiſſa aliqua cauſæ cognitione & examinatione ſecundum quantitatem valoris bonorum & redituum monaſterij. Et iſta dicta ſequitur Anto.& Sicul.in allega.cap.cùm olim.

SVMMARIVM.

1 *Bonus mercator non præſumitur librum ſuum falſificare.*
2 *Liber mercatoris probat de conſuetudine, vel ex forma ſtatuti, & non de iure.*
3 *Et facit ſemiplenam probationem, ſi fuerit probatæ fidei.*
4 *Conſuetudo in omnibus eſt attendenda.*
5 *Mercator cogitur edere librum rationum.*

QVAESTIO CCCCXCVII.

ITEM fuit quæſitum. [a] An liber rationum fa- a
ciat fidem 1. & licet in hoc variæ fuerunt opin. fuit 1
tamen concluſum quòd in procedentibus à voluntate ſcribentis probat ſecundum communem opin. vt in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.& cap.fin.de ſucceſ. ab inteſta. Aliter autem non probat pro ſcribente per l.inſtrumenta.l.rationes.& l.exemplo.C.de probatio.l.quædam.§.nummularios.ff.de eden.in gloſſ. concor.glo.ij.in fi.in c.ij.de fid.inſtru.gl.in ver.rationum.in fi.in cle.vnica de vſur.tenet Bar.in l.media. ff.de proba.& idem Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu. Limitat tamen idem Bart.niſi eſſet ſcriptura alicuius defuncti, qui fuit bonus homo, quia tunc facit aliqualem præſumptionem, ita vt cum aliis adminiculis probet: pro quo adducit præalleg.l.rationes.

a Idem tenet a Sicu.in alleg.ca.ij.de fid.inſtru.& videtur te- 2
nere ibidem Ant.idem Pau.Franciſ.de Zaba.& Ioan.de Imo. in allega.cle. vnica, de vſufruct.& dicit Sicu.vbi ſuprà non eſſe malum dicere: quòd etiam pro viuente faciat aliqualem fidem ſecundum qualitatem ſcribentis & cauſæ.quia non eſt veriſi-
mile † quòd bonus mercator debeat ſuum librum falſificare. 1
maximè pro modica quantitate.arg.c.ad audientiam, de præſcript.& in d.l.rationes. quæ licet loquatur in libro defuncti:

tamen eadem eſt ratio in viuente ratione prædicta. Adde Bald. ſuper rubrica. de fide inſtrumen. ver. ſequitur videre de ſcripturis ſociorum. vbi dicit quòd liber mercatorum inter ſocios probat etiam pro ſcribente in his quæ ſunt veriſimilia & connexa, & ſubordinata. quod relinquitur arbitrio iudi. & vide Bart. in alleg. l. admonendi Bald in l j. C. de eden. in fi. vbi
a dicit † quòd liber mercatoris probat de conſuetudine vel ex forma ſtatuti: non autem de iure. no. in capit. cùm dilectus. de fide inſtrumen. & ibi Sicul. & Anton. & talis eſt conſuetudo Pictauij in modicis rebus, pro quo fa. Bald. in l. vnica. C. de confeſ. iij. colum. vbi dicit librum probare in parua quantitate: quam quidem conſuetudinem approbat Bartol. in allegat. l. admonendi. & Sicul in allega cap. ij. An autem fidem faciat contra ſcribentem, licet fuerit opin. Tu tamen dic quòd ſic: & ita voluit gloſ. & ibi videtur bonus text. in allega. cle. vnica. in verbo, rationum. cui concord Bart. in l. admonendi per l. præalleg. quædam in §. nummularios. & ipſum ſequitur Anto. in allega. cap. ij. idem Paul. Imol & Franciſ. in allega. cle. idem Bald in rubr. de conſtit pecu. Ad idem Paul. de Caſtr. in l tale pactum. in princip ff. de pact. idem Bald. in rubric. de fide inſtrumen penul. char. Idem Sicul. in allega. cap. ij. Angel. conſi. ſuo ciij & Ludo. Roma conſi ſuo cccxlvj. Adde quòd ſi liber rationis contineat aliquid pro ſcribente & aliquid contra: vt quia ſcripſit in eius libro quòd ego depoſui apud eum centum, poſtea ſcripſit quòd ex illis reſtituit 50. non poſſum approbare quatenus pro me. & quatenus contra reprobare. pro quo videtur tex. ſecundum Collect. in l. Publia. §. fina. ff. depo. Ita tenet Sicul. in allega. cap. ij. ix colum. Et idem ibi Franciſ. Idem Bartol in allega. l. Publia. Idem Barto. in alia ſcriptura in l. Aurelius. §. idem quæſit. ff. de li. lega. & per Cyn. in l. j C. de conceſ. & per eundem Cyn. & Baldus in l ſecunda. C. de do. ante nup. per Bald. in allega. l. vnica. C. de confeſ. & in allega l. rationes. & etiam no in l. ſi quidem. C. de except. per eun. in c j. de confeſ. lib. vj. in c. bonæ ij. de po. præla. in c. cùm olim, de cenſi xxxviij. diſtin. c. ſi quid veri. & xix. diſtinct cap. ſi Romanorum Ang. & Lud in conſi. præalleg. Secus tamen vbi contineat capella quædam quæ vnum reputarentur, vel propter vnitatem officij & neceſſitudinem compoſitionis rationum. l. cùm quæritur ff. de admi. tut. tu vide. vbi ſuprà per Lud. & Angel. Quo verò ad tertium an faciat fidem? dic quòd ſic,
3 quo ad ſemiplenam † probationem ſi ſint homines probati & bonæfidei. per no. Bart. in allega. §. nummularios. & Barto.
4 in alleg. l. admonendi. & maximè † ſi hoc habeat conſuetudo quæ in talibus multum eſt attendenda. vt not. Innoc. in ca. j. de fide inſtrumen. Idem Sicul. in allega. cap. ij. ix. colum. quòd tamen intelligit de mercatoribus approbatis in eorum arte. Secus verò vbi quis propria authoritate ſibi artē aſſumeret: quia tunc non faceret ſemiplenam probationem in alterius præiudicium cùm ſit omninò priuata perſona, quod ſentire vide-
5 tur Franciſ. in allega. cle. An † autem quis poſſit cogi edere librum rationum? dic quòd ſic: in tribus caſibus videlicet ſi ille ſit vſurus vel ſi ſit priuilegiatus, potens ſicut fiſcus. l. ij ff. de æ. leo. & in caſu præallega. cle. Ita dicit allega. gloſſ. no. in ver. rationum quam ſequuntur Imol. poſt Paulum in allega. clem. & Bart. & Bald. & Salic. in leg j. C. de æden. Bart. in l. quædam. in princi ff. eo. Ang. in l. j. § ædenda. eo. tit. Et idem dic vbi rationes eſſent ab antiquo factæ ratione publici officij: vt quia ſit hæres notarij. l. argentarius. in princi, & leg. quædam. §. nihil. & ibi Bart. ff. eo. tit. Idem ſi reus exerceat artem & conſuetus ſit ſcribere data & accepta ſecundum Iacob. But. Bar. Sali. in alleg l j. C. de æden. quod verum eſt ſi librum teneat in publico. ſecus ſi clam. vel niſi ſit memoriale quòd retinetur in capſa. ſecundum Ioan. Pet. in l. fin. ff. eo. tit.

1 Addition. Liber rationum faciat fidem. Vide Guido. papæ conſi. xcvij. incip. præſuppoſita facti narratione. nume. 3. ver. ad tertium quæſitum. vbi plenè volu. ij.

2 Idem tenet in autheo. ſcriptura in marmoreo lapide faciat notorium. vide per domi. Guido. pap. in q. dlxxxij. Et ibidem an inſtrumentum, in quo non eſt data, valeat.

QVAESTIO CCCCXCVIII.

a ITEM fuit quæſitum, [a] certum eſt quòd epiſcopus, poteſt de bonis pertinentibus ad menſam eius eccleſiæ inferiori donare vſque ad quinquageſimam vel centeſimam: dum tamen ſit ſine graui detrimento eccleſiæ, vt cap. bonæ rei. xij. quæſtio. & in cap. apoſtolicæ. de do. Vtrum poſſit prædictam donationem in eius teſtamento facere? Concluſum fuit quòd non, ſed inter viuos duntaxat, ſecundum doct. in præalleg. cap. apoſtolicæ.

a Idem Sicul. ibidem, vbi vide per eum rationem diuerſitatis. Adde hic quod per allega. capit. bonæ rei, & capi apoſtolicæ. Sicul. in cap. vt prætericæ. de elect. & latius in eius diſput. quæ incipit, Sempronius decidit quæſtionem. Nunquid expenſæ fiendæ in exequiis prælati defuncti debeant fieri de bonis prælaturæ, præſertim ſi defunctus habeat patrimonium, in quo habuit extraneum hæredem, in qua quæſtione dicit nunquam reperiſſe authoritatem alicuius antiqui. Et in præalleg. diſputatione tandem concludit quòd expenſæ concernentes ſolatium ſeu remedium animæ defuncti, debent fieri ex bonis prælaturæ, quarumcunque prælatus habuerit proprium. arg. in d. cap apoſtolicæ. & cap. bonæ rei. vbi patet quòd epiſcopus poteſt donare eccleſiæ inferiori pro ſuis ſepulturis magnificandis centeſimam redituum eccleſiæ. Aliæ verò expenſæ quæ fiunt ad conſolationem & pompam viuorum, vt magnus apparatus veſtium luctuoſitatis, & aliæ ſimiles non ſunt deducendæ de bonis prælaturæ, & videre potes latius in præalleg. diſputatione vt ſolenniter etiam diſputat quæſtionem: an expenſæ factæ circa prouiſionem dignitatis obtentæ electione canonica prorſus ceſſante, ſint ex bonis dignitatis deducendæ, ita vt etiam hæres prælati mortui valeat eas deducere? & finaliter concludit quòd iſte impetrans ſi fuit motus ad impetrandum bono zelo, & repetere poterit, quia negotium eccleſiæ geſſit: & ſic habet locum ratio eorum, quæ not. in cap. cùm pro cauſa de procurat. & in alleg. cap. vt prætericæ, & ca. cupientes. de electio. libro vj. Si autem impetrauit vt præeſſet, & de hoc conſtat: & tunc non poterit repetere, quia geſſit negotium proprium, potius quàm eccleſiæ, facit xxiij. q. j cordi. Si autem dubitabitur quo animo, tunc recurrendum eſt ad coniecturas: ſi autem fuit incontinenti poſt vocationem, nec expectauit vt perſonæ idoneæ prius quærerentur, ſanè videtur fuiſſe ad gerendum commodum proprium: non enim debuit præſumere ſe idoneum: & ſe præſentare prouiſioni eccleſiæ, cùm bonarum mentium ſit timere culpam, vbi culpa non eſt. v. diſt. ad eius verò, videtur tamen eidem Sicul. quòd in foro iudiciali ſit audiendus repetens expenſas factas poſt papæ prouiſionem, quia ex quo papa acceptauit eum vt idoneum, non debemus de ſua idoneitate diſputare: ſed in foro conſcientiæ non putat eum tutum ſi principaliter ob ſui cauſam fecit: & vide vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Prodigi contractus, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, an iuramento firmetur.*

QVAESTIO CCCCXCIX.

ITEM fuit quæſitum, [a] † vtrum contractus a
prodigi cui fuit bonorum adminiſtratio interdicta 1
firmetur iuramento 1? Concluſum fuit quòd ſic, 1
quia æquiparatur pupillo pubertati, proximo in acquirendo, vt no. in l. is cui. ff. de verb. obl. ex delicto obligatur, vt ibi not. & in c. j. & ij. de delict. pue. ergo obligatur iuramento, dum tamen ſit ſenſus capax, & aliud extrinſecum non accedat. Et licet eidem ſit adminiſtratio bonorum interdicta, non tamen iuramentum, nec interdici poteſt.

a Iſtam partem tenent & ſequuntur Anto. & Sicul. in cap. cùm contingat. de iureiuran. & etiam ibi idem Ioan. de Imol. in xxia. & xxx char. Lud. Ro. & Franc. Are. in alle. l. is cui. idem Sicul. in diſputatione quæ incipit, ſtante ſtatuto. Idem videtur tenere Bald. in l. pactum. vij. quæſt. C. de collatio. Contrarium tamen tenuerunt Iaco. de Aret. Barto. Bald. & Angel. in alleg. l. is cui. Angel. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Bald. in l j. C. de ſacroſanct. eccle. in lectu. iuj col. & in l. ij. x. q. C. de reſcin. ven. & in l. j. ff. de curat. furio. Bartol. & Bal. in l. qui habet. ff. de tutel. Fede. de Se. conſil xxx. Ang. Aret. in § item prodigus. inſti. quibus non eſt permiſ. fac. teſtamentum. ſequitur Bald. in allega. l. pactum. dicens quòd ſi prodigus cum curatore iurauit, teneat contractus: ſi ſine curatore procedat opi. Barto. ſed mihi videtur opin. Anto. & aliorum eſſe tutior per rationes motiuas, quæ tanguntur per ſequentes iſtam partem in allega. cap. cùm contingat. & per Sicul. in allega. diſputa. & vide per Franciſc Areti. in allega. l. is cui. vbi reſpondet ad omnia

motiua

motina Bart.& ſuorum ſequacium Adde hic quæ ſcripſi ſuprà
quæſt.ccclxiij.

s Aonitto. Firmetur iuramento. Vide de hoc per Guid.
pap.in deciſ. parla grationo.q.ccl.

SVMMARIVM.

1 *Rector eccleſie parochialis tenetur ad reparatio-*
nem ſue eccleſie ruinam minitantis.
Niſi aliter de conſuetudine obſeruetur.nu.2.

QVAESTIO CCCCC.

a ITEM fuit quæſitum, a vtrum † rector eccleſiæ
1 parochialis ruinam minantis cogi poſsit ad illius
reparationem? Concluſum fuit quòd ſic,de reddi-
tibus qui ſibi ſuperſunt.vt in c.de his.de eccleſ.edifi.
quod intellige deductis neceſſariis, quibus non te-
netur ſe priuare,vt conuertat ad eccleſiæ reparatio-
nem.quia charitas ordinata.lxxxvj.diſt.c.non ſatis.

a Dic latius poſt Sicul.& doc.in cap.j. de eccle.edific.quòd
primò recurrendum eſt ad conſuetudinem. ſi enim conſue-
2 tudo † transfert onus fabricæ in populum illa eſt obſeruanda.
arg.cap.ad apoſtolicam.de ſimo.& idem voluerunt in allega.
capit.j Hoſt.Ioann Andr.& omnes docto. & idem dicendum
eadem ratione, vbi conſuetudo aliter prouideret. nam vide-
mus hodie quòd eccleſiæ cathedrales habent vtplurimum
redditus diſtinctos pro fabrica. Tunc enim prælatus non te-
netur dare quartam partem ſuorum redditnum: quia in hoc
valet conſuetudo ex quo eccleſia non patitur defectum in fa-
brica & quod valeat conſuetudo tenet Innocen. in c.ſi.de his
quæ fiunt à maio. parte. cap. pro quo facit cap. ſi propter tua
debita.de reſcript.lib.vj. & ibi Domi. Et dicit Sicul.in allega.
capit.videmus hodie. quòd non fiunt quatuor partes de red-
ditibus eccleſiæ,vt antiqua iura diſponebant. xij.q.ij cap.qua-
tuor.& ca.cognouimus.non tamen ſe poteſt epiſcopus excu-
ſare quominus pauperibus prouideat, licet redditus ſint in
confuſo: quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis. cap. fina.
xvj.quæſt. j. & idem dicit in caſu præmiſſo ſi nulla eſt conſue-
tudo, non valet per prælatum allegari conſuetudo, quomi-
nus teneatur ad quartam partem ſi eccleſia patiatur ruinam &
deformitatem, per textum apertum in allega. cap.cognoui-
mus.tenet Hoſt.in ſum.de eccle.edif.§.j.ad ſi. Si autem quar-
ta pars non ſufficit nec conſuetudo diſponit aliter, recurren-
dum eſt ad clericos eccleſiæ, vt præalleg. cap.j.& cap. de his.
& c.fina.alleg.Intellige tamen ſi detractis neceſſariis redditus
eis ſuperſunt. Si verò redditus non ſuperſunt compelluntur
vltimo loco parochiani eccleſiæ.argu. c.ſi epiſcopus. de offic.
ordi.lib.vj. nam ex quo ibidem audiunt diuina, & percipiunt
eccleſiaſtica ſacramenta,tenentur ad refectionem eccleſiæ.Et
ita ſeruatur. Et vidi ego de tempore meo caſum accidere in
eccleſia Lectoren. quæ ſemicorruerat & fuit epiſcopus com-
pulſus ad contribuendum reparationi,& fui ſuper hoc per ca-
pell.Lectoren. conſultus. Similiter epiſcopus Mimaten. non
ſolum ad reparandum,ſed etiam ampliandum eccleſiam:idem
de archiepiſcopo Auſitano, & eius cap. & ad hoc fuerunt o-
mnes prædicti per curiam Parlamenti Tholoſæ condemnati:
quotidie domini iudices temporales applicant tertiam par-
tem, licet iura non diſponant niſi de quarta, reparationibus
eccleſiarum, ſuper quo dicunt extare regias ordinationes de
quibus an ſint de iure validæ, nunc taceo, ſed remitto me ad
text.in cap. bene quidem. xcvj. diſtinct. & c. eccleſia ſanctæ
Mariæ.de conſtit.& c.fina.de re.eccl.non alienan. cum vtro-
bique no.per docto.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia lata ſuper poſſeſſorio recuperandæ.ſiue*
retinendæ, ſiue adipiſcendæ, appellari non poteſt de
iure ciuili.
Secus de iure canonico.nu.2.
3 *A iudicis ſententia admittentis infames teſtes ap-*
pellari poteſt.
4 *In omni appellatione ſemper cauſa exprimi debet.*
& nume.5.
6 *Appellatio non ſuſpendit executionem.*

QVAESTIO CCCCCI.

ITEM fuit quæſitum, an † à ſententia lata in a
poſſeſſorio ſiue ſit recuperandæ ſiue retinendæ aut 1
fuit adipiſcendæ de iure poſsit appellari? Conclu-
ſum fuit quòd de iure ciuili regulariter non poteſt
appellari.vt l.vnica. C.ſi de momentanea poſſeſsio-
ne fuerit appellatum.& ibi Cy.Bart.& doct.& idem
Bart.in l.ij.ff.de appellatin.recipi.ad idem.ij.q.vj.ſunt
quorum. verſic. de poſſeſsione.& ibi gloſſ.& Archi.
Sed † de iure canonico poteſt ſemper appellari à 2
ſententia lata ſuper poſſeſſorio, ſiue ſit diffinitiua,
ſiue interlocutoria:vt voluit gloſſ.in alleg.verſic.de
poſſeſsione, pro quo gloſſ. iuncto text. in c. cum ad
ſedem.de reſtit.ſpo.ſecundum intellectum Hoſtien.
Ioan.And.& docto.in cle.vnica.de ſequeſtra.poſſeſ.
& fruct.vbi etiam eſt expreſſum.

a Et in Specul.titu. de appellatione. §.ij. ver. vj. & de libel.
concep.§.j.verſi.xxvj.per Bart.in l j. ff.de ſolu & Bal.& Salic.
in allega.l.vnica.& Bal.in l.ij.C.de epiſcopali audientia.Ioan.
Fab.etiam in alle.l.vnica.Quod intellige niſi conſtaret de eui-
denti iniuſtitia ſecundum Bart.in præalleg.l.ij. & in l. fin. ff.de
appellationibus.Bald.in d.l.vnica.gloſſ Sicul.& docto.in cap.
ex conqueſtione.de reſtit. ſpol. Idem quando ratio appellan-
di eſſet in promptu ſecundum Bald. in leg.conſentaneum. C.
quomodo & quando iudex.& Guliel.de Cug. in l. ſi ex cauſa.
§.nunc videndum. ff. de mino. Idem niſi fuerit intentatum
poſſeſſorium & petitorium ſimul,vel niſi agenti de poſſeſsio-
ne fuerit appoſita exceptio dominij vel proprietatis ſecun-
dum Bald.in dicta l.vnica. Idem quando dubitatur an ſit tra-
denda poſſeſsio vel non.Bald.in dicta l. vnica. Idem quando
quis eſt condemnatus ad reſtitutionem poſſeſſionis & fru-
ctuum ad intereſſe ſecundum Bald. ibidem, & Bart.in l.credi-
tor.§.iuſtus ff.de appell. idem ſi eſſet minor ſecundum Bald.
in allega.l.vnica.& Bart. in præallega. l.ij. Idem in caſibus in
quibus melior eſt conditio poſſidentis ſecundum Bart. in di-
cta l.ij j.q. idem quando poſſeſſorium ſapit naturam proprie-
tatis.gloſſ.& docto.in dicta l.vnica.Bartol.Cæpol. caute.clxj.
Idem ſi iudex † noluerit admittere teſtes, vel admiſerit infa-
mes.Bald.in l.poſt ſententiam. C.de ſen.& Pe.de ſan.in l.vni- 3
ca.vbi colligit caſus prædictos.de quibus etiam per Bald. in l.
incerti.C.de interdi. & per Bald.in margarita in ver. appella-
tio. ver.xxxviij & Innocen.in cap.ſignificauerunt. de teſti.vbi
etiam dicit poſſe appellari à quacunque interlocutoria ſuper
poſſeſſorio,quod etiam not.ibidem Sicul. in vlt.no. Et idem
ſi agens ſuper petitorio ſuccubuerit: quia ſi poſtea agendo
ſuper poſſeſſorio ſuccumbat, poterit appellari à tali ſententia
lata in poſſeſſorio ſecundum Bart.in præallega.l j. & Bal.in d.
l.ij.Et idem ſecundum Angel.in d.l.vnica. quando non poteſt
probari in petitorio. Adde † tamen quòd vbi in illis caſibus,
in quibus permittitur appellatio debet exprimi cauſa etiam ſi 4
fuerit appellatum à diffinitiua ſecundum Barto. in l. ij. ff. de
appell. rece. allega. de hoc eſt gloſſ. quam ibi ponderant o-
mnes doct.in c.Romana.§.ſin autem. in gloſſ. fina. de appell.
lib.vj.& ibi do.Innocen.& Ioan.And.in cap.paſtoralis. §.præ-
terea.de offic.deleg.Præpoſi.in cap.conſuluit.j.de appel.Sicu.
in cap.conſuluit.ij circa princip. eod. titu. qui omnes tenent
quòd vbicunque à iure prohibetur appellatio à diffinitiua vo-
lens aliquo caſu permiſſo appellare, nõ admittitur niſi in ap-
pellatione exprimat cauſam, cùm appellatio à diffinitiua in
illis caſibus regulariter à iure ſit inhibita:imo plus voluit Præ-
poſi.vbi ſuprà, quòd etiam ſi appellatio eſſet ab homine tan-
tum prohibita illo caſu, ſi tamen ob aliquam iuſtam cauſam
permittit princeps appellare, non audietur appellans niſi in
appellatione exprimat cauſam: ita dicit Gemi. in allega. §.
ſin autem. in fin. Et ideo attentata pendente appellatione in
caſu vbi non licet appellari, vel vbi non eſt bene appellatum,
quia non expreſſa cauſa,non retractabuntur.text. in cap. non
ſolum.in princip.& ibi Gemi. eodem titul. libro ſexto. Idem
tenet Oldr.conſil.xx. quod incipit circa primum.dicens quòd
ſtatim ſententia à prædicto caſu non expectatis decem diebus
poterit executioni demandari, ex quo non poteſt appellari
de iure.ſimile voluit Ioan.Andr. poſt Ioan. Mona. in capitul.
venerabilibus. ſuper gloſſ. poſt diffinitiuam. de ſenten. ex-
commu libro ſexto vbi concludunt quòd cùm ab executione
ſententiæ non poſſit appellari: ſi tamen appelletur: & fiat

executio tali appellatione pendente, non rettactabitur talis executio in viam attentati. Et Gemin. in præalleg. capit. non solùm. Et propterea Ludoui. Rom. consilio suo cccxxiij tenet
5 quòd † à ſententia ſuper poſſeſſorio lata contra notorium ſpoliatorem, non poſſit appellari, etiam ſi fuerit poſſeſſorium recuperandæ. Niſi expreſſa fuerit cauſa appellationis probabilis, quo caſu debet iudex appellationi deferri, eiúſque ſententiæ executionem appellatione interpoſitâ pendente differre. Et ita concluditur in dicto §. ſin autem. Cauſa verò rationabilis ſpecificè in appellatione non expreſſa, iudex à quo deferre non debet, imò ſtatim exequi. vt patet in cap. cum ſpeciali. §. porrò. Et hoc niſi per iudicem ad quem fuerit inhibitus, vt in d. §. ſin autem. Et tenent Franciſcus & Ioannes de Imol. & Paulus, & notat Specul. in præalleg. titu. de appellat. §. verſic. quibus ſuprà. Federic. de Se. conſil. lxxvj. per Innocent. in capit. fina. de noui oper. nuntiat. Ioannes Fabr. & Salicetus in allegata l. vnica. C. ſi de momenta. poſſeſ. & ita communiter obſeruatur in curiis tam Parlamenti, quàm aliis temporalibus. Sed quæritur vtrum per huiuſmodi appellationem ſuſpendatur ſententia & eius effectus? Lapus in alleg. elemen. dicit quòd ſic: ita quòd eius executio non fiet, ac ſi eſſet lata ſententia ſuper petitorio: & ab eo fuiſſet appellatum: ad quod adducit principium eiuſdem clemen. iuncto ſi. eiuſdem. & idem refert tenuiſſe Ioannem Andr. & Lau. in §. diffinitiua. in alleg. verſic. de poſſeſſione. & Guli. in Specul. titu. de appel. §. in quibus. licet idem Ioan. ſenſerit contrarium in eod. §. diffinitiua. in ſum. & Archid. in dicto verſicu. de poſſeſſione. Innocen. in cap. pen. de no. oper. nuntiat. & hanc partem ſequi videtur in præallega. clemen. Ioan. de Imol. & Franciſcus de Zaba ſola præmiſſorum recitatione contenti. Et hanc ſecun-
dam partem † quòd appellatio non ſuſpendat executionem, 6
tenet Bartol. in præallegata l. ij. ff. de appellatio. recip. & Bald. in l. ij. C. de epiſc. audien. & tenere videtur Archid. in præalle. verſic. de poſſeſſione. & Salicetus in præallega. l. vnica. Adde quòd ſi agatur poſſeſſorio ex beneficio l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. non admittitur appellatio, ſecundum Bartol. & doct. in allega. l. fina. Nec ſimiliter à ſententia lata ſuper Saluiano interdicto: in quo de ſola poſſeſſione contenditur, ſecundum Bartol. in l. j. ff. de Saluiano interdicto, & in l. j C. eo. titulo. Sed ſuper hypotheca bene permitteretur appellatio, & ſimiliter in Publiciana: quia petitorium deducitur non poſſeſſorium. ſecundum Bartol. in l. cum qui. §. ſed & ſi quis. ff. de public. & Bald. in l. pen. C. ſi à non compet. iud. Et idem ſi agatur condictione, leg. ſi quis in tantam. quia bene permittitur appellatio. tenet Salic. in alleg. l. vnica, C. ſi de momentanea poſſeſſione.

FINIS. DECISIONVM CAPELLAE THOLOSANAE.

DECISIONES CAVSARVM ROTAE BONONIENSIS,

Per Excell. I. C. D. PETRVM DE BENINTENDIS, Ceſenatem, eiuſdem Rotæ Iudicem, ſub annis 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. & 1545. recollecta, nunc primum in lucem edita, ad omnes fermè quotidianos caſus enucleandos, Cauſidicis omnibus nedum vtiles, ſed perquam neceſſaria.

Cum Summariis & Indice locupletiſsimo, D. Io. Baptiſtæ Ziletti, Veneti.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſi & inquantum de iure, quid operetur.*
2 *Clauſula, niſi ſi & inquantum, quid ſignificet.*
3 *Iudex appellationi à diffinitiua tenetur deferre.*

CONCLVSIO PRIMA.

1 QVAESITVM fuit, † An ſi iudex à quo detulit appellationi iſto modo. Qui dominus iudex admiſit ſi & in quantum de iure tenetur & non aliter, &c. per talem admiſsionem abdicauerit iuriſdictionem à ſe, & eius iuriſdictio ſit ſuſpenſa, ita quòd non poſsit amplius ſe intromittere: & ſi dicta clauſula, ſi & inquantum de iure, &c. aliquid operetur. Concluſum fuit, quòd ſi ſumus in appellatione à diffinitiua, & appellatio interponatur ex cauſa probabili, Iudex admittendo ſi & inquantum de iure, &c. dicitur ei detuliſſe, & illam admiſiſſe, quia tunc talis conditio non facit ſuſpenſionem, ſed habet veritatem: nam licet dicat iudex, ſi & inquantum, &c. tenetur tamen rationabilem admittere, & talis conditio inducta per dictam clauſulam, ſi & inquantum, &c. tali caſu eſt de præſenti, & non ſuſpendit: ſi verò appellatio eſt irrationabilis, quia conſtat de iniuſtitia appellantis, puta, ex inſpectione ipſius ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſecus eſt: quia tunc iudex à quo, perſeuerat in iuriſdictione, & cenſetur detuliſſe prout erat de iure: licet dixerit, ſi & inquantum, &c. ita Philipp. Franciſ. & Cardin. in titul. de appella. in capitu. ſæpè. in ij. notab. Bald. in l. edita. in xxxj. colum. C. de edend. Bartol. in l. ſi quando. ff. de lega. j. & ibi in apoſtolis. Dominicus de Sancto Geminiano in cap. cum de appellationibus. de appella. in vj. & latè proſequitur Felyn. in ca. cum contingat. in iij. colum. de offi. dele. in ver. vlterius. Robert. Maranta in ſuo Spec. in vj. parte. nume. 162. cart. 90. & Vital. de Camban. in tract. clauſula. ſuper clauſula, ſi & inquantum. Aduerte quòd Angel. in conſil. ccxvij. incip. in cauſa accuſationis. in iij. col. verſicu. nec obſtat ſi dicatur, dicit quòd id quod hîc dicitur de appellatione ab interlocutoria procedit quando ſimpliciter eſt delatum appellationi, quòd tunc ſunt ligatæ manus iudicis, ſecus ſi non ſimpliciter, ſed eatenus quatenus de iure. Ad idem adde, & vide omnino Ioan. de Imol. in l. iudex poſtquam. in fi. col. ff. de re iudic. vbi allegat Bar. in l. ambitioſa, circa fin. ff. de decret ab ordin. fac. vbi dicit, quòd per dictam clauſulam in effectu nullatenus intelligatur admiſſum, quod in effectu non debuit admitti. Sozin. in conſil. xlvij. num. 61. iiij. volum. Adde de iſta clauſula remiſsiuè, & vide Catal. de Boncompag. in tracta. Syndicatus. nu. 82. & ſequen. Si verò ſumus in appellatione ab interlocutoria iudex deferendo appellationi, videtur abdicare à ſe iuriſdictioné quam habebat, cùm ipſe illud grauamé poterat reuocare, c. cum ceſſante. de appel. & illo grauamine reuocato, ceſſat appellatio, cap. interpoſita, de appellat. Dominicus in d. c. cum de appellationibus. † Et propterea 2
practici iudices reſpondendo appellationi ab interlocutoria mera, vtuntur verbis negatiuis: quia dicunt iſto modo, videlicet, qui d. iudex non admiſit niſi ſi & inquantum de iure, &c. quæ verba important quòd talis admiſsio non habet vim delationis. Cardin. in clem. quamuis. §. quòd ſi iudex, in fine, de appel. licet Felin. in d. cap. cùm contingat, de iſto dicto Card. dicat ſe dubitare. † Nam iudex appella- 3
tioni ab interlocutoria mera non tenetur deferre, ſecus apppellationi à diffinitiua, vt not. in ca. de priore. per doct. de appella. Imò appellationi interpoſitæ ad papam non deferens iudex punitur, & mittitur ad curiam puniendus, quia debet deferre ob reuerentiam ſuperioris, nedum vbi eſt certum appellationem ipſam fore probabilem, ſed etiam vbi dubitatur an probabilis ſit interpoſita, facit d. c. de priore, Anto. in cap. vt debitus. de appel. per cap. ſacro, ad finem, de ſenten. excom. Ludouic. Roma. in conſilio ccccc j. incipien. vt declarationem. Ioan. Stafileus in in tract. de gratiis & expectatiuis, & aliis literis gratiæ & iuſtitiæ, car. clx.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ cognitio an probetur ex eo quòd notarius dixit decretum interpoſitum cum cauſæ cognitione.*
Decretum ſine cauſæ cognitione interpoſitum non tenet.
2 *Decretum ex falſa cauſa interpoſitum eſt nullum.*

3 *Decre*

3 *Decretum per errorem vel dolum aduerſarij inter-
poſitum eſt ipſo iure nullum.*
4 *Instrumentum de cauſa cognitione, inueſtigatio-
ne, & tractatu, an ſeparatim fieri debeat, &
in hoc ſit notarij conſuetudo attendenda.*
5 *Decretum vbi in aliquo actu requiritur, iuſtæ cau-
ſæ debent allegari & requiri.*
6 *Actus ad præstandam curatoris authoritatem ex
breuitate temporis eſt nullus.*
7 *Cauſa cognitio eſt de iure diuino, nec omitti
debet.*

CONCLVSIO II.

1 DVbitatum fuit,† An ſi notarius in inſtrumen-
to dixit decretum fuiſſe interpoſitum, & cum
cauſæ cognitione: probetur propter hoc cauſæ co-
gnitio. Nam dubium facit, quia decretum inter-
poſitum ſine cauſæ cognitione eſt nullum. text. eſt
in ca.j.extra de reb. eccl. non alien. lib. vj. & voluit
Archid.in c.ſine exceptione.xij quæſt.ij. Spec.in tit.
de procurato.in §.j.verſicul. quid ergo. & in titu.de
empt.& vend.§.iuj. verſic.hic quoque. Bart. & Pau.
de Caſtro in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de tranſact.
Raph. Cum. in conſil. clxxx. in ij.colum.Cardin.in
conſil.lxxxix. incip.dominus. quæſt. Simon. & in
conſi.xcv. incip.d. Abbas nomine monaſterij. Imò
2 † decretum interpoſitum cum cauſæ cognitione
ſuper aliquo contractu, ſi cauſa eſt falſa, ipſo iure
eſt nullum.l.j.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei. Bartol. in
l.& ſi præſes.vbi eſt caſus de hoc. C.de præd.minor.
Pau.de Caſt.in dict. l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ-
act. quòd procedit etiam ſi falſa cauſa non ſit ex-
preſſa.Bart.in l. Sciæ egreſſæ. ff. de tut. & curat. dat.
3 ab his. † Et pariter decretum eſt nullum ipſo iure
quando eſt interpoſitum per errorem, vel per do-
lum aduerſarij obtentum. Barto. in l.fin.ff.de iuſt.&
iur. allegat text. in d.l. ſi præſes. Concluſum fuit
4 etiam,† quòd ſi notarius dicat in inſtrumento inter-
poſitum fuiſſe decretum, & cum cauſæ cognitio-
ne: non propterea probatur cognitio cauſæ, nec
de hoc ſtandum eſſe aſſertioni notarij, ſed quòd de-
beat fieri aliud inſtrumentum ſeparatim loquens
de cauſæ cognitione, & de inueſtigatione, & tra-
ctatu, & ita in indiuiduo, quando agitur de aliena-
tione rei eccleſiaſticæ, quòd debet fieri ſcriptura
ſeparata de tractatu, & de hac cauſæ cognitione,
quæ ſcripturam præcedere debet de per ſe. voluit
Spec. in tit.de procurat.§.j. verſi. ſed quid ſi ſolùm.
Pau de Caſtr.in conſi.xcj.incip. in Chriſti nomine,
&c. ſuper eo quòd quæritur viſo ſtatuto ſupraſcri-
pto, vbi tradit practicam interponendi decreti in
alienatione rerum minoris, & eccleſiæ. Conclu-
dens hæc omninò ſeparatim debere fieri diuerſis
temporibus, & diuerſis inſtrumentis. Nec ſtari de-
bet ſecundum eum aſſertioni notarij de cauſæ co-
gnitione, & quòd in eodem contractu adhibita fue-
rit. Nam dicit ipſe quòd non debet eſſe in poteſta-
te iudicis peruertere ordinem. Nec eſt ſecundum
eum veriſimile, quòd in tam breui tempore fue-
rit adhibita cauſæ cognitio, cùm iudex debeat de
cauſis allegatis inquirere diligenter, vel ſaltem
committere alicui, & cum iuramento, qui ſe in-
formet de omnibus, & referat, vt eſt text. in l.ma-
gis puto. §. ne paſſim. & §. non tantum. ff.de reb.
eor. † & probatur in l. j. C.de præd. curial. vbi ha- 5
betur, quòd vbi requiritur decretum in aliquo
actu debent allegari iuſtæ cauſæ, & probari etiam,
ita Pau.de Caſt.in d.conſ.xcj.& in d.l.cùm hi.§.vult
igitur,ff.de tranſact.& prædicta ſequendo latè pro-
ſequitur dominus Ludouicus Bologninus in conſi.
xxxiij. incipien.cor mundum.viſis igitur puncto &
inſtrumento permutationis, per totum. † Et ideò 6
quando iudex dat curatorem minori, non debet ad-
mittere, quòd eo momento temporis, quo datus
eſt curator, eodem tépore authorizet in aliquo ipſi
minori. Nam ille actus eſſet nullus propter breuita-
tem temporis, ex quo apparet, quòd in tali præſta-
tione authoritatis non præceſsit, neque interuenit
aliqua cauſæ cognitio. ita Pet. de Ancha. in conſilio
lxxxij. incip. viſis diligenter actis. Nam ea quæ re-
quirunt cauſæ cognitionem, ſi incontinenti fiant,
non valét ex modicitate temporis, eo maximè † quia 7
cauſæ cognitio eſt de iure diuino, quæ merito ob-
mitti non debet, ſecundum Abb.in cap.j.in iij.col.de
cau.poſ.& propriet. Ita refert & ſequitur Marſil. in
ſua practica criminali, in §.nunc videndum. in viij.
col.cum ſequen.verſic.ſed vltra omnia, num.21.22.&
ſeq. vbi in materia decreti multa congerit: & quod
dictum eſt de cauſę cognitione, quòd debet fieri in-
ſtrumentum ſeparatim: dicit Pau.de Caſt.in d.conſ.
xcj. procedere de iure ſcripto, ſed de conſuetudine,
an aliud ſeruetur, dicit neſcire, & ideò non ſe intro-
mittere. Adde ad materiam, & omnino vide Felyn.
in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ, in vij.col. verſic. vnde-
cimo pro hac parte.de conſti. Adde dũ dicitur quòd
non præſumitur cauſæ cognitio, quod intelligitur
quãdo authoritas curatoris interponitur paulò poſt
eius creationem. Soz.iun.conſ.xliij.num.15.vol.j.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus examinatis in genere ſuper bonis hæredi-
tariis in prima inſtantia, an in liquidatione ſen-
tentia poſſint teſtes examinari in ſpecie de bonis
prædictis propter ſubornationis timorem.*
2 *Bart. dictum in l.cum furti. ff.de in lit. iuran. quo-
modo procedat.*

CONCLVSIO III.

FVit in † remedio l.fin. C.de edic.diui Adria. tol. 1
articulatum in genere de bonis mobilibus hæ-
reditatis, quòd tot bona mobilia remanſerunt in
hæreditate, quę aſcendebant in totum, puta ad mil-
le, non facta aliter ſpecificatione bonorum, & fue-
runt teſtes examinati, & publicati, & didicita, & re-
ſtificata lata ſententia in illius liquidatione, quia in
principali inſtãtia teſtes non bene probabãt, fuit in
ſpecie de bonis mobilibus, quæ remanſerunt in hæ-
reditate articulatum, & quòd aſcendebant ad mille
300. & fuit facta ſpecificatio bonorum. Ex quibus
prædictis orta fuit dubitatio, an huiuſmodi capitula
deberent admitti, & ſuper eis teſtes recipi & exa-
minari. Pro parte inducentis teſtes dicebatur huiuſ-
modi capitula fore admittenda, & teſtes examinan-
dos, quia in principali inſtantia fuit articulatum in
genere de bonis. In cauſa verò liquidationis in ſpe-
cie. Item in prima inſtantia fuit capitulatum de
mille, in cauſa autem liquidationis de mille 300. &
ſic quòd erant diuerſi articuli, allegabatur Bar.in l.
cum

cum furti.ff.de in litem iuran.vbi dicit, quòd ſi teſtes fuerunt ſemel examinati ſuper articulo continente, quòd res valet centum, & poſteà poſt publicationem fieret articulus, quòd res valet centum & quinquaginta, quòd teſtis poſsit adhuc examinari, quia dicit ipſe, quòd articuli non ſunt contrarij, imò omninò diuerſi, quia poteſt eſſe vnum & aliud, per text. in c. de teſte. & ibi glo. & ca. cum cauſam quæ inter œconomum, de teſtibus.

In contrarium per alteram partem dicebatur, quòd articuli & teſtes ſuper eis nullo modo erant admittendi ſuper dictis bonis iam articulatis, licet in genere in principali inſtantia propter timorem ſubornationis teſtium, & allegabatur deciſ. Neapo. in antiquis. xxxv. incip. ſi actum fuit petitione hæreditatis, vbi concluſum fuit, quòd ex quo in cauſa petitionis hæreditatis fuit facta ſpecificatio bonorum hæreditatis, & fuerunt teſtes examinati, quòd dicta liquidatio reſeruata debet fieri ex proceſſu iam formato, & non per teſtium examinationem de nouo producendorum ſuper bonis iam ſpecificatis, & declaratis, vt ceſſet timor ſubornationis teſtium: & licet in d. deciſio. fuerit facta ſpecificatio bonorum, idem eſt ſi fiat bonorum ſpecificatio in genere, nam ſufficit, quòd bona virtualiter includantur. vide Io. de Ferra. in ſua practi. Papien. in forma opponendi contra teſtes poſt publicat. ſuper glo. ſúntque publicatis, in iij. col. verſi. circa hoc autem exemplum.

2 Ad † dictum Bar. in d. l. cum furti. dicebatur, quòd illud poterat procedere, quando iam eſſet probatum de cētum, quòd poſtea poſſet probari de quinquaginta, & ſic vltra centum, quod non accidit in caſu propoſito, quia circa valorem bonorum nihil fuerat probatum: vlterius ex quo huiuſmodi examinatio in dicto caſu tendebat ad eundem finem, quòd propter timorem ſubornationis huiuſmodi capitula non eſſent admittenda. per no. in dictis iuribus. & in c. fraternitatis. de teſtib. aliàs daretur materia fabricandi dolum, quia cùm viderent in primis articulis non probaſſe, in inſtantia appellationis augerent quantitatem, & valorem, & ſic per indirectum facerent quod non licet per directum: nec deeſt timor ſubornationis. Adde pro parte, quòd teſtes non debeant recipi. Aymo. Crauet. in conſil. cxxxiiij. nu. 45. in primo vol.

SVMMARIVM.

1 *Canonis ſolutio an ſit indiuidua.*
2 *Reſtitutio competens minori in indiuiduis, extenditur ad conſortes eiuſdem litis maiores.*
3 *Emphyteuta canonem ſoluere per partes non poteſt inuito domino.*
4 *Domini voluntas ex quibus actibus colligatur, quòd velit rem deuolutam eſſe.*
5 *Minor petens rem ſibi reſtitui, videtur petere quòd reſtitutio in integrum prius concedatur.*
6 *Dominus ſi in eius vita non declarauit rem deuolutā, an talis declaratio fieri poſsit contra hæredem.*

CONCLVSIO IIII.

1 DVbitatum fuit, † an ſolutio canonis ſit indiuidua ex eo, quia quilibet tenetur inſolidum ad cenſum. Alex. in conſil. vij. in ij. col. v. vol. in caſu reſtitutionis in integrum petitæ per certos minores aduerſus non ſolutum canonem, in quo maiores etiam interueniebant, & inſtabant reſtitutionem in integrum petitam pro parte minorum, eis quoquè prodeſſe, cum huiuſmodi beneficium reſtitutionis quod competit minori in † indiuiduis extēdatur ad conſortes eiuſdē litis maiores, not. in l. vnica. C. ſi in communi, eadémque cauſa reſtitutio in integrum poſtuletur, & ſic volebant ex priuilegio minorum euitare caducitatem, & quòd ſolutio canonis ad quam per viam reſtitutionis in integrum minores admittebantur, eis prodeſſet. Concluſum fuit ſolutionem canonis inuito domino eſſe indiuiduam, ſed volente domino eſſe diuiduam, & ſic obligationem ad canonem eſſe realem: ratio eſt, † quia quòd emphyteuta non poſsit ſoluere canonem per partes ſed totum, & integrum teneatur ſoluere, eſt introductum fauore eccleſiæ: ideò volēte eccleſia ſolutio canonis efficitur particularis, & diuidua: ita dicit Pau. de Caſt. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. Domini de Regno in deci. Neap. in antiq. deci. cliij. † In caſu autem propoſito voluntas domini colligebatur ex eo, quia conuenit coram iudice emphyteutas pro deuolutione domus vltra quod in actis conſtabat de voluntate domini expreſſa, qui declarabat rem eſſe deuolutam, & in ſimilibus ſufficit quòd tacita, vel expreſſa ſit voluntas. Abb. in conſil. lxvij. incip in cauſa quæ vertitur. in ij. col. lib. ij. Alex. conſil. cvj. viſo themate. col. iij. in iiij. volum. ex quo enim dominus petiit domum tanquam deuolutam, ſatis dicitur declarare voluntatem, quòd intendit emphyteutam priuatum eſſe: quia qui vult conſequens, videtur velle antecedens ad illud. † Anto. de But. in cap. conſtitutus, de relig. domi. vbi concludit, quòd ſi minor petat rem ſibi reſtitui, videtur petere, quòd reſtitutio in integrum prius concedatur. Et ita declaratio voluntatis non præſcribitur, quoniam in libero arbitrio non cadit pręſcriptio. Nam iſta declaratiua quandocunque poteſt fieri, nec media tempora nocent. Bald. in l. petens. C. de pact. † Sed ſi dominus in eius vita non declarauit rem deuolutam, an talis declaratio poſsit fieri contra hæredem. vide omnino per Caſsiadorum in ſuis deciſ. deciſ. ij. & deciſ. iij. in titu. de loca. mihi. à cart. 190. Et an circa declarationem ſufficiat tacita vel expreſſa voluntas domini. adde & vide omnino in dictis deciſio. Caſſiadori, & Decium in conſilio cxlvj. incipien. & pro tenui. in j. volum. in tertia col. & in conſi. cxxxviij. incipien. & diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Iudex datus ad ſe informandum & referendum, quid facere poſsit. & num. 6.*
2 *Iudex poſtquam pronuntiauit appellationem eſſe deſertam, deſinit eſſe iudex.*
3 *Cauſa commiſſa cum clauſula de toto negotio, intelligitur ſcilicet in euentum grauaminis.*
4 *Iuriſdictionis nullitas an ſtatuto tollatur.*
5 *Appellari quando non poteſt ab interlocutoria, an poſsit per appellationem à diffinitiua tale grauamen reparari. & num. 7.*

CONCLVSIO V.

PEtebatur executio inſtrumenti ad certum reſiduum pretij rei venditæ, emptor opponendo dicebat non teneri, quia eadem res quam emerat, erat propria ipſius, & eam ignoranter emerat.

Et pro

Et propterea petebat abſolui à petitis, & petentem
cogi ad reſtituendum pretium iam habitum ſuper
præmiſsis, commiſſa fuit cauſa Auditori ad ſe infor-
mandum & referendum. Qui iudex commiſſarius
pronũtiauit identitatem rei eſſe probatam pro par-
te emptoris, à qua pronuntia extitit appellatum pro
parte venditoris, & cauſa huiuſmodi commiſſa fuit
alteri ſimpliciter ſine clauſula de toto negotio, qui
ſecundus iudex pronuntiauit appellationem fore
deſertam, & amplectendo merita cauſæ abſoluit
reum conuentum à petitis, & agentem condemnauit
ad reſtituendum pretium iam habitum: ab iſta ſen-
tentia fuit appellatum pro parte venditoris, & ap-
pellatio huiuſmodi coram me in Rota Bononiæ in-
troducta, & facto proceſſu ſuper præmiſsis dubita-
tum fuit. Primò dicebatur ſententiam primi iudicis
qui iudicauit identitatem rei eſſe probatam eſſe nul
1 lam ex defectu iuriſdictionis, † quia cũ eſſet iudex
ad ſe informandum & referendum, iudicando iden-
titatem rei eſſe probatam, videtur exceſsiſſe fines
mandati, & conſequenter nulliter pronuntiaſſe, &
2 pariter ſententiam ſecundi iudicis, † quia poſtquam
pronuntiauit appellationem à ſententia primi iudi-
cis eſſe deſertam, deſiit eſſe iudex, & non potuit ali-
ter amplecti merita cauſæ l. ſi contra, & l. quoniam.
C. de appella. not. Sali. in l. eos. C. eod. tit. Nam ſtatim
quòd pronuntiauit appellationem deſertam, iuriſdi
ctio rediit ad primum iudicem, etiam quòd cauſa ta-
lis appellationis fuiſſet cõmiſſa cum clauſula de to-
to negotio, quia licet ſentẽtia primi iudicis, qua pro-
nuntiauit identitatem rei eſſe probatam multũ gra-
uet, tamen ex quo expectabat aliam ſententiã poſt
3 ſe, dicitur interlocutoria, † quo caſu appellatio à gra
uamine cõmiſſa cum clauſula de toto negotio intel-
ligitur in euentum, ſcilicet grauaminis. alias non: ſi-
quidem propter hoc non ponitur tota cauſa in co-
gnitione illius iudicis niſi in euentum legitimæ ap-
pellationis ab interlocutoria. Feli. in c. cauſam quæ,
de reſcrip. nu. 36. & in c. olim, de except. nu. 10. vbi di-
4 cit quòd multi imperiti aduocati hoc ignorant, † &
ſtatuto prohibenti poſſe dici de nullitate ſententiæ
latæ ſuper deſertione. Reſpondebatur non habere
locũ in nullitate ex defectu iuriſdictionis, quoniam
ſtatuto non tollitur. Aret. in conſi. lxxv. ij. col. Præter-
ea commiſsio huiuſmodi cauſæ appellationis erat
ſimplex & ſolum reſtricta ad cauſam appellationis,
5 non autem ad totum negotium. † Vlterius dicebatur
tale grauamen per appellationem à diffinitiua poſſe
reparari per tex. in c. fi. extra, de appell. lib. vj. Secũdò
principaliter allegabatur ex nouiter deductis reſti-
tutionem in integrum petitam eſſe concedendam.
Iuxta not. per doct. in l. admonendi. ff. de iureiur.
6 In contrarium † quòd imò ſententia primi iudicis
qui erat iudex ad ſe informandum valeret, diceba-
tur quòd negari non poterat quòd huiuſmodi ſen-
tentia qua iudex declarauit identitatem rei eſſe pro-
batam non fuerit interlocutoria, quoniam licet
multum grauaret, & ſaltem indirectè tangat nego-
cium principale, tamen ex quo expectabat aliam
ſententiam poſt ſe, eſt interlocutoria quæ eſt de in-
formatione proceſſus: quia iudex erat ad ſe infor-
mandum, & pro tangentibus informationem pro-
ceſſus iudex potuit interloqui, & ſic validè proceſ-
ſit, & huiuſmodi pronuncia valuit, & pariter ſecun-
dus iudex dum declarauit appellationem à dicta
ſententia ſuper identitate rei eſſe deſertam, talem
pronunciam valuiſſe, ex quo cauſa talis appellatio-
nis per reſcriptum eidem erat commiſſa. Nec per
appellationem à diffinitiua poſſe iſto caſu reparari.
Nam licet olim fuerint opiniones variæ, tamen ho-
die determinatum eſt per tex. in d. c. fi. de appel. in vj.
quòd ſi iudex non reuocauit interlocutoriam, nec
pars ab ea appellauit, deinde tulit ſententiam con-
tra eandem partem diffinitiuam, à qua appellauit,
iudex ipſius appellationis, ſicut poteſt reuocare diſ-
finitiuam, ita poſsit reformare interlocutoriam: ſi
verò ab interlocutoria fuiſſet debitè prouocatum, &
ſuccubuiſſet in ea, non poſſet iudex dictæ cauſæ
principalis de iuribus dictæ interlocutoriæ vlterius
cognoſcere, vt hodie determinatum eſt in clemen.
fi. de appel. † Hinc dixit Ioan. Petr. de ferrar is in ſua 7
practica Papien. in forma ſententiæ interlocutoriæ
ſuper incompetentia iudicis. in fin. col ꝙ ſi ex forma
ſtatutorum non poſsit appellari ab interlocutoria,
poterit hoc grauamen per appellationem à deſfini-
tiua reparari, ſubdens hoc menti tenendum, &
quòd procurator debet hoc multum notare, præte-
rea etiam quòd fuiſſet locus reformationi, non po-
tuiſſet reformari, cùm ex eiſdem actis interlocuto-
ria debeat iuſtificari, quæ non iuſtificabatur, vnde
colligebatur ſententiam primi iudicis, qua declarauit
identitatem rei eſſe probatam, cùm ab ea fuerit pro-
uocatum, & in ea pars ſuccubuerit tranſiuiſſe in rem
iudicatam, & non poſſe vlterius de viribus dictæ in-
terlocutoriæ cognoſci: & cũ ex nouiter deductis nõ
conſtaret probatum de diuerſitate rei, dicebatur
non eſſe locum petitioni reſtitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an cadat à iure ſuo, ſi in parte mini-
ma deficiat à ſolutione.*

2 *Prætor de minimis non curat.*

CONCLVSIO VI.

EPiſcopus Bononiæ † conceſſerat in emphy- 1
teuſim certa prædia domino Annibali de Saſu-
no pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & per ma-
ſculum, cum annua penſione librarum decem, &
vnius par caponum, & ſic ſingulo anno. Accidit,
quòd dom. Annibal defecit in ſolutione canonis in
paruo, quia ſoluit libras decem, ſed non ſoluit ca-
pones, & ſic minus ſoluit in paruo: hæſitatum fuit
an propter hoc res inciderit in commiſſum, & ſic
ceciderit à iure ſuo: concluſum fuit iſto caſu emphi-
teutam excuſandum eſſe, & non cecidiſſe à iure,
quia æquitas non dictat, quòd emphiteuta qui ſol-
uit totum canonem excepto vno paruo, ſcilicet, ca-
ponibus, priuetur iure, quia in tam re parua non re-
putatur honor domini, neque contemptus domini
conſideratur. Nam talis defectus videtur potius ab
errore, quàm à malitia proceſsiſſe. accedit regula,
† quòd de minimis non curat prætor: iſtam quæſtio- 2
nem ponit Sozi. in l. quanuis. ff. de condit. & demon-
ſtra. & Iaſ. in l. 10 executione. in §. item ſi ita. ff. de
verb. oblig. & idem Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſacro-
ſanct. eccl. & ibi etiam Dec. vbi concludunt vt ſuprà.
& an de minimis ſit curandum, latè per Decium in
c. appellationibus. de appellat. Adde Pau. de Caſt. in
l. in execu

l.In executioue.§.pro parte.ff.de verbo.obliga. Sali. in authen.perpetua.C.de ſacroſanct.eccle.Iaſ.in l.ij. C.de iure emphyteuri. Andr.Barba.in conſil.xxxvj. in ij.volu. quos refert Ludo. Gozadin.in conſi.lvij. num.15.vbi dicunr, quòd ſi adeſt iuramenruin, quòd ſi ſolutio deficiat in vno minimo, cadit à iure. Et vide Guidonem papæ pouentem iſtam quæſtionem. quæſtio.lxxv.vlterius.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio oppoſita contra teſtem, quando producitur, an differat proceſſum donec probetur, vel reſeruatio fieri poſsit.*

CONCLVSIO VII.

1 OBiiciebatur † teſti tempore quo producebatur, quòd erat inimicus domeſticus, vel conſanguineus, vel in tali caſu quo repellebatur, ille negabat: quærebatur an receptio huius teſtis deberet differri, donec eſſet probatum de crimine, vel de aliis qualitatibus repellentibus eum: concluſum fuit, quòd exceptio oppoſita contra teſtem admitteretur, quando opponens offerret ſe incontinenti probaturum, id quod opponit: vel id quod opponitur, ſit publicum, & notorium, quia publicum & notorium breui tractu poteſt probari, & illius ſola allegatio operatur, ac ſi probatio eſſet oblata incontinenti. Si verò quod opponitur contra teſtes requirit altiorem indaginem, runc reſeruatio fieret poſt publicationem teſtium, & hoc ſiue reprobatio fieret per inſtrumentum, ſiue per teſtes. ita communiter concludunt Doct.in c.ex parte.de teſti.& in authen. ſi dicatur. C.de teſtib.plenè per Alberic.de Roſa.in tracta.de teſti.in rub.quando teſtes repellunrur ratione criminis, vel infamiæ, colum. mihi quinta, & nume.49. & idem quod ſuprà, procedit in poſitionibus, & articulis, quia in dubio admittuntur, ſaluo iure impertinentium, ſi exceptio eſt dubia, & requirat altiorem indaginem: ſecus ſi ſit clara & præiudicialis ad proceſſum, quia ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum. Lanſran. Balbus in ſuis deciſio.clxiij.incip.quod dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Spolium vltimum an & qualiter ſit purgandum.*

CONCLVSIO VIII.

FVit intentatum remedium reintegranda aduerſus Hieronymum Mondinum ſuper certis bonis ſtabilibus pro patre Peregrinæ de Buſchettis: Hieronymus allegabat ſe primò ſpoliatum. Peregrina verò oſtendebat vltimò ſpoliatam: quæſitum fuit, an primus ſpoliatus deberet reſtitui, & ſic Hieronymus; an verò ſecundus, & ſic Peregrina vltima ſpo-
1 liata. † Concluſum extitit vltimum ſpolium eſſe attendendum, & purgandum, ex quo conſtabat Peregrinam vltimò ſpoliatam ex interuallo ſuper eadem re: nam conuentus aut excipit ſeu reconuenit actorem de prima ſpoliatioue facta ſuper eadem re, aut ſuper diuerſa re. Primo caſu, puta ſi ego ſpoliaui te veſte, & tu ex interuallo ſpoliaſti me eadem veſte, poſſum contra te agere, non obſtante quòd prius te ſpoliaueram eadem re: quia licet ego malè fecerim, tamen non licebat tibi propria authoritate ſpoliare me: ideo oportet quòd iſtud vltimum ſpolium purgetur, aliâs vltima violentia remaneret impunita, quod eſſe non debet; licet ſecus eſſet ſi incontinenti te ſpoliaſſem. Secundo caſu, ſi tu ſpoliaſti me veſte, & ego ex interuallo ſpoliaui te libro, & ſic ſuper diuerſa re admittitur exceptio primæ ſpoliationis, quia tali caſu nulla violentia remanet impunita, imò quilibet poteſt conſequi rei ſuæ reſtitutionem, & hanc concluſionem poſt multa firmat Abb.in ca.fin. in penul.col.de ord.cogni.Alex.in conſi.vj.in iij.col. nume.mihi 22.in iij.vol.vbi etiam in eadem col.dicit, ſatis dici probatum de ſpoliatione re ipſa, eo ipſo quòd apparet de antiquiori poſſeſsione. & iuniori alterius, Sozi.in l.rem quæ nobis, ff.de acquir.poſſ. in v.col.ver.quarto dubitatur.Bart.& alij in l.ſi quis à ſe fundum. C.ad leg.Iuli.de vi.& in l.qui poſſeſsionem, ff.de vi & vi arma.Caſsia. in titu.de reſtit.ſpol. deciſio.iiij.nu.4.à car.72. Ad declarationem rex.quæ dixit Alex.in d.conſ.vj.in iij.col.nu.22.in iij.vol.vide omnino Matthæ.de Afflict.in rub.violentias. nu.9. & 12.cum ſeq.in j.lib.conſtitu.regni.à car.76. in lib. meo.in vj. & vij. col. An vltimum ſpolium ſit purgandum, videas certam declarationem poſitam per Matth.de Afflict.in primo libro conſtit.regni.in rub. circa violentiarum.in xij.col.nume.39.à car.83.in lib. meo. & vide omnino Decium in j.volu.in conſil.cc. incip.in caſu propoſito.in ij.col.

SVMMARIVM.

1 *Corruptum & deuaſtatum quando aliquid dicatur.*
2 *Mala fides an inducatur quando per actum extraiudicialem pars informatur.*
3 *Proteſtatio & denuntiatio extraiudicialis, an & quando malam fidem inducat.*
4 *Præſumptio ſtatutaria, ſiue legalis, an & quando currat.*
5 *Querela ſimplex etiam coram vicinis, impedit ratificationem.*

CONCLVSIO IX.

SVtor fecerat certam veſtem ſerici cuidam mulieri, & quando ſutor facta veſte, profectus eſt ad induendum veſte ipſam mulierem, runc mulier illicò quòd vidit veſtem induiam coram certis perſonis ibidem exiſtentibus, conqueſta fuit cum dicto ſutore, quòd veſtis erat deſectuoſa in longitudine, & latitudine, & quòd non erat proportionata, & ſutor dedit bona verba perſuadendo mulieri, quòd veſtis infra paucos dies portando illam adaptaretur, propter quod mulier tacuit per duos meſes, & poſteà conuenit ſutorem in iudicio, ſutor ſe defendebat duobus modis. Primò, dicebat veſtem non eſſe deuaſtatam. ſecundò allegabat ſtatutum, quo cauetur, quòd ſi quis non querelauerit infra vnum menſem de veſte facta, poſtquam ſutor illam rradiderit domino, quòd vlterius non audiatur: & propterea cùm mulier non fuerit conqueſta infra menſem vlterius non audiatur: Ex aduerſo mulier dicebat veſtem deuaſtatam imperitia ſutoris: & propterea eum teneri de damno contingenti, & mouebatur iſtis rationibus. Primò conſtabat & ex inſpectione ipſius veſtis, & etiam ex relatione peritorum veſtem eſſe defectuoſam tam in longitudine, quàm in latitudine, & non eſſe proportionatam, quo caſu non po-

retat aliter dici, niſi quòd veſtis fuerit corrupta, &
1 deuaſtata, † quoniam licet corpus rei non mutetur,
tamen ſi addatur vel diminuatur aliquid ex quo de-
terius fiat, dicitur corruptum & deuaſtatum, nota.
in l. ſi ſeruus ſeruum, §.inquit lex, ruperit, ff.ad le-
gem Aquiliam. Secundò reſpondebatur ad allega-
tum ſtatutum, in quo pro parte ſutoris fiebat ma-
2 gnum fundamentum, † quòd quando per actum
extraiudicialem pars in facto informatur, & eius con
ſcientia, quia tale quid expreſsit quod induxit, ſeu
inducere debuit malam fidem, informando con-
ſcientiam partis in facto, puta per oſtenſionem iu-
rium, vel taliter, quòd certitudinaliter deduxit in
notitiam negotium, ita quòd potuit etiam inqui-
rere de veritate, tunc inducitur mala fides, Imol.
in cap.fin.de præſcript.colum.v. circa fin.verſicu.
qualiter autem probari poterit. & ſequen.& col.ix.
3 in fi.& ſequen. vbi dicit, † quòd ſi denuntiatio fiat
etiam poſt contractum, ſi tamen taliter fiat quòd
deducatur ad notitiam poſſeſſoris rem eſſe alienam,
ex hoc inducitur mala fides, & ſubdit iſtum eſſe ve-
rum intellectum l. ſi fundum. C.de rei vendica.latè
proſequitur Balbus in repet. l.Celſus. ff.de vſucap.
in iij.parte princip. mihi in xiij.colum. nume.13.cum
ſequen. vbi tractat qualiter probatur mala fides,
quo caſu præſcriptio interrumpitur propter malam
fidem superuenientem. ita colligitur ex dictis Felio.
poſt Butri. & Panor.in cap. illud, colum.iiij. verſicu.
tertia declaratio, de præſcript.ita declarat & ſequi-
tur Balbus in dicta l. Celſus, in d.loco, & in tracta.
præſcriptionum, in iij. parte ſextæ & vltimæ part.
principalis, nume. mihi 19. verſicu.addo quòd pro-
teſtatio ſiue denuntiatio extraiudicialis non inter-
rumpit præſcriptionem cum ſequen.& in verſi.circa
tertiam ſpeciem præſcriptionis mixtæ.in iiij.colum.
nume. mihi 35.& 36. Et dum dicitur quòd proteſta-
tio ſiue denuntiatio extraiudicialis non interrumpit
præſcriptionem. non habet locum quando in ipſa
proteſtatione fuit expreſſum tale quod induxit, vel
inducere debuit malam fidem, & ita intelligitur
quod dixit Felinus in dicto cap.illud, verſicu.tertia
declaratio, & in d.cap.nihil.vbi facit regulam, quòd
denuntiatio extraiudicialis regulariter non cauſat
malam fidem cum ſex fallentiis, ſed non refert do-
ctrinam Imo.in d.c.fi.de præſcrip.ſupradictam, quæ
videtur perfecta. & vera, vt atteſtatur idem Balbus
in d. l.Celſus, in allegato loco: & explorati iuris eſt,
quòd hodie de iure Canonum omnia iura Ciuilia
diſponentia præſcriptionem ſtatutariam. & legalem,
quando vtraque inducitur mala fide, quæ diſpoſitio
iuris canonici habet locum in foro ciuili. Felin.poſt
alios in ca.ſi diligenti.in iiij.col.de præſcript.& in ca.
fi.eo.tit.& ibi latè per Pariſium, & per Thomam de
Brixia in ſuis cautelis, in cautela xxxviij.currere cũ
4 mala fide, ſunt correcta. † & præſcriptio ſiue ſit ſta-
tutaria, ſiue legalis non currit, vt in allegatis locis
ſuprà, quando vtraque inducitur mala fide, ſed in
propoſito caſu non eſt dubium, quòd ſutor per il-
lam ſimplicem, & extraiudicialem querelam mulie-
ris eius conſcientia fuit informata. taliter quòd ha-
buit notitiam plenam quòd veſtis erat defectuoſa
tam ex verbis expreſsis mulieris, quàm etiam per
euidentiam rei, id eſt per inſpectionem veſtis, de cu-
ius factura ipſe ſutor, cũ eſſet in facto proprio, quia
ipſe eam fecerat, non poterat prætendere ignoran-
tiam: imò eius conſcientia remanſit optimè infor-
mata, quòd veſtis peccabat in latitudine, & longitu-
dine, & quòd non erat proportionata, propterea
non potuit dicta præſcriptio ſtatutaria vnius menſis
currere. † Et pro prædictis faciunt not.per Baldum 5
in l.ſi quando.C.ſi maior.fact.alie.vbi dicitur, quòd
ſimplex querela etiam coram vicinis impedit ratifi-
cationem. Item quòd filio præterito ſufficit coram
vicinis dicere teſtamentum nullum ad hoc vt ſilen-
tio non confirmetur, quia talis actus pendet ex ſola
voluntate, quo caſu ſola voluntas extrinſecus decla-
rata ſufficit, & non requirit additionem prætoris.

SVMMARIVM.

1 *In remedio Canonis reintegranda quid agens pro-*
bare debeat.

2 *Negligenti qui non curauit recuperare poſſeſsio-*
nem per decem annos, & vltra, an competat reme-
dium cap.reintegranda.

3 *Poſſeſsio per quantum tempus amittatur.*

CONCLVSIO X.

IN † remedio Canonis, reintegranda, non dubita- 1
batur quòd inter alia neceſſariũ erat, quòd agens
probaret aliquo tempore poſſediſſe bona de quibus
agitur, & reum conuentum poſsidere. & ſatis hoc ſuf-
ficeret, licet aliter non cõſtaret de ſpolio, nec de eius
tempore, ex quo probata antiquiori poſſeſsione di-
citur probatum ſpolium re ipſa, vt de prædictis per
Cano.in c.cum ad ſedem, extra de reſtit.ſpol.doct.&
maximè Soz.in l.rem quæ nobis, in vj.q.ff.de acquir.
poſſeſ.& vij.q.& ſuprà concluſio.viij. Sed hæſitatum
fuit ſuper eo quod dixit Sozi.in l.rem quæ nobis, in
v.q.ij.q.prin.ver.tertiò & vltimò infertur.& in cõſi.
clxvj.in cauſa quæ vertitur, in vij.colum.ver.poſtre-
mò alia via, in ij.vol.Caſſa in tit.de reſt.ſpol.deciſ.v.
char.71.vbi dicitur, † quòd ſi quis fuit negligens, & 2
ſtetit per decem annos, & vltra, quòd non curauit
recuperare poſſeſsionem, illam recuperare non po-
teſt, & ei non competit remedium ca.reintegranda,
& iſta opinio fuit ante Anto.de Butri.& aliorum in
c.cum ad ſedem, de reſti.ſpol.vbi concludunt. quòd
remedium illius Canonis competit eiectis, & ſpolia-
tis ex iniuſta cauſa: vnde ſi aliquis negligentia & fa-
cto ſuo amittit poſſeſsionem, non eſt quòd vlli alij
quàm ſibi imputare poſsit, nec dicitur eiectus, nec
ſpoliatus ab aliquo. Ideo remedium illius Canonis
ſibi non competit. & idem concludit Rui.conſi.lxix.
nume.14.circa med.j.vol. Circa quod per me dictum
fuit, ſic dicendum eſſe, quòd aliquando quis non
priuatur poſſeſsione rei ſuæ facto alicuius, nec etiã
ſententia iudicis, ſed ſola negligentia ſua negligen-
do illam adire per x.annos. & tunc ſibi non competit
remedium nec ca.reintegranda, nec aliud pro recu-
peratione poſſeſsionis, quam facto ſuo amiſit: exem-
plum ponit in caſu in quo dicit Soz.in d.l.rem quæ
nobis conſuluiſſe: Titius poſsidebat fundum Sem-
pronij nomine illius, adeo quòd Sempronius animo
ſuo ciuilem retinebat, naturalem corpore Titij.l.ſi id
quod.§.j.ff.de acquir.poſſ.creditor Titij fuit miſſus
in poſſeſsionem iſtius fundi Sempronio non citato,
tanquã iſte fundus Titij ſit: Certum eſt quòd Sem-
pronius poſſeſsionem ſuam non amiſit per hanc
immiſsionem

immiſsionem,quia creditor noluit hunc priuare,nec
etiam iudex:quia non habuerunt animum priuandi
Semproninm,ſed Titium,cuius ſundum eſſe crede-
bant:vt dicit Bart.in l.ij col.fin.verſi.quæro vtrum,
quem cæteri ſequuntur.C.vbi in rem act.exerc.non
poteſt, retinuit ergo poſſeſsionem ſuam Sempro-
nius. Pone quòd ſteterit per x.annos quòd non in-
trauerit poſſeſsionem hnius ſundi. & poſſeſsionem
quam animo retinebat amiſerit. negligendo eam
adire per x.annos.iuxta l.ſi de eo.§.j.ff.de acquiren.
5 poſſeſ.& l.furtum. § j. ff.de vſucap. †Nam ex curſu
decennij præſumitur obliuio ex qua cauſatur amiſ-
ſio poſſeſsionis d.l.ſi id quod, primn reſponſo, vbi
gloſ.nor.& gloſ.in d.l.furtum.§.j. Nunquid iſto caſu
Semptonius poſsit poſſeſsionem ſuam recuperare
remedio.cap.reintegranda, certè non: ratio eſt,quia
amiſit poſſeſsionem facto ſuo & negligentia.vnde
poſt x.annos ſibi illud remedinm non cõpetit. Nam
ante x.ann.ſi voluiſſet ingredi ſundum ſunm,& qui
naturaliter poſsidebat eum nnn admiſerit,quia non
admittendo priuat illum poſſeſsione ſua,l.clam poſ-
ſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiten.poſſeſ.datur
remedium cap.reintegranda.& hoc eſt quod vnluit
dicere Caſſa.in allegara Deciſ quòd quis negligen-
tia x.ann.amittit poſſeſsionem & remedium c.rein-
tegranda, quod competiiſſet ſi non neglexiſſet, ſed
poſſeſsionẽ ſuam volniſſet ingredi, & admiſſus non
fuiſſet,quia tunc negligentia ſua priuatus non fuiſ-
ſet,ſed facto alterius,non competeret ſi neglexit per
x.annos. Hoc caſu propriè loquitur Sozi. Ratio eſt:
quia remedium c.reintegranda,datur eiectis & ſpo-
liatis, & ſic facto alterius. non autem amittentibus
poſſeſsionem facto & negligentia ſua.Ita loquuntur
doct.& propterea bene dicit Sozi.in præallegato lo-
co.verſic.tertio & vlti.infertur, quòd ſi negligentia
poſſeſsionem amittit,non gaudet remedio illius Ca-
nonis,& probatur in illo tex.in verbo propter iniu-
ſtas cauſas, à contrario ſenſu, ſed in propoſito actor
non amiſit poſſeſsionem negligentia ſua, ſed facto
iudicis,& ſtatim quòd fuit priuatus ex quo non iu-
ſtè nec ritè, ſtatim cœpit ſibi competere remedium
d.c.reintegranda, vnde licet ſteterit per x.ann.& vl-
tra,quòd hoc remedio vſus non fuerit,ex quo tamẽ
non ſtetit per xxx.annos, adhuc ſibi hoc remedium
competit,quia dicere quòd ex quo neglexerit vltra
x.annos quòd ſibi non competat, eſſet dicere quòd
illud remedium tolleretur minori ſpacio xxx.anno-
rum, quod eſt contra communem de qua meminit
Nicol. Anto.Grauatius in annotationibus in Praxim
Octau.Veſtr. lib.vij.cap.iij.nume.41.& ita fuit decla-
rata hæc materia.

Adde quòd iſta deciſio facit contra negligen-
tem,quia qui negligit intra ſua legitimo tempore op-
ponere, tacitè repudiare illis videtur, vt not.ff.de
pact.l.ſi vnus.§.pactum.in gloſ.in verſi.opponendo,
& l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adulter.C.qui ac-
cuſ.non poſ.l.ſi ea.

Adde Sozin. in conſil.cclxvj. litera d.ij.volu.vbi
conſuluit quòd propter negligentiam non datur
remedium c.reintegranda.& idem Ruin.conſi.lxix.
nume.14.j.volu.

Adde ad iſtam deciſionem excellentiſsimnm D.
Carol. Ruin.in l.de pupillo.§.meminiſſe,in fi.col.ff.
de noui oper.nun.vbi dicit infraſcripta verba vide-
licet.Et ex dictis Bart.videtur confundi vnum quod
dicit Sozi.in l.rem quæ nobis, de acquit.poſſeſ.col.
vij.in prin.verſic.tertiò & vltimò infertur, vbi con-
cludit quòd ſi quis per negligentiam amiſit poſſeſ-
ſionem. vt quia ſtatim per decennium quòd ad rem
non acceſsit.iuxta ea quæ habentnr in l.ſi de eo.§.fi.
de acquir.poſſeſ.& in l.furtum.§.fi.de vſucap.quòd
tali non competit remedium canonis reintegranda,
iij.q.j.quia non datur ei qui ex negligentia & culpa
ſua cecidit à poſſeſsione, vt ibi probatur in ver.pro-
pter iniuſtas cauſas,à contrario ſenſu.Nam ad iſtam
rationẽ colligitur manifeſta reſponſio ex notatis per
Bar.hîc quia ex quo factum aduerſarij ingredientis
poſſeſsionẽ abſentis dedit illi cauſam perdendi poſ-
ſeſsionem,& non veniendi ad ipſam rem,& poſſeſ-
ſio eſt illi applicata. l.quod ſi nolit.ff.de acquir.poſſ.
illi non poteſt imputari quòd damnum ſenſerit fa-
cto ſuo.Et in contrarium facit quod vult Bart.in l.fi.
in vlti.col.C.vnde vi.vbi præſupponit quòd is qui à
poſſeſsione cecidit ex culpa & negligentia habeat
remedium recuperandæ, & eſt ratio : quia culpa in
non faciendo & in negligendo in rebus proprijs non
imputatur domino.l.etiam.§.licet.ſol.matrimo.ſecus
quando eſſet culpa in faciendo, quæ dicitur eſſe ma-
ior,vt not.in l.ſi mora,co.ti. Quinimò etiam in dicto
caſu non dicitur amiſſa poſſeſsio ex culpa & negli-
gentia.ſed ex obliuione ſecundum Bart.in terminis.
in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.
in iij.q.verſi.ſecnndò probatur. Item culpa non po-
teſt imputari ex qua aduerſarius ſentit vel ſenſit
commodum. l.cum in fundo.§.j. de iure doti.& not.
in l.nupta,§.j.ff.ſolu.matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis qui iurauit in termino probatorio, an poſſit examinari poſt terminum,& nu.2.cum ſeq.per tot.*

2 *Contra terminum legis municipalis vel communis iuris excluſiuum nõ datur reparatio, nec mora purgatur,niſi impedimentum probetur.*

3 *Terminus legalis ſemper peremptorius cenſetur.*

4 *Mora purgari non poteſt poſt terminum ſtatutum à lege vel à ſtatuto.*

5 *Teſtis quòd poſſit examinari poſt dilationem, quomodo intelligatur.*

6 *Poſt terminum legalem non licet producere ad declarandum probationes.*

CONCLVSIO XI.

1 DVbitatum fuit in certa cauſa, †an teſtis qui
iurauit in termino probatorio poſsit exami-
nari poſt lapſum termini? in quo articulo fuit ſic
concluſum, quòd aut ſumus in termino ſtatuto à
lege communi vel municipali, aut ſumus in termino
arbitrario dato à iudice,& ſic ab homine. primo ca-
ſu Bald.in rubrica in fi.C.ſi ex falſ. inſtrumen.dicit
quòd in termino iuris ille qui habet terminnm ad
probandum debet producere teſtes, ita quòd iu-
rent,deponant,& probent.nec ſufficit quòd iurent,
ſi non deponunt, quia hoc non ſuppletur per iudi-
cem, & ſolum non oſtendit quidditatem teſtimonij:
vt nota. Ioan.Andr.in ca.pia.de except.lib.vj.in no-
uella. Idem videtur ſentire Bald.in l.diffamatis.in fi.
2 primæ colum. C.de ingen. vbi dicit † quòd contra
terminum legis municipalis vel communis iuris ex-

cluſiuum non datur reparatio, nec mora poteſt pur-
3 gari, niſi probetur impedimentum. Facit, quia † ter-
minus legalis ſemper cenſetur peremptorius, l. fa-
cta §. ſi quis bonorum. ff. ad S. C. Trebel. ſecundum
l. in pecuniariis, ff. de fetus. Et vt inquit Innoc. in ca.
4 cum in tua, qui mat accuſ. poſſunt. † poſt terminum
ſtatutum à lege, vel à ſtatuto non poteſt purgari
mora, quia ſtatuitur in modū præſcriptionis. Idem
tenet Bald. in cap. in nomine Domini. de teſtib. vbi
5 dicit † quòd illud quod dicitur teſtes poſſe exami-
nari poſt dilationem. intelligitur in dilatione arbi-
traria data à iudice, ſecus in dilatione determinata
à iure, quia tunc intelligitur de integra & perfecta
probatione, & idem tenet Aret. in cap. licet cauſam,
extra de proba. & idem ibi Felin. nume. 54. Idem te-
net D. Celſus in repertorio ad Felinum. in verbo,
teſtis, verſicu. teſtes ſi ſunt producti in termino, &
iurati, an poſsint examinari poſt lapſum termini.
vbi dicit, quòd communis opinio eſt, quòd in dila-
tione ad probandum ſtatuta ab homine poſsint te-
ſtes examinari poſt lapſum termini dummodo in ter-
mino iurauerint. Fallit quando terminus eſt ſtatu-
tus à lege, vel à ſtatuto ad probandum: quia intelli-
gitur de probatione integra, & perfecta, idem Ale-
xan. in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. inſect. vbi mul-
6 ta allegat, quem videas. † Adde Matth. de Afflict. in
rubrica de except. in j. not. in v. quæſtio. in ij. lib. con-
ſtitutionum regni, vbi fortius dicit, quòd poſt ter-
minum legalem non licet producere ad declaran-
dum probationes. vbi etiam ibidem in v. colum. de-
clarat an debeat intelligi de termino legali abſque
aliquo myſterio iudicis, vel ſecus in termino qui
conceditur cum myſterio iudicis. eſt ſub rubri. de
exceptionibus dilatoriis. Adde Blancum in tracta. de
compromiſsis. quæſtio. ix. verſicul. xxxj. nume. 79.
ij. colum. verſic. quarto probatur, quia omnes dila-
tiones, vbi dicit, quòd dilationes quæ ſtatuuntur in
iudiciis, ſtatuuntur myſterio iudicis, & tamen dicun-
tur legales. ff. & C. de dilat. per totum, ſed fortius eſt
in dilatione quæ ſtatuitur à lege, vtpote in illa quæ
datur iudicatis, quæ licet miniſterio hominis ſtatua-
tur, tamen debet vocari legalis.

7 Secundo † verò caſu in locis allegatis magis
communiter ſcribentes concludunt, quòd teſtis qui
iurauit in termino poſt lapſum termini poſsit exa-
minari: quia tunc iudex poteſt & ſupplet factum
ſuum, vnde depoſitio trahitur retro. Idem tenet
dom. Ioan. Pet. de Ferrariis in ſua practica Papienſi,
in forma opp. contra teſtes poſt publicationem, ver.
ſúntq; publicatis iam teſtibus, in v. col. vbi refert di-
ctum Iacobi Butrigarij, dicentis, quòd poſsit exami-
nari: quia examinatio teſtium pertinet ad iudicem,
& non ad partem. Et idem firmat ibi Io. Bap. Zilettus
in addi. ſuis. Aret. in d. cap. licet cauſam, tenet, quòd
imò vtroq; caſu poſt lapſum termini non poſsit exa-
minari, & idem Lanfran. in cap. quoniam contra, in
verbo, teſtium depoſitiones, num. 14. extra de prob.
Adde Dom. de Rot. deciſi. cclxv. in nouis, fol. 121.
& Octau. Veſtr. in praxi. lib. vj. cap ij. nume. 21. vbi
Nico. Anto. Grau. in annot. nume. 19.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an poſsit agere interdicto recuperādæ, ſicut poterat defunctus, & quomodo.*
2 *Hæres & defunctus vna & eadem perſona cenſentur.*
3 *Poſſeſsio defuncti an, & quomodo tranſeat in hæredem.*
4 *Poſſeſsio an per conſtitutum transferatur in hæredes, & quomodo.*
5 *Poſſeſsio an & quomodo per conſtitutum transferatur.*
6 *Conductor quando dicatur nomine hæredis locatoris poſsidere.*
7 *Colonus an & quando dicatur poſsidere nomine hæredis, & poſſeſsionem continuare.*
8 *Scientia & voluntas eius cui quæritur, poſſeſsio requiritur.*
9 *Scientia an probari debeat.*

CONCLVSIO XII.

COmes Melchior de Mangiolis emit pro ſe, &
ſuis hæredibus à Scipione de Polliottis cert[um]
prædium, qui Scipio tunc poſsidens conſtituit ſe il-
lud poſsidere nomine dicti Comitis, & eius hære-
dum. Et eodem inſtanti dictus Scipio dictum præ-
dium conduxit à dicto Comite Melchiore ſtipulanti
pro ſe, & eius hæredibus pro certo annuo affictu:
durante dicta locatione moritur Comes Melchior,
relictis filiis eius hæredibus: poſtea moritur Scipio
tranſlata poſſeſsione dicti prædij in ſingularem ſuc-
ceſſorem. Quibus ſtantibus hæredes Comitis Mel-
chioris egerunt contra dictum ſingularem ſucceſ-
ſorem ad dictum prædium remedio canonis reinte-
granda: reus conuentus ſe oppoſuit, & dixit agen-
tibus remedium intentatum non competere, cuius
rei cauſa ortæ ſunt infraſcriptæ dubitationes. Pri-
mo an actoribus ex perſona Comitis Melchioris de-
functi cuius ſunt hæredes, competierit remedium
reintegrandæ intentatum. Secundò ſi non ex pri-
mò capite datur illud remedium, an ſaltem compe-
tierit ex perſona hæredum, ſtante quòd conduxit
Scipio prædium, & illud conſtituit ſe poſsidere no-
mine Comitis Melchioris, & eius hæredum.

Circa primum fuit dictum, † quòd interdictum 1
recuperandæ poſſeſsionis datur etiam hæredibus, &
ſucceſſoribus vniuerſalibus deſtituti, ff. de vi & vi ar.
l. j. §. hoc interdictum. & §. hæredi, & § vlti. & l. ij &
& iij. in primo reſpon. ſicut etiam datur contra vni-
uerſalem hæredem illius qui deſtituit & ſpoliauit,
ſcilicet quatenus ad eum peruenit, vt in dicta l. j.
cum concordantiis ibi in gloſſ. in verbo peruenit.
Et eſt ratio, † quia hæres & defunctus vna & ea- 2
dem perſona cenſentur: vt in authen. de iureiuran.
à moriente præſtito. §. j. & ideo vtitur iure defuncti.
l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſur. facit l. is cui. ff. de
regn. iur. † & ſic licet poſſeſsio defuncti non tranſ- 3
eat in hæredem ſine noua apprehenſione facta per
hæredem, l. cum hæredes, ff de acquiren. poſſeſsio.
ſi tamen defunctus poſſedit, & poſtea fuit ſpoliatus
illa poſſeſsione, ſicut poſſet agere interdicto recu-
perandæ poſſeſsionis ipſe defunctus, ita poteſt a-
gere poſſeſſorio recuperandæ ipſe hæres, licet ipſe
hæres nunquam poſsideret per prædicta. & hoc
etiam tenet Sozi. in l. rem quæ nobis, in vj. colum.
verſic. vltimò poteſt, de acquiren. poſſeſ. Et præmiſſa
ſanè ſunt intelligenda, prout dixi quando defun-
ctus fuit ſpoliatus, & non poſsidebat tempore mor-
tis, aliâs

ris, aliàs ſi defunctus poſsidebat tempore mortis,
tunc non competeret hæredi interdictum recupe-
randæ poſſeſsionis, ſed deberet agere interdictu adi-
piſcendæ poſſeſsionis, firmat pater veritatis Alex.
in d.l.cum hæredes.& in conſil.xl.iij.volu.Matthæus
de Afflictis in lib.ij.conſtitutio.regni.in rubrica cir-
ca violentiatum, in ij. colum. nume.3. & propterea
cùm in propoſito caſu Comes Melchior defunctus
non fuerit ſpoliatus ſua poſſeſsione, & non cecide-
rit ab ea ex iniuſtis cauſis, ſed extincta fuerit eius
poſſeſsio ſolùm per mortem: quia mortuus eſt du-
rante locatione, concluſum fuit ex perſona defun-
cti, iſto caſu non competere tale remedium recupe-
randæ poſſeſsionis hæredibus.

4 Circa ſecundum dicebatur † duo eſſe conſide-
randa. Primò, quòd ex conſtituto facto per Scipio-
nem venditorem nomine Comitis Melchioris, &
eius hæredum, nulla erat tranſlata poſſeſsio in hæ-
redes, cùm ipſi non ratificauerint, imò non appare-
bat de eorum ſcientia talis conſtituti, & ignorantia
præſumatur cùm in alterius locũ ſucceſſerint.l.qui
5 in alterius, de regu.iur. † & vt per conſtitutũ tranſ-
feratur poſſeſsio, requiritur voluntas, & animus il-
lius, cuius nomine conſtituo me poſsidere, gloſ. &
Paul.de Caſt.in l.quod meo,ff.de acquiren.poſſeſ.&
6 dicit Alexan.ibi in d. l.in ij.colum.† quòd illud quod
dicitur, quòd ille dicitur poſsidere, cuius nomine
poſsidetur, intelligitur quando præſens erat ille,&
cõſentiens tempore quo quis incœpit eius nomine
poſsidere, ſed ſi non erat præſens, & conſentiens, ſed
nomine abſentis quis conſtituit ſe poſsidere, nomi-
ne abſentis non dicitur poſsidere is cuius nomine
poſsidetur antequam ratum habeat, & ideò ſubdit
ſecundum Anto.de Butri.quòd ſi interim antequam
ratum habeat ille cuius nomine poſsidetur, expelle-
retur de poſſeſsione ille qui eius nomine poſſedit,
non competeret remedium recuperandæ poſſeſsio-
nis illi cuius nomine poſsidetur, etiamſi poſtea rati-
ficet: quia ratificatio non ſuperuenit debito tempo-
re, & ideo dictis hæredibus vigore dicti conſtituti
non dabatur remedium recuperãdæ. Secundò quòd
ipſe Scipio conduxerit prædium nomine hæredum
Comitis Melchioris, propter quod poſt mortem
Comitis Melchioris videatur ingreſſus poſſeſsionẽ
7 nomine hæredum. † Nam ſi quis conduxit rem hæ-
reditariam à verò hærede nondum poſsidente, vide-
tur eius nomine poſſeſsionẽ ingreſſus. Paul.de Caſt.
in l.qui bona fide, ff.de acquir.poſſeſ.imò licet poſ-
ſeſsio defuncti non tranſeat in hæredem niſi appre-
hendatur. l.cum hæredes. ff.de acquir. poſſeſ.eſt ve-
rum vbi defunctus poſsidebat per ſe animo & cor-
pore: ſed ſi defunctus poſsidebat animo ſuo & cor-
pore alieno, puta per colonum, vt in iſto caſu, in quo
poſsidebat per Scipionem conductorem, & ſic co-
lonum, acquiritur poſſeſsio hæredi, ſi colonus con-
tinuat in poſſeſsione nomine hæredis, vt eſt text. &
ibi Alex.in l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de
acquir.poſſ.Domini de regno deciſ.clxvij.& cccxxv.
Nihilominus in iſto caſu dicebatur nullam eſſe ac-
quiſitam poſſeſsionẽ dictis hæredibus per d.Scipio-
nem conductorem ſiue colonum, quia prædicta pro-
cedunt quãdo colonus continuat poſsidere nomine
8 hæredis ſcientis, ſecus ignorantis: † quia ſcientia &
voluntas eius, cui quæritur poſſeſsio, requiritur ſe-
cundum gloſ.communiter approbatam in d.l.quod
meo, ſed in hærede præſumebatur ignorantia, ex
diſpoſitione legis, & quòd de ſcientia non erat ſtan-
dum iuramento, tum quia aderat præſumptio iuris
in contrarium, quia ignorantia in hærede præſumi-
tur. tum etiam † quia quãdo qualitas ſcientiæ eſt illa 9
quæ operatur, non ſufficit allegare ſcientiam in ge-
nere, ſed illa qualitas debet probari. vt per gloſ.in c.
concertationi, in verſic. ſciuerit, de app.in vj. Decius
in conſi.lxij.in fi.in j.vol.& in iſta concluſione reſi-
diſſent Domini, niſi quòd vltimò fuit oſtenſum ex
nonnullis ſufficienter ſatis concludentibus quòd
d. Scipio conductor poſt mortem Com.Melchioris
locatoris ſoluit affictus prædij dictis hæredibus pro-
pter quod tali caſu fuit cõcluſum dictis hæredibus
acquiſitam poſſeſsionem: vt concludunt Domini de
regno in d.deciſ.clxvij.& cccxxv.& remedium re-
cuperandæ ex iſto capite bene intentatum.

SVMMARIVM.

1 *Conceſsio in emphyteuſim an ſit alienatio.*
2 *Solennitas eadem an requiratur in alienatione re-
rum hoſpitalis, quæ in rebus eccleſiæ.*
3 *Priuilegia conceſſa eccleſiis & rebus earum, an ad
hoſpitalia & eorum bona trahantur.*
4 *Hoſpitale an in dubio præſumatur erectum autho-
ritate epiſcopi, & ex quibus ſignis præſumatur.*
5 *Reſponſio authoris ad conſi.Pet.Philip.Cornei ccvj.
incip.licet in hac,in j.volu.*
6 *Qualitas illa quòd hoſpitale fuerit erectum autho-
ritate, vel quòd ſit eccleſia, probari debet quòd fue-
rit tempore contractus.*
7 *Conſuetudine introduci non poteſt quòd ſolennitas
requiſita in alienatione rei eccleſiæ nõ interueniat.*
8 *Res an & quando dicatur ſolita concedi in emphy-
teuſim.*
9 *Extrauagans Pauli ſecundi an dicatur eſſe in vſu.*
10 *Lex non recepta non ligat. & quando non recepta
dicatur.*
11 *Remiſsio an fiat in cõtractu emphyteutico, & quan-
do ſit locus remiſsioni.*

CONCLVSIO XIII.

QVærebatur in cauſa illorum de Saniis contra
homines ſocietatis Hoſpitalis ſiue oratorij
Sanctæ Mariæ ſeruorum ſiue Sancti Blaxij de Bo-
nonia. Primò, An locatio in emphyteuſim perpetuã
facta per dictos homines dicti loci dictis de Sauiis
tenuerit. Secundò, poſito quòd locatio valuerit: an
in renouatione contractus fienda debeat fieri re-
miſsio penſionis pro rata propter demolitionem
certæ partis domus locatæ factam per ipſos ho-
mines.

Circa primum, difficultas eſt, an locus prædictus
dicatur hoſpitale eccleſiaſticum erectum authori-
tate epiſcopi: An verò priuatum & merè laicale
ſine authoritate epiſcopi. Quia ſi eſt eccleſiaſticum
authoritate epiſcopi, infertur quòd dicta locatio
non valuit, † cùm ſine dubio talis conceſsio in em- 1
phyteuſim ſit alienatio.§.alienationis, in authen.de
non aliena.vel permuta.capi.nulli de rebus eccleſiæ
non alienandis, & in tali alienatione non fuerint
ſeruata ea de quibus per Paul.ij. in extrauaganti de
rebus eccleſiæ non alienandis, incipien.ambitioſæ.

vel ſaltem non ſeruata ſolennitate de qua in ca.ſine
exceptione,xij.q.ij.vel de qua in auth.hoc ius porre-
ctum.C.de ſac.ſanc.eccle.& in c.hoc ius porrectum.
2 x.q.ij. † Et communis eſt concluſio quòd eadem ſo-
lennitas requiritur in alienatione rerum hoſpita-
lium fundatorum authoritate epiſcopi vt ſuprà,quæ
3 requiritur in alienatione rerum eccleſiaſticarum,† &
omnia priuilegia à iure conceſſa eccleſiis & rebus
earum trahuntur ad hoſpitalia & bona eorum. Alex.
conſi.cxx.ſuper eo quod quæritur, col.j.& ij.verſic.
poſſet etiam reſponderi.j.volu. repetito in conſi.xc.
iiij.volu.& conſil.ix. viſis dicto themate, col.j.circa
princip.& col.iiij.& conſi.ccix.ſtatutis accuratè per-
ſpectis, in princi.& col.ij.circa fi.ij.vol.per nota.in e.
ad hoc,& in cap.de Xenodochiis.de relig.dom.cum
pluribus concordantiis. Panorm.& Canoniſtæ in c.
nulli.de rebus eccleſiæ non alien.& quòd hoſpitalia
parificentur eccleſiis,& gaudeant priuilegiis earum
accumulat plures authoritates Corſetus in Reper-
torio ad Abb.in verbo,eccleſia,latè proſequitur Fe-
linus in cap.de quarta,de præſcrip. Franciſcus Cur-
tius iunior conſil.xx. ſæpenumero animo reuolui,
volu.j. Plenè proſequitur Ludouic. Bologninus in
conſil.xxxiij.incip. Cormeum, & in conſil.xxxvij.
Franciſc. Balbus in tracta. præſcript. in prima parte
quintæ partis principalis, in tertia & quarta colum.
& ibi in apoſtillis: & adde Deci. conſil.cccxlviij.
nume.4. & conſil.liiij.in princip. in quibus locis fir-
mant prædictam concluſionem, dummodo hoſpi-
tale ſit fundatum authoritate epiſcopi vel habentis
4 authoritatem ſiue poteſtatem. † Vnde diſcutien-
dum eſt ex quo non conſtat an huiuſmodi hoſpi-
tale ſit erectum authoritate epiſcopi vel non, quid
præſumendum ſit? Felinus in d.c.de quarta,de præ-
ſcript.pulchrè declarat quando hoſpitale præſuma-
tur fundatum authoritate epiſcopi, & ibi tradit ſi-
gna cognoſcendi hoſpitale publicum vel priuatum,
traditur etiam per docto. in locis ſuprà allegatis &
per Cardin. Zab. in conſil.xj.in fi.incipien.pro enu-
cleatione. Federic.de Senis in conſil.cvj.quem refe-
runt & ſequuntur Lap.Abb.in repetit.ca.de Xeno-
dochiis, de religio.domi.aliâs in tracta.hoſpitalium,
nume.54. Dicit in dubio, niſi conſtet de contrario,
hoſpitale præſumi conſtructum authoritate epi-
ſcopi, quod maxime procedit ſi ipſum hoſpitale ha-
bet faciem & formam eccleſiæ,ſiue annexam eccle-
ſiam vel locum reductum in formam & faciem ec-
cleſiæ. Puta quia in eo adeſt campanile, adſunt al-
taria cum lapide ſacrato, ibi celebrantur diuina of-
ficia quotidie indifferenter, quibuſcunque de po-
pulo foribus ſemper patentibus, ſepeliuntur cor-
pora. & ideo cùm dictum hoſpitale haberet eccle-
ſiam annexam & locum reductum in formam & fa-
ciem eccleſiæ cum ſignis prædictis, & aliis ex qui-
bus per inſpectionem loci comprehendebatur hoſ-
pitale habere locum annexum in faciem,& formam
eccleſiæ,& conſequenter eccleſiam annexam, iudi-
catum fuit hoſpitale conſtructum authoritate Epi-
ſcopi, & ſic eccleſiaſticum, & publicum: & conſe-
quenter dictam alienationem nullam, ſiue locatio-
nem: cùm in eius celebratione non interuenerint ſo-
lennia. Prout ita conſiderat Alexand. in terminis
locationis, in conſilio xvij.viſo inſtrumento, in ij.
colum.in iiij.volu.

Nec † obſtat conſil. Cornel in conſil.ccvj. incip. 5
licet in hac, in j.volu.quia ibi non apparebat hoſpi-
tale conſtructum authoritate Epiſcopi,& propterea
in re obſcura melior eſt poſſeſſor, ſed in propoſito
apparebat hoſpitale ex ſignis erectum eſſe authori-
tate Epiſcopi,quæ ſigna concludunt non apparente
de contrario. Vlterius ibi obſtabat præſcriptio, imò
conſtabat ex proceſſu,quòd tempore celebrati con-
tractus dictæ locationis dictum hoſpitale habebat
annexam eccleſiam,& locum reductum in formam,
& facié eccleſiæ, prout de præſenti. † propter quod 6
tollebatur dubium, de quo per Corneum in conſil.
lvij. incip.in cauſa, in ij.col. in litera F.in iij.volu.vbi
dicit quòd quando petitur reſtitutio in integrum,
quia dicatur eccleſia, vel hoſpitale, vel alius ſimilis
locus læſus, debet probari quòd qualitas illa inter-
uenerit tempore læſionis, & ſic contractus, hoc eſt,
quòd fuerit eccleſia,vel hoſpitale fundatum autho-
ritate Epiſcopi.prout erat in iſto caſu tempore loca-
tionis, de quo tempore erat talis locus reductus in
formam, prout nunc, taliter quòd non apparente
de contrario, iudicatur eccleſiaſticum, & authori-
tate Epiſcopi erectum.

Nec obſtat, quòd hoſpitale fuerit ſolitum conce-
dere in emphyteuſim ſine ſolennitate, propterea
cùm huiuſmodi res fuerint ſolitæ concedi, potue-
runt concedi ſine ſolennitate,vt per Alex.conſil.ix.
incip.viſo themate,& in ſequen.conſi.iij.volu. Cor.
conſi.lxxiiij.incipien.præmitto, in princi.in iiij.volu.
† quia conſuetudine non poteſt introduci quòd ſo- 7
lennitas iuris requiſita in alienatione rei eccleſiaſti-
cæ non interueniat, vt per Ioan. Andr.quem ſequi-
tur Abb.in d.c.nulli.& ibi doct.communiter. Plenè
per domi. Laurentium de Rodolphis, in ſua diſpu-
tatione, quæ incip. Quæſtio Trimembris diſputata
talis eſt.in vj.col.verſic.in contrarium.

Circa ſecundum igitur paſſum, † vel præterea 8
hoc non fuit probatum. Adde de re ſolita concedi,
Matthæ.de Afflictis in conſtit.regni in lib.j.conſtit.
in conſtit.baiulos omnes,in antepenult.col.nume.85.
vbi ex dicto Abba.dicit, quòd ſi in ſecunda conceſ-
ſione ceſſat cauſa quæ fuit in prima, puta prima fuit
ſterilitas, poſtea quando reuerſa eſt ad eccleſiam fa-
cta eſt pretioſa,non poteſt concedi:ſecundò ſine ſo-
lennitate.de veritate tamen iſtius dicti vide omnino
eundem Matthæ. de Afflictis in lib.conſtitu.regni,
in iij. lib. in conſtitu.incipien.conſtitutionem diuæ
memoriæ, nume.67. Et licet verum ſit,quòd res ſo-
lita concedi in emphyteuſim,poſſit concedi ſine ſo-
lennitate,vt in dictis locis, procedit quando eadem-
met res de qua agitur eſt ſolita concedi,ſecus ſi con-
ſtaret alias res eſſe ſolitas concedi, & non illam de
qua ageretur,quia tunc de vno ad aliud tanquam di-
uerſum non fieret illatio.

Nec obſtat † quòd extrauagans Pauli ſecundi 9
dicatur non fuiſſe moribus vtentium recepta, & ſic
non cenſeatur eſſe in vſu,quia dicendum eſt contra-
rium. Primo eſt præcepti cùm prohibendo diſpo-
nat, & ideo cenſeatur neceſſaria. c.quiſquis.verſic.
quod præcipitur.xiiij.q.j.& imponat pœnam,ex quo
ſequitur quòd in dubio præſumitur fuiſſe moribus
recepta: nam quamuis lex quæ non fuit moribus re-
cepta non liget. Aret.conſi.xj.Rom.conſi.cxiij.Alex.
conſil.cxxxij.volumi.j.latè Iaſ.in l.rem non nouam.
C.de

C.de iudicüs.Et propterea ſecundum magis commu-
nem opinionem, poſsir ſciente, & rollerãte ſuperio-
re per binum actum conrrarium, aut eo ignorante
infra decennium abrogari, vt per glo. & doct.in c.j.
de rreug.& pac.ramen illud procedit qnando mani-
feſtè conſtat, quòd à principio non fuerir moribus
vtenrium comptobata, nec deinceps homines ea vſi
fuerint:nam runc non ligat, & lapſo decennio abro-
gitnr.ſed quando ſumus in dubio, & diſputatur, an
à ptincipio fuerit recepta:& an deinceps fuerit vſu
cõprobata, tunc præſerrim ſi ſit præceptum, & com-
peſcat rebelles, ex qno ſuperioris iuſſa ſeruare tene-
mnr, & qni illã nou ſeruat peccat, præſumitur quòd
fuerit moribus tecepta, & deinceps obſeruata, quo
fir, vt cũ in caſu de quo ſuprà non conſtatet de cnn-
rrario dictæ extrauagantis non vſu, ſed imò potius
appareret contratium, cùm impreſſa ſit, & cum aliis
allegata, & iu corporis iuris inſerta, quotidiéqne pto
eius obſeruantia ptonuncier Romana cutia: ſequi-
tnr, quòd non poteſt dici, quòd moribns vtentinm
non fuerit recepta, nec qnòd in prçteritum non fue-
rit obſeruata, & in dubio præſnmitur pto viridi
ipſius legis obſeruantia, & qui dicit contrarium de-
ber ipſum allegatum legis non vſum probare: aliàs
debet ſuccumbere.ita ſentit Bart.conſi.ſuo xliiij.in-
cip.Iudex communis Tuderri.Secundò, quòd dicta
extrauagans fuetit vſu recepta videatur Iacobinus
de Sancto Georgio in aucten.qni rem, nume.137.C.
de ſacroſanct.eccle. vbi in effectu viderur hoc præ-
ſnpponere. & idem declarat Ioannes de Arnonio in
ſingulari ſuo lxvj. & lxxij. & cautela ſua xliij. vbi
ponit cautelam per quam prælatus non obſtante di-
cta Pauli conſtitutione poſsit vltta hoc idem latius
Bettrandus conſilio ſuo clj.volumine ptimo.

11 Circa ſecundum † dicebatur pto parte illotum
de ſauiis locum eſſe remiſsioni pro rata penſionis,
quia quando ab initio qno conceditur emphyteuſis
aliqna quantitas numerata ſoluitur, & poſtea conſti-
tuitur aliqua modica penſio annuatim ſoluenda, po-
tius in recognitionem ditecti dominij, quàm habito
reſpectu ad fructus, & emolumentum quod perci-
pitnr ex re emphytenrica, non fit remiſsio per text.
in l.j. C.de iure emphy vbi ad hoc vt damnum con-
tingens ſpectet ad dominum neceſſarium eſt quòd
ex toto res emphyteurica pereat, & nihil protſus re-
maneat, aliàs damnum ad emphyteutam pertinet,
& ſic in conttactu emphyteutico non ſolet fieri re-
miſsio. Ad idem text.in §.qnia verò, in auth.de non
alien.aut permut.& in c.potuit.de loca.Prædicta ta-
men non procedunt quando ab initio nulla quan-
titas præſtatur, & conſtituitnr aunua penſio, & non
modica, vt in propoſito caſu in quo annua penſio,
& quidem magna lib.50. conſtitnta fuit. Nam tunc
ſicur in ſimplici locatione, ita in emphyteuſi debet
fieti remiſsio.ita voluit Batt. in l.j. C.de iur.emphy.
eum quo communiter ibi docto.& ibi Iaſ.in vlt.not.
in verſi.aduettendum eſt etiam diligentet. Contra-
rium in caſu de quo agebatut, fuit concluſum:quo-
niam ex deductis in proceſſu conſtabat dictos de
Sauiis ob dictam demolitionem non minus emo-
lumétnm percipete ex dicta re emphyreutica quàm
prius, nam ex ſola apotheca percipiebant lib.50.an-
nuatim, & domũ vlterius inhabitabãt, & ſic nullum
damnum fuerunt paſsi.& propterea ceſſat remiſsio.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatus a iuramento ad effectum agendi, & excipiendi, an intelligatur etiam abſolutus ad effectum reſcindendi contractum.*
2 *Abſolutio ſemiplena ex poſt facto repletur.*
3 *Intellectus c.veniens el ij.de teſtib.*
4 *Actus limitatus parit effectum limitatum.*
5 *Abſolutio non debet operari vltra intentionem abſoluentis.*

CONCLVSIO XIIII.

QVidam † fuit abſolutus ſiue babilitatus à iura- 1
mento appoſito in coutractu ad effectum agé-
di, & excipiendi, & ſic quantum ad boc, vt poſsit
docere de vſura, vel alia qualitate pet quam merca-
tur abſolui à iuramento, non autem fuit abſolutus
ad effectum reſcindendi conrractum iuratum, per
quod iuramentum appoſitum in contiactu fuir ius
quæſitum parti, vtputa per auth. ſacramenta pube-
rum.Fuit dubitatum vtrum ſi probat de illa qualita-
te indigeat ſecũda abſolutione, an verò ſufficiat pri-
ma abſolutio, ad hoc vt poſsit venire poſtea contra
contractum, in quo dubio pro parte negatiua quòd
non opus eſſet alia abſolutione, ſed prima ſufficeret
allegabarur Pau.de Caſt.in conſi.ccxix.inci.in Chri-
ſti, &c.circa primum quæſitum, in vlt.col.in aliis co-
dicibus eſt conſi.ccxvj.ſed in lib.meo.eſt conſ.cclix.
in ij.parte, † dicens ſingulariter quòd per dictam re- 2
laxationem iuramenti ad effectum agendi licet à
principio talis abſolutio non ſit plena, tamé ex poſt
facto ex probationibus factis vocata parte repletur.
Nec eſt neceſſe iterum abſolurionem petere, & ſuf-
ficere debet prima, vt licet conceſſa fuerit ad finem
agendi proficiat ad finem obtinendi, nec ſit neceſſe
de nouo ſuperfluo petere, monetur, quia ſi per rela-
xationem iuramenti fuit ſibi data licentia vt agat,
videtur etiam data vt peragat parte tamen vocata
in peragendo.l.qui procuratorem dat. ff.de procur.
In ſimili dicit in honorum poſſeſsione ſecundum ta-
bulas.petita per hæredem ſcriptum ſub conditione,
quia licet nunc non tribuat ius ſed nudam tantum
facti adminiſtrationem.l.ſiquis inſtituatur.ff.de hæ-
re.inſtit.exiſtente tamen, vel deficiente conditione
tribuitur plenius ius, nec eſt neceſſe iternm bono-
rum poſſeſsionem petere. l.iij. §. ſed & ſi ſub condi-
tio.& ibi nota.ff.de bono.poſſeſsio.ſecundum tab.
†Nec obſtat c. veniens. el ij. de teſtibus, quia lo- 3
quitur in probatione ad effectum agendi ſummariè
facta. bene requiritut pleniot ad finem obtinendi.
vnde pariter fieret hîc & eodem modo fieret ſecun-
da vice ſicut fuit facta prima, cùm conſiſtat in facto
ſolius abſoluentis, & ſic ſecunda fieret ſuperfluo: &
hanc partem tennerunt domini de regno deciſi.
cccxij.incip.dominus Ciccbus in vj.col.num.5. Nec
obſtat.in antiquis deciſi. & idem Matth.de Afflictis
in conſtit.regni.lib.ij.in rub.obſcuritatem, in fi.col.
à charte in lib.meo.lx.& lxj.
Partem verò affitmatiuam quòd neceſſe ſit iterũ
abſolutionem petere.& quòd nõ ſufficiat prima ab-
ſolutio.tenere tutius eſſe dixit Feli.in c.j.de iureiur-
in penult.col.& in c.debitores, in iij.& iiij. q.co.rit.
qui tenet contra Pau.de Caſtro, † quia actus limi- 4

tatus parit effectum limitatum.l.in agris.ff.de acqui. 5 rerum dom.†Et actus abſolutionis non debet operari vltra intentionem abſoluentis.l.non omnis. ff.ſi cert.pet. Nam relaxato vno iuraměto petitur abſolutio alterius iuramenti, & perſona prius eſt habilitāda quàm actio cumulāda. Ideo cùm iſto caſu iſte remaneat abſolutus ſolum ab iſto capite, ſcilicet in quo iuramentum obſtabat ne ageret, videtur adhuc ligatus ex alio capite, ſcilicet obſeruantiæ cōtractus, & pro hac parte tanquam tutiori fuit concluſum.

Adde & omnino vide Aymonem in cōſi.vij.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſsit à ſententia lata per iudicem in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri confirmatoria laudi.*

CONCLVSIO XV.

1 DVbitatum fuit: † An à ſententia lata per iudicem in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri confirmatoria laudi poſsit appellari. variæ fuerunt in hoc articulo hincinde opiniones. Partem affirmatiuam quòd poſsit appellari, tenuerunt Iaco. But. in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc. Inno. in c.innotuit, de arbit. Bal. in l.j. C. ne lic. ret. prouo. & in l.j. in iij.col. C. de his quæ pœnæ nomine, & in c.fin. in fi. quo temp. mil. in vſ. feud. & in l. tale pactum.§.qui prouocauit. ff. de pact. & in l. fi. x. col. C. de contr. emp. & in c. præſentata, de teſtibus. Ant. de But. in c. Quintauallis, in xxiij. differentia, de iureiu. Idem Io. de Imo. ibi verſ. an autem à ſententia, dicens quòd ita etiam Pet. de Anch. in diſputatione ſua incip. cum C. laicus. Idem Pau. de Caſtr. in l.j. ff. de leg. ij. & idem ibi Alex. de Imo. & in conſi.cvij in iij.vol. & Ioan. de Imo. in c.j. de conſtit. & in l. publicorum.ff. de pub. iudic. Lud. de Roma. in l. arbitro. ff. qui ſatiſ.cog. & in conſi.cclxi. Idem Raph. Cum. in d. l.j. de leg. ij Idem firmat D. Vitalis in clauſulis ſuis chart.clxix. Idem tenet Bapt. de S. Blaxio in tract. de arbitr. in q.xcix. Idem videtur tenere Pau. de Caſtr. in conſi.xxij. incipi. circa primum.

Partem verò negatiuam quòd non poſsit appellari tenuit Io. And. in add. Specu. in tit. de app. §. in quibus. verſ. quid ſi conueniat. vbi refert D. Ruſticanum diſputaſſe hanc quæſtionem. & concluſit quòd non licet appellare. Idem tenuit Sal. in l. maioribus. C. de app. & in l. cum antea. C. de arbit. & in d. §. arbitrorum. vbi dicit de facto ſe ita conſuluiſſe. Idem Bat. in d. l.j. de leg. ij. dicens hanc partem firmaſſe Inno. in c. præſenti, de reſcrip. Idem Ang. in d. l. arbitro. idem Abb. in c. Quintauallis, de iureiur. Car. Florent. in c. expoſita, de arbitris. & idem Ioan. Pet. de Ferrariis in ſua practica Papienſi in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromiſſo, ſuper verbo, nec reductio, in fi. vbi dicit quòd iſta opinio ſibi magis placet. Adde Franc. Aret. in l. properandum.§.ſin autem. C. de iudic. & Guid. pap. in deciſi. ccccxxxvj. nu. lxxxiij. ſol. clxxxiiij.

Adde quòd iſtam partem conſulendo firmat Maria. Soz. iun. conſi. xv. duplex. nu.5. cum ſeq. volu.j. Lanfranc. de Oriano in tract. de arbit. in iij. parte. q. xxij. dicit poſt longam diſcuſsionem quòd non peccaret in Spiritūſanctum ille qui tenet vnam vel alteram opinionem. tandem fuit concluſum partem affirmatiuam quòd poſsit appellari, eſſe magis communem & veriorem opinionem, & magis tutam, cùm faueat appellationi, quæ in dubio & regulariter in qualibet cauſa conceditur niſi expreſsè inueniatur prohibita glo. no. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. vbi Ang. & iſtam partem eſſe magis veram & communem atteſtatur Matth. de Afflict. in conſtitutionibus regni in rub. appellationum tempora, in xj.col. in glo. fin. ij libr. à char. lxij. vbi dicit vidiſſe in pleno conſilio regio per valentiſsimos Doctores fuiſſe determinatum quòd non obſtante appellatione à ſententia boni viri præſtita ſatiſdatione in caſu retractationis, quòd fiat executio ſententiæ boni viri & procedatur in cauſa appellationis, & hoc quando apparet quòd ſententia boni viri parum lædit, & ideò vidiſſe quòd magna curia quando appellatur ab eius ſententia lata, vt à bono viro, non admittit niſi ſi & inquantum licet poſsit admittere, ſi & inquantum.

Adde Lanfrancum de Oriano in c. quoniam contra, de probat. in verbo interlocutoriæ & appellationes. verſi. xv. fallit colum. xxxv. à char. in lib. meo. xc. ſequitur opin. Bal. quòd poſsit appellari ſi in appellatione exprimatur qualitas & quantitas læſionis. aliàs non valeat appellatio, ſubdens quòd ille qui vult appellare vt inſerat in appellatione qualitatem & quantitatem læſionis aliàs ſuccumbet, dicens quòd ita ſenſit de practica ſeruari, & meritò, quia per opin. Bal. opin. reducuntur ad concordiam. videas, quia plenè examinat ibi articulum.

Adde pro reſolutione eorū quæ dicta ſunt in iſta xv. quæſtione modernos in tract. de compromiſsis in x. quæſtione. nu. 19. vſque ad finem, vbi latiſsimè examinant iſtum articulum, & ponunt diſtinctionem, videas omnino ſi caſus occurret.

SVMMARIVM.

1 *Locatori ſufficit ad probandum poſſeſsionem non eſſe laboratam iuxta conuenta, producere inſtrumentum locationis, & tēpus laboratura eſſe lapſum.*

2 *Iudex non debet ferre ſententiam contra contumacem, niſi ſibi conſtet de meritis cauſæ ſaltem vnius partis.*

3 *Verba arbitrio boni viri, qualiter intelliguntur.*

4 *Fideiuſſor promittens certum quid ſub certa pœna, non tenetur ad aliud intereſſe.*

5 *Fideiuſsionis effectus non extenditur vltra verba ipſius, & ſonum eorum.*

6 *Obligatio an per appoſitionem pœnæ nouetur.*

7 *Pœna in dubio videtur adiecta loco intereſſe.*

CONCLVSIO XVI.

IVdicatum fuit ad inſtantiam Ser Darij de Bononia contra eius colonos: primò, quia fuerunt contumaces: ſecundò, quia intentio ſer Darij fuit ſatis ſufficienter probata per inſtrumentum locationis vltra teſtes examinatos. †Nam de iure communi lo- 1
catori ſufficit ad probandum poſſeſsionem non eſſe laboratam iuxta conuenta, producere inſtrumentū locationis, & tempus laboraturę eſſe lapſum. Alex. in conſi. lxxviij. incip. viſis nonnullis dubitationibus. in iiij. vol. faciunt nota. per Bartolum in l. in illa. ff. de verb. oblig. vbi concludit, quòd licet aliâs teneatur probare negatiuam, quæ eſt cauſa ſuæ intentionis agendo,

agendo, vel excipiendo, tamen non procedit quan-
do aliquis negat aliquem feciſſe id ad quod ipſi te-
nebatur, quoniam probato quòd ſibi debeatur, ha-
2 bet intentionem fundatam. †Et propterea in iſto ca-
ſu non obſtabat, quod no. Abb. in c. dudum, de elec.
in ij. col. vbi dicit, quòd iudex non debet ferre ſen-
tentiam contra contumacem, niſi ſibi conſtet de
meritis cauſæ ſaltem vnius partis, ſi alia pars eſt con
tumax. ſiquidem in dicto caſu probatum fuit de me-
ritis cauſæ vnius partis, ſcilicet ſer Darij actoris vl-
3 tra contumaciam. †Reſpectu verò fideiuſſoris pro-
mittentis, quòd conductores laborabunt poſſeſsio-
nem arbitrio boni viri fuit dubitatum. Et primò di-
cebatur fideiuſſorem teneri, quia illa verba arbitrio
boni viri, intelliguntur ſecundum diſpoſitionem
ſtatutorum. Alex. in terminis, in d. conſi. lxxviij. in fi.
iiij. vol. Ex quibus infertur fideiuſſorem teneri ad
regalia. & alia ad quæ tenebatur principalis, atten-
to maximè, quia etiam totum iudicium cum ipſo fi-
deiuſſore proceſsit. vt conſtabat ex actis.

In contrarium dicebatur fideiuſſorem non tene-
4 ri. Primò, quoniam non ſimpliciter promiſit, † ſed
promiſit certum quid, ſub certa pœna, quo caſu nõ
videtur teneri ad aliquam. & ad aliquid intereſſe. l.
centum capuę. ff. de eo quod cert. loco. l. quæro, cum
glo. ff. locat. ſiquidem fideiuſſor obligando ſe ſub
certa pœna videtur recedere à pœna, & prouiſione
ſtatuti Bar. in l. & habet. §. cum quis. ff. de precario.
Bal. in l. ſi C. de pact. conuent. doct. poſt glo. in l. ij.
5 C. de iure emphyteu. †Et ratio eſt: quia effectus fide-
iuſsionis non extenditur vltra verba ipſius, & ſo-
num eorum. l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſoribus. &
propterea non videbatur iſte fideiuſſor teneri ad
pœnam ſtatutorum, neque ad alia, & dato quòd fi-
deiuſſor promiſerit, quòd laboratores non diſce-
dent à comitatu. Hoc nihil releuat: quia non conſta-
bat in proceſſu, quòd ipſi deſeruerint fundum, vel
non: & ideò ſuper hoc non inſtatur.

Non obſtat ſtatutum, quo cauetur, quòd ſtetur
iuramento locatoris, quia probatio ſtatuti eſt priui-
legiata, & ſic non habet locum contra eum qui obli-
gatur ex facto alieno. doct. in l. ſi quando. C. vnde
vi. inferentes ad ſtatutum, quòd villa pro damno
dato teneatur. Item cùm verba fideiuſsionis non
egrediantur ſonum eorum, & promiſsio fide-
iuſſoris ſolùm ſit circa laboraturam, propterea non
tenetur fideiuſſor ad regalia, quæ in effectu diffe-
runt. Vnde diſcuſsis præmiſsis fuit terminatum fi-
deiuſſorem teneri ad intereſſe paſſum per ſer Da-
rium iuxta liquidationem fiendam, cùm illud pro
illius parte fuerit petitum, cùm ex promiſsione,
quòd laborabunt arbitrio boni viri poſt moram ſuc-
ceſſerit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non di-
6 uiduntur, verſi. Celſus de verb. obliga. †Ex promiſ-
ſione verò pœnæ facta per fideiuſſorem oriat alia
actio ad pœnam: & per vnam non nouatur altera.
declarant plenè doct. in l. ſtata ſtipulatus, in verſ. ſi ita
ſtipulatur, de verb. oblig. Et in huiuſmodi remedijs,
ſeu actionibus in propoſito eſt electio actoris. Bar. in
l. cum proponas, & in l. vbi pactum, in iij. col. C. de
tranſac. Ergo fuit in electione ser Darij agere ad in-
7 tereſſe, vel ad pœnam, † quia in dubio pœna videtur
adiecta loco intereſſe. Ioan. And. in regul. bona fides,
in Mercurial. ad fi. Alex. in conſ. lxvj. ij. vol.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſsit à ſententia lata in poſſeſſorio. per totum.*
2 *Cauſa poſſeſſorij an ſit magni, vel modici præiudicij.*
3 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio an ſit diffinitiua, vel interlocutoria.*
4 *Cauſa poſſeſſorij eſt ſummariè agitanda.*
5 *Intellectus ad l. j. C. ſi de momen. poſſeſſ.*
6 *Conſtitutio Marchiæ Anchonitanæ prohibens appellari poſſe à poſſeſſorio quomodo procedat.*

CONCLVSIO XVII.

QVæſitum fuit, † an à ſententia lata in poſſeſſo- 1
rio poſsit appellari: concluſum fuit clarũ eſſe,
quòd de iure canonico poteſt appellari. clem. j. & ibi
Car. in j. opp. de ſeq. poſſe. & propriet. & gloſ. in c.
cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Bal. in conſi. cxxvj.
iij. volu. & conſi. cxxxviij & in iiij. volu. conſil. xciiij.
Fed. de Senis in conſi. lxxvij. & doct. in d. cle. j. Spec.
& Ioannes And. in addi. in titu. de appella. §. ij verſi.
vj. & iſta opinio communiter tenetur, vt dicit Abb.
in d. c. ad ſedem, & ibi per alios doct. Domini de re-
gno cclxix. incip. iudices. Idem tenet Archi. ij. q vj.
c. ſunt quorum, ratio maximè, quia de iure canoni-
cu à quocunque grauamine illato, ſiue in iudicio, ſi-
ue extra iudicium poteſt appellari, vt in c. ſuper eo,
de appella. De iure vero ciuili communis eſt conclu-
ſio, quòd à ſententia lata in poſſeſſorio, non poteſt
appellari. l. j. & ibi Cy Bar. Bal. Ang. & alij doct. C. ſi
de moment. poſſeſ. fuerit appella. Spec. de app. §. in
quibus ver. vj. non appellatur. & de libel. concep. §.
nunc videndum, ver. xxvj. Bar. in l. j. de app. recip. in
ij. col. verſi. quæro, vſque ad verſic. redeo ad mate-
riam. Deci. in conſi. xxviij. per tot. Bart. in l. j. ff. & C.
de interd. Sali. Ange. de Aret. inſt. de act. §. item Ser-
uiana, in v. col. Cor. in conſ. cxc. in j. vol. in litera c. & f.
Sed iſta communis concluſio, quòd de iure ciuili
à ſententia lata in poſſeſſorio non poſsit appellari,
redditur dubitabilis: nam fundatur principaliter
duabus rationibus. Prima ratio, quia iudicium poſ-
ſeſſorium eſt modici præiudicij: Secunda ratio, quia
ſententia in poſſeſſorio eſt interlocutoria, à qua de
iure ciuili non appellatur. l. ante ſententiam. C. quo-
rum app. non recip. † Sed prima ratio quòd poſ- 2
ſeſsio ſit leuis præiudicij tollitur, quia poſſeſsio mul
ta commoda parat, ex quibus colligitur eſſe magni
præiudicij, quæ refert Ioan. Rip. in c. ſæpe. in ij. col.
num. 3. extrà de reſtitu. ſpol. vbi dicit, quòd iſta ratio
per text. in d. c. ſæpe. non videtur vera, & per com-
moda poſſeſsionis relata ibi per eum vltra prædi-
cta, & quòd poſſeſſorium ſit magni, & non leuis
præiudicij, tenuit Franciſc. de Cur. in repet. l. admo-
nendi. col. lxxj. à char. xvij. in lib. meo. nu. 17 c. & 271.
verſic. quæritur circa iſtam vltimam quæſt. Bart. quæ
cauſæ dicantur magnæ, vbi damnat rationem di-
centium, quòd à ſententia poſſeſſorij non poteſt
appellari ex eo, quia cauſa meri poſſeſſorij eſt mo-
dici præiudicij, dicens, quòd talis opi. quòd ſit mo-
dici præiudicij ſemper fuit viſa ſibi erronea, & ma-
lè intellecta. quinimò quòd poſſeſsio eſt maximi
præiudicij, & vltra prædicta, ipſa experientia hoc
docet, & tenet Alex. in conſi. cxxxix. nu. 16. volu. vj.
†Secunda

3 † Secunda ratio non eſt bona, quoniam ſententia la-
ta ſuper poſſeſſorio eſt diffinitiua, cùm in ea offe-
ratur libellus, & lis conteſtetur, vt in l.j.& ij. ff. vti
4 poſſ.& in §.hodie.inſti.de interd. †Verum tamen eſt
quòd cauſa poſſeſſorij debet agitari ſummariè, tex.
in l.momentaneę.C.vnde vi.gl.eſt in l.j.ff.quor.lega.
ratio prima fuit, quia grauamen reparatur in petito-
rio, vt in l.qui petitorio.ff.de rei vend. ita dicit Lan-
fran.de Oria.in c.quoniam contra.de probat.in ver-
bo, interlocutoriæ & appellationes. nu. 102. & 103. à
carte in lib.meo.xcj.& ideò Ioannes Ripa in d.c.ſæ-
pe, dicit poſito enim quòd eſſet interlocutoria,
quod non concedit, tamen propter difficultatem
probandi dominium eſt apta parere præiudicium
irreparabile per diffinitiuam in petitorio. Et ideo de-
beret etiam poſſe appellari de iure ciuili, vt dicitur
in d.l.ante ſententiam. & propterea Ioannes Ripa
in d.c.ſæpe, dicit iſtam opi. fortè contra communem
eſſe veriorem. quam veriorem dixit Panor. in c.cum
ad ſedem, in vltima char.& ita conſuluit in conſi.lv.
in cauſa quæ vertitur ad præſens.ij.lib.& idem Ang.
in conſi. cvij. col. fi incip. dicta conſtitutio.ita etiam
tenuit Bart.in l.ij.ff.de appell.recip.

5 † Ad text.in d.l.j.C.ſi de moment.poſ.fuerit.app.
reſpondetur quòd ſententia habet effectum: quia nó
differtur executio, tamen recipitur app.& iſtam opi-
nionem ſequitur Alberic.de Roſar.in d.l.vnica. vbi
dicit, imò rectè intuenti illa lex non inhibet appel-
lationem, ſed videtur concedere.& eandem opin.ſe-
quuti ſunt Domini de regno in d.deciſ.cclxix. incip.
iudices inferiores.idem Matth.de Afflictis in tit.de
probat. in appellationibus in rubrica iurisſpetito-
rum in iij.col.verſi.xcj.limita.in ij.lib.conſtit. regni à
carte in lib.meo lxix.& Nic.Ant.Grauatius in annot.
ad Praxim Octaui. Veſtr. lib. vij. cap. iij.nu. 38. vbi
hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur. Et
ita fuit obſeruatum, & iſta eſt tutior pars: quia per
eam nó tollitur appellatio & ſic defenſio, & interim
nõ retardatur executio & maximè, quia iſto caſu nó
inuenitur lex quæ expreſsè prohibeat appellationé.

Retenta tamen communi concluſione quòd à
ſententia lata in mero poſſeſſorio de iure ciuili non
poſsit appellari, patitur multas limitationes, de qui-
bus per Firmanum in ſuo repertorio, ver.app.à ſen-
tentia poſſeſſorij, verſi.primo & de quibus per Soz.
in ſuo tract.fall.reg.xviij in verſi.app.& per Deci.in
d.conſi.xxviij.& per Lanfranc.in allegato loco & ibi
in apoſtillis & de quibus per Iaſ.in l.j.C.de bo poſſ.
ſecundum tab. Et ex prædictis etiam colligitur vna
limitatio, quòd de iure ciuili quoad effectum ſuſpen-
ſiuum non admittitur appellatio: ſecus quoad effe-
ctum deuolutiuum. Et prædicta niſi per ſtatutum
eſſet depoſitum ſimpliciter quòd in cauſa poſſeſſo-
rij non poſsit appellari, quia tunc cùm ſtatutum con
tineat iuris iam conceſsi extenſionem, intelligere-
tur præciſè prohibere appellationem etiam in caſi-
bus de iure permiſsis ne aliàs reddatur ſuperfluum,
ita nota.Bald.in l.ij.C.de app.ſequitur Aret.in conſi.
cv.in præſenti dubitatione.in fi. Quod facit ad con
ſtitutionem Marchiæ Anchonitanæ, per quam pro-
hibetur appellari in cauſa poſſeſſorij, ita Antonius
de Fano in tractatu de pigno. in octaua parte prin-
cipali in prima parte, in prima colum. à carte lxij.
in lib.meo.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, procurator, prælatus commendatarius, ſi
contra eos excipitur non eſſe tales, quando hoc pro-
bare debeant.*
2 *Libellus qualiter formandus ſit per excipientem
contra aliquem non eſſe prælatum.*
3 *Qualitas aliqua quoties eſt fundamentum exci-
pientis reſpectu habilitatis vel inhabilitatis perſo-
næ negatæ, debet de illa qualitate conſtare.*

CONCLVSIO XVIII.

QVæſitum fuit. † An ſi aliquis nomine alieno 1
& non ſuo nomine agat, puta tutor pro pupil-
lo, procurator pro domino, prælatus pro eccleſia,
commendatarius & ſimiles, & negatur quòd ipſe
non eſt tutor, vel quòd nó eſt procurator, vel quòd
non eſt prælatus illius eccleſiæ, cuius nomine agit:
vtrum ante litem conteſtatam debeat hoc probari,
dicebatur quòd iſti agentes vt tales debent proba-
re ante litem conteſtatam ſi negetur quòd ſint tales
vt ſe aſſerunt, vt in l.ij. C. ſi tut.vel curat.interu.l.ij.
& l.licet. C.de procur. facit id quod dicit in Spec.in
tit.de actore.§.j.ſed pone quidam dicens, & in verſi.
item etiam obſtante prælato, vbi refert vj.opi.vtrum
prælatus poſsit agere ſine conſenſu capituli, & in
iij. oppoſitione refert quòd prælatus æquiparatur
adminiſtratori & tutori, & ſic videtur agere alieno
nomine, & per conſequens debet probari ante litem
conteſtatam quòd eſt prælatus eccleſiæ, ſi opponi-
tur quòd non eſt prælatus, nec in poſſeſsione præla-
turæ, & hoc expreſsè firmat Specu.in d.verſ.ſed po-
ne quidam dicens. & Bal. in l.non vtiliter. C.de eo
qui pro tut.neg.geſsit. †adde Celſum in repertorio 2
ad Felinum, in verbo, exceptio tu non es prælatus,
vbi dicit quòd cautus ſit qui format libellum ſiue
exceptionem, vt dicat non es pręlatus neque in poſ-
ſeſsione prælaturæ, quia ſi diceret ſolum tu non es
pręlatus, talis exceptio non impedit litis ingreſſum.
Facit quia quotieſcunque aliqua qualitas eſt fun-
damentum excipientis reſpectu habilitatis vel inha-
bilitatis perſonæ negatæ, debet de illa inhabilitate
prius conſtare, vt not.in l.ſi quęramus, quæ eſt quin-
ta in ordine.ff.de teſta. no.glo.in l. ij. C. de edi. diui
Adria.toll.Bal.in l.id quod pauperibus. iij. col. verſi.
venio ad quartum. C.de epiſc. & cleri. ſicut eſt ſi ne-
getur qualitas. fundans iuriſdictionem ſecundum
vnam opi.debet ante omnia de illa qualitate conſta-
re ſi negetur, de quo in l. ex quacunque. ff. de in ius
voc.vt eant.& per Inno.in c.ſuper his, de reſcript.&
Bal.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.& ibi concor.ideo
Ioan.And.in c.j.de conceſ.præben. lib.vj. in nouella
dixit, quòd quando poſſeſsio prælati agentis nomi-
ne eccleſiæ eſt recens, debet probare de titulo ad
effectum vt poſsit agere ante litem conteſtatam, ſe-
cus ſi eſt in poſſeſsione antiqua eccleſiæ, niſi eſſet
quæſtio de titulo ipſius prælati, quia tunc ſatis eſt
probare de titulo ad dictum effectum vt poſsit age-
re, idem tenet Abb.Sicu.in c.nihil, vlt.col.de elec. Et
ita pronunciari in ſacro conſi.in contradictorio iu-
dicio atteſtatur vidiſſe Matt. de Affli.in lib.ij. conſti.
regni.à car.in li.meo.xxxviij.in rub.exceptiones, ſub
ti.de non retardata litis conteſtatæ exceptionis ob-
iect.in ij.col.verſ.ſed quæro vtrum ſi aliquis nomine
alieno

alieno & non ſuo nu. 3. & 4. Adde pro veritate huius quæſtionis.D.Io de Amicis de Venafro in conſi. xxiiij.incip.exceptionis peremptoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an pro ſe retinere poſſit emphyteuſim ad ſe reuerſam propter lineam finitam.*

2 *In conflictu opinionum illa magis amplectanda eſt, quæ fauet eccleſiæ.*

CONCLVSIO XIX.

1 DVbitatum fuit. † An ſi res emphyteutica deuoluatur ad eccleſiam propter lineam finitam, poſſit eccleſia illam pro ſe retinere & non admittere agnatos petentes renouationẽ,in quo dubio concluſum fuit cõmunem eſſe opinionem quòd quando eccleſia non vult alteri concedere ſed pro ſe retinere quòd poſſit, ſi autem vellet alteri locare quòd tunc agnati admittũtur ad renouationem.Iſtam partem tenuit Imo.in c.pen.de loc. Abb. in c.bonæ, de poſtula.prælat.Aret.in l. ſi mihi & Titio. ff.de verbo. oblig.Calcaneua conſi.viij.col.xvij.nu.45.Io.de Ripa in l.j.ff.de priuil.cred.Staphilens in tract.de lit.grat. pronif.fol.lxxix.Lud.Goz.conſi.clxxvj.& xxxix.iiij. col.nu.21. Curt.Senior in conſi.xlviij.ſuper controuerſia,in iij.col.Imo.in d.c.bonæ,reprobat opi.Decij in conſi.cxxxj.j.vol.in iiij.col.& in conſ.cccxxviij. in caſu propoſito in ij.vol.& Io.Ripa & Gozadin. in d.locis reſpondent ad rationem Decij allegatam in cõtrarium, ad quos remitto breuitatis gratia:& iſta

2 pars eò magis placuit † quia in conflictu opi.illa magis eſt amplectãda quæ fauet eccleſiæ.c.ſi.de re iudi. l.ſi pars iudicantis.ff.de re iudic.& etiam quia ſicuti eccleſia non poſſet agnatos nõ comprehenſos in ineſtitura cogere ad accipiendum inueſtituram, pariter & ipſa non debet cogi ad renouandum quando vult pro ſe retinere vt æqualitas ſeruetur.

Adde, quòd iſtam opinionem,quòd eccleſia poſſit pro ſe retinere:tenet Millus in ſuo repertorio,ſuper verbo emphyteuſi.nu.13.vſque ad nu.14. Adde pro veritate Carol.Rui.conſi.clj.nu.20. cum ſeq. in j. vol.& conſi.clv.in fi. eod. volu. vbi videtur tenere contrarium. ſed idem Rui.in conſi.clvj. nu.1.2. & 3. cum ſeq.in v.vol.tenet contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor bonæfidei an condemnari debeat in fructibus perceptis poſt litem motam.*

2 *Bonæfidei poſſeſſor an poſt litem conteſtatam conſtituatur in malafide.*

CONCLVSIO XX.

1 QVærebatur, † an bonæ fidei poſſeſſor deberet condemnari in fructibus perceptis poſt litem motam.Concluſum fuit,quòd ſic,per tex.in l.ſed & ſi lege.§.ſi ante litem cõteſtatam.ff.de pet.hære. vbi dicunt, quòd poſt litem conteſtatam incipiunt fieri malæ fidei poſſeſſores, & quòd poſt motam controuerſiam omnes poſſeſſores fiunt pares,& ibi Ang.&

2 Pau.de Caſt.dicunt, †quòd bonæ fidei poſſeſſor etiã cum titulo poſt litem conteſtatam conſtituitur in mala fide, an verò per ſolam motionem controuerſiæ conſtituatur in mala fide maius eſt dubium, & prædicta, quòd poſt litem conteſtatam conſtituatur in mala fide poſſeſſor bonæ fidei cum titulo procedunt tam in vniuerſali,quàm in ſingulari.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites & cauſas an poſſit petere compromiſſum vigore ſtatuti. & nu.2.cum ſeq.vſque ad nu.9.*

2 *Procuratoris in generali mandato venit omne illud ad quod dominus poſſet compelli.*

3 *Aduerſarij conditio per interuentum procuratoris deterior fieri non debet.*

4 *Compromiſſum eſt de proceſſu.*

5 *Curator datus hæreditati iacenti, poteſt facere compromiſſum neceſſarium ex forma ſtatuti. & nu.12.*

6 *Limitata cauſa,limitatum producit effectum.*

7 *Mandatum eſt diligenter obſeruandum.*

8 *Mandati qualitas attenditur.*

9 *Compromiſſum an fieri poſſit ſuper re alienari prohibita.*

10 *Minor de re ſua immobili etiam cum tutore diſponere non poteſt ſine cauſa cognitione, & decreti interpoſitione.*

11 *Minor compellitur à ſtatuto ad compromittendum.*

13 *Differentia an fiat compromiſſum voluntariè, an verò neceſſariè.*

14 *Ex ſententia compromiſſi agitur de euictione, quando arbitri ſunt electi ex neceſſitate ſtatuti.*

15 *Prælatus ſolus an ſuper re immobili poſſit facere compromiſſum.*

16 *Diſpoſitio l.j. C.de arbit. quod non appelletur, procedit in voluntario, ſecus in neceſſario electo ex vi ſtatuti.*

17 *Actus qui fiunt ex neceſſitate ſtatuti, non regulantur ſecundum ea quæ fiunt voluntariè per partes.*

18 *Præmium debitum capienti bannitum, non datur officiali capienti ex neceſſitate ſtatuti.*

19 *Actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege prohibente eum fieri.*

20 *Statutum prohibens alienationem, locum non habet vbi quis ex neceſſitate landi cogitur.*

21 *Bannitus an gaudeat beneficio ſtatuti de compromiſſis.*

22 *Bannitus qui perdit beneficium ſtatuti ciuitatis, non perdit illud quod concernit publicum intereſſe, & publicam vtilitatem.*

23 *Bannitus bannitum capiens an gaudeat beneficio ſtatuti dantis præmium capienti.*

CONCLVSIO XXI.

QVidam de Paſiis de Bononia mouit quæſtionem contra alterum eius conſobrinum, ſuper certa domo. Dictus conſobrinus, reus conuentus per procuratorem cõparuit, & excepit cauſam eſſe cõpromittendam ſtãte ſtatuto,quo cauebatur inter coniũctos cauſam cõpromitti debere,& iuſtificauit eſſe de perſonis comprehenſis in ſtatuto:actor verò opponebat

opponebat non eſſe locum compromiſſo, primò,
quia procurator rei conuenti non habebat manda-
tum ſufficiens ad petendum compromiſſum ex eo,
quia erat ſolum procurator ad agendum, & ad lites
& cauſas. Secundò, quia iudicium erat ſuper re pro-
hibita alienari de qua non fit compromiſſum. Ter-
tiò, quia reus conuentus petens compromiſſum erat
bannitus, & propterea non gaudet beneficio ſtatu-
ti. Quærebatur an locus eſſet dicto compromiſſo.
1 † Circa primum Iaſ. tangit iſtum articulum in l.
tranſactionis. C. de tranſact. in j. colum. & concludit
quòd talis procurator poteſt compelli ad compro-
mittendum ex forma ſtatuti, & quòd tale compro-
miſſum, & procurator poteſt illud facere, quia cen-
ſetur habere mandatum ad omnia neceſſaria conſe-
quentia. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procu.
2 † Item quia in generali mandato procuratoris venit
omne illud ad quod dominus de iure vel de conſue-
tudine poſſet cõpelli. Bal. & Ang. in l. bene à Zenone.
3 C. de quad. præſcrip. † Item quia per interuentum
procuratoris non debet fieri deterior conditio ad-
uerſarij. l. ij. §. defendi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Nam
aliàs diſpoſitio ſtatuti eluderetur, ſi comparẽdo per
procuratorem non poſſet procurator cogi ad com-
4 promiſſum. † Præterea vt dicit Deci. in d. l. tranſactio-
nis, compromittere eſt de proceſſu, vt per Bal. in l. ſi
iudex. in ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ergo vi-
detur, quòd qui habet mãdatum ad proceſſum poſ-
ſit compromittere, & hoc ſaltem in compromiſſo
5 neceſſario. † vt videmus in curatore dato hæreditati
iacenti qui poteſt facere compromiſſum neceſſa-
rium ex forma ſtatuti. tradit Deci. in conſi. xxij. & in
l. pactum curatoris. C. de pact.

Contrarium tenuit Deci. in d. l. tranſactionis, ex
ratione quia procurator conſtitutus ad lites, vide-
tur habere limitatam poteſtatem ad proſequendum
6 litem. † & limitata cauſa limitatum producit effectũ.
7 l. in agris. ff. de acq. rer. do. † & mandatum diligenter
debet obſeruari. l. diligenter. ff. mand. & non ſolum
8 mandatum, † ſed qualitas mãdati etiam attenditur.
not. in l. procurator ad vnam ſpeciem. C. de procur.
quæ ratio pariter videtur militare in compromiſſo
neceſſario, quoniam procurator habet limitatam po
teſtatem ad litigandum, & compromiſſum tollit li-
tem, & videtur alterius ſpeciei, & licet à ſtatuto cõ-
promiſſum requiratur illud, eſt reſpectu domini, &
non apparet quòd dominus voluerit talem poteſta-
tem procuratoribus tribuere, quia verba materiæ
dati non conueniũt, potuit enim dominus cogitare
quòd fortè tale compromiſſum non peteretur, & in
tali compromiſſo faciendo tractatur de præiudicio
domini in eligendo arbitros ſiue arbitratores, de
quibus poſsit confidere.

Ad contraria, dum dicitur iſtud venire in conſe-
quentiam, reſpondet Deci. & dicit iſtud non videri
verum, quia actus ſunt ſeparati, mandatum enim
fuit ad agendum, & litigandum, & per compromiſ-
ſum à lite diſceditur, & quod dicitur de conſuetudi-
ne quòd fiat compromiſſum, nõ reſpicit ipſum pro-
curatorem ſed dominum. Et dum dicitur quòd ſta-
tutum redderetur eluſorium, reſpondetur non eſſe
verum, quia ſi ab altera parte petatur fieri compro-
miſſum ſecundum formam ſtatuti, procurator re-
pelleretur, qui non habet ſpeciale mandatum. Nec
videtur obſtare dum dicebatur, compromiſſum re-
ſpicere proceſſum, quia alius eſt proceſſus qui fit co-
ram ordinario, de quo loquitur mandatum, alius eſt
proceſſus qui debet fieri virtute cõpromiſsi, & quia
compromiſſum quandocunq; ſequuto laudo in effe-
ctu continet deciſionem, Moder. in tract. de com-
promiſ. in iij. q. nu. lvj. in verbo, procurator. dicunt in
hac quæſtio. pro cõcordia dici poſſe quòd aut quæ-
rimus an procurator poſsit conueniri ad hũc actum
quòd pronuncietur, quòd compromittatur, & an
poſsit intereſſe huic actui, & dicendum quòd ſic, &
ita procedãt rationes Iaſonis, quòd compromiſſum
ſit de proceſſu, cùm ſẽtẽtia hæc quòd compromit-
tatur ſit emergens cauſæ, & interlocutoria, habens
tamen vim diffinitiuæ. quo caſu poterit cõtra ipſum
procuratorem pronuntiari compromittendum eſſe.
aut quærimus an facta hac declaratione quòd com-
promittatur poſsit procurator venire ad electionẽ
arbitrorum, & tunc dicendum eſt quòd non: quia
iſta requirunt ſpeciale mandatum: & ita procedat
opinio Decij, quia arbitri qui eliguntur per partes
tanquam amici & perſonæ in quibus habetur affe-
ctio, ex quo procurator non poteſt venire ad talem
electionem cũ ignoret affectiones principalis, nec ha
beat poteſtatem eligendi magis vnum quàm alium:
Concluſum tandem fuit in caſu propoſito quia mã-
datum erat plenum etiam quòd ipſe procurator nõ
conueniretur ad hoc. ſed ipſe excipiendo peteret cõ-
promiſſum pronuntiandũ eſſe cauſam compromit-
tendam. Adde eoſdem modernos in d. trac. de cõpro
miſsis. q. iij. nu. 58. vbi cui debeat eſſe magis pronus iu
dex ad concedendũ cõpromiſſum an actori vel reo.

Circa † ſecundum dicebatur quòd ille qui non 9
poteſt alienare rem ſeu de ea liberè diſponere, non
poteſt compromittere cùm per compromiſſum poſ-
ſet ſequi alienatio, & ille qui prohibetur alienare, ſi-
cut non poteſt immediatè alienare, ita nec poteſt fa-
cere actum per quem ſequi poſſet alienatio, glo. in l.
item quia. ff. de pact. l. codicillis. §. matre, vbi Bart. de
leg. ij. & not. in l. ſi ita quis. §. eadem lege. vbi gloſ. &
Docto. ff. de verb. oblig. quoniam melius eſt à princ.
occurrere quàm poſtea ſequuta alienatione proui-
dere. l. fi. C. in quibus cauſis in integ. reſtitutio eſt ne-
ceſ. Hanc partem tenuerunt Ant. de But. & Abb. in c.
cum tempore, per illum text. de arbi. eãdem opi. fir-
mat Decius in conſi. xliij. & diligenter, & in conſi.
xxix. iuridicam, col. ij. verſ. ſicut. & in conſi. cclxxxij.
viſo puncto, col. j. vol. ij. & in conſ. ccccxlv. in caſu ad
me, volu. iij. In contrarium quòd imò ſuper re probi
bita alienari debeat & poſsit fieri compromiſſum
demõſtratur, quia † videmus quòd minor de re ſua 10
immobili etiam cum tutore nõ poteſt diſponere per
tex. in l. lex quæ tutores. C. de adm. tut. niſi interue-
niat cauſæ cognitio & decreti interpoſitio, & tamen
conſtat † quòd minor tenetur compromittere ſine 11
ſolennitatibus ſtante hoc ſtatuto, vt tenet Ang. Pau.
de Caſt. Alex. & Iaſ. in l. ſi plures. ff. de pact. & ponit
in l. & ſuum. in §. hodie. eo. titu. & decidit Bal. Sali.
Aret. Pau. de Caſt. Alexan. Iaſ. qui dicit hanc eſſe ve-
ram opinionem, in l. fi. C. de in integ. reſti. conſuluit
Alex. conſi. ccliiij. abundè ſatis. volu. vj. Bal. in conſi.
ccclviij. ſuper eo quòd quæritur, vol. iij. & Moder.
in tract. de compromiſ. ſuper iij. q. principali. in ver-
bo minor, vbi concludunt minorem poſſe compelli
ad comp

ad compromittendum ſtante hoc ſtatuto: & ſic
qui non poteſt alienare, poteſt compromittere ex vi
ſtatuti.
12 Idem † videmus in curatore dato hæreditati ia-
centi, qui non poteſt compromittere voluntariè, vt
per Ang. in conſil. cxcij. quæritur. & tamen talis cu-
rator poteſt ſtante ſtatuto prædicto compromitte-
re, cùm non dicatur eo tunc alienare, vt ponit Ang.
in d. conſi. & ſeq. col. fi. ſequitur Decius in conſ. xxij.
pro tenui. vol. j. & in c. cùm M. de conſtit. col. penult.
num. 31. ex quibus conſtat quòd curator qui non po
teſt alienare, poteſt ex hoc ſtatuto compromittere,
13 † vnde longa eſt differentia, an fiat compromiſſum
voluntariè, an verò neceſſariò ex forma ſtatuti: cùm
ſecundo caſu partes dicantur eſſe in iudicio, & arbi
tri electi vigore ſtatuti ſint iudices, vt l. apertiſsimi.
14 C. de iud. hinc videmus † ꝙ ex ſententia cõpromiſsi
voluntarij non agitur de euic. vt eſt tex. in l. ſi dictũ.
§. ſi compromiſero. ff. de euict. & tamen ſi fuerit ſen-
tentia arbitri electi ex neceſsitate ſtatuti, ex eorum
ſententia agitur de euictione. Bart. in d. §. ſi compro-
15 miſero, in princ. Bal. in l. fi. C. de iud. † videmus quo-
que quòd prælatus ſolus poteſt eſſe in iudicio etiam
ſuper re immobili, vt per Abb. in c. contingit. in fi.
de tranſact. & tamen de ea non poteſt facere com-
promiſſum, adducit ibi Abb. rationé, quia iudicium
eſt neceſſarium. Ideò in prælato poteſt eſſe: compro-
miſſum autem eſt voluntarium, & ſic in actu ne-
ceſſariò res non alienabilis poteſt deduci, & per
conſequens in compromiſſo neceſſario, ſecus in
voluntario.

Adductis in contrarium reſpondebatur vnico ver
bo, quòd contraria procedunt in compromiſſo vo-
luntario, ſecus in neceſſario, prout in ſtatuto præmiſ
ſo per prædicta Dec. in c. prudentiam, col. vij. nu. 21.
de offi. dele. & Soz. in conſ. liij. in fi. abundè & ſub-
16 tiliter, vol. j. † Et dicit Bal. in conſ. ccclj. Ioannes. ver.
circa tertium. volu. v. quòd diſpoſitio l. j. C. de arbit.
quòd non appelletur procedit in voluntario, ſecus
17 in neceſſario electo ex vi ſtatuti. † & ſic quæ fiunt ex
neceſsitate ſtatuti, non regulãtur ſecundum ea, quę
fiunt voluntariè per partes, vt dicit Bartol. in l. ij. §.
18 verum. ff. ad Sylle. vbi vult † quòd officialis qui capit
bannitum, non conſequitur præmium ſtatuti, quia
non volũtariè, ſed ex neceſsitate ſtatuti hoc feciſſe
19 videtur. † Rom. in conſ. ccxix. inci. ex themate con-
ſultationis. col. ij. dicit quòd actus qui fiunt ex ne-
ceſsitate, non comprehenduntur ſub lege prohiben
20 te actum fieri. † Cur. in conſ. xvij. Magnificus. dicit
quòd ſtatutum prohibens alienationem, non habet
locũ vbi quis ex neceſsitate laudi cogitur, & ſic ap-
paret actus voluntarios multum differri ab actibus
neceſſariis, ad id quod videtur cõſuluiſſe Decius in
d. conſ. xliij. ver. conſuluit quòd ſtante ſtatuto. quòd
cauſæ compromittantur inter quaſcunq; perſonas,
& de quibuſcunque rebus. Moderni in d. trac. iiij. q.
nu. 28. in fi. reſpondent quòd ſtãtibus prædictis ma-
lè ſenſerit, quia non valet conſequentia, non poteſt
alienare, ergo nec compromittere, quando compro
mittitur ex neceſsitate ſtatuti, prout ipſe Decius fa-
tetur in d. conſil. xxij. vbi vult curatorem teneri ad
compromiſſum vigore ſtatuti, ex quo neceſsitatur,
& idem ponit in d. c. cum M. col. pen. Item aliter re-
ſpondent, quòd ſtatutum ſuper quo conſuluit De-
cius, illud ſtatutum ſit odioſum. cùm generaliter lo-
quatur, quòd non eſt in ſtatuto, de quo ſuprà, quod
eſt fauorabile, & concernit publicã vtilitatem, cùm
comprehendat tantùm propinquos, vt dicit ipſemet
Decius poſt alios in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Item
aliter dicunt, quòd Decius non fuit motus ex illa
ratione tantùm ad conſulendum, ſed ex aliis, vt ibi
per eum: cùm etiam idem Decius in conſil. ccc. viſa
petitione. col. iij. expreſsè hoc dicat, quòd ſtatutum
non habet locum, quando compromittitur ex neceſ
ſitate ſtatuti prædicti. Concluſum fuit tandé ex pr̨ę-
miſsis compromiſſum fieri debere & poſſe de re
quantumcunque alienari prohibita ex vi prædicti
ſtatuti.

Circa tertium dicebatur † bannitum non poſſe 21
vti beneficio dicti ſtatuti, ex eo quia erat bannitus
pro graui delicto, propter quod amiſerat patriam
& bona, quo caſu habetur pro mortuo ciuiliter,
imò in materia compromiſsi. Alex. Rom. Iaſ. Soz. in
l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obli. concludunt quòd
ſi duo fecerunt compromiſſum, & alter ex compro-
mittentibus eſt bannitus, ita ꝙ ſint eius bona con-
fiſcata & publicata, quòd compromiſſum annulla-
tur, & dicunt hanc eſſe communem opinionem, in
arbitratore loquentes, quòd ſi procedit in arbitra-
tore, tanto magis dicendũ eſt in arbitro, cuius com-
promiſſum facilius annullatur, vt per docto. in d. l. ſi
quis arbitratu. Contrarium fuit concluſum quòd
imò ex virtute dicti ſtatuti bannitus potuerit & poſ
ſit excipere, vt dictum eſt, & petere compromiſſum
† quia licet bannitus perdat beneficium ſtatuti ciui- 22
tatis, tamen non habet locum quando eſſet aliquod
beneficium, quod etiam concerneret publicũ inter-
eſſe & publicam vtilitatem, nam tunc bãnitus illud
non amitteret. vt tenent Bar. Bal. Alex. in l. cùm mu-
lier. ff. ſol. matri. per tex. in l. ſi quis in graui. §. hi quo-
que. ff. ad Sylle. adde Iaſ. in conſil. clxvij. incip. moni-
tus ſubtiliter. num. 3. in ij. volu. † Et iſtud comprobat 23
Bald. in l. j. ad fi. C. de precib. Imper. offe. & l. libertas.
ff. de ſta. hom. vbi ſtante ſtatuto, quòd dat præmium
capienti bannitum, contingit quòd bannitus capit
alium bannitum. nunquid debebit habere pręmium
iſte capiens bannitum, & concludit quòd ſic, per d.
§. hi quoque. quia non attenditur intereſſe patientis,
ſed publicum intereſſe, & hoc verum, niſi ius occi-
dendi beneficium ſit, puta dicit ſtatutum, quòd li-
ceat hęredi facere vindictam patris, nam ſi bannitus
eſt, tunc ei non licet, quia beneficium perdidit per
bannum. ita dicit Bal. in d. l. libertas. ſed ſtatutum de
cauſis compromittendis inter coniunctos, eſt fauo-
rabile, & inductum ob publicam vtilitatem, quia pu
blicæ vtilitatis eſt lites abbreuiari. ita tenet Bar. Bal.
Pau. de Caſt. in j. conſtit. C. col. j. Bal. in l. ambitioſa, in
v. col. verſic. quæro quòd ſi ex prædictis. & ibi Alex.
in addit. ff. de dec. ab ord. fac. idem Alexand. in l. pri-
ma. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. in primo not.
& in conſilio cxxv. viſo proceſſu cauſæ vertentis,
colum. fin. vol. vij. & hanc partem ſequuti ſunt Bald.
Salic. Pau. de Caſt. Alex. Corn. Iaſ. Rom. Dec. in l. qui
ſe patris. C. vnde libe. & Moderni in d. tract. de com-
promiſsis, atteſtantur iſtam eſſe communem opi-
nionem, videlicet quòd huiuſmodi ſtatutum valeat,
& quòd ſit fauorabile, & inductum ob publicam
vtilitatem, allegantes multa.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſpuria an debeat in bonis paternis dotari, vel alimentari.*

2 *Alimenta ſemel a patre præſtita & conſumpta, an debeant iterum præſtari.*

3 *Pater ſimpliciter legans filio ſpurio, nulla facta mentione de alimentis, an intelligatur pro alimentis legare. & num. 15.*

4 *Diſpoſitio canonica an procedat etiam in foro ciuili.*

5 *Legatum per patrem ſpuriæ filiæ an valeat.*

6 *Mortua filia ſpuria, dos reddit ad heredes patris.*

7 *Pater de iure canonico non poteſt dare filio ſpurio, niſi quatenus debet habere pro alimentis, & non vltra.*

8 *Alimenta ſpuriæ non debentur ſecundum opulentiam natalium, ſed ad præſcriptam formulam de iure naturali.*

9 *Maritus tenetur vxorem alere, etiam nulla dote ſibi conſtituta, vel data.*

10 *Pater non tenetur alere ſpurios qui poſſunt aliunde ſe ſuſtentare.*

11 *Pauper an quis præſumatur.*

12 *Qualitas ſemel poſita, quæ ex curſu temporis non tollitur, præſumitur exiſtere, niſi ſublata probetur.*

13 *Paupertas quando eſt fundamentum intentionis probari debet.*

14 *Legatum factum pro filia maritanda, dicitur ob certam cauſam factum.*

CONCLVSIO XXII.

TEſtator legauit in ſuo teſtamento centum Iudit filiæ ſpuriæ cùm nuberet, deinde teſtator ſoperuiuens eam nupſit, & ei tradidit in dotem ducenta, poſtea teſtator mortuus eſt relicta hærede vniuerſali Liuia eius filia legitima & naturali, quibus ſtantibus illine ad certum tempus Iudit mouit iudicium contra prædictam Liuiam vti hæredem prædictam, & petiit executionem dicti legati librarum centum.

1 Hæſitatum fuit, † an tale legatum deberetur. Dicebatur primò pro parte Iudit legatũ deberi: quoniam filia ſpuria de æquitate canonica in bonis paternis debet dotari vel alimentari. vt cõmuniter tenent doct. in ca. cùm haberet, de eo qui dux. in vxo. quam pol. per adnl. & latè per Nico. de Vbal. de Peruſ. in tract. de ſucceſ. ab inteſta. col. xij. verſic. ſequitur quarta ſpecies liberorum, qui appellantur ſpurij, Matthæus de Marhaſillanis in tract. de ſucceſ. ab inteſta. col. viij. in addit. Lod. Bolognini, Bald. Nouel. de Peruſio in trac. dotium, in vj. parte. xxj. col. Martinus Laudenſis in diſputatione, ſiue tracta. de legitimatione, in fi. tract Lud. de Sardis in tract. de legitimatione, xv. col. verſi. quartò, & quintò quæritur. Abb. in conſil. cxv. Bart. & alij in auth. ex complexu. C. de inceſt. nup. Alexan. in conſil. cxlix. in ij. vol. incipien. viſis & diligenter. Adde Crauettam in conſilio cxcix. ad ſubtilia. j. volu. vbi declarat quomodo quis dicitur habere aliunde ſe alat, quando ex operibus ſuis poteſt viuere. & multa, quæ omnino vide Ioan. Pet. de Ferra. in ſua pract. in for. libel. pro hæred. ab inteſt. col. v. verſic. dixi. Matth. de Afflict. deciſ. xcix. inci. ſi pater. Et prædicta opinio habet locum etiam contra hæredes patris, vt quemadmodum pater tenebatur dotare, vel alimentare filiam, ita & hęres, vt not. in alleg. locis. Et pater io tantum, & ita tenetur alimentare filiam ſpuriam, quòd ipſa habeat alimenta perpetua, ſi aliunde habere non poſſet, quia ſuperueniente neceſsitate legatum alimentorum reſurgit, prout ſuperueniente facultate habendi aliunde ſe alat, extinguitur legatum. ita dicit Ioan. Bapt. de S. Seuerino in l. ſi qua illuſtriſ. C. ad S. C.
Orficia. in vlt. col. † Nam alimenta præſtita ſemel à 2
patre, & conſumpta, debent iterum præſtari. Specu. in tit. qui fil. ſint legit. in ver. ſed pone quidem, & ibi Bal. in ver. an filius. & glo. ſecundum Bal. in l. ſi cum
dote. §. j. ff. ſol. matr. io princ. Præterea † legatum de 3
quo ſuprà, reſoluitur in vim ſaltem alimentorum, quoniam quando aliquid relinquitur ſpurio etiam quod non dicatur pro alimentis, intelligitur tamen pro alimentis, ſi non habet aliunde ſe alat ſpurius. Matthæus de Afflictis in dicta deciſione decimanona. & ideò videtur legatum huiuſmodi valere: nec videtur obſtare, quòd pater poſtea ſuperueniẽs eam dotauerit in ducentis, quoniam verum eſt quòd legatum ob cauſam, impleta cauſa ceſſat, ſecus eſt durante cauſa & non impleta, prout in prædicto caſu durare videtur, cùm Iudit aſſerat hodie ſe conſtitutam in neceſsitate. not. in l. filia legatorum. C. de lega. & in l. huiuſmodi. §. cùm pater.
de leg. j. & ibi per Alex. † Nec videtur obſtare etiam 4
ſtatutum, quo cauetur, quòd ius ciuile debeat ſeruari, & ideo talis æquitas canonica non habeat locum, prout videtur tenere Io. Pet. in ſua pract. io allega. loco, vbi dicit, quòd putat quòd dictum c. cùm haberet, non habeat locũ in terris imperij, quoniam illa fuit inuentio clericorum, qui luxurioſi ſunt, & carent vxoribus, vt ampliaretur facultas luxuriandi, & quia inhumanũ erat, quòd anima creata, quæ non peccauerat, fame periret, ex ea ratione & æquitate moti, voluerunt dicere, ꝙ ſpurij eſſent alimentorũ capaces. Alia verò fuit ratio iuris ciuilis, vt reprimeretur vitium carnis, & ſtatus matrimonij ampliaretur, per quod matrimonium elegás genus humanum conſeruatur. nam prædictis reſpondetur, quòd ex quo alimentatio eſt de iure naturali, debet ſeruari etiam in terris imperij, & in hoc etiam de iure ciuili ſtandum eſt iuri canonico: & iſta eſt communis opinio, vt latè tradunt Domini de regno, deciſ. clxiiij. incip. in cauſa, in nouis.

In contrarium † ad fauorem Liuiæ, quòd ipſa non 5
teneretur præſtare legatum, adducebatur primò, ꝙ illa æquitas canonica, qua cauetur, quòd pater teneatur dotare vel alimentare filiam ſpuriã, procedit quando filia non habet aliunde ſe alat: ſecus ſi haberet aliunde ſe aleret, vel efficeretur in futurum diues, ita quòd poſſet aliunde habere alimenta, quia tunc ceſſaret illa æquitas, & conſequenter legatum euaneſceret, & remaneret apud hæredes patris, & quando datur dos ſpurię, non poteſt dari niſi quan-
titas æquiualens alimentis. † Et ideo mortua filia 6
ſpuria dotata iuxta æquiualentiam alimentorum, quia vltra non tenet dotatio, dos redit ad hæredes patris, quoniam finita eſt cauſa alimẽtorum, vt per Doct. in locis ſuprà allegatis, & per dominos de regno, deci. clxxxi. inci. in cauſa in nouis, & Doct. in d. c. cùm

c.cùm haberet,& Bal.in l.eam quam.in princip. vlt.
cartæ.C.de fideicom. Adde Ioan.Lupi de Palatiis ru
beis in repetitio.cap.per veſtras, car.156. ſuper ver-
bo in conſtituenda tamen dote.in iij col.verſic.Iſtud
tamen debet intelligi,de donat.inter virum & vxor.
quòd dos data filiæ ſpuriæ,debet eſſe penes eam,dū
viuit non eam tranſmittit ad ſuos hæredes,ſed red-
dit ad patrē,procedit quando pater inuitus ad mā-
datum iudicis dictam dotē aſsignat,quia tunc non
tranſit ad hæredes filiæ ſpuriæ,ſecus ſi pater volens
eam aſsignauit,& voluit eam tranſmitti ad filios
eiuſdē filiæ,quod poteſt facere, alle.l.fi. C.de na.lib.
Bar.tenet in l.fi.ff.de his quibus vt indig. Bapt. de S.
Seuerino in repet.l.ſi qua.C.ad orficianū.col. ante-
pen. & quòd relictum non teneat quò ad hæredes,
not. Doct.in d.c.cum haberet,in tract.ſuperius alle.
imò dicit Calde.in conſi.lxvj.col. quòd alimenta in
talibus non ſplendidè ſecundum qualitatem patris
conſiderantur, ſed ſolùm ſecundum educationem
7 de iure naturali, † quia de iure canonico,patet non
poteſt dare filio ſpurio niſi quatenus debet habere
pro alimentis.& nō vltra.Bar.in l.ſi quis à liberis,ff.
de lib.agnol.& in auth.ex complexu.C.de ince.nup.
not.in l.ſi à competenti.C.de alim.præſtan.& Doct.
8 in d.c.cùm haberet. † Ideo alimenta ſpuriis à patre
non ſecundum naraliū opulentiam,ſed ad præſcri-
ptam de iure naturali & canonico formulam danda
ſunt.adde Frā. de Curt.Iun.in conſi.xxxvij.in j.par-
te.Cùm igitur Iudit haberet maritum,vt conſtat ex
proceſſu,& habuerit dotem, dicitur habere vnde ſe
9 alat, ex eo,quia † maritus tenetur vxorē alere nulla
etiam dote conſtituta ſiue data,vt not.Cy.& alij in l.
ꝗ in vxorem,C.de neg.geſt.Iac.de Are. & Bal.in l.ſi
cùm dotē.§.ſin autem in ſeuiſsimo.ff.ſol.mat. Alex.
conſi.cxlix.ij.vol.viſis,in j.col.Laur.Calcan.in conſ.
lviij.requiſitus his diebus,nu.8.9.10.&ſeq.vbi etiam
10 ſubdit † ꝗ pater nō tenetur ſpurios alere ſi poſſunt
aliundè ſe ſuſtentare.Guid.Pap.conſil.cxxvij.incip.
de hoc anno Domini.& deci.cccclix.incip.an vir.&
11 in quæſtionib. Tholoſanis. q.lxxvij. † Et licet Iudit
dicat maritum eſſe pauperē. & iſta aſſertio videatur
ſufficere,quia iſta qualitas habet præſumptionem,
quę ineſt à natura, cū quilibet nudus & pauper na-
12 ſcatur. † & qualitas ſemel poſita,quæ nō tollitur ex
curſu temporis præſumitur exiſtere, niſi probetur
ſublata, vt tenet Crotus, in l.ſi conſtante, xiij. col.
verſ.quid tenendum.ff.ſol.mat. tamen reſpondetur
13 quòd † cùm iſta qualitas paupertatis ſit fundamen-
tum ſuæ intentionis debuit probari, ita Bart. in l.ſi
verò.§.qui pro eis,ff.de his qui ſatiſdare cogantur.

Vlterius dato quòd ex huiuſmodi aſſertione in-
ſurgeret præſumptio, nihilominus talis præſum-
ptio debuit deduci & allegari, cùm iuris præſum-
ptio debeat proponi & allegari, vt per eundem Cro-
tum. in d.l.ſi conſtante, ver.etiam dicit quòd talis
aſſertio paupertatis eſt ſpecies probationis, pro-
pterea cùm in caſu iſto non fuerit talis præſumptio
deducta neque allegata,non potuit amplius dedu-
ci, neque allegari, neque proponi, cùm ſimus in
termino legali qui habet vim præſcriptionis, vt ſu-
pra eodem concluſione xj. infra quem terminum
talis aſſertio cùm ſit ſpecies probationis debuit
14 proponi,deduci & allegari.† Præterea tale legatum
non dicitur ſimpliciter factum,ſed factum cùm nu-
bet, & ſic pro filia maritanda, quo caſu non dicitur
ſimpliciter factum, ſed ob certam cauſam ſecundū
Ange.de Periglus de Peruſio in l. Lutius.ff.de leg.ij.
in iij. & iiij. col. ſi ergo dicta cauſa finalis eſt finita
& adimpleta,quia filia eſt maritata,concluditur le-
gatum eſſe finitum, licet ſecus eſſet in cauſa impul-
ſiua & in implemento modi, vel conditionis,vt per
Glo.in l.mulier. C.de iur.dot.& l.conditionum quæ
in futurum.ff.de cond.& demonſt. & ita communi-
ter tenent Doc.in d.l.filia legatorum.C.de leg. & in
d.l.huiuſmodi.§.ſi pater. & d.l.Lutius.ff.de legat.ij.

Nec † obſtat dum dicitur quòd tale legatum vi- 15
detur reſolui ſaltem in vim alimentorum,quia illud
poſſet fortè procedere quando legatum eſſet factum
ſimpliciter,& mulier non haberet aliunde ſe aleret,
ſecus verò quando legatum eſt factum ob cauſam
prout in iſto caſu, vel mulier habet vnde ſe alat.

Præterea quòd huiuſmodi legatum ſimpliciter
factum ſpurio nulla facta mentione de alimentis,
non præſumatur nec dicatur factum pro alimentis,
ſi de alimentis non eſt facta mentio,conſuluit Lau.
Calcanus in d.conſi. lviij. requiſitus his diebus.nu.
8.cum ſeq.& idem tenet Barto. Caſſaneus in conſil.
xxxix.nume.51.cum ſequen.& retenta iſta opinione
clarum eſt quòd ſpurius non eſt capax alicuius reli-
cti niſi alimentorum, & ex iſtis fuit iudicatum ad
fauorem Liuiæ contra Iudit.

Adde ad materiam iſtius deciſionis, & omnino
vide quando occurret caſum Craue. in conſ. ccxix.
numero 7.in ſecundo volum. vbi an ſpurius tali ca-
ſu debeat cauere. Item adde eundem Craue. in con-
ſilio cxcix. ad ſubtilia. primo volum. vbi declarat
quomodo quis dicitur habere aliunde ſe alat,
quando ex operibus ſuis poteſt viuere, & multa,
quæ omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio patroni abſque inſtitutione habentis ius inſtituendi, an tribuat ius aliquod præſentato.*

2 *Ius inſtituendi in beneficiis ſiue collatio ad quem ſpectet. & infrà numero 8.*

3 *In poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus an neceſſe ſit quòd coloretur poſſeſsio.*

4 *Poſſeſsio colorata quæ dicatur, & quomodo probetur.*

5 *Poſſeſsio incolorata quæ ſit, & qualiter probetur.*

6 *Probatio quæ requiratur in poſſeſſorio in beneficiis.*

7 *Confeſsio aduerſarij non probans titulum agentis an ſufficiat ad colorandum poſſeſsionem ſpoliati.*

9 *Collatio beneficij facta per exiſtentem in quaſi poſſeſsione conferendi an ſufficiat ad obtinendum beneficium.*

10 *Quaſi poſſeſsio inſtituendi per vnum teſtem probatur.*

11 *Vltimus ſtatus in beneficialibus an ſit attendendus, & quomodo intelligatur.*

CONCLVSIO XXIII.

VAcante certa eccleſia per obitum rectoris in
diœceſi Bononienſi quidam dominus Marcus
Gandulphus in dicta eccleſia fuit præſentatus à

nonnullis vt patronis, & ſucceſsiuè fuit inſtiturns
per certum Archipresbyterum S.Io.Bapt.& immiſ-
ſus in poſſeſsionem dictæ de mandato dicti Archi-
presbyteri,quo ſtante ſuperuenit quidam D.Nico.
de Turri habens per prius collationem dictæ eccle-
ſiæ vacantis,vt ſuprà,ab ordinario,de mãdato ipſius
ordinarij fuit immiſſus in poſſeſsionem dictæ eccle-
ſiæ.& eiectus de ipſa eccleſia fuit tunc prædictus d.
Marcus per vnum Macerium, vnde prædictus do.
Marcus agebat in poſſeſſorio reintegranda, & ſic
ſuper ſpolio, cauſa fuit commiſſa Rotæ ad referen-
dum.In primis pro parte dicti D.Nicolai dicebatur
d. Marcum non iuſtificare ſuam intentionem ex
1 præſentatione patronorum.quæ non ſufficit, † quia
præſentatio patroni abſque inſtitutione epiſcopi, &
ſic ordinarij, vel alterius habentis ius inſtituendi,
non tribuit aliqoid ius præſentato in eccleſia, cap.
2 quod autem.& ibi not.de iure patr. † ſecundò, quia
ius inſtituendi in beneficiis, ſeu eorum collatio de
iure ſpectat ad ordinarium loci,cap.omnes baſilicæ,
xvj.q. vij. cum ſimilibus latè adductis per Decium
conſil.cxvij.in princ.& in conſil.cxxj.in princ.Ter-
3 tiò,quia † in poſſeſſorio recuperandæ in beneficia-
libus non ſufficit poſſeſsionem ſuam probare, niſi
etiam ipſa poſſeſsio coloretur, iuxta tradita in cap.
in literis.de reſtit.ſpolia.& tradit Rota deciſ.xiiij.in
nouis.vbi allegantur concord.& Bellame. deciſ.xij.
xvij. & deciſ. xlix. ex quibus inferebatur vt ipſe do.
Marcus non poſſet ſuam intentionem iuſtificare ex
præſentatione patronorum, quæ non ſufficit, ne-
que ex inſtitutione facta per arcbipresbyternm, qui
tunc non erat ordinarius dictæ ciuitatis Bononiæ:
neq; ex immiſsione in poſſeſsionem dictæ eccleſiæ,
per mandatũ iudicis, cùm coloratio neceſſariò re-
quiratur,& de coloratione non videbatur cõſtare.

In contrarium adducebatur ex deductis in pro-
ceſſu,fundatam fuiſſe intentionem D. Marci agen-
tis:nam de præſentatione D.Marci, itẽ de eiuſdem
inſtitutione facta per Archipresbyterum, item de
mandato Archipresbyteri, de immittendo D. Mar-
cum in poſſeſsionem eccleſiæ, de qua contendeba-
tur, item de poſſeſsione eccleſiæ accepta. Item de
eiectione dicti D.Marci facta per Macerium, plenè
in proceſſu apparebat, & pariter de ſtatu eccleſiæ,
quòd eſſet de iure patron. parochianorum, tum ex
pluribus præſentationibus, tum ex dictis teſtium
examinatorum, propterea tota difficultas huius
materiæ reducebatur ad iſtum punctum, videlicet,
nunquid dicta poſſeſsio dicti domini Marci eſſet
4 colorata. Circa quod concluſum fuit, † quòd de co-
lore dictæ poſſeſsionis ſufficienter conſtaret, præ-
ſertim in huiuſmodi iudicio poſſeſſorio: nam poſ-
ſeſsio colorata dicitur ea, quam præceſsit titulus
collatus ab eo,qui ius conferendi habebat,licet mi-
nus iuſtè contulerit, & ſic vbi non eſt defectus ex
5 parte conferentis,ſed ex parte recipientis. † Et poſ-
ſeſsio incolorata eſt ea quando licet titulus præceſ-
ſerit, defectus fuit in conferente, quia poteſtatem
conferendi non habuit,vt declarat Cald. poſt Com-
poſt.& Hoſtienſ.ibi per eum allegatos in cap.cùm in
noſtris.in ſecunda quæſt.de conceſ.præben. & Lap.
allega xvj.cum ſimilibus. & talis poſſeſsio colorata
in poſſeſſorio iudicio, non debet de neceſsitate ple-
nè probari,ſed ſufficit quòd ſummariè,& præſum-
ptiuè probetur,vt concludit Bellam.in deciſ. xcviij.
& melius deciſ.xcix.tenet Caſsiad.deciſ.viij. in titu.
de reſtitut.ſpoliat.Et ideò voluit idem Bellame. de-
ciſ.50.quòd petens ſe reſtitui ad poſſeſsionem bene-
ficij, à qua ſpoliatum ſe dicat, & producat literas
collationis beneficij Vicarij Epiſcopi, & per eun-
dem Vicarium probet illum habuiſſe mandatum à
domino Epiſcopo ſuper dicta collatione,ſufficit ſibi
colorare poſſeſsionem ſuam modo prædicto, licet
de iure Vicarius Epiſcopi non haberet ius confe-
rendi,cap.fina. de offic. vicarij. in vj. † quoniam in 6
poſſeſſorio non requiritur plena probatio tituli.Sed
præſumptiua & colorata,& illam deciſ. Bellame.ſe-
quitur Caſsiad.dicta deciſ.viij. & voluit idem Bel-
lame.deci ccclxxviij.aut ccccclxxviij. aut cccxxviij.
aut cccccxxviij. quòd prouiſio prætenſi ſubexecu-
toris, vnà cum ſententia adiudicatoria lata contra
alium,etiam ſine gratia & proceſſu ſufficiat ad co-
lorationem poſſeſsionis, licet non ſufficeret in pe-
titorio, & tamen non probatur poteſtas huius præ-
tenſi executoris, neque ſententia inter alios lata
præiudicat aliis. l. ſæpe. de re iudica. Et † videmus 7
quòd confeſsio aduerſarij non probat titulũ agen-
tis,vt not.in c.vnico,de eo qui mit. in poſſeſ.in vj. &
tamen dicta confeſsio ſufficit ad colorandum poſ-
ſeſsionem ſpoliati, vt tradit Rota deciſ. ccccviij. &
ccccxxj.in nouis.& Geminianus in dicto cap.vnico,
colum.ij. & Caſsiad.deciſio. viij. ex quibus collige-
batur apparere de poſſeſsione colorata in hoc iudi-
cio, attẽta inſtitutione facta de dicto domino Mar-
co,per prædictum dominum † Archipresbyterum, 8
cuius ius & poteſtas inſtituendi præſumptiuè pro-
bata fuit ex aliis duabus inſtitutionibus diuerſis
temporibus factis per duos D.Archipresbyteros,de
duobus rectoribus dictæ eccleſiæ, quæ inſtitutio-
nes habuerunt effectum, cùm enim ex ipſis inſtitu-
tionibus plenè probata ſit d. Archipresbyteri quaſi
poſſeſ. iuris inſtituendi, ſatis dicitur præſumptiuè
conſtare,quòd idem d.Archipresbyter habebat ius
inſtituendi, quinimò videbatur dici poſſe,quòd iſta
probatio tituli quaſi ſufficeret in petitorio, per ea
quæ tradit Peruſi.in cap.primo,poſt Dyn. & alios,
de reg.iur.in vj.vbi voluit quòd † collatio beneficij 9
facta per eum qui non habebat ius conferendi, ſed
credebat ſe habere,& erat in quaſi poſſeſsione con-
ferendi,ſufficiat ad beneficium obtinendum, licet
ſecundum Theologos veritate comperta aliud di-
ceretur, ſed iſte Archipresbyter credidit ad ſe ſpe-
ctare ius conferendi, ſeu inſtituendi, vt patet ex
dictis duabus inſtitutionibus, quæ habuerunt effe-
ctum, † cùm quaſi poſſeſsio inſtituendi etiam per 10
vnum actum probetur, vt nota. in cap. querelam,
per illum tex. de electio. Neque obſtat ſi diceretur
quòd imò ordinarius erat in quaſi poſſeſsione inſti-
tuendi, cùm per ordinarium factæ fuerint plures
dictæ eccleſiæ inſtitutiones de vltimis temporibus,
† & vltima poſſeſsio ſiue ſtatus attendi debeat, per 11
ea quæ tradit Dec. conſil. cxxvj. vbi plura adducit.
Nam reſpondetur,quòd vbi duæ poſſeſsiones, ſeu
quaſi ſunt incompatibiles, tunc vltima attendi-
tur,& procedunt dicta per Decium. vbi autem ſunt
compatibiles vtraque eſt attendenda,ſed in iſto ca-
ſu ordinarius poteſt eſſe in quaſi poſſeſsione iuris
inſtituendi ex iuris diſpoſitione. Item & dictus

Archi

Archipresbyter accumulatiuè ad ipſum ordinarium, vt not. in cap. paſtoralis. de offic. ordioa. in vj. Et ex præmiſsis fuit relatum ad fauorem domini Marci, ſcilicet ipſum reintegrandum ad poſſeſsionem dictæ eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator tenetur præſentare ſuum principalem vt poſitionibus reſpondeat.*

2 *Principalis tanquam magis informatus, cogitur perſonaliter venire in iudicium ad reſpondendum de veritate.*

3 *Dilatio parti aſsignata non currit donec tardatur per aduerſarium reſponderi poſitionibus.*

CONCLVSIO XXIIII.

1 DVbium erat, † ao procurator teneatur præ-
ſentare ſuum principalem in iudicio, vt re-
ſpondeat poſitionibus, oam reus inſtabat procu-
ratorem actoris vt faceret comparere principalem
reſponſurum. procurator verò actoris replicabat,
quòd reus faceret principalem ipſius procuratoris
citari. Reus verò replicabat quòd ipſe procurator
notificaret principali ſuis impenſis. Concluſum
fuit procuratorem teneri præſentare ſuum princi-
palem in iudicio ad reſpondendum, per ea quæ not.
Barto.in l.ſi actor.ad finem, de procu.vbi dicit quòd
ſimplex procurator ſemper tenetur facere compa-
rere principalem in iis in quibus melius nouit veri-
tatem, & idem ibi Pau.de Caſt.col.vlt.verſic.& not.
quòd quaodoque. quod & clarius voluit ibi Bald.in
ſecunda col.verſi.quæro vlterius, vbi formar quæ-
ſtionem, ſi reus inſtet contra actoris procuratorem,
quòd faciat comparere principalem, & procurator
actoris reſpondeat, quòd reus faciat eum citari,
reus autem replicet quòd procurator notificet do-
mino ſuis impenſis, & concludit poſt Dy.& Guilg.
procuratorem teneri ad notificandum domino ſuis
2 impeoſis vt veniat. † Et licet verum ſit neminem re-
gulariter cogi poſſe in iudicio perſonaliter compa-
rere, ſed ſufficit quòd mittat procoratorem, vt eſt
textus in cap.j.de iudic.io vj.& in l.fin. C.de procu.
Tamen principalis quaodo eſt magis informatus
cogitur perſonaliter veoire in iudicium ad reſpon-
dendum de veritate, vt per Doct. io dictis iuribus,
& declarat Bar.in l qui bona. §.ſi aliena. ff. de dam.
3 infec. † & interim dilatiooem datam non currere,
quia dilatio parti aſsignata oon currit, donec per
aduerſarium tardatur reſponderi poſitiooibus, vt
per Bald. in l. fin. colum. peoult. de feriis. gloſ. in
clemeo. ſæpe, in verbo poſt dationem. de verbo-
rum ſignific. & Baldus io l.j. colum. ſecunda. C. de
iuram.calum.

SVMMARIVM.

1 *Euictioni an & quando locus ſit.*

2 *Creditor qui euicit rem pro credito, ſi offerat rem dimittere recepto ſuo credito, & ille à quo res fuit euicta, nolebat amplius rem, an poſsit illum cogere rem recipere.*

CONCLVSIO XXV.

1 QVidam † Hierooymus de Bombice, vendidit
Ser Franciſco Buccanis certum terrenum
pro certo pretio ſoluendo infra certum tempus, &
dicto emptori tradita fuit poſſeſsio terreni, mortuo
veoditore, & adhuc non ſoluto pretio per empto-
rem, mota fuit lis ſuper dicto pretio, per certas mu-
lieres contra emptorem, quæ petebant executio-
nem contra ipſum emptorem pro dicto pretio per
eum adhuc non ſoluto, & pendente huiuſmodi iu-
dicio, ioſurrexerunt fratres Sancti Iaco.de Bononia,
creditores dicti q.vēditoris in notabili ſumma, cum
hypotheca bonorum, & pacto precarij, & coram
prætore reuocato pacto precarij egerunt contra d.
Ser Franc.ad dictum terrenum, & tandem fuit eui-
ctum à Ser Franciſco emptore, & abdicatum à ma-
nibus eius, & facta fuit executio, quòd ſufficit vt
locus ſit euictiooi, vt not. in l. habere licere. ff. de
euictio. Alex. in cooſil.iiij. in iij.volum. in prima col.
& propterea iniquum erat emptorem non habere
rem, & teneri ad pretium. † Sed nata fuit difficul- 2
tas ex eo qoia fratres Saocti Iacobi, facta iam exe-
cutione, & recepto terreno obtuleront, recepto eo-
rum creditoio pecunia, ſe paratos dicto emptori
tali caſu dictum terrenum dimittere ac relaxare,
emptor verò nolebat, cooclusum fuit dictum em-
ptorem noo eſſe obligatum dictum terenum reci-
pere, qoia non tenetur illud reemere, vt not. per
Paul.de Caſtr. io l. emptorem. §. idem Neratius. ff.
de actio.empt.

SVMMARIVM.

1 *Principalis litigans per procuratorem effectum dominum litis, propter ipſius infirmitatem ſi omiſit cauſam appellationis infra tempus, an aduerſus lapſum inſtantia reſtitui poſsit.*

2 *Infirmitas præſtat iuſtam cauſam reſtitutionis: & paupertas operatur vt fatalia non currant.*

3 *Negligentia procuratoris an noceat domino, & ex ea poſsit dominus excuſari.*

4 *Procurator ad lites tenetur de ſuo expenſas iudicij ſubire.*

5 *Intellectus ad l.etiam.C.mandati.*

6 *Procurator non appellans an & quando teneatur domino ad intereſſe.*

7 *Procurator in curia tenetur ad expenſas regiſtri pro domino abſente.*

CONCLVSIO XXVI.

PRincipalis † litigans per procuratorem iam 1
effectom dominum litis propter ipſius infirmi-
tatem omiſit cauſam appellationis iofra tempus
probatorium præfixum à lege municipali inſtrue-
re propter quod petiit ſe in integrum reſtitoi ad-
uerſus lapſum inſtantiæ probatoriæ durante eius
infirmitate. Quæſitum fuit an deberet reſtitui? di-
cebatur ſtante eius graui infirmitate probata, ſi
cauſa fuiſſet per ipſummet principalem agitata,
clarum eſſe reſtitutionem in integrum aduerſus la-
pſum inſtantiæ eſſe concedendam. l.j. §. fin.ex qui-
bus cauſis maior.in integr. † quia infirmitas præbet 2
iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, prout di-
cimus de paupertate, quæ operatur vt fatalia non
currant, vt concludit Iaſ. in l. inuitus. C. de pro-
curat.vbi plura adducit, & ſequitur Caſsiad. in tit.
de appel.deciſ.vj. num.2.qui ibi in num.4. cooeludit
etiam quòd infirmitas, vel præſtat excuſatiooem

vel præſtat iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum.
3 † Sed dubium faciebat quoniam ipſe principalis, vt ſupponitur, habebat procuratorem, qui erat dominus litis, & per quem potuit & debuit cauſa inſtrui, & ideò ſi procurator fuit negligens, & cauſam non inſtruxit, non debet ex hoc principalis excuſari, neque ei concedi reſtitutio in integrum, ex eo quòd fuerit infirmus cum negligentia procuratoris, per quam appellatio deſeritur noceat domino, vt non excuſetur, vel vt in integrum non reſtituatur, vt declarat Philip. Fran. in c. ex ratione. in ij. car. verſ. quid autem ſi occurrent, de appella. Adde & vide Bald. in conſil. ccccliij. incip. ſuper facto non poteſt dari, in iiij. volum. & tenet Caſsiadorus in d. tit. de appel. deciſ. v. maximè cùm dictus procurator eſſet ſoluendo, quia poſſet contra eum agere ad intereſſe incurſum propter eius negligētiam. l. à procuratore, cum ſimilibus. C. manda. ſi enim procurator ſoluendo non fuiſſet, tunc bene principalis potuiſſet in inte. reſtit. per not. in l. properandum. §. fin. C. de iud. & in l. arbitrio. §. dolo. de dolo tradunt Francus & Caſſiadorus in allegatis locis. Cùm igitur iſte procurator & dominus litis non inſtruxerit cauſam, & inſtantia ex eius negligentia fuerit lapſa, videbatur principali actionem competere contra procuratorem ad intereſſe, non autem remedium reſtitutionis
4 in integrum aduerſus fatalia decurſa. † Nec videtur quòd procurator potuerit in hoc ſe excuſari, quòd ipſe non debebat cauſam propriis expenſis inſtruere, & quòd principalis ob eius infirmitatem nullas ſibi ſubminiſtrabat pecunias ad litem inſtruendam, quia cùm mādatum ſuſcepiſſet de lite agitanda, videbatur etiam ſuſcepiſſe de peragendo omnia quæ neceſſaria eſſent ad dictam litem, & quæ venirent in eius conſequentiam, & ſic de expendendo vbi res exigeret, per ea quæ habentur in l. ij. ff. de iu-
5 riſdict. omn. iudic. † quòd autem procurator ad lites teneatur ſubire expenſas iudicij, videtur probari in l. etiam. C. mand. vbi dicit quòd procurator qui contra ſe ſententiam reportauit, repetit ſumptus litis à domino, contraria mādati actione, ex eo quòd ibi vult tex. procuratori competere contrariā mandati actionem ad ſumptus, neceſſariò infertur quòd in mandato ad lites per eum ſuſcepto, comprehenſum erat vt ſumptus litis ſubiret, aliàs eidem non competiiſſet dicta actio mandati, & cum d. l. concordat tex. in l. & ſi contra licitum, in fine. C. eo. tit. ſtante igitur quòd in mādato ad lites dicatur comprehenſum, vt ſuſcipiens dictum mandatum faciat expenſas, non eſt dubium quòd eas tenetur facere: & ideò ſi vt ſumptus fugiat permittat labi cauſæ inſtantiam, tenebitur domino ad intereſſe. Et iſta opinio quòd procurator ad lites de ſuo teneatur facere impenſas eſt de mente gloſ. & docto. in l. ſi procuratores. § ſi ignorantes. ff. de manda. & gloſ. & omnes, in l. mutus. C. de procurat. per Canoniſtas in cap. non iniuſtè, eod. tit. cum concordantiis adductis per Caſsiad. in dicta deciſ. ſexta. in princip. vbi
6 concludit, † quòd procurator tenetur appellare, & ſi non appellauerit, tenebitur ad intereſſe, niſi paupertate excuſetur. vbi enim eſſet pauper, & expenſa requireretur in appellando, tunc excuſaretur ſi appellationem omitteret: dum igitur volunt gloſ. & Doct. quòd procurator pauper excuſetur ſi non appellauerit, quando in appellatione requiruntur expenſæ, neceſſariò præſupponunt procuratorem teneri expenſas litis ſubire, quia aliàs non conſideraretur. † Hinc eſt fortè quòd procurator in curia tenetur ad expenſas regiſtri pro domino abſente, vt dicit Caſsiadorus in tit. de procurat. deciſ. j. num. 2. ex quibus colligebatur iſtam opinionem non tranſire ſine ſcrupulo: tamen tutius viſum fuit amplecti partem, quòd reſtitutio in integrum petita eſſet concedenda: quia probatum fuerat de graui ipſius principalis infirmitate, & licet habuiſſet in cauſa procuratorem, qui erat dominus inſtantiæ, & damnum obueniens domino ob procuratoris negligentiam, et ſit reſarciendum per procuratorem, & non competat domino in integrum reſtitutio, niſi in ſubſidium, vt quia procurator non eſſet ſoluendo, tamen conſiderabatur in iſta cauſa quòd lapſus inſtantiæ probatoriæ abſque proceſſus inſtructione non proceſſerat ex procuratoris negligentia, qui non interuenerat in lite, niſi in inſtantia appellationis, & iuris præſumptione ignorabat acta primæ inſtantiæ, quæ producenda erant in cauſa appellationis, & qui pariter ignorabat qui teſtes eſſent examinandi ad probandum intentionē principalis, iuxta not. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ſicut igitur domino ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, quando non poteſt conſequi ſuum intereſſe à procuratore non exiſtente ſoluendo, ita etiam eſt ſuccurrendum, vbi à procuratore non poteſt conſequi intereſſe ex eo, quia non fuit in aliqua culpa, cùm cauſæ inſtructionis omiſsio non præceſſerit ex negligentia procuratoris, ſed propter infirmitatem principalis, qui non potuit eſſe cum procuratore & eum reddere certum de actis primæ inſtantiæ, & de teſtibus, quos prætendebat examinari, & maximè quia apparebat de quodam ſtylo procuratorum ciuitatis, quòd licet eſſent dominī inſtantiæ, non tamen ſolent facere ſumptus litis de eorum proprio. 7

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegrandæ an detur pro penſionibus denegatis: & an pro iuribus perſonalibus.*

CONCLVSIO XXVII.

Actum † fuit reintegranda pro penſionibus denegatis. Quærebatur an huiuſmodi remedium competeret pro iuribus perſonalibus. Legiſtæ videntur tenere quòd non: vt probatur in l. fin. vbi Bartol. poſt Iacob. de Aret. ff. quorum bono. gloſ. in l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. de conditio. indebi. Cyn. poſt Iaco. in l. ſi certis annis. C. de pact. Bald. in l. ſecunda. C. de ſeruit. & in l. prima. C. de fideiuſſo. quo caſu maior fiebat difficultas, ex eo quia adeſt ſtatutum Bononiæ, diſponens quòd in omnibus cauſis debeat ſeruari ius ciuile in decidendo. Contrarium tamen fuit concluſum per text. in cap. quetelam, vbi Abb. & alij de electio. vbi not. quòd tale remedium competit pro iuribus incorporalibus, prout latè probat Anto. de But. in cap. fin. de cauſa poſſeſ. & proprieta. & de iure canonico, & inter Canoniſtas eſt iſta opinio canonizata. Roma. in conſilio cccxxxj. Alexan. in l. iij. §. illud. & §. ſi rem. de acquir. poſſeſ. Petr. de Anchar. in conſilio ccclxxxvij. Roma. conſil. cccxj. Angel. in d. l. ſi certis annis. Ex quibus 1

paret

patet multos Legiſtas concordari cum Canoniſtis, & hanc opinionem fore ſequutam etiam in foro ciuili atteſtantur Domini de regno, deciſ.ccccxcv. & fortius quia in occurrenti caſu agebat ratione rei locatæ ad penſiones, quo caſu Legiſtę & Canoniſtæ concordant dari tale remedium, vt per Cynum in d. l.ſi certis annis, & ita reſident Domini de regno in dicta deciſ. præterea huiuſmodi remedium in iuribus perſonalibus fundatur in æquitate, vt dicit Abbas in d.cap.querelam, & in cap. peruenit, de cenſib. ſed iſta cauſa ex forma ſtatutorum veniebat decidenda ſecundum veritatem & æquitatem, ideò fuit concluſum ad fauorem actricis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in pecunia an de bonis offerre poſſit.*

CONCLVSIO XXVIII.

1 DEbitor † in pecunia per publicum inſtrumentum iuratum conueniebatur à creditore vt ſolueret pecuniam debitam: debitor autem ſe excuſabat quòd non habebat pecuniam, ſed offerebat ſe paratum de aliis ſuis bonis in ſolutum dare. Quærebatur an eſſet audiendus. Concluſum fuit pactum huiuſmodi valere, & debitorem cogi ad ſoluendum in pecunia: quia virtute iuramenti præcisè eſt obligatus ad ſoluendum in pecunia, vt plenè declarat & proſequitur in terminis Iaſ. in conſilio ix. numero 10. in primo volum. quia licet debitori res ſuas vendere, & ex his pecuniam redigere, & pactum ſeruare, bene verum eſt quòd ſi debitor probaſſet ſuam impotentiam, iuxta tradita per Bartol. & alios in l.decem. ff.de verborum obligat. & ſe eſſe pauperem, & non habere modum ſoluendi in pecunia, & bona ſua ſubhaſtaſſet, & perquiſiuiſſet emptores qui emerent tantùm de bonis ſuis, vt poſſet ſoluere creditori ſuo, & conſignaſſet bona, & tranſtuliſſet dominiū, & tempore oblationis dediſſet fideiuſſorem, & obſeruaſſet formam. authenti. hoc niſi. C. de ſolutio. & omnem tandem diligentiam adhibuiſſet circa venditionem, & reparationem pecuniæ: tunc non obſtante pacto etiam iurato, debitor offerendo de bonis liberaretur: ita pulchrè conſuluit Iaſ. in allegato conſilio ix. in primo volum. verſicu. agredior, & Roma. in conſil. clxiij. Feder. de Senis, in conſil. lx. incipien. quod pactum. quia iuramentum non ligat ad impoſsibile. Io. Petr. de Ferrarus in ſua practica, in forma reſpon. libelli. in actione hypothecaria, ſuper gloſ. exceptionem ſolutionis. in fine. Alexand. in conſil. xxiij. inſpecto proceſſu. Si verò debitor conuentus eſſet obligatus in pecunia, & non adeſſet iuramentum, neque pactum ſpeciale, quòd ſolutio fieret in pecunia, dicit Ioan. Pet. in loco allegato per d. authen. hoc niſi. quod generalis practica obſeruat, quòd debitor offerat de melioribus bonis ſuis, taliter quòd in creditoris electione ſit accipere quam rem ſibi ex melioribus placuerit, & pro tanto quòd debitor tenetur ſub eius iuramento bona omnia ſua conſignare, vt creditor poſſit ſibi meliora eligere. Iaſ. tamen in d. conſilio, quod omnino videbis, cùm occurrit caſus, dicit quòd tali caſu erit ſeruanda forma tradita in dicta authent. hoc niſi, ſi beneficio illius vult gaudere.

SVMMARIVM.

1 *Contractus celebrati eodem die, loco, tempore, & conteſtibus, dicuntur correſpectiui.*

2 *Emptor pro parte pretij ſoluti re tradita, conſequitur fructus pro ea rata, non autem pro parte pretij non ſoluti.*

3 *Emptor fundi ſterilis qui nullos fructus percipit, an teneatur ad vſuras pretij non ſoluti.*

4 *Venditio facta pro certo pretio cum pacto quòd debeat æſtimari, & iuxta æſtimationem pretium augeri vel minui, dicitur pura & perfecta, & transfertur ex ea dominium.*

5 *Venditio conditionalis, ſecuta traditione habetur pro pura, & ex ea dominium transfertur.*

6 *Intereſſe quod conſequitur contra emptorem agentem ad fructus pro parte debet æſtimari ſecundum verum valorem fructuum, & dicitur intereſſe compenſatorium cum fructibus, & in effectu excluſiuum ab ipſis fructibus.*

CONCLVSIO XXIX.

IN cauſa Ioan. Andreæ pupilli, & Samaritanæ de Rannutiis, dubitatur de duobus. Primò, an Samaritana hæres conductoris teneretur ad fructus perceptos poſt finitam locationem, an æſtimationem? Secundò quatenus teneretur ad partem fructuum reſpectu ratæ pretij ſoluti, an ab alia parte eſſet abſoluenda? Circa primum quærebatur, quia † licet contractus venditionis eſſet purus, tamen 1
quia immediatè eodem loco, tempore, & conteſtibus ſecutus eſt contractus conductionis, & ſic fuerunt correſpectiui, vt declarat Bald. in l.petens. C. de pact. in l.penult. §.mulier. ff. ſoluto matrimo. & Cor. in conſil. ccevj. in iij. volum. colum. iiij. in princ. omnia pacta appoſita in contractu conductionis, cenſentur appoſita in contractu primæ venditionis, & ſtante vltimo pacto in conductione, quòd debeat fieri æſtimatio, omnes contractus videntur eſſe conditionales. l.fin. C. de contrahen. empt. & ſic vt in venditione facta ad menſuram, concludit Barto. in l.Iulianus. §. Titius. de act. emp. tex. eſt in l.quod ſæpe, §. in his. ff. de contrahen. emptio. & ſic contractus iſte non videtur perfectus, ſed conditionalis, & dominium non cenſetur tranſlatum, † & propterea conductor non videbatur teneri ad fructus 2
finita dicta conductione, & dato quòd teneretur: aliqui ex dominis, dicebant tantùm teneri pro rata pretij exburſati, & ſi petantur reliqui fructus poſſe agi per poſſeſſores, eoſdémque venditores ad intereſſe, non habita conſideratione ad valorem ipſorum fructuum, & ſic reos condemnandos ad omnes fructus, actorem verò ad intereſſe, & per venditionem non poſſe denegari reſtitutionem omnium fructuum, & pro iſta concluſione allegabant gl. in l.curabit, de act. emp. communiter approbata, quæ dicit, quòd quando emptor agit contra venditorem ad fructus, & pretium non exburſauit, venditor petit intereſſe, & ſic glo. videtur decidere caſum quòd venditor non poteſt retinere fructus propter pretium non exburſatum, ſed debet agere ad intereſſe, & ratio eſſe videtur: quia intereſſe non debetur ratione fructuum, nec habita conſide-

rationc ad ipſam rem, ſed ſolùm propter fidẽ non
ſeruatam, vt dicit Bald. in l.ij. C.de vſur.vbi voluit,
3 quòd † emptor fundi ſterilis, ex quo fructus non
percipit, teneatur ad vſuras pretij non ſoluti: cum
qua doctrina videtur concordare Paul. ibi, & Soz.
videtur eum ea tranſire conſil.cxxxiij.col.j. vol.j. &
in conſi.cxxvj.col.ij.in prin.vol.ij. & ſic in caſu præ-
ſenti aliqui dicebant reos condemnandos ad omnes
fructus. Contrarium tamen concluſum fuit, videli-
cet, reos condemnandos ad fructus, ab alia verò par
te abſoluendos: & pro iſta opinione adducebatur
Cor.in conſil.cxxx.vol.iiij.in ij.col.qui alleg.Bald.in
l.traditio.in xj.q.de actio. empt. vbi quærit ſi ab ini-
tio emptor ſoluit partem pretij, poſtea ſoluat reli-
quum, an debeat conſequi partem fructuũ interim
collectorũ pro rata pretij ſoluti? & concludit quòd
non de rigore, ſed ex generali æquitate, ne quis lu-
cretur cum aliena iactura, & idem voluit Bar.in l.fi-
ſtulas.§.qui fundum.de contrah.emp. & idem Bart.
in l.fi.de fun.do. quam legẽ ad hoc omnes allegant,
& tanto magis eſt vera iſta opinio in caſu occurren-
ti, quia virtute ſtatuti iſta cauſa erat terminanda de
æquitate, nulla iuris & ſtatutorum ſeruata ſolenni-
tate, & euitandus erat circuitus fructuum & inter-
eſſe. Contrariis reſpondebatur: & ad primum dice-
4 batur, quòd † contractus, non obſtãte illo pacto di-
citur purus & perfectus.tex.in l.hæc venditio. & ibi
Bald.in §.fin.de contrahen. empt. vbi probat quòd
venditio poteſt eſſe pura, pars tamen pretij cõditio-
nalis, & hoc idem probat tex.in l.ſi pater.§.penul.de
pac.doct. precium enim principale eſt purum, & res
eſt certa, licet augmentum & diminutio ſit in condi
tione, videtur enim actum, vt augeatur vel minua-
5 tur iuxta æſtimationem. † Et hoc idem per dicta iu-
ra in contractu venditionis facto de certis bonis in-
fra tales confines pro certo pretio, cum pacto quòd
debeat menſurari, & ſi fuerit maioris, vel minoris
menſuræ, quàm ſit expreſſum, debeat augeri pre-
tium, concludit Soz.conſ.vlt.in iij.vol. Et ſtante iſta
concluſione vera, dominium fuit tranſlatum, & ſic
fructus ſpectant ad emptorẽ.l.fructus, de act.empt.
Secundò dictum fuit ſecutam fuiſſe traditionẽ pro-
pter quam, dato quòd contractus fuiſſet conditio-
nalis, tamen dominium fuiſſet tranſlatum per tradi-
ta per Pau.in l.ij.C.de peric.& commod.rei vend.vbi
idem tenuit Ang.quos ſequitur Dec. in conſ.clxxix.
poſt Corneum quem allegat in cõſ.50.vol.j. & idem
Dec.in l.traditionibus, col.ij.C.de pact. Non obſtat
etiam ſecundum fundamentum, quia glo.in d.l.cu-
6 rabit.debet intelligi ſecundum terminos d.l. † Et ſic
quòd intereſſe tantum valeat, quantum eſt valor
fructuum perceptorum, vt voluit Pau.in l.Iulianus.
§.ex vendito, de actio. empt. & ſic quando emptor
agit ad fructus pro rata pretij non ſoluti, venditor
aget ad intereſſe cum fructibus, & ita excludendo
hoc modo emptorem à fructibus pro illa rata non
ſoluta, & ſic in effectu emptor nullos fructus poteſt
petere. ita declarat Aret.in conſil.clxix. aliàs clx.in-
cip.longa.col.vj.& idem Soz. appellando tale inter-
eſſe vſuras recompenſatorias in conſil. cix. in prima
parte, col.v. Et dictum Bald.volentis quòd intereſſe
non conſideretur habito reſpectu ad fructus cum
concord. Soz. in loco ſuprà allega. non eſt verum,
quia idem Soz.in d.conſi.cix. ſequitur dictum Pau.
quod comprobatur auctoritate Iacobi de Aret. &
Iaco.Butr. & Bal.in l.minor. C.in quib. cauſis in in-
tegr.reſti.vbi dicunt ſi maior xxv.ann. vendidit fun
dum & tradidit, emptor verò pretium non ſoluit.
Et ita incurſa ſit mora irregularis, ita demum vſura
pretij non ſoluti debetur venditori, ſi emptor fru-
ctus percepit ex fundo tradito, ſecus ſi non perce-
pit. Et ſic prædicta faciunt contra opin. Bald. quam
etiam Salic. damnat in d. l. ij. quoad diſpoſitionem
iuris canonici, quod in hac materia ſeruandum eſt,
& eam reprobat Alex.in l. de diuiſione.col. penult.
ſolu.matrim. & pulchrè Aret.in conſil.cl.aliàs cxlix.
incip.viſis diligenter.num.10.& 11.circa fi.vj.col. vbi
dicit opin.Bal.eſſe contra tex.in d.l.curabit.ibi, quas
& perceptorum fructuum ratio, & Bal.in d.l.ij. vide-
tur ſibi contrarius, prout ponderat illum Sozin. in
conſil.ciij.col.fi.verſic.tertia difficultas. volum.iiij.
ex quibus concluditur, ex quo venditor pro rata
pretij non poteſt petere intereſſe, excludendo em-
ptorem à petitione fructuum per viam recompen-
ſationis, & tale intereſſe debetur habito reſpectu ad
fructus, & ipſorum verum valorem, maximè atten-
to quòd cauſa venit terminanda ex ſola æquitate, vt
circuitus euitetur, fructus pro rata pretij non ſoluti
non deberi in effectu emptori, & ſic venditor fuit
ab eis abſolutus. Et huic ſententiæ partes ac-
quieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Venditione facta de fundo, ſed non de iugeribus, & ſtatuto pretio pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, & reperto numero minore pronunciato, an venditor teneatur illud quod deficit ſupplere, ſiue pretium pro rata reſtituere.*

CONCLVSIO XXX.

DOminus Gaſpar Tiola de Mutina, vendidit
Magnifico Ioanni Petro Vaſellario Bononien.
tantam ratam & partem vnius poſſeſsionis, confi-
natæ iuxta, &c. poſitæ in villa Creſpollani commu-
nitatis Bononiæ bubulcarum quinquaginta vel cir-
ca, quæ capiat ſummam librarum octingentarum
pro indiuiſo cum ipſo venditore reſpectu reſidui,
æſtimando totam dictam poſſeſsionem libris dua-
bus mille quingentis, accidit quòd partes ipſę men-
ſurarunt fundum, qui fundus ſolùm fuit repertus
eſſe numeri bubulcarum quadraginta, vnde orta li-
te quærebatur an venditor deberet illud quod de-
ficiebat ſupplere ſiue reſtituere pretium pro rata.
Concluſum fuit quòd ex quo venditio fuit facta de
fundo & non de iugeribus, & ſtatutũ fuit pretium
pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, & nu-
merus bubulcarum.l.vel circa.pronunciatus reper-
tus eſt minor, quia ſolùm continebat bubulcas xl.
huiuſmodi damnum pertinere ad venditorem, &
ſic ad dominum Gaſparem, & quòd ipſe venditor
teneatur & debeat reſtituere pretiũ pro rata ſiue ſup
plere, per tex.in l.ſi ſeruum. §.modus. & in l.ſi duo-
rum.& l.ſi venditor.ff.de act.emp. & ibi per Pau.de
Caſtr. & per gloſſ. & Odoffred. in d. §. ſi modus. &
Bald.in rub. C.de contrahen. empt. xxij.q. & Alex.
in conſil. vij.in iiij. volum. vbi allegat text. in d. l.ſi
venditor. nam ibi dicitur, quòd ſi vendidi ſeruum
cum peculio, quod dixi & pronuntiaui eſſe decem
aureorum,

aureorum, dicitur ibi quòd ſi pluſquam decem erat in peculio totum debetur emptori: ſi autem minus decem, tunc illud quod deficit, véditor ſupplere tenetur, & Specu. in tit. de empt. & venditio. §. ſciendum, circa verſi. penul. inquit quòd ſi tota poſſeſsio vendita generaliter pro vno pretio, pura vendo tibi fundum hunc qui eſt iugerum centum pro libris mille, quòd tunc ſi reperitur eſſe minus fiet diminutio pretij habita ratione bonitatis, & non menſuræ iuxta not. per Bart. & Ang. in l. ſi ex falſis, in ij. colum. C. de tranſact. & Ang. in l. creditoris, ff. de diſtract. pigno. & Paul. de Caſt. in l. qui ſolidum. §. j. ff. de leg. ij. & ita de voto dominorũ pronunciaui.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in reſcripto procedat eius arbitrio, an aliquid operetur.*
2 *Arbitrium conceſſum, an poſsit exerceri ſine cauſa. & num. 7.*
3 *Prorogatio inſtantiæ, an ſi fiat valeat, ita quòd ſit neceſſe appellare, vel ſit nulla.*
4 *Arbitrium datum iudici, videtur datum tanquam bono viro.*
5 *Iudex in deciſorijs & præiudicialibus vigore arbitrij conceſsi tenetur ſeruare formã legis vel ſtatuti.*
6 *Arbitrium conceſſum intelligitur in ventilando non in decidendo.*

CONCLVSIO XXXI.

1 SVpplicatum † fuit papę in quadam cauſa vt committeret & daret poteſtatem eidem iudici prorogandi inſtantiam. Papa reſcripſit ſub iſta clauſula, videlicet, idẽ iudex procedat eius arbitrio, cuius reſcripti vigore iudex prorogauit inſtantiam, opponebatur prorogationem eſſe nullam, ex eo quia erat prohibitum iudici prorogare inſtantiam. ex aduerſo replicabatur imò prorogationem valere primò, virtute dicti reſcripti: ſecundò, quia dicta prorogatio non eſt nulla mero iure ſed valet, propterea debuit appellari: quęſitum fuit, an dicta clauſula ſcilicet procedat eius arbitrio, aliquid operetur, & an virtute dictæ clauſulæ iudex potuerit prorogare, ita quòd valuerit talis prorogatio? item an fuerit neceſſe à tali prorogatione appellari? Dicebatur primò, iudicẽ nõ potuiſſe prorogare ex quo ſibi erat prohibitum, maximè virtute ſtatuti, nec obſtare dicta verba eius arbitrio: quoniam conceſſo arbitrio non venit, quòd poſsit facere à iure prohibitum niſi ex iuſta cauſa: debet enim formare ſuum arbitrium ſecundum leges, & tenetur vigore arbitrij ſeruare formam ſtatuti, quia arbitrium datum iudici videtur datum tanquam bono viro, vt de prædictis per Odofr. in l. Labeo. §. hæc clauſula, ff. de ſupel. leg. Felin. c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. in ij. col. & ſeq. Afflictus in j. lib. conſtit. regni, in rubric. Vſurariorum, in iiij. notab. Abb. in c. j. de dilat. not. in l. ſi. de arbit. Felin. in c. exceptione, de exceptio. in ij. col. Paris de
2 Puteo in tracta. ſyndic. in verbo poteſtas. † Nam habens quis arbitrium non debet illud exercere niſi cauſa expreſſa, licet ſecũdum Bal. in l. j. §. vnde quæritur. ff. de exercitoria ſine cauſa valeat: quinimò liberum arbitrium conceſſum iudici per ſtatutum, quod importat liberam voluntatem à iure non regulatam, vt per Feli. in d. c. exceptione, debet exerceri cauſa cognita. & non aliter. Alex. in l. quid ergo. §. pœna, de infam. vbi dicit quòd non, ideò iudex poteſt fulminare. † Secundò dicebatur prorogationem nullam, & propterea appellationem non fuiſſe neceſſariam, quia iudex non poteſt prorogare inſtantiam appellationis, cùm publicè interſit lites abreuiari, & non fieri immortales, vt not. Alex. 3
& alij in l. properandum. C. de iudic. Doct. in ca. ex ratione. de appellat. Contrarium tamen fuit concluſum, quòd imò iudex potuit prorogare vigore arbitrij ſibi conceſsi per dictum reſcriptum: quia dicta prorogatio reſpicit proceſſum. Ita voluit Ioan. de Imol. in l. filiuſfamiliàs. ff. de dona. vbi dicit, quòd interdum datur arbitrium ei qui aliàs habebat poteſtatem procedendi regulatam à ratione, puta poteſtati, vel alteri officiali prout in caſu præſenti, & tunc vt dicta verba, ſcilicet procedat eius arbitrio, aliquid operetur, importabunt liberum arbitrium, ſed vbi conceditur ei qui aliàs non habebat facultatem procedendi, puta quando conceditur priuato in quem compromittitur tanquam in arbitrium: quia ſi committitur ſimpliciter in arbitrium, talis tenetur in procedendo ſeruare ordinem iuris, ſecus ſi compromittatur in liberum arbitrium, & idem tenuit in l. qui Romæ. §. Calimachus. de verb. oblig. & idem tenet Felin. in c. canonum ſtatuta, in xvij. col. num. 86. de conſtit. ſubdens quòd ita poteſt intelligi, quod not. Inno. in c. ſi. de ferijs. idem videtur tenere Signorolus de Homod. in conſil. ccxlv. in fin. col. per not. per Dyn. in l. Lutius, in prin. ff. de milit. teſtam. vbi dicit, † quòd arbitrium datum iudici videtur datum tanquam bono viro, vt not. in l. fin. de arbitr. ſed licet bonus vir omittat propter arbitrium ſibi conceſſum apices iuris, & ſcrupuloſam inquiſitionem, tamen non condemnabit niſi per concludentes probationes, nam animus iudicis non debet moueri prætextu arbitrij ſibi cõceſsi, ſed ſecundum probationes: quia licet arbitrium datum operetur circa ſolennia iudiciorum, tamen circa deciſiua, & ſic circa probationes nihil operatur, † quoniam in deciſorijs & præiudicialibus iudex vigore arbitrij conceſsi tenetur ſeruare formam legis vel ſtatuti, vt not. Anto. de But. in rubr. de conſuet. & Io. Cald. in q. ſtatuto ciuitatis, & idem Bald. in l. procuratorem. ff. de cond. indeb. & Imol. in clem. paſtoralis. de re iudic. vbi dicunt, † quòd arbitrium conceſſum intelligitur in ventilando non in decidendo, & dictum Io. de Imo. in d. l. filiuſfamiliàs, ſequitur Alex. in l. j. ff. de arbitr. Contraria loquuntur in deciſiuis, ſecus in his quæ ſolùm concernunt proceſſum. † Aduertat tamen iudex, quòd licet datum ſit ei arbitrium, cuius vigore poſsit aliquid plus, nunquam tamen illud exerceat ſine iuſta cauſa. ita dicit Florianus in l. vt fundus. ff. commu. diuidun. & ſic illud exerceat cauſa expreſſa, & cognita. & in hac materia quomodo intelligitur illud, ſcilicet, quòd dicta verba debent intelligi, vt aliquid operentur, vide Alex. in conſil. xxxiij. viſo themate, in prima parte. 4 5 6 7

Circa ſecundum dum dicebatur prorogationem nullam, replicabatur, quòd nõ erat nulla mero iure, ſed quòd valebat, niſi appellaretur ab ea, per ea quæ not. Peruſi. in c. ſignificante, de appellat. in illa quæſtione, an dilatio ſemel data poſsit reuocari, vbi dicit, quòd omni caſu valet reuocatio, etiam abſque iuſta cauſa, niſi à tali reuocatione appelletur. Tamen

tatus parit effectum limitatum.l.in agris.ff.de acqui.
5 retum dom.†Et actus abſolutionis non debet operari vltra intentionem abſoluentis.l.non omnis. ff.ſi cert.pet. Nam relaxato vno iuramẽto perit ur abſolutio alterius iuramenti, & perſona prius eſt habilitãda quàm actio cumulãda. Ideo cùm iſto caſu iſte temaneat abſolutus ſolum ab iſto capite, ſcilicet in quo iuramentum obſtabat ne ageret, videtur adhuc ligatus ex alio capite, ſcilicet obſeruantiæ cõtractus, & pro hac parte tanquam tutiori fuit concluſum.

Adde & omnino vide Aymonem in cõſi.vij.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſsit à ſententia lata per iudicem in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri confirmatoria laudi.*

CONCLVSIO XV.

1 DVbitatum fuit: † An à ſententia lata per iudicem in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri confirmatoria laudi poſsit appellari. variæ fuerunt in hoc articulo hincinde opiniones. Partem affirmatiuam quòd poſsit appellari, tenuerunt Iaco. But.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.Inno. in c.innotuit,de arbit. Bal.in l.j. C. ne lic. ter.prnno. & in l.j.in iij.col. C.de his quæ pœnæ nomine, & in c.fin.in fi.quo temp. mil. in vſ. feud. & in l.tale pactum.§.qui prouocauit. ff. de pact. & in l. fi.x.col. C. de contr.emp.& in c.præſentata,de teſtibus. Ant.de But.in c. Quintaualllis.in xxiij.differentia, de iureiu. Idem Io. de Imo. ibi verſ. an autem à ſententia, dicens quòd ita etiam Pet. de Anch. in diſputatione ſua incip.cum C.laicus. Idem Pau.de Caſtr. in l.j. ff. de leg. ij. & idem ibi Alex.de Imo.& in conſi.cvij in iij.vol.& Ioan.de Imo.in c.j.de conſtit.& in l.publicorum.ff.de pub.iudic.Lud.de Roma.in l.arbitro. ff. qui ſatiſ.cog.& in conſi.cclxi.Idem Raph.Cum.in d. l.j.de leg.ij Idem firmat D. Vitalis in clauſulis ſuis chart.clxix.Idem tenet Bapt. de S. Blaxio in tract.de arbitr.in q.xcix. Idem videtur tenere Pau.de Caſtr. in conſi.xxij.incipi.circa primum.

Partem verò negatiuam quòd non poſsit appellari tenuit Io. And.in add. Specu. in tit. de app. §. in quibus. verſ.quid ſi conueniat.vbi refert D. Ruſticanum diſputaſſe hanc quæſtionem. & concluſit quòd non licet appellare. Idem tenuit Sali. in l.maioribus.C.de app.& in l.cum antea. C. de arbit.& in d. §. arbitrorum. vbi dicit de facto ſe ita conſuluiſſe. Idem Bat.in d. l.j. de leg. ij. dicens hanc partem firmaſſe Innu.in c.præſenti.de reſcrip.Idem Ang.in d. l.arbitro.idem Abb. in c. Quintauallis, de iureiur. Car.Florent.in c.expoſita,de arbitris. & idem Ioan. Pet.de Ferrariis in ſua practica Papienſi in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromiſſo,ſuper verbo,nec reductio,in fi. vbi dicit quòd iſta opinio ſibi magis placet. Adde Franc. Aret. in l.properandum.§.ſin autem.C.de iudic. & Guid.pap. in deciſi. ccccxxxvj.nu.lxxxiij.fol.clxxxiiij.

Adde quòd iſtam partem conſulendo firmat Maria.Soz.iun. conſi. xv. duplex. nu.5. cum ſeq. volu.j. Lanfranc.de Oriano in tract. de arbit.in iij.parte. q. xxij.dicit poſt longam diſcuſsionem quòd non peccaret in Spiritũſanctum ille qui tenet vnam vel alteram opinionem. tandem fuit concluſum partem affirmatiuam quòd poſsit appellari,eſſe magis communem & veriorem opinionem, & magis tutam, cùm faueat appellationi, quæ in dubio & regulariter in qualibet cauſa conceditur niſi expreſsè inueniatur prohibita glo. no. in l. qui reſtituere. ff.de rei vend.vbi Ang. & iſtam partem eſſe magis veram & communem atteſtatur Matth.de Afflict.in conſtitutionibus regni in rub. appellationum tempora, in xj.col.in glo.fin.ij.libr.à char.lxij vbi dicit vidiſſe in pleno conſilio regio per valentiſsimos Doctores fuiſſe determinatum quòd non obſtante appellatione à ſententia boni viri præſtita ſatiſdatione in caſu rettactationis,quòd fiat executio ſententiæ boni viri & procedatur in cauſa appellationis, & hoc quando apparet quòd ſententia boni viri parum lædit, & ideò vidiſſe quòd magna curia quando appellatur ab eius ſententia lata, vt à bono viro, non admittit niſi ſi & inquantum licet poſsit admittere, ſi & inquantum.

Adde Lanfrancum de Oriano in c.quoniam contra, de probat. in verbo interlocutoriæ & appellationes, verſi.xv.fallit colum.xxxv.à char. in lib.meo. xc.ſequitur opin.Bal. quòd poſsit appellari ſi in appellatione exprimatur qualitas & quantitas læſionis. aliàs non valeat appellatio, ſubdens quòd ille qui vult appellare vt inſerat in appellatione qualitatem & quantitatem læſionis aliàs ſuccumbet, dicens quòd ita ſenſit de practica ſeruari, & meritò, quia per opin.Bal.opin. reducuntur ad concordiam. videas, quia plenè examinat ibi articulum.

Adde pro reſolutione eorũ quæ dicta ſunt in iſta xv.quæſtione modernos in tract. de compromiſsis in x.quæſtione.nu. 19. vſque ad finem,vbi latiſsimè examinant iſtum articulum, & ponunt diſtinctionem,videas omnino ſi caſus occurret.

SVMMARIVM.

1 *Locatori ſufficit ad probandum poſſeſsionem non eſſe laboratam iuxta conuenta, producere inſtrumentum locationis,& tẽpus laboratura eſſe lapſum.*
2 *Iudex non debet ferre ſententiam contra contumacem,niſi ſibi conſtet de meritis cauſa ſaltem vnius partis.*
3 *Verba arbitrio boni viri, qualiter intelliguntur.*
4 *Fideiuſſor promittens certum quid ſub certa pœna, non tenetur ad aliud intereſſe.*
5 *Fideiuſsionis effectus non extenditur vltra verba ipſius,& ſonum eorum.*
6 *Obligatio an per appoſitionem pœna nouetur.*
7 *Pœna in dubio videtur adiecta loco intereſſe.*

CONCLVSIO XVI.

IVdicatum fuit ad inſtantiam Ser Darij de Bononia contra eius colonos: primò, quia fuerunt contumaces: ſecundò, quia intentio ſer Darij fuit ſatis ſufficienter probata per inſtrumentum locationis vltra teſtes examinatos. †Nam de iure communi lo- 1
catori ſufficit ad probandum poſſeſsionem non eſſe laboratam iuxta conuenta, producere inſtrumentũ locationis,& tempus laboratur eſſe lapſum. Alex.in conſi.lxxviij.incip.viſis nonnullis dubitationibus.in iiij. vol. faciunt nota. per Bartolum in l. in illa. ff.de verb.oblig.vbi concludit, quòd licet aliàs teneatur probare negatiuam, quæ eſt cauſa ſuæ intentionis agendo,

agendo, vel excipiendo, tamen non procedit quan-
do aliquis negat aliquem feciſſe id ad quod ipſi re-
nebatur, quoniam probato quòd ſibi debeatur, ha-
2 bet intentionem fundatam. †Et propterea in iſto ca
ſu non obſtabat, quod no. Abb. in c. dudum, de elec.
in ij. col. vbi dicit, quòd iudex non debet ferre ſen-
tentiam contra contumacem, niſi ſibi conſtet de
meritis cauſæ ſaltem vnius partis, ſi alia pars eſt con
tumax. ſiquidem in dicto caſu probatum fuit de me-
ritis cauſæ vnius partis, ſcilicet ſer Darij actoris vl-
3 tra contumaciam. †Reſpectu verò fideiuſſoris pro-
mittentis, quòd conductores laborabunt poſſeſsio-
nem arbitrio boni viri fuit dubitatum. Et primò di-
cebatur fideiuſſorem teneri, quia illa verba arbitrio
boni viri, intelliguntur ſecundum diſpoſitionem
ſtatutorum. Alex. in terminis, in d. conſi. lxxviij. in fi.
iiij. vol. Ex quibus infertur fideiuſſorem teneri ad
regalia, & alia ad quæ tenebatur principalis, atten-
to maximè, quia etiam totum iudicium cum ipſo fi-
deiuſſore proceſsit. vt conſtabat ex actis.

In contrarium dicebatur fideiuſſorem non tene-
4 ri. Primò, quoniam non ſimpliciter promiſit, †ſed
promiſit certum quid, ſub certa pœna, quo caſu nõ
videtur teneri ad aliquam. & ad aliquid intereſſe. l.
centum capuç. ff. de eo quod cert. loco. l. quæro, cum
glo. ff. locat. ſiquidem fideiuſſor obligando ſe ſub
certa pœna videtur recedere à pœna, & prouiſione
ſtatuti Bar. in l. & habet. §. cum quis. ff. de precario.
Bal. in l. fi. C. de pact. conuent. docto. poſt glo. in l. ij.
5 C. de iure emphyten. †Et ratio eſt: quia effectus fide-
iuſsionis non extenditur vltra verba ipſius, & ſo-
num eorum. l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſoribus. &
propterea non videbatur iſte fideiuſſor teneri ad
pœnam ſtatutorum, neque ad alia, & dato quòd fi-
deiuſſor promiſerit, quòd laboratores non diſce-
dent à comitatu. Hoc nihil releuat: quia non conſta-
bat in proceſſu, quòd ipſi deſeruerint fundum, vel
non: & ideò ſuper hoc non inſtatur.

Non obſtat ſtatutum, quo cauetur, quòd ſtetur
iuramento locatoris, quia probatio ſtatuti eſt priui-
legiata. & ſic non habet locum contra eum qui obli-
gatur ex facto alieno. doct. in l. ſi quando. C. vnde
vi. inferentes ad ſtatutum, quòd villa pro damno
dato teneatur. Item cùm verba fideiuſsionis non
egrediantur ſonum eorum, & promiſsio fide-
iuſſoris ſolùm ſit circa laboraturam, propterea non
tenetur fideiuſſor ad regalia, quæ in effectu diffe-
runt. Vnde diſcuſsis præmiſsis fuit terminatum fi-
deiuſſorem teneri ad intereſſe paſſum per ſer Da-
rium iuxta liquidationem fiendam, cùm illud pro
illius parte fuerit petitum, cùm ex promiſsione,
quòd laborabunt arbitrio boni viri poſt moram ſuc-
ceſſerit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non di-
6 uiduntur, verſi. Celſus de verb. obliga. †Ex promiſ-
ſione vero pœnæ facta per fideiuſſorem oriat alia
actio ad pœnam: & per vnam non nouatur altera.
declarant plenè doct. in l. ita ſtipulatus, in verſ. ſi ita
ſtipulatur, de verb. oblig. Et in huiuſmodi remedijs,
ſeu actionibus in propoſito eſt electio actoris. Bar. in
l. cum proponas, & in l. vbi pactum, in iij. col. C. de
tranſac. Ergo fuit in electione ſer Darij agere ad in-
7 tereſſe, vel ad pœnam, †quia in dubio pœna videtur
adiecta loco intereſſe. Ioan. And. in regul. bona fides,
in Mercurial. ad fi. Alex. in conſ. lxvj. ij. vol.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſsit à ſententia lata in poſſeſſorio.
per totum.*
2 *Cauſa poſſeſſorij an ſit magni, vel modici præiu-
dicij.*
3 *Sententia lata ſuper poſſeſſorio an ſit diffinitiua, vel
interlocutoria.*
4 *Cauſa poſſeſſorij eſt ſummariè agitanda.*
5 *Intellectus ad l. j. C. ſi de momen. poſſeſſ.*
6 *Conſtitutio Marchia Anchonitana prohibens ap-
pellari poſſe à poſſeſſorio quomodo procedat.*

CONCLVSIO XVII.

QVæſitum fuit, †an à ſententia lata in poſſeſſo- 1
rio poſsit appellari: concluſum fuit clarú eſſe,
quòd de iure canonico poteſt appellari. clem. j. & ibi
Car. in j. opp. de ſeq. poſſe. & propriet. & gloſ. in c.
cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Bal. in conſi. cxxvj.
iij. volu. & conſi. cxxxviij & in iiij. volu. conſil. xciiij.
Fed. de Senis in conſi. lxxvij. & doct. in d. cle. j. Spec.
& Ioannes And. in addi. in titu. de appella. §. ij verſi.
vj. & iſta opinio communiter tenetur, vt dicit Abb.
in d c. ad ſedem, & ibi per alios doct. Domini de re-
gno cclxix. incip. iudices. Idem tenet Archi. ij. q vj.
c. ſunt quorum, ratio maximè, quia de iure canoni-
cu à quocunque grauamine illato, ſiue in iudicio, ſi-
ue extra iudicium poteſt appellari, vt in c. ſuper eo,
de appella. De iure vero ciuili communis eſt conclu-
ſio, quòd à ſententia lata in poſſeſſorio, non poteſt
appellari. l. j. & ibi Cy Bar. Bal. Ang. & alij doct. C. ſi
de moment. poſſeſ. fuerit appella. Spec. de app. §. in
quibus ver. vj. non appellatur. & de libel. concep. §.
nunc videndum, ver. xxvj. Bar. in l. ij. de app. recip. in
ij. col. verſi. quæro, vſque ad verſic. redeo ad mate-
riam. Deci. in conſi. xxviij. per tot Bart. in l. j. ff. & C.
de interd. Sali. Ange. de Aret. inſt. de act. §. item Ser-
uiana, in v. col. Cor. in conſ. cxciiij. j. vol. in litera c. & f.
Sed iſta communis concluſio, quòd de iure ciuili
à ſententia lata in poſſeſſorio non poſsit appellari,
redditur dubitabilis: nam fundatur principaliter
duabus rationibus. Prima ratio, quia iudicium poſ-
ſeſſorium eſt modici præiudicij: Secunda ratio, quia
ſententia in poſſeſſorio eſt interlocutoria, à qua de
iure ciuili non appellatur. l. ante ſententiam. C. quo-
rum app. non recip. †Sed prima ratio quòd poſ- 2
ſeſsio ſit leuis præiudicij tollitur, quia poſſeſsio mul
ta commoda parat, ex quibus colligitur eſſe magni
præiudicij, quæ refert Ioan. Rip. in c. ſæpe. in ij. col.
num. 3. extrà de reſtitu. ſpol. vbi dicit, quòd iſta ratio
per text. in d. c. ſæpe. non videtur vera, & per com-
moda poſſeſsionis relata ibi per eum vltra prædi-
cta, & quòd poſſeſſorium ſit magni, & non leuis
præiudicij, tenuit Franciſc. de Cur. in repet. l. admo-
nendi. col. lxxj. à char. xvij. in lib. meo. nu. [illegible] c. & 271.
verſic. quæri circa iſtam vltimam quæſt. Bart. quæ
cauſæ dicantur magnæ, vbi damnat rationem di-
centium, quòd à ſententia poſſeſſorij non poteſt
appellari ex eo, quia cauſa meri poſſeſſorij eſt mo-
dici præiudicij, dicens, quòd talis opi. quòd ſit mo-
dici præiudicij ſemper fuit viſa ſibi erronea, & ma-
lè intellecta. quinimò quod poſſeſsio eſt maximi
præiudicij, & vltra prædicta, ipſa experientia hoc
docet, & tenet Alex. in conſi. cxxxix. nu. 16. volu. vj.
†Secunda

3 † Secunda ratio non eſt bona, quoniam ſententia lata ſuper poſſeſſorio eſt diffinitiua, cùm in ea offeratur libellus, & lis conteſtetur, vt in l.j.& ij. ff. vti
4 poſſ.& in §.hodie.inſti.de interd. †Verum tamen eſt quòd cauſa poſſeſſorij debet agitari ſummariè, tex. in l.momentaneç.C.vnde vi·gl.eſt in l.j.ff.quor.legaratio prima fuit, quia grauamen reparatur in petitorio, vt in l.qui petitorio.ff.de rei vend. ita dicit Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.de probat.in verbo.interlocutoriæ & appellationes. nu. 102. & 101.à carte in lib.meo.xcj.& ideò Ioannes Ripa in d.c.ſæpe, dicit poſito enim quòd eſſet interlocutoria, quod non concedit, tamen propter difficultatem probandi dominium eſt apta parere præiudicium irreparabile per diffinitiuam in petitorio. Et ideo deberet etiam poſſe appellari de iure ciuili, vt dicitur in d.l.ante ſententiam. & propterea Ioannes Ripa in d.c.ſæpe, dicit iſtam opi. fortè contra communem eſſe veriorem. quam veriorem dixit Panor. in c.cum ad ſedem, in vltima char.& ita conſuluit in conſi.lv. in cauſa quæ vertitur ad præſcus.ij.lib.& idem Ang. in conſi. cvij. col. fi incip. dicta conſtitutio.ita etiam tenuit Bart.in l.ij.ff.de appell.recip.

5 † Ad text.in d.l.j.C.ſi de moment. poſ.fuerit.app. reſpondetur quòd ſententia habet effectum:quia nõ differtur executio,tamen recipitur app.& iſtam opinionem ſequitur Alberic.de Roſat.in d.l.vnica. vbi dicit, imò rectè intuenti illa lex non inhibet appellationem,ſed videtur concedere.& eandem opin.ſequuti ſunt Domini de regno in d.deciſ.cclxix. incip. iudices inferiores.Idem Matth.de Afflictis in tit.de probat. in appellationibus in rubtica iuriſpetitorum in iij.col.verſi.xcj.limita.in ij.lib.conſtit. regni à carte in lib.meo lxix.& Nic. Ant.Grauatius in annot. ad Praxim Octaui. Veſtr. lib. vij. cap. iij·nu. 38. vbi hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur. Et ita fuit obſeruatum, & iſta eſt tutior pars: quia per eam nõ tollitur appellatio & ſic defenſio,& interim nõ retardatur executio & maximè,quia iſto caſu nõ inuenitur lex quæ expreſsè prohibeat appellationẽ.

Retenta tamen communi concluſione quòd à ſententia lata in mero poſſeſſorio de iure ciuili non poſsit appellari, patitur multas limitationes, de quibus per Firmanum in ſuo repertorio, ver.app.à ſententia poſſeſſorij, verſi.primo & de quibus per Soz. in ſuo tract. fall.reg.xviij in verſi.app.& per Deci.in d.conſi.xxviij.& per Lanfranc.in allegato loco & ibi in apoſtillis & de quibus per Iaſ.in l.j.C.de bo poſſ. ſecundum tab. Et ex prædictis etiam colligitur vna limitatio, quòd de iure ciuili quoad effectum ſuſpenſiuum non admittitur appellatio: ſecus quoad effectum deuolutiuum. Et prædicta niſi per ſtatutum eſſet depoſitum ſimpliciter quòd in cauſa poſſeſſorij non poſsit appellari, quia tunc cùm ſtatutum contineat iuris iam conceſsi extenſionem, intelligeretur præciſè prohibere appellationem etiam in caſibus de iure permiſsis ne aliàs reddatur ſuperfluum, ita nota.Bald.in l.ij.C.de app.ſequitur Aret.in conſi. cv.in præſenti dubitatione.in fi. Quod facit ad conſtitutionem Marchiæ Anchonitanæ, per quam prohibetur appellari in cauſa poſſeſſorij, ita Antonius de Fano in tractatu de pigno. in octaua parte principali in prima parte, in prima colum. à carte lxij. in lib.meo.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, procurator, prælatus commendatarius, ſi contra eos excipitur non eſſe tales, quando hoc probare debeant.*

2 *Libellus qualiter formandus ſit per excipientem contra aliquem non eſſe prælatum.*

3 *Qualitas aliqua quoties eſt fundamentum excipientis reſpectu habilitatis vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa qualitate conſtare.*

CONCLVSIO XVIII.

QVæſitum fuit. † An ſi aliquis nomine alieno & non ſuo nomine agat, puta tutor pro pupillo, procurator pro domino, prælatus pro eccleſia, commendatarius & ſimiles, & negatur quòd ipſe non eſt tutor, vel quòd nõ eſt procurator, vel quòd non eſt prælatus illius eccleſiæ, cuius nomine agit: vtrum aute litem conteſtatam debeat hoc probari, dicebatur quòd iſti agentes vt tales debent probare ante litem conteſtatam ſi negetur quòd ſint tales vt ſe aſſerunt, vt in l.ij. C. ſi tut.vel curat.interu.l.ij. & l.licet. C.de procur. facit id quod dicit in Spec.in tit.de actore.§.j.ſed pone quidam dicens,& in verſi. item etiam obſtante prælato, vbi refert vj.opi.vtrum prælatus poſsit agere ſine conſenſu capituli, & in iij. oppoſitione refert quòd prælatus æquiparatur adminiſtratori & tutori, & ſic videtur agere alieno nomine, & per conſequens debet probari ante litem conteſtatam quòd eſt prælatus eccleſiæ, ſi opponitur quòd non eſt prælatus, nec in poſſeſsione prælaturæ, & hoc expreſsè firmat Specu.in d.verſ.ſed pone quidam dicens. & Bal. in l.non vtiliter. C.de eo qui pro tut.neg.geſsit. †adde Celſum in repertorio 2
ad Felinum, in verbo, exceptio tu non es prælatus, vbi dicit quòd cautus ſit qui format libellum ſine exceptionem, vt dicat non es prelatus neque in poſſeſsione prælaturæ, quia ſi diceret ſolum tu non es prelatus, talis exceptio non impedit litis ingreſſum. Facit quia quotieſcunque aliqua qualitas eſt fundamentum excipientis reſpectu habilitatis vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa inhabilitate prius conſtare, vt not.in l.ſi quæramus, quæ eſt quinta in ordine.ff.de teſta. no.glo.in l. ij. C. de edi. diui Adria.toll.Bal.in l.id quod pauperibus. iij. col. verſi. venio ad quartum.C.de epiſc. & cleri. ſicut eſt ſi negetur qualitas. fundans iuriſdictionem ſecundum vnam opi.debet ante omnia de illa qualitate conſtare ſi negetur, de quo in l. ex quacunque. ff. de in ius voc.vt cant.& per Inno.in c.ſuper his, de reſcript.& Bal.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.& ibi concor.ideo Ioan. And.in c.j.de conceſ.præben. lib.vj. in nouella dixit, quòd quando poſſeſsio prælati agentis nomine eccleſiæ eſt recens, debet probare de titulo ad effectum vt poſsit agere ante litem conteſtatam, ſecus ſi eſt in poſſeſsione antiqua eccleſiæ, niſi eſſet quæſtio de titulo ipſius prælati, quia tunc ſatis eſt probare de titulo ad dictum effectum vt poſsit agere.idem tenet Abb.Sicu.in c.nihil, vlt.col.de elec. Et ita pronunciari in ſacro conſi.in contradictorio iudicio atteſtatur vidiſſe Matt. de Affli.in lib.ij. conſti. regni.à car.in li.meo.xxxviij.10 rub.exceptiones, ſub ri.de non retardata litis conteſtatæ exceptionis obiect.iu ij.col.verſ.ſed quæro vtrum ſi aliquis nomine alieno

alieno & non ſuo nu. 3. & 4. Adde pro veritate huius quæſtionis. D. Io. de Amicis de Venafro in conſi. xxiiij. incip. exceptionis peremptoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an pro ſe retinere poſſit emphyteuſim ad ſe reuerſam propter lineam finitam.*

2 *In conflictu opinionum illa magis amplectanda eſt, quæ fauet eccleſiæ.*

CONCLVSIO XIX.

1 DVbitatum fuit. † An ſi res emphyteutica deuoluatur ad eccleſiam propter lineam finitam, poſsit eccleſia illam pro ſe retinere & non admittere agnatos petentes renouationē, in quo dubio concluſum fuit cōmunem eſſe opinionem quòd quando eccleſia non vult alteri concedere ſed pro ſe retinere quòd poſsit, ſi autem vellet alteri locare quòd tunc agnati admittātur ad renouationem. Iſtam partem tennit Imo. in c. pen. de loc. Abb. in c. bonæ, de poſtula. prælat. Aret. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo. oblig. Calcaneus conſi. viij. col. xvij. nu. 45. Io. de Ripa in l. j. ff. de priuil. cred. Staphileus in tract. de lit. grat. prouiſ. fol. lxxix. Lud. Goz. conſi. clxxvj. & xxxix. iiij. col. nu. 21. Curt. Senior in conſi. xlviij. ſuper controuerſia, in iij. col. Imo. in d. c. bonæ, reprobata opi. Decij in conſi. cxxxj. j. vol. in iiij. col. & in conſ. cccxxviij. in caſu propoſito in ij. vol. & Io. Ripa & Gozadin. in d. locis reſpondent ad rationem Decij allegatam in cōtrarium, ad quos remitto breuitatis gratia: & iſta

2 pars eò magis placuit † quia in conflictu opi. illa magis eſt amplectāda quæ fauet eccleſiæ. c. fi. de re iudi. l. ſi pars iudicantis. ff. de re iudic. & etiam quia ſicuti eccleſia non poſſet agnatos nō comprehenſos in inueſtitura cogere ad accipiendum inueſtituram, pariter & ipſa non debet cogi ad renouandum quando vult pro ſe retinere vt æqualitas ſeruetur.

Adde, quòd iſtam opinionem, quòd eccleſia poſſit pro ſe retinere: tenet Millus in ſuo repertorio, ſuper verbo emphyteuſi. nu. 13. vſque ad nu. 14. Adde pro veritate Carol. Rui. conſi. clj. nu. 20. cum ſeq. in j. vol. & conſi. clv. in fi. eod. volu. vbi videtur tenere contrarium. ſed idem Rui. in conſi. clij. nu. 1. 2. & 3. cum ſeq. in v. vol. tenet contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor bonæfidei an condemnari debeat in fructibus perceptis poſt litem motam.*

2 *Bonæfidei poſſeſſor an poſt litem conteſtatam conſtituatur in mala fide.*

CONCLVSIO XX.

1 QVærebatur, † an bonæ fidei poſſeſſor deberet condemnari in fructibus perceptis poſt litem motam. Concluſum fuit, quòd ſic, per tex. in l. ſed & ſi lege. §. ſi ante litem cōteſtatam. ff. de pet. hære. vbi dicitur, quòd poſt litem conteſtatam incipiunt fieri malæ fidei poſſeſſores, & quòd poſt motam controuerſiam omnes poſſeſſores fiunt pares, & ibi Ang. &

2 Pau. de Caſt. dicunt, † quòd bonæ fidei poſſeſſor etiā cum titulo poſt litem conteſtatam conſtituitur in mala fide, an verò per ſolam motionem controuerſiæ conſtituatur in mala fide maius eſt dubium, & prædicta. quòd poſt litem conteſtatam conſtituatur in mala fide poſſeſſor bonæ fidei cum titulo procedunt tam in vniuerſali, quàm in ſingulari.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites & cauſas an poſsit petere compromiſſum vigore ſtatuti. & nu. 2. cum ſeq. vſque ad nu. 9.*

2 *Procuratoris in generali mandato venit omne illud ad quod dominus poſſet compelli.*

3 *Aduerſarij conditio per interuentum procuratoris deterior fieri non debet.*

4 *Compromiſſum eſt de proceſſu.*

5 *Curator datus hæreditati iacenti, poteſt facere compromiſſum neceſſarium ex forma ſtatuti. & nu. 12.*

6 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum.*

7 *Mandatum eſt diligenter obſeruandum.*

8 *Mandati qualitas attenditur.*

9 *Compromiſſum an fieri poſsit ſuper re alienari prohibita.*

10 *Minor de re ſua immobili etiam cum tutore diſponere non poteſt ſine cauſæ cognitione, & decreti interpoſitione.*

11 *Minor compellitur à ſtatuto ad compromittendum.*

13 *Differentia an fiat compromiſſum voluntariè, an verò neceſſariò.*

14 *Ex ſententia compromiſsi agitur de euictione, quando arbitri ſunt electi ex neceſsitate ſtatuti.*

15 *Prælatus ſolus an ſuper re immobili poſsit facere compromiſſum.*

16 *Diſpoſitio l. j. C. de arbit. quod non appelletur, procedit in voluntario, ſecus in neceſſario electo ex vi ſtatuti.*

17 *Actus qui fiunt ex neceſsitate ſtatuti, non regulantur ſecundum ea quæ fiunt voluntariè per partes.*

18 *Præmium debitum capienti bannitum, non datur officiali capienti ex neceſsitate ſtatuti.*

19 *Actus ex neceſsitate factus non comprehenditur ſub lege prohibente eum fieri.*

20 *Statutum prohibens alienationem, locum non habet vbi quis ex neceſsitate laudi cogitur.*

21 *Bannitus an gaudeat beneficio ſtatuti de compromiſsis.*

22 *Bannitus qui perdit beneficium ſtatuti ciuitatis, non perdit illud quod concernit publicum intereſſe, & publicam vtilitatem.*

23 *Bannitus bannitum capiens an gaudeat beneficio ſtatuti dantis præmium capienti.*

CONCLVSIO XXI.

QVidam de Paſiis de Bononia mouit quæſtionem contra alterum eius conſobrinum, ſuper certa domo. Dictus conſobrinus, reus conuentus per procuratorem cōparuit, & excepit cauſam eſſe cōpromittendam ſtāte ſtatuto, quo cauebatur inter coniūctos cauſam cōpromitti debere, & iuſtificauit eſſe de perſonis comprehenſis in ſtatuto: actor verò

opponebat

opponebat non eſſe locum compromiſſo, primò,
quia procurator rei conuenti non habebat manda-
tum ſufficiens ad petendum compromiſſum ex eo,
quia erat ſolum procutator ad agendum, & ad lites
& cauſas. Secundò, quia iudicium erat ſuper re pro-
hibita alienari de qua non fit compromiſſum. Ter-
tiò, quia reus conueotus petens compromiſſum erat
bannitus, & propterea non gaudet beneficio ſtatu-
ti. Quærebatur an locus eſſet dicto compromiſſo.
1 † Circa primum Iaſ. tangit iſtum articulum in l.
tranſactionis. C. de tranſact. in j. colum. & concludit
quòd talis procurator poteſt compelli ad compro-
mittendum ex forma ſtatuti, & quòd tale compro-
miſſum, & procurator poteſt illud facere, quia cen-
ſetur habere mandatum ad omnia neceſſaria conſe-
quentia. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procu.
2 † Item quia in generali mandato procuratoris venit
omne illud ad quod dominus de iure vel de conſue-
rudine poſſet cōpelli. Bal. & Ang. in l. bene à Zenone.
3 C. de quad. præſcrip. † Item quia per interuentum
procuratoris non deber fieri deterior conditio ad-
uerſarij. l. ij. §. defendi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Nam
aliàs diſpoſitio ſtatuti eluderetur, ſi comparēdo per
procuratorem non poſſet procurator cogi ad com-
4 promiſſum. † Præterea vt dicit Deci. in d. l. tranſactio-
nis, compromittere eſt de proceſſu, vt per Bal. in l. ſi
iudex. in ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ergo vi-
detur, quòd qui habet mādatum ad proceſſum poſ-
ſit compromittere, & hoc ſaltem in compromiſſo
5 neceſſario, † vt videmus in curatore dato hæreditati
iacenti qui poteſt facere compromiſſum neceſſa-
rium ex forma ſtatuti. tradit Deci. in conſi. xxij. & in
l. pactum curatoris. C. de pact.

Contrarium tenuit Deci. in d. l. tranſactionis, ex
tatione quia procurator conſtitutus ad lites, vide-
tur habere limitatam poteſtatem ad proſequendum
6 litem. † & limitata cauſa limitatum producit effectū.
7 l. in agris. ff. de acq. rer. do. † & mandatum diligenter
debet obſeruari. l. diligenter. ff. mand. & non ſolum
8 mandatum, † ſed qualitas mādati etiam attenditur.
not. in l. procurator ad vnam ſpeciem. C. de procur.
quæ ratio pariter videtur militare in compromiſſo
neceſſario, quoniam procurator habet limitatam po-
teſtatem ad litigandum, & compromiſſum tollit li-
tem, & videtur alterius ſpeciei, & licet à ſtatuto cō-
promiſſum requiratur illud, eſt reſpectu domini, &
non apparet quòd dominus voluerit talem poteſta-
tem procuratoribus tribuere, quia verba materiæ
dati non conueniūt, potuit enim dominus cogitare
quòd fortè tale compromiſſum non peteretur, & in
tali compromiſſo faciendo tractatur de præiudicio
domini in eligendo arbitros ſiue arbitratores, de
quibus poſſit confidere.

Ad contraria, dum dicitur iſtud venire in conſe-
quentiam, reſponder Deci. & dicit iſtud non videri
verum, quia actus ſunt ſeparati, mandatum enim
fuit ad agendum, & litigandum, & per compromiſ-
ſum à lite diſceditur, & quod dicitur de conſuetudi-
ne quòd fiat compromiſſum, nō reſpicit ipſum pro-
curatorem ſed dominum. Et dum dicitur quòd ſta-
tutum redderetur eluſorium, reſpondetur non eſſe
verum, quia ſi ab altera parte petatur fieri compro-
miſſum ſecundum formam ſtatuti, procurator re-
pelleretur, qui non habet ſpeciale mandatum. Nec
videtur obſtare dum dicebatur, compromiſſum re-
ſpicere proceſſum, quia alius eſt proceſſus qui fit co-
ram ordinario, de quo loquitur mandatum, alius eſt
proceſſus qui debet fieri virtute cōpromiſſi, & quia
compromiſſum quandocunq; ſequuto laudo in effe
ctu continet deciſionem, Moder. in tract. de com-
promiſ. in iij. q. nu. lvj. in verbo, procurator. dicunt in
hac quæſtio. pro cōcordia dici poſſe quòd aut quæ-
rimus an procurator poſſit conueniri ad hūc actum
quòd pronuncietur, quòd compromittatur, & an
poſſit intereſſe huic actui, & dicendum quòd ſic, &
ita procedāt rationes Iaſonis, quòd compromiſſum
ſit de proceſſu, cùm ſentētia hæc quòd compromit-
tatur ſit emergens cauſæ, & interlocutoria, habens
tamen vim diffinitiuæ, quo caſu poterit cōtra ipſum
procuratorem pronuntiari compromittendum eſſe.
aut quærimus an facta hac declaratione quòd com-
promittatur poſſit procurator venire ad electionē
arbitrorum, & tunc dicendum eſt quòd non: quia
iſta requirunt ſpeciale mandatum: & ita procedat
opinio Decij, quia arbitri qui eliguntur per partes
tanquam amici & perſonæ in quibus habetur affe-
ctio, ex quo procurator non poteſt venire ad talem
electionem cū ignoret affectiones principalis, nec ha
beat poteſtatem eligendi magis vnum quàm alium:
Concluſum tandem fuit in caſu propoſito quia mā-
datum erat plenum etiam quòd ipſe procurator nō
conueniretur ad hoc. ſed ipſe excipiendo peteret cō-
promiſſum pronuntiandū eſſe cauſam compromit-
tendam. Adde eoſdem modernos in d. trac. de cōpro
miſſis. q. iij. nu. 58. vbi cui debeat eſſe magis pronus iu
dex ad concedendū cōpromiſſum an actori vel reo.

Circa † ſecundum dicebatur quòd ille qui non 9
poteſt alienare rem ſeu de ea liberè diſponere, non
poteſt compromittere cùm per compromiſſum poſ-
ſet ſequi alienatio, & ille qui prohibetur alienare, ſi-
cut non poteſt immediatè alienare, ita nec poteſt fa-
cere actum per quem ſequi poſſet alienatio, glo. in l.
item quia. ff. de pact. l. codicillis. §. matre, vbi Bart. de
leg. ij. & not. in l. ſi ita quis. §. eadem lege. vbi gloſ. &
Docto. ff. de verb. oblig. quoniam melius eſt à princ.
occurrere quàm poſtea ſequuta alienatione proui-
dere. l. fi. C. in quibus cauſis in integ. reſtitutio eſt ne-
ceſ. Hanc partem tennernot Aut. de But. & Abb. in c.
cum tempore, per illum text. de arbi. eādem opi. fir-
mat Decius in conſi. xliij. & diligenter, & in conſi.
xxix. iuridicam, col. ij. verſ. ſicut. & in conſi. cclxxxij.
viſo puncto, col. j. vol. ij. & in conſ. ccccxlv. in caſu ad
me, volu. iij. In contrarium quòd imò ſuper re prohi
bita alienari debeat & poſſit fieri compromiſſum
demōſtratur, quia † videmus quòd minor de re ſua 10
immobili etiam cum tutore nō poteſt diſponere per
tex. in l. lex quæ tutores. C. de adm. tut. niſi interue-
niat cauſæ cognitio & decreti interpoſitio, & tamen
conſtat † quòd minor tenetur compromittere ſine 11
ſolennitatibus ſtante hoc ſtatuto, vt tenet Ang. Pau.
de Caſt. Alex. & Iaſ. in l. ſi plures. ff. de pact. & ponit
in l. & ſuum. in §. hodie. eo. titu. & decidit Bal. Sali.
Aret. Pau. de Caſt. Alexan. Iaſ. qui dicit hanc eſſe ve-
ram opinionem, in l. fi. C. de in integ. reſti. conſuluit
Alex. conſi. ccliiij. abundè ſatis. volu. vj. Bal. in conſi.
ccclviij. ſuper eo quòd quæritur, vol. iij. & Moder.
in tract. de compromiſ. ſuper iij. q. principali. in ver-
bo minor, vbi concludunt minorem poſſe compelli
ad comp

ad compromittendum ſtante hoc ſtatuto: & ſic qui non poteſt alienare, poteſt compromittere ex vi ſtatuti.

12 Idem † videmus in curatore dato hæreditati iacenti, qui non poteſt compromittere voluntariè, vt per Ang. in conſil. excij. quæritur. & tamen talis curator poteſt ſtante ſtatuto prædicto compromittere, cùm non dicatur eo tunc alienare, vt ponit Ang. in d. conſi. & ſeq. col. fi. ſequitur Decius in conſ. xxij. pro tenui. vol. j. & in c. cùm M. de conſtit. col. penult. num. 31. ex quibus conſtat quòd curator qui non poteſt alienare, poteſt ex hoc ſtatuto compromittere,

13 † vnde longa eſt differentia, an fiat compromiſſum voluntariè, an verò neceſſariò ex forma ſtatuti: cùm ſecundo caſu partes dicantur eſſe in iudicio, & arbitri electi vigore ſtatuti ſint iudices, vt l. apertiſsimi.

14 C. de iud. hinc videmus † q; ex ſententia cõpromiſsi voluntarij non agitur de euic. vt eſt tex. in l. ſi dictũ. §. ſi compromiſeto. ff. de euict. & tamen ſi fuerit ſententia arbitri electi ex neceſsitate ſtatuti, ex eorum ſententia agitur de euictione. Bart. in d. §. ſi compro-

15 miſero, in princ. Bal. in l. fi. C. de iud. † videmus quoque quòd prælatus ſolus poteſt eſſe in iudicio etiam ſuper re immobili, vt per Abb. in c. contingit. in fi. de tranſact. & tamen de ea non poteſt facere compromiſſum, adducit ibi Abb. rationẽ, quia iudicium eſt neceſſarium. Ideò in prælato poteſt eſſe: compromiſſum autem eſt voluntarium, & ſic in actu neceſſariò res non alienabilis poteſt deduci, & per conſequens in compromiſſo neceſſario, ſecus in voluntario.

Adductis in contrarium reſpondebatur vnico verbo, quòd contraria procedunt in compromiſſo voluntario, ſecus in neceſſario, prout in ſtatuto præmiſſo per prædicta Dec. in c. prudentiam, col. vij. nu. 21. de offi. dele. & Soz. in conſ. liiij. in fi. abundè & ſub-

16 tiliter, vol. j. † Et dicit Bal. in conſ. ccclj. Ioannes. ver. circa tertium. volu. v. quòd diſpoſitio l. j. C. de arbit. quòd non appelletur procedit in voluntario, ſecus

17 in neceſſario electo ex vi ſtatuti. † & ſic quæ fiunt ex neceſsitate ſtatuti, non regulãtur ſecundum ea, quę fiunt voluntariè per partes, vt dicit Bartol. in l. uj. §.

18 vetum. ff. ad Sylle. vbi vult † quòd officialis qui capit bannitum, non conſequitur præmium ſtatuti, quia non volũtariè, ſed ex neceſsitate ſtatuti hoc feciſſe

19 videtur. † Rom. in conſ. ccxix. inci. ex themate conſultationis. col. ij. dicit quòd actus qui fiunt ex neceſsitate, non comprehenduntur ſub lege prohiben-

20 te actum fieri. † Cur. in conſ. xvij. Magnificus. dicit quòd ſtatutum prohibens alienationem, non habet locũ vbi quis ex neceſsitate laudi cogitur, & ſic apparet actus voluntarios multum differri ab actibus neceſſarijs, ad id quod videtur cõſuluiſſe Decius in d. conſ. xliij. ver. conſuluit quòd ſtante ſtatuto. quòd cauſæ compromittantur inter quaſcunq; perſonas, & de quibuſcunque rebus. Moderni in d. trac. iiij. q. nu. 18. in fi. reſpondent quòd ſtãtibus prædictis malè ſenſerit, quia non valet conſequentia, non poteſt alienare, ergo nec compromittere, quando compromittitur ex neceſsitate ſtatuti, prout ipſe Decius fatetur in d. conſil. xxij. vbi vult curatorem teneri ad compromiſſum vigore ſtatuti, ex quo neceſsitatur, & idem ponit in d. c. cum M. col. pen. Item aliter reſpondent, quòd ſtatutum ſuper quo conſuluit Decius, illud ſtatutum ſit odioſum, cùm generaliter loquatur, quòd non eſt in ſtatuto, de quo ſuprà, quod eſt fauorabile, & concernit publicã vtilitatem, cùm comprehendat tantùm propinquos, vt dicit ipſemet Decius poſt alios in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Item aliter dicunt, quòd Decius non fuit motus ex illa ratione tantùm ad conſulendum, ſed ex alijs, vt ibi per eum: cùm etiam idem Decius in conſil. ccc. viſa petitione. col. iij. expreſsè hoc dicat, quòd ſtatutum non habet locum, quando compromittitur ex neceſſitate ſtatuti prædicti. Concluſum fuit tandẽ ex præmiſsis compromiſſum fieri debere & poſſe de re quantumcunque alienati prohibita ex vi prædicti ſtatuti.

Circa tertium dicebatur † bannitum non poſſe 21 vti beneficio dicti ſtatuti, ex eo quia erat bannitus pro graui delicto, propter quod amiſerat patriam & bona, quo caſu habetur pro mortuo ciuiliter, imò in materia compromiſsi. Alex. Rom. Iaſ. Soz. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obli. concludunt quòd ſi duo fecerunt compromiſſum, & alter ex compromittentibus eſt bannitus, ita q; ſint eius bona confiſcata & publicata, quòd compromiſſum annullatur, & dicunt hanc eſſe communem opinionem, in arbitratore loquentes, quòd ſi procedit in arbitratore, tanto magis dicendũ eſt in arbitro, cuius compromiſſum facilius annullatur, vt per docto. in d. l. ſi quis arbitratu. Contrarium fuit concluſum quòd imò ex virtute dicti ſtatuti bannitus poterit & poſſit excipere, vt dictum eſt, & petere compromiſſum † quia licet bannitus perdat beneficium ſtatuti ciui- 22 tatis, tamen non habet locum quando eſſet aliquod beneficium, quod etiam concerneret publicũ intereſſe & publicam vtilitatem, nam tunc bãnitus illud non amitteret. vt tenent Bar. Bal. Alex. in l. cùm inutilis. ff. ſol. matri. per tex. in l. ſi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Sylle. adde Iaſ. in conſil. clxvij. incip. motiuis ſubtiliter. num. 3. in ij. volu. † Et iſtud comprobat 23 Bald. in l. j. ad fi. C. de precib. Imper. offe. & l. libertas. ff. de ſta. hom. vbi ſtante ſtatuto, quòd dat præmium capienti bannitum, contingit quòd bannitus capit alium bannitum. nunquid debebit habere præmium iſte capiens bannitum, & concludit quòd ſic, per d. §. hi quoque. quia non attenditur intereſſe patientis, ſed publicum intereſſe, & hoc verum, niſi ius occidendi beneficium ſit, puta dicit ſtatutum, quòd liceat hęredi facere vindictam patris, nam ſi bannitus eſt, tunc ei non licet, quia beneficium perdidit per bannum. ita dicit Bal. in d. l. libertas. ſed ſtatutum de cauſis compromittendis inter coniunctos, eſt fauorabile, & inductum ob publicam vtilitatem, quia publicæ vtilitatis eſt lites abbreuiari. ita tenet Bar. Bal. Pau. de Caſt. in j. conſtit. C. col. j. Bal. in l. ambitioſa, in v. col. verſic. quæro quòd ſi ex prædictis. & ibi Alex. in addit. ff. de dec. ab ord. fac. idem Aleſand. in l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. in primo not. & in conſilio cxxv. viſo proceſſu cauſæ vertentis, eodum. fin. vol. vij. & hanc partem ſequuti ſunt Bald. Salic. Pau. de Caſt. Alex. Corn. Iaſ. Rom. Dec. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. & Moderni in d. tract. de compromiſsis, atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem. videlicet quòd huiuſmodi ſtatutum valeat, & quòd ſit fauorabile, & inductum ob publicam vtilitatem, allegantes multa.

c.cùm haberet,& Bal.in l.eam quam.in princip. vlt.
cartæ.C.de fideicom.Adde Ioan.Lupi de Palatiis ru
beis in repetitio.cap.per veſtras, car.136. ſuper ver-
bo in conſtituenda tamen dote.in iij col.verſic.iſtud
tamen debet intelligi.de donat.inter virum & vxor.
quòd dos data filiæ ſpuriæ,debet eſſe penes eam,dũ
viuit non eam tranſmittit ad ſuos hæredes,ſed red-
dit ad patrẽ,procedit quando pater inuitus ad mã-
datum iudicis dictam dotẽ aſsignat,quia tunc non
tranſit ad hæredes filiæ ſpuriæ,ſecus ſi pater volens
eam aſsignauit, & voluit eam tranſmitti ad filios
eiuſdẽ filiæ,quod poteſt facere, alle.l.fi. C.de na.lib.
Bar.tenet in l.fi.ff.de his quibus vt indig. Bapt. de S.
Senctino in repet.l.ſi qua.C.ad orficianũ.col. ante-
pen. & quòd relictum non teneat quò ad hæredes.
not.Doct.in d.c.cum haberet,in tract.ſuperius alle.
imò dicit Calde.in conſi.lxvj.col. quòd alimenta in
talibus non ſplendidè ſecundum qualitatem patris
conſiderantur , ſed ſolùm ſecundum educationem
7 de iure naturali , † quia de iure canonico,pater non
poteſt dare filio ſpurio niſi quatenus debet habere
pro alimentis. & nõ vltra.Bar.in l.ſi quis à liberis,ff.
de lib.agnoſ.& in auth.ex complexu.C.de ince.nup.
not.in l.ſi à competenti.C.de alim.præſtan.& Doct.
8 in d.c.cùm haberet. † Ideo alimenta ſpuriis à patre
non ſecundum nataliũ opulentiam,ſed ad præſcri-
ptam de iure naturali & canonico formulam danda
ſunt.adde Frã. de Curt.Inn.in conſi.xxxvij.in j.par-
te.Cùm igitur Iudit haberet maritum,vt conſtat ex
proceſſu,& habuerit dotem, dicitur habere vnde ſe
9 alat,ex eo,quia † maritus tenetur vxorẽ alere nulla
etiam dote conſtituta ſiue data,vt not.Cy.& alij in l.
ꝙ in vxorem,C.de neg.geſt.Iac.de Are. & Bal.in l.ſi
cùm dotẽ.§.ſin autem in ſeuiſsimo.ff.ſol.mat. Alex.
conſi.cxlix.ij.vol.viſis,in j.col.Laur.Calcan.in conſ.
lviij.requiſitus his diebus,nu.8.9.10.& ſeq.vbi etiam
10 ſubdit † ꝙ pater nõ tenetur ſpurios alere ſi poſſunt
aliundè ſe ſuſtentare.Guid.Pap.conſil.cxxvij.incip.
de hoc anno Domini.& deci.ccccl ix.incip. an vir.&
11 in quæſtionib. Tholoſanis. q.lxxvij. † Et licet Iudit
dicat maritum eſſe pauperẽ. & iſta aſſertio videatur
ſufficere,quia iſta qualitas habet præſumptionem,
quę ineſt à natura, cũ quilibet nudus & pauper na-
12 ſcatur. † & qualitas ſemel poſita,quæ nõ tollitur ex
curſu temporis præſumitur exiſtere , niſi probetur
ſublata, vt tenet Crotus, in l.ſi conſtante, xiiij. col.
verſ.quid tenendum.ff.ſol.mat. tamen reſpondetur
13 quòd † cùm iſta qualitas paupertatis ſit fundamen-
tum ſuæ intentionis debuit probari , ita Bart. in l.ſi
verò.§.qui pro eis,ff.de his qui ſatiſdare cogantur.

Vlterius dato quòd ex huiuſmodi aſſertione in-
ſurgeret præſumptio, nihilominus talis præſum-
ptio debuit deduci & allegari , cùm iuris præſum-
tio debeat proponi & allegari, vt per eundem Cro-
tum. in d. l. ſi conſtante , ver.etiam dicit quòd talis
aſſertio paupertatis eſt ſpecies probationis , pro-
pterea cùm in caſu iſto non fuerit talis præſumptio
deducta neque allegata,non potuit amplius dedu-
ci , neque allegari , neque proponi , cùm ſimus in
termino legali qui habet vim præſcriptionis , vt ſu-
pra eodem concluſione xj. infra quem terminum
talis aſſertio cùm ſit ſpecies probationis debuit
14 proponi,deduci & allegari.† Præterea tale legatum
non dicitur ſimpliciter factum,ſed factum cùm nu-
bet, & ſic pro filia maritanda, quo caſu non dicitur
ſimpliciter factum , ſed ob certam cauſam ſecundũ
Ange.de Periglis de Peruſio in l. Lutius.ff.de leg.ij.
in iij. & iiij. col. ſi ergo dicta cauſa finalis eſt finita
& adimpleta,quia filia eſt maritata,concluditur le-
gatum eſſe finitum , licet ſecus eſſet in cauſa impul-
ſiua & in implemento modi , vel conditionis,vt per
Glo.in l.mulier. C.de iur.dot.& l.conditionum quæ
in futurum.ff.de cond.& demonſt. & ita communi-
ter tenent Doc.in d.l.filia legatorum.C.de leg. & in
d.l.huiuſmodi.§.ſi pater. & d.l.Lutius.ff.de legat.ij.

Nec † obſtat dum dicitur quòd tale legatum vi- 15
detur reſolui ſaltem in vim alimentorum,quia illud
poſſet fortè procedere quando legatum eſſet factum
ſimpliciter,& mulier non haberet aliunde ſe aleret,
ſecus verò quando legatum eſt factum ob cauſam
prout in iſto caſu, vel mulier habet vnde ſe alat.

Præterea quòd huiuſmodi legatum ſimpliciter
factum ſpurio nulla facta mentione de alimentis,
non præſumatur nec dicatur factum pro alimentis,
ſi de alimentis non eſt facta mentio,conſuluit Lan.
Calcanus in d.conſi. lviij. requiſitus his diebus.nu.
8.cum ſeq.& idem tenet Barto. Caſſaneus in conſil.
xxxix.nume.51.cum ſequen.& retenta iſta opinione
clarum eſt quòd ſpurius non eſt capax alicuius reli-
cti niſi alimentorum , & ex iſtis fuit iudicatum ad
fauorem Liuiæ contra Iudit.

Adde ad materiam iſtius deciſionis , & omnino
vide quando occurret caſum Craue. in conſ. ccxix.
numero 7.in ſecundo volum. vbi an ſpurius tali ca-
ſu debeat cauere. Item adde eundem Craue.in con-
ſilio cxcix. ad ſubtilia.primo volum. vbi declarat
quomodo quis dicitur habere aliunde ſe alat,
quando ex operibus ſuis poteſt viuere , & multa,
quæ omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio patroni abſque inſtitutione habentis ius inſtituendi,an tribuat ius aliquod præſentato.*
2 *Ius inſtituendi in beneficiis ſiue collatio ad quem ſpectet.& infrà numero 8.*
3 *In poſſeſſorio recuperandæ in beneficialibus an neceſſe ſit quòd coloretur poſſeſsio.*
4 *Poſſeſsio colorata quæ dicatur , & quomodo probetur.*
5 *Poſſeſsio incolorata quæ ſit , & qualiter probetur.*
6 *Probatio quæ requiratur in poſſeſſorio in beneficiis.*
7 *Confeſsio aduerſarij non probans titulum agentis an ſufficiat ad colorandum poſſeſsionem ſpoliati.*
9 *Collatio beneficij facta per exiſtentem in quaſi poſſeſsione conferendi an ſufficiat ad obtinendum beneficium.*
10 *Quaſi poſſeſsio inſtituendi per vnum teſtem probatur.*
11 *Vltimus ſtatus in beneficialibus an ſit attendendus, & quomodo intelligatur.*

CONCLVSIO XXIII.

VAcante certa eccleſia per obitum rectoris in
diœceſi Bononienſi quidam dominus Marcus
Gandulphus in dicta eccleſia fuit præſentatus à

nonnullis vt patronis, & ſucceſsiuè fuit inſtitutus
per certum Archipresbyterum S.Io.Bapt.& immiſ-
ſus in poſſeſsionem dictæ de mandato dicti Archi-
presbyteri, quo ſtante ſuperuenit quidam D.Nico.
de Turri habens per prius collationem dictæ eccle-
ſiæ vacantis, vt ſuprà, ab ordinario, de mãdato ipſius
ordinarij fuit immiſſus in poſſeſsionem dictæ eccle-
ſiæ, & eiectus de ipſa eccleſia fuit tunc prædictus d.
Marcus per vnum Macerium, vnde prædictus do.
Marcus agebat in poſſeſſorio reintegranda, & ſic
ſuper ſpolio, cauſa fuit commiſſa Rotæ ad referen-
dum. In primis pro parte dicti D. Nicolai dicebatur
d. Marcum non iuſtificare ſuam intentionem ex
1 præſentatione patronorum. quæ non ſufficit, † quia
præſentatio patroni abſque inſtitutione epiſcopi, &
ſic ordinarij, vel alterius habentis ius inſtituendi,
non tribuit aliquid ius præſentato in eccleſia, cap.
2 quod autem. & ibi not. de iure patr. † ſecundò, quia
ius inſtituendi in beneficiis, ſeu eorum collatio de
iure ſpectat ad ordinarium loci, cap. omnes baſilicæ,
xvj. q. vij. cum ſimilibus latè adductis per Decium
conſil. cxvij. in princ. & in conſil. cxxj. in princ. Ter-
3 tiò, quia † in poſſeſſorio recuperandæ in beneficia-
libus non ſufficit poſſeſsionem ſuam probare, niſi
etiam ipſa poſſeſsio coloretur, iuxta tradita in cap.
in literis. de reſtit. ſpolia. & tradit Rota deciſ. xiiij. in
nouis. vbi allegantur concord. & Bellame. deciſ. xij.
xvij. & deciſ. xlix. ex quibus inferebatur vt ipſe do.
Marcus non poſſet ſuam intentionem iuſtificare ex
præſentatione patronorum, quæ non ſufficit, ne-
que ex inſtitutione facta per archipresbyterum, qui
tunc non erat ordinarius dictæ ciuitatis Bononiæ:
neq; ex immiſsione in poſſeſsionem dictæ eccleſiæ,
per mandatũ iudicis, cùm coloratio neceſſariò re-
quiratur, & de coloratione non videbatur cõſtare.

In contrarium adducebatur ex deductis in pro-
ceſſu, fundatam fuiſſe intentionem D. Marci agen-
tis: nam de præſentatione D. Marci, itẽ de eiuſdem
inſtitutione facta per Archipresbyterum, item de
mandato Archipresbyteri, de immittendo D. Mar-
cum in poſſeſsionem eccleſiæ, de qua contendeba-
tur, item de poſſeſsione eccleſiæ accepta. Item de
eiectione dicti D. Marci facta per Macerium, plenè
in proceſſu apparebat, & pariter de ſtatu eccleſiæ,
quòd eſſet de iure patron. parochianorum, tum ex
pluribus præſentationibus, tum ex dictis teſtium
examinatorum, propterea tota difficultas huius
materiæ reducebatur ad iſtum punctum, videlicet,
nunquid dicta poſſeſsio dicti domini Marci eſſet
4 colorata. Circa quod concluſum fuit, † quòd de co-
lore dictæ poſſeſsionis ſufficienter conſtaret, præ-
ſertim in huiuſmodi iudicio poſſeſſorio: nam poſ-
ſeſsio colorata dicitur ea, quam præceſsit titulus
collatus ab eo, qui ius conferendi habebat, licet mi-
nus iuſtè contulerit, & ſic vbi non eſt defectus ex
5 parte conferentis, ſed ex parte recipientis. † Et poſ-
ſeſsio incolorata eſt ea quando licet titulus præceſ-
ſerit, defectus fuit in conferente, quia poteſtatem
conferendi non habuit, vt declarat Cald. poſt Com-
poſt. & Hoſtienſ. ibi per eum allegatos in cap. cùm in
noſtris. in ſecunda quæſt. de conceſ. præben. & Lap.
allega. xvj. cum ſimilibus. & talis poſſeſsio colorata
in poſſeſſorio iudicio, non debet de neceſsitate ple-
nè probari, ſed ſufficit quòd ſummariè, & præſum-
ptiuè probetur, vt concludit Bellam. in deciſ. xcviij.
& melius deciſ. xcix. tenet Caſsiad. deciſ. viij. in titu.
de reſtitut. ſpoliat. Et ideò voluit idem Bellame. de-
ciſ. 50. quòd petens ſe reſtitui ad poſſeſsionem bene-
ficij, à qua ſpoliatum ſe dicat, & producat literas
collationis beneficij Vicarij Epiſcopi, & per eun-
dem Vicarium probet illum habuiſſe mandatum à
domino Epiſcopo ſuper dicta collatione, ſufficit ſibi
colorare poſſeſsionem ſuam modo prædicto, licet
de iure Vicarius Epiſcopi non haberet ius confe-
rendi, cap. fina. de offic. vicarij. in vj. † quoniam in 6
poſſeſſorio non requiritur plena probatio tituli. Sed
præſumptiua & colorata, & illam deciſ. Bellame. ſe-
quitur Caſsiad. dicta deciſ. viij. & voluit idem Bel-
lame. deci ccclxxviij. aut ccccclxxviij. aut cccxxviij.
aut ccccxxviij. quòd prouiſio prætenſi ſubexecu-
toris, vnà cum ſententia adiudicatoria lata contra
alium, etiam ſine gratia & proceſſu ſufficiat ad co-
lorationem poſſeſsionis, licet non ſufficeret in pe-
titorio, & tamen non probatur poteſtas huius præ-
tenſi executoris, neque ſententia inter alios lata
præiudicat aliis. l. ſæpe. de re iudica. Et † videmus 7
quòd confeſsio aduerſarij non probat titulũ agen-
tis, vt not. in c. vnico, de eo qui mit. in poſſeſ. in vj. &
tamen dicta confeſsio ſufficit ad colorandum poſ-
ſeſsionem ſpoliati, vt tradit Rota deciſ. ccccviij. &
ccccxxj. in nouis. & Geminianus in dicto cap. vnico,
colum. ij. & Caſsiad. deciſio. viij. ex quibus collige-
batur apparere de poſſeſsione colorata in hoc iudi-
cio, atteta inſtitutione facta de dicto domino Mar-
co, per prædictum dominum † Archipresbyterum, 8
cuius ius & poteſtas inſtituendi præſumptiuè pro-
bata fuit ex aliis duabus inſtitutionibus diuerſis
temporibus factis per duos D. Archipresbyteros, de
duobus rectoribus dictæ eccleſiæ, quæ inſtitutio-
nes habuerunt effectum, cùm enim ex ipſis inſtitu-
tionibus plenè probata ſit d. Archipresbyteri quaſi
poſſeſ. iuris inſtituendi, ſatis dicitur præſumptiuè
conſtare, quòd idem d. Archipresbyter habebat ius
inſtituendi, quinimò videbatur dici poſſe, quòd iſta
probatio tituli quaſi ſufficeret in petitorio, per ea
quæ tradit Peruſi. in cap. primo, poſt Dyn. & alios,
de reg. iur. in vj. vbi voluit quòd † collatio beneficij 9
facta per eum qui non habebat ius conferendi, ſed
credebat ſe habere, & erat in quaſi poſſeſsione con-
ferendi, ſufficiat ad beneficium obtinendum, licet
ſecundum Theologos veritate comperta aliud di-
ceretur, ſed iſte Archipresbyter credidit ad ſe ſpe-
ctare ius conferendi, ſeu inſtituendi, vt patet ex
dictis duabus inſtitutionibus, quæ habuerunt effe-
ctum, † cùm quaſi poſſeſsio inſtituendi etiam per 10
vnum actum probetur, vt nota. in cap. querelam,
per illum tex. de electio. Neque obſtat ſi diceretur
quòd imò ordinarius erat in quaſi poſſeſsione inſti-
tuendi, cùm per ordinarium factæ fuerint plures
dictæ eccleſiæ inſtitutiones de vltimis temporibus,
† & vltima poſſeſsio ſiue ſtatus attendi debeat, per 11
ea quæ tradit Dec. conſil. cxxvj. vbi plura adducit.
Nam reſpondetur, quòd vbi duæ poſſeſsiones, ſeu
quaſi ſunt incompatibiles, tunc vltima attendi-
tur, & procedunt dicta per Decium. vbi autem ſunt
compatibiles vtraque eſt attendenda, ſed in iſto ca-
ſu ordinarius poteſt eſſe in quaſi poſſeſsione iuris
inſtituendi ex iuris diſpoſitione. Item & dictus

Archi

Archipreſbyter accumulatiuè ad ipſum ordinarium, vt not. in cap. paſtoralis. de offic. ordina. in vj. Et ex præmiſsis fuit relatum ad fauorem domini Marci, ſcilicet ipſum reintegrandum ad poſſeſsionem dictæ eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator tenetur præſentare ſuum principalem vt poſitionibus reſpondeat.*

2 *Principalis tanquam magis informatus, cogitur perſonaliter venire in iudicium ad reſpondendum de veritate.*

3 *Dilatio parti aſsignata non currit donec tardatur per aduerſarium reſpondere poſitionibus.*

CONCLVSIO XXIIII.

1 DVbium erat, † an procurator teneatur præſentare ſuum principalem in iudicio, vt reſpondeat poſitionibus, nam reus inſtabat procuratorem actoris vt faceret comparere principalem reſponſurum. procurator verò actoris replicabat, quòd reus faceret principalem ipſius procuratoris citari. Reus verò replicabat quòd ipſe procurator notificaret principali ſuis impenſis. Concluſum fuit procuratorem teneri præſentare ſuum principalem in iudicio ad reſpondendum, per ea quæ not. Barto. in l. ſi actor. ad finem, de procu. vbi dicit quòd ſimplex procurator ſemper tenetur facere comparere principalem in iis in quibus melius nouit veritatem, & idem ibi Pau. de Caſt. col. vlt. verſic. & not. quòd quandoque. quod & clarius voluit ibi Bald. in ſecunda col. verſi. quæro vlterius, vbi format quæſtionem, ſi reus inſtet contra actoris procuratorem, quòd faciat comparere principalem, & procurator actoris reſpondeat, quòd reus faciat eum citari, reus autem replicet quòd procurator notificet domino ſuis impenſis, & concludit poſt Dy. & Guilg. procuratorem teneri ad notificandum domino ſuis
2 impenſis vt veniat. † Et licet verum ſit neminem regulariter cogi poſſe in iudicio perſonaliter comparere, ſed ſufficit quòd mittat procuratorem, vt eſt textus in cap. j. de iudic. in vj. & in l. fin. C. de procu. Tamen principalis quando eſt magis informatus cogitur perſonaliter venire in iudicium ad reſpondendum de veritate, vt per Doct. in dictis iuribus, & declarat Bar. in l qui bona. §. ſi aliena. ff. de dam.
3 infec. † & interim dilationem datam non currere, quia dilatio parti aſsignata non currit, donec per aduerſarium tardatur reſpondere poſitionibus, vt per Bald. in l. fin. colum. penult. de feriis. gloſ. in clemen. ſæpe, in verbo poſt dationem. de verborum ſignific. & Baldus in l. j. colum. ſecunda. C. de iuram. calum.

SVMMARIVM.

1 *Euictioni an & quando locus ſit.*

2 *Creditor qui euicit rem pro credito, ſi offerat rem dimittere recepto ſuo credito, & ille à quo res fuit euicta, nolebat amplius rem, an poſsit illum cogere rem recipere.*

CONCLVSIO XXV.

1 QVidam † Hieronymus de Bombice, vendidit Ser Franciſco Buccanis certum terrenum pro certo pretio ſoluendo infra certum tempus, & dicto emptori tradita fuit poſſeſsio terreni, mortuo venditore, & adhuc non ſoluto pretio per emptorem, mota fuit lis ſuper dicto pretio, per certas mulieres contra emptorem, quæ petebant executionem contra ipſum emptorem pro dicto pretio per eum adhuc non ſoluto, & pendente huiuſmodi iudicio, inſurrexerunt fratres Sancti Iaco. de Bononia, creditores dicti q. vēditoris in notabili ſumma, cum hypotheca bonorum, & pacto precarij, & coram prætore reuocato pacto precarij egerunt contra d. Ser Franc. ad dictum terrenum, & tandem fuit euictum à Ser Franciſco emptore, & abdicatum à manibus eius, & facta fuit executio, quòd ſufficit vt locus ſit euictioni, vt not. in l. habere licere. ff. de euictio. Alex. in conſil. iiij. in iij. volum. in prima col. & propterea iniquum erat emptorem non habere
rem, & teneri ad pretium. † Sed nata fuit difficultas ex eo quia fratres Sancti Iacobi, facta iam executione, & recepto terreno obtulerunt, recepto eorum credito in pecunia, ſe paratos dicto emptori tali caſu dictum terrenum dimittere ac relaxare, emptor verò nolebat, concluſum fuit dictum emptorem non eſſe obligatum dictum terenum recipere, quia non tenetur illud reemere, vt not. per Paul. de Caſtr. in l. emptorem. §. idem Neratius. ff. de actio. empt. 2

SVMMARIVM.

1 *Principalis litigans per procuratorem effectum dominum litis, propter ipſius infirmitatem ſi omiſit cauſam appellationis infra tempus, an aduerſus lapſum inſtantiæ reſtitui poſsit.*

2 *Infirmitas præſtat iuſtam cauſam reſtitutionis: & paupertas operatur vt fatalia non currant.*

3 *Negligentia procuratoris an noceat domino, & ex ea poſsit dominus excuſari.*

4 *Procurator ad lites tenetur de ſuo expenſas indicij ſubire.*

5 *Intellectus ad l. etiam. C. mandati.*

6 *Procurator non appellans an & quando teneatur domino ad intereſſe.*

7 *Procurator in curia tenetur ad expenſas regiſtri pro domino abſente.*

CONCLVSIO XXVI.

PRincipalis † litigans per procuratorem iam effectum dominum litis propter ipſius infirmitatem omiſit cauſam appellationis infra tempus probatorium præfixum à lege municipali inſtruere propter quod petiit ſe in integrum reſtitui aduerſus lapſum inſtantiæ probatoriæ durante eius infirmitate. Quæſitum fuit an deberet reſtitui? dicebatur ſtante eius graui infirmitate probata, ſi cauſa fuiſſet per ipſummet principalem agitata, clarum eſſe reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ eſſe concedendam. l. j. §. fin. ex qui- 1
bus cauſis maior. in integr. † quia infirmitas præbet iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, prout diximus de paupertate, quæ operatur vt fatalia non currant, vt concludit Iaſ. in l. inuitus. C. de procurat. vbi plura adducit, & ſequitur Caſsiad. in tit. de appel. deciſ. vj. num. 2. qui ibi in num. 4. concludit etiam quòd infirmitas, vel præſtat excuſationem 2

vel præſtat iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum.
3 † Sed dubium faciebat quoniam ipſe principalis,vt ſupponitur, habebat procuratorem, qui erat dominus litis,& per quem potuit & debuit cauſa inſtrui, & ideò ſi procurator fuit negligens,& cauſam non inſtruxit,non debet ex hoc principalis excuſari,neque ei concedi reſtitutio in integrum, ex eo quòd fuerit infirmus cum negligentia procuratoris, per quam appellatio deſeritur noceat domino, vt non excuſetur,vel vt in integrum non reſtituatur,vt declarat Philip.Fran.in c.ex ratione.in ij.car.verſ.quid autem ſi occurrent,de appella. Adde & vide Bald.in conſil.cccclij.incip. ſuper facto non poteſt dari, in iiij.volum.& tenet Caſsiadorus in d.tit.de appel.deciſ.v. maximè cùm dictus procurator eſſet ſoluendo,quia poſſet contra eum agere ad intereſſe incurſum propter eius negligẽtiam.l.à procuratore, cum ſimilibus. C. manda. ſi enim procurator ſoluendo non fuiſſet, tunc bene principalis potuiſſet in integ. reſtit. per not.in l. properandum. §.fin. C.de iud.& in l.arbitrio.§.dolo. de dolo tradunt Francus & Caſſiadorus in allegatis locis. Cùm igitur iſte procurator & dominus litis non inſtruxerit cauſam, & inſtantia ex eius negligentia fuerit lapſa, videbatur principali actionem competere contra procuratorem ad intereſſe,non autem remedium reſtitutionis
4 in integrum aduerſus fatalia decurſa. † Nec videtur quòd procurator potuerit in hoc ſe excuſari, quòd ipſe non debebat cauſam propriis expenſis inſtruere, & quòd principalis ob eius infirmitatem nullas ſibi ſubminiſtrabat pecunias ad litem inſtruendam, quia cùm mãdatum ſuſcepiſſet de lite agitanda,videbatur etiam ſuſcepiſſe de peragendo omnia quæ neceſſaria eſſent ad dictam litem, & quæ venirent in eius conſequentiam, & ſic de expendendo vbi res exigeret,per ea quæ habentur in l.ij.ff.de iu-
5 riſdict.omn.iudic. † quòd autem procurator ad lites teneatur ſubire expenſas iudicij,videtur probari in l.etiam.C.mand.vbi dicit quòd procurator qui contra ſe ſententiam reportauit,repetit ſumptus litis à domino,contraria mãdati actione, ex eo quòd ibi vult tex. procuratori competere contrariã mandati actionem ad ſumptus,neceſſariò infertur quòd in mandato ad lites per eum ſuſcepto, comprehenſum erat vt ſumptus litis ſubiret, aliàs eidem non competiiſſet dicta actio mandati, & cum d.l.concordat tex.in l.& ſi contra licitum, in fine. C.eo.tit. ſtante igitur quòd in mãdato ad lites dicatur comprehenſum,vt ſuſcipiens dictum mandatum faciat expenſas, non eſt dubium quòd eas tenetur facere: & ideò ſi vt ſumptus fugiat permittat labi cauſæ inſtantiam, tenebitur domino ad intereſſe. Et iſta opinio quòd procurator ad lites de ſuo teneatur facere impenſas eſt de mente gloſ.& docto.in l.ſi procuratores. §.ſi ignorantes. ff.de manda. & gloſ.& omnes,in l.inuitus. C.de procurat. per Canoniſtas in cap.non iniuſtè, eod. tit. cum concordantiis adductis per Caſsiad. in dicta deciſ. ſexta. in princip. vbi
6 concludit, † quòd procurator tenetur appellare, & ſi non appellauerit, tenebitur ad intereſſe, niſi paupertate excuſetur. vbi enim eſſet pauper, & expenſa requireretur in appellando, tunc excuſaretur ſi appellationem omitteret: dum igitur volunt glo. & Doct. quòd procurator pauper excuſetur ſi non appellauerit, quando in appellatione requiruntur expenſæ, neceſſariò præſupponunt procuratorem teneri expenſas litis ſubire, quia aliàs non conſideraretur. † Hinc eſt fortè quòd procurator in curia tenetur ad expenſas regiſtri pro domino abſente, vt dicit Caſsiadorus in titu. de procurat. deciſ. j. num.2.ex quibus colligebatur iſtam opinionem non tranſire ſine ſcrupulo: tamen tutius viſum fuit amplecti partem, quòd reſtitutio in integrum petita eſſet concedenda: quia probatum fuerat de graui ipſius principalis infirmitate, & licet habuiſſet in cauſa procuratorem, qui erat dominus inſtantiæ,& damnum obueniens domino ob procuratoris negligentiam, ei ſit reſarciendum per procuratorem, & non competat domino in integrum reſtitutio,niſi in ſubſidium, vt quia procurator non eſſet ſoluendo,tamen conſiderabatur in iſta cauſa quòd lapſus inſtantiæ probatoriæ abſque proceſſus inſtructione non proceſſerat ex procuratoris negligentia, qui non interuenerat in lite, niſi in inſtantia appellationis, & iuris præſumptione ignorabat acta primæ inſtantiæ, quæ producenda erant in cauſa appellationis, & qui pariter ignorabat qui teſtes eſſent examinandi ad probandum intentionẽ principalis, iuxta not.in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ſicut igitur domino ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, quando non poteſt conſequi ſuum intereſſe à procuratore non exiſtente ſoluendo, ita etiam eſt ſuccurrendum,vbi à procuratore non poteſt conſequi intereſſe ex eo, quia non fuit in aliqua culpa, cùm cauſæ inſtructionis omiſsio non præceſſerit ex negligentia procuratoris, ſed propter infirmitatem principalis, qui non potuit eſſe cum procuratore & eum reddere certum de actis primæ inſtantiæ, & de teſtibus, quos prætendebat examinari, & maximè quia apparebat de quodam ſtylo procuratorum ciuitatis, quòd licet eſſent domini inſtantiæ,non tamen ſolent facere ſumptus litis de eorum proprio.

7

SVMMARIVM.

1 *Remedium reintegranda an detur pro penſionibus denegatis:& an pro iuribus perſonalibus.*

CONCLVSIO XXVII.

Actum † fuit reintegranda pro penſionibus denegatis. Quærebatur an huiuſmodi remedium competeret pro iuribus perſonalibus. Legiſtæ videntur tenere quòd non: vt probatur in l.fin. vbi Bartol.poſt Iacob.de Arct.ff.quorum bono.gloſ. in l. indebiti. §.ſed & ſi nummi. de conditio.indebi. Cyn.poſt Iaco.in l.ſi certis annis.C.de pact. Bald. in l.ſecunda. C.de ſeruit. & in l.prima. C. de fideiuſſo. quo caſu maior fiebat difficultas, ex eo quia adeſt ſtatutum Bononiæ,diſponens quòd in omnibus cauſis debeat ſeruari ius ciuile in decidendo. Contrarium tamen fuit concluſum per text. in cap. querelam,vbi Abb. & alij de electio.vbi not.quòd tale remedium competit pro iuribus incorporalibus, prout latè probat Anto.de But.in cap.fin.de cauſa poſſeſ.& proprieta.& de iure canonico, & inter Canoniſtas eſt iſta opinio canonizata, Roma. in conſilio cccxxxj. Alexan.in l.iij.§.illud.& §.ſi rem.de acquir. poſſeſ.Petr.de Anchar.in conſilio ccclxxxvij. Roma. conſil.cccxj. Angel. in d.l. ſi certis annis. Ex quibus 1

patet

patet multos Legiſtas concordari cum Canoniſtis, & hanc opinionem fore ſeruatam etiam in foro ciuili atteſtantur Domini de regno, deciſ.cccxcv. & fortius quia in occurrenti caſu agebat ratione rei locatæ ad penſiones,quo caſu Legiſtę & Canoniſtæ concordant dari tale remedium.vt per Cynum in d. l.ſi certis annis, & ita reſident Domini de regno in dicta deciſ.præterea huiuſmodi remedium in iuribus perſonalibus fundatur in æquitate,vt dicit Abbas in d.cap.querelam, & in cap. peruenit, de cenſib.ſed iſta cauſa ex forma ſtatutorum veniebat decidenda ſecundum veritatem & æquitatem, ideò fuit concluſum ad fauorem actricis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in pecunia an de bonis offerre poſſit.*

CONCLVSIO XXVIII.

1 DEbitor † in pecunia per publicum inſtrumentum iuratum conueniebatur à creditore vt ſolueret pecuniam debitam: debitor autem ſe excuſabat quòd non habebat pecuniam, ſed offerebat ſe paratum de aliis ſuis bonis in ſolutum dare. Quærebatur an eſſet audiendus. Concluſum fuit pactum huiuſmodi valere, & debitorem cogi ad ſoluendum in pecunia: quia virtute iuramenti præcisè eſt obligatus ad ſoluendum in pecunia, vt plenè declarat & proſequitur in terminis Iaſ. in conſilio ix. numero 10. in primo volum. quia licet debitori res ſuas vendere, & ex his pecuniam redigere, & pactum ſeruare, bene verum eſt quòd ſi debitor probaſſet ſuam impotentiam, iuxta tradita per Bartol. & alios in l.decem. ff.de verborum obligat.& ſe eſſe pauperem, & non habere modum ſoluendi in pecunia,& bona ſua ſubaſtaſſet, & perquiſiuiſſet emptores qui emerent tantùm de bonis ſuis, vt poſſet ſoluere creditori ſuo,& conſignaſſet bona,& tranſtuliſſet dominiū, & tempore oblationis dediſſet ſideiuſſorem, & obſeruaſſet formam. autheuti. hoc niſi. C. de ſolutio. & omnem tandem diligentiam adhibuiſſet circa venditionem, & reparationem pecuniæ: tunc non obſtante pacto etiam iurato, debitor offerendo de bonis liberaretur: ita pulchrè conſuluit Iaſ.in allegato conſilio ix.in primo volum. verſic.ergo tedior, & Roma. in conſil.clxiij. Feder.de Senis, in conſil.lx.incipien.quod pactum.quia iuramentum non ligat ad impoſsibile. Io. Petr. de Ferrariis in ſua practica. in forma reſpon. libelli. in actione hypothecaria, ſuper gloſ.exceptionem ſolutionis,in fine. Alexand.in conſil.xxiij. ſuſpecto proceſſu. Si verò debitor conuentus eſſet obligatus in pecunia,& non adeſſet iuramentum,neque pactum ſpeciale,quòd ſolutio fieret in pecunia, dicit Ioan. Pet.in loco allegato per d. authen.hoc niſi.quod generalis practica obſeruat, quòd debitor offerat de melioribus bonis ſuis, taliter quòd in creditoris electione ſit accipere quam rem ſibi ex melioribus placuerit, & pro tanto quòd debitor tenetur ſub eius iuramento bona omnia ſua conſignare, vt creditor poſsit ſibi meliora eligere. Iaſ. tamen in d. conſilio, quod omnino videbis, cùm occurrit caſus, dicit quòd tali caſu erit ſeruanda forma tradita in dicta authent. hoc niſi, ſi beneficio illius vult gaudere.

SVMMARIVM.

1 *Contractus celebrati eodem die, loco, tempore, & conteſtibus, dicuntur correſpectiui.*

2 *Emptor pro parte pretij ſoluti re tradita, conſequitur fructus pro ea rata, non autem pro parte pretij non ſoluti.*

3 *Emptor fundi ſterilis qui nullos fructus percipit, an teneatur ad vſuras pretij non ſoluti.*

4 *Venditio facta pro certo pretio cum pacto quòd debeat æſtimari, & iuxta æſtimationem pretium augeri vel minui, dicitur pura & perfecta, & transfertur ex ea dominium.*

5 *Venditio conditionalis, ſecuta traditione habetur pro pura, & ex ea dominium transfertur.*

6 *Intereſſe quod conſequitur contra emptorem agentem ad fructus pro parte debet æſtimari ſecundum verum valorem fructuum, & dicitur intereſſe compenſatorium cum fructibus, & in effectu excluſiuum ab ipſis fructibus.*

CONCLVSIO XXIX.

IN cauſa Ioan. Andreæ pupilli, & Samaritanæ de Ranuutiis, dubitatur de duobus. Primò, an Samaritana hæres conductoris teneretur ad fructus perceptos poſt finitam locationem, an æſtimationem? Secundò quatenus teneretur ad partem fructuum reſpectu ratæ pretij ſoluti, an ab alia parte eſſet abſoluenda? Circa primum quærebatur, quia † licet contractus venditionis eſſet purus, tamen 1
quia immediatè eodem loco, tempore, & conteſtibus ſecutus eſt contractus conductionis, & ſic fuerunt correſpectiui, vt declarat Bald. in l.petens. C. de pact. in l.penult. §.mulier. ff.ſoluto matrimo. & Cor.in conſil.cccvj.in iij.volum.colum.iiij.in princ. omnia pacta appoſita in contractu conductionis, cenſentur appoſita in contractu primæ venditionis,& ſtante vltimo pacto in conductione,quòd debeat fieri æſtimatio, omnes contractus videntur eſſe conditionales. l.fin. C.de contrahen. empt.& ſic vt in venditione facta ad menſuram, concludit Barto. in l.Iulianus.§. Titius. de act.emp.tex.eſt in l.quod ſæpe, §.in his. ff.de contrahen.emptio.& ſic contractus iſte non videtur perfectus, ſed conditionalis, & dominium non cenſetur translatum, † & propterea conductor non videbatur teneri ad fructus 2
finita dicta conductione, & dato quòd teneretur: aliqui ex dominis, dicebant tantùm teneri pro rata pretij exburſati, & ſi petantur reliqui fructus poſſe agi per poſſeſſores, eoſdémque venditores ad intereſſe, non habita conſideratione ad valorem ipſorum fructuum, & ſic reos condemnandos ad omnes fructus, actorem verò ad intereſſe, & per venditionem non poſſe denegari reſtitutionem omnium fructuum, & pro iſta concluſione allegabant gl.in l.curabit, de act.emp.communiter approbata, quæ dicit, quòd quando emptor agit contra venditorem ad fructus, & pretium non exburſauit, venditor petit intereſſe, & ſic glo. videtur decidere caſum quòd venditor non poteſt retinere fructus propter pretium non exburſatum, ſed debet agere ad intereſſe, & ratio eſſe videtur: quia intereſſe non debetur ratione fructuum, nec habita conſide-

tatione ad ipſam rem, ſed ſolùm propter fidē non ſeruatam, vt dicit Bald. in l.ij. C.de vſur.vbi voluit,
3 quòd † emptor fundi ſterilis, ex quo fructus non percipit, teneatur ad vſuras pretij non ſoluti: cum qua doctrina videtur concordare Paul. ibi, & Soz. videtur cum ea tranſire conſil.cxxxiij.col.j. vol.j. & in conſi.cxxvj.col.ij.in prin.vol.ij. & ſic in caſu præſenti aliqui dicebant reos condemnandos ad omnes fructus. Contrarium tamen concluſum fuit, videlicet, reos condemnandos ad fructus, ab alia verò parte abſoluendos: & pro iſta opinione adducebatur Cor.in conſil.cxxx.vol.iiij.in ij.col.qui alleg.Bald.in l.traditio.in xj.q.de actio. empt. vbi quærit ſi ab initio emptor ſoluit partem pretij, poſtea ſoluat reliquum, an debeat conſequi partem fructuū interim collectorū pro rata pretij ſoluti? & concludit quòd non de rigore, ſed ex generali æquitate, ne quis lucretur cum aliena iactura, & idem voluit Bar.in l.fiſtulas.§.qui fundum.de contrah.emp. & idem Bart. in l.fi.de fun.do. quam legē ad hoc omnes allegant, & tanto magis eſt vera iſta opinio in caſu occurrenti, quia virtute ſtatuti iſta cauſa erat terminanda de æquitate, nulla iuris & ſtatutorum ſeruata ſolennitate, & euitandus erat circuitus fructuum & intereſſe. Contrariis reſpondebatur: & ad primum dice-
4 batur, quòd †contractus, non obſtāte illo pacto dicitur purus & perfectus.tex.in l.hæc venditio. & ibi Bald.in §.fin.de contrahen. empt. vbi probat quòd venditio poteſt eſſe pura, pars tamen pretij cōditionalis, & hoc idem probat tex.in l.ſi pater.§.penul.de pac.doct.pretium enim principale eſt putum, & res eſt certa, licet augmentum & diminutio ſit in conditione, videtur enim actum, vt augeatur vel minua-
5 tur iuxta æſtimationem. †Et hoc idem per dicta infra in contractu venditionis facto de certis bonis infra tales confines pro certo pretio, cum pacto quòd debeat menſurari, & ſi fuerit maioris, vel minoris menſuræ, quàm ſit expreſſum, debeat augeri pretium, concludit Soz.conſ.vlt.in iij.vol. Et ſtante iſta concluſione vera, dominium fuit tranſlatum, & ſic fructus ſpectant ad emptorē.l.fructus, de act.empt. Secundò dictum fuit ſecutam fuiſſe traditionē propter quam, dato quòd contractus fuiſſet conditionalis, tamen dominium fuiſſet tranſlatum per traditā per Pau.in l.ij.C.de peric.& commod.rei vend. vbi idem tenuit Ang.quos ſequitur Dec. in conſ.clxxix. poſt Corneum quem allegat in cōſ.50.vol.j. & idem Dec.in l.traditionibus,col.ij.C.de pact. Non obſtat etiam ſecundum fundamentum, quia glo.in d.l.cu-
6 rabit.debet intelligi ſecundum terminos d.l. †Et ſic quòd intereſſe tantum valeat, quantum eſt valor fructuum perceptorum, vt voluit Pau.in l.Iulianus. §.ex vendito, de actio.empt. & ſic quando emptor agit ad fructus pro rata pretij non ſoluti, venditor aget ad intereſſe cum fructibus, & ita excludendo hoc modo emptorem à fructibus pro illa rata non ſoluta, & ſic in effectu emptor nullos fructus poteſt petere.ita declarat Aret.in conſil.clxix. aliàs clx.incip.longa.col.vj.& idem Soz. appellando tale intereſſe vſuras recompenſatorias in conſil. cix. in prima parte, col.v. Et dictum Bald.volentis quòd intereſſe non conſideretur habito reſpectu ad fructus cum concord. Soz. in loco ſuprà allega. non eſt verum, quia idem Soz.in d.conſi.cix. ſequitur dictum Pau. quod comprobatur auctoritate Iacobi de Aret. & Iaco.Butr. & Bal.in l.minor. C.in quib. cauſis in integr.reſti.vbi dicunt ſi maior xxv.ann.vendidit ſundum & tradidit, emptor verò pretium non ſoluit. Et ita incurſa ſit mora irregularis, ita demum vſura pretij non ſoluti debetur venditori, ſi emptor fructus percepit ex fundo tradito, ſecus ſi non percepit. Et ſic prædicta faciunt contra opin. Bald. quam etiam Salic. damnat in d. l. ij. quoad diſpoſitionem iuris canonici, quod in hac materia ſeruandum eſt, & eam reprobat Alex.in l. de diuiſione.col. penult. ſolu.matrim.& pulchrè Aret.in conſil.cl.aliàs cxlix. incip.viſis diligenter.num.10.& ſt.circa fi.vj.col. vbi dicit opin.Bal.eſſe contra tex.in d.l.curabit.ibi, quas & perceptorum fructuum ratio, & Bal.in d.l.ij. videtur ſibi contrarius, prout ponderat illum Sozin. in conſil.ciij.col.fi.verſic.tertia difficultas. volum.iiij. ex quibus concluditur, ex quo venditor pro rata pretij non poteſt petere intereſſe, excludendo emptorem à petitione fructuum per viam recompenſationis, & tale intereſſe debetur habito reſpectu ad fructus, & ipſorum verum valorem, maximè attento quòd cauſa venit terminanda ex ſola æquitate, vt circuitus euitetur, fructus pro rata pretij non ſoluti non debeti in effectu emptori, & ſic venditor fuit ab eis abſolutus. Et huic ſententiæ partes acquieuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Venditione facta de fundo, ſed non de iugeribus, & ſtatuto pretio pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, & reperto numero minore pronunciato, an venditor teneatur illud quod deficit ſupplere, ſiue pretium pro rata reſtituere.*

CONCLVSIO XXX.

Dominus Gaſpar Tiola de Mutina, vendidit Magnifico Ioanni Petro Vaſcellario Bononien. tantam ratam & partem vnius poſſeſsionis, confinatæ iuxta, &c.poſitæ in villa Creſpollani communitatis Bononiæ bubulcarum quinquaginta vel circa, quæ capiat ſummam librarum octingentarum pro indiuiſo cum ipſo venditore reſpectu reſidui, æſtimando totam dictam poſſeſsionem libris duabus mille quingentis, accidit quòd partes ipſę menſurarunt fundum, qui fundus ſolùm fuit repertus eſſe numeri bubulcarum quadraginta, vnde orta lite quærebatur an venditor deberet illud quod deficiebat ſupplere ſiue reſtituere pretium pro rata. Concluſum fuit quòd ex quo venditio fuit facta de fundo & non de iugeribus, & ſtaturū fuit pretium pro toto fundo, & non pro quolibet iugere, & numerus bubulcarum.l.vel circa.pronunciatus repertus eſt minor, quia ſolùm continebat bubulcas xl. huiuſmodi damnum pertinere ad venditorem, & ſic ad dominum Gaſparem, & quòd ipſe venditor teneatur & debeat reſtituere pretiū pro rata ſiue ſupplere, per tex.in l.ſi ſeruum. §.modus. & in l.ſi duorum.& l.ſi venditor.ff.de act.emp. & ibi per Pau.de Caſtr. & per gloſſ. & Odoffred. in d. §. ſi modus. & Bald.in rub. C.de contrahen.empt. xxij.q. & Alex. in conſil. vij. in iij. volum. vbi allegat text. in d. l.ſi venditor. nam ibi dicitur, quòd ſi vendidi ſeruum cum peculio, quod dixi & pronuntiaui eſſe decem aureorum,

aureorum , dicitur ibi quòd ſi pluſquam decem
erat in peculio totum debetur emptori: ſi autem
minus decem,tunc illud quod deficit , vẽditor ſup-
plere tenetur,& Specu.in tit.de empt.& venditio.§.
ſciendum,circa verſi.penul.inquit quòd ſi tota poſ-
ſeſsio vendita generaliter pro vno pretio,puta ven-
do tibi fundum hunc qui eſt iugerum centum pro
libris mille , quòd tunc ſi reperitur eſſe minus fiet
diminutio pretij habita ratione bonitatis , & non
menſuræ iuxta not.per Bart.& Ang. in l.ſi ex falſis,
in ij.colum.C.de tranſact.& Ang. in l.creditoris , ff.
de diſtract. pigno. & Paul. de Caſt.in l.qui ſolidum.
§.j.ff.de leg.ij.& ita de voto dominorũ pronunciaui.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in reſcripto procedat eius arbitrio,an aliquid operetur.*
2 *Arbitrium conceſſum,an poſsit exerceri ſine cauſa.& num.7.*
3 *Prorogatio inſtantiæ,an ſi fiat valeat,ita quòd ſit neceſſe appellare,vel ſit nulla.*
4 *Arbitrium datum iudici, videtur datum tanquam bono viro.*
5 *Iudex in deciſorijs & præiudicialibus vigore arbitrij conceſsi tenetur ſeruare formã legis vel ſtatuti.*
6 *Arbitrium conceſſum intelligitur in ventilando non in decidendo.*

CONCLVSIO XXXI.

1 SVpplicatum † fuit papę in quadam cauſa vt com-
mitteret & daret poteſtatem eidem iudici pro-
rogandi inſtantiam. Papa reſcripſit ſub iſta clauſu-
la,videlicet,idẽ iudex procedat eius arbitrio, cuius
reſcripti vigore iudex prorogauit inſtantiam , op-
ponebatur prorogationem eſſe nullam , ex eo quia
erat prohibitum iudici prorogare inſtantiam.ex ad-
uerſo replicabatur imò prorogationem valere pri-
mò,virtute dicti reſcripti: ſecundò,quia dicta proro
gatio non eſt nulla mero iure ſed valet , propterea
debuit appellari:quęſitum fuit,an dicta clauſula ſci-
licet procedat eius arbitrio,aliquid operetur , & an
virtute dictæ clauſulæ iudex potuerit prorogare,
ita quòd valuerit talis prorogatio? item an fuerit
neceſſe à tali prorogatione appellari? Dicebatur
primò,iudicẽ nõ potuiſſe prorogare ex quo ſibi erat
prohibitum,maximè virtute ſtatuti , nec obſtare di-
cta verba eius arbitrio: quoniam conceſſo arbitrio
non venit,quòd poſsit facere à iure prohibitum niſi
ex iuſta cauſa:debet enim formare ſuum arbitrium
ſecundum leges , & tenetur vigore arbitrij ſeruare
formam ſtatuti,quia arbitrium datum iudici vide-
tur datum tanquam bono viro , vt de prædictis per
Odoff.in l.Labeo.§.hæc clauſula,ff.de arbit. Feli.in
c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.in ij.col.& ſeq.Af-
flictus in j.lib.conſtit.regni,in rubric.Vſurariorum,
in iiij.notab.Abb.in c.j.de dilat.not.in l.fi. de arbit.
Felin. in c.exceptione,de exceptio. in ij.col.Paris de
2 Puteo in tracta.ſyndic.in verbo poteſtas.† Nam ha-
bens quis arbitrium non debet illud exercere niſi
cauſa expreſſa,licet ſecũdum Bal.in l.ij.§.vnde quæ-
ritur.ff.de exercitoria ſine cauſa valeat:quinimò li-
berum arbitrium conceſſum iudici per ſtatutum,
quod importat liberam voluntatem à iure non re-
gulatam, vt per Feli. in d.c.exceptione, debet exer-
ceri cauſa cognita,& non aliter. Alex.in l.quid er-
go.§.pœna,de infam.vbi dicit quòd non,ideò iudex
poteſt fulminare. † Secundò dicebatur proroga- 3
tionem nullam , & propterea appellationem non
fuiſſe neceſſariam , quia iudex non poteſt proroga-
re inſtantiam appellationis, cùm publicè interſit li-
tes abreuiari , & non fieri immortales, vt not. Alex.
& alij in l.properandum. C.de iudic. Doct. in ca. ex
ratione.de appellat.Contrarium tamen fuit conclu-
ſum , quòd imò iudex potuit prorogare vigore ar-
bitrij ſibi conceſsi per dictum reſcriptum: quia di-
cta prorogatio reſpicit proceſſum.Ita voluit Ioan.de
Imol.in l.filiuſfamiliàs.ff.de dona. vbi dicit , quòd
interdum datur arbitrium ei qui aliàs habebat po-
teſtatem procedendi regulatam à ratione , puta po-
teſtati,vel alteri officiali prout in caſu præſenti , &
tunc vt dicta verba , ſcilicet procedat eius arbitrio,
aliquid operẽtur , importabunt liberum arbitrium,
ſed vbi conceditur ei qui aliàs non habebat facul-
tatem procedendi , puta quando conceditur priua-
to in quem compromittitur tanquam in arbitrium:
quia ſi committitur ſimpliciter in arbitrium, talis
tenetur in procedendo ſeruare ordinem iuris, ſecus
ſi compromittatur in liberum arbitrium , & idem
tenuit in l.qui Romæ.§.Calimachus.de verb.oblig.
& idem tenet Felin. in c. canonum ſtatuta , in xvij.
col.num.86.de conſtit.ſubdens quòd ita poteſt intel
ligi,quod not.Inno.in c.fi. de ferus.idem videtur te-
nere Signorolus de Homod.in conſil. ccxlv. in fin.
col.per not.per Dyn. in l.Lucius,in prin.ff.de milit.
teſtam.vbi dicit, † quòd arbitrium datum iudici vi- 4
detur datum tanquam bono viro, vt not. in l.fin.de
arbitr.ſed licet bonus vir omittat propter arbitrium
ſibi conceſſum apices iuris,& ſcrupuloſam inquiſi-
tionem , tamen non condemnabit niſi per conclu-
dentes probationes, nam animus iudicis non debet
moueri prætextu arbitrij ſibi cõceſsi,ſed ſecundum
probationes : quia licet arbitrium datum operetur
circa ſolennia iudiciorum , tamen circa deciſiua, &
ſic circa probationes nihil operatur , † quoniam in 5
deciſoriis & præiudicialibus iudex vigore arbitrij
conceſsi tenetur ſeruare formam legis vel ſtatuti,vt
not. Anto.de But.in rubr.de conſuet.& Io. Cald. in
q.ſtatuto ciuitatis,& idem Bald.in l.procuratorem.
ff.de cond.indeb.& Imol.in clem.paſtoralis.de re iu-
dic.vbi dicunt, † quòd arbitrium conceſſum intel- 6
ligitur in ventilando non in decidendo , & dictum
Io.de Imo.in d.l.filiusfamiliàs, ſequitur Alex. in l.j.
ff.de arbitr.Contraria loquuntur in deciſiuis , ſecus
in his quæ ſolùm concernunt proceſſum. † Aduer- 7
tat tamen iudex, quòd licet datum ſit ei arbitrium,
cuius vigore poſsit aliquid plus , nunquam tamen
illud exerceat ſine iuſta cauſa. ita dicit Florianus in
l.vt fundus.ff.commu.diuidun. & ſic illud exerceat
cauſa expreſſa , & cognita. & in hac materia quo-
modo intelligitur illud , ſcilicet , quòd dicta verba
debent intelligi, vt aliquid operentur, vide Alex.in
conſil.xxxiij.viſo themate,in prima parte.

Circa ſecundum dum dicebatur prorogationem
nullam,replicabatur,quòd nõ erat nulla mero iure,
ſed quòd valebat,niſi appellaretur ab ea,per ea quæ
not.Peruſi.in c.ſignificante, de appellat.in illa quæ-
ſtione,an dilatio ſemel data poſsit reuocari , vbi di-
cit , quòd omni caſu valet reuocatio , etiam abſque
iuſta cauſa , niſi à tali reuocatione appelletur.

Tamen

Tamen in hoc fuit dictum verum eſſe, quòd proro-
gatio ſit nulla, circunſcripto reſcripto, ſcilicet,
quòd idem iudex procedat eius arbitrio, quia in-
ſtantia eſt inducta in fauorem publicum, & pro-
pterea non poteſt iudex illam prorogare, & ideo
nulla, vt colligitur ex not. per doct. in d. l. properan-
dum. C. de iudic. Adde & omnino vide Brunum
in tract. de forma & ſolennitate, ſuper verbo quan-
do cenſeatur forma vel ſolennitas remiſſa, vel eis
derogatum, col. xviij. ſuper verbo, & per arbitrium
plenum. cum ſeq. vbi allegat Imo. in d. l. filiusfami-
liàs, & declarat, & multa alia in materia arbitrij.
Adde circa materiã arbitrij, & omnino vide Ama-
deum in tract. ſyndicatus. fol. viij. verſic. cæterùm. &
D. Cataldinum in eod. tract. num. 45. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Actor an ille dicatur in cauſa appellationis, qui fuit in cauſa principali.*
2 *Poſitiones actoris quando ſunt de directo contraria poſitionibus rei, quis ſuccumbere debeat.*
3 *Confeſſio actoris magis nocet actori, quàm confeſſio rei reo.*
4 *Actor an debeat prius reſpondere poſitionibus rei, vel reus poſitionibus actoris, & num. 10.*
5 *Conſtitutum liberat venditorem ab actuali rei traditione.*
6 *Clauſula conſtituti non appoſita in instrumento, an habeatur pro appoſita propter notariorum conſuetudinem.*
7 *Conſtitutum an contineatur ſub clauſula quæ omnia, &c.*
8 *Prius factum dicitur, quod in aliqua ſcriptura præcedit.*
9 *Confeſſioni primæ iuratæ ſtandum eſt, & non ſecundæ contrariæ.*
10 *Agens prior, eſt & nobilior patiente.*
11 *Poſitionibus actoris & rei adinuicem ſibiipſis contrariis an ſit reſpondendum, & num. 20.*
12 *Poſitioni negatiuæ reſpondendum eſt, quando onus probandi negatiuam parti incumbit.*
13 *Negatiua per partis confeſſionem probari poteſt.*
14 *Poſitio ad quid ſit inuenta.*
15 *Clauſula ſaluo iure impertinentium, quid operetur.*
16 *Reſpondens ad id quod non debet, an & quando ſibi præiudicet, & num. 18.*
17 *Iuramentum non cenſetur præſtitum ſuper poſitionibus impertinentibus, & non admiſſibilibus.*
19 *Peruerſio ordinis non releuat ab onere reſpondendi poſitionibus.*
21 *Ei qui eſt in poſſeſſione titulus ſufficit ſine noua traditione.*

CONCLVSIO XXXII.

Hieronymus de Aguchiis de Bononia, petebat
executionem instrumenti venditionis contra
Antonium de Argile pro certa ſumma, pro reſiduo
pretij. & cõmiſſa fuit executio, à qua appellauit di-
ctus Anto. quia ex forma ſtatuti permiſſa erat appel
latio, in cauſa appellationis, quia Antonius oppo-
ſuit in prima inſtantia exceptionem rei non traditæ.
fuerunt hincinde factæ & productæ poſitiones,
tam per appellantem, quàm per appellatum, & ad-
inuicem contrariæ. nam appellatus poſuit qualiter
præſentialiter dictus Ant. tenebat, & poſſidebat bo-
na vendita, & dictus Antonius reſpondendo poſi-
tioni confeſſus eſt: appellans verò poſuit non habe-
re, nec habuiſſe poſſeſsionem bonorũ venditorum,
& appellatus reſpondendo poſitioni confeſſus eſt.
Vnde dubitatum fuit principaliter, an pro parte ap
pellati probata eſſet traditio rei venditæ, & conſe-
quenter an eſſet attendenda confeſſio appellati, an
verò appellantis, dicebatur pro parte appellantis,
quòd Hieronimus erat actor in cauſa † quia ille 1
idem dicitur actor in cauſa appellationis, qui fuit in
cauſa principali, vt not. Cardinalis in clemen. prima,
vij. q. de cauſa poſſ. & propri. l. qui ad ciuilia. & quod
ibi not. C. de appel. adde Dyn. de regu. iur. in cap. in-
dultum. in iiij. col. vbi dicit, quòd is eſt actor in cau-
ſa appellationis, qui fuit reus in cauſa principali. † Et 2
quando poſitiones actoris ſunt de directo cõtrariæ
poſitionibus rei, & omnes habentur pro confeſsis,
debet actor ſuccumbere, cap. cùm ſint partium. de
regul. iur. in vj. † quia magis nocet confeſſio actoris 3
actori, quàm rei reo, & maximè in præmiſſo caſu, in
quo terminus probatorius erat præfixus vtrique
parti. ita Alex. in l. ſi non fuerit. ff. de iureiur. † Item 4
dicebatur quòd actor debebat iſto caſu prius re-
ſpondere poſitionibus rei, cùm poſitiones rei eſſent
præiudiciales poſitionibus actoris. quoniam quan-
do poſitiones rei ſunt præiudiciales poſitionibus
actoris, actor debet primò reſpondere. Bald in addi.
Spec. de poſit. in j. col. verſic. ſi poſitio, & Spec. in ti.
de poſit. §. iiij. verſ. hoc quoque notandum, & verſic.
hoc quoque certum eſt. Francus in cap. ij. de confeſ.
in vj. Ideò ſi attendatur confeſſio actoris, conſtat
obſtare exceptionem rei non traditæ. † Nec obſta- 5
bat inſtrumentum venditionis, quia in eo non ap-
parebat ſcriptum conſtitutum per quod, vt dicunt
domini de regno, deciſ. xiiij. inci. in cauſa dormicel-
læ, in tertia col. in nouis, venditor ſolet liberari ab
actuali traditione rei.

In contrarium ad oſtendendum rem venditam
traditam eſſe, adducebatur primò † Clauſula con- 6
ſtituti ſolita apponi in talibus contractibus, quæ li-
cet non appareat in contractu ſcripta, præſumitur
obmiſſa per notarium, ex quo conſuetudo totius
Italiæ eſt eam apponere. Soz. in conſil. lv. num. 11. in
iiij. volum. & in conſil. cxxxj. nume. 16. & idem Alex.
conſil. clxx. in lib. meo, in ij. vol. ſi eſt conſuetudo ap
poni. & idem Pau. de Caſt. in conſ. x. in prima parte,
in nouis. num. 3. vbi magis hoc putat verum, ſi idem
notarius conſueuit illam in ſuis inſtrumentis appo-
nere, prout oſtenſum fuit ex inſtrumentis eiuſdem
notarij, & aliorum notariorum, per inſpectionem
quamplurium inſtrumentorũ, † plus dixit ibi Pau. 7
quòd ſub illa clauſula quæ omnia, putat quòd cõti-
neatur ſimplex conſtitutum, ex quo communiter
cõſueuit ab omnibus notariis apponi: propterea in-
telligendo conſtitutum appoſitũ, videtur quòd em-
ptor non poſſit conqueri rem non traditã, poſtquã
venditor in dictis bonis ſe non intromittit, per tra-
dita per dominos de regno, in d. deciſ. xiiij. in nouis,
ſecundò dicebatur attendendam eſſe cõfeſſionem
emptoris, dum eſt confeſſus bona vendita tenere &
poſſidere præſentialiter. & pro reſolutione conſi-
derandum eſt quòd appellatus fuit ille qui primò
reſpon

reſpondidit poſitionibus appellátis,nã primò notarius in actis annotauit reſpõſiones appellati,& poſt-
8 ea reſpõſiones appellantis,† & quod in aliqua ſcriptura præcedit prius,illud dicitur ſactum.l.quoties.
de vſufr.& in prima conſt.C.in §.quibus, & clarè
9 patet ex proceſſu, † vnde ſtatur primæ confeſsioni
iuratæ & non ſecundæ iuxta not.per Felin.in c.cum
in tua,de teſti.Inn. In c.cauſam quæ. de teſti. & in c.
veniẽs.eo.ti.vbi concludunt ſtari primæ cõfeſsioni
iuratæ & non ſecundæ cõtrariæ. Et dicit Abb.in c.
per tuas.de proba. ꝙ ſi prima confeſsio eſt iurata &
de facto proprio, vel quaſi,ſecunda non valet:quia
conuincitur neceſſariò de periurio ponẽdo ſe inter
duo iuramenta cõtraria: allegat tex.in l.generaliter.
C.de non nu.pecu. vbi etiã cum iuramento non po
teſt quis venire contra confeſsionem ſuam,& tantò
magis procedit quando prima confeſsio eſt veriſi-
10 milior. † Vlterius conceditur à iure regulariter, ꝙ
primò reſpõdeatur poſitionibus actoris quã rei: ita
Bal.in addi.Spe.in rub.de dilat.verſi. primò reſpondetur, dicens quod ideò eſt, quia agens prior eſt &
nobilior patiente.& idẽ Bal.in addi.Spec.in ti.de reconuentione,ſuper verbo nos autem,& Spe.in ti.de
dilat.§.videndũ,& in ti.de poſit.§.iiij. verſ.hoc quoque notandum.& in ti.de actore.circa prin. Anto.de
Butr.in cap.j. de ordi.cognit. Cyn.Bart. Bald.Salic.
Paul.in l.ij. §.quod obſeruari. C.de iuramen.calum.
Geminianus & Francus in capit.ij. de confeſsis, in
vj.Odoffred. in tracta.poſitionum, in quarta colum.
nume.13.

11 Dicebatur etiam † quòd poſitio appellantis erat
formata verbis negatiuis, vlterius erat de directo
contraria poſitionibus appellati,quo caſu non erat
admittenda, quoniã poſitiones actoris & rei quãdo
adinuicem ſunt ſibiipſis contrariæ, tunc eis non eſt
reſpondendum.Fran.in c.ij de confeſ.li.vj. Lanſtan.
in c. quoniã contra,in verbo reſponſiones,nu.7.de
proba. & hoc procedit ſiue contrarietas reſultet ex
parte ponentis ſiue ex parte reſpondentis,Curtius
in trac.poſitionum,nu.14.vbi dicit in hoc omnes ita
cõcordari,itẽ quia poſitio negatiua taliter quòd nõ
debuit reſponderi, quia ſuperflua & impertinens.
12 †Nam licet hodie ſit deciſum quòd poſitioni negatiuę reſpondendum ſit quoties iudici ęquum videtur,
13 per tex.in c.j.de confeſſ.in vj.ea ratione, quia † negatiua poteſt probari per confeſsionẽ partis, vt per
Spec.in titu.de poſit.§.vij.verſic.viij.cõſiderando.&
Dyn.& Bartol.in l.quidam in iure, de donat.tamen
hoc procedit quando parti incumbit onus probãdi
negatiuam: quia in negatiua fundat intentionem
ſuam,& quia probare tenetur, ideò hoc caſu poteſt
ſuper hac negatiua facere poſitionem, ſecus ſi non
haberet neceſſe probare, quia tũc ſi faceret poſitionem ſuper negatiua,aduerſarius non teneretur reſpondere,quia cẽſeretur poſitio impertinens & ſuperflua,vt in iſto caſu in quo intentio appellãtis negantis rem traditam eſt fundata per ſolam negatiuam niſi appellatus probet rem tradidiſſe,quoniam
appellatus non habet neceſſe probare negatiuam,
propterea tali poſitioni non tenetur reſpondere ratione prædicta: quia videtur ſuperflua & imperti-
14 nens: † quia poſitio non eſt inuenta niſi vt ponens
releuetur ab onere probandi,vt iuribus ſuprà allegatis, ſed negando rem traditam transfert onus
probandi in aduerſarium: ideò poſitio ſuperflua.ita
tenet & declarat Paul. de Caſtro in dic.§. quod obſeruari,& Curtius in tract.poſitionum. nu.26. vnde
cùm huiuſmodi poſitio non fuerit admittenda tam
ratione contrarietatis, quàm negatiuæ ſuperfluæ &
impertinentiæ, propterea ei reſpondendo appella-
tus ſibi non præiudicauit,† cùm ſub proteſtatione 15
ſaluo iure impertinentium reſponderit, quo caſu
tam ex diſpoſitione ſtatutorũ quàm iuris talis proteſtatio derogat confeſsioni.Bald.in addi.Spec.in rub.
de poſi.verſ.qui reſpondet,vbi† dicit,qui reſpondet 16
ad id quod non debuit ſibi non pręiudicat ſi reſponderit ſub proteſtatione,& ſimus in impertinentibus & non admiſsibilibus,vt latè proſequitur Cur-
tius in dicto tractatu poſit. nume. 20. † Nam iura- 17
mentum præſtitum non cenſetur ſuper poſitionibus impertinentibus & non admiſsibilibus, cùm
ad talia non referatur, iuxta notat. per Bald. in l.penulti. ad fin. C. de tranſactio. Iaſ.in l.ſi duo. §.ſi Iulian.in iij. col. ff.de iureiuran.& Nicol. Ant. Graua.
in annota. ad praxim Octauia. Veſtr.libr.v.cap. xiij.
nu. 26.igitur ſtat firma confeſsio appellantis.

Nec obſtant ea quæ dixit Alex.in d. l. ſi non fuerit.quia loquitur in confeſsione ficta per contumaciam,† in iſto autem caſu ſumus in confeſsione ve- 18
ra facta ſub illa proteſtatione ſaluo iure impertinentium:quo caſu cõfeſsio non parat præiudicium,
niſi inquantum poſitio fuerit admittenda,quod in
ficta confeſsione non adſuit, & qui reſpondet ſine
dicta proteſtatione ad id quod non debet,ſibi præiudicat,per Bald. in d.rubrica de poſi.in additio.ad
Spec.ideo in tali caſu magis præiudicat confeſsio actoris actori, quàm rei reo. ſed in caſu iſto appellatus reſpondidit ſub illa proteſtatione, meritò ſibi
non præiudicauit. Item etiam ſi appellatus primò
reſpondiſſet poſitionibus appellantis ſibi non præiudicaſſet, cùm vt dictum eſt, talis poſitio non eſſet
admittenda, & ſub illa proteſtatione reſponſum
fuerit. Item quando appellans reſpondidit poſitionibus appellati, produxerat ſuas poſitiones, ſed
non iurauerat: quando verò appellatus reſpondidit
poſitionibus appellantis, tunc appellans iurauit,
quo caſu tanquam periurus non fuit admittendus,
quia primò reſpondendo poſitionibus appellati
cum iuramento fuerat confeſſus contrarium. Vnde
tanquam nauigans contrariis véris non eſt audiendus, quia duo contraria, ſcilicet verum & falſum,
confeſſum fuiſſe videtur. Item conſideratis dictis
teſtium probationes appellati excedunt probationes appellantis,quo caſu non abſoluitur reus.nota.
in capitu. ex literis, de probatio. Nec obſtat, quòd
vnus prius quàm alter poſuerit, † quoniam per- 19
uerſio ordinis non releuat ab onere reſpondendi,
Fran.in d.cap.ſecundo, de confeſ.

† Præterea illud quod dicitur, quòd poſitioni- 20
bus contrariis non eſt reſpondendum, procedit, vt
dicit Franc. in d. cap.ij. quando ita ſunt contrariæ,
quòd omnino adinuicem ſe perimant: aliàs ſi poſſunt aliqua diſtinctione iuuari, tunc eis eſt reſpondendum, ſed poſitio appellantis, dum poſuit
quòd appellatus actualem poſſeſsionem bonorum
emptorum nunquam habuit, nec habet, poteſt
iſto modo iuuari, ſcilicet, quòd actualem poſſeſsionem non habuit, nec habet à dicto appel-
lato

lato venditore, & tamen dicta bona præſentialiter appellãs poſsideat. licet non habuerit actualem poſſeſsionem à venditore, & ita cum iſta diſtinctione
21 vtraque poſitio actoris, & rei ſuſtentatur: † quia ei qui eſt in poſſeſsione, titulus ſufficit ſine noua traditione. Bal. in l. quædam mulier. ff. de rei vendica. & ideò cùm poſitiones actoris & rei adinuicem omnino non ſe perimant, vtraque reſponſio tolletatur: & id demonſtrat alia ſubſequens poſitio appellantis, cui appellatus reſpondendo ſe refert, prout in inſtrumento. Nam licet in præcedenti poſitione dixerit ſimpliciter credit, debet intelligi prout in inſtrumento habetur, ſecundũ quod dixit in ſequenti poſitione reſpondendo. credit prout in inſtrumẽto: quia hoc eſt fauorabilius ipſi reo, & confeſsio interpretatur in dubio in fauorem, aliàs videretur recedere ab eo quòd ſuprà dixit proximè, quod in dubio non præſumitur. l. nam ad ea. in prin. ff. de cond. & demonſtr. aliàs reſultaret quædam contrarietas. Nec eſt veriſimile, quòd voluerit recedere ab inſtrumento, vnde vt remoueatur iſta contrarietas reſponſio prima debet intelligi, vt reſponſum fuit in proximè ſubſequenti, ſcilicet, vt in inſtrumẽto continetur. ita in ſimili dixit Dec. in conſil. cxviij. incip. viſo inſtrumento. in fi. col. in prima parte.

S V M M A R I V M.

1 *Remedium reintegrandæ an competat contra poſſidentem cum titulo, & bona fide, abſque eo quòd allegetur aduerſarium clàm poſsidere reſpectu poſſeſsionis.*

2 *Teſtis ſi dicat Sempronium poſſediſſe domum, alter teſtis dicat poſſediſſe vna cum Iacobo, an dicatur probata poſſeſsio inſolidum, vel pro dimidia.*

CONCLVSIO XXXIII.

1 DVbitatum fuit primò, † an remedium reintegrandæ intentatum pro parte domini Gabionis de Gozadinis, competeret contra Philippum Purgatorem aduerſarium poſsidentem cum titulo, & bona fide abſque eo quòd dominus Gabio allegauerit aduerſarium clàm poſsidere reſpectu poſſeſsionis. Secundò, an ex eo quòd vnus teſtis pro parte dicti Gabionis dixit Remoaldum poſſediſſe domum, alter verò teſtis dixit quòd vnà cum Iacobo Parruo poſſedit domum, dicatur probata poſſeſsio domus inſolidum, an verò pro dimidia?

Circa primum dicebatur quòd ad hoc vt probans de antiquiori poſſeſsione, obtineat in remedio reintegrandæ contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo, & bona fide, videri neceſſe quòd deducatur in petitione, quòd aduerſarius clàm poſsideat reſpectu poſſeſsionis, vt declarat Bart. in l. ſi de eo, in fi. ff. de acquir. poſ. quem ſequitur ibi Aret. & Soz. in l. rem quæ nobis. eod. tit. & idem Feli. in cap. cauſam. circa princ. vij. col. de probatio. & licet loquatur in interdicto retinendæ, tamen Alex. extendit ad interdictum recuperandæ in conſi. cxv. in ij. col. in ij. vol. & conſil. lix. ſiue lxxxix. in fi. ij. colum. volum. v. & in conſil. xiij. circa finem. in ij volum. in caſu autem de quo agebatur agens in libello, non deduxit quòd aduerſarius clàm poſsideret reſpectu poſſeſsionis, propterea videbatur malè intentatum remedium recuperandæ.

Contrarium tamen fuit concluſum, non eſſe neceſſarium, quòd in remedio reintegrandæ deducatur aduerſarium clàm poſsidere reſpectu poſſeſsionis. quoniam cõmunis opinio eſt, quòd remedium recuperandæ datur contra titulo poſsidentem, & bona fide. ita communiter Canon. in cap. ſæpe. & in c. ad ſedem. extrà de reſtit. ſpol. Alexan. eam communem dicit in conſil. xcj. col. fin. vol. v. & in l. rem quæ nobis. de acquir. poſſeſ. vbi dicit, quòd ita vidit contra Bart. qui tenuit contrarium practicari Soz. ſibi contrarius conſil. lix. col. fin. vol. j. Anch. conſ. ccccij. circa recuperandum. Dec. conſi. lvij. diligenter. col. penul. & conſi. cxxxvj. col. fin. & vt atteſtatur Imo. in d. l. rem quæ nobis. ita communiter tenent legiſtæ, & canoniſtæ, & idem Ripa in d. cap. ſæpè. & in d. l. rem quæ nobis. ſubdens ab iſta communi non eſſe recedendum, & idem alij Moder. in d. l. rem quæ nobis. Adde pro iſta parte Ioan. de Amicis, qui dicit iſtam communem in conſil. xcvij. magnifice. Et iſta communis opinio non fundatur in clandeſtinitate recentioris poſſeſsionis, ſed in eo quòd exceptio tituli & etiam dominij ſubſequuti non admittitur in remedio recuperandæ, nam agens illo remedio non arctatur aliud probare, quàm antiquiorem poſſeſſionem, ita tenet Panorm. in cap. ſi diligenti, de præſcriptio. in iij. col. Adde Alexandrinum Rubeum in conſil. iiij. ſeries facti, per totum, & maximè num. 11. vbi quid quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, quo videtur tenere contrarium quòd hîc. Hinc dixit Alexand. in conſil. vj. in iij. volu. in vj. col. & in conſ. xcij. in iiij. & vlt. col. in v. vol. quòd etiam ſi ſeruus poſſeſſor tanto tempore tenuiſſet, quòd præſcripſiſſet dominium, talis exceptio non obſtaret, niſi cucurriſſent triginta anni, per quod tempus eſſet ſublatum remedium d. cap. reintegranda. vnde dixit Claudius de Saſello in d. l. rem quæ nobis, quòd illa limitatio quòd deducatur aduerſarium clàm poſsidere reſpectu poſſeſsionis, non procedit, quoniam communis opinio eſt in contrarium, quæ eſt, quòd intentans tale remedium non arctatur ad probandum niſi antiquiorem poſſeſsionem. Lap. allega. xxij. Matth. de Afflict. in j. lib. conſtitut. regni. in conſtitut. circa violentiarum. num. 29. in fi. vbi dicit iſtam eſſe veram opinionem, & quòd ita communiter practicatur, & quòd in iudicando ab ea non eſt recedendum.

Circa † ſecundum colligitur deciſio ex his quæ 2
not. Soz. in l. ſi quis, cum totũ. ff. de excep. rei iud. vbi dicit, quòd ſi teſtis dicat, Titius poſſedit fundum pro indiuiſo cum Sempronio, dicitur probare poſſeſsionem inſolidum totius fundi, & propterea fuit concluſum poſſeſsionem eſſe probatam inſolidum.

S V M M A R I V M.

1 *Vendicandi ius an domino ſit, non reſtituto emptori pretio pro re furtiua publicè, & bona fide in mercato empta.*

2 *Boues ex agro Bononienſi abactos, & in alio loco in nundinis bona fide emptos, an dominus vendicare poſsit.*

CONCLVSIO XXXIIII.

LEX erat in loco, videlicet † res furtiua publi- 1
co & bona fide in mercato empta, vendicandi

ius

2 ius non ſit † duos bones ex agro Bononiæ abactos & Imolæ in nundinis bona fide emptos, dominus vendicat, quæſtionis erat vtrum ſtatutum valeret. Gandinus hincinde recitat argumenta, refertq́; Dy. & Martini viciſſe ſententiam exiſtimantium dominum vendicantem non obligari refundere pretium, eo quòd in detrimentum eorum qui non ſuæ ditionis ſunt vanæ ſunt leges: ſentire ergo videntur, ſecundum ſtatutum inter homines duntaxat conſtituentis populi: non multo diſsimilem cautelam ſeu vt arbitror cauillationem: docet Bartholomæus Veronenſis, emptorem rei quam timet non eſſe venditoris, vt emendo publicè conteſtetur ſe domini nomine emere paratúmque rem reſtituere quàm primum pretium retro ſibi dabitur, ſicq́ue intrepidè emat, inquit, ſiue res ſit furtiua ſiue vi rapta, ſiue ne cogatur domino reſtituere ante perſolutum pretium, fretus authoritate Hoſtienſis qui rem prædæ dixit eum ſecurè ſub cõteſtatione præſcripta emere in ſumma de pœnit. & remiſ. §. fi. xj. q. quid ſi emit, mihi autem perſuadeo & ſtatutum & Veronenſis conſilium omnino deteſtabile inualidum, ea imprimis ratione, quòd inuitat homines ad furandum argum. l. conuenitur, de pact. dot. & l. j. ad Macedo. Nam qua ratione receptatores publicè, odio ſi ſunt, eadem profecto huiuſmodi emptores legibus infenſi eſſe debenti ab vtriſq; enim latrones & fures animantur, plus enim ad latrocinia impelluntur paratis ex venditione pecuniis quàm receptarum latebris. l. poſtlim. §. in pace. de capt. conſilium profecto Hoſtienſis pertinet ad res redimendas ab hoſtibus & à barbaris, quibus cùm ius poſtliminij eſt & captiuos faciendi & ab iiſdem capta redimendi & in cauſam pignoris retinendi donec exſolutum pretium reddatur. l. mulier. & l. in bello. §. ſi ſeruum. & §. deportatum, de capt. & l. ab hoſtibus redem. & l. fi. C. eo. tit. arg. l. inciuilem. C. de furt. neque video leges de redemptis vllam proteſtationem requirere. At in caſu noſtro de rebus furtiuis & vi raptis agitur, quæ damno publico & dominorum emerentur exemplóque inciuili ad latrocinia nutrienda ineptiſsimáque ea cautio videtur, vt ematur domini nomine, quaſi dominus rei ſuæ emptor fieri poſsit, & prædicta poſuit Marius Salamonius, Aduocatus conſiſtorialis, in commentariis. l. omnes populi. de iuſt. & iur.

Adde huic deciſioni, & vide in deciſi. Tboloſanis deciſi. clj. incip. item fuit quæſitũ. & ibi in apoſtillis.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hereditatis, ſeu interdictum quorum bonorum an & qualiter detur contra tit. poſsidentem.*

2 *Intellectus ad l. ij. verſic. emptor autem. C. de petitio. heredita.*

3 *Emptor rei ſingularis ab eo qui poſsidebat pro herede, non poteſt petitione hereditatis conueniri.*

4 *Differentia inter ementem quotam hereditatis & eum qui emit rem ſingularem.*

5 *Intellectus ad l. etiam ſi. §. quod ſi quis. ff. de petitio. here. & nu. 11.*

6 *Intellectus ad tex. in l. nec vllam. §. omnibus, cum gl. ff. de petitio. heredita.*

7 *Intellectus ad l. ſed ſi lege. §. item ſi ratio diſtraxit, el ij. ff. de petitio. heredita.*

8 *Intellectus ad glo. in l. ſi pro legato.*

9 *Intellectus ad doctrinam Bart. in l. cogi. ff. de petitio. heredit.*

10 *Barto. doctrina in l. ſi rem & pretium. ff. de petitio. heredita. intellectus.*

11 *Intellectus ad l. Neratius. ff. de peti. heredita.*

12 *Succeſſor ſingularis cum bona fide poſſeſſoris mala fides an aliquo tempore præſcribat.*

13 *Publiciana competit poſſeſſori habenti cauſam & titulum cum bona fide.*

CONCLVSIO XXXV.

DVbitabatur † an in remedio intentato, domina Syluia de Giramontibus poſſet obtinere, nam in remedio rei vendicationis certum erat quòd non poterat obtinere, quia de dominio eius vel authorum ſuorum nulla extabat probatio, in remedio verò petitionis hereditatis ſiue interdicti quorum bonorum maior erat difficultas, quia licet petitio hæreditatis non detur regulariter contra tit. poſsidentem. l. regulariter. de petit. hæred. tamen cùm titulus quem poſſeſſores conuenti habebãt, fuerit habitus per eos poſt mortem teſtatoris, & ab his qui non poſsidebant titulo, ſed pro poſſeſſoribus conueniri poterant petitione hæreditatis, non videtur obſtare quin contra eos potuerit petitio hæreditatis ſiue interdictum quorum bonorum intentari, ſecundum opi. Pau. de Caſtro. in l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. qui ita ſaluat Bal. ibi in ix. & x. oppoſit. qui indiſtinctè tenuit quòd titulus à quocunque habitus poſt mortem defuncti non impediat petitionem hæreditatis, vt eius dictum procedat quando titulus fuit habitus ab eo qui conueniri potuiſſet petitione hæreditatis: quam opin. idem Pau. tenuit conſulendo in conſi. vj. ante fi. in antiquis, iſta ratione, ne talis poſſeſſor ſit melioris conditionis, quàm fuiſſet eius author, & dicit ibi opin. hanc colligi ex dictis Bart. in l. cogi, de pet hære. & Bal. in d. l. fi. in ix. oppoſit. & conſi. Paul. approbant domini de regno Neapolit. deciſio. ccxxviij. in antiquis. idem Romanus ſingu. cccxliiij. incip. regulariter. & hanc opin. tenuit Iaſ. in l. j. in quinta limitatione. C. de inoff. teſtam. & idem Iaſ. in §. actionum. col. liij. & liiij. inſtit. de act. allegans doctrinam Bar. in d. l. cogi, & in l. ſi rem, & pretium. de pet. hæred. licet poſtea in contrarium alleget Bart. in l. iij. §. qui opus. de alien. iudic. mut. cauſa fact. & non ſoluat, & eam opin. Pau. ſequitur Alex. conſi. clxxxiij. vel lxxxiij. col. ij. & iij. vol. quinto. eandem opin. plenißimè proſequendo materiam tenuit Barba. in conſi. clxv. in ij. parte, incip. clementiſsimi, &c. circa dubium tranſmiſſum, vtrum petitio hæreditatis: vbi tenet opi. Bal. in d. l. fi. Adde Roma. ſingu. cccxxxiiij. incip. regulariter contra ti. 1

Sed tamen etiam tenendo quòd fuerit intentata petitio hæreditatis ſiue interdictum quorum bonorum, concluſum fuit d. Syluiam obtinere non poſſe, quia cùm poſſeſſores conuenti haberent verum titulum, contra eos non potuit intentari petitio hæreditatis ſiue dictum interdictum d. l. regulariter, cum vulgaribus.

Nec obſtat quòd haberent eorum titulum ab eo qui conueniri potuiſſet petitione hæreditatis, & propterea dicta actio potuiſſet contra eos intentari ſe-

cundum opin. & ſeq. & aliorum idem tenentium. Quoniam opinio contraria eſt verior & magis communis, niſi vbi acquiſitus fuiſſet titulus, vel lite peodente, vel ob ſuſpicionem litis monendæ, quo caſu tunc procedit illa opinio quòd contra huiuſmodi titulo poſsidentem detur petitio hæreditaris. ita loquitur Bat. in dicta l. cogi, cuius authoritas propterea in caſu iſto ab eo differenti non obſtabit, & ita loquuntur Augel. & Imol. in l. is qui hæres, de acqui. hære. Et quòd iſta opinio tanquam verior & magis
2 communis ſit tenenda demonſtratur: † quia pro ea imprimis eſt text. in l. ij. verſic. emptor autem, iuncta glo. ibi in verbo ſingularium, & in verbo conuenitur. C. de per. hære. nam ille text. vſque ad d. verſic. loquitur in eo qui emit hęreditatem ab illo qui poſſidebat pro hærede: vt declarat gloſ. j. ibi quæ ponit caſum illius legis, & in verſic. emptor, aut loquitur in emptore rerum ſingularium, & ſolum aduerſatur primæ parti l. in aduerſirate rei emptæ, vt conſiderat Fulg. in d. l. fi. col. fi. C. de edi. diui Adr. toll. dicens per illum verſic. confundi illam opin. Bal. in d. l. fi. in d. ix. & x. opp. quia ſecundum eum ſicut prima pars l. loquitor de acqnirenre titulum poſt mortem defuncti, ita & ille verſic. eodem caſu loquitur cùm ſolum parti præcedenti aduerſetur in diuerſitate rei emptæ, ſed aduertendum eſt quòd non ſolum pars præcedens illius text. loquitur in acquirente poſt mortem defuncti, ſed etiam in acquirente ab eo qui pro hærede poſsidebat, vt declatar d. gloſſ. cum qua omnes ſimpliciter tranſeunt, nec aliter ille text. intelligi poteſt, vt verba ipſius demonſtrant, & tamen d. verſic. ſecundum declaratiooem d. gloſſ. in verbo ſingularium, & alterius io verbo coouenitur, vult talem emptorem non poſſe conueniri petitiooe hæreditatis, ſed rei vendicatione, vel publiciana, ibi igi-
3 tur eſt caſus, † quòd emptor rei ſingularis ab eo qui poſsidebat pro hærede noo poteſt petitione hæreditatis cooneoiri, & cum declaratione illarum gloſſ. communiter docto. tranſeunt, & quòd ille verſi. loquitur in terminis partis præcedentis, declarat ibi Odoff. in poſitione caſus, & melius ſuper expoſitione text. ibi emptor. incipit quartus caſus, vbi dicit quòd text. ibi redit ad caſum de quo ille tex. in verſ. ſi verò, & quòd ſolum ab eo differt, quia verſi. ſi verò loquatur io eo qui emit quotam hæreditatis, ille autem verſic. emptor loquitur in emptore rei ſingu-
4 laris, † & in ſpecie Bal. ibi dicit eſſe differentiam intereum qui emit quotam hæreditaris, & eum qui emit rem ſingularem: vt primus hæreditatis petitione teneatur, ſecuodus non, & adducit tres rationes huius differentiæ: prima eſt, quia emptor hæreditatis in locum venditoris in ipſa voiuerſitate ſuccedit, & ſic in ipſo vniuerſali iudicio, quod non eſt in ipſo emprore rei ſingularis. ſecunda eſt ſecundum quæ quare in habentibus ſymbolum. Tertiam dicit ipſe addere, quia petitio hæreditatis ſapit quandam perſonalitatem cùm ſit actio mixta, & actio vniuerſalis, ſequitur ſucceſſorem in vniuerſo non eum qui in re ſingulari ſuccedit, & ſic dictum Bal. facit iſtam differentiam inter emprorem vniuerſitatis, & rei ſiogularis deducens rationes diuerſitatis, & manifeſtè vult quòd emptor rei ſingularis ab eo qui pro hærede poſsidebat non poſsit conueniri petitione hæreditatis, aliâs oou expediebat, quòd conſtituiſſet illas differentias, & rationes illas deduciſſet ſi intellexiſſet de emptore rei ſingularis ab alio acquiſitæ quàm ab eo qui pro hærede poſsidebat: præſuppponit enim ibi, quòd venditor illius rei ſingularis potuiſſet conueniri petitione hęreditatis, & ita ratio eſt intelligenda niſi velimus eum ineptè redarguere.

Secundò, † iſta opinio probatur per text. etiam 5
in l. etiam ſi. §. quod ſi quis. ff. eodem tit. vbi ſecundum communem ſenſum dicitur, quòd ille qui emit hæreditatem, vel quotam hæreditatis ab eo qui pro hærede poſsidebat, vt ibi declarat gloſſ. in verbo emerit, quam nemo redarguit, & ibi etiam tradit Angel. non poteſt conueniri petitione hæreditatis, niſi in duobus caſibus, ſi modico pretio emit, & ſic habet titulum quaſi lucratiuum, vel ſi creditor non compareret quando iuſto pretio emiſſet, ſi igitur in emptore vniuerſitatis regulariter prodeſt titulus habitus ab eo qui petitione hæreditatis poterat conueniri, à fortiori proderit talis titulus emptori rei ſingularis, per quem facilius petitio hæreditaris tranſit in emptorem vniuerſitatis: vt probatur in dicta l. ij. C. eodem titu. eo maximè ex ibi dictis per Bal. quæ ſuprà dicta ſunt.

Tertiò, † pro iſta opinio eſt glo. relata ad textum 6
in l. nec vllam. §. omnibus, de petit. hæred. ibi enim eſt text. quòd ſi quis habet titulum inualidum ab eo qui pro hærede poſsidebat, & talis ſciuerit ioualiditatem tituli, poteritis petitione hæreditatis conueniri, quia ille titulus habetur pro non titulo. glo. ibi mouet quæſtionem, quòd ſi talis habens tunc titulum inualidum ignorauerit inualiditatem tituli, an conuenietur petitione hæreditatis, & relatis opinionibus firmat ei oon eſſe locum, & vult quòd talis titulus qui validus putatur quoad excluſionem petitiouis hæreditatis ſufficiat. & illa opinio gloſſ. ſequuntur ſimpliciter Odoffre. & Alberic. & Angel. quam etiam ibi tenent Barto. & Paul. quando ignorantia eſſet iuſta, & cauſaret vſucapionem, vel præſcriptionem, ſi igitur titulus inualidus qui per ignoraotiam pro valido fuit reputatus. licet habitus ſit ab eo qui petitione hæreditatis poterat conueniri, ſufficit ad excludendum petitionem hæreditatis, ſaltem quando ignorantia fuit iuſta ſecundum opinionem gloſſ. quanto magis dicendum eſt idem debere operari titulum verè validum.

Quartò, † iſta opinio probatur per text. in l. ſed ſi 7
lege. §. item ſi ratio diſtraxit, il ſecundo. eod. titu. vbi ſupponitur, quòd emptor rei ſingularis habens titulum ab eo qui booa fide hæreditatem poſsiderat, & ſic ab eo qui petitione hæreditatis poterat conueniri, noo poſsit conueoiri à vero hærede petitione hæreditatis, ſed ſolùm rei vendicatione, vt planè verba illius text. oſtendunt, & ita illum textum declatat ibi Angel. col. j. & ipſemet Pau. in vltimis verbis dicens, quòd ibi ille poſſeſſor oon poteſt conueniri: quia habet titulum, ſed conuenietur rei vendicatione, vt ſecundum eum dicitur in text. in prio.

Vltimò, † pro iſta opinio. eſt gloſſ. in l. fina. pro le- 8
gato, volens, quòd ille qui rem poſsidet ex titulo legati putans validè ſibi fuiſſe legatum, conueniri petitione hæreditatis non poſſe, & tamen ille aſſertus legatatius prætendebat cauſam ab hærede putatiuo, id eſt, ab eo qui in teſtamento vniuerſaliter ſcriptus fuerat hęres, & conſequenter qui dicta actione

poterac

poterat conueniri, ex quibus patet iſtam opinionem eſſe veriorem, & magis communem quam in tot legibus, & gloſſ. docto. approbarunt, & quam ipſemet Paul. tenuit in dicta l. nec vllam. §. omnibus. quam in dicto §. item ſi rem, & quam etiam tenuit Alexand. in dicta l. fina. colum. antepenultima, & in conſilio clxxxvj. volumi. quinto. Aret. in dicta l. Is qui hæres, in fine, de acquirend. hæred. & quam dixit communem Vbertinus Zucardus in repet. d. l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. & quam virtualiter tenuit Bart. in d. l. iij. §. qui opos. de aliena. mut. iud. cau. fact.

9 Nec obſtat † dictum Bart. in dicta l. cogi, quia ſupra reſponſum eſt eum loqui, vbi quæreretur titulus lite pendente, vel propter ſuſpitionem litis mouendæ, vt bene ponderauit Alexand. in locis præallegatis.

10 Nec † dictum Bar. in l. ſi rem, & pretium, meretur allegari, quia loquitur in eo qui poterat conueniri prius petitione hæreditatis, & rem alienauerat, & eam poſtea ab eo ſucceſſore ſuo redemerat, illa enim redemptio tanquam trahens cauſam ab ipſomet redimente non habetur in conſideratione pro titulo, & ita tenent omnes ibi.

11 Nec obſtat † quod habetur in l. Neratius, & in d. l. etiamſi. §. hæredem, eod. titu. vbi hæres illius qui poterat petitione hæreditatis conueniri, eadem & ipſe conuenietur non obſtante titulo proprio, & vero pro hærede, quia ibi ille vniuerſalis ſucceſſor conuenietur, tanquam repræſentans perſonam defuncti, & ex illius perſona, quam repræſentat, quod non poteſt conſiderari in ſingulari ſucceſſore. vt omnes ibi declarant.

Non obſtat auctoritas Pauli, & ſequacium, quia idem Paul. contrarium tenuit in duobus locis ſuprà relatis. & contrarium communiter tenuerunt gloſſ. & omnes in locis ſuprà allegatis, quarum auctoritas eſt præferenda.

Non obſtat ratio Pauli, quòd ſucceſſor non debet eſſe melioris conditionis quàm fuerit auctor ſuus, quia fundamentum procedit vbi eſſet eadem ratio, aliàs ſecus. vbi enim ratio eſſet diuerſa, non eſſet de vno ad alium facienda illatio l. Papinianus exuli, de minoribus. hinc volgariter dicitur, quòd alia ratio reformat pactum, ſed hic diuerſa eſt ratio inter ſucceſſorem propter titulum quem habet, & inter eius auctorem titulo carentem, ergo ceſſat argumentum. & pro hac reſponſione plura adduci poſſent: ſed hæc ſufficiat. nam videmus poſſeſſorem bonæ fidei ſine titulo rem non præſcribere ſpacio longi temporis, & nemo eſt qui dicat eius ſucceſſorem ſingularem cum titulo longo tempore non præſcribere, ſi velit ex ſua perſona præſcriptionem inchoare ad no. in l. pomponius. §. cum quis, de acquiren. poſſ. alia enim eſt ratio authoris qui caret titulo, alia

12 ſucceſſoris qui habet titulum. † pari modo malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. c. fi. de præſcript. & tamen ſingularis eius ſucceſſor cum bona fide præſcribit, quia in eo ceſſat ratio peccati. ſimili-

13 ter † poſſeſſori malæ fidei & ſine titulo non competit publiciana, & tamen habenti cauſam & titulum cum bona fide publiciana competit. l. eum qui. §. ait prætor, de publicia. & ibi Barto. & per Alexand. in dicta l. Pomponius. §. cum quis, diuerſa enim ratio, diuerſitatem conſtituit iuris, & exiſtentia tituli & bonæ fidei in ſucceſſore eum reddit melioris conditionis quàm fuerit eius author titu. & bona fide carens.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in reſcripto, quòd iudex audiat & bina, vel trina audientia expediat, quomodo intelligatur.*
2 *Celeritas in ſententiis ſeruanda eſt, non tamen qua excludat cauſæ cognitionem.*
3 *Cauſæ cognitio eſt de ordine & forma ſententiæ.*
4 *Poteſtas habens liberum arbitrium in procedendo & ſententiando, non poteſt expedire in vna die totum proceſſum iudicij.*
5 *Verba omiſſa omni iuris ſolennitate, quid operentur.*

CONCLVSIO XXXVI.

Cauſa † ſuſpecti tutoris fuit commiſſa iudici, vt illam audiret & bina, vel trina audientia expediret. iudex vigore dictæ clauſulæ nimis feſtinanter proceſſit, ita quòd non fuit adhibita cauſæ cognitio, propterea dicebatur de nullitate ſententiæ altera pars pro validitate ſententiæ, allegabat iudicem celeriter expediuiſſe propter dictam commiſſionem, vt bina vel trina audientia terminaret, & ſic feciſſe prout habuit in mandatis, & quòd pars debebat appellare à commiſſione ſi ſentiebat ſe grauatam, concluſum fuit ſententiam nullam ex eo, quia nimis breuis dilatio fuit ſtatuta propter cuius breuitatem non adhiberi cauſæ cognitio potuit, & dicebatur non obſtare prædictam commiſſionem, quia per dicta verba, bina vel trina, &c. non intelligitur excluſa cauſæ cognitio. † Nam licet celeritas ſit ſeruanda, non tamen talis quæ excludat cauſæ cognitionem, quaſi non poſsit eſſe ponderatum quod eſt nimis feſtinatum, aliàs ſententia eſſet nulla. c. cum Bertholdus, in glo. de re iudicat. & c. enim, eo. tit. not. in c. ex literis, de reſtitu. in integr. † quia cauſæ cognitio eſt de ordine & forma ſententiæ. glo. extra, de app. c. qua fronte, & Bart. in l. prolatam. C. de ſententiis, hinc eſt quòd † ſi datur poteſtati liberum arbitrium in procedendo & ſententiando, non poteſt tamen facere & expedire in vna die totum proceſſum iudicij, vt l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. ff. ex quibus cauſa maior. & factus non valet ſecundum Cy. in prima conſtit. fforum. §. itaq;, quaſi non poſsit eſſe ponderatum quod eſt nimis feſtinatum. Nam per dicta verba non intelligitur remota cauſæ cognitio, imò ſi datum eſt arbitrium † omiſſa omni iuris ſolennitate ſiue ab homine ſiue à lege intelligitur remota iuris ciuilis ſubtilitas, non autem cauſæ cognitio, ff. de pœn. l. hodie. ff. mand. l. creditor, in fi. A mod. in tract. ſynd. chart. viij. & Catald. in eodem tract. numero 48.

(right-margin numbers beside the lines above: 1 at "Cauſa † ſuſpecti", 2 at "gitur excluſa cauſæ cognitio. † Nam licet celeritas", 3 at "eo. tit. not. in c. ex literis … † quia", 4 at "de ſententiis, hinc eſt quòd † ſi datur poteſtati libe-", 5 at "cauſæ cognitio, imò ſi datum eſt arbitrium † omiſſa")

Adde Feli. in c. ij. in fi. in ver. ſcias etiam quòd verbum celeriter. de re iudica.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non ſoluens canonem an perdat fructus rei cum ipſa re. & an a tempore quo ceſſauit ſoluere, vel a tempore declarationis domini. num. 3. cum ſeq. & nu. 13.*

2 *Poſsidens tenetur reſtituere fructus perceptos à tempore quo res incidit in commiſſum.*

4 *Pœna impoſita ipſo iure quando tendit ad fauorem alterius mandatur executioni, ſi ille velit ſine alia declaratoria.*

5 *Beneficium quo quis priuatur ipſo iure, poteſt abſq; alia declaratione alteri conferri.*

6 *Alienatio bonorum facta poſt delictum inceſtus commiſſum, pro quo imponitur pœna ipſo iure eſt nulla.*

7 *Dictiones, penitus, mox, omnino quid importent.*

8 *Res legata dominium an à die mortis teſtatoris ipſo iure transferatur.*

9 *Supplementum legitimæ an debeatur cum fructibus perceptis à tempore mortis teſtatoris. & numero 26.*

10 *Bona propter crimen læſæ maieſtatis ipſo iure confiſcantur. & à die commiſſi criminis alienari non poſſunt.*

11 *Iudicis declaratio requiritur ſuper executione quando bona ipſo iure confiſcantur, & factum non eſt notorium.*

12 *Iura omnia canonica quæ dicunt ipſo iure aliquem puniri bonorum confiſcatione, vel quacunque alia pœna non requirunt aliud quàm declarationem iudicis de crimine commiſſo.*

14 *Pœna retorcutionis propter ius iniquum ab aliquo impetratum committitur ipſo iure dummodo pars poſtulet.*

15 *Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis cadit ab emphyteuſi domino volente.*

16 *Pœna caducitatis non requirit pro eius executione aliquod factum iudicis aut aliquam ſententiam declaratoriam.*

17 *Mortuo emphyteuta moroſo an declaratio domini ſuper caducitate fieri poſſit.*

18 *Ad ſubſtantiandum & conſtituendum ineſſe caducitatem emphyteuta quæ requirantur.*

19 *Deficiente vno ex ſubſtantialibus contractus, alter nihil operatur. & actus inualidatur.*

20 *Res & pretium ad ſubſtantiandum contractum emptionis & venditionis requiruntur. quorum altero deficiente nihil agitur.*

21 *Æquitate deficiente ceſſat retroactio, quæ niſi per fictionem fieri poteſt.*

22 *Compenſatio liquidi ad liquidum inducitur ipſo iure ſecuta tamen declaratione hominis.*

23 *Compenſatio quando ab homine declaratur fieri non retrotrahitur ad diem quo cœptum fuit ab vtraque parte deberi, ſed conſideratur tanquam inducta tempore declarationis.*

24 *Verba malè agere, quid importent.*

25 *Reus in dubio fauendum eſt vbi agitur de pœna applicanda eccleſiæ.*

27 *Delictum commiſſum in faciendo grauius eſt delicto commiſſo in omittendo.*

28 *Argumentum de delicto in committendo ad delictum in omittendo non procedit.*

29 *Pœna conditionalis an purificata conditione retrodicatur incurſa à die delicti.*

30 *Factum ſeu negligentia vnius in adimplendo conditionem non debet alteri nocere.*

31 *Retrotractio non habet locum in vltimis voluntatibus.*

32 *Leges & vltimæ voluntates inter ſe ſymbolum habent.*

CONCLVSIO XXXVII.

IN cauſa mota per Abbatem Sancti Zachariæ de
Trecento diœceſis Imoleoſis, contra dominum
Scipionem de Fantuciis, † An d. Scipio emphyteuta 1
propter canonem non ſolutum perderet fructus rei
cum re ipſa, nullum fuit dubium, quoniam emphyteuta
non ſoluens canonem perdit fructos rei cum
re ipſa, ita tenet Angelus in auth. de non alien. §. ſi
verò, colum. ij Bald. in l. ſi pater. C. de vſufru. nota.
in l. ſi defuncta. ff. eodem titulo. Bald. in add. Spec. de
locat. verſicu. pactum cum emphyteuta. Felinus in
cap. quarta, de præſcript. in x, colum. in princip. in
verſiculo poſtremò, in fin. verſicu. Sozinus in conſi.
clxvij. incip. non inutilis, verſicu. poſtremò prædictam,
in ſecunda parte, Iaſ. in l. ſecunda. C. de iure
emphyteut. plenè proſequitur Tiraquellus in repet.
l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. † In quibus locis 2
concludunt omnes quòd poſsidens tenetur reſtituere
fructus perceptos à tempore quo res incidit in
commiſſum.

Sed difficultas erat, † an emphyteuta non ſol- 3
uens canonem perdat fructus rei cum re ipſa à die
quo ceſſauit in ſolutione canonis, an verò à die quo
dominus declarauit emphyteutam incidiſſe in commiſſum,
in qua difficultate.

Primò dicebatur quòd emphyteuta non ſoluens
canonem teneatur ad reſtitutionem fructuum à die
quo ceſſauit in ſolutione, & adducebantur not. communiter
per docto. in l. ij. C. de iur. emphy. vbi dicunt,
quòd ſi emphyteuta ceſſat in ſolutione, ſtatim priuatur
ipſo iure, † vnde ſuccedit, quòd quando pœna 4
imponitur ipſo iure, & tendit ad fauorem alterius,
ita demum mandatur executioni, ſi ille velit ſine
alia declaratoria, & ſi tamen requiratur declaratoria,
requiritur ad executionem fiendam, vt declarat
Claud. in l. ſi filius. §. quod autem prætor, in j. col. ff.
quod quiſque iur. ex quibus infertur quòd priuatio
inducitur ipſo iure tempore ceſſationis in ſolutione
canonis, non autem declarationis. cùm declaratio
fiat ad executionem. Faciunt not. † per Gemin. in c. j. 5
de homicid. lib. vj. quem refert Ripa in c. ſæpe. nu. 101.
extra, de reſtit. ſpoliat. vbi vult per illum text. quòd
ſi imponitur pœna priuationis beneficiorum ipſo
iure, quòd tunc ſtatim beneficia poſſunt conferri
tanquam vacantia etiam ante declaratoriam non citato
poſſeſſore. & ſubdit Ripa, quòd declaratoria
non requiritur niſi in executione reali, & ſic infertur
quòd declaratio domini ſolum operatur quoad
executionem, priuatio autem inducitur ſtatim, quòd
emphyteuta ceſſat ſoluere canonem.

Secundò facit † quia ſi quis committat delictum 6
inceſtus priuatur ipſo iure dominio bonorum, vt nota.
Bar. in auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt. ex
quo infert Decius in conſi. ccxxxv. in ij. parte, quòd
alienatio facta poſt tale commiſſum delictum etiam
ante proceſſum formatum, & ante ſententiam, eſt
nulla, ex eo quia imponitur pœna ipſo iure, vt declarat
Matheſill. in not. cxvj. incip. nota quòd vbicunque,
vbi dicit, † quòd dictiones, penitus, mox, 7
omnino important priuationem ipſo iure, abſque

alia

alia ſententia declaratoria, pariter videtur dicen-
dum in caſu prædicto, quia l.ij. C.de iure emphy-
teutic.dicit, quòd emphyteuta omnimodo repel-
latur, ſi dominus voluerit, vnde ſtatim qoòd ceſ-
ſauit in ſolutione emphyteuta fuit prioatus, & ſic
non attenditur tempus declaratinnis, ſed tempus
ceſſationis io ſolutione canonis. qno tempore ſta-
tim inducitur priuatio.

8 Tertiò, † nam communis concluſio eſt, quòd em-
phyteuta priuatur ipſo iure cùm ceſſat ſoluere ca-
nonem, ſed non cum effectu, ſed com effectu ſi do-
minus voluerit, vt videmus in legato, quoniam rei
legatæ dominium à die mortis teſtatoris ipſo iore
transfertur, tamen non cnm effectu, ſed cnm effe-
ctu, ſi legatarius acceprauerit legatum, idem io
emphyteota. ita dicit Soz.conſi.lxxviij.iiij.vol. quia
vt ſubdit ipſe, licet emphyteuta cadat à iure propter
non ſolutum canonem, tamen intelligitur fieri non
com effectu, quia dominus poteſt nolle quòd ceci-
derit, & ideò tertius non poteſt talem exceptiooem
opponere, quia non ſoluens canonem eſt priuatus
ipſo iure quoad dominiom, non quoad alios, di-
cens etiam, quòd licet bona ipſo iure ſint tranſla-
ta io fiſcum, tamen quia fiſcus poſſet bona non ac-
ceptare. Tertios de iore fiſci opponere non poteſt,
& ſic ex prædictis patet, quòd priuatio indocitur
ante declarationem domini, tamen ſi dominus non
vult acceptare poteſt.

9 Quartò, † videmus quòd ſupplementum legiti-
mæ ſit ipſo iure, eo ipſo quòd filius declarat illud
velle.l.ſcimus.in princip. C. de inoffic. teſta. vt not.
gl.ij.ibi communiter approbata. Corn.conſ.cclxiiij.
videtur prima litera f.iiij.vol.& conſi. cclxv. in litera
D.vol.j.& in conſi.cclxv.col.fina.vol iij. Alex.conſi.
lxix.in ij.dubio,vol.j. & tamen fructus legitimæ de-
bentur habito reſpecto à tempore mortis teſtatoris,
citra not.Bal.in l.Papinianus.§.vnde ſi quis.ff.de inof.
teſt.conſuluit.Cot.in conſi.cclxv. in hac videtur. in
fine conſilij.vol.iij.

10 Item † videmus quòd propter crimen læſæ ma-
ieſtatis bona ipſo iure confiſcantur.l.fin. C.ad l.Iol.
maie.propterea dicitur in dicta l.fi. quòd à die com-
miſsi delicti non poteſt reus bona eius alienare, &
ſic inſertur quòd vbi imponitur pœoa ipſo iure,
conſideratur tempns commiſsi delicti, oon autem
declarationis. & Domi.de S. Gemi. in c.cum ſecun-
dum.§.confiſcationis,in ij.col.de hæretic.in vj. dicit
quòd bona intelliguntur confiſcata à tempore com
miſsionis criminis, id eſt, eo ipſo quòd crimeo com-
mittitur. & intantum quòd ſententia ſuper crimine
lata retrotrahitor, & loquitnr in caſu quando pœna
imponitur ipſo iure, † quo caſu ſuper executione
11 reqoiritur declaratio, & hoc quando factum non
eſſet notorium: ſi autem eſſet notorium abſque de-
claratione, fieret executio. Pariter igitur eſt dicen-
dum in caſu propoſito, quòd declaratio domini ſit
oeceſſaria quoad effectnm exequendi ex eo maxi-
mè, quia ſi dominus nollet acceptare caducitatem,
poteſt facere, vnde declaratio domini ſuper com-
miſſo, vel quòd vult rem deuolotam eſſe retrotrahi-
tnr. Et Feli.in c.prætetea, in ij.not.de ſponſ.dicit mul
ta allegans, quòd † omnia iora canonica quæ dicunt
12 ipſo inre aliquem puniri bonorum confiſcatione, vel
quacunq; alia pœna, non requirunt aliam declara-
tiooem niſi ſuper crimine commiſſo: quia conſtito
de delicto commiſſo ſtatim eſt locns pœnæ, ſed pœ-
na non ſortitur effectum ante declaratoriam, inte-
rim ſtat in ſuſpenſo, & declaratoria trahit ſecũ exe-
cutioné, ita dicamus in caſu iſto, quòd ſtatim qnòd
emphyteuta ceſſauit in ſolntione fuit priuatus, ſed
ante declarationem domini ao velit rem eſſe deuo-
lutam, hoiuſmodi prioatio nõ ſortitor effectum, ſed
ſtat in ſuſpenſo, & quòd priuatio inducatur ſtanm,
ſed quoad effectum ſtet in ſuſpenſo vſq; ad declara-
tioné domini, videtor ſeotire Deci.io conſ.cxxxviij.
iocip.& diligenter, num.6.j.parte. vbi dicit iſta ver-
ba, videlicet, quia ante declarationem factam à do-
mioo directo in effectu noo eſt facta priuatio ſaltem
reſpectu executionis.

Et † io indiuiduo reſpectu fructuum quòd atten- 13
dendum ſit tempus ceſſationis in ſolutione canonis
voluit Iaſ.in d.l.ij.in v.not. in ij.q. C. de int.emphyt.
allegat Angel. hoc ſecundum eum expreſsè tenen-
tem in §.ſi verò, in authen.de non alien.& Specol.in
tit.de locat.in §.nnnc aliqua. verſic. decimò quæri-
tur.& Alberic. in d.l.ij. pro qua opin. adducit inter
cætera, quod not.Guli.Ang. & Pau. in l.j. C. de his
quibus vt indign.& vltra eum illud dictum Ang.ſe-
quitur Bartho.Veron.conſi.xxv.nu.7.in conſiliis ci-
uilibus, & illud dictum Spec. ſequitur Sozin.conſil.
prædicto clxvij.nu.12.& Feli.in c.de quarta, col.xj.
verſi.ſimile eſt, & col.ſequeo.ibi, noo obſtat, de præ-
ſcript.& com opin.Iaſ.concordat Ripa in repeti. l. ſi
vnquam.nu.100.C.de reuocan.donat.adde & omni-
oo vide Felinum in c.ad probaodum, de re iudicata.
Adde & vide omnino Triodatum io tracta. de com-
penſationibos, ſuper illo atticulo, an compenſatio
fiat ipſo iure an ope exceptionis, qui videtur con-
cludere pro iſta parte, quòd à die ceſſationis. Pro iſta
opinione videtur facere primò, quia ſecota declara-
tione domini retro cenſendum eſt emphyteutam
cecidiſſe, non obſtante qoòd talis declaratio longo
tempore pòſt facta fuerit: cùm enim pœna caduci-
tatis ipſo iure à lege ioducatur propter delictum nõ
ſolutionis, cõſequens eſt, vt dies delicti attendatur,
tanquam cauſa originaria ipſius pœnæ non ipſa de-
claratio, quia cauſa originaria regulariter eſt atten-
denda.l.ſi hæres teſtamento, de actio. empti.l. vxo-
rem.§.agri plagam, de legat.iij. Secundò, quia vide-
mus in ſimili quod † dicitnr de pœna retorcutio- 14
ois propter ins iniqnum ab aliquo impetratum. ea
enim committitur ipſo iure dummodo pars poſtu-
let, vt probat text. in l.iij. §.quod aorem, & ibi not.
omnes quod quiſque iuris. iuncta l.j. in princip. ibi,
aduerſario poſtulante, eo.tit. & tamen ſi quis impe-
tret ius iniquom contra me, & poſtea decedat hære-
de relicto, poſſum ego poſtulare contra hæredem, vt
eodem inre vtatur, & illi retorcntiooi erit locus, vt
probatur in d. l.iij. §.qood autem, ex quo neceſſa-
riò videtnr inferri, quòd facta iſta mea poſtulatio-
ne, pœna illa retorcutionis intelligitur retro in-
curſa, vioente impetrante & in tempore impetra-
tionis dicti iuris iniqui, quia niſi viuente ipſo im-
petrante pœna ipſo iure cenſeretur incurſa, ea hæ-
redem non afficere. l. j. C.ex delicto defunct. cum
materia. ita ergo in propoſito caſo emphyteutæ, di-
ceodum videtur, vt pœna caducitatis quæ domi-
no declarante ipſo iure propter moram incurritur,

facta tali declaratione intelligatur vſque retro commiſſa à die moræ incurſæ. Item facit, quia lex inducens caducitatem propter moram in non ſoluendo præcedente diu declaratione non præfigit aliquod tempus infra quod talis declaratio fieri debeat, & ideò quandocunque ea fiat, operari debet effectum ſuum, & propterea ſicuti incurſa mora poteſt dominus ſtatim, vel poſt modicum tempus declarare caducitatem incurſam propter dictam moram: ita propter eandem moram poterit poſt longum tempus facere dictam declarationē,& vtroque caſu debet intelligi à die moræ pœnam eſſe incurſam. cùm enim quocunque tempore liceat facere dictam declarationem, non videtur domino imputandum quare diu tardauerit in declarando poſtquam id à lege ei permittebatur, argu. l. Gracchus. C. de adulter. nam declaratio huiuſmodi fit regulariter habendo reſpectū ad dictum tempus moræ prout in caſu noſtro. ſi enim quis per biennium ceſſauit in ſolutione canonis, & nunc fiat declaratio, in ea exprimitur quòd tunc elapſo biennio caducitas fuit incurſa, ergo dato etiam quòd talis declaratio tanquam principalior magis quàm mora eſſet attendenda. omnino attendi deberet prout facta & expreſſa fuit, & ſic habendo reſpectum ad tempus moræ incurſę. & pro hac concluſione videtur eſſe deciſ. Gui. Ang. Pau. & ſeq. in d. l. j. C. de his quibus, vt indig. vbi concludunt quòd commiſſa felonia per vaſſallum propter quam veniebat feudo priuandus, licet ſtatim non fuerit priuatus & interim perceperit fructus, tamen poſtea ſequuta declaratione & ſic priuatione inducta, tenebitur ad fructuum reſtitutionem à die felonię commiſſæ, item adduci poteſt quia iſta pœna eſt debita ſub conditione ſi dominus voluerit, vt in d. l. ij. de iur. emphy. ergo purificata conditione per declarationem domini retrotrahetur ipſa obligatio pœnalis ad diem delicti per ea quæ habentur, in l. ſi filiusfamiliās, de verb. obl. in l. ſi is qui pro emptore, de vſuc. Et tenendo iſtam opi. non obſtat, ſi opponeretur quòd donec dominus non declarauerit, emphyteuta non amittit vtile dominiū quin poſſit contra tertium agere iuxta ea quæ latè ponit Iaſ. in d. l. ij. in v. not. quia reſpondetur, ſcilicet vt ſequuta declaratione cenſeatur caducitas retro incurſa à die moræ, vel poſſet dici quoad dominum dicatur caducitas ſtatim incentſa, licet nō quoad tertium ſecundum Bal. in addi. ad Speru. in tit. de locat. circa vj. col. refert & ſequitur Iaſ. in d. l. ij. v. no. Sozi. conſi. lxxviij. nu. 7. vol. iij. poſſet etiam reſponderi ex dictis per Alex. in d. l. j. C. de his quibus vt indign. ſuper illa doctrina Gul. & aliorum.

15 In † contrarium adducebatur iuris communis diſpoſitio quæ eſt quòd emphyteuta non ſoluendo canonem, tunc demum priuatur ſi dominus voluerit, vt not. Bart. per illum text. ibi ſi modo voluerit, & ibi Bald. Angel. Salice. Iaſ. & alij. C. de iure emphyt. l. ij. Bart. in l. j. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. & in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. in prin. & Bal. ibi col. fin. vbi inquit quòd priuatio emphyteuſis propter canonem non ſolutum non eſt in facto eſſe, ſed eſt in potentia fieri domino volente, latè proſequitur Decius in conſi. cxxxviij. in ij. & iij. col. in prima parte ſubdens inter alia exemplum in compenſatione quæ fit ipſo iure, & tamen non fit in effectu niſi pars velit & opponat, vt in l. fin. C. de compenſa. & de prædictis latè etiam per Caſſadorū in tit. de loca. & conduct. deciſ. ij. & deciſ. iij. vnde ex prædictis videtur inferri quòd ante declarationē domini emphyteuta non ſoluens canonem non priuetur, confirmatur iſta opinio iſta ratione, nā pœna priuationis ob non ſolutū canonem inducitur tunc demū fauore domini quādo dominus velit & declaret, & propterea non antea, quia ſi aliter diceremus ſequeretur incōueniēs quòd ſtatim decurſo termino ſine ſolutione data priuatione etiā inuito domino, quādo etiā acceptaret poſtea penſionē ſimpliciter oporteret rē de nouo cōcedere, quòd nunquā fit domino caducitatē nolente, ita Caſſadorus in d. deciſ. iij. nu. 4. Item conſideratur pro iſta parte quia ſecundum communem opi. de qua plenè per Iaſ. in d. l. ij. in quinto no. donec dominus non declarauerit, emphyteuta retinet ius ſuum & ſic dominium vtile & poſſeſſionem, ergo & fructus conſequitur qui ad dominum ſpectant. l. ex diuerſo. §. j. cum vulg. de rei vend. item ſi declaratio domini attenderetur habendo reſpectum ad tempus moræ, ſequeretur quòd mortuo emphyteuta poſſet dominus declarare eundem tempore moræ commiſſæ cecidiſſe, & ſic retro fuiſſe pœnam incurſam, cùm iſta declaratio dependeat à mera voluntate domini, † & pœna caducita- 16
tis nō requirat pro eius executione aliquod factum iudicis aut aliquam ſententiam declaratoriam ſecūdum opi. magis communem, de qua per Iaſ. in d. l. ij. in d. quinto no. † Et cum regula ſit quòd pœna com 17
miſſa contra aliquem & non requirens executionem facti mediante miniſterio iudicis hæredem afficiat per ea quæ tradit Iaſ. in l. iij. §. quod autem, quod quiſque iuris. poſt Bald. in l. quæ ſub conditione. §. fi. de condi. inſti. poſt Gemi. in c. felicis. in prin. de pœnis, in vj. ſed conſequens eſt falſum quia mortuo emphyteuta moroſo declaratio domini ſuper iſta caducitate fieri non poteſt, vt not. Cum. conſi. clxiiij. & abundè proſequitur Caſſiad. in tit. de loca. deciſ. ij. & duabus ſeq. ergo & antecedens, item conſiderandum eſt, quia † ad ſubſtantiandum & conſti- 18
tuendum ineſſe caducitatem emphyteutæ duo requiruntur, mora, ſcilicet, in ſoluendo, & declaratio domini vt probatur in d. l. ij. ibi, volenti, & ibi, ſi dominus voluerit, & in §. ſcire autem, ibi, & volentibus præpoſitis, in anth. de non alien. † ſed vbi duo requi 19
runtur pro ſubſtantiando aliquē actum, vnū ſine altero nil operatur, & defectus vnius actū inualidat. §. pretiū, inſti. de emp. & vend. † nā ad ſubſtantiandū 20
contractū emptionis & venditionis duo requiruntur, res & pretiū, quorū ſi alterū deficit nil agitur. vt in d. §. pretiū, donec igitur aliquod ex requiſitis deficiet actus tanquā nullus non eſt habendus in conſideratione, ſed eius effectus tunc inſurget cū actus perficietur: cùm igitur ſola mora in caducitate nil perficiat, ſed ſolū ei initium det, tempus dictæ moræ non inſpicietur in conſiderando effectū caducitatis, ſed tēpus declarationis in quo ipſa caducitas perficitur attēdendū erit, & ideò quidquid cōmodi ex re emphyteutica proueniet ante declarationē domini ad emphyteutā ſpectabit, ne ſi cōtrarium diramus effectus caducitatis inducatur priuſquam ipſa caducitas perficiatur: ratio, quia æquè potenter operatur informando caducitatem ipſa declaratio, ſicuti ipſa mora cùm vtrunque requiratur, & alterum ſine altero nil poſſit efficere: ergo non magis

mora quàm ipſa declaratio eſt inſpicienda, imò in-
terpretari debemus, vt potius declaratio ſit atten-
denda quàm mora, cùm per iſtam interpretationem
pœna minuatur.l.factum.§.in pœnalibus.de reg.iur.
item tenendo quòd fructus debeantur à die moræ &
defectus ſolutionis per biennium neceſſariò vide-
tur dicendum quòd iſta declaratio quæ ſequitur
poſt longum tempus retrotrahatur ad diem dictæ
moræ per fictionem, ſed in propoſito nulla ſubeſt
æquitas propter quam debeat fieri iſta retrotractio,
21 ergo non retrotrahetur, † quia vbi æquitas deficit
ceſſat retrotractio, quæ niſi per fictionem fieri po-
teſt.l.deniq;.ex quib.cau.mai.per quem tex.ita dicit
Bart.in l.ſi is qui pro emptore.in ij.oppo.de vſucap.
quòd autem non ſubſit æquitas,demonſtratur,quia
aut dominus ſciuit iſtam moram emphyteutæ in non
ſoluendo, & tunc cùm ei licuerit ſtatim facere di-
ctam declarationem,ſi diu diſtulit,ſibi eſt imputan-
dum, & cùm potuerit facere vt caducitas perficere-
tur & non fecerit, id ex ſui culpa, & negligentia
euenit,ideo & non eſt ſuccurrendum,aut iſtam mo-
ram ignorauit, & quidem ſi iniuſtè idem dicendum
eſt, quia pro ſciente habetur. l.quod te.ſi cert. peta.
ſi verò ignorantia fuit iuſta, vt quia ſucceſſit in lo-
cum alterius,iuxta l.qui in alterius.de regulis iur.&
tunc etiã videtur ſubeſſe æquitas,vt iſta fictio tranſ-
latina inducatur,quia cùm agamus de incurſu pœnę
non poteſt æquitas conſiderari, vt probat text.in l.
22 ſciendum.ex quib.cau.maio. † Item facit,nam com-
penſatio liquidi ad liquidum inducitur ipſo iure,ſe-
cuta tamen declaratione hominis,iuxta no.in l.fi.C.
de comp.& no.Bart.in l.verum.ff.de comp.& tradi-
23 tur in §.in bonæ fidei.inſtit.de act. † & tamen quan-
do homo declarat velle compenſare,talis compenſa-
tio non trahitur retro ad diem quo ceptum fuit ab
vtraque parte deberi,ſed conſideratur tanquam in-
ducta tempore declarationis, vt probatur in d.l.ve-
rum, ibi, malè petit, ex quo enim lex ait eum malè
agere, cui obiicitur compenſatio, ſequitur obliga-
tionem non cenſeri retro extinctam, vſque ad tem-
pus quo cœptum fuit ab vtraque parte deberi, quia
ſi cenſeretur retro extincta,non diceretur ille malè,
24 ſed nulliter agere. † Iſta enim verba,malè agere,im-
portant actionem cõpetere,ſed oppoſita exceptione
extingui.l.j.§.fi.quando dies vſusfruct. leg.ced.vt in
terminis conſiderat gl.no.in l.ſi conſtat.C.de comp.
quemadmodum igitur conſideratur tempus decla-
rationis,& oppoſitæ compenſationis in inducendo
effectũ extinctionis obligationis qui ipſo iure me-
diante,tamen declaratione,ſeu oppoſitione hominis
inducitur propter debitum hincinde, ita conſide-
randum eſt tempus declarationis in inducendo effe-
ctum caducitatis quæ ipſo iure incurritur mediante
declaratione propter moram, & defectum ſolutio-
nis canonis,& iſta videtur vrgens ratio.

Poſtremò ſi dicamus iſtam opinionem non bene
omnino fundari, ſaltem negari non poteſt,quin res
ipſa dicatur deducta ad probabilem iuris dubieta-
tem, quo caſu ſuccedit, vt in dubio ea in iudicando
ſit tenenda tum ex regula d. §. in pœnalibus, tum
25 † ex eo quia in dubio fauendum eſt reis.l.fauorabi-
liores, de regulis iur.dato etiam quòd eccleſia eſſet
actrix & in dubio dicatur fauendum eſſe eccleſiæ,
vt not.in ca.fin.de re iudi.quia non procedit hoc vbi
agitur de pœna applicanda eccleſiæ, quæ cùm ſit
cultrix iuſtitiæ & æquitatis.c.j.§.ſi diuerſum,de alie.
feu.non quærit ditari cum aliena iactura,& iſta pars
placuit dominis qui ita iudicarunt.

Quam partem tenendo poteſt adductis in con-
trarium reſponderi, & primò dicitur quòd Ang.in
d.§.ſcite autem,loquitur de fructibus perceptis poſt
caducitatem incurſam & bene loquitur,ſed dicitur
quòd ante declarationem caducitas non eſt incur-
ſa,vt ſuprà dictum eſt,ergo &c.& Spec.in d.verſi.x.
quæritur ſimiliter quando emphyteuta cecidit à iure
ſuo quod eſt poſt declarationem factam,& ideo eius
authoritas non obſtat,nec pari modo aliorum id ſe-
quentium, videlicet Alberic.Barth. Veron.Sozi.&
Felini, & licet Iaſ. expreſsè aliam partem tenuerit,
tamen cùm propter illa dicta Specu. Angel. & Al-
beric. moueatur quæ hoc non concludunt & quæ
alio modo loquuntur, non videtur de eo curan-
dum. & idem dicendum de Ripa, qui inaduerten-
ter ſequutus eſt Iaſ.

Ad illud quòd tempus moræ tanquam cauſa ori-
ginaria ſit attendendum,reſpondetur negando fun-
damentum, quia non eſt verum, quòd dicta pœna
oriatur ex ipſa mora, ſed à lege inducitur propter
moram accedente domini declaratione quæ non mi-
nus potẽter operatur quàm mora vt ſuprà dictũ eſt.

Ad † aliud de legitimæ ſupplemento quod filio 26
debetur ipſo iure eo declarante,dicitur illud proce-
dere quia ſtatim mortuo teſtatore ipſum ſupple-
mentum debetur ipſo iure abſque declaratione filij,
licet commutabiliter,& illa declaratio quæ requiri-
tur ſecundum gl.ibi communiter approbatam ope-
ratur, vt ipſa acquiſitio fiat incommutabilis,quod
demonſtratur:quia defuncto filio nulla per eum fa-
cta declaratione tale ſupplementũ ad hæredes etiam
extraneos tranſmittitur:vt declarat ibi Salic.qui in
ſpecie dicit quòd tale ſupplementum purè & ſta-
tim filio ipſo iure acquiritur,non autem conditiona-
liter,ſi petatur & tranſmittitur ad quoſcunq; hære-
des:& ſequitur Alex.conſi.lv.col.iij.volu.ij.& Iaſ.in
d.l.ſcimus, ſed in caſu moroſi emphyteutæ eius iura
non acquiruntur domino purè neque incommuta-
biliter,neque alio modo, ſed conditionaliter, ſi ipſe
dominus voluerit, vt in d.l.ij.& etiam quia ſecũdum
communem opin.de qua per Caſsiad.in ti.de loca.
deciſio.ij.cum duabus ſeq. defuncto domino non
facta declaratione nulla iura caducitatis in hære-
dem transferuntur,igitur diſsimiles ſunt caſus & de
vno ad aliud non infertur. l.Papinianus exuli, de
minor. & ratio in vtroque caſu poteſt conſiderari.
nam in ſupplemẽto lex illud ſimpliciter defert filio
ipſo iure quò ad verborum expreſsionem, vt pro-
batur in d.l.ſcimus, licet virtualiter & intrinſecè il-
lud deferat filio volenti & petenti,caducitatem ve-
rò lex ipſo iure inducit exprimendo ſi dominus vo-
luerit, vt probatur in d.l.ij.& in d.§.ſcite autem,quæ
expreſsio operat, vt ei nulla fiat acquiſitio niſi de-
claratione accedente, facit tex.in l.ſi ita legatum.§.
illi,ſi volet,cùm ibi no.de legat.j.

Ad text.in d.l.iij.§.quod autem, iuncta l.j.in ver-
bo,aduerſario poſtulante, quòd quiſque iur.ſolum
colligitur ex ibi dictis per Barto.& alios,maximè per
Dec.dum declarant illum text. vt procedat quan-
do pœna retorcutionis venit imponenda per viam

exceptionis. Nō obſtat ratio quæ adducebatur quòd cùm à lege non fuerit præfixum certum tempus domino ad faciendum iſtam declarationem, licitum eſt ei, quandocunque placuerit illam facere: quia hoc non negatur, ſed tamé dicitur quòd tunc caducitas habebit ſuum eſſe & ſuam perfectioné quando iſta declaratio fiet cùm ante eam nulla caducitas eſſet incurſa: & licet declaratio fiat ſub verbis importantibus caducitatem retro fuiſſe incurſam, tamen hoc non videtur eſſe in facultate domini: quia quòd caducitas quæ hodie pura ſuam perfectionem recipit domino declarante, dicatur iam, puta x. annis retro incurſa, non poteſt induci niſi per fictionem tranſlatiuam quæ ab homine induci non poteſt, vt no Bart. in d.l. is qui pro emptore, in prima quæſt. ptincipali. de vſucap.

Ad ea verò quæ no. Guilg. & ſequac. in l.j. C. de his quibus, vt indig. reſponderi poteſt eorum dicta de iure non ſubſiſtere, & ea reprobat Corneus ibi efficacibus fundamentis quæ etiam de iure negati poſſe affirmat Ripa in d. repet. l. ſi vnquam. nu. 105. in fin. volu. ij. reſponderi poteſt tenendo eorum doctrinam quòd ipſi loquuntur in feudo deuoluto
27 † propter delictum commiſſum faciendo quod eſt grauius delicto commiſſo in omittendo, vt not. in l.
28 ſi conſtante. §. ſi maritus, ſolut. matrimo. † & non procedit ag. de delicto in committendo ad delictum in omittendo tanquam de maiori ad minus, vt not. Bart. in l. licet. §. fin. de peculio.
29 Ad vltimum quòd † cùm iſta pœna caducitatis ſit conditionalis purificata conditione rettodicatur incurſa à die delicti: reſpondetur quòd cum iſta conditio ſub qua pœna debetur non ſit caſualis nec mixta, ſed dependeat à ſola voluntate domini, & ſit in ipſius poteſtate eam quandocunque implere, ſi purificetur diſpoſitio non trahitur retro. l. potior. qui pot. in pign. hab. & tradit Barto. in l. ſi is qui pro emptore, in quinta principali. quæſtio. vbi rationem aſsignat quòd cum fuerit in poteſtate contrahentis implere conditionem, ſi eam ceſſauit implere, ſibi eſt imputandum & ceſſat æquitas ſuper qua fundatur iſta retrotractio: quæ ratio communiter approbatur, & optimè procedit vbi fauor eſſet illius in cuius poteſtate conditio eſſet poſita, quòd retrotractio fieret prout eſt in propoſito caſu in quo fauor eſſet domini in cuius poteſtate poſita eſt conditio declarationis, vt retrotrahatur pœnæ incurſio, ſed vbi fauor eſſet vnius quòd conditio retrotraheretur, & talis conditio eſſet poſita in alterius poteſtate, iuxta
30 terminos d. l. potior, videretur ratio dubia, † quia factum, ſeu negligentia vnius in adimplendo conditionem non debet alteri nocere. l. non debet alteri, de regulis iuris. ſed quidquid ſit iuris eſt, quòd dicta ratio procedit in caſu noſtro, & quòd etiam ſimpliciter à doctoribus approbatur.

Alio modo poſſet etiam reſponderi, quòd non ſumus in diſpoſitione legali, & quod dicitur de retrotractione procedit in contractibus: & ideo non bene
31 de vno caſu ad alium infertur. † quinimò potius eſſet dicendum in diſpoſitione legali attendendam eſſe naturam vltimarum voluntatum, in quibus non eſt locus retrotractioni. vt not. in d. l. is qui pro em-
32 ptore. † cùm leges, & vltimæ voluntates ſymbolum habeant inter ſe. §. diſponat. in authen. de nupt. Adde ad materiam iſtius deciſionis Crauet. conſilio cxij. nume. 9. cum ſequen. in ij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem ab aliquo tanquam negotiorum geſtore, vel coniuncta perſona, vel ab aliquo nomine, & vice alterius, pro quo de rato &c. an non ſecuta ratificatione, dicatur malæ fidei poſſeſſor, ita quòd teneatur ad fructus à die occupationis rei.*

CONCLVSIO XXXVIII.

Quidam † emerat certum prædium à certo alio vendente ſuo nomine, & nomine & vice duorum ſuorum fratrum, pro quibus promiſit de rato &c. accidit, quòd dicti fratres noluerunt ratificare contractum: imò egerunt contra emptorem ad portiones prædij ſpectantes ad ipſos, petendo etiam ipſum cōdemnari ad reſtitutionem fructuum à die occupationis. vnde dubitatum fuit, an emptor iſto caſu ex quo emit ab illo nomine, & vice &c. non ſequuta ratificatione, dicatur malæ fidei poſſeſſor. Et concluſum fuit quòd ſic, taliter quòd teneatur ad fructus perceptos à die occupationis rei. textus eſt in l. fin. ff. pro emptore, & ibi Bartolus. 1

SVMMARIVM.

1 *Variata moneta, an tempus contractus, vel ſolutionis addatur, & quomodo ſolutio debeat fieri.*
2 *Declaratio ad cap. olim, de cenſibus.*

CONCLVSIO XXXIX.

Dubitabatur in quadam cauſa † data variatione monetæ, quòd tempus deberet attendi, an tempus contractus, an tempus ſolutionis: pro vna parte dicebatur tempus contractus debere attendi. cap. olim, de cenſibus. cap. cum canonicis, eod. titu. declarat Bartol. in l. Paulus, de ſolut. quando contigit variatio in bonitate intrinſeca, & quatenus contigiſſet variatio in bonitate extrinſeca etiam debere attendi tempus contractus, declarat Brunus in tracta. de augmento monetæ, in vltima concluſione, in quinta declaratione, & Franc. Curt. in tracta. monetæ, in iij. colum. poſt Iacobum Butri. Azonem, & Oldradum, quos ipſe allegat. Concluſum fuit tamen in cauſa de qua agebatur contrarium, diſtinguendo iſto modo. Aut quis vult ſoluere ſcuta in auro, prout erat obligatus: & tunc nulla habetur ratio valoris augmenti, vel decrementi, ſed tantum numeri, cle. ij. de decim. vbi Ioan. de Imol. poſt Zab. & Petr. de Ancha. latè proſequitur Brun. in d. tracta. & concluſione, in verſicu. tertiò, prædicta concluſio. 1
† Aut vult ſoluere pro auro pecuniam argenteam, vel aliam ex generali conſuetudine, de qua per doct. in d. l. Paulus, & in c. quanto, de iureiuran. & tunc ſi variata eſt moneta in valorē intrinſeco, puta quia argentum ſit factū deterius, & poſsit ſolui de alia moneta, moneta de qua ſoluitur debet æſtimari ſecundū valorem, & bonitatem antiquæ monetæ, & ſic moneta antiqua quæ erat melior æſtimabitur ſecūdum curſum, & valorem modernæ monetæ deterioris, & ita procedit text. in dicto cap. olim, vbi ita docto. declarant. 2

declarant.& ita declarat Brun.in d.tract.in d.conclu. in j.declaratione. Calcane. conſil.xiiij. Guido. papæ deciſio.ccccxciiij.& ita intelligi debet deciſ.Neapoli. deciſione cxciiij. & iſte erat caſus de quo agebatur: quia moneta antiqua erat deteriorata in bonitate intrinſeca, & antiqua moneta bona hodie valeret bononenos 78. pro quolibet ſcuto, aut deterioratio contigit propter variationem in bonitate extrinſeca, vt quia valor tantum ſit alteratus remanente eadem bonitate argenti, & in hoc caſu Barto.in l.cum certum, ff.de anr. & argen. legat.& in l.Paulus.in fi. de ſolut. Bald. in l.cum quid, ſi certum petat.& in conſil.cxxxvij.ſuper eo, & in conſil.ccccxxiiij.incip. quia, in ij.volu. Aret. in conſil.xj. tenuerunt debere attendi tempus ſolutionis, non autem contractus, & dicit ibi Aret.iſtam eſſe communem opinionem.

Contrariam verò opinionem, quòd tempus contractus attendatur, tenuerunt plures docto.de quibus per Brun.in d.concluſio. nume.5.verſicu.his ſic præmiſsis. vnde diſtinguendum eſt circa valorem pecuniæ, quæ eſt in obligatione ſeu promiſſa, & vera ſit opioio tenentium quòd attendatur tempus contractus, aut ſumus in valore pecuniæ quæ eſt in facultate ſoluenda tam ex pacto, quàm ex conſuetudine generali,& in iſto caſu vera ſit opinio Bar. quòd attendatur tempus ſolutionis ita diſtinguendo declarat Brun. in d.concluſio. in verſicu.quinta declaratio. in verbo, in hoc paſſu, puto faciendum quidquid dixerit Curt. generaliter tranſeundo io d.ſuo tract. in iiij.colum. Præterea quia pars fuit in mora, conſideratur tempus ſolutionis ſecundum Barto. & alios in d. l.Paulus.& Curt.in d.ſuo tracta. Laud.in tracta.de moneta.in vj.colum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an detur à prenuntia cauſam eſſe in deciſorio.*
2 *Appellatio an à breuitate termini detur.*
3 *Attentata an reuocentur cauſa appellationis deſerta.*

CONCLVSIO XL.

1 DVbitatum fuit in Rota, † an ſtante appellatione à pronuntia cauſam eſſe in deciſorio liceat appellare, de iure ciuili, dicebatur quòd ſic: quia in effectu iſta pronuntia remouet facultatem probandi, allegabatur Bald.in l.ij.C.de epiſcop.aud. verſicu.ſed hîc quærit, Angel. de Aret.in l.ij.de appellat. recip. colum.xj. Bald. in l.j.in iij.notab. C.de dilat. & in cap.j.de milit.vaſal. qui cont.& in addit. ad Specul. in titu.de appellat.verſicu.ſed an à breuitate. Paulus de Caſtro in conſil.xxv.in antiquis,& facit ratio, quia cùm agatur de excluſione probationis magnum reſultat præiudicium. ideo datur appellatio. l.intra vtile, de minoribus. & eſt grauamen irreparabile: quia ſi publicabuntur atteſtationis non poterit ſuper eiſdem in cauſa appellationes probari. l.per hanc. C. de tempor. appellat. cap. fraternitatis, de teſtibus. & ita concludit Bald. in dicta l. ij. C. de epiſcop.audien.& dato irreparabili grauamine, non eſt dubium de iure ciuili dari appellationem, vt concludunt docto. in l.prima. C. quando prouoca.non eſt neceſſ. & in l.ante ſententiam. C. quorum appella. non recipian.& in l.ij.de appellatio.recip.ergo licet non fuerit admiſſa appellatio haberi debet pro admiſſa, ſtante clauſula, niſi ſi & inquantum, vt per Felinum in cap.cum contingat, de offi.deleg.cum allegatis per eum,& Corn. in conſi.lxxx.lib.j.

Iſte articulus viſus † eſt dominis Dubitalis per dictum Bartol.in l.ij.de appellatio.recipien.in verſic. tertiò principaliter eſt videndum, vbi voluit à nimis breui dilatione oon dari appellationem,& cum Bartol.videntur concordare Paul.& Angel.in dicta l.ante ſententiam, qui indiſtinctè tranſeunt cum dicto Bartol. & Lanfranc.in capit. quoniam contra, in §.interlocutoriæ,num.10.& in §.dilationes, num.19. licet dicat Cornon. melius ſentire Iaſ. in l.arbitro, qui ſatiſdate cogan.& ratio eſt, quia grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, per dictam l.per hanc, & ad rationem Bald.in d.l.ij.dicebatur quòd erat in facultate partis non publicare proceſſum, & ita erit ſibi ſuccurſum per legem per hanc.ad Baldũ in l.j.C.de dilat.dicebant loqui quando in totum fuit denegata dilatio, quo caſu bene datur appellatio ſecundum omnes.Ego autem ſemper tenui opinio. Bald. in d.l.ij.par rationem ſuam, nec obſtabat, quòd poterat non publicare, quia etiam in iſto caſu reſultabat grauamen irreparabile, quia non poterat reprobare dicta teſtium, cùm eſſent ſibi occulta, prout de iure permittitur.cap.licet, de teſtibus,il ij.& ſic in vtroque caſu grauamen reparari non poterat,voluerunt videre Domini,an eſſet iuſtificata appellatio, quia tali caſu etiam grauamina poterant reuocari, cap.ſignificantibus, de appellat.vbi Franciſc. 2

Diſputatum etiam fuit † an deſerta cauſa appellationis attentata reuocentur? & pro parte affirmatiua voluit Francus in cap.conſuluit, il ij.de appellatio. docto. in cap. conuenissent, de eo qui mitt. in poſſeſ. Lap.allegat.prima domini de Rota deciſ. cxxx. in nouis. idem Francus in capi. ſæpe, ſuper gloſſ. in verbo rata, de appellatio. idem in cap.non ſolùm, de appellatio.in vj. In contrarium facit Oldra.in conſilio ccxcv.ad finem, verſicu.tertiò dicit, & allegat bona iura ibi. item Rota prima deciſio.j. in nouis. quæ melius examinat quàm alia cxxx. & Vit. in tracta. clauſularum, in clauſula nil in nouari appellatione interpoſita ad finem. Corſ.in repertorio ad Abbatem, in verbo, attentata. Mill.in eodem verbo. Gnido pap.conſilio vj.colum.ij.& in interlocutoria deſerta. Rot.ccccxij.in nouis, & alia ccccIxj. & quomodo reuocentur an per officium iudicis dato libello Franc. & Alexand.in dicto cap. ſæpe, in gloſſ. in verbo, rata. Gom.in commento regulæ cancellariæ, in regula de triennali.quæſtio.liiij. nu.7. & ex prædictis locis apparet eſſe communem opinionem. attentata reuocari etiam deſerta appellatione ordinariè tamen & dato libello. 3

SVMMARIVM.

1 *Auocatio cauſa facta per papam, an operetur nullitatem poſtea geſtorum per iudicem etiam ipſius auocationis inſcium.*
2 *Gratia conceſſa parti petenti habet conditionem annexam, ſi impetrans gratia voluerit vti.*

CONCL

diuiſio, cuius poſſeſsio abſque dubio fuit continuata vſque ad annum 1534. quo tempore eandem partem locauit duobus conductoribus, vt de locatione apparuit per publicum iuſtrumentum: Ab eo autem tempore & citra, licet conſtaret per teſtes dicta molendina integrè fuiſſe poſſeſſa vel occupata per Comitem Octauianum, tamen nullo modo dici poterat d. Philippum Mariam amiſiſſe ſuam poſſeſsionem: quod ita clarè demonſtrabatur, nam eo poſsidente dictam quartam partem animo ſuo & corpore conductorum Comes Octauianus eandem partem occupauit, & non apparet an eieciſſet conductores, an verò ipſi potius ſponte receſsiſſent animo deſerendæ poſſeſsionis, & cùm non appareret de deiectione neque ea allegaretur per Comitem Octauianum, præſumebatur potius deſertio poſſeſsionis per conductores, quàm eorū eiectio, vt lenioris delicti quàm grauioris præſumptioni locus eſſet argu. l. merito, ff. pro ſoc. hinc inferebatur d. Phili. Maria qui ignoraſſe præſumebatur dictam deſertionem poſſeſsionis conductorum & occupationem Comitis Octauiani ad not. in l. fin. ff. pro ſuo. vel nullam poſſeſsionem, aut naturalem, aut ciuilem amiſiſſe, vel ſaltem ciuilem omninò retinuiſſe, & vtroque caſu ille obtinere debebat. † Aut enim tenemus quòd dominus qui rem poſsidebat ciuiliter & naturaliter animo ſuo & corpore conductoris, ſi conductor rem deſerit & alius eam ingrediatur ſua naturali poſſeſsione, priuetur prout de iure Digeſtorum. ſecundum omnes priuabatur per text. in l. ſi de eo. §. ſi fortè, de acquir. poſſeſ. & tradit Alexan. poſt alios eo. tit. l. ſi colonus, & etiam ſecundum ius codicis, ſcilicet C. prout videtur communior opin. Bart. & antiquorum, vt not. Alexan. in d. l. ſi colonus. & tunc cùm non appareret de ſcientia d. Philip. Mariæ non poſſumus dicere eum fuiſſe negligentem in recuperanda ſua poſſeſſione naturali, vel timuiſſe eam recuperare, quia ſuſpicatus fuit ſe poſſe repelli, vt ex his dicatur ſuam ciuilem amiſiſſe, vt not. in d. l. ſi colonus, & d. l. ſi de eo. §. fortè, cum ſimilibus, quinimò apparebat eum continuò exegiſſe penſiones conuentas, in d. inſtrumento locationis à fideiuſſoribus conductorū, quod oſtendebat diligentiam ipſius & ignorantiam receſſus conductorum à d. Molend. & conſequenter continuata dicebatur eius ciuilis poſſeſsio vſq; ad tempus litis conteſtatæ, & vſque in præſentem diem.

4 † Et cùm poſſeſsio naturalis Comitis Octauiani eſſet recentior & iunior, præſumebatur clandeſtina reſpectu ciuilis poſſeſsionis d. Philip. Mari. & conſequenter iniuſta iuxta not. in c. licet coram, de proba. & declarat Barto. in l. j. §. fi. vti poſ. quæ etiam iniuſta apparebat ex quo de dominio d. Philippi Mariæ videbatur conſtare per confeſsionem Comitis Octauiani, iuncto inſtrumēto diuiſionis producto.

5 † illud autem clarum erat quòd poſsidenti ciuiliter tantum competit interdictum vti poſsidetis contra poſsidentem naturaliter tantum quando iſta naturalis poſſeſsio eſt iniuſta reſpectu ciuiliter poſsidentis, & iſto caſu interdictum vti poſsidetis habet naturam recuperandæ, vt declarat Bart. in l. clam poſsidere, §. fi. colum. vlti. de acquir. poſſeſ. in l. j. §. interdictum, colum. fin. & in l. ſi duo, in princi. per illum text. col. j. vti poſ. Aut tenemus dominum non priuari aliqua poſſeſsione & naturali ſecūdum ius. C. quando conductor eius corpore poſsidebat rem deſerit, & alius eam ingreditur prout plures tenuere, & fortè eſt magis communis opi. mod. & verior: vt per Alexan. in d. l. ſi colonus, pro qua videtur text. in l. fina. C. de acquiren. poſſeſ. & iſto caſu nulla videbatur ſubeſſe difficultas, quin d. Philipp. Maria obtinere deberet cùm nulla poſſeſsione priuatus fuiſſet per receſſum conductorum & ingreſſum Comitis Octauiani, & vtranque poſſeſsionem continuaſſet vſque ad tempus præſentis iudicij. fuit igitur concluſum ad fauorem d. Philippi Mariæ.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta continuò eſſe præſtita in domo quomodo probentur.*

2 *Alimenta quæ dicantur parua vel magna.*

3 *Difficilia in probando, ſatis eſt probare per aliqua media, per quæ ſit veriſimilitudo vrgēs rem ita eſſe.*

4 *Domeſtici & etiam ſui probant quæ in domo aguntur quando alij teſtes adeſſe non poſſent, & nu. 9.*

5 *Liberculus in quo apparet expenſum an & quomodo probet, & nume. 12.*

6 *Aduerbia pluries & quoties, an de per ſe perfectum & certum ſignificatum habeant.*

7 *Dictio pluribus, & dictio plurimis, qualiter intelligantur.*

8 *Poſſeſsio continua & medij temporis probatur, probatis extremitatibus.*

10 *Domeſtici quòd admitti debeant ad teſtimonium, quia aliter veritas haberi non poteſt, per producentem illos probari debet.*

11 *Expenſa quæ quotidie minutim fiunt quomodo probentur.*

13 *Continua famulorum retentio in domo qualiter probetur.*

CONCLVSIO XLIII.

IN cauſa mota per Geminianum de Poppis, contra hæredes d. Heliſabettæ vxoris olim Matthæi de Puteo de Bononia ſuper alimētis, vt dicebatur præſtitis per eundem Geminianum d. Heliſabettæ, diſficultas verſabatur. † An pro parte Geminiani eſſet ſufficienter probatum alimenta eſſe per eum præſtita d. Heliſabettæ, quoniam alimenta eſſe præſtita debet plenè & non per coniecturas probari. vt not. in l. ſi. §. in computatione. & ibi Bal. C. de iur. delib. & maximè quando huiuſmodi alimenta non ſunt parua, ſed magna: vt per Bald. in conſil. cccxxiij. ij. volu. & in d. §. in computatione, & fortius in probando continuam alimentorum præſtationem inter habitantes in eadem domo: quia difficillimum eſt probare quòd quis continuè præſtiterit alicui alimenta, vt dicit Corneus in conſil. cx. incip. videtur, in j. volu. 1

† & quæ alimenta dicantur parua vel magna, attenditur qualitas perſonarum, & cùm hoc præciſè determinari non poſsit, arbitrio iudicantis relinquitur. Alber. in l. in bonæ fidei. §. fi. C. de reb. cred. Abba. & alij in c. de appellationibus, de appellat. Et pro parte affirmatiua quòd Geminianus probauerit ſufficienter dicta alimenta præſtitiſſe, præmittebatur quòd præſtatio alimentorum continua in eadem domo, vt dictum eſt, difficilis eſt ad probandum, quia non ſolent vocari teſtes quando tales impenſæ continuò fiunt, † & in his quæ ita ſunt difficilia in probando 2 3

probando iura non requirunt præciſam & conclu-
dentem probationem, ſed ſatis eſt probare per ali-
qua media per quæ ſit veriſimilitudo vrgens rem ita
eſſe: prout videmus in adulterio quod eſt quidam
actus ſecretus ſui natura adeo quòd eſſet difficilè
vnquam probare niſi per quædam extrema arguen-
tia veriſimiliter ipſam copulam, puta quando teſtes
dicunt vidiſſe amaſium cum amaſia ſolos in loco ſe-
creto, vel nudum cum nuda in lecto, vt in cap. tertio
4 loco, & in ca. literis, de præſumpt. pariter etiam † in
probandis his quæ aguntur in domo, quæ non poſ-
ſunt de facili probari per extraneos. ideo iura tole-
rant probationē per perſonas domeſticas, imò etiam
per ſuos vbi aliâs non admitterentur, vt habetur in
l. fin. C. de repu. & in l. ij. C. quando & quib. quart.
pars deb. lib. xj. vnde dicebatur in caſu de quo age-
batur multa concurrere quæ ſimul iuncta videntur
ſufficere ad probationem intentionis Geminiani, pri-
mùm quia dicta teſtium videbantur hoc affirmare,
maximè duo teſtes qui videntur ſatis bene depo-
nere d. Heliſabettam continuè fuiſſe alimentatam
à d. Geminiano, in eius domo impenſis propriis per
5 plures menſes. Secundum † liberculus productus
adminiculatur cùm in eo quod expēſum fuerit pro
d. Heliſabetta appareat ſcriptum vt per Bald. in ru-
brica de fide inſtrumen. vlti. char. verſic. ſequitur. de
fide inſtrumen. not. in l. Neſennius. ff. de nego. geſt.
& per Bart. in l. ſi paterno. C. de neg. geſt. & in l. Mar-
cellus, ff. de donat. inter virum & vxo. glo. in l. domo.
§. quod ſi nulla, de lega. j. Tertium quia coniecturari
poteſt inſpecta qualitate perſonæ & expenſarum.
Nam Geminianus erat idoneus facultatibus alere
d. Heliſabettam quæ erat pauperrima, vt dicunt te-
ſtes, & morabatur in domo cum d. Geminiano, &
reperitur alimentata, ex quo videtur inferri ipſam
alimentatam fuiſſe à d. Geminiano, ne præſumatur
vixiſſe de vento. l. fi. C. de alimen. pup. præſtan. & ſic
ex prædictis videbantur talia media colligi per quæ
arguebatur rem ipſam veriſimiliter ita eſſe.

Pro parte verò negatiua quòd imo d. Geminianus
non probauerit præſtationem alimētorum petitam,
dicebatur teſtes examinatos pro d. Geminiano nil
probare, quia percurrendo & perſcrutando dicta
eorum, concludunt non fuiſſe præſentes continuò
6 in videndo in ſimul comedere & bibere. † Sed plu-
ries & quoties iuit in domum inueniebat eam co-
medere & bibere, quæ aduerbia non habent de per
ſe perfectum & certum ſignificatum niſi aliter cer-
tificetur: quia poteſt verificari in modico, vel mini-
mo indeterminato. l. hæc adiectio, ff. de verbo. ſignifi.
& ſic ſunt dictiones omnino ambiguæ. not. gloſſ. in
§. & ſæpe, in verbo filiorum, in auth. de trient. & ſe-
7 miſ. quam ibi not. Ang. quæ dicit quòd † dictio plu-
ribus intelligitur de duobus, ſed dictio plurimis de
tribus, ſecus verò in aduerbio pluris, quod omnino
eſt ambiguum, vt not. per Bald. Alex. & Iaſ. in l. & ſi
poſt tres, col. xj. ff. ſi quis caut. vbi conſtituunt diffe-
rentiam inter aduerbium & nomen, vt quando te-
ſtis deponit per huiuſmodi aduerbia eius dictum
tanquam ambiguum non releuet, & propterea non
probatis neque poſitis extremis, non videntur pro-
bata neque poſita media, & conſequenter non pro-
batur certa præſtatio, ita dicit Bald. in l. iudicia. col. fi.
8 ver. quintò quæritur. C. de rei vend. vbi dicit † quòd
continua poſſeſsio & medij temporis probatur pro-
batis extremitatibus, & ideo Barbatia conſi. xxxvij.
ſcribitur ſapienter. colum. x. verſic. prætertea dico ra-
tionem, & conſi. xxxv. ſapienter. col. iij. circa fi. ij. vol.
facit regula quòd poſitis & probatis extremis vi-
dentur poſita & probata media, & ſic continuatio
medij temporis, aliâs non. Hinc dixit Abb. in c. ac-
cedentibus, de priuileg. circa fin. quòd ad proban-
dam continuam poſſeſsionem cautum eſt probare
initium & finem, vnde cùm teſtes non ponant talia
media quæ arguant continuam alimentorum præ-
ſtationem.

Et † licet ſuperius dictum fuerit quòd ea quæ 9
fiunt in domo poſsint per domeſticos probari cùm
ſint difficilis probationis, maximè in probando con-
tinuam alimentationē, & cùm per alios probari non
poſsit, & ſucceſsiuè aliâs inhabiles in ſubſidium ad-
mittantur. Tamen prædicta ſunt intelligenda ſano
modo, videlicet quando ex natura facti alij teſtes
adeſſe non poſſent, vt in exemplo legis conſenſu. C.
de repu. & prout in his quæ fiunt in naui & in capi-
tulo quæ non poſſunt probari per alios, & in his quæ
pertractantur in domo & camera, quia aliter veri-
tas haberi non poteſt quàm per domeſticos in ſub-
ſidium, admittuntur, ſiquidem ſumus in actibus, in
quibus actu & habitu teſtes alij non habentur, vt
quia communiter geruntur aliis excluſis, ſed vbi
actus ſic ſe exhibet quòd de eo poſſunt alij teſtes ha-
beri, quamuis fortè actu non habeantur, non reci-
piuntur teſtes non integri, aliâs ſequeretur abſur-
dum, quòd vbi ſolum inhabiles aliquid ſciunt, illi
ſemper admittantur, quinimò ſemper pars allegaret
alios teſtes non habere, ita dicit Felinus in ca. tertio
loco. nume. 7. 8. de probat. & in ca. veniens. nume. 30.
de teſtib. plenè proſequitur & firmat Alex. in conſil.
lxiiij. incip. viſo themate & dubiis, in ij. col. in j. volu.
ſubdens aliud quòd etiam in caſu quo admittantur
inhabiles quando veritas aliter haberi non poteſt,
non admittuntur, vt plenè probent, fortius colligi-
tur ex no. per Antonium de But. & Imo. in c. dilecto-
rum, de teſti. cog. & expreſſè not. in deciſ. Tholoſa-
nis deciſ. iiij. in apoſtillis verſiculo † ſed quòd aliter 10
quàm per eos veritas, quòd debet probari per eum
qui produxit domeſticos quòd aliter quàm per eos
veritas haberi non poſsit: bene verum eſt, quòd ſi
tractaretur de probando expenſas minutas & ea-
rum taxationem poſtquam conſtat eas eſſe factas,
quòd tunc leuis probatio ſufficeret, vt per Federic.
de Senis. in conſi. cxix. incip. nulli dubium, vbi pul-
chrè examinat quomodo probentur expenſæ ma-
ximè, quæ quotidie minutim fiunt, quem in materia
omnino videatur, ſecus autem quando tractatur de
continua alimentatione præſtita per certum & de-
terminatum tempus, quia tunc non dicitur tractari
de modica impenſa, imò de magna prout in caſu
iſto, attenta perſonarum qualitate, ideo neceſſa-
ria erat probatio plena.

Non † obſtat liberculus, & primò quia eſt priuata 12
ſcriptura, vel potius memoriale, qui vel quod non
facit fidem ad commodum ſcribentis, imò ſi eſſet li-
ber rationum tutoris, vel adminiſtratoris, non pro-
baret expenſas ſaltem magnas, ſed aliter deberent
probari, vt notat Cyn. in l. id quod pauperibus. C. de
epiſco. & cleric. & in d. §. computatione. Nicolaus
de Neapo-

de Neapo.in l.j.§.officio.ff.de tut.& rat.diſtrahen.Salice. & alij in d.§.in computatione, & dicit Bald.in rubrica.C.de fide inſtrumen.in princip.vltima char. quòd ſi libro rationum datur fides de expenſis, tunc procedit ſi in eo eſt deſcripta cauſa expenſarum ſi expenſæ ſunt veriſimiles, ſed ſi aduertatur, in dicto liberculo non ſit mentio expenſarum aliqua pro dicta Heliſabetta, & non apparet de aliqua cauſa, qua mediante colligi poſsit veriſimilitudo rem ipſam ita ſe habere. ſed bene vt inquit Bald.in l. Neſennius. ff.de nego. geſtis, ex priuata ſcriptura colligitur an habuerit animus donandi vel repetendi, quòd autem ſcriptura priuata probet alimenta eſſe præſtita præſertim quando impenſa non eſt modica,& maximè in eo qui non apparet neque tutor neq; adminiſtrator, vel negotiorum geſtor nullus eſt qui hoc dicat. Alis contrariis ex prædictis colligitur reſponſio. Ex quibus præmiſsis per me concluſum & iudicatum fuit, reum conuentum eſſe abſoluendum propter non probatam alimentorum præſtationem.

13 Adde,† quòd ad probandum quem continuò retinuiſſe famulos, ſufficit quòd teſtes dicant continuò retinuiſſe, quia viderunt eos in prandio, & in cœna, nec eſt opus, quòd dicant aliquo momento,& ita ad probandum continuam habitationem non eſt neceſſe probare ſingula momenta, ſed ſufficit probare de maiori parte temporis probando de extremitatibus, & de aliquibus mediis, & de prædictis, & quomodo dicatur fieri continuò, vel aſsiduè aliquid, vide Amodeum in tracta.de ſyndicatu, in rubric.qua pœna puniantur officiales de negligentia, in verbo item in eo & de eo.quòd dominus olim poteſtas non retinuit familiam, verſicu.qualiter autem probabitur retinuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cui cauſa commiſſa eſt ſola facti veritate inſpecta an poſsit reum condemnare quamuis in petitione vna cauſa ſit producta,& alia probata.*

2 *Iudex habens poteſtatem procedendi ſola facti veritate, de iure iudicare tenetur.*

CONCLVSIO XLIIII.

1 HAbens † cauſam commiſſam cum clauſula, ſola facti veritate inſpecta, an poſsit procedere ad condemnationem quamuis in petitione fuerit producta vna cauſa, & probata fuerit non illa, ſed alia cauſa in ſe legitima,& quomodo hoc procedat.

Hanc deciſionem ponit Alexan.in l.ſi ita ſtipulatus,in §.Chriſogonus,colum.v.ff.de verbo.obliga. per nota. per Ioan. Andr. in Specu.in titu.de act.& per.§.ſequitur, verſic.hîc quoque. Deci.in cap.dilectus, in iij. not. de iudic. cum allegatis ibi per eum. Ioan. Crot.in l.j.§.ſi quis ita. colum.xvj.nume.28.de verbo.obligat. Sozin.in conſil.clx.colum.penulti.in præſenti conſultatione, volu.ij.& in conſil.cv.viſis teſtibus, colum.fina.volu.iiij. Iaſ.in l.certi conditio. §.ſi nummos, colum.vj.ff.ſi certum petat. Claudius Aquenſ. in l.j. colum.ij. ff.de offic.aſſeſſ.videtur impugnare hanc deciſionem quam tandem ſaluat in pluribus caſibus. Iſta tamen concluſio ſecundum Modernos in tracta. de compromiſsis, in quæſtione prima, ſuper verbo, ſola pura & mera veritate, nu.38. eſt intelligenda in eo caſu ſemper quando iudex plenè cognouit de cauſa probata,& tam pro parte actoris, quàm pro parte rei, aliâs autem non diceretur procedere pro veritate, neque vt Deus,& hunc putant fuiſſe intentionem Alexan.& aliorum ad hoc ne defraudetur quis iure ſuo, per nota.in l.j.ff.de inſt.& iur.& cum iſta intelligentia ceſſant omnes alij caſus per eum poſiti in d.l.j.& ſi aliter intelligeretur eſſet tollere vim verborum.

Adde † quia Bartol. conſuluit conſi.clxxij.quod incipit dubia,in v.dubio, quòd licet data ſit licentia procedendi ſola facti veritate, tamen debet iudicare de iure, & eùm ſequitur Ludo.Rom.conſi.ccxlviij. ex ſentẽtia,& incidiſſet ex facto, Cattelianus Cotta in ſuis memorialibus, in verbo, arbiter debet, in fin. dicit ita obtinuiſſe. 2

SVMMARIVM.

1 *Dilatio vltra tertiam vel quartam an dari poſsit.*

2 *Dilatio quarta in cauſa ſummaria non eſt concedenda.*

3 *Dilatio tertia & quarta an dari poſsit ſine cauſa cognitione.*

4 *Dilatio ſecunda non eſt concedenda illi, qui nullam probationem fecit in prima.*

5 *Impedimenti ſpecies ſpecificè & in indiuiduo exprimi debet ad hoc vt quarta dilatio concedatur.*

6 *Dilationem quartam petens cum debitis ſolennitatibus habet vltra alia neceſſe illam petere infra terminum de quo hic.*

7 *Nouus iudex. ſiue ſucceſſor an nouam dilationem poſsit dare: Intellectus l.edictum.ff.de iudiciis.*

8 *Differentia inter dilationem expectatoriam, & probatoriam.*

9 *Intellectus ad l.ratione.§.fina.ff.de feriis.*

CONCLVSIO XLV.

IN cauſa vertente inter ſocietatem hominum artis ſerici ex vna,& ſocietatem hominum artis merzatiorum ex altera, procedebatur ſummariè, & per viam dilationum, & dilatio quarta ad probandum fuerat data,& ſucceſſerat nouus iudex in cauſa. Per alteram partium vltra quartam petebatur alia dilatio ad probandum, allegando nouum iudicem poſſe illam dare. Dubitatum fuit primò, † an vltra quar- 1
tam poſſet dari alia dilatio. Secundò, an nouus iudex, ſiue ſucceſſor poſſet nouam dilationem dare.
Circa primum dicebatur clarum eſſe † in cauſa ſum- 2
maria quartam dilationem non eſſe concedendam. Roma.in conſi.ccxxiiij.& ccxxv.allegans Lapum in allega.lxxxj.& lxxxij.ita tenere,& non habere contradictorem ea ratione, quia tex.in cle.ſæpè, de verb. ſignific.dicit in cauſis ſummariis abreuiandas fore dilationes, ſed in cauſis ſummariis ſi vltra tertiam daretur quarta dilatio, non fieret abreuiatio aliqua: imò in aliis cauſis vltra quartam dilationẽ non dari aliam dilationem, vt tenet Spec.in tit.de dila.§.fina. colum. penulti.nume.12.verſicu.in ſumma nota.vbi dicit, † quòd tertia & quarta dilatio etiam non da-
tur niſi cum grauiſsima cauſę cognitione,& tali caſu 3
non ſufficere ſacramentum ad probandum impedimentum, ſed aliam probationẽ requiri.idem tenent Azo in ſumma, in rub.de dilat.C.ſequitur Odoff. in l.j.eod.titu.colum.fin.verſic.ad quam. Bald.in l.ſi.

ff.eod.colum.iiij verſicu.quartò opponitur. Paul.de
Caſtro in l.oratione. de feriis. & Salic.in l.j.C.eod.
Alberic.in d.l.fina.colum.ij.verſicu.non puto. Lan-
frane.in cap.quoniam contra,de proba.in titu.de di-
lat.char.12.vbi dicit in concedenda prima dilatione
requiri cauſæ cognitionem: magis ergo erit dicen-
dum in aliis dilationibus,& idem tenent Roman.in
dictis conſiliis, per textum in ca.in cauſis, & in ca.
vltra tertiam. extra de teſtibus, & Angel. Alexan.&
alij in l.fina. ff.de feriis. & ita obſeruat Practica, ex
eo magis procedit prædicta opinio,quãdo pars non
examinauit teſtes in tertia dilatione,quia tunc dila-
tio quarta non debet ei dari ea ratione quia fuit ne-
gligens,quo caſu non poteſt iurare ad obtinendum
ipſam quartam dilationem , prout requiritur de iu-
re,ſcilicet ſe non fuiſſe negligentem.quinimò ſi eſſe-
mus in ſecunda dilatione, quia pars habuiſſet iam
primam , nec vnquam aliquas probationes fecerit,
nec facere procurauerit,vel tentauerit, non deberet
4 ei concedi, † quoniam illi qui nullam probationem
fecit in prima,non debet concedi ſecunda. Specu.in
titulo de probatio.§.j.& Bald.in additio.ad eum.in ti-
tulo de dilatio. ratio, quia iura negligentibus non
ſubueniunt. & hoc tenet Abbas in conſi.lxiiij.in ij.
volu.colum.iij.in princip.præterea poſito quòd eſſe-
mus in caſu,in quo quarta dilatio eſſet concedenda
vltra ſolennitatem,de qua in d.c.vltra tertiam.etiam
requiritur grauiſsima cauſæ cognitio per ſuprà de-
ducta , ſcilicet probatio impedimenti aliter quàm
per iuramentum, vt per Abba.in d.conſil.colum.ij.
5 † imò ſpecies impedimenti ſpecificè,& in indiuiduo
debet exprimi,vt per Bartolum in conſi.xcvij.incip.
in quæſtione prædicta , & Alexan.in l.fina.ff.de fe-
riis,colum.iij.in fine,nume.15.& 16.& ibi Iaſ.colum.
antepenulti.nume.48.& Alexan.in conſi.cj.colum.ij.
6 nume.4.in quinto volumi. † Vlterius petens nedum
quintam, ſed quartam cum debitis ſolennitatibus
habet vltra alia neceſſe illam petere infra terminum
quem pro meta dilationum ponit l.j.C.de dilatio.
vt not.in d.l.j.C.de dilatio.Innoc.& omnes, in dicto
cap.vltra tertiam, vbi Felinus particulariter not.in
ij.colum.verſic.not.j.nume.6.

Circa ſecundum in quo maius dubium verteba-
7 tur, dicebatur † nouum iudicem adhuc nouam di-
lationem dare debere per gloſſam Barto.& Angel.
in l.edictum. ff.de iudi. vbi docto.referunt Barto.ita
tenere quòd habeat d.l.locum, nedum in dilatione
expectatoria, ſed etiam in dilatione probatoria. In
contrarium tamen adducebatur clarum eſſe, quòd
d.l.edictum, loquitur in dilatione expectatoria, vt
ibi Barto.Bald.Paul.de Caſt.& alij,& glo.in d.l.ora-
tione.in verbo.illud.ita quòd ſuper hoc non eſt du-
bitandum,& licet gloſſ.ibi dicat quòd illud quod di-
citur ibi in citatione actiua quæ fieri debet per iudi-
cem ſucceſſorem primi contra reum cui debet dari
alia dilatio expectatoria per ipſum nouum iudicem,
mediante noua citatione,ſeu edicto citatorio,vt col-
ligitur ex illo text.pariter procedat,& habeat locum
in citatione paſsiua,ſcilicet ſi aliquis litigatorum de-
cedat , debeat citari de nouo illius ſucceſſor cùm
poſſet iuſtam cauſam ignorandi defenſiones habe-
re,quæ cõpetebant defuncto,vt dicunt Anto.Card.
Abba. & alij in cap.licet in beato, extra de accuſat.
& propterea alleget dicta gloſſ.ad hoc ſuum dictum
probandum in argumen. text.in d.l.oratione.§.fina.
ff.de feriis.quaſi velit dicere quòd quemadmodum
ibi diſponitur, quòd data dilatione, de qua ibi de-
functo qui reliquit ſucceſſorem,licet non debuiſſet
dari aliqua alia ipſi defuncto ſi vixiſſet, quia vnica
tantum datur in cauſis ciuilibus. d. l. oratione, in
princip.& l.fina.ff.de feriis,tamen cauſa cognita ipſi
ſucceſſori alia dabitur, idem dicendum ſit in edicto
citatorio, & ſic in ipſa dilatione expectatoria. nihi-
lominus mens gloſſ.non fuit parificare iſtas dilatio-
nes.vt videtur ibi velle Angel.nam gloſ.ibi clarè ex-
primit ad quid ipſa allegat dictam l.oratione. in di-
cto §.fin.ſcilicet,quòd ſucceſſori debetur vnum edi-
ctum ſi moritur litigator, & ſic expreſsè loquitur
de edicto citatorio, vt etiam d.Anto.in d.cap.licet in
beato, de accuſat.allegat illum text.in d.l.oratione.
§.fin.in citatione videatur ibi nume.11.in fi.omnino
vbi præſtat intellectum ad declarandum mentem
d.gloſ.in d.l.edictum.neque Barto.firmat in d.l.edi-
ctum, quòd illa fuerit intentio glo.ſed loquitur per
verbum videtur,quod eſt verbum dubitatiuum.mi-
núſque illa eſt intentio Bartol.in d.l.edictum, quia
ſe remittit ad dicta per ipſum in d.l.fi.de feriis.† vbi 8
expreſsè ponit differentiam inter ipſas dilationes,vi-
delicet inter expectatoriam, & probatoriã. & idem
ibi Alexan.& Angel.met.& alij, & inter alias ratio-
nes differentiæ dicunt vnam,videlicet quòd non di-
citur ius quæſitum parti, ita per lapſum expectato-
riæ, ſicut per lapſum probatoriæ.item dicunt quòd
dilatio expectatoria ſecunda & tertia poteſt dari ſine
cauſæ cognitione per iudicem, non ſic in dilationi-
bus probatoriis.d.l.fin.& l.oratione.ff.de feriis,ita
Iacobinus de ſancto Georgio in d.l.fi.nume.14.& 15.
& idem dicit Specu.in titu.de dilat.§.vlti.nume.22.
verſic.vltimò nota.& colligitur etiam ex verſic.præ-
cedenti. aliam etiam differentiam ponit Cyn.in l.j.
C.de dilat.in princip.videlicet,quòd in expectato-
ria maius periculum verſatur,ſcilicet de dando ſen-
tentiam, ideo dantur plures dilationes, vt compa-
reat,& veniat ad allegandum ne ſentẽtia detur,non
ſic in probatoria. Alia differentia colligitur ex not.
per Bald. in capi.paſtoralis, de except.nume.14.vbi
voluit,quòd dilatio ad comparendum de ſui natura
non eſt peremptoria,cùm tamen ſecus ſit in proba-
toria, quæ de ſui natura eſt peremptoria,vt habetur
in d. l.j. C. de dilat.& in d.l.fina.quam differentiam
poſuit Angel. in d. l.fina. colum.ij. verſic. & ex hoc,
Hinc dixit Hoſtienſis in ſumma,in titu.de dilat.in §,
& quibus, ij.colum.in fi.quòd præſenti, & ad pro-
ducendum teſtes non datur niſi vna dilatio, ſed ab-
ſenti ad magis conueniendum contumaciam ſuam
dantur tres expectatoriæ, vt veniat ad allegandum.
Vnde patet quòd dato quòd gloſſ. in d.l.edictum,
intellexiſſet velle æquiparare iſtas dilationes, malè
intellexiſſet, propterea rectè intuenti apparet non
ſic intellexiſſe.

Non obſtat Angel. in d.l.edictum, quia reſpon-
detur eum non benè referre intellectum gloſſ. &
Bartol.ibi, vt colligitur ex præmiſsis.& contrarium
tenuit Angel.in d.l.fina.ff.de fer.dum conſtituit dif-
ferentiam inter vnam dilationem, & aliam, in ij.col.
verſic.& ex hoc inſertur,& in princip.ij.colum.vlte-
rius Bald.& Pau.de Caſt.in d.l.edictum,tenent con-
trarium per rationes ibi per eos adductas.Item glo.

in d. l. edictum, non poteſt intelligi niſi ſecundum legem quam allegat, ſcilicet d.l.oratione.§.fina.quæ tamen non vult ita ſimpliciter dari debere ſucceſſori dilationem, ſed ita demum præcedente cauſæ cognitione, vt in illo text. in qua cauſæ cognitione verſantur plura, de quibus per Cyn. in dicta l.j.C. de dilat.in iij.colum.in princip.& per Angel. in dicta l. fina. colum. penulti. in fin.& Iacobum de ſancto Georgio. in eadem l.fina. nume.22.cum ſequen.& per Alexan.in conſi.lxv.in primo volu.nume.5.poſſet etiam dici quòd l.edictum,volens, quòd ſucceſſor, & nouus iudex teneatur facere nouam citationem, habeat locum vbi citatus fuiſſet litigator,vt compareret coram iudice, habito reſpectu ad perſonam, ſecus autem ſi fuiſſet citatus, vt compareret habito reſpectu ad dignitatem, quia ex quo dignitas non moritur, neque finitur, tunc non exigitur noua citatio. ita ſoluit iſtud contrarium Cardin.de noua citatione fienda, in dicto capit.licet, de accuſat.vel etiam dici poteſt, quòd dicta l.edictum procedit vbi facta eſſet mutatio tribunalis.vt per Anto. de Butri. ibidem nume.11.ſed in caſu iſto dilationes datæ fuerunt nomine dignitatis, nec eſt mutatum tribunal.ergo &c.

Præterea dicta Angel.in dicta l.edictum, videntur facere cõtra ipſum, nam poſtquam voluit,quòd quemadmodum iudex nouus tenetur dare nouam dilationem expectatoriam, ita etiam tenetur dare probatoriam,ſubdit niſi parti eſſet præcluſa via probandi: quia eſſet publicatus proceſſus ea ratione, quia plus non poſſet facere ſucceſſor, quàm potuiſſet præceſſor. Sed in caſu de quo agebatur tempore præceſſoris erat præcluſa via probandi per lapſum quatuor dilationum cùm vlterior non detur,& tenet ipſemet Ange.in d.l.fin.colum.fin.vnde ſecunda etiam dari non poſſet.ergo non debet plus poſſe facere ſucceſſor, quàm præceſſor, & licet Ange.ponat exemplum in publicatione, tamen idem erit in alio caſu,in quo de iure præcluſa eſſet via probandi.cùm exempla non reſtringant regulam.

9 Non obſtat † text.in l.oratione,in §.fin.quia procedit quando defuncto fuiſſet data dilatio, quæ eo viuente eſſet conſumpta, & elapſa, quia tunc non datur ſucceſſori noua dilatio,cùm plus iuris non potuerit tranſmittere defunctus in ſucceſſorem, quàm ipſe habuerit, ita Alex.Paul.de Caſt.& Iacob.in d.l. oratione.in caſu autem iſto per mortẽ erant elapſæ dictæ dilationes,ergo &c.

Nec obſtat quòd videatur quòd ſimus in dubio, quia etiam tali caſu potius deberet denegari dilatio: quia materia dilationum eſt odioſa, & amputanda, vt eſt text. in l.ij. C.de tempor.appella.not.in l.j.C. de dilat. Specul. eodem titu. §.nunc videamus, in princip.vbi dicit præſumendum eſſe petentem dilationem malicioſè petere eam,& loquitur in petenre ſecundam, magis ergo in tertia, & aliis vlterioribus dilationibus.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia an & qualiter probetur.*
2 *A calumnia an & quomodo quis excuſetur.*
3 *Iudex pronuntiat delictum eſſe commiſſum, quando in delicti certa pœna à iure imponitur.*

CONCLVSIO XLVI.

Fuit inſtituta quædam accuſatio contra certum colonum ſuper damno dato in quadam pecia terræ,cuius rei cauſa fuit ex aduerſo porrecta petitio, in qua inſtabatur dictam accuſationem declarari calumnioſam. † vnde dubitabatur quæliter de calumnia conuincitur accuſator. & concluſum fuit, quòd regulariter eo ipſo quòd quis deficit in probando præſumitur calumniari, & ſine aliis indiciis poteſt puniri de calumnia,vt tenet gloſſ.ij.in verbo, calumniati.& ibi Abba. in cap. cum dilectus, extra de calumnia. Idem Barto.& Alexan.in l.j.ff.ad Turpill. & in l. athletas. §.præuaricator. ff. de his qui not. infa. & ibi eſt gloſſ. ponens caſus exceptos, & Salic.in l.ij. C.de calumnia.vbi dicit quòd regula eſt quòd qui non probat præſumitur in calumnia, ſed an iſta præſumpta calumnia ſufficiat ad condemnationem cùm in condemnationibus probationes debeant eſſe luce clariores,& tandem concludit quòd iuris diſpoſitio communis eſt,vt non probãtes præſumantur calumniari, & niſi de iuſto errore eorum doceant iudicem ex illa præſumpta calumnia puniantur exceptis certis perſonis ibi enumeratis in gloſ.idem latè Felinus in d.ca.cum dilectus,vbi examinat an ſi quis probat ſemiplenè, vel per vnum teſtem, vel per publicam famam, excuſetur à calumnia,& idem Sozi.in conſil.cxviij.viſis narratis punctis,verſi.confirmatur hæc opinio.circa fin.in prima parte, & conſil.clxvj. viſo proceſſu, circa medium, vj.colum. eandem partem vbi quando quis fuit inſtigatus,& Specu.in titu.de accuſat.& calum.in fin. verſic.quid ſi accuſator, & ibi Bald.in addi.verſic.j. † vbi an quis excuſetur à calumnia propter teſtes inhabiles,& inde Firmanum in ſuo repertorio in verbo calumnia, & in verbo accuſator, & ex prædictis cùm in iſto caſu probatũ eſſet non eſſe datum damnum de quo in iuramẽto delato & probatio irregularis inducta à ſtatuto quo cauetur, quòd ſtetur iuramento paſſi damnum admittat probationem vt per Pau. de Caſt.& Alex.in l.ij.§.ſi abſens.ſi ex nox. cauſ.agatur Bal.Alex.in l.j.C.de re iudi.Pau.de Caſt. Ioan.de Imol.in l.qui bona.§.qui damni.de dam.infect.& ibi Alex.clarè conſtitit de calumnia accuſantis. imò quando dicitur quòd accuſator ſemiplenè probando excuſatur à calumnia, eſt verum quando reus nil probat, ſecus ſi reus probat,vt per Felinum in d.cap.cum dilectus,& propterea ſufficit pronuntiare accuſationem calumnioſam, non imponendo aliter pœnam, cùm in talibus ſufficiat pronuntiare ſuper facto, quoniam in delictis quæ habent nomen à iure vt calumnia ſiquidem in iſtis eſt impoſita certa pœna à iure, tunc ſufficit iudicem pronuntiare delictum commiſſum.ita Barto.in d.l.j.verſicu. venio ad tertiam,in ij.col.ad Turpill.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas quomodo probetur.*
2 *Minor aſſerens cum iuramento ſe eſſe maiorem, an non obſtante iuramento poſſit allegare nullitatem contractus.*
3 *Iuramentum in contractu minoris per ipſum appoſitum, an aliquid operetur.*
4 *Maiorem ſe eſſe qui iurauit, an poſſit probare ſe minorem iuramento non obſtante.*

CONCLVSIO XLVII.

INtroducta fuit nullitas cuiuſdam obligationis ex
1 capite † minoris ætatis. Nam cùm diceretur tem-
pore obligationis eſſe minor annis xxv. non potuit
affici aliqua obligatione niſi cum authoritate cura-
toris & aliis ſolennitatibus requiſitis à ſtatuto: &
quia ex lectura inſtrumenti conſtabat obligatio-
nem prædictam fuiſſe ſine ſolennitatibus prædictis
contractam, & ex atteſtationibus plurium teſtium
videbatur ſatis probata minor ætas quorum aliqui
dicebant illum de ſacro baptiſmatis ſonte leuaſſe,
quæ probatio attendi ſolet. l. neque natales. C. de
prob. & hoc adiuuabat atteſtatio matris quæ depo-
ſuerat illum tali tempore peperiſſe, propterea ad
2 hoc difficultas deducebatur, † nunquid propter iu-
ramentum quod apparebat in inſtrumento corpo-
raliter fuiſſe præſtitũ repelli deberet à remedio nul-
litatis dictæ obligationis per eum intentato, licet
enim vbi ſimpliciter actum fuiſſet de minori ætate
probanda, ea dici potuiſſet ſufficienter probata per
prædicta, ſtante etiam quodam libro ſcripto manu
genitoris in quo de natiuitate apparebat, tamen non
videbatur iſta probatio attendenda, quia quando
quis iurat ſe eſſe maiorem xxv. annis manu tactis
ſcripturis, contra tale iuramentum nullum videtur
habere remedium, vt dicit text. in l. iij. in fin. C. ſi mi-
nor ſe maior. dixerit. cæterum re diligenter diſcuſſa
concluſum fuit quòd dicta obligatio declararetur
3 nulla propter minorem ætatem. Et † quò ad iura-
mentum allegatum dicebatur illud non obſtare du-
plici conſideratione prima, quia verba iuramenti
non videbantur afficere ipſum qui ſe obligauit, vel
ſaltem non erant referenda ad aſſertionem ſactam
de ætate maiori. Secunda erat conſideratio dato
quòd tale iuramentum referri debuiſſet ad illam
aſſertionem de ætate. quoniam diſpoſitio dictæ l. iij.
non procedit vbi ille qui iurauit ſe maiorem vult
ex capite minoris ætatis infringere actum iuratum,
deducendo remedium ordinarium nullitatis actus,
prout erat in iſto caſu, ſed ſolùm procedit quando
remedium de iure ſpeciali competens deducitur
prout eſt reſtitutio in integrum, tanquam ius ſpe-
ciale facilius tollatur quàm ius ordinariè compe-
tens. l. eius militis. §. j. de milit. teſt. & ita dicta l. intel-
ligendo determinat Ioan. And. poſt Nicol. de Matte.
per eum relatum in addit. ad Spec. in titu. de ſenten.
§. vt autem. in addit. in verbo procedendum. ſequi-
tur Paul. in d. l. iij & idem tenuit Roma. in conſil. xij.
colum. fina. cum quo concordat Angel. licet Ioan.
4 And. non referat in conſi. clx. in quinto dubio, † vbi
ſtante ſtatuto, quod requirebat certas ſolennitates
in contractibus minorum, ſi minor ſine dictis ſo-
lennitatibus contraxit & in contractu iurauit ſe ma-
iorem, vult quòd iſte minor poſsit minorem ætatem
etiam per teſtes probare. & dictam opinionem Ioan.
Andr. ſequuntur ſimpliciter Sozin. conſi. lxj. nume. 3.
& conſi. lxvj. colum. vij. volu. j. Curt. Mod. ſecun-
dum eum conſuluit conſi. cxviij. vbi allegat Cremen.
idem tenentem in nota. clxiij. & idem Curt. conſil.
ſeq. adducens etiam authoritatem Barbatiæ conſi. liij.
volu. ij. & licet aliqui tenuerint contrarium, tamen
ex prædictis patet iſtam eſſe magis communem opi.
à qua in iudicando non eſt recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium non acquiritur aut poſſeſsio ſine tra-
ditione.*
2 *Poſſeſsio vt per conſtitutum transferatur, requi-
ritur quòd conſtituens tempore conſtituti poſsi-
deat.*
3 *Dominus rei alienatæ ſi venditori ſuccedit, an &
quomodo contractus defuncti confirmetur.*
4 *Sententia lata contra non citatum, & nullam litis
notitiam habentem, nullum parit præiudicium.*
5 *Lite mota ſuper poſſeſsione, an res vel poſſeſsio di-
catur litigioſa.*
6 *Poſſeſsio vitio litigioſi affecta an poſsit in alium
transferri.*
7 *Vitium litigioſi quos effectus operetur.*
8 *Ius nouum auth. inducens vitium litigioſi per ſolam
citationem quomodo ſit intelligendum.*
9 *Leges C. diſponentes ſuper nullitate contractus in
materia vitij litigioſi in quo caſu loquantur.*
10 *Intellectus ad l. fina. C. de litigio.*
11 *Vitium litigioſi quando contrahitur.*
12 *Res de cuius poſſeſsione agitur an ſit alienabilis.*
13 *Volens antecedens, vult etiam neceſſarium conſe-
quens ad ipſum antecedens.*
14 *Prohibitum principaliter, ſi illud neceſſariò ſequi-
tur ad poſitionem permiſsi, tunc cenſetur in conſe-
quentiam permiſſum. Et quod non licet directo, licet
per obliquum.*
15 *Alienatio neceſſaria, propter vitium litigioſi non
eſt prohibita.*
16 *Prohibitio alienationis ſiue ab homine ſiue à lege
inducta, non extenditur ad alienationem neceſ-
ſariam.*
17 *Lex prohibens tranſlationem poſſeſsionis litigioſæ,
non comprehendit eam tranſlationem quæ fit pro
implemento contractus venditionis.*
18 *Intellectus ad text. in authen. de litigio. verſicu. ab
hoc autem.*
19 *Res hypothecæ ſuppoſita, an poſsit lite pendente per
debitorem alienari.*
20 *Executio ſententiæ fieri poteſt contra eum in quem
tranſlatio eius quod litigioſum eſt facta fuit.*
21 *Intellectus ad l. j. C. de præſcri. lon. tem.*

CONCLVSIO XLVIII.

PLures controuerſiæ & lites agitabantur inter
ſer Philippum Bombellum ex vna, & quædam
d. Diamantem Strazzatam partibus ex altera, &
omnes facilis deciſionis viſæ fuerunt vna excepta,
in qua à cæteris Doctoribus collegis diſcenſi exiſti-
mans prædictam mulierem in poſſeſſorio retinen-
dæ, quod in iudicium ſuper quibuſdã eorum terræ
fuerat deductum, rectius ſuam intentionem fun-
daſſe eiúſque poſſeſsionem vti antiquiorem & con-
ſequenter iuſtiorem præferri debuiſſe, & licet titu-
lus emptionis etiam cum conſtituto habitus à Lu-
douico de Muglio per Annibalem de Scappis & ſuc-
ceſsiuè titulus emptionis etiã cum conſtituto Bom-
belli habitus ab ipſo Annibale longo eſſet anterior
eo titulo emptionis quem habuit d. Diamantes à
d. Sigiſmondo, tamen dicta emptio Annibalis de
Scappis non tranſtulit † dominium aut poſſeſsio- 1
nem in ipſum Annibalem emptorem, cùm nulla tra-
ditio

ditio vera, vel ficta interuenerit.l.traditionibus.C.
2 de pact. † & licet conſtitutum venditionis in inſtru-
mento appoſitum fuerit ex quo poſſeſsio in empto-
rem transferri ſolet.l.quod meo.ff.de acquir.poſſeſ.
tamen dictum conſtitutũ nullius momenti,fuit cùm
ipſe venditor tempore conſtituti non poſsideret.
l.quamuis.§.j.& ibi not. Angel.& cæteri ſequuntur
eod.titu.iam enim idem Ludouicus ante vendiderat
& tradiderat dictos fundos cuidam de Moſcardi-
nis, & ita eorum dominium & poſſeſsionem ab ſe
abdicauerat, quos cùm Sigiſmundus acquiſiuiſſet
ab eodem de Moſcardinis & demum d. Diamanti
vendidiſſet & tradidiſſet clarè inferebatur ad iuſti-
ficationem poſſeſsionis prædictæ dominæ. Neque
3 † obſtabat quòd Sigiſmundus fuiſſet hæres Ludo-
uici, & propterea non potuiſſet cõtrauenire illi alie-
nationi factæ in ipſum Annibalem in cuius locum
ſucceſſerat Bombellus.l.cum à matre,cùm vulga.C.
de rei vendic.& ita potior iudicari debebat acquiſi-
tio Bombelli tanquam antiquior, quia reſponden-
do dicebam quòd quãdo dominus rei alienatæ ſuc-
cedit illi qui rem alienauerat,non confirmatur con-
tractus defuncti niſi quatenus emptor eſſet in poſ-
ſeſsione:quia tunc repelleret exceptione dominum
& hæredem venditoris.ſed Annibal de Scappis non
erat in poſſeſsione rei venditæ neque Bombellus
eiuſdem ſucceſſor,ergo dictus contractus Ludouici
non fuit confirmatus ex eo quòd illi d.Sigiſmundus
ſucceſsit ad quem dominium rei venditæ ſpectabat,
ita eſt concluſio Barto.in l.cum vir, quem ſequun-
tur Angel. Imol. Paul.& Roff.de vſucapioni.& eſt
communis doct.concluſio,niſi quando venditor aſ-
ſeruiſſet in contractu venditionis rem venditam
eſſe ſuam, tunc domino rei ſuccedente venditori
contractus confirmatur non ſolùm quò ad exce-
ptionem ſed etiam quò ad actionem vt probat text.
not. in l.rem alienam, in fin.de pign.act.& declarat
Paul.in d.l.cum vir, ne ſucceſſor eius authorem de-
functum mendacio arguat, & in caſu noſtro non
fuerat aſſertum in dicta venditione facta Annibali
per Ludouicum quòd res vendita eſſet ſua, quod ſi
factum fuiſſet adhuc tamen negabatur dictum ſer
Philippum in poſſeſſorio prædicto obtinere poſſe,
quia licet propter aſſertionem venditoris rem eſſe
ſuam dominus rei ſuccedens venditori non poſsit
contrauenire, & contractus confirmetur etiam quò
ad actionem, tamen ex tali ſucceſsione dominium
rei venditæ aut poſſeſsio ipſo iure non transfertur
in ipſum venditorem, ſed eſt neceſſarium quòd ei
fiat traditio d.l.traditionibus, & eſt ad hoc bonus
text.in l.ſi à Titio,de rei vendi.dicto autem ſer Phi-
lippo nulla traditio facta fuerat per Sigiſmundum,
ſed ipſe ex pacto precarij nulliter conſtituto ſe aſſo-
ciari in tenutam obtinuerat,ergo ceſſabat argumen-
tum,ſuper hoc tamen vim modicam faciebam,quia
mihi non videbatur quòd in dicta venditione facta
Annibali per Ludouicum facta fuiſſet talis aſſertio
quòd dicta res vendita eſſet ſua, cùm igitur conſta-
ret de poſſeſsione dictarum torne.terræ tranſlata per
Sigiſmundum in prædictam dominam Diamantem
cenſui vigore dictæ ſuæ poſſeſsionis eam in prædicto
poſſeſſorio iudicio obtinere debere:cui opi.non ob-
ſtabat quòd ante venditionem factam dictæ dominæ
Diamanti & poſſeſsionem ei traditam per Sigiſmun-
dum idem Bombellus virtute dicti precarij obti-
nuerat ſe aſſociari in tenutam & poſſeſsionem di-
ctarum terrarum ex quo videbatur eius poſſeſsio
antiquior & iuſtior, quia ad hoc reſpondebam il-
lum propter dictum ingreſſum & aſſociationem
nullam poſſeſsionem quæſiiſſe cùm illa eſſet penes
Sigiſmundum per reg.l.iij.§.ex contrario,de acquir.
poſſeſ.& declarat Alex.in l.clam poſsidere,in princ.
in primo not.eod.titu.qui propterea poſſeſsionem
non amiſit ex quo non eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli
iuxta not. in l.ſi id quod, in fin.eod.titu.ſed ſtatim
habita notitia de tali ingreſſu adiit iudicem requi-
rens eius officium pro annullanda dicta aſſociatio-
ne,& quamuis poſtea per iudicem talis aſſociatio &
tenuta fuerit confirmata, † tamen ex ipſa ſententia 4
nullum fuit præiudicium illatum dict.Diamanti non
citatæ & nullam habenti notitiam de dicta lite aut
ſententia iuxta l.ſæpe, cum materia de re iudic.& ſi
conſideranda fuiſſet poſſeſsio Bombelli à die latæ
ſententiæ ea reperiebatur iunior & recentior quàm
poſſeſsio dictæ d.Diamantis, meritò pro dicta do-
mina Diamante ſententia eſſet ferenda ſecundum
ea quæ plenè habentur per Feli.poſt alios in ca.licet
cauſam, de probat. & prædicta ſine ſcrupulo vide-
bantur procedere.

Cæterum dictæ dominæ Diamanti aliud videba-
tur obſtare quod vrgebat, † nam tempore quo Si- 5
giſmundus eidem dictas terras vendidit & tradidit
iam lis incœpta fuerat inter eum & Bombellum ſu-
per poſſeſsione ipſarum terrarum ob quæ licet ipſæ
res non fuiſſent affectæ litigioſæ, tamen earum poſ-
ſeſsio bene litigioſa facta eſſe dicebatur, vt declarat
Barto.in l.j.de litig. Angel.in authen.de litig.in princ.
colum.ij.collat.viij.Abba.& Deci.poſt gloſ.ibi in c.j.
de confeſſ. vt vel inut. † & cùm poſſeſsio eſſet liti- 6
gioſa non videtur lite pendente potuiſſe transferri
in Diamantem, vt expreſsè not.Abba.& Deci.in d.
cap.j.vbi volunt quòd poſſeſsio vitio litigioſi affecta
non poteſt in alium transferri, pro cuius difficul-
tatis reſolutione conſiderabam quòd licet vbi de
poſſeſsione alicuius rei litigatur poſſeſsio litigioſa
efficiatur & propterea eiuſdem poſſeſsionis tranſla-
tio in alium impediatur per prædicta,tamẽ id quod
impediatur tranſlatio poſſeſsionis intelligendum vi-
detur non ipſo iure,ſed ope exceptionis tantum,&
effectus erit quòd ſi tranſlatio dictæ poſſeſsionis re
ipſa in alium fiat talis, hanc poſſeſsionem veræ ac-
quiret : ſed ſi ab ea caderet non poſſet recuperare,
quia ei obſtaret exceptio. & hæc concluſio licet à
doct.expreſsè non declaretur,tamen de eorum men-
te videtur procedere. † Nam effectus vitij litigioſi 7
plures ſunt tam de iure Digeſtorum, quàm de iure
C.vt declarat in d.l.j.§.ſi inter,de litig.Barto.& Ang.
in d. authen. de litig.in princip.colum.ij.inter quos
erat vnus de iure Digeſtorum, vt tranſlatio rei liti-
gioſæ in alium impediretur, non vt contractus ipſo
iure eſſet nullus,ſed vt contrahentes exceptione re-
pellerentur, vt probat textus in dicta l.j.in fin de li-
tigio. & bonus textus in l.j.§.fina. quæ res pigno.
oblig.poſ.& declarat Bartol. in dicto §.ſi inter, &
Angel.in d.authen.de litig.coniungendo eius dicta
ibi primus quòd res vel actio, & ibi erat, & quartus
& ibi primus, quia licet, de iure autem.C.additus
eſt alius effectus,quia ipſo iure impeditur cõtractus,

vt per Barto.& Ange.in locis prædictis,& probatur
in l.fin.& ibi Bart.& Salic.C.eo.titu.verùm cùm iſta
materia vitij litigioſi ſit pœnalis, leges C.inducentes
nullitatem contractus rei litigioſæ ſint in hoc cor-
rectoriæ iuris Digeſtorum, quòd contractum ipſo
iure annullabat.ſtrictè,& propriè in caſibus,in qui-
bus expreſsè loquuntur ſunt intelligendæ, non au-
tem extra caſus expreſſos extendendæ. l. præcipi-
mus.C.de appella.l.factum.§ in pœnalibus, de reg.
iur.& ita arguunt doct.propriè in materia vitij liti-
8 gioſi,dicentes, † quòd ius nouum,authen.inducens
vitium litigioſi per ſolam citationem,intelligendum
eſt tantum in caſu in quo loquitur, ſcilicet vbi actio
realis intentatur,non autem ad alios caſus eſt detra-
hendum,vt tradunt omnes in l.ij.C.de litig.& Bart.
9 in dicto §. ſi inter, † leges autem.C.quæ diſponunt
ſuper nullitate contractus in materia vitij litigioſi
loquuntur tantum quando actio, vel res eſt litigio-
ſa,non autem quando ſola poſſeſsio, vt patet in l.ij.
& in l.fin.C.eo.tit.ergo ad poſſeſsionem litigioſam
non ſunt trahendæ, ſed quò ad eam attendendum
10 eſt ius Digeſtorum, † ex quo nouiter inferri arbi-
tratur ad intellectum dicta l.fina. vt pœnæ de qui-
bus ibi non habeant locum vbi ſola poſſeſsio eſt liti-
gioſa, & ea in alium transfertur, quibus ſtantibus
dicebam, quòd cum d. Diamantes non ceciderit à
ſua poſſeſsione, ſed in ea continuò permanſerit non
impediebatur in ſua poſſeſsione perſiſtere licet eam
litigioſam acquiſierit , quinimò & ſi eam per vim,
aut clam amiſiſſet, adhuc illam recuperare per iuris
remedia perdita potuiſſet, non obſtante vitio liti-
gioſi,vt notabiliter not. Angel.in dicta authen.de li-
tigio.colum.ij. ad finem, & ibi declarat. Secundò
pro eiuſdem difficultatis reſolutione conſiderabam,
quòd in caſu iſto non videbatur dictam poſſeſsio-
nem tempore alienationis fuiſſe litigioſam , quia
cùm illa aſſociatio per Bombellũ obtenta non fuiſſet
legitimè, ſed de facto impertata, vt ex ſupradictis
apparet cùm tempore precarij Ludouicus non poſ-
ſideret, licet ſuper tali aſſociatione contenderetur,
& per Bombellum inſtaretur pro eiuſdem tenutæ
confirmatione,tamen non dicebatur dicta poſſeſsio
Sigiſmundi litigioſa cùm intentio Bombelli iure
11 non ſubſiſteret, † nam tunc demum vitium litigioſi
contrahitur, quádo actio in iudicio propoſita com-
petebat,& poterat iuſtè in iudicium deduci,aliâs ſe-
cus,ita declarat Guid.pap.conſi.ccccLxxix.vbi pro-
pterea in fortioribus terminis concludit , quòd ſi
actum ſit pro illa ſumma quæ nondum peti poterat,
quia dies nondum venerat,licet ceſſerit,dicta actio
non fuit affecta litigioſa,quia verba cum effectu ſunt
intelligenda, & quia titulus de litigioſis loquitur
quando actio intentata competebat, & poterat in-
tentari,& in iudicium effectualiter deduci,alleg.l.ij.
& l.fina. C.de litigio.quæ ſecundum eum hoc benè
probant, & cùm ſit pœnalis reſtringendus eſt, & in
ſuis terminis tenendus regula odia,de regulis iuris.
Hæc tamen conſideratio licet ſit huius ſolennis do-
ctoris authoritate munita, mibi non placuit, neque
dictam deciſionem veram cenſui,quæ non probatur
in præallegatis legibus, & contra quam alibi Bald.
tenuit,ſed non inſiſto,ideo tertio loco,& clarius ad
dictam difficultatem reſpondebam,quòd licet poſ-
[illegible] litigioſa in alium transferri non poſsit,tamen
hoc intelligendum cenſui quando quis principali-
ter, & per ſe ipſam poſſeſsionem transferret, cùm
enim ea litigioſa ſit, rectè eius tranſlatio in alium
prohibita eſſe dicitur: cæterum vbi quis rem ipſam
alienaret , de cuius poſſeſsione litigaretur, & vir-
tute dictæ alienationis ipſam poſſeſsionem tranſ-
ferret , talis poſſeſsionis tranſlatio propter talem
litem pendentem non impediretur ex quo acceſſo-
riè & in conſequentiam præcedens contractus fie-
ret: multa enim principaliter fieri prohibentur,
quæ in conſequentiam permittuntur, & licet ita
aliquem declarantem non inuenerim, hæc tamen
opinio veriſsima viſa fuit quæ ratione & lege com-
probatur, ratione ſcilicet, quia cùm lite mota ſuper
poſſeſsione res ipſa non efficiatur litigioſa, & con-
ſequenter ceſſet diſpoſitio impediens dominij tranſ-
lationem, quæ loquitur quando ipſa res eſt litigio-
ſa, vt patet in dicta l.ij. & fina. C.de litigio.& de-
clarant docto. in locis allegatis. † non eſt dubium, 12
quin ipſa res de cuius poſſeſsione agitur, alienari
poſsit, vt tenet gloſ.communiter approbata in cap.j.
in gloſſ.j. de confir. vt. vel inut.& ſicut lex permit-
tit proprietatem rei, de cuius poſſeſsione litigatur
alienari, ita dicendum eſt facta dicta alienatione,
permittere in executione ipſius alienationis tranſ-
lationem poſſeſsionis. Primò, quia † qui vult an- 13
tecedens, vult etiam neceſſarium conſequens ad
ipſum antecedens. l.qui proprio. §.item quæritur,
de procurato. ſicut è contra, qui vult conſequens,
vult etiam neceſſarium antecedens. l.ad rem mo-
bilem, eod. titu. & cùm lex velit rei proprietatem
alienari poſſe, vbi de poſſeſsione tantum litigatur,
dicendum eſt etiam, quòd velit poſſeſsionem dictæ
rei alienatæ transferri poſſe in executione dictæ a-
lienationis, cùm talis tranſlatio poſſeſsionis ſit ne-
ceſſarium conſequens ad ipſam alienationem an-
tecedentem. Secundò, † quia licet aliquid per ſe 14
principaliter prohibeatur à iure, tamen ſi illud
principaliter prohibitum neceſſariò ſequatur ad po-
ſitionem permiſsi , tunc illud cenſetur in conſe-
quentiam permiſſum, & quòd non licet directò li-
cet per obliquum, ita declarat Bartol.in l.prima.in
princip. per illum text. de aucto.tuto. ſed tranſlatio
poſſeſsionis , quæ fit in executione alienationis
præcedentis, ſequitur neceſſariò ad poſitionem di-
ctæ alienationis quæ eſt permiſſa, ergo licet talis
tranſlatio directò , & per ſe fieri non poſſet , ta-
men per obliquum fieri poterit , & in executione
alienationis poſtquam ipſa alienatio eſt à lege per-
miſſa. Comprobatur iſta principalis ratio, † quia 15
vbi propter vitium litigioſi alienatio prohibetur,
nunquam cenſetur prohibita alienatio neceſſaria.
l. alienationes , famil. erciſcun. & not. gloſſ. & ſe-
quuntur docto.in l.ſecunda. C.de litigio.& eſt hoc
regulare, † quòd prohibitio alienationis ſiue ab ho- 16
mine , ſiue à lege inducta non extenditur ad alie-
nationem neceſſariam. l.filiusfamiliâs. §.Diui. ff.de
leg.j.& ibi not. ſed facta rei venditione cogitur ven-
ditor præcisè ad rem tradendam, ſi facultatem tra-
dendi habet. l.exempto, in princip. de actio. empt.
† ergo lex prohibens tranſlationem poſſeſsionis li- 17
tigioſæ non comprehendit eam tranſlationem quæ
fit pro implemento contractus venditionis , quia
neceſſariò fieri debet lege, etiam iſta opinio ſua-
detur

18 detur † per textum in authen. de litig. verſicul. ab hoc autem, pro cuius inductione præmitto quòd eum hypothecaria tractetur modo de poſſeſsione auocanda. l. ſi cum venditor. de euict. ſi in iudicium dicta actio hypothecaria deducatur res ipſa ad quam agitur non efficitur litigioſa, vt probatur in dicto verſiculo ab hoc autem, in primis verbis: cæterum ipſa poſſeſsio de cuius auocatione tractatur bene litigioſa efficitur, vt nota. Angel. in authen. litigioſa. C. de litig. Bald. & Angel. in l. ij. C. eodem tit. hoc præmiſſo dicitur in dicto verſicu. ab hoc autem.
19 † quòd licita eſt debitori rei hypothecæ ſuppoſitæ quando voluerit, & ſic etiam lite pendente, vt ibi declarat gloſſa: ſic tamen vt ex pretio redacto ſatiſfaciat creditori, quod ſi omiſerit licebit creditori eandem rem ab emptore per hypothecariam vendicare, vt ibi declarat gloſſ. donec ei ſatis pro debito fiat, & ſic iudicio ordinario permittit lex creditori rem ab emptore auocare, ſicut etiam auocaret quãdo alienatio ante litem motam fuiſſet facta, ergo præſupponit text. quòd in emptorem poſſeſsio fuit tranſlata, non obſtante vitio litigioſi: quia ſi non fuiſſet tranſlata fruſtra permiſiſſet lex creditori facultatem auocandi dictam rem iudicio ordinario hypothecariæ, cùm eam potuiſſet via executiua obtinere, vt not. Bart. in dicto §. ſi inter. Angel. in d. auth. de litig. & ſequuntur communiter docto. volentes
20 quòd † executio ſententiæ fieri poſsit contra eum in quem tranſlatio eius quod litigioſum eſt facta fuit, vt tradit Bal. in l. certa. C. vt in poſſ. legat. Comprobatur hæc opinio alio modo d. tex. inducendo, dum dicit quòd liceat debitori alienare quando voluerit, compreheudit alienationem quę vtroque caſu fieret, vel ante litem motam, vel poſtea, vt eſt de mente gloſſ. ibi, & vtroque caſu dicit licere creditori res alienatas vendicare, ſicuti igitur vbi ante litem motam fieret alienatio, clarum eſt quòd poſſeſsio in emptorem transfertur, ita eodem modo dicendum eſt, quòd transferatur quoniam poſt litem motam fuit alienata, vt licentia alienandi permiſſa debitori ſub vna & eadem determinatione eodem iure cenſeatur. l. iam hoc iure. de vulga. & pupil.
21 † Vlterius iſta opinio alia lege ſuadetur, & pro ea videtur caſus in l. j. C. de præſcriptio. long. tempo. tenendo vnum intellectum gloſſ. ibi, quem etiam communiter tenent docto. quòd ibi pendente iudicio in hypothecaria actione reus eam rem de qua agebatur in tertium alienauerit, ibi enim probatur ſecundum iſtum intellectum communem, quòd ſiquis rem emerit ab aliquo, qui propter dictam rem hypothecaria actione conuentus fuerat, & cuius rei conſequenter poſſeſsio effecta erat litigioſa, poterit eam longo tempore præſcribere, ergo neceſſariò dicendum eſt quòd poſſeſsio non obſtante vitio litigioſi ſi in eum tranſlata fuerit, quia aliàs nullo tempore præſcribere potuiſſet. cap. ſine poſſeſsione, de regu. iuri. in vj. cum vulg. quod iudicio meo ex alia ratione non procedit, quàm ex eo quòd dicta tranſlatio poſſeſsionis eſt neceſſarium conſequutiuum ad ipſam alienationem permiſſam. De re litigioſa adde, & vide in Practica Papienſe ſuper forma libelli in actione reali, ſuper gloſſ. incip. veris & legitimis titulis. col. fina. verſicu. denique quid iuris ſit in re litigioſa.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad reſignandum beneficium, an poſsit reuocari, & quomodo. vide hic, & de notabili caſu. & nume. 2. cum ſequen.*
2 *Deciſio Dominorum Rotæ ciij. aliàs ciiij. in antiquis impreſsionibus, an vera ſit, & in quibus terminis procedat. & num. 6.*
3 *Intereſſe non conſideratur quando res eſt integra.*
4 *Pœnitentia locum non habet in contractu innominato, in quo iuramentum interuenit.*
5 *Iuramentum ſuper reuocatione procuratoris non concernit ſpiritualia: quia eius conſtitutio, & reuocatio non eſt quid ſpirituale.*
6 *Penſio in temporalitate conſiſtit.*
7 *Procurator in extraiudicialibus reuocari non poteſt, quando aduerſarij intereſt.*
8 *Procurator non reuocatur vbi res non eſt integra, & intereſt partis etiam in ſpiritualibus.*
9 *Pœnitentia licita eſt in tranſactione.*
10 *Iuramentum ſuper actu non faciendo præſtito in fauorem alicuius facit quòd actus in contrarium non valet.*
11 *Conuentio de renuntiando beneficium, vt inde penſio habeatur an ſapiat ſimoniam.*
12 *Tranſactio ſuper beneficio cum conſtitutione penſionis, an valeat.*
13 *Periurus ſuper eo ſuper quo mouet litem, audiri non debet.*
14 *Commiſsio cauſa non debita penſionis non datur contra literas executoriales conſtitutæ penſionis, niſi cum clauſula ſine retardatione ſolutionis.*
15 *Nec datur exceptio contra literas conſtitutæ penſionis ſuper nullitate, nec de nullitate opponitur, niſi nullitas reſultet ex ipſo actu, & ex eiſdem literis, & ex lectura earum.*

CONCLVSIO XLIX.

DE anuo 1536. ſub die 11. Iunij † fuit prouiſum de parochiali Domino Thomæ Philetto per Reuerendiſſ. Cardinalem de Saluiatis Epiſcopum Ferrarienſis eccleſiæ, eadem die prouiſum fuit per vicarium dicti Reuerend. Epiſcopi. D. Thomæ Zuccardo, cum Reuerend. eſſet abſens, & vicarius haberet auctoritatem conferendi, Zuccardus exiſtens in poſſeſsione beneficij illum reſignauit in manibus papæ, & de eo fuit prouiſum d. Anto. Zuccardo fratri d. Thomæ, diu litigatum fuit inter Philettum, & d. Anto. coram vicario, dicti Reuerend. & inita fuit tranſactio inter eos per quam Philettus renuntiauit liti, & cauſæ, ceſsitque iuribus ſuis ſuper beneficio, reſeruata tamen penſione ducat. 16. quolibet anno, & pro vtraque parte fuit conſtitutus procurator Angelus tam ad reſignandum beneficium in fauorem Zuccardi, quàm ad præſtandum conſenſum reſeruationi penſionis, cum promiſsione de non reuocando, & cum iuramento, & cum promiſsione de non contraueniendo iuramentis, & dicta tranſactio fuit facta reſeruato beneplacito ſedis apoſtolicæ. poſtea Zuccardus obtinuit à pœnitentiaria abſolutionem à iuramento narrans fuiſſe læſum, & deceptum in tranſactione, ideo procuratorem reuocare volebat, & fuit abſolutus conſtito de læſione, & quatenus ius parti non eſſet quæſitum. 1

Reuocauit inſuper procuratorem factum ad cō-
ſentiendum reſeruationi penſionis,& dictam reuo-
cationem intimauit in Cancellaria apoſtolica ſecun-
dum ſtylum curiæ.ſucceſsiuè per papam fuit admiſ-
ſa reſignatio in fauorem Zuccardi,& illi prouiſum,
& fuit conſtituta penſio in fauorem Philetti, & ad-
hibitus ad hoc conſenſus procuratoris iam reuoca-
ti,& expeditæ literæ ſuper penſione,Zuccardus vo-
lens tranſactionem infringere , & conſtitutionem
penſionis, obtinuit cauſam Rotæ Bonon. committi
ad referendum,& petiit contractum declarari nul-
lum,& ſimiliter penſionem non deberi tam ex capi-
te læſionis quàm adhibiti metus & violentiæ , nec
non conſenſus non præſtiti reuocato iam procurato-
re,ſed quia ſuper læſione & metu nil probatum fuit,
ſolum fuit dubitatum an procurator potuerit reuo-
cari.
2 Pro † parte affirmatiua adducebatur gloſſ.in c.fi.
de procur.in vj.per quam Domi.Franc.Anchar. poſt
Fed.in conſi.cvij.aliàs c.aliàs xcv.tenuerunt procu-
ratorem etiam cum iuramento de non reuocando
reuocari poſſe,licet reuocans ſit periurus.Felin.in c.
ex parte,il ij.de reſcript. In contrarium verò allega-
batur deciſ.Rotæ ciij. aliàs ciiij. in antiquis impreſ.
& Feli.licet ſub alio numero,eam ſequitur in d.c.ex
parte,& idem Felin. in c.ſi diligenti , de for.compe.
& licet loquatur in procuratore ad reſignandum ex
cauſa permutationis,idem tamen concludit in pro-
curatore ad reſignandum ſimpliciter ad fauorem ali
cuius. Propterea idem videbatur dicendum in caſu
occurrenti ſicut in procuratore ad reſignandum ex
cauſa permutationis,quia fuit conſtitutus procura-
tor ad reſignandum cum reſeruatione penſionis.
Iſta opinio Dominorum de Rota , & Felini fuit
reiecta per omnes,tum quia in contrarium eſt com-
munis per ea quæ in indiuiduo colligit Nicolaus
Boetius in deciſ.ſua,nu.207.inci.circa hanc quæſtio-
nem , tum quia prima ratio Dominorum de Rota
dum præſupponunt rem integram.& quia ad inter-
eſſe non datur actio in ſpiritualibus,nam dum con-
ſiderant quòd ex quo nō poſsit agi ad intereſſe non
ſit licita reuocatio, & tamen conſiderant rem inte-
3 gram, †ideò non expedit conſiderare intereſſe:quia
vbi res integra eſt,non conſideratur,ſed ſimpliciter
licita eſt reuocatio.l.ex placito. C.de rer.permu. in-
tereſſe verò conſideratur quando omnino res non
eſt integra. Secundò eſt falſa , quia vult propter iu-
ramentum non eſſe licitam pœnitentiam , ex quo
ceſſat actio ad intereſſe , & tamen ſi iſta ratio eſſet
vera de intereſſe,nō eſſet neceſſarium iuramentum,
4 iuxta no.in c.in cauſis,de elect. †Item iuramentum
quando interuenit in contractu innominato etiam
in temporalibus non eſt licita pœnitentia , vt per
5 Alex.in d.l.ſi pecuniam.de cond.ob cauſam. †Item
iuramentum ſuper reuocatione procuratoris non
concernit ſpiritualia, quia conſtitutio eius & reuo-
catio eius non eſt quid ſpirituale:ita Francus. in alio
propoſito in dicto c.fina.in vltima colum. Præterea
6 † quatenus deciſio Rotæ eſſet vera non procedit in
terminis de quibus agitur,quia procurator fuit con
ſtitutus ad conſentiendum penſioni,& ſic ſuper tem
poralitate : quia penſio in temporalitate conſiſtit,vt
Gomez.in tract.reg.Cancellariæ ſub reg. de infirm.
reſignant.quæſt.xvj.numero 2.& quatenus intereſſe
eſſet conſiderabile ageretur ad eādem quantitatem
pro qua fuit conſtituta penſio , & ideo in omnibus
ſuis partibus deciſi. Dominorum de Rota eſt falſa,
& ſi eſſet vera , ſequeretur quòd procurator con-
ſtiturus ad eligendum , & ſic ad actum in quo agi-
tur de matrimonio ſpirituali non poſſet reuocari
quia eſt contra mentem omnium in dicto cap. fina.
vbi voluit gloſſ.illam procedere in matrimonio ſpi-
rituali.
Alia † tamen ratione dictum fuit procuratorem 7
non potuiſſe reuocari, quia in extraiudicialibus
procurator non poteſt reuocari quando intereſt ad-
uerſarij.ita Anto.de But.in c.fina. col.fin. de procu-
rat. † item vbi res non eſt integra & intereſt, partis 8
etiam in ſpiritualibus procurator non reuocatur.
quia non poteſt agi ad intereſſe.Innocen.Abb.& alij
in c.in cauſis,de elect. † Item in tranſactione eſt li- 9
cita pœnitentia,l.quamquis.C.de tranſact.& conſti-
tutio procuratoris ad conſentiendum fuit facta ad
fauorem Philetti,& de eius intereſſe tractatur, † & 10
iuramentum ſuper actu non faciendo præſtito , in
fauorem alicuius operatur quòd actus in contra-
rium non valeat,vt per Bald in l.ex duobus. §.fi.vbi
Iaſ.de iureiuran.per Alex. conſi.xvj. col.iij. vol.iij. &
ideo voluerunt domini talem procuratorem non
poſſe,vel potuiſſe reuocari : ego verò diſſentiebā ea
ratione , quia nullum intereſſe poterat prætendere
Philettus ex tranſactione , cùm renuntiatio iurium
ſuorum ſtante reuocatione procuratoris nihil illi
noceret, & poterat deducere iura ſua in iudicio non
obſtante tranſactione, cui per partem aduerſam fue
rat contrauentum , & ſic res erat integra pro parte
ſua.l.ſiquis maior.C.de tranſact.& not.in l.ſub præ-
textu. eod. titu. & ſi de aliquo intereſſe tractabatur
illud erat temporale , ideò ceſſabat ratio propter
quam procurator non poteſt reuocari in ſpirituali-
bus , † dicebam etiam tranſactionem eſſe Simonia- 11
cam, ideo nullum ius fuiſſe quæſitum parti. c. ſuper
eo,cum ſimilibus extra de tranſac.voluerunt tamen
doct.†tranſactionem valere,quia in ea dicitur quòd 12
partes interuenientibus amicabilibus perſonis & vi-
cario Epiſcopi pro pacis bono tranſigerunt, & vica-
rius pro tribunali ſedens ita declarauit , quo caſu
tranſactio valet etiam cum conſtitutione penſionis.
c.niſi,de præben.c.cum pridem,de pact.& in d.locis
not. Abb.& alij.& idem Abb.in c.de cætero,de trāſ-
acti. Felin.in c.ad audientiam,il ij.de reſcript.
Replicabam ex verbis tranſactionis apparere
partes ipſas tranſegiſſe, acceſsi tamen in eorum opi.
alia ratione : † quia in reuocatione procuratoris 13
Zuccardus fuerat periurus , vt omnes not. in d.c.fi.
& Felinus in d. c. ex parte , & quia fuit periurus ſu-
per eo ſuper quo mouebat litem , audiri non pote-
rat Iaſ.& alij.in d.l.ſiquis maior. & iſta eſt commu-
nis ſententia , & ideò non poterat petere nec in iu-
dicio ſtare agendo , ſed quia Philettus produxerat
etiam ipſe ſuam petitionem & petiit Zuccardū con-
demnari ad penſiones decurſas & decurrendas,po-
terat Zuccardus audiri excipiendo , dicebam Phi-
lettum fouere ius in ſua petitione : quia † contra li- 14
teras executoriales conſtitutæ penſionis non datur
commiſsio cauſæ non debitæ penſionis niſi cum
clauſula ſine retardatione ſolutionis , per rationes
de quibus per Staſi. & in tracta. de literis grat. &
iuſtit.

15 iuſtit.chart. cliij. nec datur exceptio † contra literas conſtitutæ penſionis ſuper nullitate, nec de nullitate opponitur, niſi nullitas reſultaret ex ipſo actu & ex eiſdem literis & ex lectura earum. Caſsiador. in tit. de reſcript. deciſi. x. ſed in literis, de quibus agitur nulla aderat nullitas, & quia de conſenſu apparebat, renocatio autem procuratoris erat quid extrinſecum ab ipſis literis, ideo iſta exceptio non retardabat ſolutionem penſionis donec iudicatum fuerit ſuper cauſa non debitæ penſionis, ſuper qua Zuccardus non poterat audiri ſtante periurio, & ſic per diuerſa media fuit concluſum per omnes docto. ad fauorem Philetti, & abſolutus fuit à petitione Zuccardi, & Zuccardus condemnatus fuit ad penſiones.

SVMMARIVM.

1 *Emptor vel tertius creditor cuius pecunia peruenit ad primum creditorem, an ſuccedat quoad ius retentionis in locum primi abſque pacto, ita vt poſsidens poſsit ſecundum creditorem repellere.*

2 *Intellectus ad l. j. quibus mod. pign. vel hypothe. ſoluitur. & num. 3.*

CONCLVSIO L.

1 DVbitatum fuit † nunquid Vincentius Vulpitij de Bononia cuius pecunia peruenit ad manus Mondini ex cauſa emptionis factæ de quadam domo à quodam de Lugliis ſuper qua Mondinus habebat anteriores hypothecas, ſucceſſerit in locum dicti Mondini quoad ius retentionis, licet nullum pactum ſuper hoc inter eum & Mondinum interceſſerit, ita vt cùm ipſam domum emptam poſsideret, ea ſibi auferri non poſſet per D. Petrum de Caſtello habentem hypothecas poſteriores Mondino, & hæc quæſtio nunquid emptor vel tertius creditor cuius pecunia peruenit ad primum creditorem ſuccedat quoad ius retentionis in locum primi abſque pacto ita vt poſsidens poſsit ſecundum creditorem repellere non eſt noua, ſed apud antiquos viſa fuit multum dubia, & adhuc ſine magno ſcrupulo non procedit. nam gloſſ. in l. cum prior. in verbo denuo, in fi. de diſtract. pign. tenuit opin. quòd retentio non detur, & eam ibi ſequuntur Bartol. Salice. & aliqui etiam dicunt idem tenere ibi Fulg. ſed re vera Fulg. in ea l. quam legit cum l. fideiuſſor, præcedente non ſe firmat, imò dicit dubitare, & quòd ſententia quòd retentio detur eſt humana, ſubdit tamen quòd magis ſibi placet ſententia gloſſ. pro ea adducendus eſt text. in l. creditor, qui prior. §. ſi quando
2 qui pot. in pign. hab. † Et ad text. in l. j. quib. mod. pign. vel hypothe. ſoluitur, reſpondet intelligendo eum quòd poſſeſſor habet retentionem quoad dominium, & ita etiam illum text. intelligit gloſſ. ibi in verbo defenditur, & ibi etiam Odoff. eãdem opinio. allegat tenuiſſe Alberic. in l. ſi potiores. C. de his qui in prior. credit. locum ſucced. dum dicit quòd emptor ſuccedit in ius creditoris, vt habeat exceptionem ſi poſsidet & hypothecariam ſi non poſsidet, ſubdens tamen de hoc conueniri per pactum neceſſe eſt, vt not. in l. cum prior. de diſtract. pign. Sed hæc auctoritas Alberici poteſt euitari, vt eius dictum quòd pactum interuenire debet intelligatur reſpectu hypothecariæ, quaſi ad hoc vt hypothecaria competat ſi non poſsidet pactum ſit neceſſarium, non autem quoad retentionem, quæ intelligentia ſuadetur, vt ipſe refert ſe adnota. in d. l. cum prior. vbi ipſemet tenuit opin. contrariam, vt inferius dicetur, & ideò ne eum de contrarietate arguamus videtur dicendum dicta eius in d. l. ſi potiores, eſſe intelligenda ſecundum ea quæ ipſe dixit in dicta l. cum prior, iſta igitur prima opinio quæ fundabatur auctoritate gloſſ. Barto. Alberici, Salic. & Fulgo. re vera reducitur ad auctoritates gloſſ. Barto. & Salic. vt patet ex reſponſionibus datis ad dicta Fulgo. & Alberic. contraria vero opinio comprobatur legibus & auctoritatibus, & primò per textum, in l. iij. §. cum ex cauſa, qui potio. in pigno. habean. cuius literam deſtruimus ſi ſuppleamus quòd pactum interuenerit. ſecundò probatur in l. qui à debitore, eod. tit. nil ſupplendo in text. de pacto interuento, eſt verum quòd Bart. ibi in ſummario videtur illum text. intelligere pacto interueniente, ſed tamen impropriatio literæ eſt. Ad idem & tertiò facit text. in d. l. cum prior. nil pari modo ſubaudiendo. Quartò pro iſta opinione † facit tex. in d. l. j quibus mod. pig. 3
vel hypot. ſolu. intelligendo eum generaliter, vt loquatur de exceptione competente tam contra dominum quàm contra alios creditores, prout eum generaliter loqui affirmat ibi Fulgo. licet gloſſ. ibi in verbo defenditur reſtringat eum quoad dominum tantum. Vltimò pro iſta opinione eſt optimus text. in dicta l. ſi potiores, nil ſubaudiendo de pacto prædicto, & hæc opinio pluribus etiam auctoritatibus comprobatur: nam eam imprimis tenet gloſſ. in dicta l. ſi potiores, in verbo ſucceſsiſti, quæ in terminis illius legis dicit quòd ille emptor ſucceſsit in locum priorum creditorum non vt habeat rem obligatam ſicut habẽt illi creditores, ſed vt poſsit ſe tueri aduerſus omnes ſicut illi poterant. opin. eandem ſenſit etiam gloſſ. in dicta l. j. quibus modis pign. vel hypothe. ſoluit. in verbo deſiderabit, dum allegat d. l. cum prior. quam ad hoc ponderat ibi Fulgo. eam etiam tenuit Guid. de Suza. in dicta l. cum prior. & ibi Fulg. refert, & etiam eam ibi ſequitur Alber. cuius dicta licet vitio impreſſorum ſint corrupta, ſatis tamen oſtendunt quòd hanc opin. amplectuntur, ſaltem ex quo ibi Alberic. tranſit ſimpliciter cum opin. Guido. de Suza. quem clarum eſt hanc opi. tenuiſſe, vt ibi Fulgo. refert, & idem Fulg. in d. l. j. quibus mod. hypothe. vel pign. ſol. & eam in d. l. j. tenuit Bart. & Salic. maximè in opp. de l. Ariſto. licet enim dictum Bart. ibi in ſummario poſsit euitari dicendo illud intelligẽdum ſecundum terminos illius legis, ſcilicet quando ille qui ſoluerat conueniebatur à debitore, tamen dictum eius in opp. de l. Ariſto. malè euitari poteſt, & pari modo neque dictum Salice. & iſtam opin. tandem dicit humaniorem & æquiorem. Fulg. ibi, & cum vltimo loco dicat, conueniens eſt dicere eam ſibi placere per not. in l. qui filium. §. Sabinus, ad Trebel. & hanc opin. tenendo reſpondet ad dictum §. ſi quando, vt ibi per eum. Hanc etiam opin. tenuit Paul. de Caſtro conſil. ccclxx. in antiquis, vbi pulchrè loquitur, & Mod. in tracta. de pign. in quinta parte, membro iij. in numer. 23. Et iſta ſecunda opinio tanquam magis fundata bonis iuribus & etiam tanquam humanior & æquior, vt dicit Fulg. in d. l. cum prior. & in d. l. ij. magis placuit

Rotæ

Rotæ quæ in iudicando ſolita fuit humaniorem opinionem amplecti, & maximè quia iſta opinio videtur etiam magis communis, vt patet etiam ex ſupra allegatis, quam tenuit gloſſ. in dicta l. ſi pauciores, & in d. l. j. & Guid. de Suza. Alberic. Bart. Salice. Fulg. Pau. & prædicti Mod. contrariam autem opinionem tenuit ſolum gloſſ. Bart. & Salic. cùm ex ſuprà deductis appareat dicta Alberic. & Fulg. quæ pro iſta parte allegabantur bene & rectè euitari poſſe. Et ita pro Vincentio ius retentionis ſibi competere allegante fuit pronuntiatum.

SVMMARIVM.

1 *Filius quando in locum patris ſubintret.*

2 *Filius an intret locum matris quando agitur de hæreditate auunculi aut materteræ.*

CONCLVSIO LI.

DVbium † erat in occurrenti caſu, quia tantum in duobus caſibus quando ſuccedıtur titulo hæreditario filius ſubintrat locum patris, primus eſt in ſucceſsione aui, ſecundus quando agitur de hæreditate patrui carnalis tantum, per text. in §. reliquum, in auth. de hær. quæ ab inteſtat. vbi Angel. in iij. not. dicit ad literam quòd ſolus filius obtinet locum patris quando agitur de ſucceſsione patrui carnalis qui ſit in tertio gradu, ſecus ſi agatur de ſuccedendo aliis tranſuerſalibus in vlteriori gradu, quia tunc filius nõ ſubrogatur in locum patris per illum text. quod dicit nota. quia pridie fuit conſultum contrarium & malè, quod dictum etiam tradit Bart. per illum text. in authen. poſt fratres. C. de legit. hær. ſequitur Salic. ibi circa fin. poſt Cyn. & Alexan. conſil. xliiij. videretur. col. vj. lib. v. Decius in conſil. primo in prima parte, & idem replicat in l. ſi auiæ, de ſucceſ. edict. in ij. col. & idem Deci. in conſi. ccccIxxxiij. nume. 7. incip. æquitati & iuſtitiæ. iiij. volu. & in conſil. ccccxliij. incip. concurrit. eod. volum. num. 3. ſubdens quòd text. in dicto §. reliquum. ſeipſum declarat, & præcisè loquitur dum expreſsè dicit quòd huiuſmodi priuilegium, vt in ſuorum parentum iure ſuccedant ſolis fratrum maſculorum & fœminarum filiis aut filiabus conceditur, & nulli alij omnino perſonæ ex hoc ordine venienti hoc ius largitur,
2 † ſed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium confertur quando cum propriis vocantur maſculis & fœminis ſiue paterni ſiue materni ſint, cùm ergo ſolis filiis fratrum concedatur, & aliis perſonis denegetur, appellatione filiorum non veniunt nepotes nec alij maximè in materia correctoria iuris antiqui, de quo filius nunquam intrabat locum patris quando ſucceditur ex diſpoſitione legis, & prohibitio eſt præciſa, vt patet ex illa dictione nulli alij perſonæ omnino, & quòd ſolum nepos ſubintrat locum patris quando ſucceditur ex diſpoſitione legis & agitur de ſucceſsione aui & patrui carnalis, videtur ſequi Alexandrinus in conſi. xxxviij. nu. 1. per caſum d. §. reliquum, & quod no. ibi Ang. & ideò dixit Iaco. de Beluiſ. in d. §. reliquum, quòd ibi nomen filiorum ſtrictè accipitur, & quòd priuilegium non tranſit ad nepotes fratrum, notans ex illo tex. quòd priuilegium & ius ſuccedendi reſtringere debemus cùm alium à ſucceſsione excludit & alij iniuriam generat, & ideò in d. §. reliquum, reſtringitur ſucceſsio & non dilatatur, & ſic ex prædictis videtur dicendum quòd quando tractatur de hæreditate auunculi, aut materteræ, quòd filius non ſubintrat locum matris. Tamen fuit concluſum, contrarium quòd imò filius intrat locum matris quando agitur de hæreditate auunculi aut materteræ iuxta text. in d. §. cum filius, & in d. auth. ceſſante, quæ iura etiam locum habent in filiabus aut filiis ſororum, vt intrent earum locum quando agitur de hæreditate auunculi, amitæ, aut materteræ, & iſtã concluſionem firmat Alex. conſi. xliiij. col. fi. verſi. nec obſtat ſiquis. lib. v. Decius in conſi. cccccxxvij. colum. j. & conſil. cccccliij. Abb. in conſi. lxxxvj. col. j. lib. j. Iaſ. in d. l. ſi auiæ. C. de ſucceſ. edict. Idem Cy. in auth. ceſſante. in fi. primæ col. C. de legit. hære. Dyn. in tract. de ſucceſ. ab inteſta. Crauetta conſi. cxxvij. in contractu matrimonij, in j. col. & ratione demonſtratur, quoniam iſta concluſio fundatur in æquitate, quia æquum eſt quòd filius intret locum patris contra puncta iuris. Iaco. de Beluiſ. in d. §. reliquum. & Iaſ. inſtit. de hær. quæ ab inteſt. §. cum filius. quæ æquitas ita militat quòd filius intret locum matris, ſicut locum patris, cùm in ſucceſsione tranſuerſalium ſemota ſit agnationis & cognationis differentia & omnis ſexus in authen. de hær. quæ ab inteſta. §. ſi igitur defunctus, & §. nullam. & text. in dicto §. cum filius, vt declarat ibi Ioan. Fab. in verſicu. item nota quòd is §. loquitur tam in filiis filiorum quàm filiarum.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ includuntur in emphyteuſi conceſſa fœminæ pro ſe & filiis.*

Maſculinum an comprehendat fœmininum in contractibus.

2 *Emphyteuſis conceſſa alicui & filiis ſuis ab eccleſia an tranſeat ad naturales.*

CONCLVSIO LII.

DVbitatum † fuit ſuper certa inueſtitura, in qua 1
apparebat quandam mulierem conduxiſſe ab eccleſia certa bona pro ſe, & filiis, ac nepotibus, an in illa includerentur fœminæ, in quo dubio dicebatur fœminam non comprehendi, quia communis eſt concluſio, quòd in contractibus maſculinum non comprehendit fœmininum, ea ratione, quoniam imputandum eſt eis, quare legem apertius non dixerint. l. veteribus. ff. de pact. & communem dicit Iaſon in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. Archid. in c. ſiquis ſuadente. xvij. q. iiij. Alexan. conſi. lxj. volumi. j. & conſi. cxiij. incip. viſo inſtrumento, volum. ij. latè Decius in c. in præſentia, in xvij. colum. extra de probat. præterea ratio qua mouentur docto. ad communiter concludendum, quòd in contractibus maſculinum non comprehendit fœmininum eſt, quia eſt eis imputandum cur legem apertius non dixerint, quæ ratio etiam militat ſi mulier ſit illa quæ conducat emphyteuſim, & quòd ſiquis conduxerit emphyteuſim pro ſe, & filiis, non veniant fœminæ. ponit Imol. in c. potuit, col. fin. extra de locat. & conſi. xxxviij. in caſu præmiſſo. Alexan. conſil. lxj. col. j. vol. j. congerit Iaſ. in d. l. ſiquis id quod, col. v. Iaſ. in l. ij. de iure emphy. nu. 115. & in l. Gallus. col. x.

ibi pro

ibi pro parte negatiua. ff.de lib. & poſthu. in ij lect. Decius d.l.ij.nu.104.cui non obſtat in quantum Decius d.l.ij.nu.106.ibi,poſtremò dicit, quòd hæc opinio non probatur iure, quia ſecundum eum d.l. veteribus,dicit quòd in re dubia,& obſcura interpretatio fit contra venditorem,& locatorem,qui apertius potuit legem dicere, quod non videtur poſſe adaptari ad caſum iſtum: quia non videtur obſcurum,nec ambiguum quando dicitur de filiis, quin comprehendantur filiæ, quia ſemper hoc habet locum,quòd maſculinum concipit fœmininum. l.qui duos.ff.de legat.iij. & cùm iſta ſit regula, res videtur eſſe clara pro eo qui habet regulam.Bar.in l.quoties. ff.ſi quis caut.Ad hoc reſpondetur,quòd res non eſt adeo clara, quin recipiat probationem in contrarium,in l.ſi tutor,de ſer.pign. dat.manu.in fi.& ideò cum in caſu iſto potuerit eſſe ſenſum de maſculis tantum, & non de fœminis, dicetur factum ambiguum, quanuis etiam filiæ ex proprietate ſermonis comprehendantur, probatur in l.nepos proculo. ff. de verb.ſign. in §.j. declarat Sozin. in l.in ambiguo, col.j. ff. de reb.dub. ergo fiet interpretatio contra cōducentem: præterea quòd appellatione filij veniat fœmina illud non eſt regulariter verum,in ſtricta.l.j.§ ſed & ſi incertum, ibi quare. ff. de vent. in poſſ.mitt.& contractus ſunt ſtricti iuris. l.quidquid aſtringendæ,de verbo.obliga.& Iaſ.reſpondet in dicta l. ſi quis id quod, colum. quinta, & ad multa alia quæ adducit Deci. in dicta l. reſpondet, Vbertinus in repet.l.fin. C.de edic.Diui Adria.toll.nu.65. & 66.vbi plenè.

Contrarium tamen fuit concluſum, quòd quando fœmina conducit emphyteuſim pro ſe, & filiis, & ſic quando emphyteuſis habet originem à fœmina,quòd comprehendantur fœminæ, & includuntur.Adde Tiraquellum in lib.legum connubialium, in quinta lege,nume.12.& 23.vbi idem firmat char. 45.& ita decidit Bald. in l. quoties. C. de fideiuſ. ſequitur Aret.in l. Gallus. §.nunc de lege. ff.de liber. & poſthum.& ibi Sozin. qui allegat Anchar, conſil. ccc xxxvj. Iaſ.in l.ſed ſi hac. §.liberos ff.de in ius vocan.Sozi.in l.cum auus,in xv.charta. ff. de condi.& demonſtra. idem Petr. de Anchar. in conſil. cccxlj. aliàs cccxxxix.incip.pro maiori intelligentia, in iiij. colum. aliàs col. viij. vbi decidit quòd quando nomen poſterorum eſt prolatum à fœmina,quòd tunc deſcendentes ex linea fœminina admittuntur,quaſi mulier non videatur lineam fœmininam, & ſic
2 proprium genus,& ſexum abhorruiſſe. † Et pro iſta parte facit quod tenet Angel. ſub dubio fortè in l. generaliter. §.cum autem. C. de inſtit.& ſubſtit.ſub cond.fact.cuius opin.plenè defendit Deci.in dicto c. in præſentia, in xvij. colum. cum ſequen. vbi dicit quòd ſi emphyteuſis eſt conceſſa alicui pro ſe, & filiis ſuis, non veniunt filij naturales, tamen iſtud ſit verum, niſi eccleſia à principio alicui naturali tantum emphyteuſim conceſſiſſet, quia tunc etiam filij naturales admittuntur, quoniam tali caſu videtur eccleſia cogitaſſe de naturalibus inſpecto initio, ita Bald. in cap.quæ in eccleſiarum. colum. penultim.in verſicu.reuertor nunc, extra de conſtitu. ſequitur Deci.in dicto cap.in præſentia.colum.xviij. vbi illud defendit ab vna difficultate, & licet ex his quæ ſuprà ſunt adducta in contrarium, iſta concluſio reddatur dubitabilis, tamen magna eſt auctoritas prædictorum, à qua non eſt in iudicando recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Probationes ſuper petitorio an admittantur ad corroborationem poſſeſſorij.*

2 *Tenuta data de facto an poſſit peti confirmari, vel de nouo dari,& quomodo procedat.*

CONCLVSIO LIII.

IN certa † cauſa poſſeſſoria in remedio reinte- 1
grandæ, producebantur certæ probationes concernentes petitorium ex vna parte,altera replicabat non eſſe admittendas, quia quando agitur poſſeſſorio,reicitur petitorium,& probationes ſuper proprietate non admittuntur, cùm exceptio dominij regulariter reiciatur,vt not.docto. in l.rem quæ nobis, de acquirend. poſſeſſ. ſed huic replicationi reſpondebatur, quòd licet quando agitur poſſeſſorio reiciatur petitorium, & probationes ſuper proprietate non admittantur,debet intelligi ad finem,vt ſuper eo non pronuntietur, quia poterunt recipi ad corroborationem poſſeſſorij. Bart.in l.ſi duo.col.ij. ff.vti poſsidet.Deci.conſi.lxxxiiij.col.fi.poſt Bal.in l. momentaneæ.colum.fina. C.qui legit. perſ.habent. ſtan. in iudic. Decius in l. fina. C. de edict. Diui Adria.tollen.

Concluſum tamen fuit contrarium, quòd in remedio reintegrandæ,probationes petitorij non admittantur ad corroborationem poſſeſſorij quando ſumus in ſpolio,per l.ſi ad ſe fundum.C.ad l.Iuliam,
de vi.quia † violenta poſſeſsio,non poteſt iuſtificari 2
in d.l.j.qui legit.perſ. habent. ſtand. in iud. nec confirmari ſecundum Bal.in l.j.C.de carb edict.nec peti de nouo dari, maximè quando habet vitium ſpolij, quoniam ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, & ſpoliator non auditur,& ideò id quod nota. Ang.in l.ſi finita. ff.de dam.infe.& ibi Alex. & ponit Dec.in cap. cum ceſſante, in fin. de appella. vbi not. quòd quando ille contra quem eſt capta tenuta, opponit, & dicit illam tanquam de facto factam, de facto reuocari & nullam,& comparente eo qui obtinuit tenutam,& dicente tenutam aliquam, ſeu ſaltem confirmandam,vel de nouo dandam,quòd ſi venit concedenda, debere talem tenutam confirmari, vel de nouo dari.& latè per Neguſantium in tracta.de pig. in ij.membro.iij.parte.num.48.chart.26.eſt verum, ſed non procedit quando eſſemus in caſibus, in quibus regula ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus,vendicat ſibi locum:ſecus in aliis in quibus non vendicat ſibi locum, quoniam vbi regula ante omnia ſpoliatus debet reſtitui,vendicat locum, tenuta non poteſt confirmari,neq; de nouo dari, & propterea quando ille qui obtinuit tenutā contra quam opponitur,petit illam confirmari,& quatenus opus ſit de nouo dari,opponens contra tenutam debet replicare,ſe ante omnia debere reintegrari, quo caſu ſi poſſeſsio habet vitium ſpolij,ſpoliator non debet audiri, ſed ſpoliatus ante omnia eſt reintegrandus.ita plenè declarat Vbertinus in repetitio. l.fin. C.de edicto Diui Adrian. tollen. nume. 273. Adde, & vide omnino, an tenuta, ſiue captura de facto facta, debeat de nouo, vel poſſit confirmari.

Iaſ.in l.à Dino Pio. §.in venditione,iij.col.nu.8. ff.de re iud.ad intelligenuam dicti Angel. in l. ſi finita, in prin.ff.de dam.infect. & ibi Alex.in iij. col. & Paul. de Caſt.in conſi.xxxvij. in cauſa capturæ, circa fin. & Dec.in c.ex ratione.col.fina. de appel. & adducta in contrarium quòd poſſunt recipi probationes petitorij ad corroborationem poſſeſſorij, procedunt in aliis poſſeſſoriis, præterquam in poſſeſſnrio reintegranda.vt declarat idem Vbertin.in d.l.fin.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor an teneatur ſtare colono.*

CONCLVSIO LIIII.

1 SVcceſſor † ſingularis non tenetur ſtare colono. tex.in l.emptorem.C.de loc.conſuluit Bal.conſi. ccxxv. Abbas fecit,j.vnl. Corn. conſi. vj. licet in hac conſultatione.in iiij.vol.poſt Maria.Soz.conſi.xxxij. ex his quæ ſuperius,in ij.col.vol.j. Fallit in ſingulari ſucceſſore neceſſario,puta quando vxor ſoluto matrimonio ſuccedit in fundo mariti,ita limitat gl.ſingu.ſecundum Bal.Imol.Alex. & alios ibi in l.diuortio,in prin.in gl.magna,circa med.ff.ſolu.matrim.& idem in creditore qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex ſecundo decreto,quod in neceſſario ſucceſſore, ita ſing.not. Bart. in l.in venditione. §.j. in ij.nota. per illum tex.ff.de bon.auct.iudic.poſſ.ex cuius doctrina not.ſing.Bal.in c.quoniam frequenter,in vlt.ver. vt li.non conteſt. quòd omnis ſuccedens ex ſententia iudicis tenetur ſtare colono, vel inquilino, niſi locatio eſſet facta in fraudem, putat notandum hoc Alex.in l.ſi filiofamiliâs. §.vlt.in iiij.col. verſi.ex cuius dictis.ff.ſolu.matrim. vbi confirmat,& ſequitur, ibique ponit multas fallentias ad d. reg. d.l.emptorem, quam etiam quinque modis limitat Sozi.reg. ccclxxxvij. Adde quid ſi habuerit fundum fructibus plenum,an faciat eos omnes ſuos, etiam quoad partem coloni. vide latè per D. Iaſ. in l. cum filiofamiliâs.nu.180.& ſeq.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligatur illud quòd vbi lex vel ſtatutum cogit iudices ad aliquid faciendum quod reſpicit vtilitatem priuatam, quod procedat ſi petatur.*

2 *In petitione facta à parte quod iudex aliquid ex forma legis vel ſtatuti faciat, an citatio alterius partis requiratur.*

CONCLVSIO LV.

1 REgula eſt, † quòd vbi lex,vel ſtatutum cogunt
etiam verbis præciſis iudices ad aliquid facié-
dum quod reſpicit priuatam vtilitatem, debent in-
telligi ſi pars petierit: vt per quatuordecim ſimilia
tradit Iaſon in l.vniuerſa,in primo notab.C.de pre-
ci.imperat.offer. & in l.admonendi,in quinto nota.
verſ.ego teneo.ff.de iureiuran.in lect.vbi dicit,quòd
iſta regula ſeruit ad infinita,& in repetitio.in cxxiij.
col.verſi.ſecundò quærit Barto. Et poſt Alexan.in l.
properandum,in prin.in penult.notab. C. de iudic.
vbi etiam Iaſ.in §.ſi autem altcrutra,in vlt.col.& alij
doctores relati per Parpaliam in repetit.l.ſi quis ma
ior,in xij.notab.in ij.fallen. C.de tranſactio.Felin.in
2 cap.fina. col.ij. de offic.iudic. † Sed an in tali peti-
tione facta à parte requiratur alterius partis citatio,
Iaſ. in l.eleganter, in princip. in iij. notabi. ff. de
condi.indeb. & in commento dictæ l. admonendi. colum. penult. tenuit quòd ſic, quia quotieſcunque iudex aliquid faciat etiam ex officio: ſed tamen ad inſtantiam partis, ſemper citatio requiritur,vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Quando opponitur contra procuratorem, & proteſtatur eum non debere admitti cum ratihabitione geſtorum, an talis cautela,& proteſtatio iuuet.*

CONCLVSIO LVI.

POnit Bartol.in l.inter quos. §.alieno.in fin. ff.de damn.infect. vbi conſuluit quòd † in quocunq; 1
fiendo eum procuratore dicatur, litigo ſub hac exceptione, ſaluo ſi ipſum apparebit non eſſe procuratorem, quia nolo tunc habere ratum,& pro practica impediendi ratificationem à domino fiendam, commendat Feli.in c.cauſam quæ,il j.col.vlt.de iud. & proſequitur Alexan.in l.licet.in iij. & iiij.col.C.de procurat.vbi etiam Iaſ.& Mod.

SVMMARIVM.

1 *Citationis qualis debet eſſe forma.*

2 *In ſimplici commiſſione citationis, an ſubintelligatur ſolita forma citandi, ſcilicet potius ad domum quàm perſonaliter.*

3 *In ſimplici relatione nuntij, ſcilicet feciſſe ea quæ habuit in mandatis, an præſumatur potius ad domum citaſſe,quàm perſonaliter.*

4 *Ad cognoſcendum quis dicatur verus contumax an relatio citationis attendatur.*

CONCLVSIO LVII.

FOrma † citationis eſt vt quis citetur perſonali- 1
ter, vel ad domum habitationis, iuxta doctrin.
Bart.in l.iiij.§.prætor ait,col.ij.de dam,infect.& hęc
eſt forma iuris. Et † propterea in ſimplici cómiſſio- 2
ne de citando ſubintelligitur, ſecundum Bart. ibi-
dem, & communiter tenetur. † ſed ſi nuntius refe- 3
rat ſe feciſſe, & dixiſſe ea omnia quæ in mandatis
habebat, neque declaret an perſonaliter, vel domi
eum citauerit.Bal.in l.properandum. §.& ſi quidem.
col.ij. C.de iud.cócludit quòd debet præſumi quòd
eum potius ad domum citauerit, quia perſonaliter
citatus non comparens eſt in vero dolo, ſed citatus
ad domum eſt in culpa,vnde potius culpa præſumi
debet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.l.ſi præſes.ff.
de pœnis. cùm aliter verus contumax priuetur be-
neficio appellationis,& poſſit etiam mulctari,quod
non eſſet in ficto contumace, prout eſt citatus ad
domum,iuxta not.in d.l.j.ad fin.ff.ſi quis ius dicen.
non obtemp.& hoc dictum Bal.ſequitur Alex.conſ.
ccxix.ponderatis,colum.ij.lib.vj. declarando,vt per
eundem conſil.ij.conſideratis,colum. ij. lib. iij. † & 4
iſta ſunt not.ad ea quæ habẽtur per Bart.in l.ex con-
ſenſu.§.vlt. de appel. vbi per illum text. tradit quis
dicatur verus contumax, & licet Alex. conſi.cej.in
cauſa,in j.col.lib.ij. viſus ſit aliter dixiſſe, tamen ſe-
cundum opinionem Bal.fuit iudicatum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cambij literæ ſi ante pecuniarum exactionem amittantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulario, & quid ſi ille cui ſcribitur, medio tempore effectus eſt non idoneus.*

CONCLVSIO LVIII.

1 LIteras † cambij amiſsi anteqnam pecnniam exigerem, propterea repeto à priori nummnlario, dubitatnt an teneatur mihi reſtituere, in qno concluſum eſt teneri, præſtita ſibi prius cantione, reſpectn illarum literarum, ita Bald. in l. inſtrumentum, ad finem. C. de fideiuſ. approbat Iaſ. in l. admonendi, lxij. col. verſicn. quid antem ſi depoſui, ff. de iureiuran. iſtud tamen declarari debet quando ſimulando aſſerat ſe amiſiſſe, vt à contractu reſiliret, cùm in tali contractn non ſit licitnm pœnitere, quia eſt nominatus, vt in pulchro caſu conſuluit Baldus conſilio cccxlvj. factæ fuerunt, in prima colnm. libro primo, vbi etiam tractat an cambia ſint licita in foro conſcientiæ, de quo habes per Alexand. conſil. lxj. viſo proceſſu, colnm. vlt. lib. ij. & ideò pnto, qnòd eſſer in poteſtate illius, qui ſcripſit, alias nouas literas dare, niſi tamen medio tempore ille cni ſcribitnr, eſſer effectus minns idoneua, vel domicilinm mntaſſet, & ita vidi Genuæ obſeruari inter mercatores.

SVMMARIVM.

1 *Comes ſine comitatu habens poteſtatem legitimandi quoſcunque exceptis filijs comitum, an filios comitum ſine comitatu legitimare poſsit.*

CONCLVSIO LIX.

1 COmes † ſine comitatn, ſicut ſunt comites ſacri Palatij, habens poteſtatem à papa vel Imperatore legitimandi quoſcunque, exceptis filiis comitum, an poſsit legitimare filios comitum qui ſunt ſine comitatu. concluſum fuit quòd poterit legitimare filios talium comitum, qui ſunt ſine comitatu: nam comes ſine comitatu, non eſt propriè comea, ſed abuſiuè, ita ſingulariter not. Bald. in c. j. per illnm tex. in titulo, quis dicatur Dux, vel Marchio. qnod reputat ſingulare Martinns Lauden. in diſputatione ſna. Augerius in ſexta car. in tertia colum. ex quo infert ad practicam prędictam, quòd tales filij poterunt legitimari, & ita etiam dicit ſe conſuluiſſe Padnæ dominns Iaſ. in l. quod ad hoſtea, in vltima columna, de lega. j. quod eſt memoria dignum, ſeqnitur iſtnd dictum Bald. Felin. in cap. Rodulphua. colnmna decimaquarta, verſiculo, comitatua, de reſcript. & ſæpe poteſt contingere in partibns noſtris, vbi ſunt multi comites ſolo titulo contenti.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiſci vel eius procurator an debeant eſſe præſentes quando in cauſis fiſcalibus examinantur teſtes contra fiſcum. ſi ipſi inſtant quòd volunt interuenire, & altera pars contradicat.*

CONCLVSIO LX.

AN † in examinationibus teſtium in cauſa fiſcali contra fiſcum debear interuenire aduocatus fiſci, vel eins procurator, ſi ipſi inſtant qnòd volunt interuenire, & altera pars contradicit. 1

Hnnc articnlnm ponit Matth. de Afflict. in conſtitut. regni, in rnbrica incip. quæſtiones, colum. ij. verſi. an in examinationibna teſtium. car. cxlj. in primo libro conſtitnt. vbi dieit quòd bene poteſt internenire in tota cauſa, ſed non examinationi, &c. per iura adducta ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Mediator ſiue proxeneta an poſsit eſſe teſtis & maximè in promiſsione dotis.*
2 *Mediator non eſt teſtis omni exceptione maior.*
3 *Iuramentum ſuppletorium per minimam ſuſpicionem impeditur.*
4 *Caſus excepti extenduntur ad alios caſus ex identitate rationis.*
5 *Proxeneta an ſit teſtis idoneus pro matrimonio.*
6 *Fauore dotis probatio quæ aliàs non reciperetur admittitur.*
Et verba enunciatiua probant, quæ aliàs non probarent.
7 *Mediator quando ad teſtimonium ſit admittendus.*
8 *Proxeneta quomodo ſit accipiendus.*

CONCLVSIO LXI.

IN cauſa vertente inter Ioan. Franc. de Amideis ex vna, & dominam Caſſandram ex altera, omnea de Senia ſnper promiſsione dotia, dnbiratum fuir † an mediator ſit idonens teſtis, maximè in promiſſione dotis. In quo dubio licet docto. videantur aliqualiter variare, tamen magis commnnis & verior opinio videtur, quòd mediator ſiue proxeneta non ſit idoneus teſtis etiam volens, niſi vtraque parte conſentiente: ita imprimis gloſ. in verſicu. quòd ſi etiam ad numeratorem, in §. in his verò, in auth. de inſtrum. caut. & fid. & Bartol. in l. deferre, §. decreuerunt. ff. de iure fiſ. tex. in cap. mediatorea, de teſtib. lib. vj. idem ſentire videtur Ioan. Andr. in cap. dilectorum, de teſtib. cogen. & ita ibi firmant Imo. Cardinalis & Felinus in prima colum. poſt princip. & in ſecunda colum. & idem Alexan. in conſi. xiij. ex his. in qninta colnm. vol. j. firmat etiam Stepha. Aufre. in tracta. de reprobat. teſti. in verſic. mediator, vbi quàm plures allegat, poſt quos ita tenet Io. Crotus in tract. de reſtib. car. x. col. uij. verſi. xx. quæritur, dicens quòd ita communiter tenetur, & pro communi allegatnr per omnes, cap. primo. cnm gloſ. penul. de teſti. lib. vj. per locum à ſpeciali, nam ſi ſpeciale eſt in crimine ſimoniæ vt mediator, etiam vna parte inuita teſtificetur, ergo in contractum eſt communis regula, & non videtur obſtare, quòd ſalarinm mediator non haberet, quia ex eo nihilo magis eſt admittendus, cùm remoueatur ratione affectionis, qnam dicitur habere ad cauſam, vt impleatur & firmum ſit qnod ipſe ſna mediatione fieri curauit: vt per Alex. poſt alios, quos refert in d. conſi. xiij. col. v. & ita doct. in d. cap. dilectorum. qnod voluit etiam Caſſaneus in conſil. xviij. viſo proceſſn. colnmna v. nnme. 11. & idem Corn. conſil. lxxxj. viſa copia, in ij.

col.iij. volum. vbi dicit quòd licet aliqui tenuerint contrarium, prout Bald. maximè volente proxeneta,& idem Alex.qui multos allegat conſi.xliij.num.
2 3.incipien.ex his,ſeptimo volum.†ſaltem dicendum eſt quòd mediator non eſt teſtis omni exceptione maior, & idem Pont.in conſil.ccclxxxij.inci.quoad primum conſultationis articulum, quod videtur ſa
3 cere † ne tali caſu locus ſit iura. ſuppletorio, cùm etiam leuiſsima ſuſpicio impediat illud deferri,glo. eſt in l.j.C.qui & aduerſ.quos.& ibi Bald. in verſicu. ex hoc not.& quòd mediator etiam in promiſsione dotis non ſit idoneus teſtis, conſuluit Sozi. iunior, in conſil.xij.in occurrenti,num.17.cum ſeq. ij.volu. Adde quòd idem in dote tenuit Alexan. in conſ.xiij. ex his,primo volum.& idem Pau.de Caſt.in conſil. cl.j.parte,num.4.& idem Ruions , quòd mediator non ſit idoneus teſtis , tenet & refert communem eſſe in conſil.clxiij.num.6.iiij.volum.Sed in promiſſione dotis , quòd imò mediator ſiue proxeneta ſit idoneus teſtis ad probandum dotem, conſuluit Carolus Ruinus in conſi.xxxiij.incip.renocator.onm. 7.volum.iij.ex rationibus ibi per eum addnctis , & maximè dicitur non obſtare tex.in c.j. de teſti. in vj. vbi ſpecialiter in crimine ſimoniæ mediator eſt teſtis idoneus ſi ex hoc non habet commodum,quaſi quòd exprimendo ſolùm iſtum caſum videatur re-
4 pelli in omnibus aliis caſibus,† quia etiam caſus excepti extenduntur ad alios caſus ex identitate rationis, ſecundum gloſ.in l.j.C.de cond.indeb.quam etiam ad hoc allegat Abb.in c. quoniam frequẽter, vt lit.non conteſt.& in cap.cùm omnes,de conſtitu. Alex.conſil.cxxx.iiij.volum.& Abb.in c. paſtoralis, in princ. de reſcript. ſicut ergo in odium criminis ſimoniæ admittitur mediator,d.ca.j. ita debet admitti fauore matrimonij & dotis , quia plus non debet operari odium criminis,quàm fauor matrimonij & dotis,& cui plurimum fauetur in modo probandi, imò facilius ſic fieri debet in caſu dotis , quia in caſu illo ampliatur odium , contra l. cùm quidam,de libe.& poſthum. & dictis caſibus ampliatur fauor,
5 quod eſt conceſſum. d.l. cùm quidam. † Item quia proxeneta eſt idoneus teſtis pro matrimonio, debet etiam idoneus reputari ſuper dote, quæ venit acceſſoriè ad matrimonium,& dependit ab illo,argu.c.le diſpendioſa.de iudi. Adde an proxeneta ſit idoneus teſtis,& maximè pro matrimonio. Mari. Sozi.iuo.in conſil.xxix.circa præſentem.num.16.cum ſeq. volu. ij.& tanto magis, quando cum proxeneta concurrit alius teſtis idoneus , qui ad integrandam perſonam mediatoris debet operari,quauis propter ſingularitatem nõ coadiuuaret dictũ per no.per Bal.& alios
6 in l.ſi quis ex argentariis. §.j. ff.de eden. † Item quia fauore dotis probatio quæ aliàs non reciperetur tanquam plena admittitur, & fauore dotis verba enunciatiua probant, quæ aliàs non probarent, Bart.in l. admonendi,circa medium, verſi.item quæro quid ſi inſtrumẽtum,de iureiu.Bar.in conſ.incip.factum ſic ſe habet. Pau.de Caſt. in cõſ.lxxxiij.iuris debellaxi, & Alex.in d.l.admonendi. & quia mediator melius eſt informatus,& per alia,vt ibi per eundẽ Ruinũ.

Adde latè per Zaſium ij.lib. reſponſ. reſponſo iij.
7 nu.48.cum ſeq. Adde † Maria.Soz. iunio.in cõſ.xxxj. nu.19.ij.vol.vbi videtur velle quòd mediator produ ctus tantùm ab vna parte volens teſtificare,admitti debeat ſicut alius teſtis,& ſic ſi velit vna parte tantũ inſtante, & alia contradicente poſsit teſtificari, & refert glo.Iac.de Belui. Ang.Cy.Bal.Sali.Abb. Albe. in tract.de teſti.Alex.Ang.Aret. Corn.Cur.Senior. Barba.aſſerendo iſtam eſſe communem opinionem, † proxeneta quomodo ſit accipiendus,adde Steph. 8
Bertran.conſi.ccxxv.dixetam.lib.iij.Tiraquellum in tract.de retractu in præfatione.car.vj.in lib.meo.nu. 5.adde Alex.conſil.cxxvij.vol.vij.nu.9.Bal.conſ.lxj. videndum eſt primò de teſti. volum.ij. in antiquis, Bal. vocat eos prolocutores & amicabiles compoſitores,qui ſe interponunt,& quòd probant, ex quibus dignoſcitur quis ſit proxeneta, idem Bal.conſi. ccclxx.tria dubia.numero 3.iiij.volum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſemiplena an in cauſa poſſeſſoria ſufficiat, & ſic vnus teſtis ſit idoneus: & an opus ſit ad iuramentum neceſſarium deuenire.& num.10.cum ſeq.*
2 *Poſſeſſio an probari poſſit per teſtes ſingulares.*
3 *Probatio plena non requiritur in cauſis quæ non plenè præiudicant.*
4 *Iudicium ſummarium quoties parat præiudicium reparabile in alio iudicio , ibi non requiritur plena probatio.*
5 *Cauſa qualibet poſſeſſorij dicitur ſummaria.*
6 *Fama plenè probat in cauſis modicis.*
7 *Probatio plena quæ aliàs eſſet neceſſaria non requiritur,vbi de leui præiudicio agitur.*
8 *Teſtes ſingulares probant , vbi agitur de modico præiudicio.*
9 *Cauſa poſſeſſorij recuperandæ eſt vilis & parua,licet res ſit magna & feudalis.*
11 *Ordo iuris an in cauſa poſſeſſorij requiratur,& n.13.*
12 *Cauſa poſſeſſorij quando dicatur vilis & modici præiudicij,vel magna & magni præiudicij.*
14 *Teſtis vnicus non facit ſemiplenam probationem, niſi ſit omni exceptione maior.*
15 *Teſtis vbi requiritur omni exceptione maior , qualitas iſta articulari & probari debet, aliàs quis obtinere non poteſt.*
16 *Bonus licet quis præſumatur , non tamen præſumitur omni exceptione maior.*
17 *Optimus quis non præſumitur , licet præſumatur bonus.*
18 *Teſtis licet præſumatur idoneus , hoc non ſufficit quando debet eſſe omni exceptione maior.*
19 *Bonus quis non præſumitur quando agitur de præiudicio alterius.*

CONCLVSIO LXII.

Dubitatum fuit in quadam cauſa, † in qua agebatur remedio c.reintegranda , iij.q.j. an vnus 1
teſtis eſſet idoneus , & ſic an ſemiplena probatio ſufficeret?in quo doct. variarunt. Alex.in l.fin.C.de edic.diui Adria.tollen.nu.18. tenuit partem affirmatiuam quòd ſufficiat ſemiplena probatio, idem Bal. in l.proxima,in fi.C.eo.tit.Marth.Matthæſilla. idem not.ij. ſubdens in cauſa poſſeſſoria non eſſe neceſſe deueniendum ad iuramenti delationem in ſupplementum, & idem Iaſ.in l.admonendi, col.xcvij.ibi, & facit,& col.lxxvj.ibi,decimò prædicta,ff.de iureiu. Quem etiam vide in conſil.lj.videretur,iij.col.vol.j. col.& fi.cum declaratione,ibi.Idem Pau.de Caſt.in d.l.

d.l.fin.numero 8. in fi.ibi, item in poſſeſſorio iſtius
legis,& Dec.ibidem num.28.& 46.& idem conſ.lvj.
& conſil.xxviij.col.ij. Carolus Ruinus conſil.cvj.v.
volum. nume.18. tenet quòd vnus teſtis ſufficiat in
poſſeſſorio,& reſpondet ad dicta Bar. tenentis con-
trarium in d.l.admonendi, & in extrauag. ad repri-
mendum,in verbo ſummariè, & idem Ruinus hoc
videtur tenere in conſil.xliiij.in iudicio moto,nu.4.
volum.iiij.& declarat eo.conſil.nu.9. vbi dicit quòd
2 licet dubitale ſit. † An poſſeſsio poſsit probari per
teſtes ſingulares, tamen in caſu quo poſsit probari
poſſeſsio per teſtes ſingulares, illud procedit quan-
do teſtes deponunt de actibus ſui natura & imme-
diatè poſſeſſorius, ſicut ſi vnus diceret vidiſſe colli-
gere frumentum,& alius hordeum, vel alter diceret
vidiſſe arare, & alter ſeminare, ſed vbi dicerent de
actu magis remoto,& qui per ſe non ſit poſſeſſorius,
licet tamen præſumptiuè reſultare poſsit probatio
poſſeſsionis, vt ex præſtatione & ſolutione & per-
ceptione mercedis, ex qua quamuis præſumptiuè,
non tamen verè reſultat concludens probatio poſ-
ſeſsionis,quia potuit ſolui ei qui non poſsidebat, &
pariter eſt dicendum de aliis actibus ſiue exemplis,
qui ex ſe non ſunt ipſa poſſeſsio quotquot ſunt, ſed
ex eis elicitur,quia teſtis qui dicit de actu non im-
mediatè poſſeſſorio,eo ipſo nõ dicit de poſſeſsione,
cùm vnum non ſit aliud: tunc non probant teſtes, ſi
ſint ſingulares, vt colligitur ex his quæ declarat
Pau.de Eleaza. in ſua diſputatione,incipien. contra
inſtrumentum debiti, &c. in ſolutione quæſtionis
dicens.quòd interdum aliquid eſt probandum per
ſe & propter ſe,quandoque non propter ſe,ſed pro-
pter illud quod ex eo elicitur quod elicitum eſt fi-
nalis intentio probare volẽtis:primo caſu teſtes ſin-
gulariter deponentes,ſatis ſunt conteſtes ſecundum
eum, & ideo probant, ſecundo caſu ſecus, ſcilicet,
quando ex actis aliquid debet elici, ſed an vnus te-
ſtis ſit idoneus in poſſeſſorio,licet in primo caſu di-
cat per teſtes ſingulares poſſeſsionem probari, hoc
3 non dicit ſcilicet per vnum teſtem probari. †ſed fa-
cit quod ait Bart.in l.ſi conſtante,col.xiiij.ibi, ſextò
quæro.ff.ſolu. matrim. vbi dicit quòd in cauſis quæ
non plenè præiudicant non requiritur plena pro-
4 batio, † & Bart. in l.j.§.quòd ſi ſit aliqua,ff.de præt.
ſtipula.& l.ſi quis ex his,ff.de libe.agnoſ.dicit quòd
quoties iudicium ſummarium parat præiudicium
reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena
probatio, ſequitur Felinus in cap.cùm ſuper, col.vj.
5 ibi,facit not.dictum,extrà de re iudi. † confirmatur
quia quælibet cauſa poſſeſſorij dicitur ſummaria, l.
momentaneæ,& ibi Bart.C.vnde vi, ſiquidem cauſa
poſſeſſorij dicitur minima, & propterea in ea ſuffi-
ciunt ſemiplenæ probationes, ex quo præiudicium
poteſt reparari in petitorio, vt per Dec. in d.conſil.
xxviij.col.ij. & quòd ſemiplenæ probationes ſuffi-
ciant, tenet Bart.in l.j.col.fin.C.quorum bono. nam
retenta opinione quòd cauſa poſſeſſorij ſit modica
& minima vnus teſtis facit plenam probationem, vt
6 not.Iaſ.in d.l.admonẽdi.col.xcvj.†vbi idem dicit de
fama, quę plenè probat in cauſis modicis, idẽ quòd
ſemiplena & præſumptiua probatio ſufficiat in poſ
ſeſſorio tenet Goz.in conſ.50.j.col.per glo.& Bar.in
l.j.C.quor.bono.loquens in interdicto quorum bo.
& conſ.xij.nu.11.allegat Bar.in l.ij.§.fi. C.vbi in rem
act.Spec.in tit.de teſta.§.ij.Corn.in conſil.j.incip. in
præſenti ardua,col.fi.in fi.vol.j.Alex.conſil.lxx.inci.
Magnificus,col.fi.vol.vj.loquens pariter in interdi-
cto quorum bo. † Nam in materia probationis illud 7
eſt verum, quòd vbi agitur de leui præiudicio, non
requiritur plena probatio, quæ aliàs eſſet neceſſaria,
Bat.in l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.ff.de lib.agn.
& ideo Abb.conſil.cxiij.col.iiij. ver.vel poſsimus di-
cere,lib.ij.dicit quòd †teſtes ſingulares probãt, vbi 8
agitur de modico præiudicio,quoniam vbi verſatur
modicum præiudicium multa conceduntur contra
regulas iuris, quod pleriſq; exemplis refert Aymon
Crauetta conſil.clxxxij.num.15. vſq; ad fin. & idem
quòd in †cauſa poſſeſſorij tãquã leuioris præiudicij 9
ſufficiat ſemiplena probatio, firmat idem Craue. in
conſil.clviij.nu.12.Sozi.conſ.lxxxvij.col.vj.verſ. po-
ſtremò præmiſſa.& in conſi.cclxvj.col.ix.verſ.ſecun
dò accipitur.lib.ij.Calca.conſ.c.col.penul.circa me-
dium,Dec.in l.ij.col.j.C.de carbo.edi.& in c.j.col.iij.
verſic.ſeptimus caſus, de appel.& in conſil. cxxxvj.
col.ij.& in conſ.cclij.col.ij.verſi. reſtat duntaxat, &
in conſil.dclxiij. idem videtur tenere Crotus in l. ſi
conſtante.col.xv.verſic. ſecundò ex dictis Bar.colli-
go.ff.ſolu.mat.allegat Bar.in d.l.admonendi, in vlti.
car.&d.l.j.quor.bo.quòd ſemiplena probatio in cau
ſa poſſeſſoria, ſufficiat per famam, vel vnum teſtem,
quod dictum dicit notes in practica referens Mar-
thæſil.in d.ij.not.incip.nota quod in iudiciis, ſubdit
hæc verba, ſcilicet, non diſcutio pro nunc verita-
tem huius dicti, & idem Bart.in l.momentaneæ.C.
qui legi.perſon.hab.Thom.Grammat.in conſil.131.
nu.7.& in conſi.lxxvij.nu.11.vbi dicit, quòd in cau-
ſa poſſeſſorij vnus teſtis ſufficit, & inter alios alle-
gat Felin. in capit. cum oporteat, in fi. de accuſa.&
videtur tenere Alex.conſi.ciij.vol.vij.& Marſil.in l.
de minore.§. plurimum.nu.71.ff de quæſt. & Dec.in
cap.de appellationibus,de app.

Contrariam partem, † quòd imò in iudicio poſ- 10
ſeſſorio non ſufficiat ſemiplena probatio, & vnus
teſtis non probet, tenuit Bar. in extrauaganti ad re-
primendum, in verbo ſummariè, ibi quædam ſunt
cauſæ. idem Sali. in l. j. C. quorum bon. col.iij. vbi
conſiderat Glo. ibi ſic tenentem, & Iac.Butrig. &
idem domini de regno in remedio reintegrandæ,
deciſ.ccclxiiij.col.ij.idem videtur tenere Dec.conſi.
cclij.col.ij. dum videtur requirere iuramentum in
ſupplementum probationis, vt requirit Alex.conſi.
xcj.in cauſa & lite, col.j.vol.v. & iſtam eſſe commu-
nẽ atteſtatur Alex. cõſ.clxxxvij. viſa copia, nu.3.vol.
vij.quod eſt magnum verbum in practica, & idem
dicit in conſi.cxxxix.in fi.vol.vj. vbi allegat Ang.&
Anch.idem tenere, & idem Bart. in d.l.admonendi.
xiij.col.idem Ripa in l.ſi conſtante, nu.17.ff.ſo.mat.
& firmiter in l.interdicto, in penult.& vltima col.ff.
quorum leg.& idem Lanfranc.in clem.ſæpe.in ver-
bo ſimpliciter.de verb. ſig. idem Crotus in tract.de
teſti.nu.216.quod etiam in effectu dicit Fran. Cur.
ſenior in d. l. admonendi. nu.203. licet ibi Curt.iu-
nior videatur ſentire quòd imò vnus teſtis probet
quando tamen poteſt reparari per aliud indicium.
Marſi.ſing.dcxx.refert aliquos, qui videntur requi-
rere iuramentum in ſupplementum, & cum Cur.
in d.l.admonendi, tranſit Dec.in c.cauſam quæ,col.
ij.ibi, ſed tamen, extrà de iudi. & idem in effectu vi-

detur renere Bald. in l. conſentaneum, in vj.nor. C.
quomo.& quan.iudex.& glo.in §.retinendæ, inſtir.
de interdic.& Abb.in cap.conſultationibus,circa fi.
de offic. deleg. vbi pulchrè dicit quòd magnum eſt
commodū poſſeſsionis, quia releuat ab onere pro-
bandi dominium, quod eſt difficilis probationis.
11 † & ibi plus dicit Abb. quòd in cauſa poſſeſſorij or-
do iuris requiritur, & ipſum ſequitur ibi Feli. in fi.
col.quæ verba videntur contrariari prædictis. quia
ſi requiritur ordo iuris, non videtur quòd ſit cauſa
ſummaria:& dicit Bartol. in l.naturaliter.§.nil com-
mune,col.pen.ff.de acquiren.poſſe. quòd falſum eſt
quòd cauſa poſſeſsionis ſit vilis.& multæ aliæ deci-
ſiones reperiuntur, quòd cauſa poſſeſſorij non eſt
minima nec leuis prçiudicij,quas omitto:ex quibus
prædictis ſatis colligitur in iſto articulo docto.va-
riaſſe. Adde d. Nicolaum Bellonum in conſil.xj.nu.
17.vbi dicit non tutum, neque abſolutum quòd in
poſſeſſorio teſtes ſingulares ſufficiant,& multa alle-
gat, in qua veritate Venuſinus in Spec. intitulato,
Lumen aduocatorum,in iiij.parte ix.diſtinct. nu.37.
cum ſeq. car.xxx. putat iſtas opiniones poſſe con-
12 cordari iſto modo. † Nam quædam eſt cauſa poſſeſ-
ſorij.quæ eſt modici præiudicij, ſiue momenti, quæ
de facili poteſt reparari in petitorio, & iſta dicitur
cauſa vilis,& modici prçiudicij.& in iſta ſufficerent
ſemiplenæ probationes: exemplum in poſſeſsione
carboniana, & interdicto quorum bonorum,ſecun-
dum Bartol.in l.j.§.fi.C.quorum bono. & ſimilibus.
Quædam eſt cauſa poſſeſſorij, quæ parat plenum
præiudicium, quæ non eſt reparabilis per petito-
rium, quia eſt difficilis probationis, vel impoſsibi-
lis,& iſta dicitur cauſa magna,& magni præiudicij,
& in hac requiritur ordo iuris & plena probatio,&
ita procedat opin.Abb.& ſequacium, & prædicto-
rum, & iſta concordia confirmatur per doctrinam
Bart.in l.j.§.fin.col.j.ff.de præt.ſtipu.vbi ponit regu-
lam generalem: nam quando aliqua cauſa eſt ſum-
maria,vt quia lex mandat in ea procedi ſummatim,
diſtinguitur,aut parat plenum præiudiciū, & tunc
requiruntur plenæ probationes.& ſummaria reſtat
quoad ſolennitates, quia dantur breuiores dilatio-
nes,& idem doct.in l.iudices.C.de iudic.ſi verò non
parat plenum præiudicium, & tunc non requirun-
tur plenæ probationes, & reſtat ſummaria quoad
13 ſolennitates,vt not.in dictis iuribus. † Et propterea
quādo Abb.in d.c.cōſultationibus, dicit ꝙ in poſſeſ
ſorius requiritur ordo iuris, poteſt intelligi quando
eſt tale poſſeſſorium, in quo ſentētia parat plenum
præiudicium,& ponit ius finale in cauſa, ita Bartol.
in extrauaganti ad reprimendum, in verbo ſumma-
riè,poſt princ.& iſtud idem & fortius videntur te-
nere Moderni Ferrarienſes,in d.l.fin.C.de edic.diui
Adr.tollen.nume.257. vbi dicunt quòd in poſſeſſo-
rio ſemiplena probatio ſufficit quādo poſſeſſorium
eſt præparatorium alterius iudicij, & ſic non fit ad
decidendum ſuper poſſeſsione, ſed præparandum
ordinarium petitorium,vel poſſeſſorium,de quo di-
cunt ponere Felin.in rubr.de treu.& pac.in fi.tamen
ſecus eſt quando poſſeſſorium fit ad decidendum
cauſam poſſeſſorij, & iſta diſtinctio videtur magis
perfecta,vt ipſi dicunt, quàm ſit illa Marſ. in rubri.
de probatio.num.445. Aduertendum tamen dicunt
ad vnum in practica, nam poſito quòd ſufficeret ſe-
miplena probatio, ſciendum eſt † quòd iſtam ſemi- 14
plenam probationē non facit vnicus teſtis, niſi ſit o-
mni exceptione maior, vt per Bar.Ang.& Iaſ.nu.30.
qui dicit omnes ita tenere in d.l.admonendi: † ideò 15
ad hoc vt ſit ſemiplena probatio facta, non ſufficit
probare per vnum teſtem, ſed oportet etiam dedu-
cere & probare quòd ille teſtis ſit omni exceptione
maior, aliàs ſuccumbere debeat, Bart.in l.j. §. ſiquis
neget,ff.quemad.teſta.aper.col.fin. & ibi Angel. ſe-
quitur Alex.conſil.lxxxij.num.7.volum.j.Dec.conſ.
xxxvij.col.iiij.& fin.ibi.tertiò reſpondetur. Bartho.
Cæpolla conſil.lvij.col.iiij. Dec. in c.j. col.penult.de
appel.Barb.conſil.xlvij.nu.9.vol.j.idem Thom.Gra-
mar.conſil.xxxv.num.37.& 38.

Adde & omnino vide an iſta qualitas, quòd ſit
omni exceptione maior teſtis, debeat probari. Mat.
de Afflict. in lib.ij. conſtitut. regni, ſub rubrica de
pœna iudicis qui malè iudicauit, in §. corruptela,
col.j.& Pariſ. conſil.xxiij. iiij. volum. nume. 15. dicit
referendo alios: quòd quando talis qualitas requi-
ritur in ſuperlatiuo, quòd debeat probari, aliàs ſuf-
ficiat allegari, vt quando dicitur teſtis optimæ opin.
& Sozin.conſil.cclxxiiij.col. xij. volum.ij. vbi dicit
† quòd licet quis præſumatur bonus, non tamen 16
præſumitur omni exceptione maior, vt per Imol.in
d.§.ſiquis neget,& in l.cùm ab initio,num.3.eod.tit.
† & firmat Aleiatus in trac.de præſump.reg.ij.præ- 17
ſump.ij.verſ.ſextò vltra doct.declara, vbi dicit quòd
licet quis præſumatur bonus, tamen non præſumi-
tur optimus, ſubdens quòd iſta ſibi videtur verior &
communior opinio.& idem videtur tenere Pariſius
conſil.lxxxj.num.21.22.23.volum.j. & idem Marian.
Sozinus iunior conſil.xxij.num.11.primo vol.maxi-
mè quando à lege talis qualitas requiritur, † & ideò 18
licet quis præſumatur idoneus, tamen hoc non ſuffi
cit quando debet eſſe omni exceptione maior, vt
etiam tenet Barb.conſil.xxxij.col.xj.volu.j.qui dicit
debere probari aliquem eſſe idoneum, ex quibus
videtur Felin.in c. cùm Ioan. extrà de fide inſtrum.
col.xiij.ibi quintò declara, & Curt. ſenior conſil.lv.
col.ij.& in trac.ſuo de teſti.in xxxv.concl. & Maria.
iunior, Soz.conſil.xxix.num.26.ij.parte, qui tamen
non videtur hoc firmare, cùm dicunt, quòd quis in
dubio præſumatur omni exceptione maior, com-
muniter eorū dictū reprobari, † imò quis non præ- 19
ſumitur bonus quādo agitur de prçiudicio alterius.
c.cùm in iure,& ibi poſt Abb.not.Feli.in princ.extrà
de offic. deleg. & quia in præmiſſa cauſa actum erat
13 Statutum dans præmium capienti bannitum, intelligitur de capiente & captum retinente.
15 Accipere ligna ex nemore pro vſu non eſt acquiſitio poſſeſsionis, niſi conſtet de animo acquirentis poſſeſsionem.
16. Animus non præſumitur niſi probetur.
17 Vniuerſitatis poſſeſsio probatur ex actibus poſſeſſorijs ſucceſsiuis & continuatis à particularibus vniuerſitatis.
18 Ratihabitio præſumitur ex actibus ſucceſsiuis & continuatis.
19 Factum à ſingulis cenſetur factum ab vniuerſitate, quando vniuerſitas ſciuit & paſſa eſt, nec contradixit, & factum non erat momentaneum.

CONCLVSIO LXX.

VNiuerſitas Caſtri Rugomagni dominij Sena-
rum egitpro turbata poſſeſsione contta hære-
des Bartholomæi Burgheſij Seoeoſis ſuper certo
1 nemore, dubioin erat contra vniuerſitatem † quo-
oiam in effectu colligebatur intentatum eſſe inter-
dictum vti poſsidetis, in qoo oon poteſt qui non
poſsidet, obtinere.l.j.§.j ff.vti poſſ.doct.io c.licet cau
ſam, de probat.ſiqoidem ius retinendi non opitula-
tur illi qui ooo poſsidet ſiue retinet, vt per Signor.
2 in conſil.cclix.in ij.col. † ſed vniuerſitas non vide-
batur ſuam poſſeſsionem probare: nam ex actibus
poſſeſſoriis particularium factis in dicto nemore
vninerſitati non quæritur poſſeſsio niſi probetur
quòd ſingulares perſonæ vſæ fuerint dicto nemore,
& illod poſſederint de mandato vel ſcientia vni-
uerſitatis, vel quòd tale mandatum fuit formiter
factum.vel quòd alia reqoiſita interuenerint. Et vt
poſſeſsio per particulares vninerſitari quæratur, vel
quæri poſsit, multa debent intetuenire, & non ſuf-
ficit quòd ſinguli paſcularent, vel alios actus poſ-
ſeſſorios facerent nomine vniuerſitatis, imò debuit
probari & articulari quòd vniuerſitas, vel eius ad-
miniſtrantes ſciuerint tales nomine vniuerſitatis
ſuæ poſsidere quæ impoſsibile qoodammodo in
propoſito reddebatur potoiſſe intetuenire.propter-
ea non apparente de mandato, vel ratificatione non
videbatur dictæ communitati quæſita poſſeſsio di-
cti nemoris, vt plenè per Corneum conſi.ccxcix.li-
tera b. j.volu. & litera e. & y. & per eundem conſil.
cxlviij.litera e.& f.la ij.eod.vol. & cooſi.lxiij. & ſi in
hac, col.j.& ij.& conſi.ccxxiiij.in litera l.iiij. volu. &
cooſi.xlvj.iu caoſa, col.iij.& ſeq.& conſi.ccxeiij.mul
ta in medium col.viij.& ſeq.iij.vol.& conſi.clxxxviij.
quia petitio, & conſ.ccxiij.viſo tenore, col.ij.iiij.vol.
& adde Alexaodrinum conſi.iiij.oume.15. & Decius
conſi.ccxxj.col.fin.plenè Pariſius, conſi.xxvij. num.
102.cum ſeq.j.vol.Aymon.conſ.v.uu.16.Carol.Ruin.
conſi.cxxix.nu.5.iiij.vol.Cæpol.in tract. de ſeruit.ru-
ſtic.prædio.ſub rub.de ſeruit.iur. paſcen. vij.colum.
3 verſicu. ſed dubiom eſt qualiter probetor, † nam
nobis per liberam perſonam ſine mandato etiam
ſpeciali poſſeſsio oon acquiritur. l.communis ſer-
uus, de acqui. poſſeſſ. vnde ſi non probatur de initio
poſſeſsionis & de illius acquiſitione, minos poteſt
dici quòd poſſeſsio retineatur, cùm non poſsit reti-
neri quod non conſtat poſsideri vel poſſeſſum eſſe,
& pariter conſeruari cùm nou appareat vllo vn-
quam tempore poſſeſsionem vniuerſitati eſſe acqui-
ſitam. Quomodo autem vltra prædicta probetur
poſſeſsionem eſſe acquiſitam vnioerſitati diſcurrit
& declarat Sozin.conſi.xcv.num.15.cum ſeq.volo.iij.
ſed teſtes vniuerſitatis licet aliqui dicerent vidiſſe
lignari & paſculari per homines vniuerſitatis ex
commiſsione ſiue mandato ſiue nomine vniuerſi-
tatis in dicto nemore, tamen nulla ex eorum dictis
videtur argui poſſeſsio vniuerſitatis per ſuprà di-
4 cta. † & quia teſti diceoti ſe poſſediſſe nomine, &
mandato alterius in hoc illi non creditur, niſi con-
5 ſtet mandato. Alexand.conſi.xiij.volumi.j. † & quia
vnicus teſtis non probat mandatom.l.vbi numerus.
6 ff.de teſti. † Et dicatur, quòd per teſtes ſingulares
probetur poſſeſsio, l.ob carmen. §.fina. cum ibi not.
de teſtib. tamen iſtud eſt dubitabile, de quo quo-
modo intelligatur, & procedat, vide ſuprà deciſi.
lxij. incip. dubitatum, & procederet quando teſtis
deponit de pluribus, & diuerſis actibos poſſeſſoriis
factis ab illo qui dicitur poſsidere: ſed quando vnus
teſtis dicit de actu poſſeſſorio geſto à ſe nomine al-
terios, huic ſoli deponenti non creditur d. l. vbi nu-
merus, & quanuis Pau.de Caſtr. in l.ſi ſeroos. C. de
teſti. voloerit quòd ſiquis teſtificetur de geſtis à ſe-
ipſo faciat fidem: tamen eios dictum taoquam pe-
riculoſom oon recipitur, vt plenè examinaoi ſuprà
deciſi.lxiij.incip.dubium. † Item maior pars teſtium 7
qui depouebant pro vnioerſitate, erant de vniuer-
ſitate, & quando teſtes de vniuerſitate depoount
ſuper eo qood principaliter ſpectat ad commodum
ſingulorum, vt quia quæſtio ſit de nemore, vel pa-
ſcius, in qoibus ſinguli de vniuerſitate vadunt, &
accedunt pro eorom commoditate, tali caſu non re-
putantur idonei teſtes, vt communiter teoeot Bart.
Bal.& alij in l.in tantum. §.vniuerſitatis. ff.de rer.di-
uiſ.imò etiam quod deponerent ſoper eo quod prin
cipaliter ſpectat ad vniuerſitatem, & non ad com-
modum ſingulorum, & propterea eſſent idonei te-
ſtes, & reprobarent.tamen ſecondum Abb. & Mod.
in c.ioſuper, de teſti. iſtud procedit quaodo contra-
rium non probaretur per alios teſtes: ſecus ſi con-
trariom probaretor, prout in propoſito caſu, tunc
cæteris paribus minus crediror teſtibus deponen-
tibus pro ſua vniuerſitate: prætetea etiam quòd te-
ſtes de vniuerſitate admitteteotur, † non poteſt ne- 8
gari, quòd eis non eſt omois fides adhibenda, &
non videntur exceptione maiores, ita dicit Archi.in
ſumma xiiij.q.ij.& Ant. de But. in c.inimicus, de te-
ſti.& Vbert. de Bobio, vt refert Ioan. And. in addi.
Specul.in titu.de teſti.§.j.verſic.ſed nunqoid in cau-
ſa vniuerſitatis, & vt quidam allegant.Specu.videtur
velle, quòd ita demum illi de vniuerſitate admittan-
tur pro vniuerſitate quando alij teſtes haberi non
poſſoot, per ea qoæ habeotur in c.ſi Chriſtus, de iu-
reiurand. & ideo cùm maior pars eorum eſſet de
vniuerſitate, non videbantur vſquequaque fide di-
gni. † Adducebatur qoòd eramus in cauſa poſſeſ- 9
ſoria, quæ dicitur vilis, & modici præiudicij: ideò
ſufficiebat vnus teſtis, & ſemipleoa probatio, vt per
Dec.conſi.xxviij.col.ij.& conſi.lvj.j.vol. tamen non
videtor verum iſtud dictum ita indiſtinctè intelle-
ctum. Proptetea de veritate iſtius dicti, an in poſſeſ-
ſorio ſufficiat vous teſtis, & ſemiplena probatio la-
tè examinaoi, ſuprà deciſi.lxij.per totum.& quanuis
teſtes viderentur in tempore varij, tamen in medio
tempore dicuotur concordes, vt per Salice. in l.ij. C.
de reſcio.vendi.vbi vult † quòd ſi vnus teſtis depo- 10
nit de quinque, alios de decem, alios de quindecim,
quòd non tatum probatur ſumma mioor, ſed etiam
media quando in illa media concordant plures, &
eſt ibi de mente Bal.ſequitur Aret. cooſi. lxv.& in l.
ex facto. §.item quæritur, de vulg. & pupil. ſubſti.
† Item teſtes illorum de Borgheſiis videbantur me- 11
lius depooere de actibus poſſeſſoriis, dum dicebaot
vidiſſe arare, & ſeminari.& paſculari, & ligna face-
re, ex quibus reſultat probatio poſſeſsionis. l.Titia,
& ibi not. doct. de ſolu. teſtes verò voiuerſitatis ſo-
lum depouebant de inciſione lignorum, ſiue paſcu-
latione, qoi actus poſſunt etiam dici permiſsi ra-
tione amicitiæ, vel vicinitatis, & ſic non videtur

probari poſſeſsio, ex quo conſtat, quòd alius poſsi-
deat. per ea quæ not. Bart. in l.j. §. hoc interdicto,
ff. de itin. actúque priuat. & eo magis cùm maior
pars teſtium vniuerſitatis ſint de vniuerſitate. Et li-
cet dicatur quòd non ſint de vniuerſitate, ſed ha-
bitatores prout teſtes dicunt, tamen idem videtur
12 ac ſi eſſent de vniuerſitate Rngumagni. † cùm ha-
bitatores, ſeu habitantes propriè dicantur qui ſunt
re ipſa, & non nomine tantum, id eſt, qui ſubeunt
onera, & qui non habent animum recedendi, per ea
quæ not. Iacob. Butr. Alberic. Salice. Rom. in l. cum
filius ff. ſi certum peta. & in l.ij. C. de incol. & verba
illa habitator, intelliguntur cum effectu, & ſic re
ipſa & proprio, vt not in l.j. §. fina. ff. quod quiſque
13 iur. † & ibi Alexand. qui dicit quòd ſi ſtatutum dat
præmium capienti bannitum, quòd intelligitur de
illo qui cœpit & captum retinuit, cap. in præſentia,
de probat. item non poterat etiam quòd eſſent ſim-
plices habitatores quòd non haberent affectionem
ad locum in quo habitant.
14 Nec † videtur iuuare dum teſtes dicebant nemus
deſtinatum ad vſum molendini, quia vt deſtinatio
operetur, videtur neceſſe, quòd aut dominus deſti-
nauerit, aut poſſeſſor nemoris, ſed non apparebat
nec de dominio, nec de poſſeſsione vniuerſitatis di-
cti nemoris, igitur ex inciſione lignorum tali reſpe-
ctu non inferebatur ad poſſeſsionem vniuerſitatis,
quia actus non immediati poſſeſsionis, ſed remoti, &
per ſe non ſunt, poſſeſsio non probant. Nam illi
actus pro vſu ſteccatiæ, non eſt ipſa poſſeſsio, quæ
eſt probanda cùm citra poſſeſsionem tales fieri poſ-
ſunt, nec tales actus probantur, quia ſunt ſingulares
ſecundum Paulum de Eleaz. in ſua diſputa, incip. con
ſuetudine, cuius dicta extenſè retuli ſuprà deciſ. lxij.
15 incip. dubitatum. † Nam accipere ligna ex nemore
pro vſu molendini, non eſt acquiſitio poſſeſsionis
nemoris, niſi conſtet de animo acquirendi poſſeſ-
ſionem, ſine quo poſſeſsio acquiri non poteſt, & de
quo animo conſtare debet. Bart. in l. pro hærede, in
16 fi. prin ff. de acquir. hære. † ideo in dubio animus non
præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. factum. ff. de
capt. nam iſte actus pro vſu, ſiue vſus, eſt equiuocus,
quia potuit animo poſsidendi, & non animo poſsi-
dendi, per ea quæ not. in l.iij. ff. de acquiren. rerum
dominio. alias erroneum eſſet dicere quòd ſiquis ac-
accipit ligna ex prædio alieno pro vſu ſuo, quòd di-
catur acquiſiuiſſe illius poſſeſsionem non concur-
rentibus aliis neceſſariis ad acquiſitionem poſſeſ-
ſionis, item ſunt alij teſtes qui dicunt de aliis acti-
bus quàm de vſu molendini: & per actus difformes
non videtur induci deſtinatio, per ea quæ not. Aug.
de Periglus in l. cætera. §. fin. de legat j.
17 In † contrarium tamen dicebatur ad fauorem
vniuerſitatis, quòd teſtes deponebant de actu perti-
nente principaliter ad vniuerſitatem, & eius vtilita-
tem de lingis inciſis pro vſu ſteccatiæ molendini
ipſius vniuerſitatis ab annis 50. & citra. qui actus
fuit ſucceſsiuus, & continuatus per plurimos annos
ſcientibus maximè regentibus, & adminiſtrantibus
dictam vniuerſitatem, quo caſu ex actibus ſucceſ-
ſiuis, & continuatis à particularibus vniuerſitatis,
probatur poſſeſsio ipſius vniuerſitatis, vt dicit Pet.
de Anch. conſi. clvij. & Ioan. de Anan. in cap. dile-
ctus filius, extra de ſimo. & ratio eſt, vt dicit Innoc.
in cap. gratum. extra de ſenten. excommu. † quia ex 18
huiuſmodi actibus ſucceſsiuis, & continuatis præ-
ſumitur ratihabitio quæ mandato æquiparatur. l. fi.
ad Maced. vnde per ratihabitionem efficitur, & di-
citur actus vniuerſitatis. & tãto magis cùm illi actus
poſſeſſorij reſpicerent vtilitatem ipſius vniuerſita-
tis, & ad ipſam pertinerent principaliter, vt per An-
tonium de Butr. in cap. ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. &
ita determinatum domini de regoo, deciſi. ccclxxvj.
in antiquis, & Soz. iunior conſi. cxxxv. ij. volu. quo
caſu quando actus principaliter ſpectat ad vniuer-
ſitatem, teſtes de vniuerſitate ſunt idonei. Bart. in l.
in tantum. §. vniuerſitatis. de rerum diuiſio. & pro-
pterea ſtantibus prædictis per teſtes vniuerſitatis, &
alios probabatur intentio dictæ vniuerſitatis: & ad
contraria colligitur reſponſio ex ſupradictis, & de-
claratio quomodo poſſeſsio per particulares acqui-
ratur vniuerſitati. & ita fuit concluſum.
Adde † quòd factum à ſingulis cenſetur factum 19
ab vniuerſitate, quando vniuerſitas ſciuit & paſſa
eſt nec contradixit & factum non erat momenta-
neum, per Patiſ. conſil. xcj. incip. pro. nume. 19. cum
ſeq. iiij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Filius agendo ex contractu patris, an reſtituatur in integrum ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum.*
2 *Reſtitutio ceſſat vbi in contrarium eſt præſumpta ſententia.*
3 *Ignorantia prædicta qualis eſſe debeat.*
4 *Ignorantia non probabilis vim ſcientiæ habet.*
5 *Ignorantia non iuſta, non veriſimilis, non probabilis dicitur nequitia, & potius diſſoluta.*
6 *Præſumpta ſcientia quomodo cognoſcatur.*
7 *Ignorantia probabilis non eſt in habente inſtrumentum rei de qua agitur.*
8 *Diſpoſitio l. qui in alterius. ff. de reg. iur. an locum habeat in hærede ſuo agente.*
9 *Notitiam eorum quæ ſua ſunt quilibet præſumitur habere.*
10 *Hæres extra iudicium poteſt per informationem veriſimilem conſtitui in mala fide.*
11 *Nunc poſsidens an olim poſſediſſe præſumatur.*
12 *Arguere licet à communiter accidentibus.*
13 *Datur quadriennium ad petendum reſtitutionem, poſt completam præſcriptionem.*

CONCLVSIO LXXI.

DVbium erat in certa cauſa, † an aduerſus præ- 1
ſcriptionem triginta vel quadraginta anno-
rum filius agendo ex contractu patris reſtituatur in
integrum ex capite ignorantiæ cùm ſuccederet in
locum alterius, quo caſu in rebus defuncti iuſtam
& probabilem dicitur habere ignorantiam. l. qui in
alterius, cum ibi not. de reg. iur. in quo docto. in præ-
ſcriptione triginta annorum, communiter tenent re-
ſtitutionem in integrum dari ex capite ignorantiæ,
vt latè congerunt Balb. in tract. de præſcript. in iiij.
parte, quartæ partis principalis, quæſt. xx. & Tira-
quellus in tracta. de retractu, chart. 290. in verbo
ignorans, Felin. in cap. vigilanti, de præſcript. &
ſparſim per docto. in lecturis, & conſiliis: ſed in
præſcript

præſcriptione quadraginta annorum doctores ma-
gis variarunt: nam quòd ex capite ignorantiæ non
detur reſtitutio contra præſcriptionem quadra-
ginta ann. tenuerunt Angel. Petrus de Anchar.
Alexan. Franciſc. Aret. Sozin. Barbar. Curt. ſenior,
Iaſon, Decius, Antonius Rub. Stephan. Bertrand.
Gozadi. Ignens, & multi alij inſignes doctores, quos
omnes refert Tiraquellus in dicto tract. chart. 294.
nume. 35. ſuper gloſſ. ignorans. tamen vt colligitur
ex deductis per Tiraquellum in allegato loco, vbi
copioſè examinat iſtum articulum, & alios docto-
res ſparſim in lecturis, & conſilijs, & per Balbum in
dicto tract. in dicto loco, magis communis eſt quòd
aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum
2 ex capite ignorantiæ detur reſtitutio etiam. †Verun-
tamen vbi eſt præſumpta ſcientia in contrarium,
communis opinio in caſibus prædictis non proce-
dit, vt per Angelum in conſi. xv. & Felinum in cap.
vigilanti, de præſcript. ſequuntur moderni in dicto
tract. & Gozad. conſi. viij. in fi. & conſi. lxviij. nu. 14.
3 † ſed vt dicto caſu ignorantia operetur, debet eſſe
iuſta, veriſimilis, & probabilis. Bald. in cap. licet. col.
j. extra de ſupe. negl. prælat. Roman. conſi. cxxvij.
ad fin. & conſi. cccxl. circa primum, in fin. vbi di-
4 cunt, † ignorantiam non probabilem habere vim
ſcientiæ. imò dicit Bald. in l. qui contra. C. de inceſt.
5 nupt. † quòd ignorantia non iuſta, non veriſimilis,
non probabilis dicitur nequitia, & potius diſſoluta,
6 quia habetur pro ſciente qui ſcire non vult. † In pro-
poſito caſu præſumpta ſcientia demonſtrabatur ex
eo quia agentes habebant ſcriptam eorum crediti
penes ſe, quo caſu non eſt probabilis, neque veriſi-
milis ignorantia, per ea quæ not. Aret. in conſi. xv.
7 Reuerendiſsime pater, in fin. vbi dicit † quòd non
eſt probabilis, neque veriſimilis ignorantia in eo
qui habebat inſtrumentum rei penes ſe, quod dicit
ſe ignoraſſe, & idem Felinus in d. cap. vigilanti, col.
ij. de præſcrip. & Balb. in tracta. de præſcript. xxix. q.
quartæ partis. Dec. conſi. cclxvij. in fi. vbi dicit non
eſſe veriſimilem, neque probabilem ignorantiam in
eo qui apud ſe habebat inſtrumenta, de quibus age-
batur, & conſi. cclxxij. in fi. vbi dicit quòd propter
coniunctionem ſanguinis eſt præſumptio ſcientiæ,
per l. octaui. C. vnde cognat. & colligitur ex addu-
ctis per Tiraquellum in dicto tractatu, in verbo
ignorans. nume. 33. chart. 294. Non eſt enim veriſi-
mile quòd de vno credito notabilis ſummæ ipſius
defuncti hæres tandiu non habuerit ſcientiam, cùm
vt inquit Abb. in conſi. iij. col. xvj. ſiue q. non ſit ve-
riſimile in facto tam importanti, tandiu hæredem
8 habere ignorantiam. † Item agens hæres erat ſuus.
propterea dicta l. qui in alterius, non videtur habe-
re locum: quia non procedit in hærede agente, ma-
ximè in ſuo in quem dicitur continuati dominium,
& viuente parte dicitur quaſi dominus. l. in ſuis. ff.
de liber. & poſthum. & per Decium, & alios in dicta
l. qui in alterius: ideò cùm ſcripta priuata cuius vir-
tute agebatur, remanſerit in hæreditate, prout præ-
9 ſumendum eſt. hæres præſumitur ſciuiſſe, † cùm
quilibet præſumatur habere notitiam eorum quæ
ſunt ſua. l. j. C. de reſcinden. vendit. vel ſaltem quòd
hæres viderit iamdiu dictam ſcriptam, vel ad minus
10 ſit ei imputandum ſi noluit informari, † cùm etiam
hæres extra iudicium poſsit per informationem ve-
riſimilem conſtitui in mala fide, vt per Bartolum in
extrauagan. ad reprimendum, in verbo ad denun-
ciationem, ad finem. † coadiuuantur prædicta, quo- 11
niam licet regulariter qui hodie poſsidet, non præ-
ſumatur olim poſſediſſe, vt nota. in l. ex perſona. C. de
probat. tamen vt colligitur ex dictis Salic. in dicta l.
ex perſona, per illum text. & Sozin. in conſi. lxxxix.
in penulti. colum. in princ. & ſequitur Alciat. in tra-
cta. de præſumpt. chart. 271. nume. 15. iſtud non pro-
cedit quando ex poſſeſsione de præſenti procederet
aliqua legitima ratio, per quam poſſumus arguere,
quòd ille qui hodie poſsidet etiam olim poſſederit,
vnde dicunt quòd probatio de dominio ab antiquo
tempore, & de poſſeſsione de præſenti, videtur
quòd retro debeat etiam præſumi poſſeſsio ſiqui-
dem videtur legitima ratio, & cauſa quòd qui fue-
rit dominus poſſederit: ita in propoſito cùm huius
ſcriptæ hæres fuerit, & remanſerit dominus, & vi-
uente patre dicatur quaſi dominus, & dominium in
eum continuetur, & hodie poſsideat, præſumitur
etiam quòd poſſederit. argum. l. procuratorem. C. de
acquiren. poſſ. & conſequenter habuerit ſcientiam.
† Item arguendo à communiter accidentibus, iuxta 12
not. in l. neque natales. C. de probat. creditores ſo-
lent diligenter penes ſe retinere ſcripturas, in qui-
bus conſtat de eorum creditis, & illa cuſtodite:
igitur infertur, quòd talis ſcripta remanſerit in hæ-
reditate, & ob id veriſimile ſit quòd hæres habuerit
notitiam: vt in ſimili per Sozin. conſi. cxciiij. ij. col. ij.
volum. vnde ex prædictis oſtenditur, quòd allegata
ignorantia non erat neque iuſta, neque probabilis,
neque veriſimilis.

Inſuper † dicebatur, quòd etiam poſt comple- 13
tam præſcriptionem datur quadriennium ad peten-
dum in integrum reſtitutionem à die ſcientiæ. l. vlti.
C. de tempo. in integr. reſtit. peten. ideò cùm pars
ipſa fateretur iam annos quatuor eſſe elapſos, quòd
habuit penes ſe dictam ſcriptam quòd eſt poſt com-
pletam præſcriptionem, non erat amplius reſtitutio
concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Per petitionem vnius an & quando videatur alteri renunciatum. & nu. 4.*

2 *Poſito vno ex contrarijs, & incompatibilibus, neceſſe eſt alterum tolli.*

3 *Regula viam quam elegiſti tibi pateat quomodo procedat.*

4 *Renuntiare quis non dicitur iuri ſibi competenti niſi expreſſè renuntiet, vel per talem actum qued conſtet apertè, vel per conſequens neceſſarium quod voluit illo iure carere.*

5 *Proteſtatio eſt declaratoria mentis, & conſeruat ius proteſtanti, & ſufficit quòd pars aduerſa non contradicat quamuis expreſſè non affirmet.*

6 *Renunciatio eſt ſtricti iuris & ſtrictè intelligenda, vt minus præiudicet renuncianti quàm ſit poſsibile.*

7 *Filia, cui pater nomine dotis exacta à marito aliquid legauit, ſi dotem repetiit à marito non poteſt legatum petere quantum ſit reſpectu dotium, ſed quatenus plus eſt in legato quam in dote, in eo quòd excedit legatum reſeruatur actio, & poteſt petere.*

CONCLVSIO LXXII.

1 TEſtator † in teſtamento iure legati reliquit vxo-
ri florenos puta mille, quos dixit conſtare ex
publico inſtrumento habuiſſe ab ea, & voluit ipſam
illos conſequi ſuper certo eius prædio, & ſi præ-
dium plus valeret, illud plus dictæ vxori legauit, ac-
cidit quòd mulier via iuris petiit ab hæredibus te-
ſtatoris dotes ſuas non iure legati, ſed virtute ſui in-
ſtrumenti dotalis, & obtinuit, & pro ſatiſfactione
dictarum ſuarum dotium accepit dictum prædium
via iudiciali, quod prædium fuit æſtimatum valere
multo pluri quàm eſſet quantitas dotium, mulier
illud plus volebat virtute dicti legati conſequi, hæ-
redes ſe opponebant & dicebant quòd ex quo vxor
non fuerat vſa iudicio teſtatoris, ſed vigore inſtru-
menti dotalis petierat ab hæredibus dotes ſuas, quod
ſibi præiudicauerat, per regulam via quam elegiſti
ſibi pateat, ex quo elegit viam inſtrumenti dotalis,
non autem legati, & ſic iudicij teſtatoris, tandem
diſcuſsis diſcutiendis fuit concluſum quòd licet
vxor petierit virtute inſtrumenti dotalis ſuas dotes,
& non virtute legati, & ſic ex teſtamento, tamen in
illo pluri quod erat in legato vltra dotes, ſibi non
præiudicauit per dictam ſuam petitionem, & potiſ-
ſimè ex infraſcriptis rationibus, clarum eſt quan-
tum ſit reſpectu dotium quòd in arbitrio mulieris
erat petere dotes ſuas, vel ex teſtamento, vel virtute
inſtrumenti dotalis: quia non cogebatur acceptare
in hac parte legatum, ideo eligendo vnum videtur
alteri renuntiare, cùm incluſio vnius ſit alterius ex-
cluſio. c. nonne, de præſumpt. quia ne hæres duplici
onere grauatus cenſeatur, intelligitur tale legatum
factum animo compenſandi. l. Titia cum teſtamen-
to. §. qui inuita. ff. de lega. ij. & ob id velle vtrunque
2 ſunt incompatibilia. † Et poſito vno ex contrariis
& incompatibilibus eſt neceſſe alterum tolli. l. hæc
verba ille aut ille. ff. de verbo. ſignific. ſiquidem te-
ſtamento voluit quòd mulier alterum tantum habe-
ret, ergo ſequitur quòd per petitionem vnius dici-
tur alteri renuntiatum, cùm ſalua teſtatoris volun-
tate mulier vtrunque ſimul habere non poterat, &
iſto reſpectu ſcilicet dotium conceditur quòd mu-
lier per ſuam petitionem dicitur renuntiaſſe iuri pe-
tendi dotes ex teſtamento, & ita iſta tacita renun-
3 tiatio operatur, † quia conceſsis duabus viis poteſt
eligere viam quam vult. l. & quidem totum, de le-
ga. j. Et ad aliam poſtea redire non poteſt cùm via,
quam quis ſibi elegit pateat. l. ſi mulier. §. fin. ff. quod
met. cauſ. & ita tenet gloſſ. in d. §. qui inuita, in ver-
bo quinque, ſuper expoſitione verborum text. ibi
dum dicit & illius petitione ſit mulier contenta, &
ibi Pau. de Caſtr. concludit quòd ſi erant quinque
in dote & decem in legato, quòd ſi mulier egit ad
quinque quæ erant in dote contra maritum, non po-
terit agere contra hæredem ad illa quinque, ſed de-
beat eſſe illis quinque contenta.

4 Quantum † verò ad illud plus quod eſt in legato
quàm ſit in dote, dubium eſt, an mulier per dictam
petitionem videatur renuntiaſſe tali legato. in quo
dubio videtur dicendum omnino quòd non. quo-
niam non dicitur quis renuntiare iuri ſibi compe-
tenti niſi expreſsè renuntiet, vel per talem actum
quòd conſtet apertè, vel per conſequens neceſſa-
rium quòd voluit illo iure carere, ſiquidem tunc
quando ita de voluntate conſtat quòd intellectus
non laborat in intelligendo dicitur expreſsè decla-
ratum per ea quæ not. doct. in l. ſi quando. §. & ge-
neraliter. C. de inoffic. teſtam. aliter non dicitur re-
nuntiatum, ſed in propoſito non apparebat quòd
mulier per ſuam petitionem voluerit huiuſmodi le-
gato renuntiare neque expreſsè, neque taliter quòd
ita de voluntate eius appareat quòd intellectus non
laboret in intelligendo, imò contrarium demonſtra-
tur ex deductis in petitione, ibi ſaluis iuribus ex
quacunque cauſa, † quæ proteſtatio eſt declaratoria 5
mentis, & conſeruat iura proteſtanti maximè quan-
do dependet à poteſtate proteſtantis ſi voluiſſet, vel
non voluiſſet remittere, & ſufficit quòd tali prote-
ſtationi pars aduerſa non contradicat quamuis ex-
preſsè non affirmet, prout ſic dicit Iaſ. in l. ij. col. lxxv.
de iure emphyt. † & renuntiatio eſt ſtricti iuris, 6
quàm primum eſt aliquid operata non debet exten-
di, ſed reſtringi, vt minus præiudicet renuntianti
quàm ſit poſsibile, per ea quę no. doct. in l. ſi domus.
ff. de ſeru. vrb. prædio. & per Cur. iunior conſi. xxiij.
prima parte, ideo cùm renuntiatio iſto caſu ſatis ope
rata fuerit reſpectu dotium, non debet vlterius ex-
tendi, ſed reſtringi quantum ſit reſpectu dotium,
non autem quantum ſit quoad illud plus quod eſt
in legato quàm in dote, prout prædicta ſic decidi vi-
dentur per ea quæ not. Angel. de Periglis, in d. §. qui
in vita, in verſic. incip. in tertia parte not. vbi dicit
† quòd ſi filia cui pater nomine dotis exactæ à ma- 7
rito aliquid legauit, dotem repetiit à marito, non
poteſt legatum petere quantum ſit reſpectu do-
tium, ſed quatenus plus eſſet in legato quàm in do-
te, in eo quòd excedit legatum reſeruatur actio, &
poteſt petere, & idem ibi poſt Rayn. videtur tenere
Florianus, & ratio ſuadet: quia in eo quod excedit
legatum, merum eſt legatum vſque verò ad concur-
rentem quantitatem reſpectu dotis dicitur facta
compenſatio, non merum legatum, vt inquit Bal. in
d. § qui inuita. Vlterius, vt dicit Pau. de Caſtr. in d. §.
qui inuita, declarando ibi gloſſ. quando tam dos
quàm legatum conſiſtunt in quantitate, ſi legata-
rius acceptauit legatum videtur acceptaſſe, vt con-
ſequatur illud plus quod eſt in legato non vt ſibi
fiat præiudicium quominus agat ad dotem, ſi verò
dos erat in quantitate, & legatum in ſpecie, quod
vſque ad quantitatem concurrentem videtur ani-
mo compenſandi legatum licet non ſimus in iſto vl-
timo caſu, quoniam teſtator in caſu, de quo ageba-
tur expreſsè legauit illud plus vltra concurrentem
quantitatem, & ſic non ſumus in dubio, ſed clarè
patet quòd teſtator voluit illud plus eſſe in legato,
cuius volũtas eſt ſeruanda, niſi clarè appareat quòd
ei fuerit renuntiatum. igitur videtur pariter dicen-
dum, vt quemadmodum acceptando legatum non
videtur vt ſibi præiudicium fiat quominus agat ad
illud plus quod eſt in legato, ita petendo mulier ſim
pliciter dotes ſuas virtute ſui inſtrumenti dotalis
non videatur ſibi præiudicium fieri, quominus agat
ad illud plus quod eſt in mero legato, maximè cum
iſto caſu, vt de ſe apparet, vnum ius neceſſariò non
dependeat ab altero, quo remittendo vnum ius non
perdit aliud quod non remiſit d. l. ſi domus. propter-
eà modo aliquo non videtur dicendum quòd iſta
mulier per ſuam petitionem fecerit ſibi aliquod
præiudi

præiudicium reſpectu illius pluris quod eſt in legato, niſi reſpectu dotium: quia vt ſuprà dictum eſt, vnius petitione, & ſic alterutro mulier debet eſſe contenta tali reſpectu. Et ex præmiſsis videntur tolli contraria, quia non ſumus in incompatibilibus. imò vnum ius non dependet ab altero. & ideo ſi mulier quoad dotes vſa fuit ſuo iure, ſcilicet inſtrumento dotali, non propter hoc perdidit quominus poſſit vti iudicio teſtatoris quoad illud plus quod eſt in legato non dependens neceſſariò ab altero iure.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes quæ ſint quando duo de poſſeſsione contendunt. & nume. 2. cum ſeq. & per totam concluſionem.*

2 *Sequeſtratio fieri poteſt cum duo contendunt ſe poſsidere.*

3 *Sequeſtratio vt per iudicem fieri poſsit ſaltem ſummariè conſtare debet, quòd ſit timor armorum, & quòd ſcandalum oriri poſsit.*

4 *Sequeſtratio quando fit propter ſcandalum euitandum debet fieri cauſa cognita & parte citata, aliàs reuocari debet.*

5 *Inhibitio an poſsit fieri vnicuique parti prætendenti ſe poſsidere ne vadant ad poſſeſsionem cùm timetur de rixa.*

6 *Sequeſtratio quod propter timorem armorum & rixæ fiat quomodo intelligatur.*

7 *Proceſſus ad quem finem ſit ordinatus quando duo ſemper poſſeſsione contendunt.*

8 *Actor quis à iudice conſtitui debeat. duobus de poſſeſsione contendentibus.*

9 *Timens turbari vel inquietari in poſſeſsione quid habeat facere & procurare. & quibus cautelis vtatur. & nu. 12. 13. 14. 15.*

10 *Sententia an & quando fieri poſsit in poſſeſſorio ſine libello.*

11 *Aſsignatio termini ad probandum fit ſine libello quando neutra pars vult dare libellum: ſed de facto litigare.*

13 *Ordo non ſeruatur & figura iudicij ad inſtructionem & præſumptionem informandam.*

14 *Iudex vbi eſt dubitatio ſcandali & armorum poteſt incipere à præcepto abſque citatione partis.*

16 *Poſſeſsio incolorate data poteſt ſine ordinario proceſſu reuocari.*

CONCLVSIO LXXIII.

1 ORta † fuit quæſtio in ciuitate Senarum inter vniuerſitatem Sartheani ex vna, & vniuerſitatem S. Caſſani ex altera ſuper tenimento curiarum. Nam vtraque pars contendebat & aſſerebat ſe poſſe poſsidere nolens dare libellum, quia vna pars dicebat ego ſum in poſſeſsione, & ecõtrà nolo dare libellum, & erat timor rixę & ſcandali, quoniam partes ſeparabant ad occupandum tenimentum, & neuter tamen contra alium volebat dare libellum, ne actor diceretur, dubitabatur quæ in tali caſu eſſent partes
2 iudicis, in quo dicebatur primo † quòd quando duo contendunt ſe poſsidere propter ſcandalum quod de leui inſurgere poteſt, ſequeſtratio fieri poſsit cùm ad iudicis officium ſpectet ſcandalis obuiare etiam vtraque parte contradicente rem ipſam ſiue poſſeſsionem apud tertium ſequeſtrare, & ſecundum exitum probationis procedere, vt per Bar. Bal. Flo. Alex. & alios in l. æquiſsimum. ff. de vſufr. & copioſè congerit Franciſ. Cur. Sen. in conſi. lxj. incip. ſuper eo articulo. an contendentibus duobus. † ſed quòd ſit 3
timor armorum & quod ſcandalum oriri poſsit debet de hoc prius ſaltem ſummariè conſtare iudici quòd ſit ita, & in hoc diſcutiendo requiritur citatio & præſentia partis cùm de eius præiudicio tractetur, nec creditur verbis iudicis aſſerentis ita eſſe niſi appareat ex actis: † ideò ſi ſequeſtratio ex abrupto 4
procederet non ſeruatis prædictis, de facto deberet reuocari. firmat Cur. in tracta. ſeu cõmento. l. vnicæ. C. de prohibit. ſequeſtratio. in ſecundo no. ſeptima fallentia cum ſeq. iij. col. vbi allegat Ang. hoc tenere in conſi. cuj. in fi. incip. Iacobellus & Lucas: & idem Decius approbat conſi. ccclxvj. incip. pro declaratione, nume. 13. ij. vol. aliàs ſequeretur abſurdum quòd quilibet ex cogitata materia fingeret rixam mouere & ſcandalum, vt eius aduerſarius priuaretur commoditate fructuum & poſſeſsionis: propterea, vt obuietur malitiis oportet conſtare ſaltem ſummatim de huiuſmodi timore & ſcandalo, quinimò dato quòd iudex videat partes proceſſuras ad arma & ſcandalum non debet fieri ſequeſtrum nec recedi à tramite iuris, niſi quãdo eſt dubium de poſſeſsione, ſecus verò quando vnus poſsidet alter non, † nam 5
ſi neuter poſsidet, & vtraque pars prætendit ad ſe poſſeſsionem ſpectare, & apparet de timore armorum & de ſcandalo, poteſt iudex vtrique parti inhibere ne vadant ad poſſeſsionem. ſin autem tantum vnus poſsidet, iudex non poteſt etiam ſi timeretur quòd partes veniant ad arma, Iaſ. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. poſt Bal. ibi ij. col. & idem Io. Petr. de Ferrariis, in ſua practica ſuper forma ſequeſtri ſeu ſaximenti, vbi dicit quòd quando eſt certum Titium poſsidere fundum ſuper quo quæſtio monetur & timetur ne partes ad rixam, vel ad arma veniant, quòd iſto caſu iudicis officium eſt præcipere ſub certa pœna parti quæ non poſsidet, quòd non impediat poſſeſſorem in ſua poſſeſsione, nec ipſum turbare modo aliquo præſumat, aliàs ſequeretur inconueniens quòd quilibet ex cogitata materia fingere rixam. † Propterea dum dicitur quòd 6
propter timorem armorum & rixæ deuenitur ad ſequeſtrationem, debet intelligi quando eſt dubium quis poſsideat idem: firmat Pau. de Caſtr. conſi. iij. incip. in cauſa, per totum, in ij. parte, in nouis. † vbi 7
conſiderat ad quem finem in hac materia ſit ordinatus proceſſus. Nam dicit, aut proceſſus ordinatur ad finem, vt perueniatur ad ſententiam diffinitiuam ſuper poſſeſſorio retinendæ, in quo principaliter diſceptatur quis ſit poſſeſſor, & hoc cognito & pronunciato habet vim perpetuam, vt poſſeſſor defendatur, & remaneat in poſſeſsione quouſq; pars altera egerit petitorio & obtinuerit, & in conſequentiam officium iudicis venit, vt aduerſarius à moleſtia & turbatione compeſcatur, & talis ſententia lata ſuper poſſeſſorio dicitur diffinita, aut proceſſus ordinatur principaliter ad finem ne lite pendente ſuper poſſeſsione partes veniant ad rixas & arma turbando ſe adinuicem, cum quælibet pars aſſerat ſe eſſe in poſſeſsione, & alteram non eſſe, ſuper quo neceſſarium eſt ſummatim cognoſcere, quæ pars ſit in poſſeſsione & reperto quòd altera

ſit & altera non ſit, pertinet ad officium iudicis inhibere ei quæ non eſt in poſſeſsione, ne alteri parti poſsidenti moleſtiam vel turbationem faciat lite pendente, & talis pronuntiatio quòd talis pars ſit in poſſeſsione & non debeat turbari pendente lite erit interlocutoria, & non habebit effectum niſi quouſque lis durabit ſuper poſſeſsione & expeditur iudicis officio. & ſic iſte modus differt à primo, nam pronuntiatio in primo caſu eſt diffinitiua, in ſecundo eſt interlocutoria, item primo caſu affertur perpetuum præiudicium quouſque ſit cognitum & pronuntiatum ſuper petitorio pro altera parte. ſecundo caſu durat quouſque durat lis ſuper poſſeſſione, item primo caſu expeditur iure actionis, vel interdicti. ſecundo caſu iudicis officio, item primo caſu principaliter agitur de poſſeſsione, & in conſequentiam venit ne poſſeſſor turbetur, ſecundo verò principaliter agitur, ne quis turbetur, quia hoc principaliter petitur, ſecundario verò venit vt videatur an ille poſsideat, qui petit ne turbetur, item primo caſu requiritur cauſæ cognitio plenaria, quia de maiori præiudicio agitur, ſecundo verò ſufficit ſummaria cognitio de poſſeſsione, quia non de tanto præiudicio agitur. & iſtud iudex aditus ſeu requiſitus facere debet ex officio ne partes veniant ad arma, & vt ordinetur lis. & ſubdit quòd habebitur iſta practica, in text. & per Innoc. in c. cum veniſſet, extra de inſtit. ex quibus patet, dicit ipſe Paul. de Caſtr. quòd lite pendente ſuper poſſeſsione ille qui non poſsidet debet cauere poſſeſſori quòd non impediat eum in ſua poſſeſsione. igitur per prius ſummatim cognoſci debet quis poſsideat, & ſic huiuſmodi proceſſus non valet quantum ad finem obtinendi diffinitiuam ſuper poſſeſsione, cùm ad illam requiratur litis conteſtatio & libellus, ſed valet quantum ad hoc, vt iudex viſo quæ pars melius probauit de poſſeſsione inhibeat alteri parti quòd eam non turbet quouſque fuerit actum ordinariè & pronuntiatum ſuper poſſeſsione, vnde videndum dicit quæ pars ſit defendenda in poſſeſsione, & cui parti ſit fiendum præceptum, quòd alteram partem non turbet, & idem Bald. in d. l. quidam æſtimauerunt, ij. col. vbi dicit iſta verba, &c. aut eſt timor armorum, & tunc refert aut neuter poſsidet, & tunc debet iudex nihilare vtrique violentum acceſſum, aut vnus tantum poſsidet, & debet petitori qui non poſsidet inhibere acceſſum, aut vterq; contendit ſe poſsidere, & tunc iudex debet ſummarium ſe informare quis poſsideat, & illi interim fauere: ſi verò hoc non poſſit ſibi liquere dicit, dic vt not. Inno. extra de proba. c. in præſentia. Cyn. in l. j. C. vti poſsidet, in addi. ſi verò non timetur de armis, iudex cui nihil eſt probatum, nihil mandare poteſt, non tamen poteſt iudex ei qui non poteſt recuperare rem ſuam, iuſtè interdicere ne vtatur armis, quoniam iudicis præceptum debet eſſe legitimum, aliàs legibus roboratum, aliàs [illegible]

8 boratum, aliàs [illegible]dum non valet. [illegible] rca verò in huiuſmodi materia quem debeat iudex co[illegible]ere actorem. Lanfra[illegible]s in tract. de cauſa poſſeſsionis & pro[illegible]tatis concluſion[illegible]. verſi. ſtat maxima dubitatio & verſi[illegible] ponit [illegible] concluſiones in [illegible]. Prima, quod vbi [illegible] tatur de poſſeſsione, & vtraq; pars aſſerit ſe poſſidere nolens dare libellum, iudex debet ſine libello, & litis conteſtatione, ſummariè recipere informationes de poſſeſsione, & ſi conſtat quòd altera pars poſsideat, altera non per dictas informationes, iudex debet præcipere parti de cuius poſſeſsione non conſtat, ne accedat ad poſſeſsionem, nec iſto caſu etiam ſi timeretur quòd partes veniant ad arma debet ſequeſtrari poſſeſsio penes officium. Si autem per dictam informationem non conſtaret quis haberet meliora iura in poſſeſsione, tunc debet ſequeſtrare poſſeſsionem, & fructus apud officium donec cauſa fuerit finita in iudicio ordinario, & apparuerit quis ſit poſſeſſor. Secunda concluſio ſi altera pars porrexit libellum in poſſeſſorio retinendæ, ille obtinebit qui probat ſe habere poſſeſsionem tempore litis conteſtatæ. Tertia concluſio ſi in poſſeſſorio retinendæ vtraque pars probauit de poſſeſsione ſua, ille obtinet qui probauit per teſtes dicentes magis veriſimilia: & ſi omnes dicant æquè veriſimilia exiſtente paritate honeſtatis teſtium, qui produxit teſtes numero plures obtinebit. Quarta concluſio vbi eſt odioſa paritas teſtium pro vtraque parte, ille obtinet qui probat de antiquiori. Quinta concluſio ſi probatum eſt per vtranque partem æqualiter de poſſeſsione etiam reſpectu eiuſdem temporis, ille obtinet qui probat titulum. Sexta concluſio, ſi in poſſeſſorio retinendæ pariter probatum eſt de poſſeſsione omni reſpectu, & ab vtraque parte productus eſt titulus, vel à neutra parte productus eſt titulus, neque probatus. vna eſt opinio, quòd iudex debeat iudicare vti poſsidetis, ita poſsideatis: ſed quia daretur materia veniendi ad arma. Alia fuit opinio, quòd iudex nihil pronuntiet, ſed ſuperſedeat, quam opinionem improbat Bart. dicens, quòd iudex adducet vtrique parti dimidiam pro indiuiſo. Lanfrancus verò in [illegible]cto loco aliter ſentit, videlicet, quòd vbi apparet in poſſeſſorio retinendæ quis actor, & quis reus, quia vnus dedit libellum, tunc iudex debet iudicare pro reo: quia propter contrarias probationes incerta eſt

probatio † Idem Bal. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. 9
tollen. num. . vbi dicit quòd ſi non eſt timor armorum, tunc non ſe intromittit iudex, quia de facto non debet ſe intromittere: ideò nec prohibet, nec ſe intromittit, & ibi nume. 4. ſubdit quòd vbi aliquis timet, ne alius ſuam poſſeſsionem inuadat, ſufficit ad conſequendum iudicis interdictum facere fidem de poſſeſsione ſine libello, & ſine ordine iudiciario, tamen ſuper poſſeſsione, tunc non diffi-

nitiua: † ideò Bald. in l. quiſquis. C. quorum appel- 10
la. non recip. quærit nunquid poſsit ferri ſententia in poſſeſſorio ſi neutra pars vult dare libellum, ſed enſem pro libello: & dicit in poſſeſſorio retinendæ quòd ſic cùm vterque dicat ſe inſolidum poſsidere, ſecus in aliis poſſeſſoriis, in quibus debet procedi ordine iudiciario, niſi in notoria ſpoliatione, vbi non eſt neceſſaria, niſi ſimplex facti propoſitio, & idem Bald. in l. vis eius. C. de probat. [illegible] quòd [illegible] ſtituendo quando nemo vult ſe actorem conſtituere, ſed armis dimicare, iudex etiam ſine libello inquirit de poſſeſsione, & conſtituit eum actorem qui non poſsidet. Specula. in titul. de lib. concept. in §. in quibus cauſis offeratur libellus, in [illegible]j. co[illegible]lum. quæſt. xxij. dicit quòd quando duo contendunt de poſſeſsione, & neutra pars ex indignatione vult dare libellum, tunc iudex ne ad arma

arma veniant debet occurrere ſine libello, receptis
teſtibus adiudicabit poſſeſsionem clarius probanti,
& vetabit alium ſibi vim facere quominus liberè re
illa vtatur, aliàs autē vbi agitur de poſſeſsione dan-
dus eſt libellus. Ioan. And. ibi ſuper d. verſi. & q. xxij.
in addi. ad Spec. dicit ſuper quæſtione quæ fuit Bo-
noniæ, quòd rector ciuitatis dum quælibet pars pa-
raret ſe & arma ad occupandum nemus ſub pœnis
prohibuit vtriq; parti acceſſum ad nemus, & quòd
vtraque pars comparuit petēs præceptum reuocari,
allegans ex præcepto ſibi factam iniuriam cùm poſ-
ſideret, neuter tamen contra alium volebat dare li-
bellū, ne actor diceretur. rector præcepit quòd quæ-
libet pars daret capitula quæ probare volebat. ſuper
poſſeſsione quælibet dedit, capitula fuerunt recepta
per poſſeſsione, quam vna pars probauit, fuit dif-
ficultas rio, an ſine libello valerēt atteſtationes, & poſſet
ferri ſententia ſuper poſſeſſorio. concludit tandem
atteſtationes valere, quia multa permittūtur ratione
euitandi ſcandali, imò quòd ſi cauſa fuiſſet quæ re-
quireret libellum, quòd non fuiſſet neceſſarius li-
bellus, quoniam capitula producta ſatis continebāt
intentionem partis, quod ſufficit, ſequitur Cur. in d.
conſi. lxj. † Nam aſsignatio termini ad probandum
fit ſine libello quando neutra pars vult dare libel-
lum, ſed de facto litigare. Bald. in l. diffamari. C. de in-
genu. manum. in fi. & Cur. in d. cōſi. lxj. ij. col. vbi circa
iſtam materiam multos docto. & multa allegat quæ
12 videre ibi ſunt in promptu. Fortius † dixit Bald. in l.
ſi ſeruus. C. quod cum eo. quòd ſi dominus timet ex-
pelli, quòd poteſt ſuper hoc implorare protectionē
iudicis, vt in poſſeſsione defendatur, ſubdens quòd
vbi licet alicui facere aliquid propria authoritate,
poteſt officium iudicis implorare, vt in tali facto de-
fendat facientem in futurum: quia cùm quis poſsi-
deat non dicitur vim facere, ſed vim repellere. &
Pau. de Caſt. in l. ſi ſuper poſſeſsione. C. de tranſa. di-
cit quòd ille qui eſt in poſſeſsione ſi ab aliquo tur-
batur, vel dubitat turbari, vel inquietari, poteſt im-
plorare officium iudicis de plano abſque libello, vt
illum prohibeat, vel vim fieri vetet, & hoc quantum
ad prohibendum, & ad impediendum vim de præ-
ſenti; poteſt vti via ſuprà dicta ſummaria, ne partes
veniant ad arma, ſed ad repellendum vim de futuro,
& vt declaretur poſſeſſor, & quod non poſsit de iure
turbari neceſſe eſt ordinariè agere, & idem Paul. in
d. l. ſi ſeruus, dicit quòd vtilius eſt defendi iudicis of-
ficio quàm agere interdicto vti poſsidetis, in quo eſt
neceſſarius libellus, & ordo iudiciarius, nō ſic in of-
ficio iudicis, ſed de facto requiſitus prohibebit vim
fieri ſub pœna. Cur. in d. l. ſi ſuper poſſeſsione, idem
poſt Pau. vltra quem not. text. in l. j. §. neceſſario. ff. ſi
mul. vent. nomine. vbi text. dat iudici conſilium quòd
potius talem remittat ad interdictum ordinarium.
ſubdens quòd remediū officij iudicis competit non
ſolùm poſsidenti, ſed detinenti. Plus dixit Rimin. in
d. l. ſi ſuper poſſeſsione, quòd vbicunque quis dubi-
tat ſibi inferri violentiam aliquam per aliquem po-
teſt adire iudicem, & petere quòd ſibi prouideatur
à tali iniuria, & propterea poſſeſſor qui non eſt mo-
leſtādus in poſſeſsione ſua, ſi dubitat ſibi inferri mo-
leſtiam in poſſeſsione poteſt adire iudicem qui pro-
hibeat, & dicit ꝙ de hoc ibi meminit Paul. de Caſt. &
quòd Paul. ſubdit quòd in oſtendendo iudici quòd
ipſe poſsideat implorādo officium ſuum non requi-
ritur libellus, nec alius ordo iudiciarius, & etiā ſine
citatione, allegat Bal. in l. fi. C. de edi. Diui Adria. tol.
nam ſicut ipſe poſſet propria authoritate reſiſtere,
pariter poteſt implorare officium iudicis: quia vbi-
cunque quis timet vexari ab aliquo poteſt iudicem
adire vt eidem inhibeat. † facit, quia ad inſtructio- 13
nem & præſumptionem informandam non ſerua-
tur ordo & figura iudicij. Bald. in l. iudices. C. de iu-
dic. & in ca. j. §. ſi tres, poſt glo. ibi de pac. iuram. firm.
vbi dicit poſſe informationem capi à teſtibus non
iuratis, & ſine ordine iudiciario. † Nam vbi eſt du- 14
bitatio ſcandali & armorum poteſt incipi à præce-
pto abſque citatione partis, vt per Alexand. in l. de
pupillo. §. meminiſſe. ij. colum. de nou. oper. nuntia. &
latè per Curt. in d. conſi. lxj. in iij. colum. Sed iſtud di-
ctum Riminal. in d. l. ſi ſuper. Zuccard. in d. l. fin. C.
de edict. Diui Adria. toll. nume. 110. & nume. 112. verſi.
eſt verum, putat eſſe dubitabile quando res recipe-
ret dilationem, & non eſſet periculum in mora: &
ſic intelligit procedere dictum Riminaldi, dum con-
cludit, quòd iudex poteſt aſſumere informationes de
poſſeſsione timētis turbari, & alteri parti aliter non
citatæ præcipere, quòd non turbet quando pericu-
lum eſt in mora: item comparente aduerſario, & di-
cente ſe eſſe in poſſeſsione, fiet ſummaria diſcuſsio,
de qua per Felin. in rubri. de treug. & pac. & ponit
clarè idem Zuccardus in dicto loco. d. nume. 112. vbi
nume. 110. dicit pro dicto Riminaldi facere quæ di-
cit Alexand. conſil. cxxx. nume. 5. volu. iiij. eſt verum
vt ſuprà dictum eſt in principio, quòd antequam
iudex deueniat ad ſequeſtrationem ſiue præceptum
prohibitiuum, debet ei conſtare ſaltem ſummariè
de veriſimili timore ſcandali & armorum, & debent
citari partes à videndum aſſumi informationes, ſeu
ad videndum iurare teſtes examinandos ſuper di-
cto veriſimili timore, vt per dictum Zuccardum poſt
Decium, & alios in dicta l. fina. C. de edict. Diui
Adria. toll. nume. 102. vbi tamen addit quòd quando
periculum eſt in mora, vel eſſet, quòd tunc iudex
debet procedere ad ſequeſtrandum fructus, & ad
prouidendum ne ſequantur ſcandala inter partes
nulla facta citatione ſecundum Alexan. & Sozi. in l.
ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ff. qui ſatiſda. cogan. ſed
tali quoque caſu non procedet abſque aſſumptione
informationis ſuper dicto timore ſcandali, ſed ipſas
informationes recipiet, licet parte non citata. † Et 15
ex iſtis infert ibi dicto nume. 101. quòd illi qui ti-
ment præueniri in apprehendendo poſſeſsionē ha-
bent cautelam. nam debent arma mouere, & ſe ac-
cingere ad accipiendum poſſeſsionem, ac certo mo-
do quòd hoc deducatur ad notitiam iudicis: nam
tunc iudex conſtito de timore ſcandali per infor-
mationes quas ex officio tenetur recipere parte ci-
tata, vel non, vt dictabit periculum moræ, præ-
cipiet partibus ſub pœna ne accedat, & auocabit
poſſeſsionem penes ſe, & fructus ſequeſtrabit, &
ſic qui timebat præueniri erit in pari cum aduer-
ſario, & iſto caſu ſi altera pars peteret reuocari
præceptum, & ſequeſtrationem non audietur abſ-
que libello ſecundum Spec. in titu. de libel. concept.
§. nunc dicendum, verſicu. xxij. quod dictum refert
Maria. poſt Abba. in c. j. de lib. oblat. colum. xviij. ſub-
dens tamen dictum Specul. eſſe verum, ſi peteretur

reuocatio abſolutè, quia diceret ſe abſolutè poſſeſſorem. ſed ſi allegaret ſe eſſe poſſeſſorem, & peteret ſic declarari, & mandari aduerſario ne eum turbet donec diſcuſſum ſit ordinario poſſeſſorio, vel petitorio, iſto caſu non requireretur libellus, vt colligitur ex dictis Pau. in d. conſi. iij. vol. ij. & prædicta intelligit, quando deuentum eſſet ad præceptum prædictum ſeruatis ſeruandis, vt ſuprà. alias tanquam de ſacto factum: ſubdit etiam quòd quando notoriè conſtaret de non iure poſsidentis, quòd iſte talis etiam non citatus, dummodo lis non pendeat, poteſt à iudice ſpoliari, ibi nu. 11. & ibi nu. 113. ponit cautelam quam dicit tradere Spec. quòd qui eſt potentior ingrediatur poſſeſsionem antequam iudex prouideat, & intimet aduerſario, & requirat quòd veniat ad poſſeſsionem ſi audet: nam ſi non venerit. quia ſuſpicetur ſe poſſe repelli, ſtatim amittit poſſeſsionem. l. ſi id quod. §. fi. de acquir. poſſ. & quando duo contendunt ſuper poſſeſsione in dictis nu. & aliis idem Zuccard. multa alia ponit & refert quæ videre eſt in promptu. Adde quãdo duo contendunt ſe poſsidere, quæ ſint partes iudicis, Guid. pap. deciſ. dlxxviij. incip. ſi agatur, quam tamen declara vt in præcedentibus, & quia in caſu propoſito receptis informationibus, & ſeruatis ſeruandis appatuit d. de S. Caſſano eſſe in poſſeſsione teuementi: per iudicem dicti de Sartheano fuerunt conſtituti actores, & interim eis prohibitus acceſſus ad illud. Ad materiam adde Dn.
15 de regno deciſio. lv. & xiij. in nouis. † Adde Bald. in c. ex parte. el j. de reſcri. in fi. verſi. quæro vtrum poſſeſsio, vbi dicit quòd poſſeſsio incoloratè data poteſt reuocari ſine ordinario proceſſu, ſi reuocatur incidenter officio iudicis mercenario, & ideo ſi iudex circumuentus eſt datum debet reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Index an & cui poſsit committere examinationem teſtium extra locum.*
2 *Commiſsio examinandorum teſtium conſtare debet, aliàs non valet.*
3 *Index an poſsit compellere partem ad edendum nomina teſtium.*
4 *Teſtes an euocari poſsint ex alia prouincia.*

CONCLVSIO LXXIIII.

VErtebatur cauſa coram conſilio iuſtitiæ Illuſtr. Ducis Ferrariæ, inter quoſdam hebræos de Abrauanellis ſuper valore centum millium ſcutorum, & ego eram tunc vnus ex conſiliariis, in qua fuit petita remiſſoria pro examinandis teſtibus ad ciuitatem Salonnichi: poſt longam diſcuſsionem fuit concluſum, aut concedi debere remiſſoriam ad illas partes, aut per magiſtratum actorum tranſmittendum deſerendum iuramentum teſtibus, & illos examinandos ad electionem inſtantis remiſſoriam non eſſe concedendam, adducebantur ſubſtantialiter in-
1 fraſcripta. † Lanfranc. de Oriano in c. quoniam contra, de probat. in verbo teſtium depoſitiones, nume. 9. verſic. quarto duodecimò. nunquid iudex dicit, quòd videtur communis opin. quòd poſsit in cauſa ciuili committi talis examinatio, & quòd talis examinator electus habet nudum miniſterium, & ideo non poteſt per alterum explicare. Fel. in c. cum cauſam, de teſti. poſt multa allegata nume. 8. verſic. fallit tertiò, referens Abb. Specu. & alios, concludit quòd in cauſa ciuili ſi teſtes multum diſtarent à loco iudicij, quòd poteſt, & debet iudex committere examinationem. Caſſad. 10 deciſio. Rotæ recollectis in titu. de dilat. deciſio. iij. & iiij. dicit quòd materia iſta remiſſoriæ eſt arbitraria, & quòd in ciuilibus & criminalibus quandoque datur, quandoque negatur, prout iudex ex variis cauſis arbitratur, cùm ab eius pendeat arbitrio, maximè concipere calumniam, aut præſumere quòd malitioſè petatur, & ponit cautelam pro iudicibus formantibus eorum animum in præſumpta calumnia, vt faciant eam redigi apud acta, Thom. Giamma. in conſi. crimi. conſi. xij. nu. 16. vſque ad fin. latè proſequitur, & maximè quod habeat facere iudex quando ſuſpicatur de teſtibus, vel loco. prout & idem Matth. de Afflict. in vſi. feu. in rub. ſi de inueſtir. ſeud. inter domi. & vaſal. lis oriatur. c. j. col. xj. nume. 64. verſic. item & quartò quærit hic Andræas, vbi dicit infraſcripta, videlicet, quòd clarum eſt quòd in cauſis ciuilibus poteſt committi audientia teſtium, ſed quærit quid ſi iudex in cauſa ciuili habet teſtes ſuſpectos, & non vult committere audientiam teſtium, ſed ipſemet vult examinare an cogetur committere, & Andræas ibi in hoc concludit, & bene, vt ſubdit quòd non cogitur iudex committere, ſed ſi vult bene poteſt, vnde hoc erit voluntarium, & non neceſſarium ſi aliqua iuſta cauſa moueat iudicem quare non vult delegare audientiam teſtium, puta quia ſuſpicatur contra teſtes, vnde cùm ad iudicem ſpectet inquirere de fide teſtium. vt l. quæſitum. ff. de teſtib. propterea ipſe poterit examinare ad hoc, vt lites ſine ſuſpicione procedant. vt l. apertiſsimi. C. de iudicus. aliàs ſi non ſubeſſet iuſta cauſa, putaret iudicem poſſe compelli ad committendum examinationem teſtium in cauſa ciuili, aliàs poſſet appellari per conſtitutio. regni in pecuniariis, præter quàm in cauſa repulſæ, vt per Andr. in d. conſtit. hinc eſt quòd hodie eſt factus ritus magnæ curiæ Vicariæ, qui dicit, quòd magna curia Vicariæ non committit audientiam teſtium alteri, qui ſit extra curiam in cauſis ſeudorum, & teſtium reprobandorum, & ſenium, & valetudinariorum poſſe per dictam magnam curiam committi tam in dicta magna curia quàm extra. & in hoc ritus ille corrigit d. conſtitutionem, quia ritus permittit poſſe delegari audientiam vni perſonæ de curia. Eſt alius ritus in magna curia Vicariæ, qui vult quòd infra dictam non committitur audientiam teſtium ordinariis locorum, ſed iuxta prædicta quærit ibi Andr. quid ſi iudex non vult committere audientiam ſeni. & valetudinariorum, quia fortè ipſos habet ſuſpectos, an poterit cogere ad ſe venire ipſos teſtes ſenes & valetudinarios, eſt enim per dictam conſtitutionem hoc inductum in fauorem ipſorum ſicut eſt inductum in fauorem egregiarum perſonarum, vt quò ad eos ſi ſint citati pro teſtibus committatur audientia ad eorum domos, & ſic non tenentur comparere in curia, ſed curia habet neceſſe ad eos mittere magiſtrum actorum, vt ff. de iureiuran. l. ad perſonas, ſicut etiam mulieribus & matronis, vt in cap. mulieres, de iudic. libro vj. & per conſequens iudex non poteſt tollere iſtud priuilegium iure conceſſum ſenibus & valetudinariis & matronis & egregiis perſonis. ſine eorum facto ob

ſuſpicionem

ſuſpicionem quam habet ipſe iudex, quia propter
ſuam ſuſpicionem iudex non debet anguſtare pro-
bationes, vt ff. de teſti. l. curent. ſubdit tamen quòd
ipſe fatetur ſecundum And. quòd ſi iudex ſuſpica-
tur contra ipſos teſtes, poterit aut ipſe accedere ad
examinandum, vel committere idoneæ perſonæ
ipſam examinationem, vt diligenter occurrat frau-
dibus & malitiis, allegans ita etiam not. Spec. in titu.
de teſte. §. qualiter, verſic. pone, & not. in c. quoniam
2 contra, de probatio. † & de iſta commiſsione debet
conſtare qualiter tali fuit commiſſum, vt debeat
deferre iuramentum & examinare, aliâs non valet
ſecundum Innoc. in c. fi. vt lit. non conteſt. in Specu.
de teſte. §. qualiter, verſi. poteſt etiam, ſubdens quòd
Petr. de Perusio. in tracta. canonicæ portionis dicit
quòd iudex poteſt prætermittere ſolennitatem legis
ad perſonas egregias, quòd non videtur verum per
text. in d. l. ad perſonas, quæ dicit ad domum mitti
3 oportet, quod inducit neceſsitatem. † Vltimò An-
dræas ibi tangit an iudex poterit dicere parti quæ
vult producere teſtes ſenes, da mihi nomina & co-
gnomina teſtium, tenet quòd pars non poſsit com-
pelli, vt per Specu. in titu. de teſte. §. qualiter, verſic.
poſt, niſi conſuetudo ſit in contrarium vel niſi appa-
reat quòd fraudulenter ſubtaceat nomina teſtium:
quia tunc poterit iudex compellere partem vt edat
nomina teſtium.

4 † Et quòd etiam in cauſa ardua quãdo teſtes non
poſſunt euocari examen cõmittatur firmat Marian.
Soz. iunior in conſi. lx. in ij. vol. & quòd non ſit arbi-
trarium quãdo teſtes non poſſunt euocari, ſed quòd
debeat fieri commiſsio, Aret. conſi. lxxxij. Franciſcus
ſuper quo verſicu. circa quartum & Grammaticus
conſi. xlj. iiij. col. nu. 16. cum ſeq. Idem ſtante impedi-
mento quòd non poſsint euocari, Decius in c. quo-
niam. de teſti. nu. 4. & in c. j. col. fi. verſic. poſtremò de
appella. vbi atteſtatur communem eſſe opinio. quòd
non eſt iudicis arbitrarium, ſed quòd debet concedi
remiſſoria; Capycius in deciſ. Nouis Neapoli. xc. verſ.
dicit. Adde Pariſ. in c. quoniam nu. 148. poſt medium
de probat. & licet de iure ciuili examinatio teſtium
non poſsit committi niſi habenti iuriſdictionem, vt
per Bart. in l. iudices. C. de fid. inſtru. tamen de iure
canonico poteſt committi etiam tabellioni & pri-
uatæ perſonæ idoneæ, & non ſolùm examinationem
teſtium ſed etiam iuramenta teſtium not. Philipp.
Francus, in c. mulieres, in vlti. not. de iudiciis, lib. vj.
& ibi latè per Gomecium. Adde ad materiam Marſi.
in practica criminali, in §. opportunè, col. penul. ſub
nu. 80. Ripa in l. iiij. §. hoc autẽ, nu. 52. de dam. infect.
Octauius Veſtrius in ſua practica Curiæ Romanæ
lib. 6. c. vltimo. & inibi Nico. Anto. Grauat. in ſuis an-
nota. nu. 16. & ſeq. latè pertractant hanc materiam &
ibi Veſtrius dicit ad hoc, vt concedatur oportere
naturam facti ita expoſtulare & fuiſſe datum ali-
quem fumum iudici quòd dari debeat per aliam pro
bationem etiam nulliter factam, & quòd ceſſet ca-
lumniæ ſuſpicio: aliâs ſi iudex calumniam concipit
aut præſumit quòd malitiosè petatur concedi non
debet. Caſsiado. de dila. deciſ. iij. Bald. in auth. apud
eloquentiſsimum de fide inſtru. Rom. conſi. cclxxiij.
clarum Felin. in ca. de cætero, col. iij. in fi. de re iudic.
Decius in ca. j. col. fi. nu. 24. verſi. contrarium tamen,
de appel. Hoſtienſis in ſumma de teſtibus. §. quando
ſunt producendi, vbi dicit de teſtibus illius loci in
quo degunt ſi de facili deierare conſueuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Tertius quando in iudicio comparere poſsit.*
2 *Tertius inuitum & volentem à lite recedere, de-
fendere poteſt.*
3 *Reus poteſt à lite deſiſtere ſi vult, & non poteſt cogi
ad permanendum in lite. licet tertius poſsit deinde
cauſam ſuam defendere.*
4 *Tertius admittitur ad cauſã in ſtatu quo reperitur.*
5 *Tertius an poſsit comparere principaliter ex ſe ſic
vt cauſa de nouo inchoetur, & omnia de nouo fiant.*
6 *Executio rei iudicatæ. an poſsit per tertium im-
pediri.*

CONCLVSIO LXXV.

RVrſus fuit dubitatum in cauſa dictorum he-
bræorum de quibus ſuprà fit mentio in præce-
denti concluſione, nam Don Iſaac prius mouerat
iudicium contra Don Iacob & Leonem fratres & fi-
lios q. Donni Samuelis aſſerens ſe quoque filium ex
alio matrimonio ipſius Don Samuelis, propterea hæ-
reditatem ipſius reſpectiuè ſpectare ad eum, quo iu-
dicio pendente, Donna Beneuenuta mater dictorum
Iacob & Leonis, occaſione teſtamẽti nuper per eam
reperti dicti Don Samuelis in quo aſſerebat ipſam
Donnam Beneuenutam ſe inſtitutam hæredem, mo-
uit aliud iudicium cõtra dictos Don Iacob Leonem
eius filios petens hæreditatem dicti Don Samuelis
ad ſe ſpectare, in iſto iudicio ſic moto per Donnam
Beneuenutam comparuit Don Iſaac vti tertius, & in
ipſo iudicio fuit admiſſus pro ſuo intereſſe iſtis ſic
ſtantibus Don Iacob & Leo aſſerentes quòd poſt-
quam Donna Beneuenuta mater apparebat ipſam
inſtitutam hæredem eſſe quòd nolebant amplius li-
tigare & renuntiarunt ipſi liti, qua renuntiatione
non obſtante Don Iſaac inſtat ipſos Don Iacob &
Leonem ad perſeuerandum in ipſo iudicio & ad re-
ſpondendũ quibuſdam capitulis & poſitionibus per
eum vti tertium productis, dubium erat an dictus
Don Iſaac poſsit id facere & cogere ad prædicta di-
ctos Don Iacob & Leonem: pro parte ipſorum Don
Iacob & Leonis fratrum dicebatur quòd non: quia
† tertius poteſt comparere in iudicio ad triplicem 1
affectũ, primò, ne per eum qui cauſam incœpit aga-
tur ſeu defendatur, & ſic ad impediẽdum, ſecundò,
vt aſsiſtat defendendo, tertiò, vt poſt ſententiam ex-
ecutionem impediat, vt tradit Bart. in l. ſi perluſorio.
§. j. de appel. Canon. in c. cum ſuper, de appel. & alibi
ſæpe, & non reperitur cautum in iure quòd tertius
poſsit cogere nolentem litigare in eo iudicio vt liti-
get, licet † reperiatur quòd poſsit inuitum & volen- 2
tem à lite recedere, defendere, vt eſt caſus in l. prin-
cipaliter, in fi. C. de lib. cauſ. & tradit Ang. Aret. in l.
à ſententia, col. iij. verſi. & quòd dixi, de app. vbi dicit
† quòd tertius poteſt aſsiſtere & iuuare cauſam etiã 3
inuito reo, adeo quòd etiamſi reus vellet deſiſtere à
lite & confiteri intentionem agentis poſsit tamen
tertius proſequi, ſequitur Feli. in d. c. cum ſuper,
nu. 117. & ſic ibi Ang. expreſsè ſentit quòd reus poſ-
ſit deſiſtere à lite ſi velit & non poſsit cogi ad per-
manendum in lite, licet tertius poſsit deinde cauſam
ſuam defendere. pro qua opi. facit quia † tertius ad- 4
mittitur ad cauſam in eo ſtatu in quo cauſa erat cum

principali

principali litigante, & ius tertij quantum ad perſecutionem regulatur ſecundum ius principalis, vt Ancha. in cle. conſtitutionem, de elect. & in cap.ij. vt lit.penden.in vj. Alexand.conſi.lxxxij.in cauſa inter Pet.colum.iij.nume.6.verſicu.nam tertius opponens, volu.j. Rot. deciſio.ccccxl. ſi agens petitorio, & cccclvj.ſi cauſa committatur, in Nouis,ergo non poterit pluſquam principalis & ſic eum cogere ad litigandum & perſeuerandũ in iudicio ſi nolit,quia tertius non eſt perſona per ſe ſed veluti adminiculũ quoddam vt per Bald.in auth.hodie,de app.

5 In contrarium dicebatur quòd tertius † nedum poteſt comparere in iudicio vti adminiculum vt aſſiſtat, defendat,vel impediat,ſed etiã ex ſe & principaliter vt cauſam de nouo inchoet & omnia fiant de nouo per eum, vt tradit Aug.in d.l.ſi à ſententia, colum.ij. verſic. ſecundò principaliter, & Afflictus, in deciſi.Neap.ccxxxv.an tertius, nume.6.verſic.ſed ſi venit ex ſe, per text.in l.is à quo, cum l.ſequen.de rei vendi.ergo poterit tanquam nouus actor cogere ipſos Don Iacob & Leonem fratres ad reſpondendum poſitionibus etiam ſi noluit, quia ius redditur in inuitum.l.inter ſtipulantem §.j.vbi gluſ.ob. & ad hoc fuit allegata deciſi. Angel.in l.ſi ſuſpecta,col.ij. de teſt.vbi vult Angel. quòd vbi tertius comparens petit aliquid ex ſe,poſsit ſuper vtroque procedi, ad idem etiam dicebatur eſſe caſum, in cap.veniens, il ij. extra de teſti. Attento maximè quòd ipſi fratres in hoc iudicio in quo comparuit Iſaac pro tertio renuntiarunt liti & hæreditati in fauorem Donnæ Beneuenutæ, quo caſu amplius ipſi non ſunt moleſtandi in illo iudicio per doctrinam Bal.in l.j.col.j. verſic.nonò hîc cautelam,de petit.hære. Ad doctrinam Bald.dicebant portare ſecum antidotum, nam ipſe ſubdit ſi appareret quòd renuntiatio eſſet facta data opera & ad procurationem ipſius quòd hoc non prodeſſet vt fraudibus obuietur & præſumitur dolosè quando renuntiatio fuit facta, non exacta aliqua cautione de defendendo eum qui renuntiauit, vt dicit Barto.in l.penulti.in fi.de pet.hær. prout fuit factum in caſu iſto; facit etiam quod dicit idem Afflictus deciſio.xv.vtrum ſi authur, nu.21. Replicabatur prædicta procedere quando comparens pro tertio prius non inchoaſſet iudicium contra reum poſſeſſorem, & ſic non penderet aliqualis per eum mota ſuper eadem de cauſa contra poſſeſſorem; nam tunc poteſt eſſe verum, quòd poteſt pro tertio comparere per ſe,& principaliter in cauſa mota per alium contra poſſeſſorem, non ſolùm vt defendat ſed vt agat ipſe & de iuribus ſuis experiatur, ſecus ſi iam inchoatum eſſet iudicium contra poſſeſſorem, quia tunc in alio iudicio poteſt comparere ad impediendum & non,vt inchoet aliud iudicium,ſed debet primum proſequi,ne pars per diuerſas lites diſtrahatur, iuxta l.ne impluries, de exercit.act. & quia non debent fieri duo proceſſus, ſuper quibus poſſent ferri contrariæ ſententiæ de eodem facto & non poſſunt eodem tempore agere & impedire earum concurſus.l.j.& ij.C.de ordi.cogni. cap.cum dilectus, & cap.tuam. de ordi. cog. Sozin. conſil.xxxviij. pro deciſio.colum.iiij.verſicu.primò hoc probatur, volu. primo,& quòd Don Iſaac non obſtante admiſsione facta de eo pro tertio,velit proſequi primum iudicium apparet in eodem proceſſu vbi ita etiam procurator proteſtatur: quòd autem iſta differentia ſit vera deducitur hoc modo, nam

† tertius comparens pro ſuo intereſſe,& quòd prius mouerat iudicium contra poſſeſſorem, non poteſt impedire executionem rei iudicatæ in fauorem ſecundi petitoris, niſi caueat de reſtituendo rem illi tertio, in caſu quo vincat, iuxta dictã l.is à quo, vbi eſt caſus cum l.ſequen.tradunt Veſtr.in praxi, lib.v. cap.vlti.nume.9. & inibi latius Nico. Anto.Grau.in annot. nume.24. cum ſequen. & eſt bonus text.qui loquitur propriè quando hæreditas petitur à duobus, in dicta l. penulti.de petit.hæredi.& hoc caſu quando fuit data cautio cogitur ille vincens in cuius fauorem fuit facta executio ſubire iudicium contra ſecũdum agentem ex eadem inſtantia quæ fuerat inchoata contra primum poſſeſſorẽ, & hoc vult expreſsè Bartol.in dicta l.penulti.propè fin.verſicu. & ideo ne iſtud inconueniens, &c. ſequitur Felinus in cap.veniens, el ij.colum.iiij.poſt nume.8.verſicu. & pondera quia Bartol. extra de teſti.ſi tenetur ſubire primum iudicium, ergo ſilere debet iſtud ſecundum in quo comparuit pro tertio, fuit notatum per nos cõſiliarios prædictum Don Iſaac non poſſe cogere prædictos fratres Don Iacob & Leonem ad reſpondendum poſitionibus & capitulis productis in cauſa, in qua comparuit & admiſſus fuit, pro tertio & pro ſuo intereſſe, & conſequenter ad perſiſtendum in iudicio prædicto,ſaluo niſi prius renuntiauerit iudicio primitus per eum intentato eadem de cauſa, & ſoluerit expenſas ipſis fratribus, quarum taxationem eo in caſu nobis reſeruauimus, qua renuntiatione facta & ſolutis dictis expenſis, declarauimus ipſos fratres poſſe cogi ad reſpondendum dictis capitulis & ad perſiſtendum in prædicto iudicio tertij.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum vt quid dicatur duo requiruntur.*
2 *Instantia cauſa an detur in cauſis fiſcalibus, & nume.8.*
3 *Instantia cauſa quòd non detur in cauſis fiſcalibus fuit introductum in fauorem fiſci, & nu.11.*
4 *Inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari.*
5 *Ius ſtatutum fauore fiſci eſt in dubio ſpeciale fiſci, nec porrigitur ad priuatos niſi quando continet ius commune, vel vbi eſt par ratio.*
6 *Cauſa criminales biennio terminantur, & nu.14.*
7 *Instantia cauſa & ſi in fiſcalibus non currat, & aliis incertis caſibus, tamen ſpatio triginta annorũ cauſa habetur pro derelicta, & ſic finita cenſetur.*
9 *Diſpoſitio generalis includit omnes caſus, licet maior ratio ſit in vno quàm in alio.*
10 *Statutum præfigens inſtantiam in quibuſlibet cauſis, non comprehendit cauſas in ſpecie priuilegiatas.*
12 *Instantia eſt communis actori & reo.*
13 *Aequalitas in iudiciis eſt ſeruanda.*
15 *Actus ſequens declarat qualis fuerit intentio præcedens.*

CONCLVSIO LXXVI.

MOta lite per certos de Paſqualettis Ferrarienſes, ſuper turbatione poſſeſsionis certarum terrarum cõtra cameram Ducalem vſq; de ann.1515. & quæ

& quæ adhuc remanet indeciſa, de anno præſenti
1551. Agentes pro ipſa camera ingreſsi fuere poſteſ-
ſionem dictarum terrarum aſſerentes ſe continuare
in ſua poſſeſsione: illi autem de Paſqualettis dicunt
cameram Ducalem attentaſſe pendente lite, & ſic
petunt attentata reuocari, pro parte cameræ Du-
calis dicitur nullam litem extare, & propterea non
1 poſſe dici attentatum, quia duo † requiruntur ad
hoc, vt quid dicatur attentatum videlicet innoua-
tio & pendentia litis tempore quo fuit innouatum,
vt per Ioan. Mon. in cap. cupientes, de elect. in vj. &
per Bald. & Salic. in l. appellationem. C. de appellat.
tradit Octauianus Veſtrius in Practica Curiæ Ro-
manæ char. 205. à tergo, in princip. verſic. ſi vis,
vi geſtorum. & Nicell. in tract. de concord. gloſſ. lxx.
& licet aliter vſque de ann. 1515. lis quædam fuerit
mota per Paſqualettos contra cameram, tamen per
curſum temporis fuit perempta eius inſtantia, &
notoriè videtur lapſa, quo caſu non requiritur ali-
qua ſententia ſuper deſertione, vt inquit Calcan.
conſil. xxxiij. quia dubitatio, colum. penulti. verſic.
2 nunc obſtat quòd adhuc. † & quamuis aliâs in cau-
ſis fiſcalibus non ſit dare inſtantiam, vt l. properan-
dum, in princip. C. de iudi. vbi not. omnes, tamen illa
concluſio videtur intelligẽda, vbi fiſcus eſſet actor,
& non vbi conuenitur à priuato: nam vbi eſt actor
eius intereſt, vt ſibi non currat inſtantia & poſsit
quomodocunque ius ſuum proſequi, non ſic quan-
do eſt reus: quia eius potius intereſt, vt cauſa habeat
inſtantiam, & actor tempore excludatur: & illud
3 † quod in cauſis fiſcalibus non ſit dare inſtantiam
fuit introductum in fauorem fiſci. vt expreſſe dicit
Odofr. in dicta l. properandum, colum. ij. verſic. fallit
in cauſis fiſcalibus, ergo non debet intelligi in eius
4 odium. l. quod fauore, cum ſimilib. de legib. † & in-
ducta ad vnum effectum non debent operari con-
5 trarium. l. legata inutiliter, de adimen. legat. † Et ius
ſtatutum fauore fiſci eſt in dubio ſpeciale fiſci, nec
porrigitur ad priuatos, niſi quando continet ius
commune, vel vbi eſt par ratio, vt per Alberic. in l j.
C. de pet. hære. & tradit Franc. Luca. in tracta. de pri-
uileg. fiſci, in cxxxiij. caſu. ſed in præſenti caſu hoc
non continet ius commune, imò eſt contra ius com-
mune quod mandat omnes cauſas indiſtinctè clau-
di triennio, nec eſt par ratio, vt ſuprà dixi, ergo &c.
Et pro hac parte videtur facere quod dicit Paulus
de Caſtro, in dicta l. properandum, in princi. in verſi.
6 item not. ſecundò, vbi ſentiens difficultatem, † quòd
cauſæ criminales finiantur biennio, vt in l. fin. C. vt
intra cert. tempus, & tamen in illis tractatur de iure
fiſci. Reſpondet ex mente Cyn. & aliorum, quòd il-
lud procedit vbi ageretur ad inſtantiam accuſato-
ris, ſecus ſi per viam inquiſitionis, quia tunc iudex
tendit ad vtilitatem fiſcalem, vel publicam, ergo in-
nuit quòd vbi priuatus agit, licet tractetur de iure
fiſci, quòd cauſa finiatur inſtantia.

Secundò, pro hac parte adducebatur vnum de
7 quo aduocatus fiſci nó fuit memor, videlicet † quòd
illa cauſa licet non haberet inſtantiam, tamen quia
non fuit iam per annos triginta, & vltrà proſecuta,
habetur pro finita, & præſumitur lis habita pro de-
relicta, per textum in dicta gloſſ. in verſic. proſeque-
batur, in clemen. prima, in verſic. ſi verò alter. vt lite
penden. & per nota. per Abbatem in cap. contingit,
colum. iiij. verſicu. ſecundò ex dicta gloſſ. de dolo &
contuma. cum ſimilibus allegatis per Caſſad. deciſio.
quinta. erat in vna lite, ſub titu. vt lite penden. & in
terminis attentatorum tradit Octauianus Victrius
vt ſuprà char. 209. circa finem, verſic. & vbi lis, & li-
cet variè fuerit iudicatum in hoc, vt atteſtatur Caſſa-
dorus in dicta deciſi. quinta, tamen ibi poſt nume. 4.
verſicu. poteſt tamen, dicit quòd in hoc maior pars
dominorum inclinabat.

In contrarium dicebatur imò conſtare de pen-
dentia litis ob litem prædictam motam vſque de
anno 1515. & quæ non habet inſtantiam, † & du- 8
rat perpetuò, cùm fuerit cauſa fiſcalis, & mota pro
fundo fiſci, quod debet ſufficere ſiue fiſcus conue-
niat ſiue conueniatur per textum clarum in dicta l.
properandum. ibi exceptis tantummodo cauſis, quæ
ad ius fiſcale pertinent, & negari non poteſt quin li-
cet fiſcus conueniatur de re fiſci, talis cauſa perti-
neat ad ius fiſcale. & ibi glo. hoc ſentit expreſſè dum
exemplificat text. puta de fundo fiſci, ergo innuit
quòd ſi priuatus agit contra fiſcum pro auocando
fundo fiſci, quòd talis cauſa non habet inſtantiam,
& quòd hoc ſit verum patet: quia omnes Doctores
de hoc loquentes generaliter loquuntur, videlicet
cauſam fiſcalem non habere inſtantiam, & non di-
ſtinguunt an fiſcus conueniat, vel conueniatur, vt
eſt videre per Bartholum, Baldum, & alios in dicta l.
properandum, Lucas Parmenſis, de priuileg. fiſci, in
xxviij. caſu. Mart. Laudenſ. in eodem tracta. de pri-
uileg. fiſci. quæſt. clxxxvij. Afflict. deciſio. ccx. multæ
ſunt perſonæ, nume. 1. vt in conſtitutione iuſti cul-
tores, lib. j. poſt nume. 6. Matant. in Specul. aureo.
char. 82. nume. 20. Marian. in ſuo tractatu de inſtan-
tia quem edidit in reperto. cap. venerabilis, de iudic.
colum. quinta, verſicu. ſecundò fallit. Sozin. conſil.
xlvj. nume. 21. volu. iiij. & neminem reperij Doct. qui
diſtinguat an fiſcus conueniat, vel conueniatur, er-
go nec nos debemus l. non diſtinguemus, de arbitr.
& facilè fuiſſet legumlatoribus hoc dicere, ſi ita vo-
luiſſent diſponere, & diſtinguere, argumen. l. vnicæ.
§. ſin autem aliqui, C. de caduc. tollen. quomodo ar-
guendi ſæpè vtuntur Doctores, vt inquit Decius
conſil.   & ſimiliter in legibus arguunt Imol. &
Rom. in l. nuda ratio, nume. 4. de donat. & Imo. in l. j.
§. item Varus, de aqua pluu. arcend. † & diſpoſitio 9
generalis includit omnes caſus, licet maior ratio eſſet
in vno caſu, quàm in alio. l. j. §. quod autem, de aleat.
cum aliis de quibus per Decium, conſilio quinto,
colum. ij. verſic. confirmatur hoc, † quod procedere 10
debet etiam ſtante ſtatuto, etiam præfigente inſtan-
tiam in quibuſlibet cauſis, quia non comprehendit
cauſas in ſpecie priuilegiatas qualis eſt iſta, per ea
quæ dicit in dicto conſi. quinto, & conſi. cccj. Crottus
l. j. nume. 12. ſolu. matrimo. & ibi Ripa nume. 1 . † Et 11
tenendo hanc partem obſtare non debet quod in-
troductum ſit in fauorem fiſci vt non currat inſtan-
tia quando ipſe eſt actor, non quando conuenitur,
quia imò verſatur etiam fauor fiſci, vt non currat
inſtantia quando conuenitur ne in abſentia ſui con-
traheretur hermodiciũ, de quo in d. l. properandum.
§. ſin autem reus. Item reſpondetur quòd licet hoc
ſit introductum in fauorem fiſci, tamen ex natura
rei, prout eſt inſtantia † quæ eſt communis tam a- 12
ctori, quàm reo, fauor aliquando retorquetur in
læſionem

læſionem, prout declarat Bald.in d.l.quod fauore,
io vij.oppoſi.& Sozi.in l.com filio,vbi ad hoc illum
textum ponderat in ſecondo norab. de legat. j. &
exemplificat in ciuilitate conceſſa alicui in eius fa-
uorem quæ redundat in eius odium in ſolutione col-
13 lectarum, & onerum. † Præterea in iudiciis conue-
niens eſt, vt æqualitas ſeruetur.l.ſio.C.de fruct.&
lit. expen. maximè in concernentibus ordioatoria
proceſſus,vt ibi per Salicetum qui latè declarat hoc.
14 † Non obſtat quod dicit Paul.de Caſt.in d.l.prope-
taodum, quia ideo cauſæ criminales terminantur
biennio, quia noo dicuntur propriè ad ius fiſcale
pertinere, ex quo nihil adhuc, dum ipſæ cauſæ per-
tractantur, dicitur eſſe in bonis fiſci, & ideo quid-
quid dicat Paul.de Caſtro ibi ſiue procedatur per
viam accuſationis, ſiue per viam inquiſitionis ſem-
per caoſæ criminales ſunt biennales, vt tenet Bald.
in l. fina. C.vt intra cert. tempus, & tradit Thomas
Grammati.in voto.xxxj. incomprehenſibilis, nu.6.
vbi latè babetur de hoc.nec eſt verùm in facto quòd
cauſa fuerit habita pro derelicta: quia imò ante-
quam attentaretur per cameram fuerunt tranſ-
miſſæ citationes pro parte illorum de Paſqualettis,
& quodammodo reaſſumpta cauſa, quo caſu non
15 eſt dicendũ quòd fuerit habita pro neglecta, † quia
actus ſequens declarat qualis fuerit torentio præ-
cedens. §. Pauonum, inſtitutio. de rerum diuiſio.
cum aliis, de quibus per Decium conſil.cccclxxvj.
nume.3. vlita quòd in hoc foit variè iudicatum, vt
per Caiſſa. vbi ſuprà, fuit communi calculo vota-
tum, per cameram Ducalem attentatum fuiſſe, &
propterea ipſos de Paſqualettis in priſtinum ſtatum
reponendos.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio melioramentorum, an in executione ſen-
tentiæ opponi poſſit.*
2 *Rationem reddere qui tenetur, poteſt depoſitum fa-
cere in vno nummo cum proteſtatione tamen, quòd
ſi apparebit in plus teneri, ſoluet.*
3 *Soluere qui tenetur an liberetur dando fideiuſſo-
riam cautionem.*
4 *Actio cui conceditur, multo magis & retentio.*
5 *Condemnatus ſoluere melioramenta vel aliud de-
bitum non liquidum an liberetur præſtando cau-
tionem.*
6 *Limitatio ad text. in l. iiij. §. ait prætor. ff. de re
iudica.*
7 *Oblatio verbalis an & quando ſufficiat.*
8 *Libellum corrigens non auditur niſi refectis expen-
ſis liquidis.*
9 *Fideiuſſorem qui liberare promiſit ab obligatione,
an cautionem præſtando illum liberet.*
10 *Conductor an poſſit vti retentione rei conductæ pro
melioramentis factis.*
11 *Executio an impediatur præſtitis fideiuſſoribus de
ſoluendo melioramenta.*
12 *Verbum ſoluere, quid importet, & quomodo veri-
ficetur.*
13 *Exceptio dicitur requirens altiorem indaginem,
quando eſt quæſtio facti.*
14 *Probatio in promptu quæ dicitur.*
15 *Exceptiones quæ cum ſententia ſe compatiuntur,
poſt ſententiam admittuntur.*

CONCLVSIO LXXVII.

CApta foit tenuta bonorum, de quibos in ea per
magnificam d.Bartholomæam à Sacrato, iuxta
formam ſtatutorũ Ferrariæ, pro libris mille & quin-
gentis ad computum reſtitutionis dotis ſuæ, & fue-
runt commiſſæ ſobhaſtationes, & in fine ſubhaſta-
tionum pars aduerſa oppoſuit adeſſe melioramenta
ſoper ipſis bonis, & pro eis ſibi licere bona ipſa reti-
nere. In contrarium dicebatur aſſerta melioramenta
non eſſe liquida, & facto depoſito de certa quãtitate
fuit præſtita fideiuſsio de ſoluendo ipſa meliora-
menta eis liquidatis. dubitatum fuit an ſtante fide-
iuſsione præſtita debeant ipſa bona ſubhaſtata deli-
berari, iuxta formam ſtatororom Ferrariæ, vel liceat
dicta bona retinere, donec liquidentur, & effectua-
liter ſoluantur ipſa meliotamenta. dicebatur qoòd
iſta exceptio melioramentorũ debet impedire ſub-
haſtationem, donec fuerint liquidata, & ſolura, † quia 1
talis exceptio melioramentorum poteſt opponi in
executione ſententiæ, licet poſſeſſor ſit condemna-
tus ad reſtitutionem rei nulla facta mentiooe melio-
ramentorum, & poteſt illa probare, & tem retinere,
donec ei ſoluantur: quia non impugnat ſententiam,
nec dicit eam malè latam, imò bene: ſed habere ra-
tionem propter impenſas, ita Bart.in l.in fundo, in fi.
no.16.de rei vendi.Paul.de Caſt.conſil.xvij.in caoſa
quæ vertitur, in fi. Iaſ.in l.j.col.penul.verſi.ſecoodò
infero. C.de iur. & fact.igno.vbi allegat Spec.in tit.
de execu.ſent. §.poſtremò, verſic.quid ſi bona fide
ædificaui, & in tit.de except.§.dicto, verſi.ſed pone
ædificaui.Coro.conſi.cxlvij.col.penul.ij.vol.cum ſi-
milib. vt per Negu.de pign.in iiij.membro quintæ
par.nu.10.ſecunda concluſione per Tiraqoell.de re-
tracto cõuentionali.§.vij.gl.j.nu.24.char.967.nu.14.
verſi.nonò declara, † & licet vbi quis reoetur ratio- 2
nem reddere quæ importat reliquorum conſigna-
tionem.l.cum ſeruus, de cond.& demon.propter ob-
ſcuritatem, & ante liqoidationem poſsit præſtare ſa-
tiſdationem depoſitato vno nummo cum proteſta-
tione quòd ſi apparebit in plus teneri quòd ſoluet.
l.ſtatuliber rationem, in princi.de ſtat.lib.Angel.&
alij in l.iiij.§.ait prætor, de re iudi.Iaſ.in l.j.col.j.verſ.
nota tamen in hoc pulchram doctrinam, qui ſatiſd.
cogan.& io l.quod re, in quinto oota.ſi cert.peta ta-
men ſecus eſt quando quis tenetur noo reddere ra-
tionem quæ ſooat in factũ principaliter, vt d.l.cum
ſeruus. ſed dare vel ſoluere, prout eſt ille qui tene-
tur ad refectiooem meliorameotorum, quia repelli-
tur oiſi ſoluat. d.l.in fundo, de rei vendi.in fin.& l.ſi
area, in fin.de condit.inde.facit l.ſi oon ſortem. §.ſi
centũ, eo.tit. † & qui ſoluere teoetur debet implere 3
ſpecificè, nec ſufficit dare fideioſſorem, d.l.iiij.§.ait
prætor, de re iudi.d.l.ſtatuliber rationem.§.fi.Nego.
in primo membro quintæ partis, nu.4.& Tiraquell.
de retractu lignag.§.iij.glo.iij.nu.14.char.407.& ita
in terminis noſtris declarat hanc materiam, declarat
Paul.de Caſt.conſil.cccxxij. col.iij.io antiquis, aliâs
conſil.cclxx.viſo puncto, in nouis, in ij.volu. Roin.
cooſi.lxxxiiij.nume.16.j.vol.& Tiraquel.de retractu
conoen.§.vij.ſuprà allegato, glo.j.ou.13.verſi.octauò
declara, col.dcccclxvj.à tergo, & qoanuis tex.in d.§.
ait prætor, limitetur per Doctores ibi procedere vbi
debitum eſt liquidum, vbi verò non eſt liqoidum
velint quòd imò condemnatus poſsit deponere, &
date

dare fideiuſſores,vt ſuprà,vt ibi per Ripam num.7.
tamen exemplificant in caſu Angeli, ſcilicet in con-
demnato reddere rationem,vel ſecundum Ruinum
in dicto conſi.lxxxiiij. nume.17. illud procedit, quia
edictum prætoris ſimpliciter loquitur, quòd con-
demnatus ſoluere teneatur: vnde debet intelligi
quando debitum eſt liquidum, non autem debet re-
ferri ad non liquidum: ſed quando ſpecialiter &
expreſsè pro debito non liquido lex requirit ſolu-
tionem fieri, prout eſt in materia melioramento-
rum, quæ de ſui natura non eſt liquida, tunc non
ſufficit cautio, licet debitum non ſit liquidum,quia
ex quo lex requirit ſolutionem non ſufficit fideiuſ-
ſio, per iura de quibus ſuprà, & hæc opinio videtur
comprobari ex vna ratione, quia facienti impenſas
in re aliena conſtituitur ius in ipſa re. l.creditores.
§.j.de furt.l.ſi is qui rem.eod.titu.& ratione talis iu-
ris etiam contra dominum ſibi conceditur actio
furti,vt ibi,vnde non videtur congruum quòd pro-
4 pter cautionem quis priuetur hoc commodo, † & ſi
conceditur actio multò magis retentio, quia faci-
lius permittitur retentio, quam actio l.per retentio-
nem.C.de vſu.l.ij.& vbi Bald.in iij.notab.C.de fide-
iuſſ.Cor.conſi.cclxxxij.colum.penulti.ad fin.vol.iiij.
Decius conſil.cccxcviij.nume.4.& ſic videtur, quòd
prius fieri debeat liquidatio, & ſolutio meliora-
mentorum antequàm fiat reſtitutio rei vel execu-
tio ſententiæ.

5 In contrarium † quòd imò ſufficiat cautio cum
depoſito, quando melioramenta non ſunt liquida,
facit, quia non eſt bona illa ratio Paul.de Caſt.Rui-
ni, & Tiraquel. quòd ſit differentia an quis tenea-
tur reddere rationem, vel ſoluere debitum quando
debitum non eſt liquidum, quia imò eſt vnum, &
idem, & vtroque caſu debet ſufficere cautio, nam
etiam iuſſus reddere rationem, dicitur eſſe iuſſus
ſoluere reliqua,adeò quòd conditio reddendi ratio-
nem in dando conſiſtit principaliter, non autem in
faciendo quidquid dicat Pau.de Caſt.vbi ſuprà,quia
factum ordinatur ad dationem,ita Barto.in d.l.cùm
ſeruus,& plenius Sozi.in l.quãuis,in prin.de condi.
& demonſtra.& ita conſiderat Iaſ.in d.l.j.qui ſatiſd.
cogan.quòd condemnatus reddere rationem intel-
ligitur condemnatus, vt reliqua ſoluat, & ponit
Neap.deciſi.clvij.nume.'.ſicut ergo taliter condem-
natus vel aliter obligatus reddere rationẽ,reddere
admittitur,ſi velit præſtare cautionem.ita etiam de-
bet admitti condemnatus ſoluere melioramenta,
6 vel aliud debitum non liquidum cùm idem ſint.† Et
propterea non immeritò doct.limitant tex.in d.§.ait
prætor, non procedere in debito non liquido,& li-
cet exemplificent in cõdemnato reddere rationem,
tamen exempla non reſtringunt regulam.l.regula.
§.fin.ff.de iur.& fact.ign.& ideò Tiraquel.de retra-
ctu,lign.§.iij. glo.iij.col.ccccvij.nume.15.ſimpliciter
limitat regulam prædictam, quòd qui tenetur ſol-
uere non liberatur dando fideiuſſores, procedere
cùm pretium eſt certum, & liquidum aliâs ſatis ſit
7 offerre ſatiſdationem, vt ibi per eum: imò † quando
non ageretur de conſequendo actionem,ſed de eui-
tando pœnam, vel moram,vel aliud damnum ſuffi-
ceret verbalis oblatio, vt dicit Ripa in d.§.ait præ-
tor, nu.8. Negn.de pign.in ij.parte iij.membri quin-
tæ partis principalis,num.4.& ſequen.& Tiraquel.
de retract.lignag.§.j.gloſ.xix.nume.3.colum.ccclxxj.
vbi allegat ad idem Rip.in l.ſi inſulam, colum.xiiij.
nume.67.de verbo.obliga.poſt Aret.conſil.clxiij.ex
qua re deprehenditur quòd Tiraquel.fuit ſibi con-
trarius,nam in loco ſuprà allegato, colũ.dccccl xvij.
num.13.dicit quòd vbi agitur de euitanda mora ſuf-
ficit offerre fideiuſſorem, & colum.ccclxxj.nume.3.
dicit ſufficere verbalem oblationem,ſine fideiuſſo-
rem. Secundò ad idem videtur deciſio Bald.conſi.iij.
per ſtatutum terræ Gualdi, in fi.lib.ij.quam refert
& ſequitur Decius in l.edita, nume.94.C.de eden.
vbi dicunt,quòd † licet qui corrigit,ſeu emendat li- 8
bellum non audiatur ſi velit agere, niſi refectis ex-
penſis, & eis ſolutis reo, etiam vſque ad minimum
quadrantem , tamen id intelligitur de expenſis li-
quidis,de non liquidis autem admittitur ſatiſdatio,
ergo idem in ſolutione melioramentorum,quia ex-
penſæ litis non magis ex ſui natura ſunt liquidæ
quàm ſint melioramenta. Tertiò † facit id quod 9
voluit Alexan.in l.ſi pater,C.de collat.& in l.facere,
ſoluto matrimonio, poſt Bartolum in l.quid autem.
§.j.de conſtit.pecu.quem allegat in reportatis anti-
quis, quòd quando quis tenetur alium liberare,vel
extrahere de obligatione qua pro ipſo teneretur, ſi
quidem debitum eſt liquidum tenetur ſoluere, ſi
autem nõ eſt liquidum ſufficit præſtare cautionem,
quartò in terminis hoc videtur decidere Goz.conſi.
c.nume.21.& ſeq.vbi facta tranſactione quòd ſol-
uantur melioramenta conductori,& ipſe renuntiet
locationi:dicit † quòd licet conductor poſſit vti re- 10
tentione donec ſibi ſoluantur melioramenta,tamen
quando eſt data fideiuſsio ſibi de ſoluendo debet
res relaxari, per d.l.ſtatuliber rationem, & quamuis
contrarium decidat in caſu ſuo, tamen ideo ibi eſt,
quia partes fecerunt compromiſſum ſuper æſtima-
tione melioramentorum, & per laudum erat facta
æſtimatio & liquidatio,ſed dubitabatur an laudum
valeret, & ideo dicit ipſe quòd d.l.ſtatuliber ratio-
nem,procedit quando eſſet dubium in facto,vt quia
liquidanda forent melioramenta, ſed in quæſtione
ſua erat dubium in iure,an valeret laudum,ſed pre-
tium melioramentorum erat declaratum,ideo con-
ductor non cogitur accipere fideiuſſorem,vt ibi per
eum,nu.25.qui allegat Sozi.conſi.xc.nu.20.volu.iiij.
qui idem dicit ſuper damnis & intereſſe quando eſt
facta declaratio per arbitratorem,& iſtam differen-
tiam an quid ſit incertum de facto,vel de iure in ter-
minis iſtis an fideiuſsio ſufficiat, facit etiam Corn.
conſi.cclxij. in fi.volu.iiij. & Negn.in d.ij.parte iij.
membri,quintæ partis principalis,num.5.quos non
allegat Goz. Quintò facere videntur dicta † per 11
ipſummet Paul.de Caſt.d.conſi.cclxx.vbi concludit
in caſu ſuo quòd non eſt facienda executio præſtitis
fideiuſſoribus de ſoluendo melioramenta, propter
verba ſententiæ clara quæ dicebant ſolutis prius ex-
penſis melioramentorum, quia vult quòd fiat ſolu-
tio priuſquam executio & relaxatio ſortiatur effe-
ctum,ex quo exceptio prouenit ex re ipſius ſenten-
tiæ,vt ibi per eum,ergo vbi non eſſet talis ſententia,
fateri videtur quòd fieret executio præſtitis fideiuſ-
ſoribus,ad idem facit etiam Negn.vbi ſuprà,in d.iiij.
membro, quintæ partis, nume.10. vbi refert dicta
Paul.de Caſt.& ſubdit quòd ſi non eſſent dicta ver-
ba in ſententia,videlicet ſolutis prius melioramẽtis

fortè eſſet dicendum contrarium, ſcilicer quòd imò fieret executio datis fideiuſſoribus per ea quæ habentur, in d.§.ait prætor, & in d.l.j.qui ſatiſda.cog. vult tamē dictum Pau.habere locum etiam ſine illa dictione in ius, quando eſſent ablatiui abſolnti, videlicet ſolutis prius melioramentis, vel ſi conditionaliter diceretur ſi ſoluantur melioramēta, ſed quando nihil dicitur de melioramētis, prout in præſenti caſu omnes videntur fateri habere locum & ſufficere ſatiſdationem: poſſet etiam pro confirmatione prædictorum ponderati vna pulchra declaratio ad dicta Paul.de Caſt.in d.conſil.cclxx.vbi concludit in caſu ſuo quòd non eſt facienda executio præſtitis fideiuſſorihus de ſoluendo melioramenta propter verba ſententiæ clara, quæ dicebant ſoluta prius æſtimatione melioramētorum impenſarum iure deducendorum, & iſta declaratio deſeruiet etiam ad dicta
12 Neuge.& Goz. † Nam verbum ſolutionis ſimpliciter prolatum duplicem habet ſignificatum, ſcilicet ſtrictum pro actuali ſolutione, & latum pro qualiber ſatisfactione, ita quòd etiam ſatiſdationē comprendere poteſt niſi adiiciatur quantitati & pecuniariæ præſtationi.l.ſi rem.§.omnis, de pign.act.l.ſolutionis verbum, & l.ſatisfactio, de ſolu.l.ſoluendo.l.liberationis, & l.ſolutionis, & vbique Alciatus, de verbo. ſignific.Barba.conſil.xv.col.j.volu.ij. Cagn.in l.plus cautionis.nume.4.& l.nemo dubitat, nume.1.& ſeq. de reg. iur. aut igitur refertur ad debitum liquidum & ſtrictè debet intelligi & cautio non ſufficiet, vt d. §.ait prætor.cum aliis ſuprà allegatis, aut refertur ad debitum non liquidum, prout ſunt melioramenta, & tunc quia non poteſt interim fieri aliter ſolutio niſi per modum ſatiſdationis. largè accipitur, & in ſatiſdatione verificatur, vt d.l.ſtatuliber rationem, & videtur quòd iſto caſu licet ſententia diceret ſolutis melioramentis ſeu impenſis, prout in caſu d.l. in fundo, in fi.quòd ſufficeret ſatiſdatio, & etiam licet adeſſet verbum prius ſolutis melioramētis, quia ſatiſdatio eſt in modum ſoluendi debitum non liquidum, & hoc patet eſſe verum ex dictis Deci.in d.l. ædita, poſt Bald.per eum allegatum, vbi dicit quòd ille non poteſt agere niſi prius ſolutis expenſis, & tamen ſubdit ſufficere ſatiſdationem quando non ſunt liquidæ, ſi autem ſolutionis verbum adiiceretur quantitati ſeu pecuniæ, & tunc videtur quòd etiam ſi debitum non eſſet liquidum non ſufficeret ſatiſdatio, ſed prius deberet fieri liquidatio & actualis ſolutio, niſi aliter creditor foret contentus.d.§.ait prætor.& d.l.ſtatuliber rationem.§.fi.d.l.ſi non ſortem. §.ſi centum, ita Cagn. in d.l.noſtro, dubitat, nume.3.& Alciat.d.l.liberationis, de verb.ſignific.& in iſtis terminis loquitur Pau.de Caſt.d.conſi.cclxx. quia in caſu ſuo ſententia non dicebat ſolutis melioramentis, ſed ſoluta prius melioramentorum æſtimatione, vt ſuprà, ita non loquitur Negnſa.in d.iij. membro, nume.6.char.cxvj. tunc enim apparet eſſe de mente ſententiæ, quòd debeat fieri liquidatio & ſolutio priuſquam fiat executio: quia pecunia ſeu æſtimatio aliter ſolui non poſſet, ſed in præſenti caſu ſumus in ſimplici exceptione data à lege quòd pro melioramentis ſeu impenſis eſt licita retentio, & ſic pro debito non liquido, ideò videtur quòd ſatiſdatio debeat ſufficere, poſtremò ex quo ſumus in impediendo executionem ſententiæ, dato quòd ſatiſdatio non ſufficeret, tamen ſaltem videtur quòd probationes eſſe debeant in promptu pro liquidandis melioramentis, aliter hæc exceptio non impedit executionem ſententiæ, ita Bald.conſil.clxxvj. lib.j. quem allegant Crauetta, in conſil.incipien.in cauſa Francolini, idem Goz.d.conſi.c.nume.21.vbi ponde-
rat † quòd eſt exceptio quæ requirit altiorem inda- 13
ginem quando eſt quæſtio facti, & etiam idem vult Pau.de Caſt.in d.conſi.vbi ita arguit quòd iſta exceptio tanquam ſit altioris indaginis non debet impedire executionem ſententiæ, per ea quæ habentur in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper, de re iud.& habetur, in l.iiij. §.condemnatum, eo.tit.& licet in caſu ſuo concludat contrarium tamen reſidet quòd illud eſt quia exceptio prouenit ex tenore ſententiæ præſenti caſu non
apparent probationes in prōptu, prout † eſt quando 14
reus habet inſtrumenta in manibus, vt dicit Decius, conſi.cccxxiiij.num.7.& exceptio de ſui natura requirit altiorem indaginem, ex quo in eius cognitione venit ſubtilitas, vt in ſimili dicit Aret.in §.in bonæ fidei, inſtit.de except.& Soz.conſi.lix.col.ij.volu.iiij. & ideo videtur quòd reus verbo ſe offerat incontinenti probare non debet admitti: vt in ſimili dicit Ripa, in d.§.condemnatum, nume.14.Barbat.in ca.ex parte, el ij. ij.col.de offic.delegat.ſed hoc vltimum non videtur bene adaptari in præſenti caſu, quia docto.qui dicunt exceptiones quæ proponuntur ad impediendum executionem ſententiæ debere probari incontinenti, loquuntur de exceptionibus quæ impugnant ſententiam, vt in exceptione nullitatis, vel reſtitutionis in integrum, & in hiis terminis loquuntur docto.in d.§.condemnatum, ſecus de exceptionibus quæ compatiuntur cum ſententia, qualis eſt iſta, quæ non impugnat ſententiam, vt ſuprà dictum eſt, & vltra prædicta hoc tradit Ripa, in l.vbi purè.§.in diſtrahendis, col.ij.verſic.amplia tertio, ad
Treb. † tales enim exceptiones quæ cum ſententia 15
ſe compatiuntur indiſtinctè poſt ſententiam admittuntur. l.Neſennius, in fi.de neg.geſt.l.rei iudicatæ. §.ſi in iudicio, & latè Alexan.col.j.& ij.ſolu.matri. Et quia in præſenti cauſa per primum iudicem appellationum fuit pronuntiatum bona deliberari debere plus offerenti ſtante depoſito & fideinſsione præſtita, & pars appellauit ad Magnificū conſilium iuſtitiæ: propterea conſiliū Ducale inclinauit in hanc partem, vt pro nunc ſufficiat depoſitū & fideiuſsio attento quòd melioramenta non ſunt liquida, & pronuntiauit talem appellationem non deuoluere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia reuideri poteſt quando denegatur remedium ordinarium appellationis.*

2 *Terminus probationis an poſsit ſtatui in cauſa reuiſionis, ſicut in cauſa appellationis.*

3 *Supplicatio propriè non inducit litis pendentiam, nec reſcindit iudicatum ſicuti appellatio, & nu.11.*

4 *Supplicatio ſeu reuiſio eſt appellationis ſpecies.*

5 *Reuiſionis cauſa eſt ad inſtar cauſæ appellationis.*

6 *Duo vbi ſunt æquiparata à iure veteri, lex noua diſponens ſuper vno cenſetur idem diſponere ſuper altero.*

7 *Terminus in cauſa reuiſionis, ad probandum ſtatui debet, & quod deductum non eſt deducitur, & non probatum probatur.*

8 *Appellat

8 *Appellationis & reuiſionis differentia.*
9 *Exceptio firmat regulã in caſibus non exceptuatis.*
10 *Cauſa reuiſionis quomodo ſit expedienda.*

CONCLVSIO LXXVIII.

LAta ſententia in quadam cauſa à qua ex indulto principis non poterat appellari, habitus fuit recurſus ad principem & obtentum cauſam reui-
1 deri † ſicut fieri poteſt de iure quando denegatur remedium ordinarium appellationis, vt in l.j.C.de ſenten.præfect.prætor.Abb.in ca.ex literis, per illum tex.in iiij.no.de reſtit.in integ.& in auth.quæ ſuppo.
2 C.de prec. imp.off.dubium erat † an poſsit peti in cauſa reuiſionis ſtatui terminum probatorium & procedi ſicut in cauſa appellationis proceditur, vel reuideri debeat iuſtitia, vel iniuſtitia illius ſententiæ ex eiſdem actis quæ facta ſunt coram iudice qui tulit ſententiam, prout videntur ſentire verba reſcripti, dum committitur reuiſio ſententiæ, item quia vbi denegatur appellatio & conceditur reuiſio
3 ſententiæ, per viam ſupplicationis, talis † ſupplicatio propriè non inducit litis pendentiam, nam non reſcindit iudicatum ſicuti appellatio, vt dicit Bald. in d.auth.quæ ſupplicatio, in ij.not.propterea videtur quòd terminus qui aliàs aſsignari debet in cauſa appellationis, ex forma ſtatutorum non habeat locum in cauſa reuiſionis, vt de pragmatica quadam, dicit non ſeruari in cauſa reuiſionis Afflict.deciſio. ccxxxj.dicit regiatum, vbi dicit ita ſemper fuiſſe ob-
4 ſeruatum, in contrarium facit † quia ſupplicatio ſeu reclamatio ſeu reuiſio conceſſa eſt quædam ſpecies appellationis, l.non diſtinguemus. §.cum quidam, de arbitr. per quem text. Angel.in l.ex conſenſu, colum.iij. verſicu.tu addas, de appella.dixit quòd ſupplicatio ſeu reclamatio eſt loco appellationis im-
5 propriè, † & dixit Afflict.in d.deciſio.ccxxxj.quòd cauſa reuiſionis eſt ad inſtar cauſæ appellationis, allegando Specu.in titu.de appella.§.ante fi.ergo ha-
6 bet locum regula † quòd vbi duo ſunt æquiparata à iure veteri, lex noua diſponens ſuper vno cenſetur idem diſponere ſuper altero, l.vt tantum, de ſeruit. corrupt.iuncta l.ſiquis ſeruo perſuaſerit, cum gloſſ. C.de furt.quod procedit ſi eſt facta æquiparatio in illa materia licet non ſit facta in illo indiuiduo: vt declarat Ripa, in d.l.ſi conſtante, nume.51.ſol.matt. & in cauſa appellationis ex forma ſtatutorum ſtatui
7 debet terminus ad probandum, † ergo pariter in cauſa reuiſionis & quod non eſt deductum deducam & quod non eſt probatum probabo in cauſa appellationis, l.per hanc, cum ſimilib.de tempo.app.
8 ergo idem in cauſa reuiſionis. Et licet † cauſa reuiſionis & cauſa appellationis in multis inter ſe differant, vt per Specu.vbi ſuprà, & latius per Marant.in ſuo Speculo, in ij.parte ſextæ partis principalis, in ij. actu, char.175. à tergo, vbi ponit octo differentias, tamen non reperitur quòd in hac cauſa reuiſionis differat à cauſa appellationis, videlicet, vt cognoſci & reuideri debeat tantum ex eiſdem actis non ex
9 aliis fiendis, ſicuti fit in cauſa appellationis † & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis. l.nam quod liquidè. §.fina. de pen.leg.l.generali.§. vxori.de vſuf.leg.cum ſimilib.de quibus per Cagno. in l.j.nume.25.de regu.iur.& vnius excluſio eſt alterius incluſio.l.cum prætor, de iud.l.maritus.C.de procurat.cum ſimilib. Vltimò pro hac parte † quòd 10
debeat procedi ordine iudiciario in hac cauſa reuiſionis, & ſtatui debeat terminus & alia fieri debeant quæ fiunt in cauſa appellationis, videtur tex.ad literam, in d.c.ex literis, in fi.de reſtitu.in integ.ibi, ordine iudiciario cognoſcentes, confirmetis, vel infirmetis ſententiam, ſicut iuſtum fuerit, & ibi Abb.expreſsè in vlti.not.nume.6.hoc not.dicens tene menti quòd in cauſa ſupplicationis proceditur ad confirmandum, vel infirmãdum ſententiam, ſicut in cauſa appellationis, vt expreſsè colligitur ibi ex fi.literæ. nam reſtituitur per ſupplicationem ac ſi appellaſſet, æquipollet enim in hoc appellatio ſupplicationi, & non obſtat quod dicit Bald.in d.auth.quæ ſupplicatio, quia loquitur quo ad impediendum executio-
nem, nam † ſupplicatio, ſeu reuiſio non inducit litis 11
pendentiam, vt impediri poſsit executio ſi præſtatur fideiuſsio quando petitur reuiſio, intra x.dies, poſt latam ſententiam, vt in d.auth.quæ ſupplicatio, vel quãdo etiam petitur intra triennium non impeditur executio etiam ſine fideiuſsione, vt habetur, in d.l.j. C.de ſenten.præfect.prætoris, & ita fuit votatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur in cauſa poſſeſſorij de iure canonico, fallit tamen, & infra nume.6.*
2 *Probatio plena non requiritur in poſſeſſorio extraordinario & ſummario, nec libellus, nec diffinitiua ſententia.*
3 *Poſſeſſorium ſummarium ad quid ſit inuentum.*
4 *Officium iudicis quale eſſe debeat, quando duo ſuper poſſeſsione contendunt.*
5 *Poſſeſſorium momẽtaneum & extraordinarium non habet longiorem vitam quàm ipſa lis.*
7 *Sententia lata in iudicio extraordinario dicitur interlocutoria.*
8 *Reſtitutio in integrum non datur in remedio poſſeſſorio extraordinario nec teſtium repulſa.*
9 *Reſtitutio in integrum non prohibetur in poſſeſſorio ordinario licet appellatio prohibeatur.*
10 *Iudex quando pronũtiat perſonam eſſe legitimam, quæ non eſt, poteſt appellari.*

CONCLVSIO LXXIX.

MOta lite per Illuſtr.do.Galeaccium Gozagam contra Albertum Rizardinum hoſpitem in laco põtis lacus ſcuti, occaſione datij Becariæ, quod datium ipſe Rizardinus conduxerat à camera Ducali, & cuius affictũ aſſerebat ſibi deberi, prædictum domi. Galeaccius tanquam cauſam habens à dicta camera, & in qua lite prædictus Rizardinus nominauit in dominam Illuſtr.dominam Dianam Eſtenſem Magnifici domi.factores de conſilio Magnifici domini Ludouici Catti eorum conſultoris pronuntiarunt Illuſtr.domi.Dianam admittendam eſſe in eo iudicio, ipſum tamen illuſtr.domi.Galeaccium ſuo & nomine Ducalis cameræ à qua cauſam habuit continuare debere pendente lite in quaſi poſſeſsione exigendi datium hoſpitij Becariæ. Ab hac pronuntiatione vtrinque fuit interpoſita appellatio, contigit dubi-
tari primò † an ab illo poſſeſſorio extraordinario 1
ſuper quo pronuntiarunt factores potuerit appellare, pro parte domi. Dianæ dicebatur poſſe appellari ſaltem de iure canonico quod debet ſeruari in

ciuitate Ferrariæ quæ eſt de patrimonio Petri & ſic
eccleſiæ, cùm de tali iure à ſententia lata ſuper poſ-
ſeſſorio appellatur ſecundum communem opin. vt
tradit Abb. in c. cùm ad ſedem, col. xj. verſi. aut quæ-
ris de iure cannnico, de teſtitut. ſpolia. cum ſimilib.
Decius in conſi. xx. col. iij. quod procedit etiam ſi eſ-
ſemus in interlocutoria lata in iudicio poſſeſſorio,
Bald. in l. vnica. col. j. & Sali. ibi, C. ſi à moment. poſſ.
fuerit appel. quia de iure canonico quidquid ſit de
iure ciuili ab interlocutoria appellatur. ca. ſuper eo,
& ca. vt debitus, de appel. & à quocunque grauami-
ne etiam 10 minimis appellatur. ca. de appellationi-
bus, de appel. & ita communem opin. plures tradunt
quos refert Zuccardus, in l. fin. C. de edi. diu. Adria.
tol. nume. 394.

In contrarium facit, quia doctores ſuprà citati
loquuntur in poſſeſſorio ordinario iudicialiter in-
tentato, in quo ſi feratur ſententia dicitur diffiniti-
ua, vt per docto. in l. vnica, & ab ea poteſt appellari
de iure canonico ſecũdum communem opinionem,
2 ſecus videtur † dicendum in hoc poſſeſſorio extra-
ordinario, & ſummario, in quo nõ requiritur plena
probatio: ſed ſummaria, nec requiritur libellus, vel
litis conteſtatio, nec ſententia diffinitiua, ſed inter-
3 locutoria tantum, † & quod fuit inuentum ne lite
pendente ſuper proprietate, vel poſſeſsione partes
deueniant ad aliquã rixam, & vt ſciatur quis actor,
& quis reus eſſe debeat, vt declarant Bald. & Paul.
de Caſt. in l. ordinarij, colum. penulti. & fin. C. de rei
vendica. idem Pau. conſi. iij. in cauſa quæ vertitur co-
ram vicario, volu. ij. Curt. ſenior conſi. lxj. ſuper eo,
4 colum. fina. † & imploratur officium iudicis, Paul.
de Caſtro in l. Attilius Regulus, in fi. de dona. & ſo-
lum affert præiudicium lite pendente, donec fuerit
aliter ordinatum, & eſt tanquam præparatorium ad
finem alterius iudicij inſtitutum, & momentaneum
aptitudine, vt inquit Cagno. in l. in pari cauſa, nu. 6.
de reg. iur. & dicit Imol. in cap. cùm veniſſent, de in-
5 ſtitu. † quòd non habet longiorem vitam, quàm ha-
beat ipſa lis, & fuit tantum ad ordinãdum iudicium.
6 l. libertis, in fi. de lib. cauſa. & quòd etiam † de iure
canonico ab interlocutoria lata in hoc poſſeſſorio
extraordinario ſummario non poſsit appellari, ſal-
tem quo ad effectum ſuſpenſiuum eſt caſus expreſ-
ſus in cap. fin. §. de poſſeſ. ij. quæſtio. vj. vbi ponuntur
hæc verba formalia. De poſſeſsione etiam, & eius
momento ſi cauſa dicatur, quæ ſententia interlocu-
toria appellatur, quanuis appellatio interpoſita fue-
ſit, tamen lata ſententia ſortiatur effectum, & licet
ibi gloſ. & Abba. in d. cap. cùm ad ſedem, dicant in
contrarium eſſe communem opinionem, tamen ſi
rectè inſpiciantur, loquuntur de poſſeſſorio ordi-
nario. & non de hoc poſſeſſorio extraordinario, de
quo voluit intelligere Gratianus dum in eo text. re-
giſtrauit, & canonizauit d. l. vnicam, quia illi legi ad-
didit illa verba, quæ ſententia interlocutoria appel-
latur, & non appoſuit illa verba ex capite ſuo, vt di-
xit ibi Archidia. ſed potius cum grano ſalis, ad oſten
dendum quòd nolebat intelligere de hoc poſſeſſo-
rio extraordinario, & momentaneo, quod non ha-
bet longiorem vitam, quàm habeat ipſa lis. Et quòd
de iure canonico non appelletur etiam ab iſtis poſ-
ſeſſoriis momentaneis, quæ parum durant. & quòd
ita ſaluari poſsit Gratianus, ita declarat Gratianus
in d. §. de poſſeſsione, verſi. ſed poteſt dici quòd Gra-
tianus, &c. & ibi ponit duo exempla de iſtis poſſeſ-
ſoriis parum duraturis, & momentaneis, in quibus
ſi feratur ſententia. poſsit dici interlocutoria, & non
diffinitiua, & quòd ab ea non appellatur, puta ſi iu-
dex interloquatur reſtituendam eſſe poſſeſsionem
hæredi per legatarium, ad hoc vt poſsit detrahere
Falcidiam, vel ſi interloquatur creditori rem pigno-
ratam per debitorem reſtituendam, & etiam potuiſ-
ſet hoc exemplum poſſeſſorij extraordinarij ſi de eo
memor fuiſſet, quia eadem eſt ratio, & licet Archid.
propter canonizationem illius legis vnicæ, videatur
tenere quòd etiam de iure canonico, à ſententia lata
in quolibet poſſeſſorio non poſsit appellari, tamen
contra eum eſt communis opinio, vt dixi. & in ſpe-
cie eum reprobat Abb. in d. ca. cùm ad ſedem, col. xj.
nume. 10. Et tu nouiter intellige hanc communem
opinionem, reſpectu ſententiæ latæ in poſſeſſorio
ordinario, ſecus in extraordinario, per ſupradicta:
pro qua opinione facit id quod dixit Feder. de Senis
in conſi. lxxvj. domino auditori, verſic. item ibi in in-
terlocutoria, vbi intelligit d. §. de poſſeſsione, & ca-
nonizationem per Gratianum factam habere locum,
vbi fertur interlocutoria in poſſeſſorio, non autem
diffinitiua, ita quòd ab interlocutoria etiam de iure
canonico non poterit appellari, lata in iudicio poſ-
ſeſſorio: † ſed ſententia lata in hoc iudicio extraor- 7
dinario dicitur interlocutoria, vt dixi ſuprà, & tra-
dit Aymon. Crauet. conſi. cxl. nume. 4. volu. j. Rimi-
nal. in l. ſuper poſſeſsione, C. de tranſact. Marianus
in cap. ignarus, colum. xv. de lib. oblat. Barbat. in cap.
conſultationibus, nume. 31. de offic. deleg. ergo, &c.
Et pro hac parte bene facit, quia tale poſſeſſorium
eſt extraordinarium, & tale remedium fuit inductum
ad euitandum ſcandala, & rixas quæ poſſent oriri
inter partes, occaſione poſſeſsionis lite pendente, vt
dixi ſuprà: & ideò non mirum ſi non admittitur ap-
pellatio quo ad effectum ſuſpenſiuum, etiam de iure
canonico, quia propter euitanda ſcandala multa
conceduntur, quæ aliâs non concederentur. & rece-
dimus à regulis iuris communis, vt eſt videre per
Felinum in cap. ij. de præſcript. vbi ponit trigintatria
ſpecialia, & per prædicta apparet reſponſum ad ob-
iecta, quia non procedunt in præſenti caſu, vbi re-
peritur ita expreſsè cautum, & canonizatum in d. §.
de poſſeſsione, prout etiam vidimus in d. cap. fin. §. ſi
quis, vbi canonizatur l. quiſquis. C. quorum appell.
non recipiuntur, & mandatur non poſſe appellari à
ſententia in remedio l. fin. C. de edict. diui Adria. tol.
quod habet locum etiam de iure canonico, vt per il-
lum textum, tradit Bero. in quæſt. xliiij. ſi loco loci,
nume. 3. licet aliâs de iure canonico admittatur ap-
pellatio, à quolibet poſſeſſorio.

Vltimò pro hac parte facit, quia reperitur expreſsè
deciſum, † quòd in hoc remedio poſſeſſorio extraor- 8
dinario non datur reſtitutio in integrũ, nec repulſatio
teſtium, vt habetur per Capy. deciſi. xiij. & deciſi. lv.
& Nic. Ant. Grauatius in annota. ad Veſtrium, lib. v.
c. vlti. nu. 36. & tamen facilius conceditur reſtitutio,
quæ appellatio patet, † quia ſecundum communem 9
opinionem, licet prohibeatur appellatio in poſſeſſo-
rio ordinario, tamen non prohibetur reſtitutio in
integrum, vt latè notant doct. in d. l. vnica, & valet ar-
gumentum ſi non conceditur priuilegium reſtitu-

tionis

tionis in integrum, multo magis nec appellatio, qnæ procedit non ex priuilegio, ſed de iure communi, quannis non valeat à contrario, videlicet, non conceditur appellatio, ergo nec reſtitutio in integrum, faciunt dicta per Bal. in d. l. vnica. col. iij. verſi. quæro nunquid eccleſia.

Secundò principaliter contigit dubitari, an appellatio interpoſita à dicta ſententia per illuſtr. Do. Galeaccium, in ea parte in quo fuit declaratum Illuſtriſſ. D. Dianam eſſe admittendam, deuoluat nec ne. Et videtur quòd non, tum quia eſt interlocutoria lata in iudicio poſſeſſorio per ſupradicta, tum

10 quia licet, † quando iudex pronũciat perſonam eſſe legitimam, quæ non eſt, poſsit appellari, quia continet grauamen procedendi, vt per Bald. in l. ij. q. viij. C. de epiſ. aud. & tradit Grauatius in anno. ad Veſtrij praxim, lib. iij. c. x. nu. 6. tamen quando ille qui agit contra vnum, opponit contra alterum qui comparet pro eo, non eſſe legitimum, ſiquidem poterit actor nihilominus licet admittatur illa perſona cõparens, obtinere contra eum aduerſus quem agit, ſi iudex pronunciet illum admittẽdum à tali pronuncia non appellatur, quia non continet grauamen. Ita Bar. in l. ij. in iij. q. de appel. recip. vbi in tutore hoc dicit quem iudex pronuntiat eſſe tutorem, & admittendum in iudicio hoc adiecto ratum eſſe quòd eo auctore factum erit, & dicit quòd nõ poterit appellari. Modo in propoſito ex quo Dom. Galeaccius agebat contra Albertum, & ille nominauit D. Dianã in patronam principalem, acta quæ faciet D. Galeaccius contra D. Dianam, ſine dubio valebunt contra dictum Albertum, quia obtenta ſententia cõtra D. Dianam tenebitur recognoſcere D. Galeaccium, vt declarat Pau. de Ca. in l. ij. col. iij. C. vbi in rem act. & licet Bar. in d. l. ij. in iij. quæſt. de app. recip. loquatur de iure ciuili, tamen idem videtur de iure canonico cùm nullum adſit conſiderabile grauamen, cùm eſſem electus conſultor in hac cauſa, conſului appellationem vtrinque interpoſitam quoad effectum ſuſpenſiuum non deuoluere.

SVMMARIVM.

1 *Curator adulti vel tutor pupilli an poſt litem conteſtatam poſsint inuito aduerſario procuratorem in cauſa conſtituere. & nu. 4. cum ſequen.*
2 *Tutores, & curatores æquiparãtur procuratoribus.*
3 *Procurator an reuocari poſsit poſt litem conteſtatã ſine cauſa cognitione aduerſario inuito. & nu. 5.*
4 *Tutor, vel curator ante litem conteſtatam procuratorem quando poſsint conſtituere.*
6 *Procurator qui ſubſtituit vel conſtituit procuratorem poſt litem conteſtatam, an deſinat eſſe procurator, remiſsiuè.*

CONCLVSIO LXXX.

DIV fuit dubitatum, ac variè iudicatum in ciuitate Ferrarienſi, an † curator adulti, vel tutor 1
pupilli poſt litem conteſtatam cum aliquo poſsint conſtituere procuratorem inuito aduerſario cum quo eſt litis conteſtata ad proſequendam illam li-
2 tem. dicebatur quòd non, † quia tales tutores, & curatores æquiparantur procuratoribus: vt not. Bart. per illum tex. in l. neque tutores, in ij. lectura. col. ij. verſi. venio ad tertium. C. de procura. & ibi Bald. in vlt. no. † ſed procurator poſt litem conteſtatam, non 3
poteſt reuocari, & alter conſtitui inuito àduerſario, cum quo eſt lis conteſtata non ſubſiſtente cauſa. licet procurator conſentiret, quia per litis cõteſtationem dicitur cum eo contraxiſſe, quem quaſi contractum non poteſt dominus diſſoluere inuito aduerſario, & intereſt aduerſarij, vt non reuocetur ſiue ne varietur iudicium ex mutatione perſonarum, ita dicit Pet. de Anch. in c. ij. in iij. nota. de procura. li. vj. & ibi ſequitur Gemin. in §. verum. in ver. in fin. Gloſ. idem voluit etiam Pau. de Caſt. in l. ante litem, col. j. verſi. in textu. ibi inuito procuratore. de procu. Felyn. latè in c. ex parte decani, col. fin. verſi. nota ex Glo. num. 27. de reſcrip. & allegat Abb. in c. auditis, col. iij. verſi. ſed ſaluando, de procu. ergo idem videtur dicendum in curatore qui non videtur poſſe reuocari ſeu amoueri in iudicio poſt litem cõteſtatam ab eo, inuito aduerſario. Adde de procuratore deciſ. Tholoſ. nu. 176. incip. item an procurator.

In contrarium dicebatur quòd † imò talis tutor, 4
vel curator poterit conſtituere procuratorem poſt litem cõteſtatã ſimpliciter etiam inuito aduerſario, nam licet tutor vel curator ante litem conteſtatam non poſsint conſtituere procuratorem ſoli, ſed tantum actorem periculo ſuo. l. neque tutores, C. de procura. l. j. C. de act. tut. vel cura. dan. & quia actor non auditur niſi caueat tutorem, vel curatorem ratum habiturum. l. actor, rem rat. hab. niſi tutori vel curatori data eſſet libera adminiſtratio in teſtamento, & fuerit remiſſa cautio inuentarij, quo caſu poſſunt etiam ante litem conteſtatam conſtituere procuratorem, Bald. in l. j. in ſecunda oppoſitio. C. de bon. mater. Afflict. deciſio. cclxij. fuit in conſil. poſt nu. 6. tamen poſt litem conteſtatam indiſtinctè, ex quo ſunt effecti domini litis poſſunt ſolui etiam ſine cõſenſu pupilli vel adulti. & decreto iudicis procuratorem conſtituere, vt eſt caſus apertus, & ibi not. omnes in d. l. neque tutores, & quæ lex generaliter loquitur, & non diſtinguit, an volente, vel non volente aduerſario. † Pro reſolutione animad- 5
uertendum eſt, quòd prædicta de reuocatione procuratoris poſt litem conteſtatam quæ fieri non poteſt inuito aduerſario non bene adaptantur ad caſum noſtrum: nam aliud eſt quærere, an procurator vel curator poſt litem conteſtatam poſsit reuocari ſine cauſæ cognitione, & inuito aduerſario, & tunc concludendum eſt quòd non, per ſupradicta quæ vera ſunt in iure. Aliud eſt quærere, an procurator vel curator poſsit poſt litem conteſtatam ſolus ex quo eſt effectus dominus litis, procuratorem conſtituere, vel ſubſtituere, & hoc caſu dicendum eſt quòd ſic, vt eſt caſus in dicta l. neque tutores, in fin. & in l. nulla. vbi Barto. & cæteri, & in l. quòd quis, vbi Iaſ. in iij. reg. C. de procurato. & eſt text. in c. j. de procurato. lib. vj. Curator ergo poſt litem conteſtatam poterit conſtituere alium procuratorem, nec per hoc ipſe cenſetur reuocatus, nec deſinit eſſe curator, & ita reſpondi, & iudicaui dum eſſem Conſiliarius Ducalis iuſtitiæ in ciuitate Ferrariæ, videlicet talem procuratorem conſtitutum à curatore poſt litem conteſtatam admittendum eſſe. † Nun- 6
quid autem procurator qui ſubſtituit, vel conſtituit procuratorem poſt litem conteſtatam deſinat eſſe procurator, vidi hanc quæſtionem exa-

minatam per Baldum in dicta l. quòd quis, colum. ij.verſi.ſextò quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Reus vnus debendi ſoluens, an alteri proſit.& nu.7.*
2 *Proteſtatio operatur in his quæ a voluntate noſtra dependent.*
3 *Solutio facta per vnum ex correis,ex pacto fieri poteſt quòd alteri non proſit*
4 *Acceptilatio an poſsit fieri vt effectum ſuũ ad correum non porrigat.& nu.10.*
5 *Solutio ex noua cauſa trãſactionis facta,ipſi tranſactioni eſt aſcribenda.*
6 *Creditor recipiendo partem ſuam ab vno ex correis inſolidum, inducit diuiſionem, & non poteſt alios inſolidum conuenire, ſed viriliter & pro parte ſua tantum.*
7 *Duo rei debendi quando dicantur.*
8 *Creditor habens duos reos debendi,debet eſſe vna ſolutione contentus,alioqui eius intentio reiicitur.*
9 *Acceptilatio facta vni ex correis debendi, an alteri proſit.*
11 *Promiſſor indemnitatis qui renunciauit beneficio de fideiuſſoribus,an poſsit conueniri antequàm conueniatur principalis.*
12 *Agere non poteſt ille cui eſt promiſſa indemnitas, niſi poſtquàm damnum & intereſſe paſſus eſt.*
13 *Differentia inter fideiubere, & promittere quem indemnem conſeruare.*
14 *Agere is non poteſt cui eſt indemnitas promiſſa, ſi aliunde ſe indemnem conſeruare poteſt.*
15 *Pactum ſeu ſolutio facta per aliũ cõpromiſſorem extenuans damnum & intereſſe,prodeſt etiam aliis.*
16 *Intellectus ad l.Modeſtinus.ff.de ſolutio.*
17 *Intellectus ad l.heredi.§.fi.ff.de pact.*
18 *Intellectus ad.l.Stichum.§.ſi mandato.ff. de ſolutio.*
19 *Regula l.non omnis.ff.ſi certum peta. non procedit quando voluntas eſt contraria his quæ ſunt de ſubſtantia & natura actus qui geritur.*
20 *Solutio ex cauſa tranſactionis tollit primum antiquum debitum.*
21 *Tranſactione nouatur prior obligatio.*
22 *Nouatio facta cũ vno ex reis debendi,alios liberat.*
23 *Indemnis qualiter quis conſeruetur.*

CONCLVSIO LXXXI.

5 GAſpar † Ganzarinus aromatarius non pro ſe, ſed contẽplatione,& ad vtilitaté cuiuſdam Lucretiæ de Piſtoia vxoris relictæ Antonij Mariæ Zilioli,accepit ad bonã mercationem à Hieronimo & fratribus de Sacratis libras quingintas,quæ deuenerunt ad manus prædictę Lucretiæ,& quidã Thomas Ziliolus,& Bernardus à Ciconia promiſerunt conſeruare indemnẽ,& indemnes prædictum Gaſparé, & eius bona,poſt morté Gaſparis conuenitur Marcus Ziogarinus eius hæres à prædictis fratribus de Sacratis occaſione dictarum librarũ quingentarum datarũ ad bonã mercationem eius patri, & in effectu cogitur ſoluere,& ipſis ſatisfacere integraliter,propter quòd ipſe Zingarinus paſſus eſt multa dãna.demum ipſe Zingarinus volens ſe indemnem ſeruari,egit cõtra hęredes Thomæ Zilioli, & liquidauit ſuũ damnũ, & intereſſe vſque ad ſummam librarum 1041.ad quam ſummam condẽnatur ipſe de Ziliolis,modo petitur grauamen relaxari pro dicta ſumma cõtra ipſos Ziliolos, verũ quia repertũ fuit inſtrumentũ in quo ipſe Zingarinus habuit & conſequutus fuit occaſione pręmiſſa à Don. Franciſ. de Ciconia hęrede prędicti Bernardi & correo debẽdi libras 1150. reſpondent ipſi de Ziliolis non poſſe moleſtari,quia ſolutio facta ab vno ex correis,alium liberat,tantò magis,quia fuit ſatisfactus pro ſumma liquidata,& ſi liquidabit vltra dictã ſummã, iuxta reſeruationem ſibi factã in ſententia Magnifici Cõſilij,offerunt ſe ſoluturos omne id ad quod tenẽtur de iure,& quod legitimè liquidabitur,& in effectum ipſum Zingarinum releuare indemnem,iuxta aliàs promiſſa per eorum patrem. Quæſitum fuit, quid iuris eſſet in hoc caſu,pro parte Zingarini? dicebatur quòd propter proteſtationem quæ fecit in inſtrumento,videlicet iura ſua ſalua eſſe contra Ziliolos,
quòd habentur iura ſua ſalua contra Ziliolos,† quia 2
proteſtatio operatur in his quæ dependent à voluntate noſtra,vt per Bat.& alios,in l. nõ ſolũ. §.morte. de nou.oper.nunciat.& in l. Neſennius,de neg.geſt.
† & ex pacto fieri poteſt quòd ſolutio facta per 3
vnum ex correis alteri non proſit.Bart.in l. ex duobus.in ij.q.nu.7.de duobus reis,per tex.in l.Modeſtinus,de ſol.& tex.in l.& hęredi. §. fi. iuncta l.ſeq. de
pact.† idem videtur in acceptilatione quæ eſt ficta 4
ſolutio & poteſt fieri ita, vt non porrigat effectum ſuum ad correum,vt videtur voluiſſe Bar.in d. l. ex duobus,in ij.q.& in l.ſi quis verum,de lib.legat. cui, licet in acceptilatione aduerſati videantur Are. in d. l.ex duobus,in ij. q.& in l.ij.§.ſi tamen homioem,de verb.oblig.Soz.tamen ibi Barto.defendere videtur, quamuis fortè dictum Bar. non probaretur, in d.l. Modeſtinus,vt voluit Cum.per l. iuſiurandum. §. ſi legatorum,de accep.quem refert Soz.in d.§.ſi hominem,tamen probari videtur in l.Stichum.§. ſi mãda-
to,de ſol.& per reg.l.non omnis,ſi cer.pet. † Secũdò 5
quia ſolutio quam fecit ille de Ciconia,non tantum fuit facta ex illa cauſa obligationis & promiſsionis de indemnitate,ſed etiam ex cauſa noua tranſactionis,& ideò ipſi tranſactioni aſcribi debet,iuxta l.impetratores.§.fi.de tranſact.Cur.Iunior conſ.cv.in fin. Tertiò decebatur animaduertendũ eſſe, quòd ipſe Ziogarinus,non ſolùm eſt creditor de ſumma liquidata librarum 1041. ſed etiam de ſumma liquidanda per eum in poſterum,prout cantat ſententia Magnifici conſilij,quæ reſeruat ius liquidandi, quo caſu videtur,quòd ſi Donnus Franciſcus à Ciconia,alter correus debendi, ſoluit Zingarino creditori libras 1150.videatur ſoluiſſe pro dimidia eius quod habere debebat ipſe Zingarinus,tam reſpectu ſummę liquidatæ,quam liquidandæ, quæ poteſt aſcendere ad longè maiorem ſummã,& quòd videatur ſoluiſſe pro dimidia, apparet ex verbis narratiuis in inſtrumento,dum in eo dicitur, quòd Zingarinus poſsit inchoare iudicium contra ipſum Donnum Franciſcum,& ab eo conſequi dimidiam, tam ſortis, quàm
luctorum & expẽſarum.& clarum eſt in iure † quòd 6
creditor habens obligatos plures reos inſolidum, recipiendo partem ab vno,inducit diuiſionem,& non poteſt alios deinde inſolidum conuenire, ſed viriliter & pro parte ſua tantùm,l. ſi creditores. C. de pact.& eſt doct.Bart.in.d.l.ex duobus,in j. quæſt. & tradit nouiter Bellon. vbi declarat hoc in ſuo conſi. xliiij.

xliiij.licet Andreas.col.j.& ij.ſi igitur ſoluit ille cor-
rens de Ciconia,videtur ſoluiſſe pro parte ſua,vide-
licet lib.520.pro dimidia crediti liquidati.& lib.630.
pro dimidia crediti liquidandi, item pro expenſis
damnis & intereſſe, vt in inſtrumento legitur, er-
go illi de Ziliolis qui ſunt correi debendi, tenebun-
tur & poterunt conueniri, & contra eos videtur re-
laxandum granamen petitum, ſaltem pro dimidia
7 crediti liquidati, videlicet lib.520. Ex † aduerſo di-
cebatur quòd Ciconia & illi de Ziliolis attenta pro-
miſsione per eos facta verſus Zingatinum,dicun-
tur duo rei debendi: quia idem erat quòd debeba-
tur ab vtroque,& erat vna eadémque obligatio,pa-
ritérque principaliter, & inſolidum obligati, vnde
duo rei erant.l.ij.vbi Bar.& cęteri,de duo.reis.& ma-
ximè quia non modo inſolidum,ſed etiam principa
liter in ſe ſuſcipiunt obligationem,quo caſu duo rei
dicuntur.Bar.cum quo alij tranſeunt, in l. eandem,
col.ij.& iij verſi.quintò quæro, & verſ. circa ſecun-
dum,de duo.reis,& in l.ſi paternam,in fi.C.ad Sena
tuſcon.Vell.& ſolutio facta per vnum ex correis,a-
lium liberat.l.iij.§.fi.vbi Doct.de duo.reis. §. penul.
8 inſti.eo.ti.† Et creditor qui habet duos correos de-
bendi,debet eſſe vnica ſolutione cōtentus,alioquin
eius intentio reiicitur,vt dicit Bar.in l.iij. §. vbi duo,
nu. 3. de duob.reis & bona fides non patitur, vt bis
idem exigatur.l.bonafides, de reg.iur. vbi Doc. pro-
pter quam regulā ita expreſſè in duobus reis tradit
9 Decius,ibi in primis ſuis verbis. † quod non ſolùm
procedit in vera ſolutione,ſed etiā in acceptilatione
quę dicitur ficta ſolutio.l.ſi ex pluribus , de accept.
vbi acceptilatio facta vni ex correis,prodeſt alteri,&
tradit Bar.in d.l.ex duobus , in ij.q.vbi dicit hanc ve
ritatem: quod procedere videtur, licet fieret pa-
ctum quod non prodeſſet, maximè quando ſolui-
tur totum debitum,& nulla lex reperitur, quæ con-
cedat poteſtatem vni ex correis ſoluendi & ſe libe-
randi, ita vt non proſit alteri, vt voluit Cum.in l.&
per iuſiurandum.§.ſi legatorum,de accepr. & Ang.
in l.ſi hæres pecuniam,in fi.ad Treb.Soz.& Galiaul.
in l.ſi tamen hominem,de verb.oblig.licet Barto.in
10 d.l.ex duobus, in ij. q. tenuerit contrarium † idem
& in acceptilatione facta cum pacto, vt non proſit
alteri, quicquid Bar.dicat, quia fieri non poteſt, ita
vt non proſit correo , vt per Cum. in d. §. ſi legato-
rum, Ate.in d.l.ſi ex duobus, Ang.in d.l. ſi hæres pe
cuniam, in fi. Fulg.in l.j. in fi. C. de tranſact. Iaſ. &
Guigl.in d.§.ſi tamen hominem, cum quibus vide-
tur ſimpliciter tranſire Aque. ibi & Decius , in l.j.
in fi.C.de tranſact.& eſt tex.fortiſsimus contra Bat.
in l.ij. §.finè.iij.§.nunc de effectu , de lib.legat.& te-
nuit Iaſ.in d.§. ſi hominem, qui ex mente Bar.in ac-
ceptilatione indiſtinctè concludit in duobus reis
prodeſſe correo, in aliis autem diſtinguit aut in rem
facta , aut in perſonam: ex quibus apparet hanc
communem , licet Soz. in d. §. ſi tamen hominem,
teneat cum Bar. cuius tamen conſiderationibus reſ-
pondet ibi Galiaula. & aliqua infrà ſubiiciam.
Quartò dicebatur quòd licet ex pacto poſsit dici,
quòd ſolutio facta ab vno ex correis non prodeſſet
alteri, intelligitur ipſo iure, ſed bene prodeſſe po-
teſt ope exceptionis, per reg.l.bona fides, & ita eſt
de mente omnium , in d. l. Modeſtinus, & ibi ex-
preſſè Pau.de Caſtro,col.ij.verſ.in Glo.in col. fin. in

ſi. verſicu. & econuerſo, vbi dicit quòd ſi vnus ex
principaliter obligatis, cùm ſoluit diceret, ſoluo
pro me tantùm , & meo nomine, non tolleretur o-
bligatio alterius correi ipſo iure , ſed ope exceptio-
nis. poſtremò adducebam vnum , ad quod non ani-
maduertit patronus in cauſa, videlicet, quòd in
præſenti cauſa non agitur ſimpliciter de illis duo-
bus reis debendi,de quibus loquitur Bar.in locis ſu-
prà citatis, & qui poſſunt conueniri etiam antequā
conueniatur principalis,ſed † agitur de promiſsio- 11
ne,tam per Ciconiam quā Ziliolos facta,de conſer-
uando indemnes, ſine indemnia, Zingatinū & eius
bona,ab omni eo quòd ipſe pateretur occaſione di-
ctarum lib.500.acceptatū per eum ad bonam merca
tionē ab illis de Sacrato,quo caſu tales promiſſores
licet renunciauerint beneficio de fideiuſſoribus,ta
men non poſſunt conueniri antequam conueniatur
princi palis, pro quo promiſerunt, et prius videatur
inquantum principalis remaneat dānificatus,vt eſt
doc.Bar.in l.j.C.de cōuē.fiſc.deb. li.x.& in l.quæro,
nu.4.ff.locat.† quia ille cui eſt promiſſa indemnitas, 12
non poteſt agere niſi poſtquam dānum & intereſſe
paſſus eſt,vt dicit Alex.conſ.cxcix.viſo proceſſu,nu.
3.vol.vij.per Glo.nor.in l.fin.C.de magn.cōuen.† & 13
aliud eſt fideiubere, aliud promittere quem indem-
nem conſeruare:quia intelligitur in ſubſidiu ſi prin-
cipalis non eſt ſoluendo , vt inquit Fely. in c. ex re-
ſcripto,col.ſi. poſt.nu.19.verſi.extra glo.extra de iu-
reiuran. † Et non poteſt agere cui eſt promiſſa in- 14
demnitas, ſi aliunde poteſt cōſeruare indemnem, vt
tradit idem Alexand. conſil. cxiiij.ſuper eo de quo
quæritur,col j.verſ.ij.pro hoc facit, vol. iij. per nota.
in d.l.quæro,& l.j. de conuen.fiſ. debit. Quo ſtante
quidquid ſit in aliis correis debendi dicitur quòd
iſti de Ziliolis non poſſunt conueniri occaſione pro-
miſsionis de indemnitate per eos factæ,niſi conſtet
quòd Zingarinus ſit in damno, & quòd non poſsit
aliunde ſe cōſeruare ſine dāno,& oportet quòd ſen
tiat damnū,ita & taliter quòd ſentiat diminutionē
patrimonij,& non ſufficit quòd amittat lucrū quòd
nō ſit radicatū & perfectè quęſitū,vt dicit Ale.in d.
cōſ.cxiiij.nu.1.ſed in præſenti caſu pro ſumma liqui-
data,li.1041. Zingarinus remanet ſine dāno & aliun-
de eas habuit in Donno FranciſcoCiconia ſimili cō-
promiſſore,ergo petit quòd intus habet, & non po-
teſt moleſtare occaſione præmiſſa dictos de Ziliolis.
Et licet in ſentētia fuerit reſeruatū ſibi vt poſsit li-
quidare vlteriora dāna & intereſſe,tamē ante quàm
liquidet non datur ſibi executio:quia debet prius li-
quidari damnum,& pro quanta ſumma antequā pe
tatur,vt ſibi ſoluatur:& prius non dicitur eſſe in dā-
no,vt ſuprà dictum eſt,& cùm ſua actio non tendat
niſi ad damnum & intereſſe exequendum & conſe-
quendum: † pactum ſeu ſolutio facta per alium 15
compromiſſorem , quæ extenuat damnum & in-
tereſſe prodeſt etiam aliis , vt inquit Riminal. in l.
j.in vlt.nor. C. de tranſactio. & ex hoc ſolo poſſet
reſponderi ad omnia ſuprà in contrarium adducta,
tamen ſpecialius reſpondendo non obſtat illa pro-
teſtatio facta , quia eſt contra diſpoſitionem iuris,
quod vult ſolutionem factam per vnum ex cor-
reis, alium liberari.dict.l.iij.§. fina. & proteſtatio in
his quæ dependent ex diſpoſitione iuris non opera-
tur: iuxta not. in dict.§.morte,non obſtat quòd per

pactum fieri poteſt, vt non proſit, per Doc. Bar. in d.
l. ex duobus, in ij. q. quia contra Barto. multi tenue-
runt, de quibus ſuprà, & maximè videtur vera opi-
nio in præſenti caſu, ex quo Zingarinus remanet ſi-
ne damno & aliunde ſe conſeruauit indemnem,
16 † præterea animaduertendum eſt, quòd text. in d. l.
Modeſtinus, non probat intentionem Bart. quia lo-
quitur quando ſoluens ſoluebat hoc acto, vt ſibi ce
derentur actiones contra correum, & ſic ſoluebat
non pro liberatione conſequenda, vt fuit factum in
caſu noſtro, ſed pro ceſsione habenda, & ita eſt ca-
ſus illius legis, & ibi Pau. de Caſt. & alij, & caſus, in
d. §. ſi legatorum, cum quo quantum ad hoc tranſ-
eunt Soz. & Galiaul. in d. §. ſi tamen hominem. præ-
terea licet ſolutio non proſit correo ſtante tali pa-
cto ipſo iure, tamen prodeſt ope exceptionis, vt di-
17 ctum eſt. † Non obſtat tex. in d. l. & hæredi. §. fi. quia
illa lex loquitur in pacto quòd ſolum non prodeſt
correo, & eſt ratio, quia pactum non habet vim ſolu
tionis & ideò aliud eſſe debet in ſolutione per text.
in d. l. iiij. §. nunc de effectu, de lib. leg. Non obſtat id
quod dictum eſt de acceptilatione per Bar. in d. l. ex
duobus, in ij. q. quem ſequutus eſt Soz. in d. §. ſi ta-
men hominem, quia in cõtrarium videtur cõmunis
18 opi. vt ſuprà probatum eſt, † nec minus tex. in d. §. ſi
mandato. probat intentionem Bar. quia loquitur in
mandatore cuius ſoluno ſi ſimpliciter eſt facta non
liberat principalem debitorẽ, vt inquit Pau. de Ca.
in d. §. ſi mandato, & Bar. in d. l. Modeſtinus, col. ij.
præterea ſolutio ibi non liberat alium ipſo iure, ta-
men ſi creditor ſolutum ab vno petat ab alio non li-
berato repellitur exceptione, vt per Pau de Caſt. ibi
19 & alij omnes in hoc conueniunt. † Non obſtat regu-
la l. non omnis, ſi cert. pet. quia non procedit quan-
do voluntas eſt contraria hiis quæ ſunt de ſubſtãtia
& natura actus, qui geritur, vt reſpondet in his ter-
minis Galiau. in d. §. ſi tamen hominem, circa finem.
præterea animaduertendum eſt, quòd hic non fuit
factum pactum quòd ſolutio facta per vnum non
proſit alteri, ſed tantum non fuit facta iurium reſer-
uatio contra Ziliolos, quæ intelligitur facta ſi quæ
iura competunt, vt per Felynum qui multa cumu-
lat, in c. inter monaſterium, de re iudica. ſed nullum
ius competit ſaltem pro ſumma liquidata, ergo nihil
20 operatur illa reſeruatio. † Non obſtat quòd illa ſo-
lutio cenſetur facta ex cauſa tranſactionis quia ſuf-
ficere debet quòd illa ſolutio ex cauſa trãſactionis
facta tollit primum antiquum debitum. l. & ſi ita, §.
j. de tranſact. Alciat. & Decius in l. j. C. de tranſactio.
& cenſetur etiam facta ex cauſa originaria, & obli-
gationem antiquam tollit ſaltem, vt ſolutio, vt ibi
Deci. expreſſè, & Curt. col. ij. in fin. Præterea ſi volue
21 rimus dicere, † quòd propter illam tranſactionem
cenſeatur facta nouatio prioris obligationis, iuxta
tradita per Ang. conſ. xxx. aliàs xxxj. Are. cõſ. cxlviij.
col. penul. & Decius cxxxvij. nu. 4. & conſ. ccccxcvj.
22 nu. 12. adhuc dicitur quòd nouatio † facta cum vno
ex reis debendi alium liberat. l. ſi pro vno, vbi Gloſſ.
Odoffre. Aret. & alij ad Senatuſconſul. Velleia. Non
obſtat vltimò quòd Ciconia alter correus videtur
ſoluiſſe tantum pro dimidia, quia imò ſoluit pro eo
toto ad quod tenebatur, & pro ſumma tota quam
tunc petere poterat ipſe Zingarinus, imò plus ſol-
uit, nam ſumma liquidata tantum erat de libris
1041. & ſoluit libras 1150. nec illa verba debent ha-
beri in conſideratione, dum in inſtrumento narra-
tur quòd Zingarinus potuiſſet conſequi à Ciconia
dimidiam ſortis, damnorum, & intereſſe: quia
per hoc non negatur quinetiam potuiſſet conſequi
totum propter obligationem qua tenebatur Cico-
nia inſolidum, & illa verba non præiudicant veri-
tati, ex quo apparet Ciconiam ſoluiſſe totam ſum-
mam liquidatam, & vltra. Doctrina autem Bar. ſu-
prà allegata loquitur quando de ſumma aliqua data
alter correus ſoluit tantum partem, & ſic ſumus in
diuerſis terminis. Præterea vt dictum eſt ſuprà, ex
quo ſumus in promiſſore indemnitatis ſufficere
debet, quòd ipſe Zingarinus hactenus fuerit con-
ſeruatus ſine damno, & aliunde indemnis exiſtat,
† Et ſi conſtare fecerit in aliis damnificatum, & pro- 23
babitur damnum, tunc cõueniens erit, vt etiam re-
leuetur altero de tribus modis, de quibus per Bal-
dum in l. fin. col. fin. in fin. verſicu. ſed hoc poteſt fie-
ri. C. de vſu. rei iudi. videlicet ſolutione, datis pigno
ribus vel fideiuſſoribus magis idoneis, per quos mo
dos conſeruatur quis indemnis, vt dicit Bal. not. ibi
fuit votatum per magnificum Ducale conſilium iu-
ſtitiæ non eſſe concedendum grauamen petitum cõ-
tra Ziliolos pro ſumma petita, & liquidata, attenta-
ta ſolutione facta ipſi Zingarino per Donnum Fran-
ciſcum à Ciconia alterum compromiſſorem, prout
apparet in inſtrumento in actis exhibito, declara-
uit tamen ipſos nobiles de Ziliolis teneri ad omnia
damna, & intereſſe paſſa & patienda per ipſum Mar
cum Zingarinum, occaſione de qua in actis quæ ta-
men hanc conſtare fecerit, & liquidauerit vltra ſum
mam dictatum librarum 1041.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quo minor aſſerens ſe maiorem non poteſt petere reſtitutionem in integrum.*

2 *Inſtrumentum curæ cum decreto iudicis an faciat quem præſumi minorem in præiudicium tertij.*

CONCLVSIO LXXXII.

IN cauſa † quadam quidam aſſerebat ſe minorem, 1
& volebat litigare cum curatore vti minor, & iam
ſibi decretus erat curator, opponebat reus quòd
nolebat eum admittere pro minore, ſed potius quòd
erat maior & nolebat ſibi in hoc præiudicare, quia
litigando cum eius curatore, videbatur eum appro-
bare vti minorem, & ſibi aperire viam reſtitutionis
in integrum, iuxta conſilium Bal. in l. ij. §. quòd ob-
ſeruari, col. iij. verſi. hic quæro. C. de iur. calum. ſe-
quitur Fel. in cap. cum inter. col. vij. circa. fin. verſic.
poſſet tamen, extra de excep. Cat. Cotta in memo-
rialibus, in verbo decretũ iudicis, † & licet ſoleat di- 2
ci quòd inſtrumẽtum curæ cum decreto iudicis fa-
ciat quem præſumi minorem, vt eſt dictum Bald. in
l. cum te minorem, col. ij. verſ. interdum ætas allega
tur. C. de probat. & ibi Ang. & Alex. conſi. xcij. viſo,
col. iij. verſi. item reſpondeo, nu. 13. vol. quinto, Dec.
conſi. lxxxvj. viſo puncto, col. quinta, in fi. verſic.
vlterius, vbi allegat Bald. vt ibi per eum tamen id
intelligitur ſi fuit litigatum cum eo vti curatore mi-
noris, alioqui per ſolum inſtrumentum curæ in
præiudicium tertij non præſumitur minor ætas, &
ſi aliter diceremus poſſent fieri mille fraudes, ita
Alex.

Alex.conſi.xxj.viſo proceſſu,col.ij. verſicu. ad idem tenduut verba,vol.j. vbi allegat Bald. d. §. quod obſeruari.& Salic.in l.ſi maior.C.de in integ.reſtit.Reſpondi per hanc obiectionem non retardari iudicium, & ſic procedendum ad vlteriora,ſaluis exceptionibus partium, quia ſufficit parti quòd eum non approbet vt minorem, & poterit probare eum maiorem in iudicio, & eoipſo datio curatoris erit nulla,nec pòterit ex hoc, qui aſſerebat ſe minorem, conſequi aliquam viam ad reſtitutionem in integrum,ita dicit Bald. in d. §.quod obſeruari, col.iij. ver. credens tamen, & qnòd talis exceptio non retardet proceſſum,apparet ex his quæ tradit Alex.d. conſi.xxj.col.ij.verſi.ad idem.

SVMMARIVM.

1 *Volens impedire immiſsionem, aſſerens primum teſtamentum fuiſſe reuocatum per ſecundum. poteſt hec probare per teſtes,quãdo eos habet in promptu.*

2 *Probari non poteſt incontinenti,illud dicitur, quod expediri non poteſt intra tempus quo cauſa aliàs expediretur.*

3 *Immiſsionem bonorum an poſsit quis conſequi ex teſtamento nuncupatiuo,& beneficium l.fi.C.de edicto di. Adria.tollen.*

4 *Miſsio in poſſeſsionem, an ſummario vel ordinario iudicio probari debeat.*

5 *Teſtibus duobus productis, vno per actorem, & alio per reum,debet iudex pronuntiare ad iudicium ordinarium recurrendum eſſe.*

6 *Cauſa poſſeſſorij in dubio eſt potior.*

7 *Arbitrio iudicis relinquitur quando quis dicatur habere in promptu,& poſſe incontinenti probari.*

8 *Poſſeſſor per iuſſum non amouetur de poſſeſsione, niſi prius audiatur,& ordinarie iudicio conuincatur.*

CONCLVSIO LXXXIII.

1 QVidam de †Argenta condidit duo teſtamenta, vnum in quo inſtituit certos conſobrinos hæredes, aliud poſtea in quo inſtituit certas mulieres, quæ poſt mortem teſtatoris ſteterunt in poſſeſsione hæreditatis, hæres in primo teſtamento inſtitutus prætendens ſecundum teſtamentum non valere ſub prætextu quòd fuerit confectum à notario forenſi contra formam ſtatuti Argentæ. agit remedio l fina.C.de edict.diui Adrian.tollen. & petit immitti in poſſeſsionem bonorum hæreditatis, oſtenſo teſtamento non vitiato, &c. & citatis dictis mulieribus ſi ſua putant intereſſe, opponitur pro parte mulierum de ſecundo teſtamento quòd debet præualere.§.poſteriore,inſtit.quibus modis teſt.infir.& quatenus poſſet dubitari de validitate teſtamenti confecti per illum notarium exhibet capitula, & probare intendit teſtamentum ipſum per teſtes,iuxta l.publicari. C.de teſtam.pro parte hæredis dicitur non poſſe probari per teſtes in hoc ſummario iudicio ad impediendum immiſsionem in poſſeſsionem cùm hoc requirat altiorem indaginem,ideò non admittendum in præſenti iudicio.l.ij. C.de edicto diui Adria.toll.nec releuaret etiam ſi incontinenti offer-
2 rent ſe velle probare, † quia illud dicitur non poſſe probari incontinenti, quod expediri non poteſt intra tempus quo cauſa aliàs expediretur, gloſſ. in l.ſi is à quo,in priu.vt in poſſ.legat.Deci.conſ.ccccxxiij. nu.19.& cccclxvij.nu.12. Bart. in l.iiij. §.condemnatum, ad fin. de re iudica. & in extrauagan. ad reprimen.in verſi.ſummariè. Aret. in §.in bonæ fidei. col. iij.verſi.ſed tunc inſurgit,inſti. de act. ſed immiſsio ſtatim viſo teſtamento concedi debet, examen autem non ita celeriter fieri poteſt, quia oportet formare capitula,& interrogatoria,vt declarat Bal.in d. l.publicati,col.ij.& Spe.de inſtru.edi.§.oſtenſo,verſ.
& cùm de publicatione, cum ſimili. † & ideò vide- 3
mus quòd ex teſtamento nuncupatiuo non poteſt quis conſequi immiſsionem bonorum, & beneficiũ d.l.fi.& glo.in d.l.fin. niſi poſtquàm examinauit, & publicauit, vt ibi dicit Bar.nu.17.verſi.procedo vlte-
rius.†dicebam ego dum hęc mihi allegarentur,imò 4
talia capitula admittenda, & nõ eſſe locum hoc caſu illi ſummariæ cognitioni, ſed potius ordinario iudicio, ex eo, quia tales mulieres quæ reperiuntur in poſſeſsione, & habent vltimum teſtamentum dicũtur legitimè contradictores, & ideò in tali caſu iudex debet pronuntiare non eſſe locum ſummariæ cognitioni, ſed agendum eſſe iudicio ordinario, per textum in d.l.fi.ibi, in iudicio competenti, & ita in ſpecie decidit Bar.ibi col.vj.poſt nu.21.verſic.aut ap-
paret aliquis.†Et idem concludit Ang. col.pen.dum 5
inquit quòd productis duobus teſtibus, vno per actorem, & alio per reum, iudex pronuntiabit non eſſe locum ſummario iudicio, ſed recurrendum eſſe ad iudicium ordinarium, ſequitur etiam dict. Bart. ibi, Alex.col.ix.verſi.tamen in iſto argumento,& poteſt eſſe ratio hoc caſu, quia talis exceptio eſt præpotens,& procedit ab eodem fonte teſtatoris,maximè quando reus eſt in poſſeſsione, nimirum ſi talis exceptio eſt plurimum diſcutienda,antequã poſſeſ-
ſor amoueatur à poſſeſsione ſua, † & in dubio cau- 6
ſa poſſeſsionis eſt potior.c.ex literis,de proba.§.com modum,inſtitu.de interdict. & quia hic qui exhibet ſecundum teſtamentum, & eſt in poſſeſsione habet paritatem tituli,& videtur docere tale quid,propter quòd eius intereſt quòd ſummariè non procedatur ſuper teſtamento primo, cùm ipſe habeat aliud teſtamentum ex quo liquet eius intereſſe, ne ita velo leuato procedatur,vt dixit Zuccardus in d. l. fin. C. de edict.diui Adria.tollen.nu.328. verſi. ſed tunc inſurgit difficultas.& licet Deci.in d.l.fin.col.xiij.poſt nu.42.videatur aliter ſentire,tamen non videtur curandum de eius opinione,cùm rationes quibus mouetur ſint debiles, & Angel. quem allegat loquitur quando neuter poſsidet, & in ſpecie eum reprobat Zuccardus in d.l.fin.nu.328.& in contrarium tenuerint plures doctores & magnæ authoritatis,de quibus ſuprà,nec dicatur quòd Bart. & cæteri ſentiunt hoc quando exhibeatur ſecũdum teſtamentũ quòd non patitur aliquam difficultatem, quia imò loquitur quãdo reſultaret aliqua dubietas,nam ſi clarum eſſet valere,non eſſet opus pronuntiare, recurrendũ eſſe ad ordinarium iudicium.& in terminis quòd ille qui vult impedire immiſsionem aſſerens teſtamentum primum fuiſſe reuocatum,poſsit probare talem reuocationem per teſtes quando eos habet in promptu,videtur deciſi.Bald.in d.l.fina. col.iij. verſicu. &
idem ſi diceret teſtamentum, †& quando quis dica- 7
tur habere in promptu,& poſſe probari incontinenti,relinquitur arbitrio iudicis,vt per Bart.in dicta l. ſi is à quo.Felin. in cap. exceptionem. col.xij. verſic. cogitabam,

cogitabam.de except.præterea ſi in materia d.l.fin. poſſeſſor deducit ea quæ requirunt altiorem indaginem, licet non impediat iuſſum de mittendo, vt per Pau.de Caſtro ibi, colum. iiij. & doctores in l.ij.
8 C.eo. † tamen per illum iuſſum non amouebitur de poſſeſsione, niſi prius audiatur, & conuincatur in ordinario iudicio, quia immiſsio intelligitur & fit, ſaluo iure poſſeſſoris, & fit tranſitus de poſſeſſorio ad petitorium, & datur libellus, & lis conteſtatur. Pau.ibi col.vj. verſic.præterea & ratio, quia ex quo talia allegãs non admittitur, perinde eſt ac ſi immiſſio fieret nemine comparente. ideò miſsio fit ſalno iure poſſeſſoris legitimi.Bald.ibi,q.iiij.Salice.col.iiij. in fi.& dicit notandum, quia pauci aduertunt Zuccard.in d.l.fin.num.346.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuictus de mendacio tituli non poſſeſsionis, an perdat poſſeſsionem.*
2 *Iudex in poſſeſsionem tanquam vacantem actorem immittere poteſt quando reus negat ſe poſsidere.*
3 *Fundamentum à nulla partium ſumi poteſt ex poſitione negata.*
4 *In iudiciis quaſi contrahitur ſicut in contractibus, & defectus alterius partis efficit contractum nullum.ita & quaſi contractum.*

CONCLVSIO LXXXIIII.

1 IN quadam cauſa † actor fecit vnam poſitionem, in qua poſuit qualiter reus conuentus tenebat, & poſsidebat rem de qua agebatur: cui poſitioni reus reſpondendo negauit ſe illam tenere, & poſsidere, qua negatione facta, actor inſtetit ſe immitti in poſſeſsionem dictæ rei, quam reus negauit ſe poſſidere, iuxta practicam Ang.in l.fin. ff.de rei vendic. quam ſequuntur Iaſ.in §.omnium, nu.92. & quoq; latè per Gomeſium in §. ex maleficiis, inſti. de acti. Adde Brunum, conſi.lxxxiij.in fi.in cauſa miſerabili, qui ſequitur doctrinam Angel. dicens ſæpè ſe-
2 cundum eam obtinuiſſe. † & Cæpol. caut. clx. vbi concludit, quòd tali caſu poteſt actor petere ſe immitti in poſſeſsionem, ex eo quia non intereſt negantis, ex quo fatetur ſe non poſsidere, non autem in pœnam negationis, prout tunc aliter eſſet diſtinguendum, vt plenè de intellectu d.l. fi. de rei vendi. eſt in promptu videre Roma. conſi. lix. nu.8. vſque ad fin.Barbat.conſi.xxxvj.lib.iij.& Guid.pa.in conſil.iij.incip.lex fin.ff.de rei vendica.per totum, & per Gomeſi.in d.§.ex maleficiis, inſtit. de act. Adde pro intelligentia, & omnino vide quæſt. Tholoſ. quæſt.
3 clxvij. in apoſtillis ſiue addi. † Reus verò replicabat non poſſe actorem ſe fundare in poſitione per eum negata, cùm neutra partium, ſecundum omnes doctores poſsit ex poſitione negata ſumere fundamentum, quia confeſsio eſt actus iuris ciuilis, ſicut ſtipulatio, ideóque ſicut ipſa ſtipulatio redditur inutilis quando eſt defectus conſenſus in altera parte, vt l.j.de verborum obligat. ita in hac confeſsione.
4 † Item in iudiciis quaſi contrahitur, ſicut in contractibus, & defectus conſenſus alterius partis efficit contractum nullum, ita & quaſi contractus, vt plenè per Ioannem Petrum de Ferrariis in ſua Practica Papienſi, ſuper forma excipiendi contra poſitiones, in gloſſ.ſuper verbo, primò quòd publica vox & fama.& idem Archid.in c.j.ij.col.de confeſsis, lib. vj. verſic. nunquid ergo, vbi aſsignat rationem, quia ſuam turpitudinem allegaret, quia contra dictum ſuum veniret, ſcilicet, ponens contra ſuam aſſeuerationem, & reſpondens contra ſuam negationem, & ſic innuit idem ius eſſe in vtroque, videlicet ponente, & reſpondente, & hoc verum, niſi probaretur error, Guid.pap.deciſi.clxxxij.& in apoſtillis ibi, ſed ad hoc dicebatur verum eſſe quòd aliqua partium non poteſt ſe fundare in poſitione negata, ſed iſtud non procedit quando actor recedit à ſua poſitione quando acceptat negationem, prout in caſu iſto in quo actor recedit à ſua poſitione, quando acceptat negationem ex eo, quia dicit ſe immittendum in poſſeſsionem, ex quo reus negauit: quia qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens: & hoc quando ſumus in eodem iudicio, licet ſecus ſi in diuerſo, quia non diceretur recedere à ſua poſitione, ſeu aſſertione facta in alio iudicio, vt per Aret. in l. naturaliter.§.nihil commune, viij.col.de acquir.poſſeſsio.& in iſtis terminis loquitur practica Angel.in d.l.fin.ff.de rei vendi.& ſequacium: quia actor agendo rei vendicatione de neceſsitate dicit reum poſsidere, & tamen cùm primum reus negat poſsidere, poteſt actor dicere quòd mittatur in poſſeſsionem rei, de qua agitur, quoniam rei non intereſt, ex quo negauit ſe poſsidere.

SVMMARIVM.

1 *Probatio læſionis an plena vel ſemiplena requiratur, cùm reſtitutio in integrum petitur aduerſus ſententiam.& nu.4.*
2 *Probatio ſummaria in primo iudicio ſufficit, cùm aliquid eſt bis probandum ſiue examinandum ſucceſsiuè in duobus iudiciis, quorum vnum eſt declaratorium alterius.*
3 *Summaria cognitio ſufficit in actione preparatoria.*
5 *Reſtitutio in integrum contra ſententiam infra quantum tempus peti poſsit.*
6 *Reſtitutio in integrum non eſt danda contra tres ſententias conformes, niſi prius conſtet de iniuſtitia ſententiarum, vel alterius earum.& nu.9.*
7 *Minor intentans iudicium reſtitutionis contra tres ſententias, antequam audiatur, debet ſaltem ſummariè de aliqua cauſa docere, per quam appareat ipſum veriſimiliter læſum.& nu.10.*
8 *Minor petens reſtitutionem quid probare habeat.*
11 *Petitio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam an impediat executionem.*
12 *Iura ſpecialia ſunt minus efficacia quàm iura communia.*
13 *Appellatione interpoſita reuocantur attentata infra tempus infra quod licuit appellari per viam attentati.*
14 *Reſtitutio in integrum poſtulata, & nondum conceſſa nil debet innouare.*
15 *Intellectus ad dicta per Alex.in conſi.lxij.& conſil. ccxxiiij.in vj.volumi.*
16 *Dictum doctoris intelligitur ſecundum auctoritatem quam allegat.*
17 *Reſtitutio in integrum eſt ſpecies appellationis, & ſuſpendit prout appellatio.*
18 *Declaratio c.ſuſcitata.de reſtitu.in integrum.*

CON

CONCLVSIO LXXXV.

DVbitabatur in quadam cauſa, de pluribus:
Primò, an quando petitur reſtitutio in inte-
grum aduerſus rem iudicatam, puta aduerſus trea
ſententias conformẽa, vel vnam vel duas habentes
tamen vim trium ſententiarum conformium cùm
faciant rem iudicatam, plena vel ſemiplena proba-
tio læſionis ſufficiat. Secundò, an reſtitutio in inte-
grum petita aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in
rem iudicatam, impediat executionem.
1 Circa † primum Salic. in l. j. C. ſi aduerſus rem iu-
dicatam, in iij. col. verſic. ego in caſu noſtro, dicit ſe
putare quòd læſio plenè debeat probari. Innocen. in
cap. ex literis, de reſtitutio. in integrum, refert
duas opiniones contrarias. vnam, quòd ſiquis pe-
tit reſtitui aduerſus ſolum obſtaculum, puta ſenten-
tiæ, ſatis eſſe, quòd ſemiplenè ſeu coloratè probet
læſionem, ſed vbi vltra reſtitutionem intendit ali-
quid conſequi, puta vt retractetur ſententia, & alia
meliori forma formetur, tunc oporteat læſionem
plenè probare, & hanc partem videtur ſequi Bald.
in l. j. C. ſi aduerſus libert. in fine. vbi dicit quòd
quando petitur reſtitutio aduerſus ſententiam,
quòd bis eſt probandum de læſione: prima proba-
tio ad obtinendum reſtitutionem ad ventilationem
cauſæ: ſecunda probatio ad obtinendam victoriam
principalem. tamen quòd prima probatio eſt faci-
lior quàm ſecunda, quia ſufficit ſummatim con-
ſtare de læſione: quia quod venit reſcribendum,
non eſt neceſſe, quòd primò probetur plenariè,
ſed ſufficiunt probationes præſumptiuæ, idem Cy.
videtur tenere in dicta l. j. C. ſi aduer. liber. qui di-
cit quòd bis debeat probari de læſione, primò in
habenda reſtitutione, ſecundò ea habita probare
de læſione ſi velit habere victoriam cauſæ, & idem
Cyn. in l. quo tempore. C. de reſtit. milit. vbi dicit
quòd in remouendo ſolùm obſtaculum ſententiæ,
vt aperiatur via reſciſſoriæ, quia inconueniens eſt
2 vt bis probetur, † nam quando venit aliquid bis
probandum, ſiue examinandum ſucceſsiuè in duo-
bus iudiciis, quorum vnum eſt declaratorium al-
terius. tum in primo iudicio ſufficit ſummaria pro-
batio, vt in l. iij. §. ſciendum, & l. theſaurus, eodem
titu. idem Imola in dicto cap. ex literis, de reſtitu-
tio. in integrum, dicit quòd cùm petitur reſtitutio
in integrum aduerſus ſententiam, & vt eius obſta-
culum ſolum tollatur, ſummaria probatio ſufficiat
ex quo eſt præparatoria ad aliud iudicium plena-
rium: quia cum effectu videtur quodammodo in-
cidenter peti præparatoriè, cùm poſtea principale
veniat plenè diſcutiendum, & ſic ſufficiat allega-
re aliquem colorem ad iuſtificandum petitionem
3 reſtitutionis: † Nam in actione præparatoria ſuffi-
cit ſummaria cognitio: & idem videtur tenere Ho-
ſtienſis, Ioan. Andr. & Anto. de Butr. & Bald. in di-
4 cto cap. ex literis. Alteram † verò partem quòd imò
ſemper requiratur plena probatio læſionis firmat
Innocen. in dicto cap. ex literis, & dicit hanc opi-
nionem ſibi placere, quam opinionem ſequitur ibi
in dicto cap. ex literis, Abb. vbi dicit quòd quando
petitur reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam
debet plenè & manifeſtè conſtare de læſione, & ibi
in apoſtillis, not. quòd licet cauſa reſtitutionis in
integrum eſſet ſummaria, non ſequitur quòd pro-
batio debeat eſſe ſummaria, & idem Zabarella, in
dicto cap. ex literis, deciſi. Tholoſa. liiij. dicitur
quòd ſi latæ ſint tres ſententiæ contra minorem,
poteſt peti in integrum reſtitutio propter omiſſas
probationes, & ibi in apoſtillis dicitur † quòd debet 5
peti infra quadrienuium à die vltimæ ſententiæ com-
putandum. Rot. deciſi. clxviij. † & quòd tamen iu- 6
dex non dabit in integrum reſtitutionem, niſi prius
ſibi conſtituto de iniuſtitia dictarum ſententia-
tum, vel aliqua earundem, † imò antequam audia- 7
tur, oportet quòd ſaltem ſummariè de aliqua no-
ua cauſa doceat, per quam appareat ipſum veriſi-
militer læſum, per not. in l. minor. ff. de minor. & In-
nocen. in cap. ex literis, & cap. auditis, de reſtitutio.
in integr. tenet Rota deciſio. ij. in nouis, de quo
per Siculum, in cap. coram, de in integr. reſtitu.
deciſi. Neap. ccxj. incip. pupillus, concludit quòd
reſtitutio in integrum non eſt principaliter indu-
cta fauore minoris ætatis, ſed propter læſionem,
† nam minor tria debet probare, primò ſe mino- 8
rem, ſecundò læſionem, tertiò quòd dolo aduer-
ſarij, vel ſui facilitate, idem Iaſ. in l. nam poſtea.
§. ſi minor, de iureiurand. idem Specul. in titu. de
reſtitutio. in integr. ſub rubrica de effectu reſtitu-
tionis, in iiij. colum. tenet quòd cùm petitur reſti-
tutio in integrum, aduerſus ſententiã plenè ſit pro-
banda læſio, & idem Spe. in d. ti. §. quis autẽ, ſub rub.
quis & quando poſsit in integ. reſt. petere. col. xj. ver.
illud quoque præmittendum, vbi dicit quòd in hiis
quæ ſunt contra ſententiam, vel contractum minor
habet neceſſe probare ſe læſum in ſententia, vel con
tractu † & idem domini de Rota, deci. cccc xv. inci. no 9
ta quòd aduerſus, vbi dicũt quòd aduerſus tres ſen-
tentias conformes non eſt dãda reſtitutio, niſi prius
conſtet de iniuſtitia ſentẽtiarum, vel alterius earum
in antiquis, & quòd iſto caſu quãdo petitur reſtitu-
tio aduerſus ſententiã, requiratur plena probatio læ-
ſionis, eſt magis cõmunis opinio, vt latè remiſsiuè in
locis ſuprà citatis, † imò dicunt do. de Rota, deciſ. ij. 10
incip. aduerſus tres ſententias, in nouis quòd volens
intentare iudiciũ reſtitutionis aduerſus tres ſenten-
tias ſiue diffinitiuas ſiue interlocutorias, primò opus
eſt quòd ſummariè de aliqua cauſa doceat propter
quã ſit veriſimile ipſum fore læſum. allegãt l. minor,
cum ſua glo. ff. de minor. & Inno. in c. auditis, & in c.
ex literis, de reſt. in integr. bene verum eſt quòd per
litis conteſtationem factam in cauſa reſtitutionis in
integrum principaliter intentata præcluderetur via
prædictæ cognitionis præambulæ de læſione, ſeu in-
iuſtitia ſententiarum aduerſus quas petitur reſtitu-
tio, de qua loquitur ſuprà. idem domini de Rota de-
ciſi. cxcj. incip. per lit. conteſtationem, in nouis.
Circa ſecundum † regulariter reſtitutio in inte- 11
grum petita impedit executionem, vt C. nil. nou.
in integr. reſtitut. poſtulat. in nigro & rubro, & nota.
in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. deciſ. Tholo. liiij.
cum ſimilibus, quod tamen Corneus, in conſi. cxj. li-
cet, in prima & ſecunda col. in j. vol. intelligit quan-
do petitur reſtitutio aduerſus ſententiam, quia tunc
ſententia ſuſpenditur, prout per appellationem à
ſententia, ſecus ſi reſtitutio eſſet petita ad aliud
quàm à ſententia, item intelligit in reſtitutione quæ
competit de iure communi, ſecus in illa quæ com-
petit vigore ſpecialis reſcripti, † cùm iura ſpecialia 12
ſint

ſint minus efficacia quàm iura communia.l.eius mi-
litis.§.militia miſſus,de mil. teſt.item intelligit in re-
ſtitutione ſimpliciter deducta, ſecus in intentata
ſuo conditione, item intelligit quando nulla immi-
net præſumptio contra petentem reſtitutionem,
tunc ſuſpenditur executio, ſecus quando imminet
præſumptio, quia tunc non ſuſpenditur executio
ſententiæ, vt in ca.ſuſcitata,de reſtitu.in integ.& ibi
not.doct.Cyn.& Bal.in l.j. C. in integ reſtitutio. po-
ſtulat.nil noui, vt quia eſſent aliqua indicia, ita in-
telligunt doct.illam decretalem,cuius vigore tamé
eſſet præſtanda cautio ſecundum illius tenorem,
Dominus Antonius de Canatia inſignis doct.in tra
cta.executionis inſtrumentorum ſeu guarantigiæ,in
xx.col.verſi.xxj.quæro.examinat iſtum articulum &
ſic diſtinguit,aut loquimur de executione facta an-
te petitam reſtitutionem, aut fiendam, primo caſu
non reuocatur executio facta infra tempus infra
quod poterit in integrum reſtitutio peti, & in hoc
13 differt ab appellatione,† qua interpoſita reuocantur
attentata infra tempus, infra quod licuit appellari
per viam attentati,c.non ſolùm,de app.lib.vj.ſecun-
do caſu.aut executio eſt irreuocabilis & non poteſt
interim fieri,aut executio eſt reuocabilis, & tunc aut
non offert ſe paratum probare incontinenti,& non
impeditur executio,aut offert ſe probaturum incon-
tinenti, & tunc aut loquimur in petitione reſtitu-
tionis in integrum aduerſus ſententiam latam per
principem,& non impeditur executio, ſi executio-
nem petens caueat in caſu quo ſuccumbat, vt in d.
c.ſuſcitata,ſecundum vnam lecturam, aut loquitur
in aliis ſententiis, & tunc aut eſt præſumptio pro
ſententia,& idem, vt d.c.ſuſcitata, ſecundum intel-
lectum Hoſtienſis, & intelligit quòd ſententia ha-
beat aliam præſumptionem,quàm illam quæ inſur-
git ex ſententia, & propterea ſi forent latæ duæ ſen-
tentiæ conformes,ſubdit quòd non putaret reſtitu-
tionem in integrum impedire executionem ſi petés
reſtitutionem caueat per d.c.ſuſcitata, & dicit idem
ſi forent tres ſententiæ conformes, arg.clem.penul.
de re iud.Si verò non ſit præſumptio pro ſententia,
14 tunc putat quòd executio impediatur, † quoniam
innuunt verba nigri & rubri.C.in integ.reſtit.poſtu-
lat.nil noui, &c. quòd in integrum reſtitutio poſtu-
lata, & nondum conceſſa nil debeat innouari.quod
tenet ibi Accurſius & Specu. in eod. tit. §.penult. &
ſubdit quòd non ſolùm pendente cauſa reſtitutio-
nis, in integrum contra ſententiam nil debet inno-
uari,ſed pendente cauſa reſtitutionis in integrum ad
appellandum. quòd his caſibus nil poteſt innouari,
cùm innouata veniant reuocanda per viam attenta-
ti,vt innouata lite pendente,vt in cap.ij.vt lite pend.
in clem. & ſubdit etiam quòd ſi legatus committit
cauſam reſtitutionis in integrum, videtur ad ſe to-
tum negotiũ aduocaſſe, & ſic nil poteſt medio tem-
pore innouari,cap.vt noſtrum,de appella. & c. ſi eo
tempore,de elect. lib. vj. & dicit quòd domini de
Rota ita tenét, & etiam pari modo reſtitutionem in
integrum impedire executionem publici inſtrumen
ti.Et licet aduerſus tres ſententias conformes non
detur reſtitutio in integrum,niſi facta plenaria exe-
cutione,vt in clem. vt calumniis. in verbo plenariè,
de re iud.ſecundum Bald.in l.vnica. C.ne liceat ter-
tiò prouoc.cuius opinio.Alexand. in l. tertia,§.con-
demnatum, vlti.col.de re iud. putat eſſe ſuſtentabi-
lem:& Rota curiæ Romanæ in reſtitutione quam
ſolet in hiis concedere ſignatura prout de iure,ſæpe
opinionem Bald.& Alexan.eſt ſequuta,eo attento,vt
aliquando ſit litium finis,circa finem litibus,de do-
lo & contumacia. & ne tot ſententiæ cum tanto di-
ſpendio & labore & tempore habitæ ludibrio ſint,
quia ſic etiam malitiis plurimorum occurritur. l. ſi
prætor.cum ſimili.de iud.tamen contra Bald. tenet
Sali. in d.l.vnica.& Mill. in ſuo repertorio in verbo.
executio trium ſententiarum, vbi dicit contra Bald.
ſentire Laud.vt refert Cardinalis in d.clem.& opin.
Salic. ſecuta eſt Rota Romana aliquando ceſſante
præſumptione malitiæ, vt refert Caſſadorus in ſuis
deciſ.deciſi.j.ſub rub.de reſtit.in integr. chart.xl. vbi
dicit quòd intrepidè teneret cum Salic. quando ex
nouis,aut antiquis aliquid appareat quod præſum-
ptionem calumniæ ſilere faciat, & minori datur re-
ſtitutio contra plures ſententias conformes, ſicut
contra vnam. Millus in dicto loco in verbo,reſtitu-
tio ad appellandum,& Bal.Nouellus, in l.iiij. §.con-
demnatum,de re iud.col.xiij.verſic.ſed etiam eſt alia
principalis ratio,& col.xv.verſi. & præſumptio ma-
litiæ, dicit quòd propter tres ſententias conformes
ſucceſſiuè latas contra ipſam partem ſurgere ſuſpi-
tionem & præſumptionem calumniæ etiam in cauſa
reſtitutionis in integrum quòd non impediretur
executio ſententiæ iam latæ quæ habuit duas alias
ſententias conformes, quia tunc iudicatur malitia.
& propterea licet reſtitutio regulariter impediat
executionem, tamen non procedit quando petere-
tur contra ſententiam principis,vt d.c.ſuſcitata,vel
quando eſſet præſumptio malitiæ.Bald.verò in addi.
Specu. in tit. de reſtitu. in integ. in §. vlt.videndum
reſtat,ſub rub.de effectu reſtitutionis in integrum.
in fi. col. dicit quòd ſi reſtitutio petitur per malitiã,
non impeditur executio.& an petatur per malitiam,
ſubdit quòd relinquitur arbitrio iudicis quod tamé
arbitrium non debet regulari ex leni præſumptione
ſecundum Modernos, in d.§.condemnatum, de re
iud. † Alex.autem in conſi.lxij.incip.egregiè & ele- 15
ganter,in ij.col.& in conſi.ccxxiiij. incip. egregiè,in
fi.col. in vj.volu. in hac materia dicit quòd ita de-
mum per petitionem reſtitutionis in integrum prin-
cipaliter petitam impeditur executio ſententiæ,
quando ante petitionem executionis ſententiæ iam
erat introducta petitio reſtitutionis in integrum,al-
legat Bald.in l.fin. in ij.col. C. ſi ex falſis inſtrumen.
quòd dictum Alex.in dictis conſiliis lxij.& ccxxiiij.
procedit quoad effectum ſuſpẽſiuum, ſiquidem re-
ſtitutio in integrum habet duplicem effectum,ſcili-
cet effectum deciſiuum qui conſiſtit in ſententia &
de iſto non loquimur. habet & alium effectum qui
dicitur ſuſpenſiuus & iſte conſiſtit in integrum re-
ſtitutione introducta in iudicio, & iſtum effectum
ſuſpenſiuum operatur pendens reſtitutio in inte-
grum,& idem quòd appellatio,Bal.in l.fi.ij.col.C.ſi
ex falſ.inſtru.propterea ſi daretur caſus quod ſolum
eſſet commiſſa executio & ſic iuris,ſed non facti, &
ſic realiter non foret facta ante introductam reſti-
tutionem, quia aliud eſt eſſe commiſſam executio-
nem aliud factam eſſe. Fulgo. conſi.clxxxiij & poſt-
eà verò pendente reſtitutione in integrum petita in-
ſtaretur pro executione facti,& ſic reali, & pendens
reſtitutio

reſtitutio habeat effectum ſuſpenſiuum, neceſſario inferrur, realem executionem differri, aliàs reſtitutio in integrum non haberet effectum ſuſpenſiuum & ita intelligitur quod dixit Alex. in d. conſi. lxij. & ccxxiiij. qui ſe fundat in dicto Bald. in d. l. fin. C ſi ex
16 falſ. inſtrumen. † quoniam dictum doctoris intelligitur ſecundum auctoritatem quam allegat, vt iuribus vulgaribus. & licet incidenter petatur reſtitutio ſi nil euidenter iudici conſtat de læſione quæ cauſaret reſtitutionem, non debet ſuperſedere in executione ſententiæ, ſed ad ea procedere reſeruato iure petendi reſtitutionem in integrum & præſtita cautione iuxta d. c. ſuſcitata, vel ſi probata eſt læſio & minor ætas, concedi debet reſtitutio, aut ſi probata non eſt negari, abſque aliqua reſeruatione, Bar. in hac materia, in l. iiij. §. condemnatum. ff de re iud. & in alijs locis tenuit quòd ſi petitio reſtitutionis requirat altiorem indaginem tunc non impediatur executio, ſecus ſi poteſt probari incontinenti prout in exceptione nullitatis & idem cum Barto. multi alij tenent, tamen Alex. de Imo. in d. §. condemnatum, & poſt eum ibidem Moderni, in quinta col. verſic. ſubdit Bar. tenent & referunt communem opi. eſſe contra Barto. quòd imò petitio reſtitutionis indiſtinctè impediat executionem ſententiæ, ſicut & appellatio etiam quòd requirat altiorem indaginem per tex. in l. ſi cauſa cognita, in verbo ſu-
17 ſpenſa. C. de tranſac. † quia reſtitutio eſt quædam ſpecies appellationis. l. præſes. ff. de minor. & prout appellatio ſuſpendit & ita reſtitutio. Bal. autem in l. j C. ne quid nou. in integ. reſtit. poſtulat. in iſto articulo diſtinguit iſto modo, aut executio eſt irreuocabilis, aut reuocabilis, ſi irreuocabilis, vt puta in vita hominis, vel membri mutilatione, & ſemper reſtitutio impedit executionem, & intellige in vita, vel membris, vel alia pœna corporis afflictiua, vt tortura ſecus in captura per ea quæ notant Moderni, in d. §. condemnatum, contra Paol. de Caſtr. ibi & not. etiam Decius in conſi. lxxiij. inci. præſtantiſsime doctor. Si verò reuocabilis eſt executio & tunc petens reſtitutionem, aut offert probationem paratam, aut non offert, ſi offert tunc impeditur executio ſi non offert, aut eſt præſumptio contra eum, puta ex qualitate cauſæ, vel perſonæ iudicantis, vt puta principis pro quo valdè præſumitur, & nõ impeditur executio. aut eſt præſumptio pro eo & tunc ceſſat executoria manus. Bar. in trac. differentiæ inter ius canonicum & ciuile ſubdit infraſcripta verba, videlicet item differentia eſt inter ius ciuile & canonicum nam de iure ciuili pendente quæſtione in integrum reſtitutionis, nihil eſt innouandum neque ſententia interim executioni mandatur. C. nil noui. in integ. reſtitutio. poſtulat. in rubro, & nigro, ſed de iure canonico mandatur ſententia executioni pendente quæſtione in integrum reſtitutionis, dummodo interponatur cautio de mandato omnia retro ſi contingat concedi beneficium reſtitutionis in integrum vt extra de reſtitu. in integ. c. ſuſcitata. ſecunda q. prima. cap. ſicut. vel dic quòd ibi erat præſumptio contra petentem in integrum reſtitui, vt not. in d. cap. ſuſcitata, & l. ſatis. C. ad leg. Cor. de falſ. iſta ſunt verba Barto. in dicto tract. differentia. cxxxix.
18 incip. inſurgit alia differentia. † item ad d. c. ſuſcitata, datur declaratio, quòd ibi erat præſumptio pro epiſcopo, & contra monaſterium petens reſtitutionem in integrum, vel ibi lata fuit ſententia à principe & ſupplicatum poſt infra x. dies, ſecundum Inno. & ſic non differtur executio per auct. quę ſupplicatio. C. de. precib. imperat. offeren. aliàs pendente cauſa reſtitutionis in integrum executabuntur ſententiæ. d. deciſ. Tholoſ. liiij.

S V M M A R I V M.

1 *Actio finium regundorum non habet admixtam cauſam poſſeſsionis & proprietatis.*

Intellectus ad l. iij. C. fin. regundo. per totam concluſionem.

2 *Agens finium regundorum an debeat in libello dicere & probare ſe dominum.*

CONCLVSIO LXXXVI.

LEx extat in ciuitate Senarū quòd ſi oritur quęſtio confinium inter aliquas perſonas, vel communitates quòd talis cauſa non poſsit cognoſci per aliquos iudices, niſi per conſiſtorium dominorum Priorum dictæ ciuitatis, & quòd conſiſtorium poſſit in tali cauſa cogere partes ad compromiſſum, & quòd dicta lex non intelligatur quando eſſet quæſtio poſſeſsionis & proprietatis, ſed intelligatur quando eſſet quæſtio confinium, & ſi quis adiuerit alios iudices, vel contrauenerit dictæ legi, incurrat pœnam florenorum quingentorum. accidit, quòd orta controuerſia inter quendam Nicolaum Americi ex vna, & communitatem ſancti Quirici ex altera ſuper finibus curiarum: conſiſtorium coegit partes ad compromiſſum, & ita compromiſerunt, iuxta tamen tenorem dictæ legis, & laudatum extitit, & ſuper finibus, & ſuper poſſeſsione & proprietate: ex interuallo motum extitit iudicium per dictam communitatem ſancti Quirici, ſuper poſſeſſione & proprietate tantum bonorum exiſtentium intra dictos fines, & ſuper quibus bonis extitit laudatum. Opponebatur rem ſopitam per laudum emologatum. Replicabatur laudum nullum ex defectu compromiſsi, & ſic iuriſdictionis, quo ad proprietatem & poſſeſsionem, quoniam compromiſſum erat iuxta tenorem dictæ legis continentis materiam tantum finium, & non poſſeſsionis, neque proprietatis. Dubitabatur ſuper validitate dicti laudi ſtāte compromiſſo facta iuxta tenorem dictæ legis. † in quo dubio dictum fuit quòd actio finium 1
regundorum habet latiſsimam naturam, quia qui agit hac actione ſi aſſerit ſolum ſe poſsidere vſque ad certum terminum: tunc ſolùm de poſſeſsione contenditur, ſi autem aſſerit ſe tantum dominum vſque ad certum terminum, & aduerſarius negat, tunc ſolum de proprietate contenditur: ſi verò aſſerit vtrumque, & aduerſarius vtrumque negat, tunc de vtraque agitur, ſed ſi ſolum de terminis apponendis vel appoſitis reformandis, & tunc in hac actione non contenditur de proprietate, vel poſſeſſione, ſed ſolum de terminis, & ſic intelligitur. l. iij. C. eod. & prædicta ſic oſtenduntur, ſiquidem actio finium regundorum poteſt intentari pro poſſeſsione, & proprietate, nam tale iudicium habet quãdoque cauſam proprietatis admixtam, vt quando negatur per aduerſarium poſſeſsio, vel proprietas in eo quod aduerſarius ſe dicit habere ius debere, vbi au-

rem ſimpliciter requireretur, an fines ſint erecti, & nil negatur, & tunc non cohæret proprietati, & ita debet declarari terminus l. ij. & iij. & l. ſi irruptione, ff. fin. regund. & ita ibi declarat Florianus, & Cyn. & Saly. qui idem dicunt in l. iij. C. fin. regun. & idem Flor. in l. j. quæ incipit finium regundorum. ff. eod. declarans, an & quando habeat admixtam cauſam poſſeſsionis & proprietatis, referens de verbo ad verbum præmiſſam cõcluſionem, quem omnino videas, & Saly. in d. l. iij. C. eod. titu. & ita ſecundum prædicta intelligas notata per Ang. de Aret. inſtitu. de actio. in §. quędam actiones, in vj. col. in verſ. quęro an qui agit iſto iudicio finium regundorum. vbi
2 quærit † an qui agit tali iudicio debeat dicere in libello, & probare ſe dominum, & dicit quòd videtur quòd non, quia hæc actio habet multa ſimilia cum actione communi diuidundo, & ita quòd conſtat quòd in iſta non venit quæſtio proprietatis. l. fundi, ff. de exceptio. ſubdit tamen quòd in contrarium videtur expreſſum. C. eod. tit. l. iij. vbi apertè dicitur ꝙ huic actioni quæſtio proprietatis cohæret, & dicit quòd ita communiter ibi tenetur à Docto. ſed ſecundum Ioãnem Fabrum mirum videtur cum tex. in d. l. iij. videatur velle quòd quæſtio poſſeſsionis differat à quæſtione confinium, & eſt primo terminanda, vt ibi, ergo multò fortius cauſa proprietatis quæ eſt magis præiudicialis, vt d. l. fundi. Præterea eadem ratio viget, ne per minorem fiat pręiudicium maiori, vt l. per minorem. ff. de indi. vnde dicit ipſe ſequendo doct. exponas ibi verbum poſſeſsionis, id eſt, proprietatis, ſicut alibi fit in l. ſi de vi, ff. iudi. vel ſubdit, dicas clarius quòd verus intellectus illius legis tertiæ eſt qui ponitur ibi per gl. j. nã ſi quis agit finium regundorum, primò requiritur quantum teneat, ſecundò quot iugera ibi habere debeat, tertiò mittitur executor, vel agri menſor, ita dicit ibi glo. & ſic vides quòd primo inueſtigatur cauſa, & quæſtio poſſeſsionis, & poſt proprietatis. tertiò de confinibus, & dicit, quòd credit ad iſtum finem, vt videatur cui incumbat onus probandi, & quis ſuſtineat partes actoris, in §. commodum. inſtitu. de interdict. & in dubio ſtandum eſt terminis antiquis, niſi probetur quòd ſint mutati de voluntate partium. Et libellus in hoc iudicio dandus eſt & lis conteſtanda, & competit non tantum pro magna quantitate terræ ablata per finium remotionem, ſed etiam pro modico occupata, ita refert Ang. in d. loco, quem poteris videre. Et ex prædictis fuit deciſum iſto caſu actionẽ fin. regun. non habere admixtam cauſam poſſeſsionis, neq; proprietatis: quia cũ dicta lex ſit exorbitans, & pœnalis, non extenditur ad caſum mixtum fortius, quia exceptuat cauſam proprietatis & poſſeſsionis: & propterea dicto caſu non contendi, neq; de poſſeſsione, neq; de proprietata, ſed ſolum de terminis apponendis, vel appoſitis reformandis, & ita intelligitur l. iij. C. eo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa vſq; ad mortẽ, an poſsit vendi, & an teneatur eccleſia illam renouare emptori in tertiam generationem prout ſolitum eſt.*

CONCLVSIO LXXXVII.

1 QVidam fuerat † inueſtitus de re emphyteutica quod ius non erat duraturum, niſi vſque ad mortem, accidit quòd iſte emphyteuta inueſtitus, vt ſupra ius ſuum emphyteuticum vendidit, emptor volebat renouari vſque in tertiam generationem iuxta conſuetudinem eccleſię, quę erat ſolita facere ſimiles renouationes in tertiam generationem, eccleſia autem denegabat licentiam pro vlteriori tempore, dicebatur pro eccleſia, quòd licet emphyteuta poſsit vendere ius ſuum emphyteuticum, tamen no poſsit plus iuris transferre quàm ipſe habeat vel habuit ius ſit: ideò cum ius non foret duraturum niſi vſque ad mortem, vel vſq; ad finem tertię generationis, non videtur quòd talis venditio poſsit producere effectum, niſi vſque in tempus mortis, vel ad plus vſque in tempus finitæ tertiæ generationis primi acquiſitoris, quia finito iure auctoris finitur ius ſucceſſoris: igitur iniungit directò quòd conſentiat emphyteutæ vendenti ius ſuum emphyteuticum, & recipiat in emphyteutam ipſum emptorem recepta quinquageſima parte pretij, hoc eſt laudemio, non autem ꝙ concedat pinguius ius quàm haberet venditor ſeu ius duraturũ lõgiori tẽpore: ex quo videtur quòd eccleſia poſsit licitè denegare licentiam vendendi pro vlteriori tempore, & non teneatur renouare emptorem in tertiam generationem.

In contrarium adducebatur quòd imò dominus teneatur renouare emptorem in tertiam generationem ſtante quòd eccleſia eſt conſueta ſimiles renouationes facere in tertiam generationem, quæ eſt ſeruanda ab ipſa eccleſia, & contractus cẽſentur geſti ſecundum ea quæ ſunt conſueta fieri, & ita interpretantur, & in eis conſueta intelliguntur, ita quòd ille qui ſua pecunia recipit emphyteuſim à dicta eccleſia cenſetur emphyteuſim accipere, cum hoc quòd poſsit ſuum ius vendere ei cui fiat per eccleſia renouatio in tertiam generationem, ſua enim intereſt ita contrahere, cum tunc poterit ius ſuum emphyteuticum longe plus vendere quàm aliàs poſſet, vt experientia docet, quia tunc emptor non vult emere, niſi fiat iſta renouatio vſque in tertiam generationem, & actus interponatur geſtus ſecundum conſuetudinem, & ideo cenſeatur conceſſa emphyteuſis quę eſt conceſſa vſque ad mortem ea conditione, vt ſi emphyteuta alienauerit ſuum ius, eccleſia teneatur renouare illam emptori in tertiam generationem, prout fieri ſolitum eſt. & pro iſta parte conſuluit Corneus in conſi. ccl. incip. in hac. iij. vol. vbi refert ita tenere Benedict. Capram in cap. potuit, de loca. Goza. conſ. lxxv. num. 18. & colligitur ex verbis Bal. in auctẽn. ſi quas ruinas, C. de ſacroſanct. eccl. ij. col. verſic. vlterius quæro, vbi quærit vtrum in emphyteuſi mutatis ſucceſſoribus debeat fieri renouatio, ſubdens renouationem fieri ex pluribus cauſis, & inter alios modos renouandi dicit ꝙ oritur neceſſitas renouandi ex conſuetudine, ſiquidem eſt ita conſuetum vt renouetur, & quòd aliquid ſoluatur pro renouatione, & idem videtur ſentire Ioan. And. in cap. j. de precar. in fi. dum ibi dicit quòd contractus renouatur poſt tempus, vel poſt certam generationem.

SVMMARIVM.

1 *Filius an ſubintret locum patris in ſucceſsione? & quid in fideicommiſſo, & quid in diſpoſitione legali. & num. 2. 3. & 4.*

2 *Emphy*

3 *Emphyteuſis accepta pro ſe & filiis maſculis, & fœminis, an intelligatur ordine ſucceſsiuo?*

4 *Defunctus in dubio cenſetur regulare voluntatem ſuam ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

CONCLVSIO LXXXVIII.

IN præſenti difficultate nunc occurrenti, articulus eſt valde difficilis, † an filius ſubintret locum 1
patris in fideicommiſſo? in quo doctores variarunt, ſed pro reſolutione conſiderandi ſunt duo caſus. Primus eſt quando ſumus in diſpoſitione legali, quo caſu communiter doctores conueniunt, vt filius ſubintret locum patris quando tractatur de ſuccedendo patruo, per auth. ceſſante. C. de legit. hære. Secundus caſus eſt, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & iſto caſu, duæ ſunt principales opiniones. Altera fuit gloſſ. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. ij. quæ relata ad text. indiſtinctè tenuit in fideicommiſſo filium ſubintrare locum patris, & eam ſequitur ibi Imol. quia teſtator videtur in dubio voluiſſe illos de familia vocari eo ordine quo fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato de iure communi, per not. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. & per Barto. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. cum concordant. de quibus ibi, & rationibus Bald. ſpecialiter in dicto §. in fideicommiſſo, reſpondet Imol. & cum gloſſ. tranſit Alexan. con ſi. lxxxviij. incip. quòd concurrere debeant, j. volumi. ſiue cxxxvij. & conſi. xxvj. volu. iij. vlti. colum. & conſi. lxxvij. & cxxiiij. volu. v. & reſpondet ad rationes Bal. & refert quòd ipſemet Bal. in conſi. incip. caſus talis eſt, quidam Titius. nu. 488. lib. iij. ſequutus eſt opin. gloſſ. in d. §. in fideicommiſſo, candem glo. ſequitur Alexan. conſi. xxvj. incip. videretur fortaſſe. iij. volumi. dicens quòd doctores communiter videntur ibi tranſire cum opin. d. glo. pro qua ibi allegat notata per Bald. in l. j. in v. col. verſic. pone dicit ſtatutum. C. de ſecun. nupt. dum dicit quòd quando vult concurrere filius, & nepos ex alio filio præmortuo non corrumpitur gradus, ſed repræſentatur, & reſpondet Alex. ad rationes Bald. quas adducit contra glo. in dicto §. in fideicommiſſo, & cum gloſ. tranſit etiam Aret. in conſi. clxiij. diligenter, colum. penult. verſic. venio igitur ad quartum & vltimum, per rationem Imo. quem dicit rectè loqui. cùm teſtator videatur inuitare illos qui vocantur eo ordine, quo fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato, & idem quòd glo. tenet Auge. de Periglis in d. §. in fideicommiſſo, referens Cumanum dicere hanc opinionem eſſe æquiorem. Cum glo. quoque prædicta tranſit Sozin. conſi. celij. incip. viſis inſtrumentis, col. xij. verſic. ad ſecundam rationem, ij. volumi. vbi allegat l. ſi. C. de verbo. ſignifi. in verbo, gradatim, per quem text. dicit ibi Pau. de Caſtro, quòd in fideicommiſſo facto familiæ ſuccedit ur gradatim, id eſt, ſecundum ordinem ſucceſsionis ab inteſtato, vt qui prius ab inteſtato ſuccedit, prius admittatur, ex quo infert, quòd ſi in relicto facto fratribus concurrat frater vterinus cum vtrinq; coniuncto, quòd admittitur prius frater vtrinque coniunctus, & alius per poſterius, & ſic prout de iure ab inteſtato ſucceſsiſſent, quaſi quòd teſtator videatur in hoc voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, prout etiam videmus. Idem in contrahentibus qui etiam in dubio videntur habuiſſe reſpectum ad ordinem ſuccedendi traditum à iure, † vt probatur ex no. 2
per Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi, de oper. liber. dum in propoſito vult quòd ſi quis recipiat emphytheuſim pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, & exter ſtatutum, quòd maſculi in ſucceſsione præferantur fœminis, quòd ſecundum prædictum ordinem intelligitur facta conceſsio, vt ſcilicet maſculi prius in totum admittantur, & illis non extantibus fœminæ & cum eo tranſeunt alij, de quibus per Alexan. in l. Gallus. §. quidam rectè, de libe. & poſthum. in fine. ſicut ergo contrahentes videntur ſe conformare cum ſtatuto, quamuis etiam verba repugnent, vt in caſu Bart. in quo ex natura copulæ fœminæ vocantur ſimul cum maſculis, ita etiam videntur cum iure communi ſe conformare vbi ceſſat ſtatutum, & ita expreſsè vult Barto. in l. vxorem. §. teſtamento, de leg. iij. etiam ſi propria verborum ſignificatio aliter importet, allegat not. in d. §. quidam rectè. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loca. quidquid dixerit Sozin. in dicto §. quidam rectè, qui de Barto. mentionem non facit in dicto §. vxorem. & idem videtur ſentire Pau. de Caſt. in dicto §. cùm ita, dum ſe remittit ad d. l. fina. C. de verbo. ſignific. & cum opin. gloſſ. in dicto §. in fideicommiſſo, tranſit ibi Iacob. de Puteo, prout refert Alexandrinus conſil. xxxvj. incip. Enitar explicitè, nume. 3. qui dicit opin. gloſſ. eſſe æquiorem. eandem opin. gloſſ. tenet Sozin. in conſi. lj. viſa facti, iiij. col. nume. 19. iiij. volu. & conſi. cclj. eod. volum. colum. xv. † Eandem opi. glo. quando ſumus in fideicommiſſo, aut, vel patrui pronepos ſuccedat cum patruo, ſequitur Curt. iun. conſi. lvij. nume. 8. verſic. aggredior, & conſi. lviij. j. colum. & conſi. cxxvij. nume. 11. præſuppoſitur, & conſil. cluij. præſuppoſitur in facto, nume. 4. verſicu. circa ſecundam, & conſi. clxj. nume. 1. ea ratione, quia ſucceſsio legalis fuit introducta ex tacita mente defuncti. l. conficiuntur, in princip. ff. de iur. codicil. † Item 3 4
quia in dubio defunctus cenſetur regulare voluntatem ſuam ſecũdum quod ius commune diſponit, iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Treb. ergo ſequitur quòd vbi de iure communi ab inteſtato nepos ſuccederet cum patruo, ita etiam debeamus dicere in fideicommiſſo, vbi autem de iure communi non ſuccederet, ſecus ſit, quia hoc modo conſeruatur affectio teſtatoris, idem Gozad. conſi. iiij. colum. penult. in princip. qui dicit quòd Deci. in conſi. j. loquitur contra communem, eandem opin. gloſſ. ſequitur Curt. in l. ij. C. de ſucceſſ. edict. & idem Iaſ. in conſi. clviij. Magnifica. colum. ij. ij. volumi. & iſtam partem veriorem arbitratur Ioan. Dilectus in tracta. de arte teſtandi. chart. 96. rubrica de ſubſtit. chart. 27. ea ratione quia ſucceſsio ex teſtamento regulatur ex natura ſucceſsionis ab inteſtato. Item quia non videtur minor affectio aui ad nepotes quàm ad filios. l. liberorum. de verbo. ſignific.

SVMMARIVM.

1 *Pater non cogitur in vita aſsignare legitimã filio.*

2 *Pater an teneatur præſtare alimenta filio.*

3 *Alimenta quomodo & qualiter ſint taxanda filio.*

4 *Patris inopia & neceſsitas eum excuſat ab onere alimentandi filium.*

5 *Victum ſuum quis arctare non tenetur propter aliū.*
6 *Teſtatore iubente alimenta præſtari, an in taxando alimenta habeatur ratio ad fructus qui ex bonis emphyteuticis percipiuntur.*

CONCLVSIO LXXXIX.

1 DIco breuiter † quòd legitima non debetur vi-
uo patre, ſi quidem filius viuente patre nul-
lum ius habet in legitima. Bene verum eſt, quòd ſi
pater vult, poteſt aſsignare in vita, ſed non cogitur,
vt per Repeteu.in auth.nouiſsima. C. de inoff.teſta.
vij.q.& x.princi.l.j.§.nec impuberis, de collat.bono.
l.ij.§.interdum.ff.de vulg.& pupil.l.fi.vbi Bart.& Bal.
ff.de libe.agnoſc.Bal.in l.quanquam. C.ad leg.Falc.
glo.& doct.in l.cùm à matre.C.de rei vendi.
2 Sed † bene pater tenetur alere filium.l.ſiquis à li-
beris, in princ.ff.de lib.agno.Sozin.conſi.clxj.Bat.in
l.quemadmodum, de lib.agnoſc.Alex.in l.in ſuis, de
lib.& poſthu.& in hoc non cadit dubitatio, ſed dif-
3 ficultas ſtat in hoc † quomodo alimenta ſint per
patrem præſtanda filio, & quomodo taxanda, in qua
aduertendum eſt quòd in caſu, de quo agitur, ali-
menta non ſunt taxanda, neque præſtanda prout
quantum veroſimiliter expendere & conſumere
poſsit aliquis in alimentis ſingulo anno, ſed ſunt
taxanda ac præſtanda ex fructibus & reditibus &
acceſsionibus. l.ius alimentorum. §. modum. ff. vbi
pupil.educ.deb.l.imperator.in fi.ff.ad Treb. Nec te-
netur pater ſuam proprietatem vendere pro alimo-
nia filiorum, ex qua ipſemet viuere debet. Nam pa-
ter debet viuere ex fructibus bonorum ſuorum, ſi-
quidem tenetur alere filium deducto, ſcilicet ne
egeat.Bologn.in conſi.x.incip.igitur in cauſa, vbi di-
4 cit † quòd inopia & neceſsitas patris excuſat eum ab
onere alimentandi, cùm alimenta teneatur præſtare
ſecundum facultatem redituum.& primò quia quis
tenetur primo prouidere ſibi, & ſuis alimentis, &
poſtea alienis quia ordinata charitas.&c.Nam tene-
tur pater caſu quo facultates vtrique ad alimenta
5 ſuppetant, aliàs non, † quia quis non tenetur arctare
victum ſuum propter alium, caſus eſt, & ibi Bald.&
alij in l.j §.præterea.ff.de tute.& rationi.diſtra.vbi di
cit Bal.quòd non tenetur quis arctare victum ſuum
propter alimenta matris, vel alterius cuiuſcunque,
qui debet ali, niſi habeat largas facultates ad factū
vtriuſque: idem Bologninus in add.ad conſ.Ioan.de
Ana.in conſi. xij. vbi dicit patrem non teneri inſoli-
dum præſtare alimenta, ſed ſecundum vires fru-
ctuum, non autem patrimonij.idem Ioan.de Amicis.
conſi.lvj.in curia. Alex.conſi.lxxij.v.vol. Hinc dixit
Matth. de Afflictis, in libro conſtitutionum regni,
lib.iij.ſub.rub.iiij.incip.dignum. primo not. quòd in
iudicando & conſulendo eſt ſolitus dicere, quod li-
cet conſuetudo Neapolitana in ſcriptis de alimen-
tis præſtandis velit quòd quando filius non vult ſta-
re cum patre, pater debeat ſibi præſtare alimenta
pro numero liberorum, computata perſona ſua, &
vxoris, quòd ſi pater non habeat tantum quod ſibi
ſufficiat ad alimenta, non tenetur dicto filio ad ali-
menta, quia ordinata charitas incipit à ſeipſo, &
quòd pro hoc eſt ſolitus allegare glo.in l.ſi quis à li-
beris.§.fi.in verb.liberto.ff.de lib.agno.Item alimen-
ta quæ debentur ratione ſanguinis, & ſic officio iudi-
cis, vt illa quæ debentur filio à patre, & non iure
obligationis, vel actionis, non poſſunt peti pro tem-
pore futuro.Bart.in l.liberi.§.j.ff.de aliment.& cib.
leg.Alex.conſi.lxxxviij.nu.20.in fi.vol.vj.incip.viſis.
& conſi.cxlix.viſis.j.col.& iiij.nu.30.cum ſequent.&
conſi.lxxij. v.volu. Vbi dicit quòd ita demum pater
tenetur alere filium ſi eſt in neceſsitate, quia non ha-
beat aliunde ſe alat, d.l.ſi quis à liberis. §.ſed ſi fi-
lius.& §.alimenta.ff.de lib.agnoſc.
Adde ad materiam † quid ſi teſtator iubet alimen 6
ta præſtari, an in taxando alimenta habebitur ratio
ad fructus qui percipiuntur ex bonis emphyteuticis,
vide D.Alex.conſi.iiij.in fi.volu.iiij. vbi etiam ponit
an prius debeat deduci ex his alimentis æs alienum,
& etiam legitima deſcendentium.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator, & quilibet alius adminiſtrator an cogi poſsit reddere rationem antequam per eum ſit reddita ratio ſua adminiſtrationis.*
2 *Sententia non conformis libello eſt nulla.*
3 *Officium adminiſtratoris neceſſarij ſibi damnoſum eſſe non debet.*

CONCLVSIO XC.

TVtor † vel alius qui tenetur reddere rationem, 1
antequam ratio ſit reddita ad integrum, an
poſsit condemnari ad certam ſummam, in qua appa
ret debitor, vtputa, vt reſtituat bona de quibus in in-
uentario antequam ſit reddita ratio, & niſi prius li-
quidatis omnibus datis & receptis: Crauetta, in cō-
ſil.cclxxv.quæritur in hac cauſa, nu.13.in fi.verſi.ter-
tio principaliter dubitatur, ij.pat.tenet quòd non po
teſt condemnari: quia adminiſtrator non tenetur ali
quid reddere, niſi prius omnibus liquidatis, datis &
receptis.& ſoluto ei debito ſuo: allegat Anchar.con-
ſil.cclxxxv.prima facie, col.j verſi.præterea propter
incertum, & Alex.cōſi.excij.lib.vij. & maximè iſtud
procedit quando ſolum actum eſſet ad redditionem
rationum: tunc enim condemnatur adminiſtrator
ad aliquod certum ante liquidatas rationes, † ſen- 2
tentia non erit conformis libello, in quo ſolum con-
cluditur ad reliquorum præſtationem redditis ra-
tionibus, & ſic ſententia nulla. l.vt fundus.ff.comm.
diuidun. Rurſus talis ſententia continet repugnan-
tia: nam condemnando ad redditionem rationum,
intelligitur quòd reputentur data & ſoluta pro pu-
pillo.l.j.§.præterea.ff.de contra.actio. tut. quæ repu-
tatio videtur denegari condemnando ad certum
quid. Quid enim ſi adminiſtrator appareat credi-
tor rationibus redditis, certè cogetur repetere, quod
retinere poterat, & inuenietur creditor condemna-
tus ad ſoluendum debitori, quo quid abſurdius. † & 3
maximè procedere præmiſſa debent in adminiſtra-
tore neceſſario, cuius officium ſibi damnoſum eſſe
non debet. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmo-
dum teſt.aperian. l.poſt legatum. §.aduocatum. & l.
tutorem.ff.de his quibus, vt indig. l. cum quædam.
C. de admin. tut. ſed eſſet officium tutelæ damno-
ſum, ſi cogatur tutor quid ſoluere. antequàm appa-
reat debitorem eum eſſe nō redditis rationibus, nec
ſequitur probatur tale quid perueniſſe ad manus
tutoris, ergo continuò damnandus eſt, vt illud reſti-
tuat, ſed expectādus eſt exitus redditæ rationis, per
quem fortè apparebit, non eum teneri, vt reſtituat,
& contra

& contra ſent ientem teneri tutorem ad ſolutionem
certæ ſummæ, aut reſtitutionem certæ rei, ante red-
ditam rationem, allegari poteſt dictum l. in ciuile.
ff. de legib. nam ſicut in ciuile eſt iudicare, niſi tota le-
ge perſpecta, ſic inciuile eſt tutorem illico condem-
nare ante totam redditam rationem, quia finis ra-
tionis fortè à prooemio abhorrebit. Hæc ſunt verba
Crauettæ. in allegato loco. & ita tenet Neguſan. in
tract. de pignor. quinta part. iij. membro. nu. 101. cum
ſequen. chart. xlv.

Contrarium tamen tenet Soz. in conſil. xxiiij. col.
xj. in j. vol. vbi dicit, & concludenter tenet, quòd tu-
tor ſi adminiſtrauit, & confecit inuentarium, & fini-
ta tutela, vel cura, minor petat reſtitui bona de qui-
bus in inuentario, & tutor vel curator dicat nolle
reſtituere, niſi reddita ratione adminiſtrationis, quã
ex nunc offerat ſe paratum reddere. tali caſu non re-
tardatur executio illorum bonorũ quæ ſunt in inuẽ-
tario, & penes tutorem, vel curatorem reperiuntur,
& poſtea reuideatur ratio: cùm liquidum non impe-
diatur exequi propter inliquidum, vt ibi per eum:
quæ opinio Soz. eſt magis communiter recepta.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus an confiſcatis bonis, teneatur dotare filias, vel dare legitimam filiis cuius bona confiſcata ſunt.*

2 *Fiſcus loco hæredis habetur, & in eum tranſeunt actiones actiuè & paſsiuè.*

CONCLVSIO XCI.

1 COnfiſcatis † bonis an fiſcus teneatur dotare
filias illius cuius bona ſunt confiſcata nõdum
nuptas, & ſuperuiuentes, in quo dubio, licet, an fi-
lius, propter delictum patris perdat legitimam du-
bitabile ſit, nam Io. de Lignano, & Cardinalis in cle
men. Paſtoralis, de re ind. relatis argumentis hinc-
inde concludunt filium publicatis bonis propter de-
lictum patris amittere eius legitimam: Fabianus ve-
rò de Monte. in auth. nouiſsima. C. de inoffic. teſta-
mento. q. xxv. principali, verſicu. ad ſecundum ſentit
contrarium. quam Fabij opinionem tenet Angel. in
terminis conſi. cccviij. viſis condemnationibus, aliàs
incipit Gregorius, penult. col. & Bal. conſi. clvj. con-
demnatus, iij. parte cõſiliorum, eam ſequitur & di-
cit magis ſibi placere. Pau. de Monte pico, in l. Titia,
cum teſtamento. §. Titia cum nuberet, colum. xxxij.
nume. 78. verſic. decretum eſt apud nos. ff. de bon.
damnat. tamen Bald. in l. fin. C. de dot. promiſsio. &
Dy. in l. inſulam, in princ. ff. ſolut. matr. Pau. de Caſt.
in l. ſi ſocer. in princip. C. de dot. promiſ. & idem So-
zin. conſi. lij. v. colum. nume. 25. iiij. volu. concludunt
fiſcum teneri dotare filiam. & quòd bona quantun-
cunque ſint confiſcanda, vel confiſcata, ſi non ſu-
mus in crimine læſæ maieſtatis, cenſentur tranſlata
in fiſcum cum onere dotandi, & tale onus tranſit ad
hæredem. Alexan. in l. quæſitum. §. ſi ſponſa, de pri-
uileg. credit. Bar. & Dyn. in l. ſi maritus. §. voluntate.
& in l. ſi inſulam, & in l. poſt dotem. ff. ſolut. matrim.
2 † Et fiſcus ex confiſcatione vniuerſali bonorum ſe-
quuta illorum incorporatione, dicitur ſuccedere tan
quam hæres. l. tutores, in fine. C. ad leg. Iuliam, de vi
priuat. & ibi gloſſ. & ideo Bart. in l. inter eos. in fine.
poſt gloſſ. ff. de fidriuſſo. inquit fiſcum haberi loco
hæredis. quamuis non per omnia, ſequitur Bald. in l.
penulti. §. j. C. ad Trebel. & in l. iij. C. ad leg. Falcid.
melius, in l. executorem, in xvij. colum. C. de execut.
rei iudic. dicens quòd quando fiſcus ſuccedit ex
confiſcatione, licet non dicatur propriè hæres, ta-
men ſemper habetur loco hæredis, idem voluit Spe-
cul. in titu. de ceſsione actio. §. j. verſic. quid ſi bona.
vbi dicit, quòd bonis confiſcatis, fiſcus habetur
loco hæredis, & in eum tranſeunt actiones actiuè &
paſsiuè. latè Franciſcus de Curte Senior conſil. xiiij.
incip. nobilis teſtatur. j. colum. & quòd fiſcus ſit loco
hæredis firmat Anto. Boiidi. in rub. C. noua vectiga.
colum. penulti. idem Ludouicus Bolognius in con-
ſil. xxxv. in præſenti conſultatione. colum. prima.
ſubdens ibi in fine conſilij, non eſſe dubitandum
quòd ſi omnia bona ſunt publicata, non potuit fi-
lia priuari ſua legitima. quia licet fiſcus non ſit pro-
priè hæres, tamen habetur loco hæredis: ex quibus
concludo fiſcum teneri dotare dictas filias non-
dum nuptas, & inhumanum eſſet ſi aliter dicere-
mus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Venditor volens emptorem defendere, an & qualiter poſsit inuito actore iudicium in ſe ſuſcipere. & nu. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Intellectus ad l. ſi actor ff. de procur. l. ſolutionem & iudicium. ff. de ſol. & l. j. C. vbi in rem actio.*

CONCLVSIO XCII.

CErtum eſt quòd † venditor quoad ipſum em- 1
ptorem conuentum poteſt in iudicio compare-
re etiam inuito actore, tamen vt defenſor neceſſa-
rius, vel procurator in rem ſuam, & totum iudicium
in ſe transferre & ipſe iurabit de calumnia. l. fin. §. j.
C. de iuramen. calum. l. rem non nouam. §. j. de iudi-
ciis. doct. in l. ſolutionem ad iudicium, de ſolut. &
in l. j. C. vbi in rem ac. per l. ſi mandato meo. §. j. ff.
mand. cauendo de reſtituenda poſſeſsione in cauſa
euictionis. Bald. in Specul. de defenſore, in princ. &
Barto. in conſi. ccxix. agitur contra Tiolum, in libro
meo, &c. Cyn. & Raya. poſt gloſſ. in l. ſi mandato
meo. §. j. ff. mand. Sed circa prædicta aduertendum
eſt, † quia intelliguntur & procedunt vt venditor 2
quando comparet, vt ſupra admittatur, non tamen
animo nouandi actionem intentatam niſi actor pa-
tiatur, ſecundum Iacob. de Aret. & Iac. Butr. Cyn. &
Vltramon. Bald. & Salice. in l. j. C. vbi in rem act. li-
cet contra gloſſ. voluerit contrarium & malè in l. li-
berto. §. litem, de neg. geſt. nam illa gl. ibi reprehen-
ditur à Bart. & à doct. in d. l. j. quæ tamen gloſſ. ſe-
cundum Angel. de Aret. inſtit. de exceptio. in rubri-
ca, colum. ix. nume. 16. & 17. poteſt ſaluari quòd ad-
mittatur animo nouandi inſtantiam, vt tranſeat in-
ſtantia in eum, non autem intelligitur illa gloſſ. de
noua actione intentata, quia tunc talis nouatio libe-
raret emptorem conuentum ab actione propoſita
ex quo ſequeretur inconueniens, quoniam licet fiat
nouatio inſtantiæ tantummodo in ipſum vendi-
torem, tamen executio ſententiæ fiet in ipſum em-
ptorem. l. ſæpè. §. ſed ſcientibus: & quod ibi per gloſ.
& doct. ff. de re iud. † ſed ſi nouaretur etiam actio 3
nunquam in emptorem etiam in re petita poſſet fie-
ri executio, cùm iam ipſe eſſet liberatus nouatione,

ita voluit Bartol.in l.ſi actor,& ibi doct.ff.de procur.
& Dyn.& Bart.& doct.in l.ſolutionem & iudicium,
de ſolu.& Bald.& Salice.poſt Cyn. & Vltramont.in
4 dicta l.j. † propterea cautus ſit actor quòd quando
ſuerit denuntiatum venditori litem motam, iuxta
not.per Bart.in l.emptor, cum ſimili. C. de euict.&
ipſe venditor compareat & velit in ſe ſuſcipere iu-
dicium nouandi animo, quòd tu legitimè proteſte-
ris quòd aliquo modo non intendis nouare actio-
nem tuam intentatam, vel ius tuum competens
contra ipſum emptorem conuentum, quinimò con-
tra ipſum emptorem conuentum intendis proſequi
ius & iudicium tuum. prædicta etiam not. in l. ven-
ditor de iud. Bart.in l.pater, in princ. in prima oppo.
ff. de dot.præleg.l.ſi plus. §.mora, de euict. Angel. &
Ioan.de Pra.in l.qui abſentem, de procura.vide gloſ.
in dicta l. j. in gloſſ. in verſicu. poſsidentem. C. vbi
in rem act.in hac tamen materia Angel. in l. ſed &
ſi lege.§.ſiue, verſicu.item ſi rem, el ij.ff.de pet.hære.
5 † not.ſingulariter, quòd actor rei conuenti reali iu-
dicio etiam ſi ſua non interſit, poteſt in iudicio com-
parere ad defendendum reum & ſuſcipere in ſe iu-
dicium, perinde ac ſi poſsideret inuito actore, & ſic
liberare iure cuiuſdam nouationis ipſum reum,
6 quod dicit menti tenendum. † Nec obſtat dicta l. ſi
actor, & quod not.in dicta l.ſolutionem, & l.j.C.vbi
in re. act. in quibus locis habetur quòd animo no-
uandi non poteſt tertius in iudicio venire & ſuſci-
pere iudicium in ſe pro reo conuento, & inuito au-
ctore de quo etiam no. in dicta l. liberto. § item. ff.
de neg. geſt. quoniam dicit ipſe Angel. iſtud proce-
dit quando tertius non eſt auctor rei conuenti, vel
ſi eſt auctor non vult ſuſcipere iudicium perinde
ac ſi poſsideret, & de hoc not. in Specul. de defenſ.
§.j.verſicu.ſed pone vendidiſti, dictum tamen Ange.
ibi reprobat Pau.de Caſt. Adde ad prædictorum de-
clarationem Domin.de Regno, deciſi.cxcvij.nu.6.in
nouis, incip.in cauſa Sberti, & Ioan.de Amicis, con-
ſil.cxix.nu.2.incip.poſſeſſor.

SVMMARIVM.

1 *Colonus cognoſcens alium in dominum & poſſeſſorem virtute iudicialis executionis an præiudicium faciat domino in ſua poſſeſsione.*
2 *Poſſeſsione non dicitur dominus priuatus, ſi colonus non ſit cum familia expulſus.*
3 *Recognitio coloni reſpondendo etiam de fructibus illi quem recognouit non priuat dominum ſua poſſeſsione, non expulſo colono, & tota familia & rebus.*
4 *Sola ſcientia domini ſcientis colonum reſpondere de fructibus illi quem recognouit, non ſufficit ad excludendum dominũ à poſſeſsione, non deiecto eius colono.*
5 *Renuntians verbis poſſeſsioni, qui tamen rei incumbit, naturalem poſſeſsionem retinere dicitur.*
6 *Ingrediens poſſeſsionem alterius facto iudicis ſine citatione, an priuet dominum ſua poſſeſsione. & nu.11.*
7 *Factum iudicis de facto procedentis reputatur factum partis.*
8 *Spoliatus à iudice parte inſtante, videtur ſpoliatus à parte.*
9 *Poſſeſsionem alterius ingrediens ex licentia iudicis non ritè data, excuſationem non habet.*
10 *Ingrediens poſſeſsionem tertij ſub prætextu quòd ignorauit poſſeſsionẽ plenã, non habet excuſationẽ*
12 *Executio quæ fit in eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia contra ſucceſſorem condemnati ſeu per iudicem ſucceſſorem, & non contra condemnatum, requirit citationem.*
13 *Grauamen parte non citata conceſſum non nocet tertio.*

CONCLVSIO XCIII.

IN quadam cauſa, quæ vertebatur inter Siluanos
ex vna, & Mecutium omnes de Senis ex altera: du-
bium erat, † an dominus eſſet priuatus ſua poſſeſ- 1
ſione, ex eo quia Mecutius laborator. & colonus re-
cognouerat alium in dominum, vel poſſeſſorem, &
recognitionem huiuſmodi fecerat virtute executio-
nis iudicialis contra ipſum factæ. In quo dubio, di-
cebatur recognitionem factam, & cauſatam ab exe-
cutione iudiciali tanquam neceſſariam obeſſe. ta-
men fuit concluſum contrarium. quod imò ſicut
non nocet voluntaria recognitio coloni, multo mi-
nus debet nocere neceſſaria, cùm in volũtaria adſit
animus ipſius coloni, priuandi dominum ſua poſ-
ſeſsione, & tamen fruſtra conatur, iuxta not. in l.fin.
C. de acquir. poſſ. nam licet voluntarius diſceſſus
coloni à prædio faciat præiudicium domino in poſ-
ſeſsione, vt l.ſi per colonum.in fin. & ibi Alexan. in
l.peregrè.§.fina.de acquiten.poſſ.tamen neceſſarius
diſceſſus cauſatus ab executione iudiciali nullum
præiudicium fecit domino, l. fina. C. ſi per vim vel
alio modo Bart. in l.ij.C vbi in rem act. Abb.in cap.
quoniam frequenter. §.ſed ſuper, vt lit.non conteſt.
Alex.in l.ſæpè, de re iud.col.iiij. verſi. quæro an ſen-
tentia lata contra colonum, nu.102. & tanto magis
In caſu, de quo agebatur fuit firmata dicta conclu-
ſio, † quia colonus de fundo non fuit deiectus, quo 2
caſu non deiecto colono de fundo, neq; voluntaria,
neq; neceſſaria recognitio coloni priuat dominum
poſſeſsione, vt eſt in promptu videre Sozi. in conſi.
xviij.inci.proſequendo ordinem, in ix.& x.col.j.vol.
& Deci.in conſi.cviij.inci.in cauſa poſſeſsionis.j.vol.
vbi loquitur in quadam tenuta data, & ſic executio-
ne facta.idem Gozad. conſil.lxxxvj. videtur. nu.10.
& 11. cum ſeq. vbi plus vult, quòd quotieſcunque
colonus non fuit, vel eſt expulſus de fundo cum
tota familia, non dicitur deiectus, neque expulſus,
& conſequenter non priuat dominum ſua poſſeſ-
ſione, † imò recognitio coloni reſpondendo etiam 3
de fructibus illi quem recognouit, non priuat do-
minum ſua poſſeſsione, non expulſo colono cum
tota familia, & rebus, ſecundum opinionem Alexan.
in l.quamuis, per illum textum. §.ſi conductor. ff.de
acquir.poſ.approbatam per Domi.de Regno, deciſ.
cccxxv.facto verbo, in antiq. † & ſola ſcientia domi- 4
ni ſcientis colonum reſpondere de fructibus illi
quem recognouit, non ſufficit ad excludendum do-
minum à poſſeſsione non deiecto eius colono, & ſic
organo, per ea quę not.doc.in d.l.peregrè §.quibus.
ff.de acqui.poſ. Aret. conſi.xxxij.col.pen.vbi licet do
minus ſciat alium eſſe ingreſſum poſſeſsioné, & mo
leſtari colonum, tamen nõ priuatur poſſeſsione. niſi
deiiciatur colonus cũ familia. † facit quod no. Cald. 5
conſ.iiij.in ti.de renun.vbi dicit ꝙ quando quis ver-
bis renũtiauit poſſeſsioni, & tamen incũbit rei dici-
tur retinere naturalé poſſeſsionem, nec iuuat ꝙ fue-
rit priuatus dominus poſſeſsione auctore pretore, &
quòd

6 quòd † non fuerit neceſſaria citatio domini, eum habuerit ſcientiam de geſtis ſecundum not. in deci. Neap. cccxxv. ad fin. quia dicitur quòd quando poſſeſſio eſt plena, vt quia dominus poſſidet ſiue per ſe, ſiue per colonum, non poteſt quis ingredi poſſeſſionem, etiam authoritate iudicis poſſeſſore non citato, nam perinde eſt ac ſi pars propria authoritate feceſit, Moder. poſt alios in l. fin. nume. 108. cum ſeq.
7 C. de edi. diui Adria. toll. ea ratione, † quia factum iudicis de facto procedentis reputatur factum par-
8 tis. l. ſi ob cauſam, ff. de euictio. † Et dicit Deci. conſi. cxxv. j. parte. quòd ſpoliatus à iudice parte inſtante
9 videtur ſpoliatus à parte, † ideò ingrediens authoritate iudicis, & eius licentia non ritè datæ non excuſatur. not. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acquiren. poſſeſ.
10 † neque videtur ſe poſſe excuſare ille qui ingreditur poſſeſſionem ſub prætextu quòd ignorauit poſſeſſionem plenam, quoniam debuit diligenter inquirere quis eſſet poſſeſſor, & facere citari eum nominatim. Pet. de Ancha. conſi. cclxx. j. dubio. Sozi. conſi. clviij. colum. vj. vol. ij. Alex. in l. eo tempore, de remiſ.
11 pigno. † & dixit Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. col. peu. quòd etiam notorius prædo debet citari, nec videtur obſtare, quòd non fuerit neceſſaria citatio: quia ſumus in realibus, quoniam dicitur quòd licet
12 doct. in loco vario non locuti fuerint. † Tamen vera eſt concluſio quòd quando executio fit in eadem re ſuper qua fuit lata ſententia contra ſucceſſorem condemnati ſeu per iudicem ſucceſſorem, & non contra cōdemnatum requiritur citatio, vt per Alex. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudi. & doct. in cap. ex ratione, extra de appella. vbi concludunt quòd eo caſu quo ſententia poteſt exequi abſq; alia citatione, tamen quando habet exequi contra non nominatum in ſententia abſque dubio ſemper re-
13 quiritur citatio. † Præterea grauamen conceſſum parte non citata, quanuis fortè non poſſet dici nullum ob citationem omiſſam contra tertium, tamen illud grauamen non nocet tertio non citato, vt per Alexand. conſi. lxxxiij. in cauſa, iij. colum. volu iij. Et quando ſcientia allegata etiam probaretur in iuribus incorporalibus præiudicat ſcienti quando primus poſſeſſor ſciuit nouo poſſeſſori reſponderi de fructibus per colonum, ſecus autem in iuribus corporalibus, in quibus data eſt ſcientia non præiudicatur, vt in allega. deciſ. cccxxv. in fi. & per Alex. in d. l. quanuis. §. ſi conductor. ff. de acquit. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an habere debeat ſpeciale mandatum ad faciendum cadere dominum in pœnam, & quando illud habere dicatur.*

CONCLVSIO XCIIII.

Opponebatur in quadam lite certæ executionis petitæ, procuratorem non eſſe admittendum tanquam non habentem ſpeciale mandatum ex quo dominus poterat cadere in pœnam, & regulare eſt vt dominus poſſit facere cadere dominum in pœnam in quo requiritur ſpeciale mandatum.
1 Concluſum fuit † non requiri quòd procurator habeat ſpeciale mandatum, in quo exprimatur quòd poſſit facere cadere dominum in pœnam. Sed ſatis eſt & dicitur ſpeciale & ſufficiens mandatum ad faciendum cadere dominum in pœnam, ſi habeat ſpecificum mandatum ad illum actum abſque eo quòd dicat in ſpecie quòd poſſit facere cadere dominum in pœnam, vt ſi conſtituor procuratorem ad petendum tale prædium, tunc dicor habere ſpeciale mandatū, & poſſum facere cadere dominum in pœnam, ſecus ſi haberem mādatum generale ad lites, & cauſas occaſione talis rei, & ita colligitur ex dictis per Alex. conſi. xxxix. circa. ij. col. nu. 1. vol. vij. quod nota quia quotidie in facto contingit, & verſatur in pallatiis.

SVMMARIVM.

1 *Doctori aſſerenti de conſuetudine vniuerſali non eſt preciſè credendum, ſed inducit præſumptionem, qua probandi onus transfert in aduerſarium.*

CONCLVSIO XCV.

Articulus iſte accidit in certa cauſa, † an doctori de conſuetudine aſſerenti ſit credendum, & an intelligatur de conſuetudine vniuerſali, vel particulari, & an ſaltem talis aſſertio inducat præſumptionem talem quæ transferat onus probādi in contrarium: fuit cōcluſum communiter teneri, doctori aſſerenti de conſuetudine vniuerſali non eſſe præciſè ſtandum, ſed quòd aſſertio doctoris aſſerentis conſuetudinem inducit præſumptionē taliter quòd transfert onus probandi in aduerſarium, vt per Aymon. Crauettam conſil. clxvj. incipi. licet. iij. colum. nume. 9. cum ſequen. & plene per Sozi. iun. conſi. lx. num. 9. & 10. vol. ij. in quibus locis poſt relatas opin. concludunt, quòd communis eſt opinio quòd talis aſſertio non ſufficit ad probandum conſuetudinem. Sed inducit talem præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium: & atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, vt in promptu eſt videre, & per Anto. Capycium, in deciſio. Regni, deciſ. clxxvj. incip. in cauſa, vij. col. nume. 17. cum ſeq. 1

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſſit ad ſuperiorem omiſſo medio.*

CONCLVSIO XCVI.

Statuto cauebatur quòd † à ſententia domi. Poteſtatis, non poſſet appellari, niſi ad iudicem appellationum: accidit quòd pars appellauit, omiſſo medio ad ſuperiorem: dubitabatur, an appellatio valeret, cum omiſſo medio appellari non poſſit, quoniam ſtatutum erat confirmatum à ſuperiore, fuit concluſum, non potuiſſe appellari omiſſo medio: per dictum Bald. in conſi. lxxxvj. incip. per ſtatutum, lib. iij. vbi in terminis tenet quòd ſi ſtat ſtatutum huiuſmodi confirmatum à ſuperiore, quòd appellatio omiſſo medio, non valeat idem Cardi. conſi. lxxij. incipien. Titius. 1

SVMMARIVM.

1 *A ſententia qua non tranſit in rem iudicatam, puta ſententia peritorum, matrimony, & qua fertur ex conſilio ſapientum, & ſimili: infra quantum tempus appellari debeat.*
2 *Appellatione deſerta à ſententiis prædictis, ſententiæ firmæ remanent.*
3 *Iudicis officium quale eſſe debeat quando per viam querelæ aditur.*

4 *Tranſitus decem dierum appellationis an faciat ſententiam inappellabilem.*
5 *Querela differt ab appellatione.*

CONCLVSIO XCVII.

Probatio probationem non excludit. 128.nu.1

Probatio præſumptiua quando ſit concludens. fol. 378.numero 8

Probatio deuolutionis non eſt neceſſaria, quando ineſt clauſula illa generalis, quæ comprehendit omnem modum vacandi. 404.num.2

Probatio dependet à iuramento & depoſitione. 192. numero 2

Probatio ſemiplena in quibus ſufficiat. 49.nu.1

Probatio conueniens naturæ materiæ eſt ſufficiens. 169.numero 22

Probatio ex præſumptione procedens an ſit ſufficiens. 169.nu.23

Probatio probationem de iure non excludit, nec propter prçſumptam calumniam quis à probando repellitur. 143.num.2

Probatio aſſerentis beneficium de iure patronatus laicorum vel clericorum eſſe, an ſibi vel impugnanti incumbat? 318.num.10.12

Probatio lçſionis an plena vel ſemiplena requiratur cùm reſtitutio in integrum petitur aduerſus ſententiam. 733.nu.1.4

Probatio ſummaria in primo iudicio ſufficit, cùm aliquid eſt bis probandum ſiue examinandum ſucceſsiuè in duobus iudiciis, quorum vnum eſt declaratorium alterius. 733.num.2

Probatio plena non eliditur per minus plenam. 127.numero 2

Probatio tituli inualidi prædeceſſoris non concludit, quòd non habuerit alium titulum. 349.nu.4

Probatio quæ requiratur in poſſeſſorio in beneficiis. 666.nu.6

Probatio præſumpta ſufficit, vbi clara & liquida haberi non poteſt. 369.numero 8

Probatio ſamæ & communis reputatio releuat ab onere probandi negatiuam illum qui aliàs illam probare tenebatur. 265.nu.8

Probatio ſummaria ſufficit in impetrante qui dixit ſe eſſe magiſtrum vel presbyterum. 49.nu.1

Probatio leuis & iuramentum, in quibus habeant pondus. 96.num.1

Probationis definitio. 192.num.1

Probatione non facta excluditur pars. 192.nu.4

Probationes vbi non ſunt legitimæ, ſententia lata contra reum pro actore eſt nulla. 30.num.1

Probationes in cauſa appellationis quãdo cenſeantur nouæ. 59.num.1

Probationes exactæ quibus in cauſis non requirantur. 189.numero 1

Probationes ſuper petitorio an admittantur ad corroborationem poſſeſſorij. 697.num.1

Probationes impertinentes ſunt omnino reiiciendæ. 212.nu.1

Probationibus vlterius fiendis renunciat tacitè concludens. 22.num.2

Proceditur per audientiam contradictarum cum procuratore minus ſufficienti, præfixo termino ad docendum de ſufficienti mandato. 373.nu.4

Proceſſus factus coram eo qui nullam habet iuriſdictionem eſt nullus. 242.nu.4

Proceſſus habitus cum procuratore minorum xxv. annis, cùm de hac re fuerit propoſitum in iudicio, an valeat. 66.nu.1

Proceſſus tamen cum eo agitatus valet, ni excipiatur. 499.nu.2

Proceſſus habitus cum falſo procurat. valet. 553.nu.1

Modò dominus ratificauerit geſta per falſum procuratorem, ſiue tendant ad ipſius commodum, ſiue præiudicium. ibid.nu.2

Iudice tamen pronuntiante procuratorem non habere mãdatum legitimum, dominus non poterit ratificare acta per ſuum falſum procuratorem. ibidem numero 3

Nec

Nec etiam dominus poterit ratificàre, ſtatuto vel conſuetudine id non admittente. ibid.nu.4

Proceſſus factus vigore commiſsionis ſurreptitiæ, an ſit validus. 107.nu.1

Proceſſus in quo ſunt obſeruati omnes termini ſuſtantiales an valeat. 201.nu.1

Proceſſus factus per tutorem ante confectionem inuentarij an ſit nullus, 559.num.1

Proceſſus factus per iudicem à quo pendente termino ad daudum apoſtolos, an ſit ipſo iure nullus. 140.num.1

Proceſſus ſecundæ inſtantiæ non debet eſſe arctior, quàm primæ. 115.num.1

Proceſſu nullo exiſtente ex defectu iuriſdictionis iudicis, ſententia talis iudicis eſt etiam nulla. 80.numero 1

Proceſſus an valeat ſi non ſit exceptum. 57.nu.2

Proceſſus agitatus partibus abſentibus in cauſa appellationis, non eis obeſt, ſi contra eos aliquid agitetur. 131.nu.1

Proceſſus coram ſecundo iudice factus valet ſi de prima commiſsione alias bona non excipiatur. 132.num.1

Proceſſus per audientiam contradictarum contra intereſſe putan. inualidus reputatur contradictore legitimo apparente omiſſo. 373.num.6

Proceſſus vigore commiſsionis factus parte non vocata eſt nullus. 148.nu.1

Proceſſus eſt probandus per ſcripturam, ſi pars citata eſt vt veniat cum actis & monumentis ab homine. 118.num.1

Proceſſus factus & concluſus, citato non comparente per ſe, nec per ſuum procuratorem in iudicio præſentem, valet. 164.num.1

Proceſſus habitus cum minore 25. annis an valeat. 65.numero 2

Proceſſus validatur partibus tacitè conſentientibus. 191.num.2

Procurator pro domino abſque ſpeciali mandato non poteſt appellare ab executione ſententiæ. 633.numero 1

Procurator in extraiudicialibus reuocari non poteſt, quando aduerſarij intereſt. 694.nu.7

Procurator ad reſignandum beneficium, an poſsit reuocari, & quomodo. vide hic, & de notabili caſu. 693.num.1.2.& 3

Procurator ſciens & voluntariè producens falſa inſtrumenta, non nocet domino. 180.nu.3

Procurator ad lites & cauſas an poſsit petere compromiſſum vigore ſtatuti. 662.nu.1.2

Procurator non reuocatur vbi res non eſt integra, & intereſt partis etiam in ſpiritualibus. 694. numero 8

Procurator conſtitutus contra duos expreſſos, non videtur conſtitutus contra tertium non expreſſum. 82.num.1

Procurator tantum ſalarij habet pro cauſa leui, quam pro grauiſsima. 115.num.1

Procurator rei an poſt diffinitiuam poſsit excipere contra procuratorem actoris, dicens eum non verè conſtitutum procuratorem. 152.num.1

Procurator conſtitutus à domino ad omnia quæ ſunt neceſsitatis, an poſsit ſe offerre ad voluntariè confitendum. 51.num.1

Procurator dominus litis effectus, an poſsit reuocari. 385.num.4.5.6

Procurator conſtitutus ad acceptandum poſſeſsionem, ſi ſpoliet alium, dominus nõ tenetur. 123.n.1

Procurator Epiſcopi iniuſtè mouens litem contra partem, condemnandus in expenſis. 464.nu.1

Procurator eſt voluntatius adminiſtrator, curator verò neceſſarius. 473.num.2

Procurator efficitur dominus litis, ad domini non ſui commodum. 385.num.5

Procurator conſtitutus ad lites, ſi appellauerit à grauamine, vt interlocutoria, tenetur proſequi appellationem. 510.num.1

Secus ſi à diffinitiua. ibid.nu.2

Debet tamen dominum certiorare, ſi dominus non fuerit propinquus curię, & dabitur ſibi terminus peremptorius ad proſequendum appellationem. ibid.numero 3

Procurator non conſtitutus ad appellandum, non poteſt approbare appellationem abſque ſpeciali mandato. 75.num.1

Procurator defuncti dominus litis effectus, in beneficialibus an citari debeat? 373.nu.3

Procurator generalis conſtitutus cum ſpeciali mandato iurandi de calumnia, ſi iuret, iuramentum eius valet. 502.numero 1

Procurator ſubſtitutus, licet ſubſtituens iurauerit, debet iurare de calumnia. 502.nu.2

Procurator habens ſpeciale mandatum, licet non exprimatur cauſa, admittitur ad iurandum de calumnia. 537.num.2

Procurator non ſolùm in ſuam animam, ſed & in animam domini de calumnia iurare tenetur. fol. 537.numero 3

Procurator rectè agit etiam in fauorem reuocantis, donec certificetur. 386.nu.13

Procurator factus dominus litis in prima inſtantia, licet non poſsit reuocari, ſecus tamen in ſecunda. 116.num.1

Procurator habens ſpeciale mandatum poteſt petere in integrum reſtitutionem. 476.nu.1

Procurator de mandato domini contrahendo, vel quaſi, ſubeundo iudicium vel alia quæ verſantur circa iudicium, nocent domino. 601.nu.1

Procurator primus reuocatur per minoris in integrum reſtitutionem. 490.num.1

Procurator in Romana curia eſt obligatus pro principali ſuo abſente ad ſoluendum expenſ. regeſtri. 340.num.2

Procurator reſignantis mortuo ipſo reſignante, poteſt aſtringi de iure ad pręſtandum conſenſum in cancellaria vel camera pro expeditione literarum, cùm talis conſenſus non ſit niſi executio ad actum perfectum, nec quo ad hoc expirauit mandatum. 336.num.4

Procurator non appellans an & quando teneatur domino ad intereſſe. 368.num.6

Procurator in curia tenetur ad expenſas regiſtri pro domino abſente. 368.num.7

Procurator ſine cauſa poſt litem conteſtatam reuocari non poteſt. 555.num.1

Procurator contrahens ex re vel circa rem, vel ſupra rem domini, domino acquiritur actio vel obligatio abſque ceſsione. 509.nu.1

Procurator non exiſtens ſoluendo auditur in ſubſidium etiam poſt x. dies à tempore ſententiæ computandos per reſtitutionem in integ. 491. nu. 1
Procurator quando dicatur non ſoluendo. fol. 491. numero 2
Procurator rei ſeu defendentis cauſam reſtitutionis in integrum non indiget ſpeciali mandato. 340. num. 2
Procurator conſtitutus ad appellandum, an videatur etiam conſtitutus ad proſequendum appellationem. 87. num. 1
Item nec procurator poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua procurauit. ibidem.
Procurator ad lites tenetur de ſuo expenſas iudicij ſubire. 668. nu. 4
Procurator tenetur præſentare ſuum principalem vt poſitionibus reſpondeat. 667. num 1
Procurator conſtitutus ad appellandum, poteſt appellare à diffinitiua. 70. num. 1
Procurator curiæ archiepiſcopalis an poſsit ſe appellare fiſcalem. 555. num. 6
Non poteſt procurator conſentire quod non appelletur, niſi ad hoc habeat ſufficiens mandatum, etiam ſi commiſsio hoc contineat de partium conſenſu, ſed poteſt omittere ordinem iudiciarium & alias ſolennitates per partem remiſsibiles vel parui præiudicij etiam ſine mandato, non tamen quæ non ſunt remiſsibiles per partem. 326. num. 3. 4
Procurator fiſcalis an dicatur ſemper eſſe præſens. 539. num. 2
Procuratoris in generali mandato venit omne illud ad quod dominus poſſet compelli. 662. nu. 2
Procuratoris malitia non nocet domino. 621. n. 3
Procuratoris mors domino de iure eſt intimanda, non autem abſentia. 109. n. 1
Procuratoris culpa dominus litis non incidit in contumaciam. 44. n. 1
Procuratoris conſtitutio facta per filiumſa. ſine licentia patris, valet ſi dictus filius conſtituerit in rebus in quibus patri non acquiritur vſusfructus. 516. n. 1. 2
Procuratori non ſpecialiter deputato ad cauſam an poſsit fieri intimatio. 131. n. 1
Procuratore legitimè conſtituto ad iuran. &c. iurante de calumnia, parte aduerſa petente, dominus compelli poteſt ad idem iuramentum præſtandum. 537. num. 1
Procuratore non appellante infra tempus, non auditur dominus poſtea. 79. n. 1
Procuratorem quis conſtituere poteſt ad acceptandum ac permutandum beneficia in poſterum obtinenda. 63. n. 2
Procuratores aſſerti indifferenter in curia obtinent decretum citationis ad partes, promittunt de ratihabitione ſub pœna cc. ducat. 298. n. 4
Procuratores nouos conſtituens primos reuocare videtur. 116. n. 1
Procuratoris exemplificata de iure communi non probant niſi præſente & conſentiente eo, de cuius conſtat intereſſe. 101. n. 1
Procuratorium ad excuſandum, non habens excuſationes expreſſas, an valeat. 70. n. 1
Procuratorium requirere, eſt requirere plenam probationem. 84. n. 2
Procuratorium ad cauſas moras & mouendas deuolutas, &c. non valet. 105. n. 1
Procuratorium generale vtrum ſit ſufficiens. 69. numero 1. 2
Procuratorium generale an valeat. 77. n 1
Procuratorij copia in beneficiali cauſa, quando faciat fidem. 100. n. 1
Procuratio debita ratione viſitationis tantùm, eſt adeò priuilegiata, vt præſcribi non poſsit. folio 574. n. 2
Secus de illa quæ debetur ratione inſtitutionis. ibi.
Procuratio accedit viſitationi, & viſitatio habet in ſe annexum ius publicum auctoritate & vtilitate. 574. n. 3
Prohibitum principaliter, ſi illud neceſſariò ſequitur ad poſitionem permiſs, tunc cenſetur in conſequentiam permiſſum. Et quod non licet directo, licet per obliquum. 692. n. 14
Prohibitio alienationis ſiue ab homine ſiue à lege inducta, non extenditur ad alienationem neceſſariam. 792. num. 16
Proiiciens puerum in aqua, pronuncians verba baptiſationis, an puer cenſeatur baptiſatus. folio 602. numero 2
Promittens ſoluere pro alio tenetur, ſi principalis non fuerit ſoluendo. 485. nu. 1. 2
Promittens ſoluere ratione conductionis certam ſummam certis terminis exoluẽdam, an expirato primo termino poſsit conductor agere contra eum pro termino futuro. 470. num. 1
Promotus vltimo die anni an poſsit permutare. fol. 65. num. 1
Per promotionem ad eccleſiarum cathedralium regimina, non vacant de iure priora beneficia obtenta per promotum, donec labatur trimeſtre datum ad petendum munus conſecrationis: hodie tamen papa in promotione conſiſtoriali decernit illa vacare eo ipſo à die promotionis, vbi non datur promoto retentio eorundem. 320. nu. 1 321. numero 3
Pronomen ſuum denotat dominium. 615. nu. 4
Pronomina poſſeſsiua, meum, tuum, ſignificant tempus præſens. 522. num. 1
Propoſitio artis, licet indefinita, valet vniuerſalem. 169. num. 15
Propoſitio exceptionis, & propoſitio actionis æquiparantur. 219. num. 2
Proprietas vel poſſeſsio aut res ſeu actio etiam in materia beneficiali quando cenſeatur litigioſa, vide remiſsiuè. 357. n. 1
Prorogatio fatalium facta procuratore putatiuo citato, an valeat. 390. num. 1
Prorogatio inſtantiæ, an ſi fiat valeat, ita quod ſit neceſſe appellare, vel ſit nulla. 671, num. 3
Proſequens litem, acceptat. 130. nu. 2
Proteſtatio conſeruat ius in poſſeſsione. 85. nu. 1
Proteſtatio & denunciatio extraiudicialis, an & quando malam fidem inducat. 652. num. 3
Prothocolla quando habeantur pro actis. 129. nu. 1
Prouinciæ nomine quidnam contineatur. 472. nu. 2
Prouiſus ab ordinario in vno ex ſex menſibus reſeruatis per regulas cancellariæ, ſi ſpoliatur an debeat reſtitui? 358. num. 3

Prouiſio

Prouiſio magis qualificata ex ceſsione minoris prę rogatiui, non præiudicat alteri eodem die cum minori in prouiſione concurrenti. 413.nu

Prouiſiones inferiorum infra menſem ſiue reſeruatiuus vel acceptans acceptauerit, ſiue non, non tenent. 316.num.2

Prouiſio in beneficialibus eſt actus legitimus qui non recipit diem, neque conditionem. 413.nu.3

Prouiſio ſeu commenda ex nunc, prout ex tunc, &c. non dicitur verè facta tempore datæ, quia conditionalis exiſtit, recipiens tempus vacationis & acceptationis. 399.num.4

Prouiſio facta tertio de beneficio acceptato per expectantem infra tempus datum ad publicandum non valet, quamuis expectans in publicatione poſtea deficiat. 283.nu.1

Prouiſio ita differt à mandato de prouidendo, ſicut venditio à promiſsione de vendendo. 370.nu.6

Prouiſio papæ de beneficio vacante per obitum familiaris prædeceſſoris ſui defuncti in familiaritate cardinalis viuentis, an ſit canonica? 419.nu.1

Prouiſio papæ etiam motu proprio facta non præiudicat iuripatronatu laicorum. 379.nu.3

Prouiſio papæ de dignitate principali in collegiata, etiam de cura parochianorum, cui imminebat animarum mentio non habita valet. 410.nu.

Prouiſio papæ de beneficio mentaliter reſeruato, non valet, de mentalitate huiuſmodi mentione non habita. 313.num.2

Prouiſio papæ de deuoluto ad ſedem apoſtolicam comprehendit reſeruatum, quod Cardinalis ex indulto conferre poterat, ſi infra ſex menſes conferre neglexit. 406.num.1

Prouiſio papæ de beneficio patronato laycorum abſque derogatione, non præiudicat patronis. 448.numero 5

Prouiſio papæ quamuis infra menſem reſeruatiuo vel expectanti datum facta teneat, legati tamen licet reſeruatiuus non acceptet, non valet. folio 315.numero 1

Prouiſio papæ, an præueniendo expectantes valeat? 424.num.2

Prouiſio papæ non data acceptatione reſeruatiui, valet etiam ſi in reſeruatione huiuſmodi irritaret prouiſiones etiam per ſe factas. 316.nu.1

Prouiſio papæ per obitum familiaris ſui, nulla de familiaritate Cardinalis, de qua defunctus etiam extiterat, mentione habita, valida reputatur, cùm nec eius conſenſus exigitur. 403.nu.1

Prouiſio beneficij nulla de ipſius qualitate, vt puta electiui ſacerdotales &c. mentione habita an valeat? 410.num.2

Prouiſio beneficij facta vni ex reſignatione obtinentis cum ſuſpenſione gratiarum, non facit expirare gratiam mandati de prouidendo alteri, prius de eodem cum primùm vacauerit conceſſam. 428.num.1

Prouiſio nulla de fructibus indebitè perceptis, quando tertio debentur mentione habita, valida reputatur. 406.num.1

Prouiſio in deuolutis, nulla de iurepatronatus mentione habita, valida reputatur. 371.nu.7

Prouiſio beneficij de iurepatronatus laycorum ex fundatione, dotatione, vel conſtructione exiſtentis quando valeat? 449.nu.2

Prouiſio facta impetranti poſt præſentationem, & receptionem literarum an valeat. 44.num.1

Prouiſio beneficij non facta mentione de intruſione, eſt nulla. 637.nu.1.2

Prouiſio de beneficio mentaliter reſeruato facta, quando valeat? 429.num.8

Prouiſio de beneficio vacante per obitum familiaris alicuius cardinalis, etiam ſi eidem familiari commendatum extiterat, non valet, niſi de nomine & titulo cardinalis mentio habeatur, & ad id eiuſdem cardinalis accedat aſſenſus. 295.nu.1

Prouiſio beneficij competit primo iudici, ſi ita ei fuerit iniunctum à papa, ſecundo excluſo. folio 84.num.1

Prouiſio eſt nulla, ſi forma non fuerit in ea ſeruata. 148.num.1

Prouiſio dat ius in re, acceptatio verò in rem. folio 89.num.4

Prouiſio nunquam debet fieri, niſi aliquali ſummaria cognitione præcedente. 35.num

Prouiſionem veram quænam inducant. folio 72. numero 1.2

Publiciana competit poſſeſſori habenti cauſam & titulum cum bona fide. 677.nu.13

Publicatio acceptationis in alio quàm beneficij loco facta, dato iuſto impedimento an ſufficiat. 366.num.1

Publicatio acceptationis qua ratione fieri mandatur? 82.nu.2

Publicatio acceptationis in curia ſede vacante, vel tempore vacantiarum, qualiter fieri debeat, vt dicatur ſatisfactum regulæ? 285.num.1

Publicatio acceptationis in alio quàm beneficij loco facta, quando ad eum tutus non patet acceſſus ſuſtinetur? 285.num 2

Publicatione teſtium denegata, an ex hoc ſententia impugnari poteſt. 389.nu.2

In publicis officiis non requiritur ſpeciale mandatum. 476.num.2

Publicè exponit Bald. id eſt, coram populo, vnde teſtis dicens quòd publicè audiuit dici, probat famam. 378.nu.4.7

Publicè excommunicatum poteſt iudex ex officio repellere etiam reo non excipiente, ſimiliter libellum quando ex eius continentia ineptitudo apparet. 331.num.5

Pupillus factus adultus non ſuccedit tutori vt vniuerſalis ſucceſſor, nec dicitur eadem perſona cum tutore, vt hæres cum defuncto. 609.num.1

Pupillo quotupliciter ſubueniatur. 472.num.2

Purificatio gratiæ quando non dicatur ſatis purificata. 85.num.1

Q

QValitas aliqua quoties eſt fundamentum excipientis reſpectu habilitatis vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa qualitate conſtare. 660.num.3

Qualitas rei ſi in libello non exprimatur, nec fuerit contra obiectum, ſi ex probationibus res fuerit ſpecificata ſufficit, ad hoc vt ſententia feratur pro actore. 523.num.1.2

Qualitas quæ de facto, non autem de iure communi ineſt in beneficiis, exprimi debet. 411.nu.8.11

Qualitas quæ in facto conſiſtit, non autem quæ de iure ineſt, exprimi debet. 404.num.6

Qualitas illa quod hoſpitale fuerit erectum authoritate, vel quod ſit eccleſia, probari debet quòd fuerit tempore contractus. 656.num.6

Qualitas ſemel poſita, quæ ex curſu temporis non tollitur, præſumitur exiſtere, niſi ſublata probetur. 665.num.12

Quando in ſecunda commiſsione nihil dicitur de prima, ſine verbo aduocamus, inducitur cauſæ aduocatio. 325.num.1

Quando papa in reſignatione quæ fit in manibus ſuis ſuſpendit ad illius effectum omnes expectatiuas vel generales reſeruationes, vniones, nominationes, & alias ſimiles gratias circa acceſſus etiam ſine conſenſu non ſuſpenduntur, coadiutoriæ vero ſine conſenſu ſic, quia verbum de conſenſu poſitum in huiuſmodi limitatione ſupplicationum refertur ex ſtyli interpretatione tantum ad coadiutorias. 339.nu.4

Quando ſumus in dicta conſuetudine inducenda, magis præſumitur quòd ex cupiditate procedat niſi de contrario conſtet: quando vero in inducta nec appareat de origine, nec ex qua cauſa ſit inducta tunc præſumimus inductam ex liberalitate, aut ex alia cauſa approbata à iure, puta loco decimarum cenſus cathedratici. vel alterius iuris. 335.num.6

Quando committitur cauſa cum poteſtate citandi in Romana curia, non adiecto, & extra eam, tunc arguitur quod non poteſt citare extra eandem curiam, niſi in cauſa appellationis: iuxta deciſionem cccxcj. in antiquis, aliàs quarta, in titulo de foro competenti. 326.num.3

Quando committuntur cauſæ ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt ſunt cauſæ beneficiales & aliæ ſummariæ qualiter ſit procedendum. 329.nu.9

Quando in materia rei liquidæ aut contra inſtrumenta guarentigiata ſit locus exceptioni remiſſiuè. 331.num.9

Si in actione includit & deducit actor exceptionem ſuo ligone ſe percutit, & ei incumbit onus probandi excluſionem exceptionis, aliàs incumberet excipienti aliquid ponenti. 331.num.10

Quando clauſula reſpiciat & præcedentia & ſequentia & qualitas adiecta in aliqua diſpoſitione reſpiciat omnia remiſsiuè. 329.nu.2

Quando opponitur contra procuratorem, & proteſtatur eum non debere admitti cum ratihabitione geſtorum, an talis cautela & proteſtatio iuuet. 698.nu.1

Quare Rota variat in ſuis deciſionibus. 357.nu.15

Quaſi, velut, veluti, tanquam, hæ verborum ſignificationes recipiuntur ſecundum naturam materiæ in qua ponuntur. 171.num.27

Quaſi poſſeſsio inſtituendi per vnum teſtem probatur. 666.nu.10

In quaſi poſſeſsione iuris incorporalis quæ requirantur. 353.num.2

Quatuor ſpecies vicegerentium, vide remiſsiuè. 321.num.2

Quænam ſit differentia inter præbendam gratialem, & corporalem. 108.num.1

Quæ concernunt aptitudinem, vel ineptitudinem cauſæ, poteſt iudex ſupplere in facto. 51.nu.1

Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio. 252.numero 12

Quæ requirantur vt tutor poſsit adminiſtrare res pupilli. 479.num.1

Quæ ſententiæ habeant vim diffinitiuæ & quę non. 474.numero 1

Quæ ſunt de directo neceſſaria ad fundandum ius & intentionem agendi, vel defendendi, maxime affirmatiue prolata probanda ſunt. 138.nu.1

Quæ ſunt de ſubſtantia libelli poſt litem conteſtatam mutari non poſſunt. 567.nu.1

Quæ reddant gratiam ſurreptitiam. 49.nu.2

Quæ ſine conditione dicuntur, ſiue conditione debent intelligi. 121.num.4

Quænam ſit differentia inter fictionem & præſumptionem. 169.nu.24

Quænam ſit differentia inter gratiam ſtrictam & largam. 90.nu.2

Quænam ſit materia obiectiua. 83.num.1

Querela ſimplex etiam coram vicinis, impedit ratificationem. 652.num.5

Quæſtio proprietatis non admittitur contra volentem habere recurſum. 87.num.

Quæſtio poſſeſſoria ſuper matrimonio, vel alio ſpirituali, non eſt ſpiritualis, ſed quaſi. 638.nu.2

Qui petit totum petit & quamlibet partem. 530.n.4

Qui petit actionem ſibi edi, nihil petit à iudice. fol. 518.num.3

Qui non habet in ære, luit in corpore. 470.nu.2

Qui prior eſt tempore, potior eſt iure. 534.nu.5.6

Quia regreſſus habent cauſam iuris de præterito & non ſimpliciter de futuro, ideo non continentur nec ſub indultis cardinalium, nec ſub concordatis germaniæ. ſecus eſt in coadiutoriis cum futuris ſucceſsionibus quæ nihil habent de præterito. 338.nu.1

Quibus in caſibus offeratur ſupplicatio principi. 635.num.3

In quibus quis poteſt agere ſine conſenſu capituli, in illis poteſt & per procuratorem. 484.nu.3

Quicquid reperitur actori conceſſum, in pari caſu reo conceſſum videtur. 214.nu.7

Quilibet in ſui commodum præſumitur dilig[illegible] 155.numero 2

Quis puniri non debet in alio quàm deliquerit nec plus quàm deliquerit. 202.nu.8

Quis vel qui relatiua an faciant conditionem 609.numero 1

Quo ad validitatem non refert an aliquid fiat ſub conditione vel modo: quoniam ſi modus non ſeruatur ſubiicitur clauſula irritans ſeu annullans actum, cùm illud ſit pro forma appoſitum quæ dat eſſe rei: qua non ſeruata actus eſt nullus. 331.num.7

Quod ſtatuitur in citatione, locum habet in inhibitione. 326.nu.1

Quod noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis euelli non debet. 230.num.8

Quod procedi poſsit in cauſa non præſtita cautione. 125.num.1

Quod

Quod quis poteſt facere per alium, hoc idem poteſt facere per ſe. 151.nu.6
Quod maius & dignius eſt in genere ſuo, ſub generali diſpoſitione non venit. 29.num.1
Quod fit vltra fines mandati eſt nullum. 124.nu.3
Quomodo intelligatur illud quòd vbi lex vel ſtatutum cogit iudices ad aliquid faciendum quod reſpicit vtilitatem priuatam, quod procedat ſi petatur. 698.num.1
Quot ſint grauamina, tot cenſentur appellationes. fol.59. nume.1

R

Ratio in lege, quando niſi vnica aſsignari poteſt, habetur pro expreſſa. 289.num.10
Ratio limitat & reſtringit diſpoſitionem ad eius limites. 297.num.4
Ratio iuſta & iniuſta excuſat non ſolum à dolo, verum etiam à pœna doli. 294.num.4
Ratio etiam coniecturata limitat & reſtringit legem ad ipſius limites. 287.nu.4
Ratio proprietatis præiudicans poſſeſſorio in rei reſtitutione, præiudicat vniformiter in fructibus. 95.numero 1
Ratio regulæ quare conſenſus cardinalis requiritur in beneficio vacante per obitum familiaris ſui, eſt propter expenſas quas cardinales ſubſtinent in eorum familia. 295.num.2
Ratio in arbitrariis reddenda non eſt. 456.nu.4
Ratio eſt iuris communis. 87.num.2
Ratihabitione an validentur ſententia & proceſſus. 152.numero 3
Recepti auctoritate apoſtolica in canonicos, iure ſuæ receptionis, & ratione ſui canonicatus præferuntur omnibus, & aliis alia auctoritate venientibus, & collatio alteri facta eſt nulla. folio 221.num.1
Rector eccleſiæ parochialis citari debet in loco dictæ eccleſiæ, ibique ei appellatio intimari. 90 n.1
Rectores terrarum eccleſiæ dicuntur qui in iudicando in eccleſiæ ciuitatibus præficiuntur à papa, etiam ſi legatus de latere in eadem prouincia eorum ſit ſuperior, & non caſtellorum præſides. 322.num.4
Rectores eccleſiarum vtrum ſint Epiſcopis ſubiecti. 84.num.1
Regreſſus ad beneficia non obſtante indulto cardinali ordinario collatori conceſſo valent, ac data vacatione effectum ſortiri debet etiam de indulto huiuſmodi mentione non habita. 457.n.1
Regreſſus de ſtylo præſeruantur, nec ſuſpenduntur in reſignationibus. 457.nu.4
Regreſſum habens & patiens alium poſtquam regreſſus factus eſt locus pacificè per quadriennium poſsidere ſibi præiudicat. 351.nu.1
Recuſatio ſi probetur iniuſta, valebit proceſſus, ſecus ſi iuſta. 634.num.4
Reductio ad arbitrium boni viri ſtante enormi læſione, non obſtante quacunque verborum cautela, peti poteſt. 430.nu.3.6
Reſeruatio omnis vim nouæ prouiſionis habet. fol. 147.num.1
Regula de annali nedum in prima, verum etiam in ſecunda & tertia inſtan. produci poteſt, & ſuffragatur etiam quoad nullitatem ſententiæ, & impedit executionem. 272.nu.1
Regula de annali defendit execrabilem. 274.nu.4
Regula de annali an ad poſſeſſorem tantum & eo durante intelligenda & reſtringenda exiſtat? fol. 277.num.7
Regula de anuali emanauit in odium impetrantis & contenta eſt detentatione etiam abſque titulo, quia realis exiſtit. 274.nu.2
Regula de annali nedum in impetrationibus certo modo verumetiam in ceſsionibus locum habet. 276.num.1
Regula de annali cum ſit realis, an quilibet de ea dare poſſit etiam ſucceſſor poſſeſſoris? 276.nu.3
Regula de triennali eſt contenta omni alio colore tituli præter exceptuatos in ea. 271.n.6
Regula de triennali defendit prouiſum ab ordinario de dignitate maiori poſt pontificalem. & principali collegiata alia regula non obſtan. 271.n.7
Regula de triennali non defendit illud qui cauſam committi, & citationem etiam duntaxat decerni obtinuit. 265.nu.1
Regula de triennali nec allegatio Lapi lxxxix. non defendunt ſpoliatorem. 363.nu.2
Regula de triennali fraternizat cum cle. de ſequeſt. poſſ.& fruct. 374.nu.3
Regula de triennali an non procedat niſi cum bona fide? 265.nu.6
Regula de triennali extracta videtur ex concilio Conſtantienſi, & approbata in concilio Baſilienſi. 266.num.10
Regula de triennali non defendit habentem ſymoniacum ingreſſum. 274.num.2
Regula de triennali contra ſuperiorem locum non habet. 268.n.10
Regula de triennali non dat titulum. 268.nu.8
Regula de triennali an defendat in dignitate maiori poſt pontificalem aut principali in collegiata poſſeſſorem cum titulo ordinarij. 367.n.1
Regula de triennali non habet locum in beneficiis vacan. apud ſedem etiam collatis à papa de tali vacatione mentione non habita. 269.n.1.3
Regula de triennali defendit etiam illum, qui verum valorem non expreſsit regula de exprimendo valore non obſtan. 271.nu.1.9
regula de triennali non vult aliquem in petitorio, nec poſſeſſorio moleſtari. 363.num.5
regula de triennali non habet locum in eo, qui obtinuit cauſam committi. 363.nu.6
regula de triennali eſt perſonalis & non realis. ſolio 270.num.1
regula de triennali eſt perſonalis. 351.nu.7
regula de triennali eſt contenta titulo præſumpto. 348.num.2
regula aſinina appellari poteſt cum detentatione dicitur fuiſſe contenta. 275.nu.10
regula de annali requirit pacificum poſſeſſorem quæ tamen ſuficitur per quamlibet moleſtiam iuris vel facti. 275.num.11
regula de veriſimili notitia loquens de beneficio vacanti per obitum, extendi non debet, ſi vacat per reſignationem. 285 nu.1
regula de infirmis reſignantibus, an liget ordina-

rios,& locum habeat extra curiam. 186. nume.1. 187.num.1
regula cancellariæ habens decretum quandocunque in iudicio producatur, annullat omnia acta etiam ante productionem. 273.num.5
regula cancellariæ de qualitatibus beneficiorum exprimendis in impetratione, quomodo intelligatur? 411.nu.12
regula cancellariæ diſponens, quòd habens ſignatura per fiat, præferatur alteri habenti per conceſſum, intelligitur etiam ſi habens per conceſſum eadem die ſit poſſeſſor. 432.num.1
regula de veriſ.noti.dummodo beneficium per obitum vacet, ſiue vacatio huiuſmodi exprimatur, vel in generali clauſula contineatur, locum habet. 286. num.3
regula & extrauagans Alexandri. vj.de fictis familiaribus quare emanarunt? 409.nu.5
regula de publicandis non habet locum, quando acceptans infra tempus cedit, vel decedit. folio 285.numero 1
regula reuocans reſeruationes ſeu gratias etiam Cardinalibus conceſſas, præiudicat eiſdem non obſtante alia regula prius edita, quòd Cardinales non comprehendantur ſub regulis poſt primam editionem faciendis, niſi eorum fauorem concernant. 295.nu.1
regula de exprimendo valore non habet locum in prouiſione ordinarij, quia ordinarij eccleſiæ, papa verò perſonæ prouidere intelliguntur. folio 287.numero 5
regula de exprimendo nomine & titulo, ac conſenſu Cardinalis in impetratione beneficij vacantis per obitum familiaris ſui, non habet locum in prouiſione facienda ex reſignatione familiarium. 414.num.1
regula noua an tollat primam contrariam, quanuis id non exprimat. 296.num.2
regula quòd diſpenſationes non ſuffragentur literis non expeditis extra curiam non procedit. folio 287.numero 8
regula de viginti de ſtylo derogatur quando reſignans eſt abſens. 289.nu.13
regula, quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationis, ſed literarum, non habet locum in poſſeſſorio. 365.nu.14
regula de publican.habet locum in reſeruatione & vnione, etiam ſi reſeruatio & vnio habeat clauſulam prouiſionis ex nunc, prout ex tunc. folio 284.numero 2
regula de iure accreſcendi procedit tantùm in concurſu expectantium. 284.nu.8
regula de non tollendo ius quæſitum per quancunque commiſsionem ſeu conceſsionem, intelligit quoad impetrata & conceſſa lite cœpta ſeu pendente, & non ante. 297.nu.1
regula de publicandis, an annullet acceptationem & prouiſionem factam per expectantem ab initio, ac ſi facta non eſſet, non publicauerit, vel ſolùm poſt finitum tempus. 283.nu.7
regula de infirmis exorbitat vel corrigit ius commune. 288.nu.3
regula de infirmis reſignantibus, an habeat locum quando infirmus beneficium in commendam obtinebat & ceſsit. 288.num.1
regula quòd non iudicetur iuxta tenorem ſupplicationis ſed literarum quomodo procedat & interpretetur. 384.numero 5
regula defendit illum qui habet titulum coloratum. 267.num.2
regula excipiens canonicatus & præbendæ, interpretatur de exiſtentibus in cathedrali, ſi pro pauperibus, ſecus in aliis gratioſis. folio 426. numero 3.5
regula de impetratio. beneficiorum per obitum familiarium Cardinalium vacantium, locum habet etiam ſi beneficia familiaribus prædictis commendata forent. 458.nu.8
regulæ cancellariæ ſunt ſtricti iuris, adeò quòd nec extendi, nec ſuos terminos egredi poſſunt. 420. numero 6
regulæ cancellariæ habent vim legis, & ſunt ſeruandæ, præſertim viuente earum conditore. 620. numero 1
regulæ cancellariæ ſunt ſtricti iuris, & non egrediuntur ſuos terminos. 414.nu.5
regulæ cancellariæ ligant poſt earum publicationem factam in curia. 621.num.2
regulæ cancellariæ quando conficiuntur, qui conueniant in earum confectione? 308.num.2
regulæ cancellariæ an ligent extra curiam? folio 186.numero 2
regulæ de triennali nunquam derogatur in commiſſionibus iuſtitiæ. 271.nu.3
regula quæ reuocat vniones, an intelligatur de perpetuis vel de temporalibus? 292.num.7
Contra regulam de triennali papa non concedit commiſsiones, ne ludibrio pateat & ſit eluſoria. 344.numero 2
relatiuum quis vel qui iunctum verbo futuri temporis, quando faciat ſuum antecedens conditionale? 400.nu.11.13
relatiuum iunctum verbo præſentis temporis, importat demonſtrationem. 400.num.12
religionem profiteri non cogitur obtinens beneficium regulare in commendam. 288.num.8
religioſus ſimplex non poteſt conſtitui procurator ſine licentia ſuperioris. 498.nu.1
religioſus an poſsit eſſe in ſtudio cum licentia abbatis, conuentu non conſentiente. 553.num.1
religioſus conſtitutus procurator non poteſt ſubſtituere. 499.num.1
Si ſubſtituerit domino id ratificante, valebit proceſſus ratificatus. ibid.num.2
In præiudicium tamen ratificantis. ibid.num.3
remedium attentorum in quibus ſit magis priuilegiatum, quàm interdictum vnde vi. 467.nu.3
remedium canonis reintegranda, competit etiam contra eum qui cum titulo & bona fide poſsidet. 364.num.1
remedium extraordinarium ſemel tantum peti poteſt. 635.num.4
remedium reintegranda an competat contra poſſidentem cum titulo & bona fide, abſque eo quòd allegetur aduerſarium clàm poſsidere reſpectu poſſeſsionis. 674.num.1
remediū reintegranda an detur pro penſionibus denegatis: & an pro iuribus perſonalibus. 668.nu.1

In remedio canonis reintegranda quid agens probare debeat. 652.num.1
remedia in poſſeſſorijs & eorum diuerſitate: vide remiſsiuè. 364.num.2
remiſsio ad partes olim non dabatur ad probandum attentata, hodie tamen aliquando datur. folio 347.num.1
remiſsio an dari poſsit ad partes pro teſtibus recipiendis ab auditore palatij de conſenſu ambarum partium. 154.num.1
remiſsio an fiat in contractu emphyteutico, & quando ſit locus remiſsioni. 657.nu.11
remiſſoria ad probandam violationem ſequeſtri an regulariter concedi debeat. 376.nu.6
remiſsio in delictis non fit inter eos qui non ſunt eiuſdem iuriſdictionis, ſecus ſi ſunt eiuſdem iuriſdictionis. 570.nu.1.2.3
renunciare appellationi quando quis non dicatur. 79.numero 1
renunciare facto & tacitæ ſuæ appellationi quis dicatur. 188.num.1
renunciare an quis poſsit beneficio abſque auctoritate ſuperioris. 7 .num.1
renunciare quis ignorans non præſumitur. 127.nu.2
renunciare liti & cauſæ, & renunciare iuri quid importent? 386.nu.7
renuncians amittit omnem poſſeſsionem, ſi poſtea incumbit animo continuandi, illam de nouo acquirere videtur. 362.nu.16
renuncians beneficium licet amittat poſſeſsionem iuris, tamen ſi incumbit poſſeſsioni realiter & de facto ſi à tertio ſpoliatur, eſt reſtituendus. 361.numero 2
renuncians beneficio an non ſolùm abdicet à ſe dominium, verum etiam ciuilem & naturalem poſſeſsionem. 361.nu.3
renuncians cum iuramento exceptioni non celebrati contractus, an poſsit reuocare dictam renunciationem. 76.num.1
renunciatio facta in manibus laici eſt nulla. folio 71.numero 2
renunciatio facta ex cauſa permutationis, facta videtur ſub conditione tacita. 36.nu.3
renunciatio facta per captionem & detentionem ſecularium poteſtatum eſt ipſo iure nulla. fol.558. numero 2
renunciatio facta per ſpoliatum poſt ſpoliationem, an ſit impedimento ſi vult agere ad reſtitutionem? 361.num.6
renunciatio facta ex cauſa permutationis an valeat, 36.numero 1
renunciatio hæreditatis facta per ſororem fratri patre non conſentiente eſt valida. 628.nu.1
renunciatio in vno caſu non inducit excluſionem in alio. 628.numero 1
Poſt renũciationem & concluſionem in cauſa, pars non admittitur ad producendum inſtrumenta, & alia documenta. 07.nu.1
Fallit in his in quibus iudex procedit ex officio, ſi hoc viderit expedire. ibid.nu.2
Item in cauſis criminalibus, cùm reus vult purgare ſuam innocentiam. ibidem nu.3
Item in cauſis in quibus proceditur ad inſtantiam, ſi inſtrumenta ſint de nouo reperta. ibid.nu.4
repellere aliquem ab articulo grauaminis, eſt eum repellere à negotio principali. 31.num.4
repetiti verbi ſignificatio. 64.nu.1
requiſita ad reuocationem primi reſcripti, remiſſiuè. 325.num.2
res quæ petitur eſt ſpecificanda. 59.num.1
res non integra quando eſſe dicatur. 236.nu.1
res quæ iam peruenit ad ſuum completum eſſe, ex cauſa ſuperueniente non retractatur. 114.nu.4
res & pretium ad ſubſtantiandum contractum emptionis & venditionis requiruntur: quorum altero deficiente nihil agitur. 680.num.20
res an & quando dicatur ſolita concedi in emphyteuſim. 656.num.8
res prorogata non cenſetur innouata per prorogationem. 251.num.9
res hypothecæ ſuppoſita, an poſsit lite pendente per debitorem alienari. 693.num.19
res aliqua vendicata ab aliquo ſciente domino & ſe non defendente, præiudicat domino. folio 190. numero 1
res noua fieri videtur quando eſt aliquid ei additum. 290.num.1
res contenta ſub genere poſt expreſsionem amplius non continetur ſub ea. 85.num.2
res emphyteutica ſi detur in dotem, non ſoluitur domino laudimium, ſi res non fuerit æſtimata. 556.numero 3
res iudicata an dicatur ſententia diffinitiua appellatione ſuſpenſa. 105.num.1
res de cuius poſſeſsione agitur an ſit alienabilis. 692.numero 12
reipublicæ honor in magiſtratuum honore conſiſtit. 335.nu.11
rem ſiue beneficium pacificè poſsidere quis non dicitur, ſi ſibi ſuper ea mouetur quæſtio iudicialis. 358 numero 9
In re dubia capienda eſt interpretatio benignior. 205.numero 7
reſcriptum auocatorium ſi ſit ſurreptitium eſt nullum ipſo iure, quia auocatio eſt odioſa. 385.nu.6
reſcriptum papæ ſuper alienatione rei immobilis eccleſiaſticæ, an valeat. 124.numero 1
reſcriptum contra ius quando emanauit ob publicam vtilitatem, an valeat, non facta mentione de iure? 296.num.9
reſcriptum ad lites ſurreptitium non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis, ſecus in aduocatorio iuriſdictionis, quod eſt nullum ipſo iure. folio 324.numero 1
reſcriptum ad ſummariè procedendum quãdo non valeat. 78.num.1
reſcriptum gratioſum quamuis non faciat mentionem de primo, valet & tenet. folio 304. numero 3
reſcriptum gratioſum per quod præiudicium alteri afferatur, an ſit ſemper inualidum. folio 222.numero 3
reſcriptum expirat per mortem, ſi materia ſuper qua interpretatur reſcriptum non eſt extendibilis ad ſucceſſorem, aliàs ſecus. folio 551. numero 1.2
reſeruatio non tollitur per indultum, ſed facultas conferendi per eum, ac ſi non eſſet facta reſer-

[illegible]io conceditur. folio 407.numero 10
Reſeruatio & affectio non inducitur, niſi in caſibus expreſsis quia odioſæ. 300.nu.9
Reſeruatio nec affectio per vnionem ad vitam ſeu quandiu beneficium obtinuerit, non expirat. 459.numero 16
Reſeruatio facta per papam per verbum collationi, ita afficit & ligat ſicut verbum generale diſpoſitioni, vel prouiſioni. 459.num.14
Reſeruatio expirat per ſolam prouiſionem papæ. 403.numero 29
Reſeruatio an expiret ſi commenda aut prouiſio, cuius contemplatione videtur eſſe facta, effectum ſortiri non poſsit? 402.nu.26.28
Reſeruatio in præiudicium papæ eſt fauorabilis & amplianda: in præiudicium verò impetrantis ſeu tertij odioſa & reſtringenda. 322.num.6
Reſeruatio generalis quæ ſit? 310.num.7
Reſeruatio generalis ſeu ſpecialis inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſsionem, quando habet decretum irritans & impedit reſtitutionem. fol. 348.numero 1
Reſeruatio per commendam non expirat, quia vacat eo modo quo prius. 299.num.4
Reſeruatio inducta per regulas, eſt generalis, non ſpecialis. 307.nu.1
Reſeruatio ſimul cum decreto, non autem ſola afficit ante notificationem. 437.num.3
Reſeruatio nulla eſt maior in iure, quàm inducta per cap.ij.de præben.in vj. 420.num.8
Reſeruatio cum prouiſione facta in fauorem cardinalis, ſi fructus non excedat cc. duca. non tenet. 397.num.2
Reſeruatio ſpecialis quæ ſit? 308.nu.3.4
Reſeruatio non expirat per commendam ad vitam. 459.numero 12
Reſeruationis vinculum, ſtatim etiam ante vacationem cenſetur eſſe iniectum. 407.nu.11
Reſeruationis, & non vacationis tempus attẽditur. 408.numero 12
Reſeruationes an ſint odioſæ? 309.num.5
Reſeruationibus pluribus ſuper eodem beneficio concurrentibus, de omnibus eſt habenda mentio in impetratione. 408.nu.5
Reſeruata & facta beneficia papæ, ad eius ſucceſſorem tranſeunt. 420.nu.7
Reſeruatum beneficium non cadit in gratia etiam motu proprio facta, ſi de eo mentio non ſit habita. 312.num.7
Reſeruatarius & quilibet alius habens gratiam ad vacatura cum tempore ad acceptandum, tenetur ſicut acceptans publicare. 284.num.1
Reſignare validè poteſt obtinens parochialem vltima die anni à iure ad promoueri ſe faciendum conceſsit. 285.num.2
Reſignans beneficium in manibus priuati, ſi ſpoliatur, poteſt illud repetere à ſpoliante, tanquam habens ante admiſsionem ſuperioris verum ius & titulum in eo, non tamen contra ordinarium qui poteſt ceſsionem approbare vel reprobare. 337.numero 4
Reſignatio in manibus papæ quomodocunque facta de ſtylo, in fauorem certæ perſonæ factam eſſe intelligitur. 429.num.10
Reſignatio in fauorem certæ perſonæ eſt ſimoniaca, licet ex ſtylo & certa ſcientia ac tollerantia papæ vitium ſimoniæ purgetur. 453.num.3
Reſignatio ſiue mandatum ad reſignandum in manibus inferioris à papa in fauorem certæ perſonæ & non aliàs eſt ſimoniaca. 454.num.7
Reſignatio beneficij poteſt probari per teſtes. folio 365.numero 4
Reſignatio beneficij ſimoniacè facta eſt nulla etiam in præiudicium reſignantis. 618.nu.1
Per reſignationem beneficij factam in manibus ſuperioris admittentis eandem reſignans admittit nedum poſſeſsionem, ſed etiam proprietatem & titulum, ſed ſi fuerit facta in manibus priuati, valet in præiudicium cedentis, & non ſuperioris ſine cuius admiſsione non perditur proprietas nec titulus, licet admittatur po[illegible]o. 337.numero 3
Reſignationes an fauorabiles & coadiuuandæ exiſtant? 412.num.2
Reſpondens per verbum, dubito, vel ignor[illegible], an ſufficienter reſpondeat. 468.nu.1
Reſpondens ad id quod non debet, an & quando ſibi præiudicet. 673.num.16.18
Reſtituitur prouiſus ab ordinario ſi ſpoliatur ab expectante habenti inhibitionem & decretum 358.numero 4
Reſtitui an quis poſsit ante litis conteſtationem 77.numero 1
Reſtituendus non eſt quis aduerſus tres ſententias conformes, niſi prius conſtet iudici de iniuſtitia earundem. 600.num 3
Reſponſio authoris ad conſi.Pe.Philip.Cornei[illegible] incip.licet in hac, in j.vol. 656.num.5
Reſtitutio an canonico regulari ſpoliato com[illegible]ar de beneficio ſeculari cum prouiſione ordinari[illegible] 375.numero 6
Reſtitutio conceditur etiam vbi appellatio denegatur. 34[illegible].nu.1
reſtitutio in integrum ſola nititur æquitate folio 238.numero 8
reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio etiam quoad omnia. 229.nu.1
reſtitutio an competat intruſo contra formam ca. ij. vt lite pendente. lib. vj. ſi fuit ſpoliatus vigore executorialium. 356.nu.[illegible]
reſtitutio an competat ſi propter obitum procuratoris ſententia tranſiuit in rem iudicatam. f[illegible]o 389.numero 5
reſtitutio in beneficialibus non competit ſine titulo colorato, ne detur vitioſus ingreſſus. folio 362.numero 7
reſtitutio etiam ad detentationem & momentum competit hæretico. 275.nu.8
reſtitutio in beneficialibus non datur ſine titulo colorato, ne detur vitioſus ingreſſus. folio 358. numero 9
reſtitutio reddit quod priuatio tollit. folio 234. numero 7
reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam diffinitiuam, requirit libellum & litis conteſtationem. 476.numero 3
reſtitutio in integrum petita, & propter ætatem non probatam denegata, poteſt iterum peti. folio

folio 476.nu.4
reſtit.in integ. eſt beneficium perſonale cum tranſit ad fideiuſſorem: cum verò tranſit ad heredes, eſt reale. 477. nu.5
reſtitutio in integrum conceſſa minori in re indiuidua, prodeſt etiam ſocio maiori. fol. 477. numero 6
reſtitutio in integrum datur maiori ad inuentarium intra annum non confectum. 477.num.7
Item aduerſus ſententiam latam prætextu falſarum probationum. ibidem.nu.8
reſtitutio indulta poſt quadriennium non tenet.fo. 517.numero 4
reſtitutio impeditur quando notoriè conſtat de nõ iure agentis in petitorio. folio 358. numero 6
reſtitutio propter enormiſsimam læſionem competit eccleſiæ, etiam poſt quadriennium. folio 430.numero 5
reſtitutio in integrum an peti poſsit cum ſecundum ſatale ſit tranſactum per quatuor menſes. 517.numero 1
Duplex eſt tempus reſtitutionis, nempe tempus ad quod datur reſtitutio ad tempus læſionis, & tempus infra quod fit reſtitutio. 517.nu.2
reſtitutionis beneficium latam recipit interpretationem. 230.nu.7
reſtitutionis cauſa eadem cum prima reputatur, & coram eodem iudice terminari debet. folio 373.numero 3
reſtitutionem contra gratiam fieri poſſe, intelligitur, ſi reperiatur læſio. 110.nu.1
reſtitutionem petens in iudicio via attentatorum an teneatur docere vel allegare titulum coloratum? 360.nu.1
reſtitutionem petens in iudicio via attentatorum quid probare ſibi ſufficiat. 360.nu.2
In reſtitutorio quod requirit probationem tituli, ſufficit titulum probare ſummariè. 40.nu.1
reſtitutorio agere an poſsit non habens poſſeſsionem. 148.nu.1
reſtitutoria ſententia contraria primæ reuocat expreſsè primam, aliàs non valet. 373.num.4
reſumptio cauſæ quid ſit. 56.num.1
reſuſcitatio monachi miraculoſa. 191.num.3
retentio obtenta ab eo qui præmouetur, non tollit reſeruationem inductam per dictam extrauagantem ad regimen. 321.num.1
retrotractio non fit niſi per fictionem, & fictio non operatur, niſi ſuadente æquitate. fol.401 numero 21
retrotractio non habet locum in vltimis voluntatibus. 682.nu.31
reuocatio fit ob demerita & ingratitudinem, quę ad hæredem tranſire non debet. 433.num.9
reuocatione ſi pars non vtatur, valebunt acta per iudicem inferiorem. 636.num.6
reuocatio confeſsionis, quæ videtur facta in libello ſecundæ inſtantiæ, an valeat. 79.num.1
reuocatio grauaminis in quibus non habeat locum. 81.numero 1
reuocatio tacita, quæ fit per mortem, ſi reuocat iuriſdictionem inferioris, multò magis expreſſa. fol.636.numero 5
reuocatio procuratoris tacitè intelligitur eſſe facta, ſi dominus litis & cauſæ ceſsit.fol. 385.nn.2
reuocatio attentatorum quando non admittenda. 88.numero 1
reus non cogitur proponere ſuam exceptionem, niſi actor propoſuerit & probauerit ſuam intentionem. 31.num.4
reus, ante ſententiam, ſemper poteſt allegare ſuas deſenſiones. 171.nu.29
reus in exceptione eſt actor. 219.num.7
reus poteſt vti contrariis remediis. 108.nu.1
reus abſoluitur ab inſtantia iudicij & impetitione, ſi lite conteſtata accuſator ſe abſentauerit. 32.numero 1
reus in exceptione eſt actor. 79.num.1
reus an abſoluendus, ſi in libello exprimatur dies certus, teſtibus de alio die probantibus. folio 466.numero 2
reus negans ſe poſsidere, cum in veritate poſsideat, ſi actor probauerit eum poſsidere, amittet reus poſſeſsionem rei, non autem proprietatem.
513.numero 3
reus quando ſit ab impetitione actoris abſoluendus. 123.num.1
reus excommunicatus poteſt conſtituere procuratorem ad iudicia. 505.nn.1
reus in ſua exceptione eſt actor. 138.num.3
reo confitente defectum iuris ſui, ſi actor deficiat in probando, abſoluetur reus ab impetitione ſua. 632.numero 1
reis in dubio fauendum eſt vbi agitur de pœna applicanda eccleſiæ. 681.no.25
ruſticus cogitur ſuis expenſis deferre decimas vſque ad eccleſiam. 615.nu.1
ruſtici & agricultores compelli poſſunt venire ad ciuitatem ad vendendum. 621.num.2

S

Sacerdos conſtitutus procurator ab aliqua vniuerſitate poteſt agere in iudicio, & litem conteſtari. 501.num.1
Idem eſt de militante milite. ibidem.num.2.3
Sacerdos ſimplex an poſsit eſſe ſubexecutor apoſtolicus quoad conferendum. 77.num.1
Sacramentum dat robur depoſitioni. folio 192. numero 3
Sacrilegij crimen non ſemper requirit pœnam relegatione maiorem. 194.num.2
Salarium debetur ſamulo à toto tempore quo non ſeruiuit, ſi ſteterit per dominum qui eum expulit, quominus ſeruierit. 552.nu.1
Doctori, vel ſamulo non ſubtrahitur ſalarium propter infirmitatem. 552.num.2
Si ita obſeruatum fuerit de conſuetudine, aliàs ſecus. ibidem.num.3
Salarium filiiſamilias notarij an cenſeatur quaſi caſtrenſe, & de illo teſtati poſsit. fol. 465. numero 1
Salarium partium in aduocatis modernis, eſt ſubrogatum in locum ſalarij publici. folio 465. numero 2
Sanitatis conditio non facit poteſtatem darani conditionalem. 56.nu.1

Scientia & voluntas eius cui quæritur, poſſeſsio requiritur. 655.num.8

Scientia an probari debeat. 655.num.9

Scientia & patientia iuris proprij in alio vel in lite præiudicant. 351.num.3

Scientia certa refertur ad ſola excogitata. 61.nu.3

Scienter expendens monetam falſam, tenetur pœna legis Corneliæ de falſis, ſi ſit liber: ſi verò fuerit ſeruus, punitur vltimo ſupplicio. folio 512.numero 3

Scholaris ſtudens in propria ciuitate, non gaudet priuilegio ſcholarium. 514.num.3

Scholaris laicus poteſt conueniri coram officiali. 313.numero 1

Scholaris clericus non poteſt conueniri coram iudice laico. 514.nu.2

Scholares abſoluuntur ab archiepiſcopo à leuibus iniectionibus manuum. 540.num.1

Scriptura ſacra quatuor admittit ſenſus ſiue expoſitiones. 320.num.17

Scripturis, columnis, ac libris antiquis quomodo adhibeatur fides. 29.num.3

Senatores poſſunt legem conſtituere, quæ tamen à principe confirmari debet. 605.num.4

Sententia adiudicatoria in beneficialibus non dat titulum, ſed declarat ius ad victorem pertinere. 332.numero 4

Sententia nomen rei iudicatæ non habet, niſi ſit lata à iudice competenti. 220.nu.1

Sententia condemnatoria, reuocari poteſt per abſolutoriam. 384.nu.3

Sententia vim diffinitiuæ habens, habetur loco diffinitiuæ. 135.nu.1

Sententia diffinitiua ſemper requirit terminum peremptorium. 30.num.3

Sententia diffinitiua cum cauſæ cognitione lata per principem, ſi reperiatur malè lata & per errorem, in melius reformari debet. 205.nu.12

Sententia diffinitiua, quãdo non habeatur pro diffinitiua. 69.nu.1

Sententia diffinitiua edicto peremptorio non propoſito, nulla eſt ipſo iure. 162.num.7

Sententia diffinitiua, excommunicatio, & ſuſpenſio abſque ſcriptis an valeat. 85.numero 1

